L77

Del collegio de la comp.a de Ibs de granada

R.4997

# ANDREÆ TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS

## TRACTATVS VARII,

Quorum Elenchum pagina ſequens indicabit:

*Poſtrema hac editione felicius, quàm antea, renati, accuratiſſiméq; repurgati.*

Cum Indice rerum ac verborum copioſiſſimo.

IN VIRTVTE  ET FORTVNA.

*LVGDVNI,*

APVD GVLLIELMVM ROVILLIVM, SVB SCVTO VENETO.

*M. D. LXXXI.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Del collegio de la compª de Jhs de granada

R.4997

B

# ANDREÆ TIRAQVELLI

## REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS

## TRACTATVS VARII,

Quorum Elenchum pagina ſequens indicabit:

*Poſtrema hac editione felicius, quàm antea, renati, accuratiſsiméq; repurgati.*

Cum Indice rerum ac verborum copioſiſſimo.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

*LVGDVNI,*

APVD GVLLIELMVM ROVILLIVM,

SVB SCVTO VENETO.

*M. D. LXXXI.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA




## TRACTATVVM, QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR, ELENCHVS.


1 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
2 *Le mort ſaiſit le vif.*
3 *De Iure conſtituti poſſeſſorij.*
4 *L. Boues. §. Hoc ſermone. De verborum ſignificatione.*
5 *De Pœnis legum temperandis aut remittendis.*
6 *De Priuilegiis piæ cauſæ.*
7 *De præſcriptionibus.*
8 *In tit. De iudicio in rebus exiguis ferendo.*

EIVSDEM.

9 *In tit. Res inter alios actas alijs non præiudicare,*

COMMENTARII.


---

### Extraict du Priuilege du Roy.

Par grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne fois ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé Andreæ Tiraquelli, Regij Conſiliarij Tractatus Varij, reueu, corrigé & augmenté par ledit Tiraqueau: & eſt faict defenſe de par ledit Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & perſonnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne diſtribuer, en ſes pays, terres & ſeigneuries, ledit liure ainſi reueu, corrigé & augmenté, ſi ce n'eſt par le conſentement dudit Rouille: & ce iuſques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que ſera paracheué d'imprimer ledit liure, ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ilz auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledit Seigneur veut & entent, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement ou à la fin dudit liure, ſerue pour toute notification, comme ſi la ſignification eſtoit faicte ſur l'original. Car tel eſt ſon plaiſir, comme plus à plain eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege ſur ce données à Moulins le xx. de Feurier, mil cinq cens ſoixante ſix.

Par le Roy en ſon Conſeil,

Signé, De *VABRES.*

Et ſcellé du grand ſeau en Cire iaune à ſimple queue.



# MICHAEL TIRAQVELLVS FONTENAII APVD

*Pictones præfectus, Franciſco, Ioanni Andreæ, Mathurino, Renato, & Ludouico Tiraquellis, fratribus amantiſſimis, S.*

VT non minus verè quàm grauiter apud diuinum illum Platonem dicebat Socrates, aut potiùs Plato ipſe, non eſſe diuinius quippiam, quo de quis conſilium capere poſſet, ac de liberorum educatione, inſtitutionéque. Et non videre ſe, vbi maiore diligentia, ac ſolertia opus eſſet, quàm vt filios optimos quis redderet. Ita ſummæ, ac incredibilis cuiuſdam de nobis curæ, & ſolicitudinis laudem piiſsimo humaniſſimóque Patri noſtro deberi plurimam, nemo eſt noſtrûm qui neſciat, fratres iucundiſsimi. Faxit Deus Opt. Max. vt iſtam diligētiam, operámque, non malè à ſe collocatam aliquando gloriari poſsit. Cùm enim intelligeret prudentiſsimus ac cordatiſsimus vir, quod & apud eundem Platonem affirmat, magna cum ratione idem Socrates, vniuerſam domus gubernationem ſtatúmque, ac ſummam fortunarum parentis in liberorum educatione poſitam & conſtitutam eſſe, (νέων γάρ που, inquit, ἢ χρηστῶν, ἢ τἀναντία γενομένων, πᾶς ὁ οἶκος τοῦ πατρὸς οἰκήσεται, ὁποῖοι ἂν οἱ παῖδες γένωνται) nullam officij partem prætermiſit, docendo, admonendo, hortando, ac præcipiendo: nullum non mouit lapidem, nullis ad extremam vſque ætatis ſenectutem pepercit laboribus, nullis ſumptibus: vt nos tales redderet, quales liberos ſuos euadere optimus quiſque parens exoptare poteſt. Quoties illum, & quo animo vidimus, fratres, cùm nos ſuo, & aliorum doctorum exemplo ſuauiſsimè iuxtà ac grauiſsimè ad bonarum artium ſtudia, nūc gloriæ, dignitatum, ac opum expectatione, nūc propoſitis præmiis, quibus vniuſcuiuſque noſtrûm ætas capi, & allici maximè videbatur, excitare & accendere conaretur. Quem ipſius in nos animum, voluntatem, & ſtudium, ne per locorū interſtitia, quibus ab ipſius nūc oculis magna noſtrûm pars diſiungitur, mutatum aut imminutū putaremus, vtque nos magis ac magis officij admoneret, libellum hunc nuper à ſe ſcriptum, vt alios iam multos in hominum manus venire voluit, atque ita veluti nouis ſtimulis nouóque cōmento noſtram omnium alacritatem excitari, nóſque admoneri, quos

τῆς πατρῴας ἀρετῆς καὶ ἐνδοξίας κληρονόμοις habiturum ſe ſperat, μὴ τὴν τοῦ φρονήματος τάξιν ἣν ἡμῖν αὐτὸς παρέδοκε, λιπεῖν. Sed meminerimus Socratici illius in epitaphio Platonis elogij, gloriam parentum, natis præclarum, magnificúmque theſaurum exiſtere: exhaurire verò hunc pecuniarium, honorúmque theſaurum, & illum ad poſteros non tranſmittere, propriæ virtutis, gloriæque inopia turpe, & à viri generoſitate penitus alienũ. Noſtrum eſt igitur, fratres, parentis iſtum ſingularem in nos affectum exoſculari, colere, amplecti, omníque ope & ſtudio niti, vt ipſius deſiderio reſpõdeamus, cui nihil charius, nihil antiquius liberis vnquã fuit: vtque eius quàm ſimillimi euadere ſtudeamus, id eſt, omnium virtutum ac diſciplinarum genere ornatiſsimi: qualem eſſe non noſtrates tantùm, qui de ingeniis iudicare norunt, ac in artium ſtudiis liberalibus, doctriniſque cùm Græcis, tum Latinis rectè, & fœliciter ſunt verſati: ſed & exteræ nationes, ad quas monumentorum ipſius aliquid peruenit, tam libenter prædicant, quàm ingenuè agnoſcunt. Liceat enim mihi tantiſper, fratres, paternam, imò noſtram potius gloriam, οὕτω γὰρ ἂν ἴσως ἀνεπίφθονον εἰπεῖν, hoc loco attingere, cuius memoriam inter nos refricare, ad quos gloriæ ipſius hęreditas, & factorũ imitatio pertinet, nihil aliud eſſe iudico, quàm nos inuicẽ & ad literarum ſtudia, & virtutũ exhortari, ne quid à paternis ornamẽtis degeneremus. Nam cùm nihil ſit rerum omnium quibus ad virtutẽ & ſtudia inuitamur, quod nos perinde excitet, ac ſi ad imitandũ hi nobis proponãtur, quibus propter ſingularẽ probitatis & eruditionis hominẽ ab omnibus plurimũ tribuitur, pręcipuè tamen ad id domeſticũ & familiare exẽplum habet. Paterno autem nihil efficacius, aut potentius eſſe poteſt. Pręclarè ſiquidem Demoſth. πολλὰ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες οἱ πρόγονοι ἔστησαν τρόπαια ἐφ' οἷς καὶ νῦν φιλοτιμούμεθα καί τοι ταῦτα νομίζομεν αὐτοὺς στῆσαι, οὐχ ἵνα θαυμάζωμεν μόνον ἡμεῖς αὐτὰ θεωροῦντες, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμώμεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς. Quod hac de cauſa adiectũ volui, ne quis me putet arrogantius paterna encomia paſsim iactare aut effundere, cùm id neque parentis modeſtiæ conueniat, neque tali præcone laudes ipſius indigeant. Quod ſupereſt, fratres chariſsimi, vos obnixè oro, atque obteſtor, ne patris cogitationem, ac conſiliorum ſpem fallamus, ſed ipſius gloriam, cui dedecori eſſe nefas, & vitium iudicandum eſt, pro viribus capeſſamus ac ſectemur, meminerimúſque ſemper nos magni illius Andreæ Tiraquelli, & ſanctiſsimæ ipſius coniugis Mariæ Calleriæ eſſe filios. Valete, & nos ſolita beneuolentia, amoréque mutuo complectamur.

❧

CHRIST



# CHRISTOPHORI THVANI, CELII PARISIENSIS, OLIM A SECRETIS REGIS, ET IN ILLO AMPLISS. ORD. Cauſ. Patr. nunc autem in eo ordine Præſidis, de Libello, cui Tiraquellus fecit titulum, Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

❧

*FŒlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,*
*Vera cothurnato ſententia dicta Maroni.*
*Fœlicem te igitur meritò Tiraquelle vocemus,*
*Cui rerum cauſas non ſolùm contigit omnes*
*Noſſe, ſed effectus, cauſa ceſſante, remotos,*
*Ceſſantes etiam: nec tantùm noſſe, ſed iſtæc*
*Cognoſcenda aliis, tenui præſtare libello,*
*In quo nec tenuis labor eſt, ſed gloria maior,*
*Dum tam diffuſa, & varia, in compendia flectis.*

# ANTONIVS A LEONE SENATOR, ANDREAE TIRAQVELLO SENATORI.

*Magnorum, noſtri ſpecimen Tiraquelle virorum,*
*Temporis, & nullo ceſſator tempore, iuſtos*
*Si cauſæ effectus producunt, iure tenebis*
*Inter conſultos ſubſellia prima togatos.*
*Nam numero ex noſtro, qui ſic incumberet ardens*
*Iudiciis, ſtudiis, Leges praximque doceret*
*Tam facile & docte, cui nulla labore vacaret*
*Hora, à te ſolo nullus mihi contigit alter.*
*Quis melius calamo, ingenio quis doctiùs vnquam*
*Ius, quo viui oculos defunctus reddit apertos,*
*Quo vel in hæredem tranſit poſſeßio rerum,*
*Et vera emptori ſine traditione paretur,*
*Fœmineas laudes, fraudes, & iura mariti,*
*Ius agnatitium, noſtrúmque & inane crepantes*
*Nugas nobilium, mentito ex ſtemmate auorum,*
*Ortos qui ſeſe fingunt, expreſſerit, & qui*
*Ordine natorum primi ſe in lumina produnt,*
*Ex vtero matris, Cauſarum effecta recenſes.*
*Poſt hæc vir ſapiens ſtudio confectus, & annis*
*Maturus, prudens iudex, æquúſque Senator,*
*Quique foro in medio fractus ſtrepituq́; ſepultus,*
*Helluo librorum dulces comitéſque fideles*
*Conteris aßiduè, nulla ratione ſalutis.*
*Quandoquidem humanæ fallunt faſtidia vitæ,*
*Queis animum fruſtra ratio vexare docebit,*
*Mens tranquilla virum reddit ſi ſola beatum.*

## EIVSDEM AD EVNDEM TETRASTICHON.

*Doctorum es quod cura & amor Tiraquelle virorum,*
*Doctrina ac pietas Relligióque facit.*
*Hæc immortalis tibi cum Deus omnia curet,*
*Immortale etiam num tibi ſurget opus?*

INDEX



# INDEX VOCVM QVAE CONTINENTVR IN TRACTATV CESSANTE CAVSA, SEV RATIONE, CESSAT EFFECTVS.


| | |
|---|---|
| | A |
| Nu. 20. | Ablationis |
| 21. | Abſolutionis |
| 22. | Actionis |
| 24. | Ademptionis |
| 25. | Aetatis |
| 27. ad 39. | Affinitatis |
| 40. | Amoris |
| 41. | Appellationis |
| 42. | Arbitriorum |
| | B |
| 43. | Banni |
| 44. | Bello |
| 47. | Beneficij |
| 48. 49. | Beneficij, ſeu ſacerdotij |
| | C |
| 50. | Commiſsionis |
| 51. | Commodi |
| 52. | Conceſsionis |
| 53. | Confeſsionis |
| 55. | Conſtitutionis |
| 56. | Conſtituti |
| 57. | Conſuetudinis |
| 58. | Contractus |
| 59. ad 71. | Contumaciæ |
| | Curationis |
| | D |
| 73. | Delegationis |
| 75. | Depoſitionis |
| 76. ad 90. | Dilationis |
| 91. ad 95. | Diſpenſationis |
| | E |
| 96. | Exceptionis |
| Ibidem. | Excluſionis |
| 99. | Excommunicationis |
| 102. | Excuſationis |
| 103. | Expulſionis |
| | F |
| 104. | Familiaritatis, famulitij, domeſticitatis, ſeruitij, |
| 107. ad 113. | Fauoris |
| 114. | Fictionis |
| 115. | Furoris |
| | G |
| 116. | Gratiæ |
| | I |
| 117. | Immunitatis |
| 118. | Impedimenti |
| 119. | Infamiæ |
| 120. | Inſtitutionis |
| 123. | Interdictionis |
| | L |
| 126. | Legati |
| 128. | Legitimationis |
| 130. ad 145. | Legis |

Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.

| | |
|---|---|
| 147. vſque ad 178. | Limitationis, vel limitata cauſa renunciationis, Aeſtimationis, Nouationis, Defenſionis, Negligẽtiæ, Promiſsionis, Societatis, Sentẽtię, Conceſsionis feudi, Inueſtituræ, Venditionis, Excluſionis, Subſtitutionis, Renũciationis, Ceſsionis, Reuocationis, Legitimationis, Abſolutionis, Conceſsionis, & Commiſsionis |
| 146. & 179 | Liberationis |
| | M |
| 180. | Mandati |
| 181. | Metus |
| 182. | Morbi |
| | N |
| 184. ad 188. | Neceſsitatis |
| | O |
| 189. | Obligationis |
| 190. | Odij |
| 193. | Officij |
| 197. | Oneris |
| | P |
| 198. | Pacis |
| 199. ad 202 | Paupertatis |
| 203. | Permiſsionis |
| 204. | Periculi |
| 205. | Pignoris |
| 206. | Præſcriptionis |
| 207. | Præſumptionis |
| 210 | Priuilegij |
| 221. | Prodigalitatis |
| 222. | Prohibitionis |
| 224. | Promiſsionis |
| | R |
| 226. | Receſsionis, vel receſſus |
| 227. | Recuſationis |
| 229. | Redhibitionis |
| 231. | Religionis |
| 232. | Renunciationis |
| 233. | Repetitionis |
| 234. | Reſcripti |
| 235. | Reſtitutionis |
| 236. | Reuocandi domum |
| 237. | Reuocationis |
| | S |
| 238. | Saluiconductus |
| 239. | Securitatis |
| 240. | Sententiæ |
| 241. | Societatis |
| 242. | Specialitatis |
| 243. | Statuti |
| 244. | Subſtitutionis |
| 245. | Suſpenſionis |
| 246. | Suſpitionis |
| | T |
| 247. | Teſtimonij |
| | V |
| 249. | Voluntatis |
| 250. | Voti |

Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.






# CESSANTE CAVSA CESSAT EFFECTVS.

1 NVLLA omnino eſt iuris regula, nulla legum ſentẽtia, nullum axioma, quod latius pateat, nec ex quo plus vtilitatis, & emolumenti capi poſsit in explicandis, diffiniendíſque, ac iudicandis forenſibus negotiis. Vix enim ex cunctis millibus vnum reperias, quod hac regula, aut iis quæ ad eam pertinent, non magnopere indigeat: præſertim quòd ea generalis ſit in legibus, contractibus, & cæteris diſpoſitionibus, vt atteſtatur Petr. Anch. conſi. xlvij. pro clariori deciſione. col. j. verſi. hæc eſt enim regula generalis. Quò magis miror, noſtros regularum conſarcinatores hanc prætermiſiſſe, cùm alias multas, non adeò vtiles, & neceſſarias poſuerint. *Vtilitas huius tractatus.*

2 ¶Illud autem tibi in primis præfandum duximus, cauſam à ratione in hoc differre, vt pleriſque placet: quòd cauſa eſt id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quo aliquid fit, ex quo illud frequens apud bonos autores, Quid cauſæ eſt? Et vt ſcribit Cice. in lib. de fato, ex Carneade: Cauſa ea eſt, quę id efficit, cuius eſt cauſa: vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Itaque non ſic cauſa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, & id cauſa ſit: ſed quòd cuique efficienter antecedat. Et paulò pòſt, Intereſſe autẽ, vtrum eiuſmodi quid ſit, ſine quo aliud effici nõ poſsit: aut eiuſmodi, cum quo aliquid effici neceſſe ſit. Nulla igitur earum cauſa eſt, quoniã nullam rem ſua vi efficit, cuius dicitur cauſa: nec id ſine quo quippiam nõ fit, cauſa eſt: ſed id quod, cùm acceſsit, id cuius cauſa eſt, efficit neceſſariò. Hæc ille. Donatus autẽ enarrans illud Virg. lib. 2. Aeneid. *Cauſa quid ſit.*

*Tum verò ardemus ſcitari, & quærere cauſas.*

Cauſa eſt (inquit) propter quam fit aliquid: nihil enim fit niſi præcedat cauſa faciendi.

3 ¶Ex noſtris autem Ioan. Mona. in c. vlt. de iura. calum. lib. 6. dicit cauſam multipliciter accipi: & cauſam eſſe animi impulſum ad aliquid agendum, vt accipitur in l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. Rationem autem eſſe gerendorum ordinem, ex cauſa venientium. Vnde (inquit) cauſa poteſt eſſe ſine ratione: at ratio non poteſt eſſe ſine cauſa. Cui adde id quod ſcribit Cicero in lib. 2. ad Herennium, ſi is ſit, Rationem eſſe cauſam, quæ demonſtrat verum eſſe id quod intendimus, breui ſubiectione. Ex quo certè apparet, nullam rationem eſſe ſine cauſa. Sed & Pau. Eleaz. in cle. dudum. §. nos autem. ver. in ſtudiis. & ibi poſt eum Card. Flor. in ver. ab olim. col. j. in 3. oppoſi. Imo. col. eiuſdem cap. 12. verſi. tertiò Pau. hîc, de ſepult. hinc occaſione ſumpta, quòd ille tex. vtitur his verbis, ex aliqua ratione, vel cauſa, idem dicunt quod Ioan. Mona. vbi ſuprà. vti etiam facit Ioan. Andr. in c. cùm dilecti. col. 2. verſi. in gloſ. cauſa. ibi, de accuſat. *Ratio quid ſit.*

4 ¶Et ſubdunt ipſi Ioan. Mona. Ioan. And. & Card. Flor. quibus aliis modis cauſa dicatur, quę nos prętermittimus, veluti ad hunc noſtrum tractatum nihil pertinentia. Si quis tamen id ſcire cupiat, præter ipſum Monach. videat Hoſt. in d. c. cum dilecti. in verbo, ex cauſa. & ibi quoque Io. And. col. vlti. verſi. in gl. cauſa. extrà de accuſ. Bar. in l. demonſtratio. §. quod autem. col. j. per totum. ff. de condit. & demon. & Lucas Pen. in l. j. col. 2. verſi. item not. quòd cauſa, C. de his qui non imple. ſtipen. lib. 10. & Henric. Boh. in c. forus. §. cauſa. de verb. oblig. *Cauſa quibus modis dicatur.*

5 ¶Ratio igitur, vt illis, & aliis plurimis placuit, eſt ordo gerendorum ex cauſa venientium. Vel, vt ſcribit Bal. in l. omnes populi. col. 7. ver. tertiò quæro. ff. de legib. eſt vrgens diſputatio, vel euidens demonſtratio, vt dicit notari in l. j. §. veteres. ff. de acqui. poſſ. & in l. non omnium. ff. de legib. vel, vt ſubdit ipſe Bal. ratio eſt quidam motus animi, viſum acuens, veráque à falſis diſtinguens. Vel eſt mentis motus, in his quæ dicuntur decernere, vel conuertere valens, per l. vlti. C. de indicta vidui. tollen. & l. his ſolis. C. de reuo. donat. *Iterum quid ſit ratio.*

6 ¶Ex quibus vides cauſam de præterito eſſe, aut præſenti: rationem, de futuro, vt etiam ſcribit Bar. in d. l. demonſtratio. §. quod autem. col. vlt. verſic. in 8. q. ff. de condit. & demonſt. & in l. ij. §. vlt. col. ij. verſi. tertiò ſumitur. ff. de dona. & Saly. in l. generaliter. in fi. C. de epiſc. & cler. Aegid. Bellame. in c. poſt tranſlationem. col. 4. verſi. de ratione verò. de renunc. *Cauſa de præterito, aut præſenti, ratio de futuro.*

7 ¶Veruntamen hæc ſæpius confunduntur, alterúmque pro altero ponitur, vel optimis autoribus. Cicero lib. epiſt. famil. 15. ad Catonem, Cùm autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. Cæſar libro 8. belli Gallici, quantum hibernorum opportunitas, bellíque ratio poſtulabat. Et apud nos in l. eas obligationes. ff. de capit. diminut. quam in hoc expendit Alber. in ſuo Lexico, in verbo, ratio aliquando. & Paul. Pariſ. conſil. xij. tranſactio. nu. 186. lib. 2. Nonnunquam autem ſimul *Cauſa & ratio ſæpe confunduntur.*

tem ſimul hæc coniunguntur, vt apud Terentium in Eunucho. Num parua cauſa, aut parua ratio eſt. Cicero. lib. 1. Offic. Cauſa autem & ratio efficiens magnos viros, in priore eſt. Arnobium in lib. aduerſus gentes, vbi in infinitis propè locis hæc verba comperies, Quæ cauſa? quæ ratio eſt?

8 ¶Et hanc quoque confuſionem videbis apud noſtros iuris interpretes, vt apud Barto. in l. 2. §. vlti. ante fin. ff. de donatio. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, abſentia. Bal. in l. j. col. j. verſic. in ea glo. ibi, ſed impulſiua. ff. de feriis. & in l. data. col. ix. ver. item not. quòd non dicitur. C. qui accuſa. non poſſ. & in c. & ſi Chriſtus. col. vlti. verſi. adde quòd ceſſante vna. de iureiur. Card. Flor. in c. ſi quando. ad fi. de reſcrip. & alios plurimos quos infrà in hoc tractatu citabimus, nunc cauſam, nunc rationem, rem vnam appellantes.

*De eadem re*

9 ¶Cæterùm Philip. Dec. in c. cùm ceſſante. col. j. ſtatim poſt prin. de appella. dicit cauſam pro ratione tunc accipi, cùm dicimus ceſſante cauſa, ceſſare effectum. Ante eum Imo. in c. poſt tranſlationem. col. 6. nu. 40. de renunc. dicit quòd cauſa finalis legis, propriè dicenda eſt ratio. & alleg. Barto. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. vbi id non adeò expreſsè dicit.

*De eadem re.*

10 ¶Et facit ad ſuperiora quod ſcribit Bald. in cap. monaſterium. de vita & honeſt. cleric. quòd illa dicitur cauſa, cui ratio ineſt. Nam ſi ratio non ineſt, non dicitur propriè cauſa, ſed abuſiuè. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. ſi tibi nupſero. ibi, nec rarò probabilis cauſa huius ſtipulationis eſt. ff. de verbo. obligatio. & ſequitur Philip. Dec. in dicto cap. cùm ceſſante. haud multò poſt prin. de appel. & Paul. Pariſ. cōſil. xxxij. potiſsima dubitatio. col. 5. nu. 53. lib. j. Quod nos ideo dicere voluimus, quòd in hoc ipſo tractatu, qui de cauſa ceſſante eſt, aliquando etiam confuſim, & promiſcuè poſt alios tractabimus de ceſſante ratione.

*Cauſa finalis legis, propriè dicitur ratio.*

11 ¶Ceſſante igitur cauſa ſeu ratione (vt vtrumque copulemus, & ad noſtrum principale inſtitutum redeamus) ceſſat effectus, vulgatiſsima apud noſtros ſententia, & vice prouerbij celebrata, quam neſcio quis in verſum redegit non admodum elegantem:

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

*Cauſatum perimit cauſa perempta ſuum.*

vt videre licet ex gl. in c. ita quorūdam. in verbo, ferrum. de Iudæ. Ego autem maluiſſem ita dicere

*Effectum perimit, cauſa perempta ſuum.*

Eſtque ex lib. 2. Phyſic. Ariſtotelis (ni fallor) deprompta, tandémque etiam Pōtificiis ſanctionibus ſæpe, veluti conceptis quibuſdam verbis, vſurpata, vt videre licet ex cap. & ſi Chriſtus. paulò ante fi. de iureiur. & c. cùm ceſſante. in prin. de appel. & in c. cùm infirmitas. de pœnit. & remiſ.

12 ¶In idque allegantur l. in omni. vbi Bart. ff. de adopt. & l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſocio. & l. vlt. & ibi gl. & Bart. ff. de teſta. tute. & l. ſi duas. §. pen. ff. de excuſ. tut. & l. ex facto. in prin. & ibi Doct. id trahentes ad quaſdam quæſtiones, & inter alios Alex. col. 2. verſi. item nota quòd ceſſante. ff. de vulg. & pupil. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & l. qui cum hærede. ff. de actio. & oblig. & l. adulter. §. vlt. & ibi gloſ. & Docto. ff. de adulter. & l. planè. ff. de oper. liber. & l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & l. generaliter. vbi gloſ. & omnes. C. de epiſc. & cler. ex quibus Pau. Caſt. eam l. ſemper ad hoc dicit allegari. & auth. ſed neque curialem. & authen. ſi ſeruus. C. eo. tit. & l. j. C. de hæret. & l. vlti. C. de reſtit. milit. & l. j. in princ. & ibi gloſ. in verbo, imaginem. C. de latina liber. tollen. & l. vlt. C. de teſtam. milit. & §. illos autem. & ibi gloſ. Inſtit. eo. tit. & §. vlt. Inſtit. de autor. tuto. & §. hi qui reipublicæ. Inſtit. de excuſ. tutor.

*De eadem re.*

13 ¶Et alij tex. iuris canonici, præter eos, quos ſuprà citauimus, videlicet cap. poſt tranſlationem. verſ. cæterum. extra. de renunc. & ibi omnes doct. ex quibus Cardi. Floren. in 4. notab. dicit eum quoque textum ſemper ad hoc ſolere allegari. & c. magna. in fi. de voto. & c. non debet. & ibi Anto. in 6. not. de conſang. & affinit. & c. 2. de torneam. ex quo not. Ant. in j. not. quòd ceſſante fine facti, ceſſat facti effectus. & c. ſuggeſtum. de decim. & c. vlt. de vita & honeſt. cleri. & c. cùm ex iniuncto. de oper. noui nunc. & cle. j. de regul. ex qua not. Imo. in 3. not. ad remotionem cauſæ ſequi remotionem effectus. & cap. quia ſtatuimus. §. his omnibus. lxj. diſt. & c. quia ſancta. §. verùm. 63. diſt.

*De eadem re.*

14 ¶Et ex hoc fit, vt dicamus paria eſſe, nullam ab initio fuiſſe cauſam, vel fuiſſe aliquam, ſed eam finitam, per tex. in l. j. ff. de condict. ſine cauſa. & l. nihil intereſt. ff. de nautic. fœno. Et ita voluit per eos tex. gloſ. in conſtit. Siciliæ, incip. ſi quem noſtrum fidelium. & ibi quoque Matth. Afflict. col. 2. verſi. tertiò not. ex tex.

*Paria ſunt non eſſe cauſam, & eam eſſe finitam.*

15 ¶Sed & ex eo illud procedit quod noſtrates ſæpe ſolent dicere, quicquid eſt cauſa cauſæ, id quoque eſſe cauſam cauſati, id eſt, effectus, per l. dotem dedit. ff. de collatione bonorum. & l. manumiſsiones. & ibi Iacobus Butrig. & Raphael Fulgoſius colum. j. verſicu. not. quòd quicquid. ff. de iuſtitia & iure. Bald. in l. ex placito. colum. 2. verſicu. decimotertiò, quia actiones. C. de rerum permutatione. Raphael Fulgoſ. in l. cum hic ſtatus. §. ſi inter virum. in fi. ff. de donationibus, inter virum & vxorem. Corneus conſi. cxliiij. viſo themate. col. vlti. in litera p. vbi & ad hoc citat Proclum philoſophum in libro de cauſis. Socin. conſil. clvj. pro fundamento. col. 6. verſicu. præterea reſpondetur alio modo. lib. 2. & omnes vbique.

*Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt & cauſati.*

16 ¶Et illud quoque, quòd falſa cauſa (intelligo de finali, propter ea quæ dicemus infrà in j. limitatio.) erranter emiſſa, vitiat & legatum. l. j. & ibi not. C. de falſa cauſa adiect. lega. Et contractum l. ſi diuortio. cum gloſ. & ibi Rapha. Com. Pau. Caſt. & Alex. ff. de verb. oblig. & l. ij. §. circa. ff. de doli except. Alex. conſi. lxxxix. viſo puncto, & inſtrumentis. verſic. & bene facit. lib. 2. Caro. Ruin. conſi. cxxxvij. verbis vtriuſque teſtamenti. col. pen. nu. 11. lib. 3.

*Falſa cauſa,*

¶Et illud



17 ¶Et illud item quod eſt veluti noſtræ regulæ oppoſitū, vt durāte cauſa, durare & perſeuerare debeat effectus, vt dicit Signor. cōſil. cxxxv. paterfamilias. col. j. nu. 6. per l. ſemp. §. negociatores. ff. de iure immunit. & l. ſi cui. §. j. ff. ex quibus cauſis maior. & l. 2. § omnes. ff. de iudic. & l. Titia. §. vſuras. ff. de lega. ij. & l. qui nominib. ff. de admin. tuto. Nā vt hoc ei addas quod operatur propoſitū in propoſito, idem oppoſitū in oppoſito, vt tradit Ariſtoteles in libro 1. Ethicor. & probatur in l. ſi vt proponis. C. de nupt. cum ſimil. à me collectis in noſtro tractatu Retractuum titu. j. §. xij. in gloſ. j. nu. 16. incip. poſſet item.

*Durāte cauſa, &c.*

18 ¶Et hæc procedūt, vt ſcilicet ceſſante cauſa vel ratione ceſſet diſpoſitio, etiā in foro quod cōſcietię appellatur. Ita enim expreſsè voluit Frāc. Curt. iunior cōſi. xij. videtur prima cōſideratione. col. 3. ver. ſed quòd fortius. per tex. bonū (vt ipſe dicit) in c. quoniā cōtra falsā. de prob. & ibi Panor. col. 4. ver. vltimò hîc nota, qui ex eo tex. not. quòd quādo cōſtitutio cōtinet aliquid non propter ſe principaliter, ſed ad aliquē finem, nō illaqueat tranſgreſſores ad pœnā: ſi finis ad quē principaliter tendit conſtitutio, non violatur, etiā reſpectu peccati mortalis: dūmodo id non fiat in contemptum conſtitutionis, & alios allegat, quos ibi videre poteris.

*Hæc regula etiam in foro conſcientiæ procedit.*

19 ¶Sed ad ſpecies rerum deſcendamus, & quidem ordine alphabeti, vt facilius & promptius quod quiſque volet, reperiat.

## A

20 ¶Ablationis cauſa ceſſante, ceſſare debet & ipſa ablatio. verbi gratia, princeps poteſt ex cauſa auferre rē alterius. l. itē ſi verberarū. §. j. ff. de rei vendic. & l. Lucius. ff. de euictio. gloſ. & docto. in l. vlt. C. ſi cōtra ius vel vtil. public. cū aliis multis cōcord. à me traditis in repet. l. ſi vnquā. in verbo, donatione largitus. nu. 42. incip. 22. ex l. itē. C de reuoc. donat. Certe ſi ea cauſa aliquādo ceſſet, debet ea res reſtitui, vt nūcupatim voluit Inn. in c. quia plerique. ad fi. de immunit. eccleſia. Anto. & Imo. in c. quæ in eccleſiarū. ille col. 3. ver. venio ad ſecūdū. hic col. 5. ver. quid autē ſi ſtatutum. & ibi latè Felyn. col. xj. verſi. ſecunda declaratio. de conſtit. & Iaſon in l. j. col. 14. verſicu. quartò adde tex. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdict. & cōſi. xcij. illuſtriſſimus. col. antepenul. verſi. dictum inſtrumentum lib. 3.

*Ablationis cauſa ceſſante ceſſat ipſa ablatio.*

21 ¶Abſolutionis cauſa ceſſante, ceſſat abſolutio. l. ſi à te. & ibi Socin. qui id not. in j. notab. ff. de excep. rei iudic. Et id quoq; ſatis appertè ꝓbatur ex l. ij. & l. ſi mater §. eandē. eo. tit. & eſt etiā optimus tex. in c. eos. in prin. de ſent. excō. in vj. Et facit qđ ex Pau. Pariſ. dicemus infrà, inceſsāte ratione legis, nu. 17. incip. hócq; illud eſt, & quod itē dicemus in ſentētiæ cauſa ceſſante.

*Abſolutionis cauſa ceſſante, ceſſat abſolutio.*

22 ¶Actionis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa actio, aut certè illius perſecutio, ſiue exercitium. verbi gratia. Fideiuſſori ante ſolutionē competit actio contra eum dilapidantē bona ſua. l. ſi pro ea. C. mandati. Si igitur reus ad frugalitatem redierit, deſieritq; bona ſua dilapidare, ceſſabit ea actio, vt dicit Bal. ibi in 8. quæſt.

*Fideiuſſori ante ſolutionē, an & quo modo competat actio.*

23 ¶Nam & aliàs ceſſante eo quod intereſt, ob quod cōpetebat actio, deſinit eadem actio cōpetere. l. ſi procuratorē. §. ſi liber homo. in verſi. mandati. ff. manda. & voluit gloſ. in l. ad cōparandas. C. eo. tit. Sed quoniā id recipit multas, ac varias diſtinctiones, limitationes, reſtrinctiones, vide amplius ſuper hoc gloſ. in l. qui autē. §. illud tenēdū. & ibi Bart. Bal. Salyc. Rapha. Fulgoſ. Rom. & Iaſ. ff. ſi quis caution. Cyn. latè poſt alios antiquiores, Bal. Salyc. & Pau. Caſtr. in dicta l. ad comparandas. Iaſ. in d. l. non ſolum. §. morte. col. 2. ff. de oper. noui nunc. Et vide etiā quod dicemus infrà, in redhibitionis cauſa ceſſante.

*Actio an ceſſet, ceſſante intereſſe.*

24 ¶Adēptionis cauſa ceſſante, ceſſat adēptio, vt voluit Bald. in l. cùm ſeruus. ff. de adim. legat. per tex. in l. quòd ſi redierunt. quæ eſt iiij. eo. tit. vbi adēptio legati quæ interuenit ob inimicitias, quæ interuenerunt inter teſtatorē, & legatariū, ceſſat, ſi iterū in amicitiā redierint. reſpōdétq; Bart. ad dictā l. cùm ſeruus. quæ videbatur probare contrariū, ſcilicet quòd ſi ſeruus alienatus à teſtatore, ita vt legatū ademptū ſit, poſtea ſit redēptus, manet tamen adēptio, nec debetur legatario, niſi noua voluntas teſtatoris acceſſerit. Nam vt dicit ipſe Bart. inimicitiæ, de quibus in dicta l. iiij. fuerūt cauſa ademptionis, vnde illis ceſſantibus præſumitur ceſſare voluntas adimendi. At in dicta l. cùm ſeruus. ea alienatio non eſt cauſa volūtatis adēptionis, ſed præceſſit voluntas adimendi, quæ oſtenditur per actum ipſius alienationis: vnde ſecuta redemptione non ſequitur quòd remaneat voluntas legandi, quia non erat eius cauſa.

*Ademptionis cauſa ceſſante, ceſſat adēptio.*

25 ¶Aetate ceſſante ceſſat effectus illius. verbi gratia, filius minor qui nō redemit patrē, excuſatur, ne priuetur illius hæreditate, Auth. ſi capti. C. de epiſ. & cler. Quid ergo? ſi factus eſt maior patre ſemp captiuo, nec poſtea eū redemit: certè priuatur, ceſſante ſcilicet ætate minore, quæ illū excuſabat, vt voluit Bal. in dicta auth. ſi captiui. poſt mediū. in verſi. ſecunda quæſtio eſt. Nā priuilegiū datū ætati, non durat poſt eam ætatē, per l. Titia. §. vſuras. ff. de lega. ij. & l. doli. §. diuerſum. ff. de nouat. & quia obſequiū filij erga patrē, habet in ſe actū ſucceſſiuū, & nō inſtantaneū, licet ſecus ſit in matre minore, quæ nō petiit tutorē filio impuberi: nam cùm ſit minor, lex ſtatim prouidet de alio tutore: ideo mater liberatur ab onere petendi, quia prouidentia legis ſufficit: mater enim à iure præuenta eſt, arg. l. cauſam. §. puellam. ff. de manum. de quo & nos dicemus in 4. limitat. nu. 6. incip. nec hinc longè diſtat.

*Aetate ceſſante, ceſſat effectus illius.*

26 ¶Et facit etiā ad hoc noſtrū propoſitū, quod ſcribit Cyn. poſt Petr. in l. j. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. nō eſt neceſſ. & in l. minoribus. & ibi quoq; Ange. C. de his quibus vt indig. & Ange. in

*De eadem re.*

ge.in §.ſed & illud.in auth. conſtit.quæ per dignitat. Alex.in l.ſi cùm dotem. §.ſi maritus.col. 2.verſic.& iſtud in terminis.ff.ſoluto matrimo. Et vide quæ dicam infrà in illa 4.limitatio.nu. 7.incip.& quod in ſimili, & ſeq.

27 *Affinitatis cauſa ceſſante, ceſſat affinitas.*

¶ Affinitatis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa affinitas, & proinde effectus, qui inde ſequebatur, vt bene ꝓbat tex.in l.cui eorũ.§.affinitas.ff.de poſtulã.& §.affinitates verò.3.q.7.quibus accedit Cicero in oratione pro P.Seſtio: Ademit, inquit, altũ ſoceri nomẽ, mors filiæ, & gloſ.notab.in l.ſed hoc.in prin.in verbo, ſuccurrẽdũ.ff.de re iudic.quæ dicit (vt omnes ſentiũt) quòd ſoluto affinitatis vinculo, ſicut amor qui ex affinitate ꝓceſſerat, ſoluitur: ita & priuilegij, quod inde oriebatur, beneficiũ, quod ſcilicet ibi datur ratione affinitatis, quã gloſ.dicit valde not. Alex. qui eã l.legit cũ l.nõ tãtùm.col.vlt.ver.capio.glo. & eã quoq; expẽdit, & ſequitur Bal.in l.affinitatis. C.cõmu.de ſucceſ. & in d.l.cui eorũ.§.affinitates. ff.de poſtul.vbi eã dicit not. & in l. vlt.& ibi quoq; Pau.Caſt.& Iaſ.qui eã dicit ſolennẽ.C.de verb.ſigni.& ipſe Bal.in c.accedens. vt lite non conteſt. vbi eam dicit ſing. & rurſum in c. in literis. in fi. de teſtib. Alex. qui eam quoq; dicit not.conſi.ccvij. ponderatis verbis ſtatuti.col.3.verſi.quarto per id, lib.6.

28 *Frater mariti an poßit teſtificari ꝑ uxore ipſius fratris.*

¶ Ex quo ipſe Bal.& Ange.poſt Guil.Cun.in d.l.cui eorũ.§.affinitates.dicunt quòd licet quis pro vxore fratris viuentis nõ poſſit ferre teſtimoniũ, ſaltem quod faciat fidẽ integrã, intelligitur tamen quãdiu durat affinitas: nam ſi frater eſt mortuus, & ita ea affinitas ſit ſoluta, poterit pro ea teſtificati.quod & ſequitur Alex.dicto conſi.ccvij. ponderatis verbis ſtatuti, col.3.verſi. tertio, quia hoc expreſsè, lib.6.Lanfran.Oria.in repet.c.quoniã contra falſam, in materia teſtamenti.de prob.vbi & ipſe id trahit generaliter ad omnes affinitates. Hipp. Marſil.qui & illam glo.in d.l.ſed hoc.ad hoc dicit ſing.in l.j.§.item Mummio.col.j.ff.de quæſtionib.

29 *Amoris uinculum non omnino ſoluitur ſoluta affinitate.*

¶ Sed hîc paulisper aduerte lector amantiſſime, quoniã ea gl.in d.l. ſed hoc.nõ dicit omnino diſſolui amoris vinculũ ſoluta affinitate, ſed decreſcere: quaſi diceret nõ tantũ eſſe amorẽ affinitate ſic ſoluta, quantus erat ea durante, ſed diminui per ſolutionẽ affinitatis, nõ quòd omnino perierit: tanquã ſcilicet adhuc maneant quædã veſtigia, reliquiæ ipſis, quod facit vt non omnino ceſſet cauſa, ſecundũ ea quæ dicemus infrà in xvij.limit. Præſertim ſi ex ea affinitate ſiue matrimonio, ex quo contracta ea erat, manſerint liberi, vt in ſimili conſuluit Pau.Caſtr. conſi. incip.vertitur quæſtio, an ſtatutũ de cõpromiſſis.quẽ refert Alex. in dicto conſil.ccvij. ponderatis verbis. col.2.verſi.quartò per tex.lib.quod tamen conſiliũ reperire nõ potui. Ideo relinquendũ eſſe arbitrio boni viri cenſeo, quanta fides ſit his adhibenda. Nã vt id quoq; addas, amicitia ex affinitate contracta plerunq; ea durat, etiã ſoluta affinitate. Nã Cicero ad id, quod ſuprà ex eo diximus in oratione pro P.Seſtio, ſubdit confeſtim, Sed charitatẽ illius, neceſſitudinem & beneuolentiam non ademit.

30 *Affinis accuſare poteſt.*

¶ Et hinc quoq; (vt redeamus) fit quod ſcribit idẽ Bal.in l.j.col.x.verſi.ſuper iij.articu.de affinibus.C.de his qui accuſa.nõ poſſ.quòd licet affinis poſſit accuſare, propter ſui affinis iniuriã, per l.j.§.j.ff.de poſtul.hoc tamen procedit durante affinitate, ea enim ſoluta, nõ poteſt, per dictã glo.in d.l.ſed hoc.de re iudic.& dicta l.cui eorũ.§.affinitates.& l.quod ait.ibi, finita eſt.ff.de diuort.Et id ſequitur Alex.dicto cõſi.ccvij.col.4.verſi, & quòd nõ ſit omnino, eadẽ ratio.lib.6.

31 & 32 *Statutum de compromiſſo affinium non obtinet finita affinitate.*

¶ Sed & hinc quoq; illud fit, vt ſtatutũ iubens quæſtiones affiniũ inter ſe cõpromitti, cuiuſmodi eſt Bononiæ, & in aliis multis locis, intelligatur durante affinitate, non etiã ea ſoluta, vt voluerũt Bar.Bal.& Ange.in d.l. cui eorũ.§.affinitates. per eum tex.ff.de poſtul. Bal.in d.l.vlt. col.j.in j.not. C.de verb. ſigni.vbi dicit hoc quoq; tenuiſſe antiquos aduocatos Peruſinos, & in d.l. affinitatis.col.j.ver. itẽ nota quòd aduocati.C.cõmu.de ſucceſ.& in d.c.accedens.vt lite nõ conteſt. & in ſua margarita. in verbo, affinitas.Per.Anch.in repe.c.j.in xiiij.q.prin.verſi. quæro vlterius.de verbo, cõſanguinei.de conſti.Pau.Caſt.in l.ex diuerſo.quã legit cũ l.rei iudicatæ.§.vlt.& ibi etiã Franc.Are.& Alex.ff.de re iudic.idẽ Pau.cõſi.lxxx.ſuper primo dubio, ſeu quæſito reſpondetur, in iij.dubio.lib.2.& Ioan.Ana.in c.ſalubriter.col.j.verſi.nunquid autem dicatur.de vſur.Alex.in d.l.ſed hoc.col.vlt.ff.de re iudic.vbi dicit ita cõmuniter teneri & latè dicto conſi.ccvij.per totum.lib.6.vbi multa allegat ad hanc rem pertinentia.

33 *Viduus aut uidua cẽſentur manere in eodẽ matrimonio, ſed impropriè.*

¶ Verùm Salyc. ſubdubius tamen in d.l.vlt.C. de verb. ſignifi.hoc intelligit, niſi maritus aut vxor ſuperſtites, manerent in viduitate: nã tunc tantiſper cẽſeretur manere in eodẽ matrimonio, quod affinitatẽ produxit, per l.vlti.C.de bonis mater.& gloſ.in l.j.§.exactio.C.de rei vxor. actio.cum aliis multis concor.à me adductis in tractatu Nobilitatis, cap.18.nu.9.incip.nã interim dum eſt vidua. Et hoc dictũ Salyc. ſequitur, & extollit Barbat. in repe. l. cùm acutiſſimi. col.lix.verſicu. Do.Salyc.in d.l.fi. C.de fideicom.

34 *Statuta non extenduntur ad caſum fictum.*

¶ Sed id nõ recipit Alex.in d.l.ſed hoc.vbi ſupra, dicẽs ſe contrariũ cõſuluiſſe, vti lariſſimè cõſuluit dicto cõſi.ccvij.lib.6. verba enim ſtatui debere intelligi propriè, nec extendi debere ad caſum fictũ.c.ſuſceptũ.de reſcrip.lib.6.& l.3.§.hæc verba.& ibi Bar.ff.de neg.geſt. Idem Bart. plenè in l.omnes populi. in 6.g.ff.de iuſti. & iure.& in l.apud Iulianũ. §.vlti.ff.quib. ex cau.in poſſ.eat. Sed quòd videatur eſſe in eodem matrimonio, quæ durat in viduitate, id ex fictione eſt, cùm non ſit verè matrimoniũ vnde ea nõ vocatur vxor.l.j. cum gl.j.C. vnde vir & vxor.& no:. Bar in l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de leg.2. & eam quoq; Salyc. ſententiam, nulla Alex. mentione facta, reprobat Iaſ.in dicta l.vlt. col.3.in 3.notab.C.de verb.ſignifi.

¶Tamen



35 ¶Tamen vt verum fatear, iſtud non eſt ſine ſcrupulo: nam huiuſmodi ſtatutum eſt fauorabile, vt per ſe ſatis patet, & voluit Bal. in d.l.affinitatis.circa medium ibi, pone ſtatutum dictat.C. commu. de ſucceſ.& in l.qui ſe patris.col.vlt. C.vnde lib. vbi ex hoc infert, quòd extenditur ad caſum improprium: quem ſequitur Pau.Caſt.& ipſe Roma.ibi, ex quibus idem Pau.dicit, tale ſtatutum comprehendere etiam eos, qui ſunt in ea affinitate, quam ius non conſiderat, quod ſequitur, & extollit Iaſon ibi, col.xxij.verſi.ſecundò infert, & multis ſeq. & in l. quiq; litigandi cauſa.§. prætor ait parentem.quæ eſt l.iiij.quam legit cum l.ij.in col.ij.in iiij.not.ff.de in ius vocan.

*Statutum id de cõpromißis affinium fauorabile.*
*Et trahitur ad caſum improprium.*

36 ¶Sed & tale ſtatutum eſſe fauorabile, præter illos voluerũt Hoſtien.& Ioan.Andr.in c.j. de tranſact. Bart.in j.conſtit.C.Anto.in c.j.de mut.petit.Pet.Ancha.conſi.clxxxvij.incipit apud me quęſtio iſta. ad fi.vbi & hoc dicit, in hoc ſtatuto comprehendi affines & conſanguineos naturales. Raph. Fulg. conſi.cix.item ſi qua quæſtio.col.pen.verſi.& in propoſita quæſtione. Alex. in l.j.§.lex Falcidia.col.j. ff.ad leg.Falcid.& in rub.ff.ſolu.matr.col. vj. verſic. ſed mihi plus placet. Maria Socin.Senior, conſi. iiij.incip.viſis actis, & actitatis in fi.& conſi.xxvij.pro deciſione præſentis conſultationis, in fi.Philip. Dec.conſi.xiij.cuius ſuperſcriptio incipit, an appellatione agnatorum, poſt prin. verſic. ſecundò ad iſtud.Sed de hoc vide omnino Alex.in d.l.qui ſe patris.col.pen.verſi.& ideo dicunt.C.vnde lib.

*Id ſtatutum comprehendit affines naturales.*

37 ¶Quid? quòd & leges noſtræ etiam ſoluto matrimonio vxorem vocant, l. diuortio. iuncta gloſ. in verbo, vxoris.ff.de nego.geſt.& l.ſi quis reum.§.idem Iulianus.le j.cum gl.parua.ff.de lib.lega.quam ad hoc expendit ipſe Alex.conſi.xx.viſo proceſſu cauſæ inter Katharinam, colum.j.lib.ij. Quibus concinens Ouidius lib.j.Faſtorum:

*Vxores etiam uocantur ſoluto matrimonio.*

*Per totidem menſes à funere coniugis, vxor*
*Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.*

38 ¶Et alibi leges vocant generum, & ſocerum etiam ſoluto matrimonio, d.l.vlti. C.de verbo. ſignifi. quibus concinens Lucanus libro iij. Pharſalicæ, paulò poſt princ.vmbra Iuliæ defunctæ, Pompeio viro in ſomnis apparens, renunciat illum Iulij Cæſaris patris ſui generum, vel inuitum eſſe, tametſi illa defuncta ſit.

*Gener, & ſocer ſoluto matrimonio, dicuntur.*

*— Nunquam tibi Magne per vmbras,*
*Pérque meos manes generum non eſſe licebit.*

Et Cæſar ipſe apud eundem Lucanum, tum in multis locis, tum lib.9. eiuſdem operis, Pompeium poſt mortem eiuſdem Iuliæ, generum vocat.

*Exilium, generíque minas, Romámque timebam.*

Et paulò pòſt ſe illius ſocerum appellat.

*Sentiat aduentum ſoceri.*

39 ¶Porrò Oldrad.quem refert & ſequi videtur Bald.in dicta l.vlti.C.de verbo.ſignifi.pro horum concordia dicit, quòd in illa l.volebat quis ad actum fauorabilem, ſine alterius iniuria in ſubſidium admitti, tanquam gener, ſiue ſocer, quod ei permittitur, quia latiſsimè in fauorabilibus fit interpretatio. At in dicta l.cui eorum.§.affinitates. ff. de poſtul. volebat ſub affinitatis velamine contra ius commune admitti. Cui concinens Paul.Caſtr.dicto conſi.lxxx.lib.ij.Aut quis, ait, tanquam affinis vult admitti ad aliquid, quod ſit de iure communi, & admittitur etiam ſoluta affinitate, per dictam l.vlt.Aut ad aliquid de iure ſpeciali, & contra ius commune, & non admittitur. Certum eſt autem quòd de iure communi quis ad compromittendum non cogitur.l. ſi dictum. §. ſi compromiſerit.ff. de euict.Bar.in l.furti.§.qui iuſſu.ff.de his qui not.infa.Bal.in l.ex ſtipulatione.C.de ſent.Et eandem fermè diſtinctionem tradidit idem Pau.in d.l.ex diuerſo.ff.ſolu.matri.

*Cõcordia præcedentium opinionum.*

40 ¶Amoris cauſa ceſſante, ceſſat amor, vt videre licet ex iis quæ diximus ſuprà nume.37.incip. affinitates.& 2.ſeq.vt oſtendit Plutarchus in lib.cui titulum fecit γαμικὰ παραγγέλματα, id eſt, connubialia præcepta, quòd quemadmodum ignis in paleis, leporiniſque pilis accenditur, ociúſque reſtinguitur: ita breuem amorem nouorum coniugum, corporis forma inflammatum, nec durare poſſe, nec firmum eſſe exiſtimandum.tanquam id dicat: vt forma, cuius gratia amor conciliatus eſt, citò abit, ita amor ipſe: nam cùm propter formam ames, idem amoris & formæ finis eſt. vnde etiam eſt illud Terentij in Heautontimorumeno,

*Amoris cauſa ceſſante, ceſſat amor.*

*Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt.*
*Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt.*

Et illud quoque Iuuenalis Satyra 6.

*Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet?*
*Si verum excutias, facies, non vxor amatur.*
*Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,*
*Fiant obſcuri dentes, oculíque minores,*
*Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,*
*Iam grauis es nobis.*

Quod & plurimis declarat Ariſtoteles lib.Ethic.8.amicitiam quæ ex forma, & pulchritudine proficiſcitur, deficiente ipſa pulchritudine, eam quoque deſinere. De quo & nos quoque diximus in noſtris legibus connubialibus in l.ij.nu.21.nec ſoli ſunt.

41 ¶Appellationis cauſa ceſſante, id eſt grauamine propter quod appellatio eſt emiſſa, ceſſat ipſa appellatio, cuius rei eſt tex.expreſſus in c.cùm ceſſante.& ibi Panor.in j.not.de appell. Eſt enim (vt dicit

*Appellationis cauſa ceſſante,*

*ceſſat appellatio.*

ipſe Panor.) grauamen appellationis cauſa, c. vt debitus. eo. tit. Igitur eodem grauamine ceſſante, ceſſat appellatio, vt in d.c. ceſſante.

42 *Arbitriorum cauſa ceſſante, ceſſant arbitria.*

¶Arbitrariorũ extraordinariorũ, conceſſorũ ob cauſam timoris, aut periculi, ea cauſa ceſſante, ceſſant & eadẽ, vt nuncupatim voluit Bal. & poſt eum Sal. qui dicit not. in l.j. per eum tex. C. de naut. fœn. Ideo, inquit, arbitriũ conceſſum, quod illi bailiam vocãt tẽpore diſcordiæ, exerceri non poterit tempore pacis. & ſequitur Iaſ. in l.j. col. xiij. verſi. & circa hoc. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.

B

43 *Banni cauſa ceſſante, ceſſat bannũ.*

¶Banni cauſa ceſſante, ceſſat bannum ipſum, Bart. & Bal. in l.j. §. vlt. ff. de requir. reis. Bal. in l.j. ad medium, ver. extra opponitur. C. de poſtulan. de quo vide quæ dicam infrà nume. 58. incip. alibi autem, & iterum in xij. limitat. nu. 3. incip. propterea dicit gloſ.

44 *Bello ceſſante, ceſſat illius effectus.*

¶Bello ceſſante, ceſſat omnis effectus ex ipſo bello ſecutus, vt poſt Odoffr. voluit Bald. in §. priuilegia omnia in verbo, caſſentur. tit. de pace Conſtan. per tex. ibi, & in §. ſententiæ quoque. vbi & hoc not. idẽ Bal. Et facit etiam tex. in l.j. in prin. C. de cadu. tollen. ex quo & ipſe Bal. col. j. in ij. not. dicit, quòd tempore pacis, debent tolli ſtatuta facta tempore belli ad locupletandũ fiſcũ. & ſequitur Barba. cõſi. j. magnus ſcripſit Pſalmiſta. col. 3. ver. & ideo colligit, & iterũ col. pe. ver. xxvj. adduco quòd tempore pacis, lib. 3. vbi plus videtur tenere, huiuſmodi ſtatuta hoc caſu, ipſo iure eſſe reuocata, ar. eius quod habetur in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & c. pen. de cler. non reſid. Quamuis Bald. in d. l.j. de caduc. tollen. ſentiat contrariũ, per tex. ibi, ex quo not. legem, etiam ratione eius abolita, manere illæſam, donec tollatur noua conſtitutione. Ideoque fuiſſe neceſſarium legẽ Papiam illic corrigi.

45 *De eadem re.*

¶Sed vtcunque ſit, de quo tamen poſteà dicemus in ceſſante ratione legis, ad hoc certè caput pertinet, quod tradit Hoſtien. in c. dilecti. col. 2. in verbo, & ſi. de foro compe. quòd priuilegium à ſede apoſtolica conceſſum Anglis, ne citra mare conueniri poſsint, de quo in eo tex. Quia ſcilicet non poterant citra mare ſecurè morari, vel venire propter inimicitias capitales & bella, quæ illis cum Gallis erant: ea enim cauſa poſita erat in priuilegio, vt ipſe Hoſt. vidiſſe ſe dicit, quia tamen ea cauſa ceſſabat, cum pax eſſet inter reges, ceſſabat quoque effectus illius priuilegij ob bella conceſsi. & ſequitur AEgid. Belle. in c. poſt tranſlationem. col. 2. ver. ſecus de priuilegio, de renunc. vbi plus dicit, quòd ſi etiam hodie eadem cauſa reuiuiſceret, non haberet locum illud priuilegium ſemel extinctum, ob cauſæ ceſſationem, quod & dicit voluiſſe Hoſt. vbi ſuprà, qui tamen id poſtremum non dicit, ſed vide quod dicam in ſimili, infrà in priuilegij cauſa ceſſante, verſi. incip. nam gl. in c.

46 *De eadem re.*

¶Sed & huc quoque ſpectat quod apud Liuium lib. belli Macedonici. 4. elegantiſsimè diſſeruit aduerſus Catonem Cenſorium L. Valerius Trib. Pleb. ad legis Oppiæ derogationem, quæ lata fuerat in medio ardore belli Punici: qua cautum erat, ne qua mulier plus ſemiuncia auri haberet, nec veſtimento verſicolori vteretur. Nam inter non parum multa, quæ in eam legis abrogationem propoſuit, hoc quoque carptim pronũciant, legem latam per bellum temporibus duris, in pace, florẽte ac beata republica, abrogandam eſſe. Eam enim ſcripſiſſe latores, tãdiu manſurã, quãdiu cauſa ſcribẽdæ legis manſiſſet. Nã vt quæ in pace latæ ſunt, plerunque bellum abrogat: ita quæ in bello pax.

47 *Beneficij cauſa ceſſante, ceſſat beneficiũ.*

¶Beneficij à iure conceſsi ceſſante cauſa, ceſſat beneficium. verbi gratia, parentes & patroni etiam adoptiui, in ius ſine venia vocari non poſſunt, ſed tandiu tamen, quandiu durat adoptio, l. ſed ſi hac lege. §. liberos. verſic. parentes. ff. de in ius vocan. Ex qua Ange. & Iac. à Sancto Geor. illud notant quod diximus, videlicet beneficium conceſſum ob certam cauſam, finiri cauſa finita. & ſequitur Maria. Soci. iunior. dum eos allegat conſi. clx. circa præſentem conſultationem, col. pen. nu. 78. lib. 2. & bene facit l. filio. §. matri ſuæ. ff. de adimen. leg. ex qua not. Alex. conſil. xix. circa primum dubium, col. j. ver. ſecundò probatur: nam quando vnum, lib. 6. quòd quando vnum beneficium datur contemplatione alterius, hoc ſublato, tollitur & illud. Et vide infrà in Priuilegij cauſa ceſſante, neque enim longè diſtat priuilegium à beneficio, vt videre licet ex not. in l. vlt. ff. de conſtit. princip.

48 *Sacerdotij cauſa ceſſante, ceſſat ſacerdotiũ.*

¶Beneficij alterius, id eſt ſacerdotij (quod & ipſum vulgus beneficium appellat) ceſſante cauſa, ſcilicet officio, propter quod datur, ceſſare debet & ipſum beneficiũ, ſi credimus Pet. Ancha. id ipſum dicenti in d.c. & ſi Chriſtus. in xiij. not. de iureiur. hinc occaſione ſumpta, quòd ibi dicitur, ceſſante cauſa, ceſſare effectum. Nam hinc aſſumit quod diximus, ſcilicet quòd clericus qui non dicit officium, non debet habere beneficium, quod propter illud datur, per cap. vlt. de reſcrip. li. 6. Et ad hoc quoque bene facit quod ſcribit gl. in §. illis. in verbo adiuuantur. Inſtit. de milit. teſtamen. quòd ceſſante clerico ab eccleſia, ceſſat præbenda, de quo & tu vide Docto. ibi.

49 ¶Sed & ſuper eo, an ſcilicet ceſſante officio ceſſet beneficium, ita vt qui priuatur, vel ſuſpenditur ab officio, conſequenter priuetur, vel ſuſpendatur à beneficio, vide tex. in c. ſi quis ſacerdotum. & ibi glo. j. & iterum in ſequenti. c. eos. lxxxj. diſt. & gl. in c. latores. in verbo, ab officio. & ibi Hoſt. Io. And. Card. Flo. Pet. Anch. Ant. & Pan. de cleri. exc. mini. gl. in d.c. vlt. in verbo, datur, & ibi quoque alios, de reſcri. lib. 6. & gl. in c. 1. in verbo, officij, & ibi Io. Mona. & Archi. in eodem verbo. de re iudi. li. 6. & gl. in clem. cupientes, in verbo, ſuſpenſi, col. 2. ver. & quia ſuprà poſui, & ibi Car. Flo. in ver. quod ſi, in 3. quæſt. de pœnis. gl. in c. præter hoc, in verbo, ab eccleſia, & ibi Archid. ſuper glo. 1. & Domi. latè, in princ. col. 3. verſic. ad ſecundum, 32. diſtinct. Bal. in cap. 1. col. penult. verſic. & ſi remouetur officium, tit. an mut. vel imperfect. Anto. in c. inter ſolicitudines. col. j. in 3. notab. de purg. canon. Cardin. Flor. poſt Lauren. in clemen. j. §. ſi quis, in ix. q. de rebus eccleſ. non alien. Et vide etiam quod ſcribit Panorm. in c. j. col. penul. verſ. ſed hîc cadit. de celebrat. miſſar.





C

50 ¶Commiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat commiſsio. Bal. in l.j. §. conſules. paulò ante fi. ibi, item nota ex prædictis. ff. de officio Conſul. & ſic inquit eſt argum. quòd ſi iudex propter abſentiam notarij deputati in cauſa à lege, vel à ſe, committat alteri ſcripturam actorum, eo reuertente ceſſat commiſſio: & primus ipſo iure reaſſumit officium, ad quod dicit facere l. quæſitum. ff. de tutel. Vide quæ dicam infrà de officij cauſa ceſſante.

*Commiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat commiſsio.*

51 ¶Commodi cauſa ceſſante, ceſſat & commodum, vt probat tex. in l. eum qui iurauit. in princ. & ibi Bart. Alex. vterque in ſummar. & Iaſon in j. not. & plerique omnes ff. de iureiur. ibi enim grauamen, ſcilicet, onus probandi quod actori incumbebat, erat cauſa eius commodi, vt duplum pro ſimplo deberetur, ratione inficiationis. Ideo ſi reus defert iuramentum actori qui iurat ſibi deberi, condemnabitur tantùm in ſimplo. cùm liberauerit actorem eo onere probandi. Ceſſante igitur grauamine quod erat cauſa illius commodi, ceſſabit & ipſum commodum.

*Cõmodi cauſa ceſſante, ceſſat commodum.*

52 ¶Conceſsionis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa conceſsio. c. reliqui. & ibi Panorm. qui id expreſsè not. in iij. not. extrà de cuſto. Euchariſt. Matth. Afflict. in c. 1. §. moribus. col. j. nu. 3. tit. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. & agnat.

53 ¶Confeſsionis cauſa ceſſante, ceſsat eiuſdem effectus, verbi gratia, ſtatuto ſtante, quòd accuſatus de crimine, ſi paſſus ſit ſe poni in banno, habeatur pro confeſso: quiſpiã accuſatus de crimine famoſo, paſsus eſt ſe poni in banno, deinde ex nouo ſtatuto cancellatus eſt de bãno, quæſitũ fuit, an hic tanquam infamis repellatur à teſtimonio. quę quæſtio diſputata fuit à Iac. Butr. & relata à Bal. in l. cùm mulier. col. ij. ver. quęro igitur circa pręmiſſa. ff. ſol. mat. Et ex ea tres quæſtiones collegerunt: primã, an bannũ, ex cauſa famoſa tranſiens in vim ſententię, infamet. Secundam an ficta cõfeſsio infamet. Tertiam, an per cancellationem banni tollatur infamia. Et de hac tertia tantùm loquor, vt quæ ſola ad hunc noſtrum tractatum pertineat.

*Confeſsionis cauſa ceſſante, ceſſat & effectus.*

54 ¶Et quòd huiuſmodi infamia ſit ſublata, his rationibus probauerunt: ſicut ſe habet cauſa ad effectũ in productione, ſic & deſtructio cauſę, ad deſtructionem effectus, quia eſt pro potentia contrariorũ, l. ab emptione. ff. de pact. & l. vlt. ff. de leg. iij. ſed bannum ſe habet ad infamiam in producendo, ergo abolitio banni ſe habet ad infamiam in tollendo eam. nam origine ſublata non debent ſequẽtia remanere. l. 1. in prin. ff. de Latina liber. tollen. Item bannum eſt cauſa finalis confeſsionis, & infamiæ, ergo eo ſublato, & ſic ſublata cauſa finali, tollitur effectus. Hæc illi.

*Infamia ob bãnum iniuſta, an ceſſante banno tollatur.*

55 ¶Conſtitutionis ceſſante cauſa, vel ratione, nam vtrãque hîc noſtri copulant, ſiue verius cõfundunt, ceſſat & ipſa conſtitutio. c. Neophytus. & ibi gl. in verbo, cauſa. lxj. diſt. & c. quod pro remedio. & ibi gl. in verbo, ceſsante. j. q. vij. Sed tamen contrarium videtur, vt ſcilicet ea non ceſſet, niſi aliter reuocetur, per c. licet ex quadam. de teſtib. & c. deteſtanda. & ibi Domin. in ij. not. de conceſ. præb. lib. vj. & not. in l. j. in prin. C. de cadu. tollen. Philip. autem Franc. in dicto cap. deteſtanda. in j. notab. dicit, quòd ſi cauſa omnino ceſset, non ceſsat conſtitutio, niſi, vt diximus, reuocetur. Si partim ceſset, certè pro ea parte ceſſabit & conſtitutio, per l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & not. in cap. cum ceſſante. de appel. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infrà, de ceſsante ratione legis, nam id eodem recidit.

*Conſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat conſtitutio.*

56 ¶Conſtituti cauſa ceſsante (de eo loquor, quo quis ſe conſtituit poſsidere nomine alterius) ceſsat ipſum conſtitutum, vt probatur ex l. ſi debitore. & ibi Bart. & alij, ff. de precar. & latiſsimè diximus in noſtro tractatu de iure Conſtitut. parte 3. limitat. 29. vbi videre poteris, an & quomodo id verum ſit, neque enim hîc repetere aliter ducimus.

*Cõſtituti cauſa ceſſante, ceſſat conſtitutum.*

57 ¶Conſuetudinis cauſa ceſſante, ceſsat & ipſa cõſuetudo, vt expreſsè voluit Bal. in rub. extrà de conſuet. col. vlt. per iura loquentia de conſtitutione, vt intelligas id dependere ex eo, an ceſsante cauſa cõſtitutionis, vel legis ceſſet conſtitutio, vel lex, de quo diximus in pen. artic. & dicemus latius infrà in ceſſatione cauſę legis. Quãuis ſit quędam ratio, vt faciliùs ceſſet cõſuetudo, quę tacita eſt cõſtitutio, vel lex: quàm lex ipſa, aut cõſtitutio expreſſa, cùm tacitum facilius reuocetur quàm expreſſum.

*Conſuetudinis cauſa ceſſante, ceſſat conſuetudo.*

58 ¶Contractus cauſa ceſsante, ceſsat idem cõtractus, l. 1. & ibi gl. vlt. Cyn. in 1. not. Bal. in prin. C. de condict. ob cau. Idque etiam in cõtractu nominato, per tex. not. in l. cùm te. C. de pact. inter emp. & ven. quem ad id expendit, & dicit ſing. Alex. id intelligens de cauſa finali, in l. dedi, quæſt. vlt. col. 7. verſi. aliam etiam aſsignat. ff. de condict. ob cau. vide tamen infrà in 36. limitat.

*Cõtractus cauſa ceſſante, ceſſat contractus.*

59 ¶Contumacia ceſsante, ceſsat effectus illius, ſcilicet pœna quæ ob eam irrogatur. l. 1. §. ſi frater. verſi. & ſi quidem per contumaciam. ff. de collat. bon. in fi. & c. ex literis. de conſtit. vbi eſt text. expreſſus, quòd is qui propter contumaciam communione priuatur, eiuſdem reſtitutionem obtinet, congrua ſatisfactione exhibita. quem tex. valde notab. dicit Bal. in cap. vlt. col. 1. tit. per quos fiat inueſtitu. vbi & illud dicit, Quod contumacia abſtulit, reſtituit obedientia.

*Cõtumacia ceſſante, ceſſat effectus illius.*

60 ¶Et autoritate illorum duorum tex. ſcribit idem Bal. in l. puto. §. ſi quis aduocationem. & iterum in ſeq. l. quos prohibet. ff. de poſtulan. rurſúmque in 1. in addit. paulò ante fi. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. quòd ceſsante contumacia, ceſſat eius pœna, quod & ipſum per tex. in dicto c. ex literis. tradit Bar. in l. ſi quis adulterium. §. 1. ff. de adult.

*Contumacia ceſſante, ceſſat eius pœna.*

61 ¶Alibi autem ipſe Bal. per duos illos tex. in l. 1, circa medium. ibi, extrà opponitur. C. de poſtul. dicit, quòd ſententia lata ex contumacia, eſt eius naturæ, vt tamdiu ſolùm duret, quamdiu durat contumacia. Et ideo, inquit, bannum, quod fertur ex contumacia, bannito cõparente legitimo tempore,

*Sententia ob cõtumaciã lata tamdiu durat,*

reducitur ad ſimplicem citationē,nec hic ampliùs dicitur eſſe bannitus,quod eſt, vt ipſe dicit notabile. Et idem fermè voluit ipſe. Bal.& ante eum Barto.in l.j.§.vlt.ff.de requir.reis.& Pau.Caſt. con. xxxj.ſuper primo quæſito.vt eum allegant Felin.& Philip. Dec. qui id ſequuntur in d. c. ex literis. ille colum.ix.verſiculo ſecunda declaratio:hic col.4.verſi.quarta declaratio.ſed illud conſilium reperire non potui.

*Clericus ſuſpēſus ob cōtumaciam,cōparendò recuperat primum ſtatū.*

62 ¶Sed & per illum tex.in d.c.ex literis.ſcribit Inno.in c.ſicut.in verbo,ſatisfactionem congruam.ibi, & idem ſi pro contumacia. de cohab.cler.& mulier.quòd clericus ſuſpenſus pro contumacia, cùm primùm obediuerit,primum ſtatutum recuperat.Et Dominic.in c.contumaces.col.ij.ver.conclude quòd aut clericus.50.diſt. quòd clerici depoſitio pro contumacia, videtur eſſe impoſita, vt duret ad limitationem ipſius cauſæ,propter quam imponitur:ceſſante ergo contumacia debet ceſſare,per d.c.ex literis.Quod & ipſum bene probat in c.1.extrà de ſuppl.neglig.prælat.ex quo not.Anton. & Panor.vtrique in vlti.notab.quòd ceſſante contumacia,ceſſat diſpoſitum ob contumaciam, & ſic inquiunt,ad limites contumaciæ,menſuratur pœna illius,& allegant etiam d.cap.ex literis.Et idem propemodum dicit ipſe Anto.in c.excommunicato.col.v.verſi.venio ad ſecundum membrum.de reſcrip.per d.c.ex literis.& Iaſ.in l.1.col.xiij.verſi.vltimò not.ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſdict. per illos duos tex. ſuprà in princ.alleg.

*Hæcq; etiam ſi in impoſitione pœnæ poneretur dictio, perpetuò.*

63 ¶Et hæc quidem procedunt etiam ſi in impoſitione pœnæ ob contumaciam,poneretur dictio,perpetuò:quia id intelligeretur,quamdiu contumax maneret in contumacia,per gl.in c.clericos.in verbo,perpetuam.de cohabit.cler.& mulier.quæ interpretatur,perpetuam, id eſt, donec reſipiſcant. & gl.in c.actus legitimi.poſt prin.de reg.iur.lib.6.per d.c.ex literis.& alia gl.in c.reperiuntur. in gl.vlt. j.q.j.quæ & ipſa exponit id verbum,perpetuò,ſcilicet quouſque emendet,per d.c. ex literis.& in c. de viduis & puellis.in gl.quoque vlt.quæ ſimilem expoſitionem dat dictæ dictioni, per illum eundem tex.& Archid.in c.quia ſacerdotes.in fi.x. q.j. vbi ſimiliter interpretatur ea verba, in excommunicationem perpetuam. Dominic.poſt Ioan.Fan.in c.quamuis.in fi.de pœn.lib.6.Felyn. & Philip.Dec.in d.c.ex literis.ille col.x.verſi.amplia primò:hic col.4.vbi ſuprà.

*Quid ſi pœna ſimpliciter imponatur.*

64 ¶Procedunt item quæ diximus,etiam ſi pœna fuerit ſimpliciter appoſita,ſine declaratione, an eſſet propter contumaciam ea,quæ interuenit,an propter delictū,ſuper quo contumacia facta eſt.tamen in dubio cenſetur fuiſſe irrogata ob contumaciam,& non ob delictum, ita vt ea ceſſante, ceſſet & pœna,vt voluiſſe videtur Imo.poſt Gofre.in d.c.ex literis.col.pen.verſi. vbi autem ſit dubium, per not.in c.in pœnis.de reg.iur.lib.6.& in l.ſi præſes.ff.de pœnis.& idem voluit Parnorm.in eodem ipſo c.ex literis.col.vlt.

*Abſens, magis cenſetur eſſe condemnatus ob contumaciā quàm ob malam cauſam.*

65 ¶Quæ ſententia ex eo confirmatur,quod in ſimili dicitur,abſentem condemnatum, magis videri condemnatum ob cōtumaciam,quàm propter malā cauſam,per l.ſi ideo.ff.de euictio. ex qua Bart. not.quòd bannitus & condemnatus de falſo,videtur condemnatus magis ob contumaciam, quàm quòd falſum commiſerit : ideo poteſt inſtrumenta conficere.& idem Bart.in l.Papinianus.§.meminiſſe.in iij.not.per eum tex.ff.de inoffic.teſtam.& in l.ſi ſuperatus.circa medium.ff.de pign.Bal.in l. 2.col.2.verſi.quæro ſecundum.ibi,ſecundum eſt neceſſarium.& ibi etiam Saly.in xj.oppoſ.C. quib. res iudic.non noc.Panorm.in c.in cauſis.col.vlt.verſi.ſed ego vltra alios.de ſent. & re iudic. Roma. conſi.cccxxix.incipit præſens conſultatio.col.iij verſi.eſt enim iuris regula, per multa ibi allegata. Felin.qui & alios quoque allegat,in d.c.ex literis.colu.x.verſi.pro quo facit optimè, & ibi quoque Dec.col.v.verſi.ſaluando dicta.

*Remotus à tutela, in dubio cenſetur &c.*

66 ¶Et bene facit quod traditur in l.hæ enim.ff.de ſuſpect.tut.quòd ſi quis remotus ſit tutela, nec apparet an ſit ob dolum,& ſic ex cauſa famoſa:an ob culpam,& ſic non famoſa,cenſetur ob hanc potiùs eſſe remotus vt ſit integræ famæ:& ſic intelligūt eum tex.gl.ibi in verbo,& verū eſt.in fi.& Bar.& cęteri & voluit etiā Franc.Cremen.ſingul.37.pone quòd ſententia,vbi in hoc dicit ſingularē illā gl.

*Condēnatus in dubio quis cēſetur ex cauſa quæ minus lædit.*

67 ¶Nam & ſemper aliàs ſi non apparet ex qua cauſa iudicatum ſit, in dubio præſumitur ex ea quæ minus lædit condemnatum,vt voluit Imo.in.l.ſi is ad quem.in fi.ff.de acquir.hæred per tex. & gloſ. in d.l.hæ etiam.ff.de ſuſpect.tuto.& l.ſi quis ad exhibendum.ff.de excep.rei iudi.& cap.ſi forte.de elect.li.6.quòd & id ipſum voluit Roma.in eadem l.ſi is ad quem.col.3.ver.ex qua cauſa.

*Limitatio præcedentium.*

68 ¶Sed hoc tamen intellige,quod dictum eſt de contumacia.Niſi,vt ſubdit ipſe Felin.de delicto conſtaret ex actis cauſæ,quia tunc non procederet,d.l.ſi ideo.de euictio.Ita enim voluit gloſ. notab.in l. 2.in verbo,abſens.& ibi Bald.qui eam glo.admodum commendat C.de contrar.iudic. tutel. & ipſe Bald.in d.l.2.C.quibus res iudic.non noc.& in l.ingenuum.col.j.verſic.ſed quæro quis dicatur.ff. de ſtatu homi.cum aliis concord.citatis à Fel.in dicto c.ex literis.vbi ſuprà, vbi & de hoc dicit eſſe caſum in c.cùm olim.ibi,ei licet abſenti,cùm de ſubreptione liquidò conſtet,de re iudic.

*Quid ſi contumacia tranſit in ſpeciale aliquod delictū.*

69 ¶Quod autem diximus in princ.ceſſante contumacia,ceſſare & pœnam illius, tempera vt procedat,niſi contumacia tranſiret in ſpecificum,& peculiare delictum:quia tunc pœna pro eo ſemel impoſita non ceſſaret,etiam ſi poſtea contumax ille vellet obedire,vt voluerunt Anto.Imo. Panorm. & Felyn.in d.c.ex literis,ille col.2.verſi.quandoque pœna imponitur,alter col.vlt.verſi. item aduerte,quia contra,Panor.col.pen.verſi.ſecundò caſu principali.Felin.d.col.x.verſi. fallit tamen iſta declaratio.ita intelligentes nonnulli ex illis,c.ex his.de cler.non reſid.vbi ſi clericus eſt contumax in reſidendo in ſuo beneficio, pœna priuationis eſt perpetua:quia illa contumacia tranſit in delictum non reſidentię,quāuis ipſe Imo.dicat,poſſe etiā dici,quod ibi conſtabat de mente proferentis,quòd

ſcilicet



ſcilicet intelligebat de priuatione perpetua,dum mandat prouideri alteri de beneficio.

70 ¶Secundò tempera vt procedat,niſi pœna irrogata propter contumaciam,fuiſſet momentanea, vt etiam voluit Panor.in d.c.ex literis.col.pen.verſi.& intelligo quando pœna.& ibi quoque Felyn.vbi ſuprà,verſi.fallit ſecundò vbi pœna,per c.ad audientiam.extrà de crim.falſ.& not.per Arch.& Domin.in c.j.50.diſt.& facit quod dicemus infrà in 23.limit.qua tractamus de effectu momentaneo, & quod ſcribit Archid.in c.cupientes col.iiij.verſi.rurſus ſi clericus.ibi,& eſt ratio, quia cùm l.certum. de elect. lib.vj.

*Quid ſi pœna ſit momentanea.*

71 ¶Tertiò intellige,vt ceſſante contumacia,ceſſet pœna pro tempore futuro, vt dicit Bald.in d.l.j. in addit.paulò ante fi.& ibi quoque Iaſon col.xiij.verſic.vltimò not.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſdict.tanquam ſcilicet ſentiant nō ceſſare,pro tempore præterito.Quod intelligo reſpectu impenſarum iam factarum per aduerſarium,ob illius contumaciam:neque enim purgare poterit contumaciam quin refundat eas impenſas,per l.ſancimus.C.de iudic.at reſpectu pœnæ ob eam contumaciā irrogatæ,non video quin ceſſare debeat, per ea quæ dicta ſunt.

*Quod autem pro tempore præterito.*

72 ¶Curationis cauſa ceſſante,ceſſat curatio.quod hinc videmus,quòd curatio data impuberi, ob ſuſpicionem tutoris,finitur tutela ceſſante,l.potuit.C in quib.caſib.tuto.hab.tut.vel cur. dat. Et idem ſi ob abſentiam alterius,l.j.eo.tit.vel ob aliam cauſam.l.curatorem.ff.de tuto.& curat.dat.ab his. Et data ob minorem ætatem,ceſſat ea minori ætate ceſſante,iuribus vulgaribus,vt etiam tutela ob impubertatem,ea ceſſante.l.niſi.in princ.ff.de tutel.& ration.diſtrah.& §.j.Inſtit.quib.mod. tut.finit. Et quod poſtea dicemus infrà in furore ceſſante,quòd curatio ob furorem data ceſſat,furore ceſſante. Et quòd item dicemus in prodigalitate ceſſante, vt ſcilicet curatio ob eam data, ea ceſſante pariter ceſſet.

*Curationis cauſa ceſſante, ceſſat curatio.*

## D

73 ¶Delegationis cauſa ceſſante,ceſſat & delegatio.verbi cauſa,ſi delegatio facta fuerit ob abſentiam delegantis,eo reuerſo ceſſat delegatio.l.j.verſi.non aliter itaque.& ibi Bart.col.vlt.verſi.quæro, pręſes vel ordinarius.Bal.in addit.eius l.Alex.col.xix.verſi.quærit etiam hîc, Iaſ.col.xiij.verſic. vltimò notandum.in verbo,non aliter.& Philip.Dec.hoc tamen intelligens re integra,col.antepen.verſicu. ſucceſſiuè.Bar.concludit,& Franc.Curt.Iunior,col.quoque antepen.verſi.circa ſeptimam quæſtionem.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.

*Delegationis cauſa ceſſante, ceſſat delegatio. Re tamen integra.*

74 ¶Et hoc verum eſt,licet Roma.ibi,col.ij.verſi.dubitatur etiam præſes,per c.cùm plures.iuncta gloſ. in verbo,nequibunt,& in verbo,recuſarit.de officio delega.lib.vj. vbi ſi fuerint delegati duo iudices,cum clauſula de qua ibi,& vnus incœpit,& occupauit cognitionem alterius, poterit alius proſequi. At ſi vnus ægrotet,eo ſanato non expirat cognitio illius alterius,per tex.loquentem de duobus procuratoribus in c.ſi duo.ver.cæterùm.de procura.lib. vj. Et ſic ex illis patet, quòd ceſſante impedimento vnius,non extinguitur officium tranſlatum in alium, ratione illius impedimenti. Sed huic obiectioni reſpondet Alex.vbi ſuprà,vti apud eum videre poteris.

*De eadem re.*

75 ¶Depoſitionis cauſa ceſſante,ceſſat depoſitio,verbi gratia,quis depoſitus ob contumaciam, ceſſante ea contumacia,ceſſat depoſitio,vt expreſsè voluit Domin.à S.Gemin.in c.contumaces.col.ij.ver. conclude quòd aut clericus.50.diſt.& diximus etiam ſuprà nu.59.incip.ſed & per illum.

*Depoſitionis cauſa ceſſante,ceſſat depoſitio.*

76 ¶Dilationis cauſa ceſſante,ceſſat dilatio.l.liberto.§.vlt.vbi Dyn.ita eum text.ſummat,& ibi quoque Alber.in prin.Bart.in fi.& alij,ff.de annu.lega.& l.iij.§. Stichus.ff.de ſtatuliber. & l. ſi quis hæres ita ſcriptus.& ibi Barto.Ange.Imo.Pau.Caſt.Roman.& Franc.Aret.ff.de acquir.hæred.& l.j.§.ſi intra. ff.de ſucceſſo.edict.& l.continuus.§.cùm ita.in fi. ff.de verb. oblig.& l. à filia.§. alumno. ff. ad SC. Trebel.& l.vlt.ff.ad leg.Falcid. Et facit l.hoc iure.ff.de verb. obligat. & l. ſi mariturus. §. ſi negauerint ſe.ff.de adult.& l.vlt.ſecundum vnum intellectum,& ibi Bald. C. qui admit. & c. ab eo. & ibi not.de appel.lib.vj.& §.pen.Inſtit.de bono.poſſeſ.& quod not.glo. & docto.in l. in illa ſtipulatione ſi calendis.ff.de verb.oblig.& gloſ.in c.vlt.in verbo,duntaxat.in fi.& ibi docto. de conſuet. lib.vj.& Ioan.And.in addit.Spec.in rub.de conceſ.præb.Bal.in l.j.§.j.in vtraque lect.ff.de offic.eius cui man. eſt iuriſdict.& conſi.ccclxxix.thema ſuper quo petitur conſilium.col. vlt. verſi.item reſpondeo, lib. iiij.& Alex.conſi.xxxiiij.viſo inſtrumento.in fi.lib.ij.

*Dilationis cauſa ceſſante, ceſſat dilatio.*

77 ¶Ex quo inferunt Dyn.& Barto.in dicto §.alumno,non impediri iudicem procedere in cauſa,durante tempore dilationis,ſi cauſa ipſius ceſſat: puta ſi iudex præſcripſit tibi temptus ad comparendum,vel reſpondendum poſitionibus intra tres dies,& in continenti comparęas,& reſpondeas, iudex non expectato illo tempore trium dierum,non impeditur quo minus poſsit procedere ad vlteriora, cùm ſit finita cauſa dilationis.

*Iudex poteſt procedere durāte dilatione, cauſa eius ceſſante.*

78 ¶Et idem voluerunt ipſe Bart.Bal.Imo.Roma.Pau.Caſt.& Franc.Aret.in d.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.Bart.in l.ij.in fi.ff.de re iudic.& in l.ſiue pars.ad fi.C.de dilat. & conſi.clxiiij.incip.proceſſus & ſententia. Bal.in auth.ſi omnes.col.ij.verſi.item licet citatur inſer.l.j.C.ſi vt ſe ab hæred.abſtin.& in l.vlt.in iiij.q.ff.de fer.& in ſua margar.in verbo,dilatio,& conſi.ccxij.eundo ad veritatem.lib.iiij.vbi ex hoc decidit pulchrum caſum.& conſi.ccclxxix.thema ſuper quo petitur conſilium.col.pe. verſi. item reſpondeo.eo.lib.iiij.Ange.conſi.cxlvj.ſuper primo dico,poſt prin.Pet.Anch.in c.ſignificante. col.ij.verſi.item intellige regulam quòd procedit.& ibi quoque Ant.col.iiij.verſi.fallit ſextò.de app. Dominic.in c.cupientes.§.hac generali.col.vlt.poſt gl.vlt.ibi,in verſ.& ſcias quòd ſi electus. & cōſi. cxxj.attenta forma.col.ij.Pau.Caſt.cōſi.ccciij.ſuper primo dubio videtur dicendū quòd iuſtificatio.

*De eadem re.*



BIBLIOT. UNIVERSITARIA

col.2.verſi.& quòd iſta fuerit intentio.lib.1.Roma.in l.quandiu inſtitutus.col.2.verſ.ſed firma remanet.& ibi Franc.Aret.col.4.verſ.& hæc dicta.ff.de acqui.hæred.& idem Roma.conſil.cccccciij. diligenter inſpectis.col.3.verſ.tertiò moueor quia teſtator.Ange.Aret.§.ſi minus.col.7.verſ.quæro, data eſt dilatio.Inſtit.de action.Alex.conſi. xxxiiij.viſo inſtrumento. col.2.verſi.non obſtat ſi diceretur.lib.2.& Georg.Na.in repet.clem.ſępe.in prin.col.51.verſ.aut terminus probatorius.de verb.ſign. Iaſon in d.l.1.col.xiij.verſ.vltimò nota.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.& in l.vlt.col.v.verſ.item aduertendum eſt.C.de iure emphyt.

*Siue dilatio data ſit à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice.*

79 ¶Ex illis autem vides id procedere,vt ſcilicet ceſſante cauſa dilationis,ceſſet dilatio , ſiue ea dilatio data ſit à teſtatore: nam de ea loquitur d.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acquir.hære.ſiue à lege, de ea enim loquitur d.l.pe.§.ſi intra.ff.de ſucceſ.edict.& glo.& doct.in dicto cap.vlti.de conſuet. lib.vj. ſiue à iudice,de ea enim loquuntur omnes doct.allegati in ſuperiore verſi.

*Dominus qui ſuum animum declarauerat, non amplius eſt expectãdus.*

80 ¶Ex hoc quoque illud fit quod ſcriptum eſt à Canoniſtis,præſertim Imo.& Panorm. in c.potuit. in col.1.verſ.item quòd vbi tempus hoc,col.2.verſ.nota quòd ſi datur alicui.de loca.quòd licet dominus ab emphyteuta certior factus,de futura rei emphyteuticariæ venditione,debeat expectari per duos menſes,l.vlt.C.de iure emphyt.tamen ſi ipſe dominus ante id tempus ſuum animum declarauerit,non debet vlterius expectari quoniam vbicunque alicui ſtatuitur tempus ad declarandam voluntatem ſuam,ſi antè declarauerit,ceſſat præfixio temporis, quod & in eadem ſpecie firmauit Spec. tit.de loca.§.nunc aliqua.in 100.quæſt.& Iaſon in d.l.vlt.col.5.verſ.item aduertendum eſt.& iterum col.7.verſ.& nota bene hæc verba.C.de iure emph.

*Legatũ relictũ uxori dumuidua erit, & poſt eius mortem alteri, an ſtatim uidua maritata, poſſit peti à legatario.*

81 ¶Et huc quoque ſpectat,quod ſcripſit Ioan.And.in addit.Spec.in rub.de ſecun.nupt. quòd ſi maritus reliquerit vxori ſuæ vſumfructum bonorum toto tempore vitę ſuæ,donec tamen vidua remanſerit,& poſt eius vxoris mortem eadem bona alteri reliquerit,mulier aliquo poſt tempore ſeſe maritauit,& ita vſumfructum perdidit:quæſtio erat inter hæredem mariti,& illum alium legatarium: hæres enim dicebat debere illum expectare mortem vxoris,ille contrarium,cùm ceſſaret cauſa dilationis legati.Et pro iſto legatario tenuit ipſe Ioan. And. poſt alios à ſe relatos. Et ſequitur Pau. Caſt.in d.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acquir.hęrèd.de quo tamen vide omnino Rom.contrariũ tenentem quibuſdam rationibus,& Fran.Aret.illi reſpondentem in ea ipſa lege.

*Appellãti prima die, an ſtatim currat tempus proſequendi.*

82 ¶Sed & ipſe Pau.Caſt.in d.l.ſi quis hæres ad fi.dicit ſe conſuluiſſe Florentię,quòd ſi ex ſtatuto quis intra decem dies debeat appellare,& poſt eos decem dies teneatur proſequi ſuam appellationem intra ſexaginta dies,ſi appellauerit prima die,ſtatim currit altera dilatio ſexaginta dierum, ceſſante ſcilicet cauſa primæ dilationis. Verùm Franc.Aret.in d.ea.l.etiam , ad fin.tradit, id determinatum eſſe per tex.& glo.in clem.ſicut. in verbo,à die.de appel.vbi decem dies dati ad appellandum, non conſumuntur cum tempore dato ad proſequendum:nec id poſtremum tempus currit, niſi priore elapſo. Et eam gl.ſequitur Bal.in l.ij.in prin.C. de tempor.app. Et tamen ſi appellatio fuerit interpoſita intra decem dies,à die interpoſitæ appellationis, currit terminus proſequendi, per tex. ibi, quod & ipſum diſputabatur in c.ex ratione.extrà de appel.vnde inquit d.clem.vera eſt.

*De eadem re.*

83 ¶Et illud item quod ſcribit Andr.Iſer.in c.1.col.3.verſic.quid ergo ſi data dilatione. titu.de controuer.inter vaſal.& alium de beneſ.quòd cùm ex conſtitutione regni Siciliæ, ſi quiſpiam ex regno citetur,detur ei terminus triginta dierum:ſi extra regnum,60.& quis extra regnum degẽs citetur, & detur ei terminus 60.illorum dierum , & intra paucos dies rediit in regnum , & citatio ad eius notitiam peruenit,nec tamen comparuit intra 30.dies,ſed vult expectare finem 60. dierum illi datorum,an ſit contumax.Et concludit Andr.& poſt eum Matth.Afflict.ibi,col.pen.verſi. ſubſequenter.Andr.tangit,quòd non debet expectare,cùm cauſa dilationis ceſſet,ſitque reducta ea dilatio ad non cauſam,vt in l.j.ff.de condict.ſine cau. & ſic debuit comparere cùm potuit. Et idem in ſimili propè caſu voluit Archid.in c.cupientes.col.4.in verbo,commodè.verſic.ſed quid ſi facta.poſt glo. ibi,in dicto verbo,commodè verſic.& ſcias quòd ſi electus.de electio lib.vj.

*Quid in dilatione data à lege.*

84 ¶Quod tamen intelligunt dicta glo.in ver.item ſcias.Archid.Andr. Iſer.& Matth. Afflict. locis ſuprà citatis,in dilatione ſtatuta à iudice:ſecus ſi à lege.Neque enim beneficium legis eſt alicui auferendum,cap.de his.28.diſtinct.& c.indultum.de reg.iur.lib.6.nec ei debet ſua diligentia obeſſe.Sed quia id videtur aduerſari ei quod diximus in præcedẽti verſi.id declarant Achid.& Matth.Afflict. vbi ſuprà, quos ſuper hoc videre poteris. Atque etiam Petr.Ancha. in dicto c.cupientes. in princ. col.ij.verſic.quæro in hoc.

*De eadem re.*

85 ¶Denique & illud manat ex eo quod diximus,ceſſante cauſa dilationis,ceſſare dilationem. quod à Bal.reſponſum eſt conſi.ccxij.eundo ad veritatem. lib. 4. quòd ſi quis ſtipulatus fuerit ab alio certam ſummam ſoluendam hinc ad decennium,& interim ſtipuletur aliquid annuum , ſi opponitur quòd ea annua ſtipulatio eſt vſuraria,poterit creditor petere,vt debitor ſoluat totam ſortem, vt ſic ceſſante cauſa dilationis,ceſſet dilatio. Cuius ſententiæ mentionem fecit Franc.Curt.iunior, in l.ij. §.omnes.col.2.ver.poſtremò vltra prædictos.ff.de iud.& dicit in contrarium obſtare fortem tex.in l.pecuniæ fœnebris.ff.de vſur.iuncto arg.de toto ad partem,l.quæ de tota.ff.de rei vendi.

86 ¶Niſi dixeris creditorem ibi ſaltem legitimas vſuras conſequi,& ſic non videri eandem rationem totius & partis.Et præterea ob illam promiſsionem annuam deficientem,non videri in totum ceſſare cauſam dilationis,quæ non ſolùm conceditur propter illud annuum, ſed plerunque contemplatione debitoris,qui aliàs non erat promiſſurus,vt per glo.Bar.Pau.Caſt.& Alex.in l. qui Romæ. in prin.



in princ. ff.de verb.obligatio. Aduertendúmque eſſe quòd in hoc caſu dilatio continet fauorem vtriuſque,cui non poteſt eodem tempore ſatisfieri. Et ad hoc optimè facit quod voluit Barto.in d.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.in fin.de acquir.hæred. dum dicit quòd in quibuſdam legibus contrariis, non erat omnino finita cauſa dilationis,& ibi etiam Franc.Aret.col.2.verſi.& ad illas.

*Quid ſi tẽpus aſsignetur per dictionẽ ſignificantem temporis extremitatem.*

87 ¶Intellige tamen vt ceſſante cauſa dilationis,ceſſet dilatio , niſi tempus ſit aſsignatum per dictionem ſignificantem extremitatem temporis,vt ſi dicatur,tunc decem Seio dato: nam & tunc non ceſſat dilatio ceſſante cauſa dilationis,per tex. in l. 4. §. 1.ff. de condit.& demon.& voluit gl.in d.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acq.hæred.& ibi Franc.Aret. col.1.in 2.notab.& iterum col.3.verſi.ita aduerte quòd, vbi dicit & de hoc eſſe gloſ. notab. in dicto cap.cupientes.in verbo, commodè. relata ad tex.de elect.libro 6.Et idem voluit Barto.in l.vxori vſumfructum.ff.de vſufru.lega.

*Quid ſi dies dilationis eſt incerta.*

88 ¶Intellige ſecundò,vt ſcilicet ceſſante cauſa dilationis,ceſſet dilatio,cũ dies dilationis certa eſt,ſecus ſi incerta:quia huiuſmodi dies incerta facit conditionẽ,l.quibus diebus.§. quidã Titio. & l.hæres meus.in fi.ff.de condi.& dem.& voluit.Fran.Are.in d.l.ſi quis hęres ita ſcriptus.col.2.verſ.extra gl.& iterũ col.ſeq.verſi. vel potes dicere.ff. de acq. hære.vbi ita intelligit d.l.vxori.ff.de vſufru.leg.

*An ipſo iure ceſſet dilatio, ceſſante cauſa illius.*

89 ¶Intellige tertiò,vt ceſſet dilatio data à iudice,ceſſante cauſa dilationis , quia certum eſt fieri non poſſe,quòd iudex ipſe iuſsit fieri intra certum terminum , non quidem ipſo iure , ſed poteſt iudex eam reuocare deficiente cauſa,ob quam dilatio data eſt.vt voluit Ioan.Andr.in additio.Spec.tit.de dilatio.§.1.verſi.probatoria, quod ſingulare eſſe dicit Franc. Aret.in d. l. ſi quis hæres ita ſcriptus. verſic.in materia autem noſtra.vbi tamen id non probat,cum ſit eadem ratio ad hoc,vt iudex poſſit procedere ad vlteriora.

*Pœna an poſſit peti ante tempus præſtitutum, cũ certum eſt intra illud rem perfici non poſſe.*

90 ¶Nec etiam in hac tractatione omittendum eſt,quòd pulchrè voluit ipſe Franciſ.Are.in d.l.ſi hęres ita ſcriptus.col.4.verſi.& aduerte diligenter multùm referre vtrùm quæramus an dilatio impediat procedere ad vlteriora, quando ceſſat cauſa dilationis:an verò,vtrum ille qui debet aliquid facere intra aliquod certum tempus ſub pœna,poſsit conueniri ad pœnam ante elapſum illud tempus, cùm certum eſt illum non poſſe id pręſtare ante illud tempus,de quo per Bart.Imo.& ipſum Aret. latè in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ff.de verbo.oblig.& quod in ſimili tradit Ioan.Andr.in c.irrefragabili,col.1.in verbo,extunc.de offic.ord.& Bald.in c.1.col.penul.verſic.quæro quãdo par citat parem,titu.de milit.vaſal.qui contu.eſt.Franciſ.Aret.in d.l.in illa ſtipulatione ſi calendis,col.3. verſicu.ſed extra diſtinctionem.ff.de verbor.obligat.

*Diſpenſationis cauſa ceſſante ceſſat diſpenſatio.*

91 ¶Diſpenſationis cauſa ceſſante,ceſſat diſpenſatio. c. priſcis. quod eſt 1. & ibi Archid. poſt princ. & Domin.col.1.verſi.quæro an iſta conſtitutio.lv.diſtinct.& cap. Cenomanenſem. lvj. diſtinct. & cap. monachus.quod eſt vlt.in fi.lxxvij.diſtinct.& cap.quod pro neceſsitate.& ibi gloſ.& alij, 1. quæſt.1. & cap.eos.1.quæſt.v.& cap.quod pro remedio.& ibi Card.Alex.& cap.exigunt.1.q.7.& cap.ordinationes.verſ.quamuis autem.ix.q.1.gloſ.in c.poſt translationem.in verbo,ceſſante.de renunc.& in d. c.quod pro remedio.1.q.7.& c.quia circa.& ibi Cardi.Alex.in 4.notab.de conſang.& affinit.Arch. in c.Neophytus.in fi.lxj.diſt.Bal.in rub.de conſuetu.col.vlt.ver. ceſſante cauſa. & in cap.ſi alicuius. quod eſt pen.ad fi.de elect.& in c.at ſi clerici.col.4.verſ.quæro nunquid epiſcopus.de iudic. Henric. Bohic in c.& ſi Chriſtus.col.vlt.de iureiur.

*Sed an reuocatur diſpenſatio ſemel cõceſſa.*

92 ¶Quod tamen ita nonnulli intelligunt,vt ceſſante cauſa diſpenſationis , non fiat poſthac ſimilis diſpenſatio,nam quę ſemel facta fuerit cuipiam ob cauſam,non reuocatur ob eius ceſſationem , per cap.ex tua nobis parte.& ibi gloſ. in verbo,irritari.de filiis presbyter Et quod in ſimili dicitur de remiſsione iniuriæ,in cap.ſi illic.xxiij.q.4.Et ita expreſsè voluit gloſ.in cap.in armentum.ad fin.de reg.iur.lib.vj.Archid.& Cardin.Alex.in d.cap.quod pro remedio.1.q.7. & Henric. Bohic in dicto cap.& ſi Chriſtus.Et facit ſecundum eam gloſ.cap.factum legitimè.de reg.iur.lib.vj.

*Quid quantũ ad eum cui diſpenſatio conceſſa eſt.*

93 ¶Secundò intellige,(& id propemodum idem eſt,)vt ſcilicet ceſſante cauſa diſpenſationis, ceſſet diſpenſatio quò ad alios,ſecus autem quantum ad ipſum,cum quo eſt diſpenſatum.& ita nuncupatim voluit Imo.in c.poſt tranſlationem.col.v.verſi.in glo.in verbo,ceſſante.de renunc.per id quod habetur in l.vlt.ff.vnde lib.

*Quid ſi ius ſit perfectè quæſitum.*

94 ¶Tertiò intellige(quod & fermè in idem recidit)vt ceſſet diſpenſatio,cauſa illius ceſſante,cum adhuc diſpenſatio eſt in fieri,vt noſtri loquuntur,ita ſcilicet,vt ex ea nondum ius ſit in perfectè eſſe, vt & ipſi loquuntur.Si autem ius eſt perfectè quæſitum,& eſt cauſa generalis,tunc ceſſante ea cauſa generali,non ceſſat lex,ſed reuocari debet,cap.ſuggeſtum.de decim.Ita voluerunt Anto.& Panor. in d.c.poſt tranſlationem.vterque col.4.verſi.tu dic latiùs,de renunt. de quo etiam dicemus inferiùs in ceſſatione rationis legis,nu.165.incip.Ant.in d.cap.Sed interim vide quæ dicam in xij.limitat.nu.27.incip.intellige quintò.

*Quid ſi loco neceſsitatis,ſuccedat utilitas.*

95 ¶Quartò intellige, niſi loco neceſsitatis,ob quam diſpenſatio conceſſa eſt,ſuccedat vtilitas, verbi gratia cogente penuria clericorum,diſpenſatum eſt cum monachis,vt ad clericatum promouerentur,ceſſante ea neceſsitate,non ceſſat promotio,quia loco illius neceſsitatis ſucceſsit vtilitas eccleſię.Ita voluit Card.Alex. in dicto c.quod pro remedio.in fi.1.q.vij.& dicemus etiam inferiùs in neceſsitatis cauſa ceſſante,nu.177.incip.ſed hoc primo.

E

*Excluſionis*

96 ¶Exceptionis cauſa ceſſante,ceſſat eiuſdem exceptionis effectus vt eſt tex.in l. ſi pupilli. §.ſi autem debitor pupil.& ibi Bart.in epitome.ff.de ſolutio.Et excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio.l. ſi

*cauſa ceſſante ceſſat excluſio. Idẽ in exceptione.*

inſtituta.& l.pater filium.& l.ſi is qui.ff.de inoff.teſta.& l.Gallus.§.in omnibus.& l.inter cætera.ff.de liber.& poſth.& l.ij.§ ſi mater.ibi,cùm enim prælatio.ff.ad S.C. Tertul.& Orphit.& l.ſi poſt mortẽ.§.liberi.ff.de bon.poſſ.contra tab.Et voluit Bal.conſi.xxj.punctus quæſtionis.verſic.& ideo videtur.lib.3.quod repetitur mutato initio,conſi.clxxviij.anno domini.lib.v. vbi loquitur de filia excluſa à ſucceſsione ob dotem.& conſi.cclxxj.ſubſtitutio fideicõmiſſaria.vbi dicit, ceſſante cauſa finali excluſionis ſubſtituti,debere ceſſare excluſionem.& conſi.ccclxxix.quod incip.thema ſuper quo petitur conſilium.col.vlt.verſ.item quando excluſio.Ang.in §.ſi quis autem.col.vlt.in auth.de hær. & Falcid.Roma.in l.vlt.col.xviij.verſ.ſubiungitur in bonis.C.de pact.& Philip.Dec. loquens etiam de excluſione filiæ dotatæ,conſi.ccclxxix.requiſitus.col.iij.nu.5.& ſeq.vbi & alios multos citat.

97 *Filia ob filios excluſa, illis deficientibus admittitur.*

¶Hincque etiam plurimi dicunt filiam excluſam à ſucceſsione patris ob maſculos, his deficiẽtibus admitti,tanquam ceſſet excluſionis cauſa,Ange.in dicto §.ſi quis autem. ſuper verbo, auferri.ff. de hæred.& Falcid.Raph.Comen.conſi.viij.dominus Petrus. col.iij.verſ. & ſanè hæc ſententia. Paul. Caſtr.conſi.cxcj.viſis & diligenter examinatis.col.j.verſi.ex his videtur.lib.ij.Ange.Aretin.in §.admonendi.verſ.& hoc facit.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.Matth.Afflict.in c.j.§.quinetiam.col.j.verſ.& propterea iſte tex.tit.epiſ.vel abb.lib.j. feud. cum ſimil.

98 *Si tamen nulli ſunt maſculi cum hæreditas defertur. Niſi ſtatutum utatur uerbis temporalibus.*

¶Quod tamen intellige,cùm nulli ſunt maſculi tempore delatæ hæreditatis, qui poſsint aut velint ſuccedere:nam ſi qui ſunt qui ſuccedant,& ita excludant filias,eæ perpetuò erunt excluſæ, etiam ſi maſculi poſtea deficiant, niſi ſtatutum excludens vteretur his verbis, quouſque, donec, quandiu erunt maſculi.Bart.in l.vlt.in j.q.ff.ad SC.Tertul.Bal.in auth.ſed & ſi quis.verſi.& per hoc infertur: C.de ſecun.nup.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.in fi.& ibi quoque Ang.& Franc.Are. ff.de liber. & poſth.cum aliis multis concord.à me collectis in repet.l.ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. nume.193.incip.ſed & huc ſpectat.& duobus num.ſeq. Quod ideo fit, quia effectus excluſionis, per maſculorum ſucceſsionem eſt omnino conſummatus,ideóque ceſſante ratione,non ceſſat is effectus,vt dicam poſtea in x.limitatio.& ita ſemper.Quamuis aliud voluiſſe videntur Raph.Com. & Pau.in dd.conſi.in præced.verſi. allegatis.

99 *Excõmunicationis cauſa ceſſante ceſſat excommunicatio.*

¶Excommunicatione ceſſante,ceſſat eius effectus.vt videre licet ex eo quod dicit gl.in cap.quia diligentia.in fi.extra de elect.per eum tex.quòd excommunicati poſtea abſoluti,omnia iura recuperant.& ad id multa alia allegat,atque ex eo quod tradit Card.Floren.huc proximè pertinens in c. ab excõmunicato.col.ij.verſ.quartò deficiente cauſa.de reſcript. ceſſante cauſa excõmunicationis, ceſſare excõmunicationem.Sed iis in ij.not.& in j.opp.eiuſdẽ c.declarat, quomodo id intelligatur.

100.& 101 *Vaſallo excõmunicato abſoluto reſtituitur fidelitas ei adẽpta ob excommunicationem.*

¶Et hoc quoque non mediocriter fulcitur,ex eo quod tradit alia gl.not.in c.vlt.in fi. titu. per quos fiat inueſtit.quòd quemadmodum fidelitas pariter cum fama domini finitur, cùm ipſe dominus excommunicatur,ſic & pariter cum fama,eadem fidelitas eo abſoluto reſtituitur,per cap. domino guerram tit.hîc finitur lex,2.feud.& c.alius.& c.vlt.xv.q.vj.Et eam gl.ſequitur Bald.ibi, & in l j.in xxxj.q.verſ.& nota iuramentum fidelitatis.ff.de rerum diuiſ.Et facit etiam quod dicemus infrà in ſuſpenſionis cauſa ceſſante.

102 *Excuſationis cauſa ceſſante, ceſſat excuſatio.*

¶Excuſationis cauſa ceſſante,ceſſat excuſatio.verbi gratia,excuſatus à tutela ob abſentiã reipublicæ cauſa,ſi deſinit abeſſe,amplius non excuſatur,ſed onus tutelæ ſuſcipit.§. item qui reipub. Inſtit. de excuſ.tut.Bal in l.generaliter.col.ij.verſ.quædam eſt cauſa ſucceſsiua.C.de epiſ. & cler. Et optimè faciunt quæ dicam infrà,in paupertatis cauſa ceſſante.Vide tamen quæ ſcribam inferius in iiij. limitat.verſ.& ad hoc facit,in fi.& verſ.ſeq.& iterum in xxj. limitat.

103 *Expulſionis cauſa ceſſante, ceſſat expulſio.*

¶Expulſionis cauſa ceſſante,ceſſat expulſio.verbi gratia, dominus poteſt expellere inquilinum ob neceſſariam domus refectionem.l.æde.& ibi gl.& doct.C.de loca.Quid igitur ſi domus refectio facta fuerit,durante adhuc tempore conductionis, an inquilinus poſsit petere ſe redintegrari, & reponi in priorem ſtatum,vt ſcilicet vtatur ſua conductione, quandiu durabit tempus illius.Et certè poteſt,cùm ceſſet cauſa ob quam expulſus fuerat.Ita voluit gl.not.in l.j.§.cum inquilinus.in verbo, dominum,in fi.& ibi Bar.etiam in fi.& Franc.Cremen.ſingu.71.tu ſcis, quòd poſſum.

F

104 *Famulitio ceſſante, ceſſat eius effectus. Famulus qui olim fuit, & nunc non eſt, poteſt eſſe teſtis pro domino antiquo.*

¶Famulitio,aut ( vt vulgò loquimur ) ſeruitio, ſiue domeſticitate, aut familiaritate ceſſante, ceſſat effectus,qui inde ſequebatur.puta,famulus domeſticus repellitur à teſtimonio in cauſa domini, ob id quòd talis eſt.l.2.C.de teſtib.& l.pen.ff.eo.& c.conſanguinei iij.q.v.Ideo ea cauſa ceſſante, quia ſcilicet amplius non eſt famulus,ceſſat ille effectus, poteritque pro eo cuius olim dominus fuit, teſtificari,vt voluerunt Iaco.Rau.Cyn.Bal.Bar.Saly.Pau. Caſtr.& alij in d.l.ij Ioan.Fan.in d.c.conſanguinei.Spec.tit de teſte.§.j.verſi.quid ſi olim fuit eius clericus.& ibi Ioan.Andr.in addit.Bart. in l.j.§.item Mummio.per eum tex.ff.de quæſt.& rurſum in l.vnius.§.pen.ff.eo.& in l.deferre.§.item decreuerunt.in fi.ff.de iure fiſci.Bal.in l.j.circa medium.C.de epiſ.o.& cler.& in l.nihil.in princ. ff. de inoffi.teſta.& in c.literis in fi.& ibi quoque recentiores,præſertim Felin. qui id declarat poſt alios, de teſtib.& ipſe Bal.in c.inſuper.col.j.verſ.& eſt argumentum pro famulo.eo.tit.Saly. in l.ſeruos. C. de quæſtionib.Imo.in c. inſinuante,de offic.deleg. Alex.conſil v.in caſu inquiſitionis formatæ.col. pen.verſ poteſt etiam reſponderi.lib.ij.& conſi.cxlix.quod incipit, viſo proceſſu inter Michaëlem, col.ij.verſ.non obſtat ſi dicatur.lib.v.Fran.Are.in l.ad teſtium. in prin.col.3.verſ. de primo ponit. ff. de teſtam.Hippol.Marſil.in d.l.item Mummio. col.1.& iterum in l. etiam ſi redhibitus. col.2. verſ. vlterius hæc lex poteſt.ff.eo.tit.de quæſtio.

¶Sed



105 ¶Sed hoc tamen primò intelligas,niſi in fraudem receſſerit,vt expreſsim voluit Spec. vbi ſuprà,& Bal.in d.l.ij.col.ij.verſi.ſed quid è contra.& in d.c.inſuper.de teſtib.Iaco.Butr.Ang.& Sal.in d.l.ſeruos.C.de quæſtio.Ad quod Saly.allegat l.1.§.ſi ſeruus ad hoc,& §.ſeq.ff.eo.tit.& l.pen.C. de adulter. Et fortè, inquit, iſta fraus poſset probari ex eo,quòd poſtea ad famulitium reuertitur cauſa finita, arg.l.ſi quis adulterium.§.j.ff.de adult.& arg.l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& l.ſi is qui.la 2.ff.de acquir.hæred.& l.ſi quis naturalem.ff.de acquir.hæred.& l.ſi quis. §. & quod de ſubeunda.C.de natur.liber.Quod & ipſum voluit Ioan.And.in addit.Spec.vbi ſuprà.Nam tũc ait, præſumitur familiaris manſiſſe,& inter eos ſic actum fuiſſe,cùm ſtatim reuertitur,ſecus ſi ex interuallo.l.ſi ventri.§.vlt.col.v.& ſeq.ff.de priuil.cred.& l.petens.C. de pact.

106 ¶Intelligas ſecundò,ſecundum ea quæ diximus ſuprà,in affinitatis cauſa ceſſante,nume.28.incipiẽ. ex quo ipſe Bal.vt ſcilicet non hic ſit omnino teſtis,omni exceptione maior,cùm maneãt quędam reliquiæ,& veſtigia amicitiæ,honoris,& reuerentiæ dominicæ,arg.eius quod ſcribitur in l.vnius.§.ſeruus.le 1.ibi in memoriam prioris domini.ff.de quæſtion.cum concor.quas afferemus infrà.in 15.& in 16.limitat.præſertim ſi hic famulus diutiſsimè manſit in famulitio eius,qui nunc eum in teſtẽ producit,& cum bona gratia ex eodem famulitio diſceſsit,arg.not.alicubi de vxore,quæ bona gratia diſceſsit à marito,& id quidem totum arbitrio iudicis relinquimus. Et facit ad ſupradicta quod ſcribunt Spec.& Ioan.And.in additio.illius,vbi ſuprà.

*An autem hic antiquus famulus ſit omni exceptione maior.*

107 ¶Fauoris cauſa ceſſante.ceſſat & illius effectus.quod ex eo ſatis videmus,quòd priuilegium cõceſſum filiis,fauore parentum,vel vxoribus fauore maritorũ,ceſſat illis mortuis,& ſic ceſſante fauore, vt probat tex.in l.vlt & ibi Cyn.qui dicit menti tenendum,in 3.notab.& Bal.poſt prin. C.de iniur. & voluit etiam gl.in l.medicos.in verbo,& filiis.C.de profeſ.& medic.libro x.quæ eum tex.non allegat,ſed alium in l.archiatros.C.de metat.& epid.libro 12.& in l. illud.C.de epiſ. & cler. quæ quidem poſterior nihil facere videtur.ſed illud idem voluiſſe videtur gl.ibi,in verbo,filij.quã ſequuntur Cyn.Iaco.Bart.Bal.Alber.& Saly.ibi,ex quibus Cyn.id tribuit noſtræ regulæ, qua ceſſante cauſa,ceſſat effectus,dicitque & poſt eum Alber.col.vlt.id generale eſſe, vt priuilegium alicui conceſſum ratione perſonæ alterius,tamdiu tantùm durat,quamdiu ille alter viuit, per l.ſi tibi.§. pactum. & l.hęredi.ff.de pact.& dicta l.vlt.ff.de iniur.Sed & Iaco.& Bal.in d.l.ij.dicunt,quòd priuilegia conceſſa famulis fauore dominorum,intelliguntur durare,quandiu ſunt in ſeruitio,cùm ceſsante cauſa fauoris, ceſſet fauor.

*Fauoris cauſa ceſſante, ceſſat fauor.*

108 ¶Id quod etiam generaliter voluit ipſe Bal.in l.j.col.j.verſi.nota quòd ceſſante. C.ſi rector prouin. per tex.in l.ſenator.ff.de ritu nupt.& l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de legat.ij.& idem quoque Bald.in l.ij. per tex.ibi.C.quib.ad libert.procla.non licet,& reb.eo.qui ad lib.procla.nõ prohib.Ang.conſ.xcvij. Viuianus de Monte.paulò ante fi.vbi ex hoc,in pulchro caſu conſuluit.& Philip.Dec. cõſi.cccclvj. incip.conſului aliàs.col.pe.nu.12.Sed vltra prædicta iura in id optimè facit,tex.probans id generale eſſe in l.in omnibus.ff.de reg.iur.cuius hæc verba ſunt,In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio,ibi deficiente ea,beneficium quoque deficiat.

*De eadem re.*

109 ¶Verùm quantùm ad id quod diximus de filiis,contrarium tenuerunt Ioan.And.Pet.Anch.Dominic.& Philip.Franc.in c.ne aliqui.videlicet vt priuilegium conceſſum filiis ob parentes,duret etiam mortuis parentibus,per regulam c.debet.de reg.iur.lib.vj.Sed ad hoc videntur eſſe tex.expreſsi in l.ij.§.in filiis.& §.ſi ad tempus.ff.de decur.& in l.emancipatum.§. 1.ff.de Senator.

*An uerum ſit, quod de priuilegiis filiorum dictum eſt, numero 102.*

110 ¶Nam & vxores quoque poſt mortem maritorum,quamdiu manent in viduitate, vtuntur priuilegiis maritorum.l.fœminæ.in fi.& ibi Alber.haud multò poſt prin.ff.de Senator.& l.filij.§.vidua.ff.ad municip.& l.cùm te.& ibi Bal.C.de nup.& c.is qui.§.mulier.de ſepult.lib.vj.gloſ.in clem.ne Romani.§.ſanè.in verbo,vacare.& ibi Imo.& Barba.de elect.Ang.Pau.Caſt.& recentiores in l.cùm quędam puella.ff.de iuriſdict.omnium iudi.cum aliis concord.à me adductis in tractatu Nobilitatis, c. 17.num.5.incip.& hoc procedit.& multis ſeq.Idque etiam in priuilegiis exorbitantibus, per l.vlt.in prin.& ibi Bart.in verbo,aut quiſquis is fuit.& Ioan.Plat.C.de priuil.ſchol.li.xij.Fran.Are. qui eum tex.ad hoc dicit not.in c.ſuper eo.le 2.col.1.de teſtib.Alex.qui id declarat conſi.ccvij.incip.põderatis verbis ſtatuti,col.ij.ver.quintò quia dato.& col.v.verſ.non obſtat quinto.lib.6.& diximus in dicto cap.xviij.noſtræ Nobilitatis,nu.8.incip. ſed & hæc omnia.

*Quid item in fœminis uiduis.*

111 ¶Qua in re quantum ad priuilegium conceſſum filiis fauore parentum,ſunt qui hanc controuerſiã quibuſdam diſtinctionibus ſedant,& inter cæteros Cyn.Alber. & Saly.in d.l.ij. C.de epiſ.& cler.& ibi quoque Pau.Caſt.qui eam l.legit,cum l.j.Nam aut,inquiunt,priuilegium conceditur ratione dignitatis innatæ,& tunc priuilegium competit liberis,etiam mortuis parentibus,per l. fœminæ. ff. de Senatorib.quæ loquitur de vxoribus reſpectu maritorum:tanquam ſentiat,& id procedere in priuilegiis vxorum,& l.eam legem.C.de excu.mun.lib.x.Et facit,vt id illis addas,quod in ſimili ſcribit gl.in l.ſemper.§.negociatores.in verbo,in huiuſmodi.ff.de iure immunit.

*Redit ad priuilegia filiorum.*

*Et uxorum.*

112 ¶Aut (vt ad illos redeamus) competit priuilegium ratione officij publici,& tunc non competit liberis poſt mortem parentum,& ita intelliguntur leges contrariæ,aut denique conceditur priuilegium ratione neceſsitatis,& tunc ad filios non competit,mortuis parentibus, cùm nec illis viuis competat.l.in filiis.C.de decur.lib.x.& l.vlt.C.qui morbo ſe excuſant.eo.lib.

113 ¶Verùm aliter diſtinguit vir recentioris quidem ætatis, ſed quem non immeritò multis antiquioribus æquare poſſumus,is eſt Franciſ.Ripa,in l.ex facto,col.3.nu.12.ff.de vulg. & pupil.ſubſtit. nam

*De eadem re.*

aut,

aut,inquit,priuilegium parentum conceditur filiis,ea ratione, ne dehoneſtetur dignitas ipſorum parentum,& tunc ceſſat mortuis parentibus. Aut ea tantùm ratione,quòd ſunt filij,& tunc non ceſſat, & ita dicit eſſe intelligenda iura vtrinque allegata.

114 *Fictionis cauſa ceſſante,ceſſat fictio.*

¶Fictionis cauſa ceſſante, ceſſat & fictio, ideo ceſſante æquitate, quæ ſemper cauſa eſt fictionis, l. poſtliminium.in prin.ff.de capt.& poſtlim.reuer.ceſſat & ipſa fictio.l.qui in vtero. ff. de ſtatu homi. & l.Vranius.verſi.ſed cùm duo rei promittendi.& l.ſi debitori.ff.de fideiuſſo.& l.Stichum.§. aditio. ff.de ſolutio. Et ita per ea iura voluit Barto.qui ea ſcienter declarat,in l.ſi is qui pro emptore.col.3. verſi.ad ſolutionem igitur,& pleniùs col.23.quæ eſt in vlt.char.verſi ſextò principaliter. & ibi quoque Imo.col.pen.verſi.circa quartum.& Iaſ.char.pen.nu. 384. quartò principaliter quæritur. ff. de vſucap. Quibus adde l.denique.& l.nec vtilem,ff.ex quib.cau.maio.quibus probatur, nunquam fictionem habere locum,niſi ſubſit æquitas.

115 *Furore ceſſante, ceſſat quod ob eum factum eſt.*

¶Furore ceſſante ceſſat quod ob eum factum eſt,verbi gratia,ſi ceſſet furor ob quem facta eſt ſubſtitutio exemplaris,ceſſat ipſa ſubſtitutio,l.humanitatis.C.de impube.& aliis ſubſtit.& §. qua ratione.Inſtit.de pupil.ſubſtit. An autem ita ceſſet, vt non reuiuiſcat redeunte furore,videbis apud Bart. in l.ex facto.col.penul.verſ.quæro quid ſi furioſus.& ibi Imo.& Alexan.ff. de vulg. & pupil. & Dec. in d.l.humanitatis. col.pe. verſi. ſeptimo noto,quòd ſi mēte captus. Similiter quoque videmus ceſſare curationem ob furorem datam,ceſſante furore.l.j.ff.de curat.furioſ.& l.pen.C.eod.

G

116 *Gratiæ cauſa ceſſante,ceſſat gratia.*

¶Gratię cauſa ceſſante,ceſſat gratia.Panor.in.c.ſuper literis.col.6.verſi.quò ad tertiam regulam, ad fi.illius verſi.& ibi quoque Auguſt.Bero.ad fi.de reſc.per tex.in d.c.generaliter.C. de epiſc. & cler. Quin addit de hoc Bero.meliorem.vt ipſe dicit,tex.in c.ſuggeſtum.de decim. Hincque illud aſſumit,quòd multò magis debet ceſſare gratia,ſi cauſa eius expreſſa fuit falſa,etiam per ignorantiam: quia vt ſubdit Bero.fortius eſt impedimentū ac initio conſiſtens,quàm ex poſt facto ſuperueniens, l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.& §.furioſum.Inſtit.quib.non eſt permiſ.fac.teſt.

I

117 *Immunitatis cauſa ceſſante, ceſſat immunitas.*

¶Immunitatis cauſa ceſſante ceſſat immunitas.l.ſemper.§.negotiatores.ff.de iure immunit. cū aliis multis concord.adductis per Ioan.And.qui id voluit in c.decet. col.1.verſi. aliqui ex ſupradictis. de regulis iur. libro vj. in Mercuria. Et ad hoc facit,quod ſuprà dixi de excuſationis cauſa ceſſante,& quod dicam infrà in priuilegij cauſa ceſſante.

118 *Impedimenti cauſa ceſſante, ceſſat impedimentum.*

¶Impedimenti cauſa ceſſante,ceſſat quod ob ipſum impedimentum conſtitutum eſt, id enim probat tex.in l.& ſi contra.& ibi Bal.& Salyc.C.de nupt.quem tex.ad hoc expendit Cyn.in l. non dubium.col.iij.in viij.oppoſi.C.de legib. Et tex.in c.poſt translationem.ibi,ægritudinis impedimento ceſſante de renunc.ex quo omnes doct.ibi,& vbique illud aſſumunt,quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus. Et voluit etiam expreſsè Bal. in l.ſi ob turpem.in ij.lectu.per eum tex.ff.de condict.ob turpem cau.& ex recentioribus Marcus Mantua.conſi.clxj.incip.viſo proceſsu præſentis cauſæ. paulò ante fi.& ante hos Ioan.And.poſt alios antiquiores in c.ſi poſtquam.col.2.verſi.in contrarium cùm à principio.de elect.lib.vj.

119 *Infamiæ cauſa ceſſante, ceſſat effectus illius.*

¶Infamiæ cauſa ceſsante,ceſsat & effectus illius,vt liquidò patet ex illo exemplo,quod ex Iac.But. & Bal.adduximus ſuprà,in banni ceſsante cauſa,vbi videre poteris, ne hîc iterum repetamus.vide tamen infrà in xij.limit.nu.11.

120 *Inſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat inſtitutio.*

¶Inſtitutionis cauſa ceſsante ceſsat inſtitutio:puta,ſi ceſset adoptio ob quam inſtitutio facta eſt,ceſſat & ipſa inſtitutio,vt multis probat Hieron.Grat.conſi.cxxiij.cuius hoc exordium,cùm hæc cauſa,col.ij.verſi.nec poteſt etiam vt extraneus.libro 1.vbi loquitur de eo,qui cùm putaretur fuiſſe legitimè adoptatus,ideo fuerat hæres inſtitutus,& nihil aliud allegat,quàm illud generale noſtræ regulæ,quòd ceſsante cauſa,ceſsat effectus. Sed de illa Hieronymi,eſt caſus expreſsus in l.ſi ea quam. C.de fideicom.id quoque latè tenuit Ange.

121 *Inſtitutio filij, aut fratris putatiui nō ualet.*

¶Nam nec valet inſtitutio facta de filio,aut fratre putatiuo,cùm verè non eſſet, ſiue inſtituens errauerit in facto,l.ſi pater.C.de hæredib.inſtit.ſiue in iure.l.nec apud.eo.tit.& vtrobique doct o. vtpote cùm ceſset cauſa eius inſtitutionis. Et id quoque procedere etiam in donatione inter viuos illis facta vt talibus,cum non eſsent,voluerunt Bal.Alex.Corne.& Iaco.à S.Georg.in d.l.nec apud. per l. cùm hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam.ff.de donat.inter virum & vxor. Quamuis Pet.Cyn.& Ange. contrarium tenuerunt in d.l.nec apud.

122 *Filij naturalis non legitimè legitimati, inſtitutio non ualet.*

¶Sed & per eam l.cum apud.reſpondit Rapha. Fulgo.conſi.xxiij.Engelbertus.col.vlt.verſic. ad ſecundum apparet,non valere inſtitutionem filij naturalis, qui putabatur legitimè legitimatus, cùm eius legitimatio non valeret.quod & idem voluit Pau.Caſt.in l.eam quam.col.2.ver.& per iſtam l. C.de fideicom.per eum tex.ſecundum lectu.Azo.& ita dicit ſe aliàs conſuluiſſe,& ſequuntur cæteri recentiores,ibi, & Dec.qui tamen nonnihil nutat, conſi.clxvj.viſo themate,col.2.verſi. ſed prædictis.& iterum col.iiij.verſi.ſecundò principaliter,& col.ſeq.verſi.& ita requiſitus.& aſseuerantius conſi.cclxxxviij.incip.quæritur in effectu.col.2.verſi.ſecundò alia ratione. & conſi. ccccliij.conſultum fuit.in fi.& ad hoc quoque eſt tex.in l.neque profeſsio.& ibi not.C.de teſtam. Et vide infrà in ſubſtitutionis cauſa ceſsante.

123 *Interdictionis cauſa ceſſante, ceſſat interdictio.*

¶Interdictionis cauſa ceſsante,ceſsat interdictio : nam ſi interdictum bonis fuerit prodigo ob prodigalitatem,ſi is ad frugalitatem redierit,ceſſat interdictio.l.1.ff.de curat.fur. Ita vt non ſit opus ſententia,



tentia,quæ id aliter declaret,vt ſatis oſtendunt verba illius l.quæ ſunt eiuſmodi,ipſo iure deſinunt eſſe. Et ita voluit Pet.à Bel.Pert.in l.is cui bonis.& ibi Franc.Rip. col.vlt. verſic. iuxta prædicta dubitatur.ff.de verb.oblig.Cyn.in l.ij.poſt medium.C.quandò prouo.non eſt neceſſa. Bal. in dicta l.j.ad fi.ff.de curat. furio. qui & antè, videlicet col.j.verſi.ſed hoc quæro vnum, reddit rationem diuerſitatis quare id fiat,vt ceſſet interdictio ſine declaratione iudicis, cùm interdictio non fiat ipſo iure, etiam verè prodigo. & Guid.Pap.non obſcurè conſi.clxix.quod incip.prouiſio de curatore.

124 ¶Sed hoc velim intelligas,cùm pater,aut frater errabat in iure,vel facto, putans illos inſtitutos eſſe veros filios,aut legitimè legitimatos,ſiue adoptatos. Nam ſi non erret, ſed ſciat illos nec eſſe veros filios, valet inſtitutio de illis facta,licet eos ita ſimpliciter appellet,vt voluit Pau.Caſt.in d.l.neque profeſsio.& ibi Iaſ.col.2.ver.limita tamen iſtū tex.C.de teſta.ita intelligentes tex.l.j.§.Pomponius. de Carbo.edict.& l.nemo.§.j.ff.de hære.inſtit. In dubio autē ſi eos quis vocet filios,aut fratres præſumitur errare propter eiuſmodi appellationem, vt voluit gloſ.in d. l. nemo.§.j.& ibi Bartol. ff.de hæred.inſtit.

125 ¶Quod tamen plerique intelligunt(id enim volui obiter dicere,ne tu lector animantiſsime,decipiaris)cùm notorium eſt prodigalitatem illam,ob quam interdictio facta fuit, ceſſare : alioquin enim neceſſariam eſſe ſententiam,quæ id declaret. Ita enim voluerunt Iaco. Are.Bart.Pau.Caſt.Alex.& propè omnes in d.l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.idem Bart. in l. de ætate. in vlti.quæſt.j.partis.ff.de minor. Sed hoc non admittit Bal.in d.l.j.ad fi.de cura.furio. nam ceſſat,ait,cauſa impediens, nec requiro pluſquam lex ibi requirit,quæ ſolùm exigit quòd ſanos mores recuperauerit,nec aliter requirit quòd ſit notorium,vel declaratum. *An tamen neceſſe ſit id notoriū eſſe.*

L

116 ¶Legati cauſa ceſſante,ceſſat & ipſum legatum,l.qui tutelam.in princ.ff.de teſta. tut. & l. tutor petitus.§.j.ff. de excuſ.tut.& l.etiam ſi partis bonorum,ff.de lega.j.vbi qui à tutela à teſtatore mandata ſe excuſat, perdit legatum quod ei teſtator ob cauſam tuitionis reliquerat, vtpote ceſſante cauſa huius legati:quod ſecus eſt,ſi non contemplatione tuitionis legatum relictum fuiſſet, vt ibi not. in eiſdem locis. Vide tamen Bart.in l.demonſtratio.§.quod autem iuris.col.vlt.in 8.quæſt. ff. de condit.& demon.facientem diſcrimen inter cauſam legati,& rationem eiuſdem, vt ibi videre poteris. *Legati cauſa ceſſante, ceſſat legatum.*

117 ¶Et huc quoque pertinet,quòd cùm legatum non niſi ob amicitiam,vel meritum fieri ſoleat.l. nec adiecit.ff. pro ſocio. Certè ſi poſt legatum factum interuenerint non leues inimicitiæ, legatum reuocatum eſſe cenſetur,quòd ſi iterum in amicitiam redierint,legatum redintegratur.l.3.§.vlti. cum l.ſeq.& l.ex parte.ff.de adim.legat.& l.ſi inimicitiæ.ff. de his quib. vt indig. Quid autem ſi inimicitiæ culpa teſtatoris interuenerint,an & id procedat, vt id obiter dicam,vide Roma. ſingu.cxcvj. tu habes quod propter. *Legatū, ob nō leues inimicitias,reuocatur.*

118 ¶Legitimationis cauſa ceſſante,ceſſat legitimatio,verbi gratia, quiſpiam nullos habens filios legitimos, fecit legitimari filios ſuos naturales, deinde ei nati ſunt legitimi, certè ceſſante cauſa, ob quam ea legitimatio facta fuerat, ſcilicet ob defectum legitimorum, ceſſat & ipſa legitimatio, ſaltem quantum ad effectum ſuccedendi,vt hac ipſa ratione voluit Dyn.in l.ex facto.in prin.per eum tex.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.Guil.Cun.Alber.& Pau.Caſt.in l. tale pactum.§. vlti.ff.de pact. idem Guil.in l.j.C.de natur.liber.Guid.Suza.in l.humilem.C.de inceſt.nup.Ioan.And.in addit.Specu.tit. de ſucceſſ.ab inteſt.§.j.verſi.ſed ex facto.Oldra.conſi.ccxlvij.factum tale eſt,in j.dubio.Bal. in l.2.ad fi.C.ſi in frau.patr.& in c.innotuit.col.iij.verſi.ſed nunquid legitimatio.de elect.Ange.in l.Gallus. §. & quid ſi tantum.col.pen.ver.ſed adde hoc eſſe verum.ff.de liber.& poſth.Pau.Caſt.& Philip.Corne.in l.ſi te parens.C.de ſuis & legit.& idem Pau.conſi.xxij.viſis omnibus.col.j.lib.ij.Barb. in repet. l.cùm acutiſsimi.col.iiij.verſi.facit quod pulchrè.C.de fideicom.& Bened.in repet. c. Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.186.de teſtam. *Legitimationis cauſa ceſſante,an ceſſet legitimatio.*

119 ¶Sed hæc res non admodum certa eſt,quando ſunt multi, & maiori quidem numero, qui contrarium tenent,multis ſubnixi rationibus,vt videre poteris in mea repe.l.ſi vnquam.in verbo,donatione largitus,in xvj.q.C.de reuo. don. vbi eam quæſtionem latiſsimè tracto. illincque poteris depromere quæ tibi neceſſaria videbuntur,ne hoc iterum inculcem. *De eadem re.*

130 ¶Legis cauſa ſiue ratione(vtrunque enim noſtri in hac re,vt alibi diximus,confundunt,quamuis alij eas diſſeparant)ceſſante,ceſſat & ipſa lex,l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona.& l. quod dictum. ff.de pact.& ibi Bart.& Ange.qui eam l.ita ſummant,vt diximus in prin.huius verſi. & eum tex. ad hoc dicit not.Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à ceſſatione rationis. Et ad hoc quoque allegatur l.ita autem,ff.de admin.tut.& l.illud.ff.ad leg.Aquil.& l.j.§.hoc interdictum. ff.de fonte. & l.vlt. vbi Raph.Fulg.id not.in j.not.C.de edicto diui Adria.tollen.& l.j.C.de liber.præter. & clemen.j.& ibi Card.Flor.col.j.in x.notab.de iudic. Et voluit glo.in l.cùm tale. §. falſam cauſam legato. in verbo, non cohæret.ff.de conditio.& demonſt.Barto.in l.demonſtratio. §. quod autem. in viij. quæſt.ff. eo.titu.& in l.2.§.vlt.col.vlt.ver.tertiò ſumitur.ff.de donation.& in extrauagan.ad reprimendum,in verbo,ne ex eorum abſentia.in fi.Bal.in c.j.§.& quia vidimus.col.pen.verſi. modò quæritur quæ eſt ratio,titu.qui feu.dare poſſunt. Ange.in repet.l.ſi certis annis.col.v.verſi.alij autem dixerunt. C. de pactis.vbi loquitur in caſu l.j.C.de fideicom.Imo.in l.ſi filius qui.col.v. verſic. ſecundus eſt effectus. ff.de vul.& pupil.ſubſtit.& docto.vbique. *Legis ratione ceſſante,an ceſſet lex.*

131 ¶Vt è diuerſo ceſſante lege, ceſſat & eius ratio,l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri. & l.j.in princ. C. de Lat.lib *Ceſſante lege,*



BIBLIO... GRANADA

*ceſſat eius ratio.*

Lat.liber.tollen.& voluit Bal.in c.etſi Chriſtus.paulò ante fi.ibi,adde contrà c.quòd **ceſſante**,de iureiur.De quo tamen vide gl.not.in c.nouit.in verbo,quicunque.de iudic.

*Correcta ratione legis, ipſa lex correcta eſſe cenſetur.*

132 ¶Ex quo & illud conſequens fit,vt correcta ratione legis,lex ipſa correcta eſſe cenſeatur, vt voluit gl.in l.j.in prin.in verbo,prouidentia. & ibi Alex. in addit. Bart. in princ. ff.de legit.tutor.& in l.j. C. eo.titu.ex quibus locis patet,quòd licet olim agnati pręferebantur cognatis in tutela,quamuis eſſent remotiores gradu,tamen hodie ſecus eſt:quia id olim fiebat ea ratione,quòd agnati pręferebantur cognatis in ſucceſsione,& eadem ratione in tutela,l.quod tutela.ff.de reg.iur.Sed hodie quò ad ſucceſsionem ſublata eſt differentia agnationis & cognationis,auth. in ſucceſsione. C. de legit. liber.& ex fil.nepot.ab inteſt. ven.& auth.defuncto.C.ad SC.Tertul.& auth.poſt fratres. C. de legit. hæredib.& ſic correcta eſt ratio legis circa tutelas,ideo etiam correcta eſt diſpoſitio.Et ad eam rationem bene facit tex.in authen.ſicut hæreditas.C.de leg.tut.l.j.

*De eadem re.*

133 ¶Sed & id quod diximus,vt lex correcta ſit,ratione eius correcta,probat alia gl.in l.j.§.filiusfam.qui eſt j.in gl.vlt.verſi.item nunquid poterit.ff.de donat.cau.mort.quam ad hoc expendit Iaco. Butrig. in l.ij.C.de condi.ob cau.licet Imo.& Roma.in eo ipſo.§.j.dicant eam gl.id non probare, ſed aliud, de quo dicemus in alio loco. Et id quoque probat alia item gl. in l.j. in prin. in gl.j.ad fi.ff.de coniung.cum emancip.liber.Et alia denique gl.in l.ij.in prin.in verbo, filio præcedente. ibi, item quod de adoptione.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.

*De eadem re.*

134 ¶Et voluerunt etiam Bal.conſi.clxxix.quædam domina Catharina.paulò poſt medium,ibi non obſtat l. Titia.lib.j.dum dicit, quòd correcta ratione legis, correcta eſt ipſius legis ſubſtantia. Saly. in auth.ingreſsi.col.ij.verſi.item not.quòd lege correcta.C.de ſacroſan.eccl.& in l.vt liberis. in fi.C.de collat.& in l.vlt.in fi.C.de legit.hæred.Imo.in c.dotalem.col.ij.verſi.ſed certè hæc ratio. ff. ſolu. matri.& in l.ſi verò.§.de viro.col.iij.verſi.aut erat vnica ratio.ff.eo.tit. vbi illam primam glo. facit ſingul.& in d.l.ij.col.iij.ver.ſed tu potes tenere.ff.de vulga. & pupil.& idem Imo.& Rom. qui id latè tractant poſt alios in l.ij.§.vlt.ille col.iij.verſi.vltimò adde:hic col. j. verſ. quintò in quantum. ff. de donat.Idem Imo.in c.poſt tranſlationem.col.ix.verſ.poteſt dubitari an correcta,de renunc.Alexan. qui illam quoque gloſ.dicit reputari ſingularem,in l.ſi conuenerit.col.4.verſi.nec obſtat ratio.ff. de re iudic.& in d.l.quod dicitur.col.viij.verſic.vnde videtur recidere.ff.de verbo.oblig.& in l.j.col. iij. verſi.vnum tamen not.ff. ſol.matr.vbi & illam gl.dicit ſing.Paris à Puteo,in tractatu Syndicatus,in verbo,contra officiales.& in verbo,qui ſemel oſtenſa.Fely.in c.j.col.vj.verſic. non ſic econtrario. & ibi Dec.in priori lectura,id intelligens in ratione,ſiue cauſa finali,in iiij.col.verſic.tertia concluſio,& ibi Auguſt.Bero.col.xviij.nu.86.de conſtit.& ipſe Fely.in c.vlt.col.vlt.de reſcrip.& in c.quanto.col. vlt.verſi.limita tamen vt non fiat,de iudic.& in c. tua nos.col.ij.verſi.ſimiliter videmus, de iureiur. & Iaſon in d.l.quod dictum.col.j.ff.de pact.& in l.ſi quis filium.col. pen. verſic. cogita tamen. C.de inofficio.teſta.& in l.poſthumæ.col.v.ver.& pro iſta ſententia.C.de bon.poſſ.cōtra tabu.Fran.Curt. iunior.conſ.xij.videtur prima conſideratione.col.iij.num.10.Io.Crota in l.ſi conſtante.col.xl.verſi. ſecunda concluſio.ff.ſolu.matri.Auguſt.Bero.in c.quæ in eccleſiarū.char.vlt.nu.189.de conſtitutionib.Syluester Aldobrandinus in §.ſerui autem,verſic.ſed tunc quæro.inſtit.de iure perſonar.

*De eadem re.*

135 ¶Et hæc eſt communis opin.& verior,licet contrariū tenere videatur Ioan. And.in d.c. poſt tranſlationem.& Iaco. But.in d.l.ij.C.de condict.ob cauſ.per gl.in l.qui in poteſtate.ff.de teſt. & in l.tā is. §.j.ff.de dona.cau.mor.& in l.meminimus.C.de legit.hæredi.& Bald.in l.j.col.j.verſic.not.quòd lex remanet,per eum tex.C.de caduc.tollen.& in tractatu ſubſtitutionis pupillaris,col.iij.ver.quæro vltra alios,vbi & ad hoc allegat gloſ.in l.ſi ſuſpecta.§.quoniā fœmina. ff. de inoffic. teſtam. Et voluit quoque Franc.Aret.in d.l.2.col.v.verſi.tu autem aduerte.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. & Philip. Dec. in d.l.poſthumo.col.v.verſi.rationes iſtæ efficaces.C.de bon.poſſeſ.contra tab.vt nihil omnino ſit in iure noſtro non controuerſum,vt aliàs ſæpius à nobis dictum eſt.Sed illis gloſ.ſatis reſpondent ij qui ſunt prioris ſententiæ,præſertim Rom.in d.l.ij.§.vlt.ff.de donatio.

*De eadem re.*

136 ¶Nec nobis deeſt in priorem illam ſententiam legum autoritas:nam ad hoc citatur tex. in l. generali.iuncta auth.ingreſsi. quæ illam confeſtim ſequitur. C.de ſacroſanct.eccle.nam per d.l. generali. permittebatur monachis teſtari,quia bona per ingreſſum non transferebantur in monaſterium:ſed cùm poſtea ea ratio correcta fuerit,nempe cùm bona ingreſsi transferantur in monaſterium,correcta quoque fuit lex,dans facultatem teſtandi,per d.auth. ingreſsi. vbi id no. Saly. vt iam ſuprà diximus.Et citatur quoque l.placet.C.eo.titu.iuncta l.j.C.de indictionib. lib.x.nam per eam l.priorem, qui excuſabantur ab extraordinariis muneribus,excuſabantur ab indicto,quia id erat extraordinarium,ſed cùm poſtea factum fuit ordinarium, per d.l.j. & ſic correcta fuit illa prioris legis ratio , & ea quoque in hoc correcta fuit,per d.l.j.Et l.j.in princ.ff.de collat.bonor.& l.ea demū,& l.ſi emancipati.C.de collat.iuncta l.vlt.C.eo.tit.nam primis illis legibus , emancipati omnia ſuis conferebant, propter iniuriam,quam eis faciebant:ſed cùm poſtea emancipati fuerunt à iure ciuili cogniti,ſolùm profectitia ſuis conferunt,quia iniuriari ſuis non dicuntur,per d.l.vlt.Ita enim ea iura declarat Salyc. in d.auth.ingreſsi. Et citatur item c. miramur. cum gl. de ſeruis non ordinan. iuncto c. à multis.de ætate & qualita.Ex quibus patet, quòd conſtitutio loquens de ſubdiaconatu, tanquam de ordine non ſacro,quia tunc etiam non ſacer ordo erat,corrrecta cenſetur ea etiam ratione correctā, quia is ordo nouis conſtitutionibus ſacer factus fuit.

137 ¶De quo tamen vide Franc. Aretin.in d.l.ij.col.v.vbi ſuprà, ff.de vulg.& pupil.ſubſtitut.vbi docet,

hæc



hæc poſtrema iura nihil ad id facere ad quod citantur. Niſi intelligas,quando lex ſpecialiter diſponeret ſuper vno,ita vt certum eſſet verba complecti perſonam, vel caſum, in quo ratio legis corrigitur, & tunc poteſt habere locum tex.in d.c.à multis.qui videtur velle quòd requiratur contraria conſtitutio reuocans priorem.& hoc inquit,fortaſſe verius eſt,& videtur probari in d.l.j.in prin. vbi id not.Bal.C.de caduc.tollen.& facit optimè quòd not.gloſ.in l.liberos,in §.j.ff.de capit.dimin. Sed & id (vt ille ſubdit)intelligendum,vt ſcilicet correcta ratione legis,intelligatur lex correcta, quando legis ratio corrigeretur generaliter:ſecus ſi in vno caſu tantùm,ex multis quos lex complectitur, deficeret,ſiue corrigeretur ratio,per not.à Barto.in l.cùm hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſact. & optimum tex.in l.j.in fi.ff.de minor.

*Ratio legis eſt mens ipſius.*

183 ¶Horum autem omniū quæ in princ.huius c.diximus,in promptu ratio eſt:nā legis ratio, eſt mens legis,vt voluit Dyn.in c.vlt.ad fi.de reg.iur.lib.vj.& Cyn.in l.non dubium.col.vlt.verſi.primò quæro.& ibi clarius Bart.col.ij.verſi.ſecundum dubium eſt,& Bal.col.iij.verſi. ſequitur videre de tertio, ibi,ſecundò quando ratio,C.de legib.Bart.in l.cùm mulier.in princ. & ibi quoque Bal. Imo. Raph. Co.Pau.Caſt.ad fi.Alex.col.j.in v.not.omnes per eum text.ff.ſolu.matri.Bal.in l.j. col. pen. verſic. item an ceſſatio.ff.eo.tit.vbi de hoc dicit eſſe meliorem tex.totius iuris in l.ſcire oportet.§.illud verò.verſi.ſed & ſi maximè.ibi,mens legiſlatoris.ff.de excuſ.vbi & hoc ex eo tex.not.ipſe Bal. & rurſum idem Bal.in l.j.col.vlt.in princ.ff.ſi cert.pet.vbi dicit,quòd ratio eſt mens,& medulla ipſius ſtatuti,& in l.ij.in fi.& ibi Imo.col.ij.verſi.nec obſtat quod remanet, ff. de donat. & in l.maximum vitium,col.3.verſi.præterea iſtud ſtatutum, C.de liber.præter.& in l.j.col.ij.verſic.pone alium caſum. C.de interdict.& in l.j.col.ij.verſi.ex quibus concludo.C.quæ ſit longa conſuetu.& in c.poſt tranſlationem.col.ij.verſi.quæro vtrum ceſſante.de renunc.& conſi.ij.incip.verba ſtatuti,lib.j.vbi dicit tria hæc,vnum & idem operari,ſcilicet verbum,rationem, & mentem.& conſi.cxcix.in cauſa iſta,circa medium.libro iij.& conſi.ccccxxxiij.domina Ioanna,col.ij.verſi.eſt vltimò conſiderandum, eo.lib. iij.& inter conſi.Ange.conſi.cclxxxj.Martinus Io.de Florentia,col.j.& ipſe Ange. conſi. ccxj. in volumine ſtatutorum,col.ij.verſi.nec obſtat huic deciſioni.& Feder.Senen.conſi.iiij teſtator in vltima voluntate,circa medium.Petr.Anch.in repet.cap.j.char.xiiij.in paruis.verſi.circa tertium caſum.de conſuet.Card.Floren.in hoc confundens cauſam,& rationem,in c.ſi quando.ad fi.de reſcrip.vbi dicit mentem legis,& rationem idem eſſe, ideóque rationem , ſeu cauſam legis eſſe ipſam legem. & Raph. Fulg.conſi.lxxviij.ſuppoſito ſtatuto tenoris.col.ij.verſi.igitur & in nepote.Corn.cōſil.cxciij. placet.in prin.lib.j.& conſi.xxix.in præſenti conſultatione.col.ij.verſ.& pro certo videtur. lib. iij.& conſi.xc.ſcrupuloſa videtur,poſt princ.eo.lib.iij.

*Et medulla ipſius.*

*Ratio, eſt anima legis.*

*Eſſentia legis in mente.*

*Ratio inducit diſpoſitionem.*

*Ratio iusfacit.*

*Ratio verbis dominatur.*

139 ¶Et ratio ſeu mens legis,eſt ſicut anima,& verbum ſicut corpus,ſiue ſuperficies,vt ſcribit Bal. in l.ſi quis ſeruo.col.vlt.verſi.ex his apparet.C.de furt.& vt tradit idem Bal.in l.vlti.in xv.quęſt.C.de hæred.inſtit.ratio eſt anima ipſius ſcripturæ.& in auth.poſt fratres fratrum.verſi.item frater. C. de legit.hæred.quòd ratio legis debet attendi,tanquam virtus intrinſeca legis , & tanquam genus prædicans de ſingulis ſpeciebus,vt not.in §.j. Inſtit.de legit.patron.tut.& in c.j. §. & quia vidimus.col.antepe.verſi.extrà quæritur.tit.de his qui feu. dare poſſ. dicit quòd eſſentia legis vel ſtatuti conſiſtit in mente ſtatuentium.& in c.dilectus, le j.col.j.verſic. item nota quòd appellatione,de reſcri. quòd ſicut ſententia vel ſtatutum inducit diſpoſitionem,ita ratio ſtatuti,l.emptor,§.vlt. ff. de rei vend. quia ratio (inquit) ius facit.& conſ.cclxxv.inci.quod pro regula,col.iij.verſi.ſi autem ratio,lib.ij.quòd ratio legis,ſiue conſuetudinis ſeruari debet tanquam anima & ſpiritus eius.Pan.in c.nihil,col. v. verſ. nec obſtat.ſi dicatur,de ele.quòd ſic ſe habet ratio legis ad verba legis,ſicut anima ad corpus:vnde ſicut anima dominatur corpori,ita ratio verbis.quod & idem ipſe dicit,conſ.j. facti contingentia talis eſt,quidam A.contraxit,col.iij.ver.vltimò adduco pulchrum,lib.j. & conſi. lxxv. quidam deceſſit,col.iiij.verſ.& ex his cōiecturis.eod.lib.j.Rom.in l.ij.§.vlt.& verſ.non obſtat quod dicit,ff. de donat.& Maria.Socin.Senior conſ.xxx.quāuis ex his,col.iij.verſ.quare cū præfatū,lib.j.& conſi.xxxv. circa prædictā conſultationē,col.ij.ver.& quāuis hæc ratio,eo.lib.j.& Bart.Soci.eius filius cōſ. ccxlj. circa primā difficultatē,col.12.ver.præterea & tertiò,li.ij.vbi dicit quòd ſpiritus, & anima ſtatuti,eſt ratio illius,Alex.conſ.lij.circa hanc dubitationē,col.iij.verſ.præterea faciat,lib.iij.& Franc.Curt.Senior,conſi.ix.Ticinenſi ſtatuto,col.ix.verſic.quia verba ſtatutorum.vbi dicit , quòd ratio ſtatuti eſt anima ipſius.& conſi.xlv.ſtatuto & conſuetudine,col.vj.verſi. quia mens , vbi & illud quoque dicit quòd mens,& ratio eſt ſicut anima,& verba ſicut corpus,& ſuperficies.& Fely.in c.tua nos,col.ij.

*Ratio legis,eſt ipſa lex.*

140 ¶Suntque multi qui dicunt mentem,& rationem legis eſſe legem ipſam, vt non obſcurè voluit glo. in l.ij.in verbo rationē,vel legem,paulò poſt princ.C.quæ ſit longa conſuetud. Bal. conſ.ccccIxvij. de iure com.in fi.l.ij.per not.in l.cùm tale.§.pe.ff.de cond.& demōſt.Ang.in l.prætor ait,§.j.verſic. conclude ergo,vbi dicit mentem,& rationē legis ab ipſa lege non differre,per l.credendū,in prin.ff. qui pet.tut.Panor.in c.vlt.col.iij.ver.nec ex hoc dicas,de reſcript.& in c.ij.col.pen.verſ.item mēs.de prębend.& in c.j.col. 4.verſi.quid autē ſi lata,de re iudic.& in c.quia pleriq; col.pe.verſi.ego latiùs,de immuni.eccle.& conſ.lxxv.quidā deceſsit,col.4.verſi.ex his coniecturis,lib.j.Cor.conſi.xv. ex quo dictus Franciſcus,col.iij.ver.& ratio legis,lib.j.& conſ.cviij.placet mihi,col.ij.ver.& ſic ex prædictis. Philip.Dec.conſi.lxiiij.cuius ſupraſcriptio incipit,præſupponitur tempore,col.pen. verſi. confirmatur prædicta concluſio,vbi etiam multa ex ſuperioribus tradit. & Docto.vbiq;.vt tamen non omittamus quod dicit gl.c.hinc etenim. in §. gibboſus,in verbo,faciē,xlix.diſt.rationē eſſe cordis faciē.

*Ratio,cordis facies.*

*Quod ex mĕte & ratione eſt, non ex extenſione eſt.*

141 ¶Hincque plerique illud aſſumunt, id quod venit ex mente, & ratione legis, ex ipſa lege & non ex extenſione venire, ita vt ex ea competat directa actio, per l.nominis & rei.§.verbum ex legibus.ff. de verb. ſign.& l.1.ff.vti poſsid.& ibi Cyn.de quo per Bar.in l.3.in prin.ff.de legit.tut.& in l.curator. col.j.verſ.alio modo.& ibi quoque alios, maximè Alex.qui multos alios citat, C.de neg.geſt.Raph. Fulg.Corn.& Philip.Dec.in l.bono.C.de bono.poſſ. ſecundum tab.

*Extenſio non eſt, ubi eſt omnimoda ratio. Etiam in pœnalibus.*

142 ¶Nam vbi eſt omnimoda ratio: ibi non dicitur, nec eſt extenſio, aut ampliatio, vt voluit gl. not.in c.j.in verbo, Italiæ.de tempo.ordi. Etiámque, vt ea dicit, in pœnalibus, per c.ſi poſtquam. de elect.eo. libro 6.vbi conſtitutio, cupientes, eiuſdem titu.licet ſit pœnalis, declaratur habere locum in prouiſionibus, appellationibus, & confirmationibus, de quibus ibi cautum non erat.& allegat etiam l.ſi poſtulauerit.ff.ad legem Iuliam de adulter.& l.quædam.§.nummularios.ff.de eden. Et idem propemodum voluerunt Pet.& Cyn.in l.iura non in ſingulas. ff.de legib.dum dicunt, quòd cùm in pluribus caſibus eſt eadem ratio, ea decidit omnes iſtos caſus, non quidem per extenſionem, ſed ſicut genus comprǽhendit omnes ſuas ſpecies. ſic & generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum. Cùm autem rationes ſunt ſpecie differentes, tamen ſimiles, tunc eſt extenſio, id eſt progreſsio de termino ad terminum per adæquationem.& iidem Pet.& Cyn.in l.quòd verò cōtra rationem.& ibi quoque Bal. in priore lectu.col.1.verſi.item veriſimile. eſt.eo.tit.idem Bald.in auth. poſt fratres fratrum.verſic. item frater.C.de legit.hæred.Pet.Anch.conſi.cxij.ſuperſtite domina, col.j.Panor.in d.c.nulli. vbi ſuprà, de elect.Pau.Caſt.conſi.lxxxiij.præſens caſus, col.2.verſi.conſtat autem quòd quando, lib.2. vbi id pulchrè declarat, cum aliis multis à me collectis in repet.l.ſi vnquam.in verbo, libertis. nume.45. quorum ſententia.C.de reuocan. donat.

*Ratio ut genus compræhendit diuerſas ſpecies.*

*Ratio, in primis inſpicienda eſt.*

143 ¶Quæ cùm ita ſe habeant, ideo ratio, ſiue cauſa in legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, & aliis quibuſuis diſpoſitionibus maximè, & in primis attendenda eſt, & ſeruanda, vt dicit Bart.in l.contra legem. poſt medium.ff.de legib.autoritate Iaco.Aret. & Cyn.in l. quicunque.C.de ſeruis fugit.& ſequitur Iaſon in l.de quibus.col.1.verſi.alij intelligunt.ff.eo.tit.& ante illos ſcripſerat gl.in d.l.2.in verbo, rationē aut legem.C.quæ ſit longa conſuet.non minùs attendi mentem, ſiue rationem legis quàm legem ipſam, per eum tex.& l.præcedentem, & omnes vbique. Sed quod præ cæteris tibi annotandū eſt hoc in loco, id eſt quod diximus de ratione ſtatuti, & conſuetudinis.

*Ratio diſtinguit diſpoſitionem.*

144 ¶Proprereaque diſpoſitio quantuncunque generalis, per rationem reſtringitur, & è diuerſo ſpecialis, per rationem generalem ampliatur. Primum probatur ex tex.in l.cùm pater.§.dulciſsimis.& ibi Bart.Bald.Alber.& Pau.Caſt.ff.de lega.ij.& l.pater.§.fundum.& ibi Bart.ff.de leg.iij.& l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.& l.ex facto.in j.reſpon.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitut. vbi & id in priuilegiis procedere probatur, & l.quod dictum.ff.de pact.ex qua Ange.ibi poſt princ.not.limitatam legis rationem, limitare ipſam legem, & l.ſi is qui animo.& ibi gl.in verbo, amittere.Dyn.Alber.Ang.Paul. Caſt.& Claud.Seiſel.ff.de acquir.poſſ.& l.cancellauerat.& ibi Bart.ff.de his quæ in teſta.delen.& l.ita autem.in prin.& ibi etiam Bart.ff.de admi.tut.& l.hæc actio.ſecundum vnam lectu.ff.de calum. & l.non omnium.C.de ſuſpect.tut.& c.ſuggeſtum.& ibi Panor.in ij.not.Philip.Fran.& Philip.Dec. in j.& ij.not.de appel.

*De eadem re.*

145 ¶Et id item voluerunt gl.in l.j.§.hoc interdictum eandem.ff.de fonte.Bart.in d.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.Bal.in l.de quibus.col.x.verſi.ad ſecundum.ff.de legib.& in l.ſi quis ſermo.col.vlt. verſi.ex his apparet.C.de fur.& in l.data.col.ix.verſ.item not.quòd ratio.C.qui accuſa. non poſſ.& inter conſi.Ange.conſi.cclxxxj.Mart.Io.de Florentia, col.j.& ipſe Ange.conſi.ccxxj.verſic.nec obſtat huic deciſioni.& conſi.cccxlvj.incip.Titius, vt hæres.vbi id dicit procedere in diſpoſitione legali, teſtamentaria, & inter viuos, per multa ex iuribus ſuprà allegatis, Saly.in l.2.col.2.verſi. ideo & meritò.C.de noxa.act.Pet.Anch.qui & hoc dicit procedere non ſolùm in legibus, ſed & in contractibus vltimis voluntatibus, & iudiciis, conſi.ccliiij.ſuper primo quæſito.Raph.Fulg.conſi.xcix.magiſter.col.vlt.vbi dicit, quòd ratio regit, id eſt, reſtringit, & ampliat diſpoſitionem.& conſi. clxxxvj. pro determinatione.col.3.verſi.ſecundò quoniā ipſa domina.Raph.Com.conſi.ij.proponitur quòd Ser Blancus, col.j.in fi.& conſi.cxliij.Titius & Seius.Ro.conſi.xvj. viſo themate conſultationis.col. 2.verſi.item & quia ex dicta ratione.Pau.Caſt.conſi.ccccxxxviij.quantum ad primum, col.2.verſic. non obſtat quòd ſtatutum.lib.2.Panor.in d.c.vlt.col.3.vbi ſuprà, de reſcrip.& in c.ſecundò requiris. col.j.in j.not.de appel.& in dicto c.j.col.3.verſic.& quia plerique à lege.vbi ego latiùs, de immunit. eccl.& in c.de vxore.col.2.verſi.ſed quæro quid in abbate.de ſepult.& conſil. xciij. ſtatuto ciuitatis Groſſetanæ, col.3.verſi.nam ad rationem legis, lib.j.& conſi.iij.nitar in præſenti cauſa, in xxiij.q.lib. ij.& conſi.lviij.quidam Nicolaus.col.iij.verſi.ſecundò hoc videtur.eo.lib.ij.Alex, cōſi.lxxv.videtur in præſenti conſultatione.col.3.verſi.ſed hæc diſpoſitio.lib.v.Franc.Aret.conſi.clx. verum eſt quòd Comicus, col.3.verſi.moueor primò.Soci. conſi.clxv.viſis inueſtituris.col. 3. verſi. ſecundò probatur.lib.2.Feli.in c.tua nos.col.2.verſi in tex.ibi, res.de iureiur.Franc.Cur.Senior, qui hanc dicit eſſe regulam infallibilem, conſi.ix.Ticinenſi ſtatuto, col.pe.verſi.concludo igitur fratrem.& latiùs cōſil. lxxxj.rectè præfatus.col.2.verſic.ſed præmiſsis.& multis ſeq.Alter Franc.Curt.Iunior conſi.xij.videtur prima conſideratione.col.3. nu.10.

*Et procedit in omnibus diſpoſitionibus.*

146 ¶Et ideo ex facto reſpondit Ang.conſi.clxxxix.viſa quietatione reuocatur in dubium, quòd quantumcunque verba liberationis ſint generalia, prægnantia & pleniſsima, ſi tamen cauſa ipſius, non poteſt ex proprietate ſermonis adaptari ad aliquam ſpeciem debiti, illam non compræhendit.

Vnde



Vnde illud infert, quòd ſi creditor generali ſermone dicit, ſe ideo liberare debitorem, quia eſt ſibi ſatisfactum, vel ſolutum, cùm iſta cauſa non poſsit conuenire obligationi conditionali, non illam comprehendit, quod dictum pro not.refert, & ſequitur Franc.Aret.dicto conſi.clx.vbi ſuprà.& Philip.Dec.conſi.ccclxxix.requiſitus.col.ij.verſi.& vlterius iſta concluſ.& Paul.Pariſ.conſi.xlix. Galaſſimo, nume.43.libro 3. Et idem in hoc caſu conſuluit Maria.Socin. Senior, conſi.xxiiij.viſis ac diligenter. col.4.verſic.primò quia poſito, & dicemus poſtea in liberationis cauſa ceſsante, num. 171. incip. liberationis.

*Generalis liberatio facta ob ſatisfactionē, non comprehendit obligationem conditionalem.*

147 ¶Hocque illud eſt propemodum, quod vulgò dicimus, limitatam cauſam, limitatum producere effectum: ad quod etiam allegari ſolet d.l.cancellauerat.ff.de his quæ in teſtam.delen.& l.cùm ſeruo. in prin.& ibi Bal.ff.de contrah.emp.& l.ij.& ibi etiam Bal.ff.de ſer.export.& l.in ratione.§.vlt.ff.ad legem Falcid.& l.ita autem.in prin.ff.de adminiſt.tuto.& l.filius à patre.§.ſi quis ex certa.ff.de libe.& poſthu.ex quo not.Ro.limitatam inſtitutionem, ſiue exhæredationem, limitatum producere effectum.& l.in agris.& ibi Alber.ff.de acquir.rer.domin.& dicta l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de lega. ij.& l.ſi gratuitam.§.j.ff.de præſcrip.verb.& l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.verſic.in adrogato.& ibi Bal.Imo.Rapha.Corne.Alex.& Iaſon ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& l.milites agrum.ff.de re milit.& l.age cum Geminiano.& ibi Bald.Salyc.Roma. & Iaſon, C.de tranſact.vbi de limitata cauſa tranſactionis.& l.j.in fi.ff.de æſtimat.& c.de cętero.& c.ea noſcitur.de ſenten.excom.& c.licet.de decim. & c.quod ſuper his.de voto.& c.ij.& ibi Anto.poſt princ.de cuſto.euchariſt. & c.ſuſceptum. de reſcrip.lib.vj.gloſ.in clem.j.in verbo, reſtituat.de ſequeſt.poſſ.& fruct.Franciſ.Aret.in l.qui ſuperſtitis. col.3.verſic.circa tertiam limitationem.ff.de acquir.hæred.vbi loquitur de limitata cauſa renunciationis, poſt alios antiquiores ab eo citatos, & conſi.lxxxiiij. diligenter ponderatis, col.iij.verſicu.ex hoc primo fundamento.vbi loquitur de limitata cauſa æſtimationis.Barba.inter conſi. Alex. conſi. xciiij.viſo puncto.col.j.libro iij.vbi loquitur de limitata cauſa nouationis.Maria.Socin.conſil. xxvj. ex his quæ in facto.col.iij.verſic.poſtremò poſito.lib.j.vbi loquitur de limitata cauſa defenſionis. & conſi.xxxj.proſequendo ordinem.col.pen.verſic.ſecundò probatur.eo.libro j.vbi loquitur de limitata cauſa negligentiæ.& Barto.eius filius, conſi.xlviij.eleganter.col.ij.verſic.ex quibus infero. libro iij.vbi loquitur de promiſsione.Corne.conſi.ccxcix.quod incip. præmittendum eſt quòd fratres, col.j.libro iiij.vbi loquitur de limitata cauſa ſocietatis.Cepola in ſuis conſi.cauſarum criminalium conſi.lxviij.circa primum dubium.col.j.verſi.& licet dicatur. vbi loquitur de limitata cauſa ſententiæ.Franc.Curt.Senior conſi.50.memoriæ recolendæ dux Mediolani.col.xiiij.nume. 66.vbi loquitur de conceſsione feudi, & conſi.lxx. Chriſti, &c.circa primum, col.ij.nume.13.vbi de inueſtituræ limitata cauſa, quod idem propemodum eſt.Iaſon in l.ſi fundum per fideicommiſſum. col.iij. verſi.ſecundò ratio.& ſeq.ff.de lega.j.vbi etiam loquitur in cauſa limitata venditionis. Philip. Dec. conſi.ccclxxix.requiſitus pro conſilio.col.iij.nume.7.vbi loquitur de limitata cauſa excluſionis, & conſi.cccxciiij.pro vera reſolutione, col.ij.verſic.quantum autem ad aliam, vbi loquitur de limitata cauſa ſubſtitutionis, Matth.Afflict.in c.Titius.col.ij, nume.7.titu.ſi de feu.fuer.controuer. inter dominum & agna.vbi loquitur de limitata cauſa renunciationis.Stepha. Bertran.loquens de limitata cauſa ceſsionis, conſi.j.viſo conſultationis themate, col.cviij. nume.105.lib.ij.Hieron. Grat. reſpon. vij.& ſi ſatis.col.vlt.ad fi.lib.j.vbi loquitur de limitata cauſa reuocationis.& reſpon.lxv.& ſi agatur. col.iij.nume.31.eodem lib.j.vbi loquitur de limitata cauſa legitimationis. Paul. Pariſ.loquens in limitata cauſa abſolutionis.conſi.cij.& ſi regulariter.col.ij.nu.17.lib.j.& conſil.cxvj. circa reſolutionē. col.ij.nume.8.eo.lib.j.vbi loquitur de limitata cauſa conceſsionis.& conſi.lxv.viſo teſtamento. col. vlt.nu.28.lib.2.vbi item loquitur de renunciatione.& conſi.j.redemptoris.col.pen.nu.124.lib.iij.vbi etiam loquitur de renūciationis cauſa.& cōſi.xlj.Ioannes teſtator.col.pe.nu.77.eo.lib.iij.vbi loquitur de cauſa ſubſtitutionis.& conſi.xlix.Galaſsino.col.vij.nu.41.& ſeq. eo.lib.iij.vbi etiā loquitur de renunciatione.& conſi.xcvj.quamuis prima facie.col.ij.nu.12.eo.lib.iij. vbi de cauſa commiſsionis.

*Limitata cauſa limitatū producit effectum.*

*Limitata cauſa renunciationis.*
*Aeſtimationis.*
*Nouationis.*
*Defenſionis.*
*Negligentiæ.*
*Promiſsionis.*
*Societatis.*
*Sententiæ.*
*Conceſsionis feudi.*
*Inueſtituræ.*
*Venditionis.*
*Excluſionis.*
*Subſtitutionis.*
*Renūciationis.*
*Ceſsionis.*
*Reuocationis.*
*Legitimationis.*
*Abſolutionis.*
*Conceſsionis.*
*Cōmiſsionis.*

148 ¶Quibus adde alia multa in eandem ſententiam collecta à Fel.in cap.cùm ordinem. col.iiij. verſic. limitata cauſa.& ſeq.per iij.col.de reſcript.& in c.poſt ceſsionem.col.ij.verſ.amplia primo. de probat.& in c.Petrus.col.iij.verſi.ſecundò declara, de homicid.& Iaſon qui multa accipit ab eo, nec tamen eum nominat in d.l.age.in 2.notab.C. de tranſact.

149 ¶Hincque etiam illud fit, quod tradit Bal.in rub.ff.ſi cer.pet.col.1.verſ.& dicto de cauſa, quòd per cauſam agnoſcimus effectum, & è diuerſo effectū per cauſam. Cui conſimile eſt quod ſcribit Card. Flor.in c.cum dilecti, col.1.verſi.& nota arg.de accuſat.quòd talis cenſetur effectus, qualis eſt cauſa, & quòd valet argu.à deſtructione cauſæ ad deſtructionem effectus, & è diuerſo.Matth.Afflict. qui alios citat in conſtit.Sicil.incip.ſi quis aliquem, col.3.in v.q.in fi.

150 ¶Igitur (vt repetamus) generalis diſpoſitio reſtringitur per limites rationis. Quod tamen not. intellige, vt non procedat in ratione, quæ ſola præſumptione innititur, quia per eam rationē non reſtringeretur generalis diſpoſitio legis, vel ſtatuti, vt ſcienter voluit, & ex facto reſpondit Bal. conſi. 250.cuius exordium eſt, in quæſtione domini Milani, col.vlt.paulò ante fin.lib.1. per not. à Iaco. & Oldr.in lib.1.ff.ſolu.matr.quod & nos dicemus infrà in xxix. limitat.

151 ¶Intellige ſecundò, ſecundum diſtinctionē Bar.in l.non dubium.col.2.verſi. ſecundò quæro, ibi, & ideo aduerte.C.de legib.Si quis, inquit, vult.reſtringere legem ob defectū rationis, aut propter aliā ſuccedentē æquitatem, & tunc ſi vult reſtringere, nō licet, & ita loquitur l.proſpexit.ff.qui & à quib.

Si verò vult reſtringere,ne aliquis indebitè lucretur,& id quidem licet.l.vt gradatim.ff. de mun.& hon.& l.1.C.de ſacroſan.ecc.Si verò vult reſtringere,ne aliquis patiatur damnũ,& poteſt, & ita loquitur l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patr.Et eam diſtinctionẽ ſequitur Corn.conſil.193.placet mihi. col.1.verſi.& ideo vbi lib.1.ſecundum id intelligens quod dicitur,ceſſante ratione legis, ceſſare legem.& conſi.ccxxxix.pro deciſione.col.4.in literis o,&p.eo,lib.Et idem propemodum voluit ipſe Bar.in d.l.proſpexit.& in d.l.adigere.§.quãuis.& in l.omnes populi.col.xviij.verſ.ſecundò quæro an ſtatuta.ff.de legib.& Bal.in d.l.nõ dubium.col.ij.verſ.ſequitur videre de interpretatione.& Imo. in l.ſi verò.§.de viro.col.2.verſi.circa primũ conclude.ff.ſol.mat.vbi id dicit procedere, etiam ſi ratio eſſet expreſſa in lege,per tex.in clem.1.iuncta gloſ.de elect.& idem Imo.in l.vbi purè.§.1.in fi.ff. ad SC.Trebel.Maria.Soci.conſi.1.in caſu ſuprà narrato,col.vlt.lib.1.& Fely.in c.ſi quando.col.viij.ver. ſed videtur mirabilis.de reſcrip.

152 *De eadem re.* ¶At hoc minimè placet Saly.in l.2.col.1.verſi.alij.vt Bar.de noxal.action.vbi dicit hæc Bart. verba non ſibi videri eſſe perfecta,tum quia non videtur debere fieri reſtrictio aliquo caſu, quo reſtringendo,ſtatutum ad iniquitatem,vel abſurditatem deducatur,l.non abſurdum,ff. de bon. liber. tùm quia in d.l. proſpexit , non reſtringitur diſpoſitio ea ratione,ne lucro libertatis indebitè priuetur, ſed ſolùm ea ratione,quia lex ſic ſcripta eſt.tùm quia ſi fallit in l.penu.§.j.ff.de rit.nup.quæ ad idem allegatur,vt d.l.proſpexit,à ratione fallentiæ debet ſumi diſcretio rei,& non à dicto.

153 ¶Ideoq́ue ipſe Salyc.hanc rem latius tractat,nam aut,inquit,ſtatutum generaliter,vel indefinitè loquens,habet rationem ſcriptam ſecum annexam,& tunc ſecundum illam rationem debet reſtringi, per d.l.adigere.§.quamuis.Ratio enim primùm eſt in intentione ſtatuentis,ex eáque diſpoſitio facta ac illata,auth.ingreſſi,C.de ſacroſan.eccle.illatum autem non debet ſeparari à dicto , quod ſe habet per modum rationis ad illud,l.generaliter,§.nihil,ff.de acquir.poſſeſ.ideo meritò ſecundum rationem limitatur,& reſtringitur,l.ſi is,ff.eo.tit.& l.hæc actio,& ibi gl.ff. de calum. Aut verò ſtatutum non habet rationem ſcriptam ſecum annexam,& tunc licet ratio non ſit in alio , eſt tamen in illo ſcripta,vel declarata,& idem dicendum eſt. Aut nec in illo, nec in alio ſcripta , vel declarata eſt,& tunc aut diſpoſitio ſtatuti eſt de eo quod non eſt de iure cõmuni cautum,vel diſpoſitũ, & tũc fruſtra tractamus de limitanda diſpoſitione ſtatuti ſecundum ius commune,quod nihil de ea diſponit.Ideóque tunc ſtatutum in ſuis generalibus verbis debet ſeruari,dummodo comprehenſa in verbis generalibus,ſub illa diſpoſitione poſsint includi,quantumcunque ſit durum & aſperum,& ita loquitur d.l.proſpexit.etiámque ſi hæc aſperitas ceſſet.l.1.§.nunciatio.iuncta gl.ff. de oper. noui nunc. Aut diſpoſitio ſtatuti eſt de eo quod diſpoſitum eſt à iure communi,& tunc aut reſtrictio quam facere volumus de ſtatuto,non poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis,& intellectus , & tunc non reſtringitur ſecundum ius commune,quia ex verbis eius apparet,quòd ſtatuentes voluerũt ampliare ius cõmune,& non poteſt ſe ad illos reſtringere,& eius rei quædam exempla addũt,quę ibi videre poteris.Aut reſtrictio quam facere volumus,poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis,& tũc aut quęritur in pœnalibus,& odioſis, & tũc ſtatutũ debet reſtringi ſecundũ ius cõmune,per d.l.& alia iura, quæ allegat.Aut in fauorabilibus,&c.vt ibi videre poteris.Neque enim pertinent ad hoc noſtrũ inſtitutum,quo quærimus de reſtringenda diſpoſitione ex ceſſatione , ſiue defectu rationis.

154 *Ratio ampliat & extendit diſpoſitionem.* ¶Secundum autem,quo dicimus diſpoſitionem ſpecialem extendi, & ampliari ex ratione generali (ſi hæc extenſio,aut ampliatio dicenda ſit, de quo ſuprà diximus) ita quòd vbi habet locũ ratio illa generalis,habeat & diſpoſitio,probatur ex l.nomen debitoris.§.vlt.ff.de lega.iij. & l. cùm mulier.ff. ſol.mat.& l.regula.§.ſi quis.& ibi Bar.& Bal.& iterum §.& licet.ff.de iur.& facti igno.& d.l.1.§.hoc interdictum eandem.ff.de fonte.& l.2.§.ſi mater.verſic.quid ſi curatores.§. ſed ſi quis deceſsiſſet.& ff.ad Senatuſç.Tertul.& l.pater filium.§.fundum.ff.de lega.iij.vti à nonnullis citatur, licet aliis nihil facere videatur,& d.l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.& c.ſecundò requiris.& ibi Bal.de appel. & c.conſtitutionem.de regular. lib.6.

155 *De eadem re.* ¶Et voluit quoque gl.in cle.j.in verbo,eligatur.& ibi Card.Flor.qui eam dicit ſing.de elect.Bal.in l. quod dicitur.per eum tex.ff.de pact.dum dicit eatenus extendi dictum , quatenus ratio illius extenditur.& conſi.cccix.incip.opinio cõmunis ante medium,lib.4.Ang.conſi.ccxxj.col.2.verſi.nec obſtat huic deciſioni.& conſi.ccxlvj.Titius tanquam hæres,vbi & id dicit procedere in omni diſpoſitione.Imo.conſi.j.in caſu pręmiſſo,col.3.verſi.& primò non videtur,vbi ex hoc dicit,quòd c.quamuis.de pact.lib.6.loquens de pacto de non ſuccedendo,quod ei fit cui debet ſuccedi,habet locum in in eo quod fit alteri,ex generali ratione illius c.& conſi.clxxiiij.ſpectabilis domine.poſt prin.Pan.in d.c.1.de iura.calum.vbi & id dicit procedere in odioſis,& in d,c.1,vbi ſuprà,de re iud.vbi & id dicit procedere in pœnalibus,cum ratio eſt expreſſa.vt in c.ſecundò requiris.in j.not.de app.& in d.c. quia in inſulis.de regul.& d.cõſi.xciij.lib.j.& d.conſi.lviij.eo.lib.2.Domin.in c.ſtatutũ.§.cùm verò. col.vlt.de reſcr.li.6.Pau.Caſt.in l.ſi verò.§.de viro.poſt prin.ff.ſol.mat.& d.cõſi.ccccxxx. quantũ ad primũ.vbi ſuprà.li.j.Alex.conſi.cxj.ponderatis verbis inquiſitionis,col.2.ver.& cũ ibi.li.1.& cõſi.lij. circa hanc dubitationẽ.col.3.verſi.pręterea faciat vbicunque.li.4.& d.conſi.lxxv.vbi ſuprà, lib.v.& conſi.lj.in caſu præſenti.col.2.verſi.tamen iſtis non obſtantibus.lib.7.& Socin.conſi.ccxlj. circa primam difficultatem.col.4.verſi.nec obſtat ſi dicatur,lib.2.& Iaſ.in l.licet inter priuatos.col.2. verſic. primò quia quando ratio.C.de pactis.& alij multi ex his quos ſuprà,nu.140.incip.& id item.

156 ¶Idq́ue eſt,quod vulgò dicimus,vbi eſt eadem ratio,idem ius ſtatui debere. l.illud.ff.ad leg. Aquil. & l.à



& l.à Titio,in prin.ff.de verbor.oblig.& ibi concordant.in gloſſ.Vltra quas adde tex.not.in l.his ſolis,in illis verbis,ſatis tacitè cautum,C.de reuoc.do.quem ad hoc dicit ſingul.Bald.in cap.quia V.in fin.de iudi.& meliorem totius iuris,idem Bald.in rubri.C.de nauti.fœnor.Adde inquam text. in c. tranſlato,de conſtit.& cap.inter corporalia,de tranſlatio.prælat.

157 ¶Et quod dicit Bald.in l.omnes populi,col.vij.verſi.tertiò quæro,ff.de iuſti.& iur. quòd non videntur diſsidentia quæ in ratione conueniunt quia ratio eſt cõiunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium,per l.non poſſunt,& l.nam vt ait.& l.ideo quia, ff. de legib. & rurſum ipſe Bald. in eadem l. omnes populi,col.vlt.verſic. ſecundò not. quòd vbi eſt eadem ratio , non propriè dicimus ſtatutum extendi,quia ineſt tacitè,per gl.in c.ſæpe,in verbo,Italiæ,de temporib.ordinat.lib.vj. & quod ipſe Bald.ſcribit in repet.l.de quibus,col.xij.verſic.item not.quòd non videtur, ff. de legib. quòd vbi plura habent eandem rationem,cùm de vno tantùm fiat mentio, videtur id fieri exemplariter,non reſtrictiuè,cùm aliis multis aggregatis ab Alexand.conſi.lxxv.incip.videtur in præſenti conſulatione,col.1.lib.v.& Iaſon in d.l.à Titio,in princip.col.vlt.ff.de verb.oblig.& conſi.lxiij.per reformationem,col.iiij.verſic.ſecundò principaliter,§.iij.& à me,in repet.l.ſi vnquam,in verbo, libertis.nu.45.quorum ſententia,C.de reuocand.donat. *Exemplariter uidetur fieri mentio de uno, cùm plura habẽt eãdem rationem.*

158 ¶Et hæc vſque adeò obtinent,vt etiam in correctoriis,& exorbitantibus extendatur diſpoſitio, ex ratione expreſſa in lege,vel alia conſtitutione corrigente,& exorbitante,licèt aliàs ſecus. Ita enim voluit gl.reputata ſing.in clemen.j.in verbo,eligatur,& ibi Genz.Pau.Eleaz.Card.Florent. in xxij. q.& latè Imol.col.vj.verſic.tertiò quærit gl.de elect.Bald.in auth.quas actiones,col.ij. verſi. ſed ego dico,& ibi etiam Paul.Caſtr.col.ij.verſ.item verum eſt,& Iaſ.qui id latiſsimè,& optimè diſputat,& declarat,col.iiij.verſ.pro clara intelligentia,& ij.ſeq.col.ſuper l.fin.C. de ſacroſanct. eccleſ. per tex. in d.l.his ſolis.idem Bal.non obſcurè in l.maximum vitium,col.iij.C.de liber.præterit.Imo.Raph. Co.& Pau.Caſt.in d.l.ſi verò,§.de viro:ille col.2.verſ.circa primum:alter poſt medium:poſtremus ſtatim poſt princip.ff.ſolu.matri.Idem.Imol.in l.vlt.col.3.verſi.& nota diligenter,ff.de hæred. inſtit. & conſil.cxxiij.in cauſa quæ vertitur,col.2.verſ.& pro iſta parte,vbi dicit ſing.illam gloſſ.in d.cle.j. Rapha.Fulgoſ.conſi.ciiij.Titius condidit teſtamentũ,col.2.verſ.& illa etiam ratione.Rapha. Com. in d.l.cum mulier,per illum tex.& ibi etiam Alexand.in v.not.ff.ſol.matrim.& in l.quamuis,ibi etiã Paul.Caſt.in fi.C.de fideicommiſ.Panor.in c.vlt.col.3.verſi.& licet Bart.dixerit,de reſcri.& in c. nihil,col.v.verſi.nec obſtat.ſi dicatur,de elect.Alex.in l.eadem.quæ eſt 4.§.Cato,col.6.verſic.& vltra prædicta,ff.de verbor.obligat.& conſil.50.viſis actis cauſæ,col.3.verſic.& ſaltem vbi ſcripta,lib.ij.& conſi.xvij.ponderatis his,quæ in themate,col.pen.verſi.nec obſtat quòd text.lib. iij.& con.lxxxix. circa primum dubium,col.2.verſi.vnde ſicut,lib.6.Franc.Aret.conſi.xxvij.proponitur ex facto, col. j.verſi.præterea etiam iunctis his quæ dicit,col.2.verſ.non obſtat quòd melior,& verſic. ſeq. Cepol. qui id dicit ſingu.cau.criminal.conſi.lxxiiij.viſo ſtatuto Taruiſij,col.vlt.verſi.quia reſpõdetur quòd illud.Iaſo.in l.de quibus,col.4.verſic.puto quòd vtrunque,ff.de legi.Franc.Curt.Senior conſi. lxxxj. rectè præfatus,col.2.num.7. *Superiora,procedunt etiã in correctoriis,et exorbitãtibus.*

159 ¶Et ad hoc bene facit text.in l.emptor,in fi.ibi ea ratione reddita,ff.de rei vend.& in l.in fideicommiſsi,§.cùm Pollidius,ibi,idq́ue ſibi ideo placuiſſe teſtamento comprehendiſſe, ff.de vſuris , gloſſ. in §. primo. in verbo , ad eius curationem , in authent. vt qui ſe res nim. obligat. habe. perhib. & quod tradit glo.in cap. ſi poſtquam, in verbo, mente,de electio.eodem lib.vj.& in clem.j. in verbo, eligere,eodem tit. *De eadem re.*

160 ¶Nam & in pœnalibus hoc idẽ procedere tradit Bal.in l.data opera,col.4.verſic.& adde quòd vbi eſt,C.de accuſ.per d.l.his ſolis,quæ propriè loquitur in materia pœnali.& l.vlti. C.de indic. viduit. tollen.& idem Bald.in c.j.§.porrò,col.2.per illum text.quem dicit meliorẽ de iure,titu.quæ fuit pri. cauſ.benefi.amit.lib.2.feud.& Saly.in l.ſi ſerui,col.pen.verſi.prima eſt quòd etiam, iunctis , præced. C.de noxa.Petr.Anch.conſil.ccciiij.iſta allegata in contrarium.ante fi.vbi etiam dicit talem caſum potiùs venire ex mente legis,quàm ex extenſione. Nam ratio,inquit,extendit verba legis, per d.l. nominis & rei,§.verbum ex legibus,ff.de verbo.ſignific.& dicit eſſe text.expreſſum,ad caſum , qui venit ex mente legis extendi conſtitutionem pœnalem in d.c.ſi poſtquam,de elect. lib. vj. & idem quoque Panor.in c.vlt.col.2.verſi.ſed mihi placet,de reſcript.per text.vt inquit,apertiſsimum,in l.2. §.alias ſed ſiquis deceſsiſſet.& §.ſi mater.verſ.quid ſi curatores,ff.ad S. C. Tert.& per bonum (vt & ipſe dicit)tex.in l.liber,§.ſenatus,ff.de rit.nup.dicítque id non eſſe interpretationem extenſiuam,ſed intenſiuam,& intellectiuam.& idem Pan.in.c.j.col.3.verſic.not.ibi, intenſione, de iura. cal.dum dicit procedere etiam in odioſis.& in d.c.col.4. verſic.diſpoſitio etiam pœnalis, de re iudic. & in d.c. quia plerique,col.pen.verſi.ego latiùs,de immunit.eccleſ.Domin.in c.ſi ciuitas,§.j. in princ. de ſentent.excommu.lib.vj.Alex.in d. l. cùm mulier.col.j.in v.not.per illum text.ff.ſolut.matr.& d.conſi. lxxv.incip.videretur in præſenti,col.j.lib.v.Iaſ.in l.j.ſi is qui,in prin.col.vlt.verſic.tertiò moueor, ff. ad S.C.Treb.Philip.Dec.in l.non videtur,col.vlt.verſic.ſeptimò fallit,ff.de regul.iur.De quo tamen vide Imo.in d.l.ſi verò,§.de viro,col.7.verſi.tertio caſu principali,ff.ſolu.matr.& Philip. Dec.in l.ſi quis id quod,col.pen.verſi.& ex iſta gl.ff.de iuriſdict.omn.iudi. *Et in pœnalibus.* *Ex interpretatione intenſiua,non extenſiua.*

161 ¶Sed quidquid ſit in ſimplici pœnali,tamen vbi eſſet conſtitutio , & correctoria , & pœnalis ſimul, tunc non extenderetur ex eadem ratione etiam expreſſa,vt expreſsè voluit Anton.in repet.c.vltim. col.xxvij.verſic.hæc vera in quantum,de conſuetud.Rom.in d.l.ſi quis, id quod , col. 2. verſic. nota *Quid in pœnali ſimul, & correctoria.*

etiam ratione,ff.de iuriſd.omn. iudic.& conſil. cxxix. licèt magna apud me, verſic. ſecunda ratio, Domi.in c.j.col.3.verſi.hæc vera,niſi ius,de temp.ordin.lib.6.Alexan.in d.l.ſi conſtante, in prin. col. iiij.verſi.hoc tamen intelligi debet,ff.ſolut.matr.& Iaſ.d.in authent.quas actiones,col. vj. verſic. intellige tamen iſtam,& omnes ferè.C.de ſacroſ.eccleſ.

*De eadem re.*

162 ¶Et in id allegant multi ex ſupradictis glo.quam dicunt ſing.in cle.vt hi qui,quæ eſt ij.in verbo, in eiſdem,de ætate & qualitate ord.dum tex.ibi ponit rationem expreſſam,& gloſſ. ibi dicit non eſſe extendendam. Cui adde & aliam glo.not.non abſimilem,in c.fidei,in princ.de hære. lib. vj. Et faciunt quæ ſcribunt Bart.& alij in l.Marcellus,in prin.in vlt.q.ff.ad Trebel.

*De eadem re.*

163 ¶Sed huius,tamen contrarium ſentit Panor.in d.c.vlt.de reſcrip.licet iura quæ ipſe allegat, non loquantur in materia correctoria. Tamen pro illius opinione adducit Clau.Seyſel.in d.l. ſi conſtante, col.3.verſ. primò,vt non procedat dictum Barto.in l.quemadmodum,circa medium,C.de agricol. & cenſit.lib xj.cum aliis concord.dicentibus conſtitutionem pœnalem eſſe fauorabilem,ex quo ſequitur,pœnæ appoſitionem non debere impedire extenſionem, ſiue ampliationem. Sed vt ſubdit Seyſel.reſponſio patet ex nota.per ipſum Bart.in l.2.§.exercitium,ff.de his qui not.infam.ex quibus declaratur hæc limitatio procedere tantùm,vbi pœna eſſet odioſa.Et ita illam glo.in d.c.2.de æta. & qualitat.limitat Felin.in c.tranſlato,col.pe.verſ.primò quòd licet in materia,de conſtitut.

*Ratio teſtis reſtringit, & ampliat dictum illius.*

164 ¶Sed & hæc quoque procedunt etiam in teſtimoniis,& diſpoſitionibus teſtium,vt ſcilicet ratio teſtis declaret,reſtringat,& ampliet dictum ipſius,vt videre licet ex Bal.in l.conuēticula illicita, col. 4.verſi.de hoc do regulam.C.de epiſc.& cle.& in l.data,col.ix.verſi.item no.quòd ratio reſtringit. C.de his qui accuſ.non poſ.per d.l.j.§.hoc interdictum,ff.de fonte.Alex.conſi.xx.viſo proceſſu cauſæ inter Catherinam,col.pen.verſ.modò ſic ratio,lib.2.& conſi.xxiiij.animaduerſis his,col.vij.ver. præterea ipſe,eod.lib.2.Feli.in cap.tua nos,col.2.verſic.& ad iſta,de iureiur.Hippol.Marſil. in repet. rubr.C.de prob.col.xxx.verſic.propter hoc.Imò verò & in omnibus hominum diſpoſitionibus,rationem conſiderari tanquam fundamentum actus pronuntiauit Bald.loquens in hac materia, in c.& ſi Chriſtus,ad fin.de iureiur.per l.vlt.ff.de hæred.inſtit.& d.l.cùm pater,§.dulciſsimis,ff.de leg.ij.

*Contrariū eius quod dictū eſt ceſſante ratione legis, legem ceſſare.*

165 ¶Sed vt redeamus ad noſtrum principale inſtitutum,quo diximus,ceſſante cauſa,aut ratione legis, ceſſare legem aut conſtitutionem:iſtud quidem multi non admittunt, ſed è diametro contrarium dicunt,vt ſcilicet non ceſſet lex,ceſſante eius cauſa, niſi id dictum ſit expreſsè ea lege, vel niſi poſtea reuocetur:licèt enim ceſſet cauſa,remanet tamen eius autoritas,quæ eam facit durare.arg.l.de quibus,ff.de legib.& c.vlt.de offi.deleg.Ita enim voluit gl.in d.c.poſt tranſlationem, in verbo, ceſſante,in fi.& Ioan.And.col.pen.ſuper ea glo.& Bal.col.2.verſic. quæro vtrum ceſſante. Card. Flor. col.j.Imol.col.v.num.36.de renuncia.Io.Mona.in c.cupientes.col.2.num.5.de electio.lib.6. Zenzel. & Pau.Eleaz.in cle.j.de appellat.allegantque ij omnes propemodum in id, c.dixit.xxxij.q.j. vbi id etiam not.Archid.poſt Lauren.& idem voluit Iac.Aret.in l.j.vti eum allegat Imo.ibi,col.vlt.ff. ſol. matr. Alter Iacob.Butrig.in l.vlt.ff.de condict.ob cau.& in l.2.C. eod. tit. prout & illum citat Imo. in l.2.§.vlt.col.3.ff.de dona.Corn.conſi.ccxxxix.pro deciſione,col.4.in litera c.lib.j,& conſil. liij. in hac conſultatione,col.v.in litera I. lib.4.

*Niſi interueniat neceſsitas.*

166 ¶At id nonnulli intelligunt,& inter cæteros Ioan.And.poſt Hug.in d.c.poſt tranſlationem, col.vlt. Henri.Boh.in c.& ſi Chriſtus,col.vlt.de iureiur. & multi ex his quos citauimus in ver. ab hinc.niſi interueniat neceſsitas,c.priſcis,lv.diſtinct.vel vtilitas,c.neophytus,lxj.diſtin.aut pietas, cap. Lugdunenſis, & vlt. ix. q. ij.aut contraria conſtitutio,capit.vtinam,& penult.de ieiun.lxxvj.diſtinctio.ſiue conſuetudo, §.leges,qui eſt ſub c.in iſtis,4.diſtinct.

167 ¶Verùm Card.Flor.in d.c.poſt tranſlationem,in §.cæterùm,col.2.verſi.item in eo quod dicit Hoſt. poſt eandem opin.quam tribuit Hoſt.dicit cauſas neceſsitatis, vtilitatis, & pietatis magis inducere diſpenſationem,quàm vt faciant ceſſare diſpoſitionem.In eo autem quod de contraria conſtitutione,vel conſuetudine dictum eſt,id quidem non eſſe quòd ceſſet cauſa, ſed quia diſpoſitio reuocatur,& extinguitur.Anto.verò in eo ipſo c.poſt tranſlationem,col.4.verſ.tu dic latiùs, dicit quòd ex primis duabus potiùs reuocatur,quàm ceſſet.

*Quid ſi ratio ſit expreſſa.*

168 ¶Alij hac in re diſtinguunt ſecundum ea quæ diximus ſuprà num. cxlvj.incip.intellige ſecundò, an ſcilicet quis indebitè damnum pateretur,niſi ceſſaret lex,ceſſante eius ratione, & tunc ceſſat. per d. l.adigere,§.quamuis.ff.de iure patro.Aut tunc indebitè lucrum amitteret, & tunc non ceſſat, per l. proſpexit,ff.qui & à quib.Qua in ſententia omnium primus fuit Bartol. in multis locis quæ tibi deſignauimus illo eod.nume.146.vbi etiam videbis qui illum ſequuti ſunt,& num.quoque ſeq. incip. at hoc minimè,vbi videbis quid de hac re dicendum ſit.

*Quid ſi ſequatur abſurditas.*

169 ¶Bald.autem in c.& ſi Chriſtus.col.vlt.verſic.ampliùs notandum. de iureiur. Cauſa inquit, dicitur duobus modis.Primò,vt eſt aliquid in eſſe producens,& ipſi cohærens. Alio modo, prout eſt ratio faciens ratum,vti accipitur in l.j.ff.ſolu.matr.& tunc aut ratio eſt expreſſa in verbis,& tunc nunquā diſceditur à ratione l.vlt.ff.de diuor.& l.in eo iure,§.deinde ait lex.ff.de rit. nup. & l. j. §. non autem omne,ff.de flumi.& l.ita autem,in prin.ff.de admit.tut.Aut ratio non eſt expreſſa in ipſis verbis promulgationis legis, ſed adiicitur poſt legis promulgationem, verbi gratia, lex noua ponit rationem legis veteris,vel interpretatio prudentum rationem addit:& tunc refert, aut enim ceſſante ratione ſequitur abſurditas,& tunc ceſſat lex,c.quemadmodum,de iureiuran. aut æquitas poteſt ſtare cum ſtatuto,licèt ceſſet ratio interpretatiua prudentum,& tunc non ceſſat lex quia ſufficit ratio generalis in omni



lis in omnibus,quæ ſunt de iuſtitia poſitiua,ſcilicet quia placuit legiſlatori,l.j.§.j. ff. de poſtul. vnde eſt pro ratione voluntas,vt not.in l.j.C.de ſecund. nupt. & ſuppoſita poteſtate non eſt quærendum de ratione,l.non omnium,ff.de legib. Aut ceſſante ratione remanet ſtatutum contra rationem naturalem,& tunc ceſſat ſtatutum,l.milites agrorum,ff.de re mili.

*De eadem re. Item de tacita ratione.*

170 ¶Idem Bal.in l.j.col.ij.verſi.nota hic in ſecunda gl.C.quæ ſit long.conſuet.dicit quòd ratio legis,licèt tacita ſit,tamen eſt ratio & ea quidem ſeruanda,ſi eſt finalis,per d.l.ita autē,in prin.ff. de admin. tutor.& d.l.milites,ff.de re milit.Non obſtat,inquit,l.proſpexit, ff. qui & à quib.quia ratio legis inſpicit ad extendendum,non ad perimendum iam diſpoſitum, vt ibi, nam ex illa cita ratione, non poſſumus perimere formam ipſius legis,in caſu formaliter occurrenti,& formaliter diſpoſito.

*Quid ſi ſequatur temporalis tantùm abſurditas.*

171 ¶Alibi quoque idem Bald.in l.j.col.v.verſi.item an ceſſatio,ff.ſol. matr. dicit quòd ceſſante ratione legis,ceſſat lex.quando aliàs ſequeretur perpetua,& inemendabilis abſurditas, ſiue incommoditas, ſecus ſi temporalis tantùm,per d.l.proſpexit,ff.qui & à quib.vnde,inquit.Iacob.Are.& Cyn. qui dicunt eam l.carere ſpiritu non bene loquuntur.

*Quid ſi ſtatutū diſponit de ratione, uel econuerſo.*

172 ¶Rurſus idem Bald.in c.j.§.& quia vidimus.col.antepe.verſi.modò quæritur quæ eſt ratio, in addi. tit.qui feud.dat.poſſ.dicit quòd ſi ſtatutum diſponit de ratione, ſeruamus ſtatutum, non rationem, per d.l.proſpexit.Si autem è diuerſo ratio diſponit de ſtatuto,ſeruamus rationem,nō ſtatutum,quia ea prior eſt in potentia,arg.l.Labeo ait originē,ff.de ſupellect. lega. & eum refert & ſequitur Corn. conſi. liij.in hac conſultatione,col.v.verſi.poteſt etiam ad hoc applicari.lib.iiij.

*De eadem re.*

173 ¶Anto.in d.c.poſt tranſlationem,col.4. verſi. tu dic latiùs, de renunc.dicit quòd cum quæritur, an ceſſante cauſa legis,ceſſet lex,hoc dupliciter poſſe intelligi. Primò, an ad caſum in quo cauſa legis non ſe extendit,lex vel eius diſpoſitio ſe extendat,& tunc ceſſante cauſa ceſſat lex:quia vbi ſeparata eſt ratio,ſeparatum debet eſſe ius,l.hæc actio,ff.de calum.cum ſim.Secundò poteſt intelligi, an ceſſante cauſa, ceſſet lex in eo quod principaliter diſponit: & tunc ſi eſt ius diſpenſatiuum, & in fieri, vt ipſe loquitur,ita vt ex diſpenſatione nondum ius ſit in perfecto eſſe,tunc ceſſante cauſa, ceſſat diſpenſatio,& hoc eſt verùm,quando ceſſat ſpecifica cauſa. Si autem ius eſt in perfecto eſſe, & cauſa eſt generalis,tunc ceſſante ea cauſa generali,non ceſſat lex,ſed reuocari debet,c. ſuggeſtum, de decim. Si verò eſt ius commune,& tunc aut cauſa eſt perpetua,& non eſt quæſtio, ſcilicet quòd iuris obſeruantia eſt perpetua,vt iugis continentia clericorum,& dilapidationis ſuſpicio, c. ſacerdotibus, xxxj.diſtinct.& c.vlt.quia ea,iij.q.ij.& l.ſi tutor C.de interd.matr.Aut eſt cauſa temporalis,& tunc ſi exprimitur in ea quòd ceſſet lex ceſſante cauſa, ea ceſſabit,c.vt conſtitueretur,v. diſt. & c. cum M. Ferra.de conſtit.ſi non exprimitur,non ceſſat.cap.dixit dominus,xxxij.q. j. niſi interueniat neceſsitas,vtilitas, pietas,contraria lex vel conſuetudo,ſecundum ea quæ diximus ſuprà nu.166.incip.at id nonnulli.cum ſeq.167.Et idem ad verbum voluit Pan.in d.c.poſt tranſlationem,in ij. lect. eius titu. quæ omnino ſimilis eſt lectu.Anto.vt ipſe Panor.ab illo accepiſſe videatur.

*De eadem re.*

174 ¶Ante hos autem,Innoc.in d.c.quia plerique,col.vlt.de immunit.eccleſ.ſcribit, quòd valet conſtitutio contra ius naturale,ex iuſta tamen cauſa facta:ſed ſi ea cauſa ceſſet,ceſſabit & conſtitutio. verbi gratia, iuſta eſt conſtitutio quæ dat exceptionem Senatuſconſulti Macedoniani propter iuſtam cauſam:ſed ſi ea cauſa non ſubeſſet in certo aliquo caſu, vt quia quis in neceſsitate mutauerit pecuniam filiofamiliàs,non haberet locum ea cōſtitutio:& peccaret qui ſe ea exceptione tueretur.Subdit tamen poſtea alios dicere, quòd cùm facta ſit conſtitutio ex iuſta cauſa, licèt poſtea eueniat caſus,vbi ceſſet cauſa illa,tamen ſeruanda eſt conſtitutio,quæ generaliter fuit facta: non potuit enim nec expediuit omnes articulos ſigillatim comprehendere.l.non poſſunt, ff. de legib. niſi talis ſit caſus,qui à iure excipiatur. Hæc ille,qui non aliter declarat,vtra opinio ei magis placeat,& eum refert Pet.Ancha.ibi paulò ante fi.qui dicit hæc Inno.verba eſſe valde bona.

*De eadem re.*

175 ¶At Card.Flor.ibi,in xviij.quæſt.dicit primam opinionem ſibi magis placere, quia proprium conſtitutionis eſt, vt ſit iuſta: cùm ergo deſinit eſſe iuſta, non eſt ſeruanda. vel vt ſubdit, poſſet dici, melius eſſe hoc caſu principem conſulere, c. ſi quando,de reſcript.qui prouidebit reuocando conſtitutionem iniuſtam, & faciendo aliam iuſtam ex varietate temporum.cap.non debet, de conſanguinit.& affinit.

176 ¶Sed Anto.ibi,col.pen.verſic.plus dicitur,concordando illas duas opiniones,ſcribit, vt à multis citatur,licèt non ita expreſsè in meo codice,ſe putare vltimam opinionem procedere,ſi lex ſtatuit ex cauſa legitima.& indiſcretè loquitur,& in omnibus caſibus præſumit cauſam. Si autem non præſumit cauſam in omnibus caſibus, vel ſaltem de defectu cauſæ poteſt conſtare per modum probandi à lege non reprobatum,procedit prima opinio.

*De eadem re.*

177 ¶Panor.autem in illo ipſo c.quia plerique,col.antepe.in xij.quæſt.verſic.ego latiùs, relatis huiuſmodi opinionibus,hanc rem(vt ipſe dicit)latiùs,& clariùs tractat. Nam aut lex, ait, ſiue ſtatutum præſumit cauſam, & ſuper ea inducit præſumptionem iuris, & de iure, & tunc non admittitur probatio ſuper ceſſatione cauſæ,per cap.qui fidem.de ſponſali. niſi ius induceret illam præſumptionem in fauorem alicuius:tunc enim admittitur probatio in contrarium, per confeſsionem partis. per no. in auth.ſed iam neceſſe,inſerta l.ſi conſtante.C.de don.ante nupt.& per Inn.in d. c. quia plerique. Tamen in foro animæ non eſſet ea conſtitutio ſeruanda,ſi conſtaret de defectu cauſæ,vt idem ipſe Panor.tradit in d.cap.is qui fidem,& in c.j.de conſtitut. Aut lex ſiue alia conſuetudo non inducit præſumptionem iuris & de iure,ſed ſimpliciter ſtatuit: & tunc ſi cauſa eſt expreſſa in lege, & probatur

cauſam illam deficere in caſu occurrente,tunc non debet ſeruari conſtitutio,nec in foro animæ,nec in iudiciali:quia ratio,legis eſt lex,& non è contrario:ideo vbi ceſſat ratio,ceſſat lex,l.non dubium, C.de legib.& c.vlt.de reg.iur.lib.6.& l.cùm pater §.dulciſsimis,ff.de leg.ij.& l.ex facto,in j.reſp.ff.de vulg. & pup. vbi hoc idem probatur habere locum in priuilegiis, & aliis iuribus ab eo allegatis, & quod,vt ſubdit,not.Bart.in l.item quæro,§.qui impleto,ff.loca. Aut ratio legis non eſt expreſſa, & tunc ſi poteſt naturaliter,& indubitanter vnica præſumi, debet lex reſtringi ad limites illius rationis,vt dicit Cyn.in d.l.non dubium eſt.& Bald.in l.maximum vitium,C.de lib.præterit.Quod procedit etiam in pœnalibus,vt voluerunt doct. in dictis locis. & optimè facit l. 2. §. quid ſi curatoris. verſi.quid ergo ff.ad Tertul.Hæc Panor. Cui, quantum ad poſtremum caſum pertinet, adde quæ dicam infrà in xxj.limit.præſertim num.7.incip.intelligendum eſt tertiò,& ſeq.

178 *De eadem re.*

¶Omnium autem latiſsimè Aegid.Bellamera in c.poſt tranſlationem,col.v.recenſitis aliorum opi. ſic diſtinguit.Aut ceſſatio rationis tanta eſt,vt per eam remaneat conſtitutio irrationabilis, & tunc vel eſt ob id,quia remanet alia ratio ſufficiens, & tunc non ceſſat lex,niſi hoc diceretur ea lege, vel alia,§.affinitatis,Inſtit.de nupt.cum ſimilib.Aut non remanet alia ratio ſufficiens, & lex non manet propter hoc irrationabilis,quod qualiter procedat,declarauit idem autor in c.quantò, in iiij. q. de conſuetu.Et tunc aut ratio ceſſans eſt impulſiua ſolùm,& tunc non facit ceſſare legem,l.j.§.ſexum, ff.de poſtul.Aut eſt finalis,& tunc aut non eſt lex merè poſitiua, ſed facta ex certo,& ſufficienti iudicio rationis,ſicut ſunt reſponſa prudentum, & quaſi omnia alia iura, ff. & tunc præſumitur ratio cohærere legi,& conſequenter ceſſatio eius,facit ceſſare legem,& ita procedit quod not.in d.l.cùm tale,§.legato.ff.de condit.& demonſtr.Aut eſt lex poſitiua,nullam certam & ſufficientem rationem habens, ſed ſolùm autoritatem ſtatuentis, licèt quadam perſuaſione rationis minimè ſufficientis adiutam:& tunc aut apparet de mente ſtatuentis, volentis ceſſare legem ex ceſſatione rationis, & ceſſabit lex:quia in conſtitutionum interpretatione principaliter recurritur ad mētem conditoris, c.in his,de verb.ſignifi.cum ſimil.Aut non apparet,& tunc ſtandum eſt eorum opinioni,qui negant ceſſare legem,ex ceſſatione rationis:quia hoc caſu ſola autoritas ſtatuentis eſt cauſa principalis,cōſtat autem(inquit)de mente,ſi id exprimatur,vel etiam tacitè ex præfationibus, l. vlti. ff. de hæred. inſt.vel aliis ſeq.l.ſi ſeruus plurium, §. vlt. ff.de leg.j.& quia hoc non eſt lege certa conſtitutum, locus eſt arbitrio iudicis,c.de cauſis,de offic.deleg.

179 *Liberationis cauſa ceſſante, ceſſat liberatio.*

¶Liberationis cauſa ceſſante,ceſſat liberatio,quod ex eo patet,quod ex facto reſpondit Ange.conſ. clxxxix. viſa quietatione reuocatur in dubium, quòd quantumcunque verba liberationis ſint plena,& prægnantia,ſi tamen cauſa ipſius liberationis non poteſt ex proprietate ſermonis adaptari ad aliquam ſpeciem debiti,illam non comprehendit.Et id ſequitur,& dicit no.Franc. Aret. conſil. clx. verum eſt quod Comicus,col.3.verſi.moueor primò,vbi ex hoc dicit, quòd oratio quantumlibet vniuerſalis reſtringitur,vt non comprehendat ius,cui cauſa liberationis non eſt adaptabilis, de quo dicit eſſe caſum clariſsimum,& ibi hoc not. Bar. in d.l.cùm pater.§.dulciſsimis,ff. de leg. 2. & bene facere text.in l.ſi is qui animo,ff.de acqui.poſſeſ.& in l.cancellauerat,& ibi Bar.ff.de his quæ in teſt. delen.Quod & ex eo reaſſumit Chaſſan.conſ.lxix.quæro ad primum,col.2.num.9.& ſeq. Et bene etiam facit quod proditum eſt à Soci.conſi.clix.in præſenti conſultatione præmittens aliqua, col.v. verſi.4.& vlt.lib.2.& Paul.Pariſ.dum allegat Angel.& Franc.Aret.vbi ſuprà,conſi.xlviij Calaſsino, col.7.num.43.lib.3.Et diximus etiam ſuprà,num.141.incip.& ideo ex facto.

M

180 *Mandati cauſa ceſſante,ceſſat mandatum.*

¶Mandati cauſa ceſſante, ceſſat mandatum, in id enim eſt text. expreſſus in c. ſi pauper, in fi. in illis verbis, cùm ceſſet cauſa mandati,& ibi glo.in verbo, ceſſet, & Domin. qui id not.in iij.not de præbend.lib.vj.

181 *Metu ceſſante, ceſſat quod ob eum eſt factum.*

¶Metu ceſſante,ceſſat quod ob eundem factum eſt, vt ex eo ſatis liquet,quod ſcribitur in l.j. C. de naut. fœnor. tandiu venire vſuras centeſimas pro pecunia traiectitia, quandiu durat metus maris apud creditorem:ceſſante autem metu,communes tantùm deberi.quod Bald. & Salyc. ibi trahunt ad bailiam,ſiue arbitrium extra ordinem cōceſſum metu bellorum,vt ceſſet ceſſante metu, de quo nos diximus ſuprà in arbitriorum cauſſa ceſſante.Et bene etiam facit quod ſcribit gl.in l.3.ff.de donat.cau.mort.arg.l.ſi mortis cauſa.

182 *Morbi cauſa ceſſante,ceſſat morbus.*

¶Morbi cauſa ceſſante,ceſſat morbus,quod hinc videre licet, quòd medici imprimis obſeruādum eſſe dicunt,videlicet morbi cauſam, an frigus, fames, an ſatietas, & quæ ſimilia ſunt, occurſurum enim vitio eum putauerunt qui originem non ignoraret,vt ſcribit Cornel. Celſus in procemio rei medicæ:proindéque etiam medici ipſi,circa id præcipuè laborant, vt declarent morborum cauſas, inter quos is qui facilè primas obtinet, Galen. librum vnum de morborum cauſis priuatim ſcripſit, vt ſcilicet illis cognitis, ac deinde ſublatis, morbi quoque vitia tollantur. Ex quo ille ipſe lib.j.de arte curandi ad Glauconem, Cauſæ ( inquit ) infeſtanti, perpetuò contraria opponenda ſunt remedia : labori quidem quies : vigiliis ſomnus : iræ, triſtitiæ, excandeſcentiæ, ſermones, actiones ſpectandæ,& rerum narrationes,quæ animo voluptatem afferunt. Sic & qui cogitatione laborant, ab hac omnino ceſſent.Sed & hinc eſt illud ipſius Celſi,in illo eodem procemio,quòd ſi morbos eæ cauſæ facerent, quæ vbique eædem eſſent, remedia quoque vbique eadem eſſe debuiſſent, idque præcipuè,vt dicit Galenus lib.8. Terapeuticæ, proſpicit morbis, qui in generatione ſunt,tollendis, ſcilicet iis quæ illas excitant cauſas.

¶Nullúſq;



183 ¶Nullúſque eſt propemodum medicorum, in quo non inuenias ſexcentas huiuſmodi ſententias, ſed quod ad noſtrates pertinet, huc reſpicit quod ab illis diſſeritur de medico, qui certa mercede promiſit curare ægrotum,qui curatus (vt ſtatim prima fronte videbatur) in eandem ægritudinem recidit,vt ſi ſtatim reciderit,cenſeatur eadem morbi cauſa permanſiſſe:ideóque ab eo morbo curatus cenſeri non debeat,vt per Barpth.Brix.quæſt.lxxiij.medicus quidam omnes propè.in l. Martius.ff.loca.Alber.in l.contractus.nume.7.ff.de reg.iur.Bal.conſi.cclv.quidam fœnerator.col.ij.libro 3.& alios quos tibi congeſsi in repet.l.ſi vnquam.in verbo,ſuſceperit liberos.nu.180.incip.& quoad à noſtris.C.de reuoc. donat. *De eadem re ex noſtratibus.*

N

184 ¶Neceſsitatis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob neceſsitatem ſtatutum eſt, aut introductum, cap.2. & ibi Cardin.Floren.in 3.not.Petr.Anch.in j.not.Anto.in j.not.de cuſtod.Euchariſt.& c. de Siracuſanæ vrbis.xxviij.diſtin.& capit.quoniam multa,xlviij.diſt.& c.quia ſancta.§.verum,lxiij.diſtinct.& c.quod pro remedio,& ibi.Card.Alex.in prin.j.q.vij.& c.ordinationes.§.quamuis autem,ix. q.j. gl. in l.ſolet,in verbo,quàm curator,& ibi quoque Bart.ff.de tutel.& in capit.in argumentum, de reg. iur.lib.vj.Hoſten.in c.cùm in cunctis.verſic.ea propter,in verbo, neceſsitate, de elect. Bart.in l.j.§. nunciatio,col.iij.verſic.quandoque fit iuris noſtri,ff.de oper.noui nuntiat.vbi dicit quòd quando aliquid ſtatuitur pro neceſsitate,contra regulas iuris communis,intelligitur habere locum, quatenus durat neceſsitas, per l.ſenatus,ff.de offic.Præſid.& l.j.in fi ff.de feri.& Petr.Anch.in c.j.col. ij. in vj. not.de ſtat.manacho.Ex ex externis ſcriptoribus Dionyſius Halicarnaſ.lib. viij. Quicquid, ait, neceſsitatē pro tempore, vel priuatis,vel ciuibus adfert,tantiſper duret,donec ceſſet ea neceſsitas. *Neceſsitatis cauſa ceſſante ceſſat quod ob eam ſtatutum eſt.*

185 ¶Sed hoc primò intellige,niſi vtilitas ſuccederet,in locum illius neceſsitatis ceſſantis,vt eſt de monachis ordinandis,in c.ſunt nonnulli,in fi.& c.cum pro vtilitate,xvj.q.j.& arg.c.priſcis,lv.diſtinctio. Et voluit gl.in d.c.in argumentum,in fi.de reg.iur.lib.vj.Arch.poſt Hug.in c.ſtatuimus, circa medium,& iterum in c.neophytus.in fi.lxj.diſtinct.Henric.Bohic in c.& ſi Chriſtus,col.vlt.de iureiur. Card.Alex.in c.quod pro remedio,j.q.vij. *Niſi utilitas ſuccederet, in locū ceſſantis neceſsitatis.*

186 ¶Secundò intellige,niſi ex neceſsitate ius commune introductum fuerit, tunc enim id non ceſſat, ceſſante neceſsitate,ſed perpetuū manet,c.duo.xij.q.ij & c.dixit dominus. xxxij.q.vij. Niſi in conſtitutione exprimatur quòd id ceſſare debeat,ceſſante neceſsitate,c.quod ſcripſi.xxxv.q.3.& ita voluit ipſe Archid.poſt Laur.in d.c.ſtatuimus.lxj.diſtinct. *Aut niſi ex neceſsitate, ius cōmune introductum fuerit.*

187 ¶Cui adde quantum ad primum,quòd id,per quod redimus ad ius commune,multò firmius eſt,& potentius,vt videre licet ex gl.illa ſingu.in c.ſtatutum.in verbo,numerandum, ibi item per hanc, de præb.lib.vj.Anto.& Panorm.in c.olim tibi,per illum tex.illum quidem, in fi.alterum in 3.not.de verb.ſignif.cum aliis multis ſimilib.à me collectis,in tract.Primigeniorum,q.xxiiij.nume. 6. incip. quam rationem. Quantum autem ad exceptionem, adde etiam quæ diximus ſuprà in ceſſatione cauſæ legis,nu.clx.incip.ſed vt redeamus. *Firmius eſt id, per quod redimus ad ius ipſum cōmune.*

188 ¶Tertiò intellige vt ceſſet effectus in eo caſu circa facienda,non etiam iam facta,vt etiam dicit gl. in d.c.in argumētum,per not.in d.c.quod pro remedio,& in c.& ſi Chriſtus, in fi. de iureiu. & facit (inquit)c.factum legitimè,eo.tit.de reg.iur.lib.vj.ad quod etiam optimè facit quod diximus ſuprà in ceſſatione cauſæ diſpenſationis,num.90.incip.quod tamen ita,& ſeq.& quod etiam dicemus inferius in xij.limit.& iterum in 40. *Quid autem in faciendis.*

O

189 ¶Obligationis cauſa ceſſante, ceſſat obligatio,vt ex facto interrogatus reſpondit Soci. conſi. xxxj. incip.proſequendo ordinem,col.pen.verſi.quartò etiam probatur,lib. j. motus hac noſtra generali regula,quòd ceſſante cauſa,ceſſat effectus. *Obligationis cauſa ceſſante, ceſſat obligatio.*

190 ¶Odij cauſa ceſſante, ceſſat effectus illius, l.ij.& ibi Bald.C.qui ad libert.non poſſ. perue. & idem Bal.in l.vnic.col.ij.verſi.nota.quòd ceſſante,C.ſi rector prouinc.vel ad eum pert.ſponſal. deder. arras.Aegid.Bellame.in c.cùm eccleſia ſutrina,col.iij.nu.8.de cauſ.poſſ.& propriet.Caro. Rui. conſil. cxxij.de duobus principaliter,col.v.nume.7.lib.v.& Philip.Dec.conſi.cccclvj.conſului aliàs quòd Iacobus,col.pen.num.12.& omnes propemodum,quos citabimus,in ſeq.verſi. *Odij cauſa ceſſante, ceſſat odium.*

191 ¶Ex quo ipſe Bald.in illo primo loco illud aſſumit,vt ſi filius vel vxor priuatur patria,in odium patris,vel mariti banniti:illis mortuis,& ſic odio illo ceſſante,poterit liberè, & impunè in patriam reuerti.Quod etiam voluerunt Iac.Are.Iac.Ra.Bart.ipſe Bal.Alb.Imo.in l.Titia Seio,§.vſuras, ff. de leg.ij.idem Bald.poſt Dy.in l.j.§.qui in perpetuum, ff.ſi ager vectiga. & in l.omnes populi, col.vij. verſi.ſed nunquid ſtatutum,ff.de iuſt.& iur.& in l.ſi ſeruus.ff.de Public.in rem act.& in l. in omni, ff. de adopt.& in l.cùm acutiſsimi,col.ij.verſi.& nota illud ſtatutum,C.de fideic.& in l. voluntas, circa prin.eo.tit.& in l.vlt.per illum tex.C.de iniu.Alb.in tract.ſtatut.parte iiij.quæſt.lxij.quæro ſi ſtatuto, vbi plus dicit id procedere, etiam ſi ſtatutum dicat, vt vxor banniti ſit perpetuò bannita,Ang.vt à nonnullis citatur,in repeti.l.incola, col.x.ff.ad municip.Floria.in l. ſi ad libertatem,quæ eſt pen. §.ſi quis pro ſeruo,ff.de noxa.Alex.conſi.xx.viſo proceſſu cauſæ inter Catharinam,col.2. verſic. iſtud etiam fuit de mente,lib.ij.& conſi.ccvij.ponderatis verbis ſtatuti,col.3.verſi.ad idem allego,lib.vj. Franciſc.Aret.in l.Pannonius auitus.§.vlt.ff.de acquirend.hæred.Corn. conſi. 50. incip. in hac conſultatione placet.in fi.li 4.& cōſi.xcvij.licet in hac.col.3.verſi.ſic & aliàs.li.4.Soci.in tract.fallēt. reg. 229.inci.lex generaliter loquēs.verſ.fallit ſi finiatur cauſa.& cōſi.cclxij.in cauſa Magnifici.col.3.ver. *Filius odio patris patria priuatus, eam recuperat patre mortuo.*

nam

nam finita cauſa odij,lib.ij.quod repetitur conſil.xc.lib.3.Felin.poſt Modernos,vt ipſe dicit, in c. ex parte B.col.j.verſi.limita tertiò,& iterum col.ij.verſi.iſta limitantur, de foro compe. & in c. quæ in eccleſiarum,col.x.in ij.declaratione,de conſtitut.Iaſon in l.j.colum.xiij. verſi. tertiò adde tex. ff. de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.Caro.Ruin.d.conſil.cxxij.vbi ſuprà,lib.v.Hippol.Marſil.in l.vlt.col.vj. verſi.item adde quòd ſtante ſtatuto,ff.de quæſt.

*Odioſæ conſtitutiones editæ in uſurarios, ceſſant uſuris ceſſantibus.*

192 ¶Et huc pertinet tex.in c.cùm tu,iuncta gl.in verbo,donec.de vſur. vbi odioſæ conſtitutiones editæ contra vſurarios odio vſurarum , ceſſant poſteaquam vſuras exercere deſierunt. & ita per eum tex.voluit Bald.in rub.C.de vſu.col.ij.verſ.ſecundò quæro.& Lauren.Rodulph.in repet.c.conſuluit, c.4.verſicu.eſt etiam quæſtio,extrà eod.tit.Ioan.Ana.in c.quia in omnibus , quod eſt tertium , col. xvj.verſi.adde etiam prædictis,eod.quoque titu.Roma.conſil.cccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis,col.ij.verſic.ſimiliter ceſſat odioſa.Alexand.id intelligens,dummodo vſuras præteritas reſtituerit,in l.j.col.j.C.de eden.& in l.Prætor ait,§.is etiam,col.j.in primo not.ff.eod. Iaſ. in l.j. colum. xiij. verſic.ſecundò adde tex.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.

*Officij cauſa ceſſante, ceſſat officium.*

193 ¶Officij cauſa ceſſante,id eſt,qualitate,quæ eſt cauſa officij,ceſſat officium per textum in l.Lucius, ff.de fideicommiſ.liberta,quem in id expendit Bald.id tamen intelligens,quando ea qualitas officij certa eſt,in l.generaliter,col.4.verſi.& adde circa primum.C.de epiſcop.& cleric. & alium tex. in l. tutelas.ff.de capit.diminutio.quem & ad hoc quoque allegat Bal. in c. j. in vtraque lect. & ibi poſt eum Ia.col.xiij.verſi.vltimò not.in verbo,non aliter,ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.

*Coadiutoris officium ceſſat, impedimento ceſſante.*

194 ¶Ex quo illud fit,vt officium coadiutoris dati ob malam officialis,vel magiſtratus,vel beneficiarij, ſiue prælati,ſiue tutoris,aut curatoris valetudinem,aut aliud impedimentum ceſſet,ceſſante valetudine,aut alio impedimento,glo.in d l.ſolet,in verbo quàm curator,& ibi Alb.& Bar.qui diſtinguit, ff.de tut.idem Alb.qui & in hoc diſtinguit,in l.ſi quos,col.j. verſi.ſed nunquid remoti. & ſeq. C. de offic.Præfect.Præto.Ori.cum his quæ diximus ſuprà in curationis cauſa ceſſante.

195 ¶Et idem quoque mortuo prælato,cui coadiutor datus erat,nam etiam finitur officium coadiutoris,ceſſante ſcilicet cauſa,vt probatur,ex c.grandi,de ſupplen.neglig.prælato.lib. vj. & voluit Bald. in l.ex facto,in princip.paulò poſt medium,& ibi quoque Alex.col.ij.verſi.item not.quòd ceſſante, & Franc.Ripa.col.item ij.num.11.de vulg.& pupil.

*Quid ſi ſufficiat qualitatē adeſſe certo tempore.*

196 ¶Sed hoc intellige vt non procedat, quando ſufficit qualitatem adeſſe certo , & determinato tempore:nam ſi ea qualitas adfuerit illo tempore,& poſtea ceſſet,non propterea ceſſat officium,vt latè per Ioan.Andr.in c.ſtatutum,col.v.ſuper verbo,habentibus,de reſcrip.lib. vj. & dicemus infrà in 4. limit.per totum,maximè verò nu.4.incip.& ex hoc quoque fit.

197 ¶Onere ceſſante,ceſſat & quod illius cauſa inductum eſt,l.alumnæ ſuæ.§.hera liberta.ff. de adimen. leg.& arg.l.Caio,in princ.ff.de ali.leg.Atque ita nuncupatim voluit,ex hócque in pulchro caſu conſuluit Oldra.conſi.ccj.caſus talis eſt.quidam clericus.col.6.verſi.primò clauſula.

P

*Pace ceſſante, ceſſat quod ob eam factū eſt.*

198 ¶Pace ceſſante,ceſſat quod ob eam cōceſſum eſt,vt in pulchra facti ſpecie conſuluit Rom. conſi. cccclix.in propoſita conſultatione,in j.dub.ibi enim loquitur de priuilegio ciuitatis , à Senenſibus conceſſo Piſanis propter pacem,& concordiam inter eos coitam. quod quidem priuilegium dicit ceſſare ,ceſſante ac rupta ea pace,& concordia,per multa iura & rationes illic adductas. & ſequitur Fely.in c.quæ in eccleſiarum col.x.in 2.declaratione,de reſcript.& Iaſon in l.j.col.xiij.verſi.vltimò not.in verbo,non aliter,ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſd.& in l.ſciendum,§.vlt.col.ij.verſ.ſed vt articulus.ff.qui ſatiſda.cog.Et facit quod è diuerſo ſuprà diximus,nu.42.bello ceſſante, ceſſare omnem ipſius effectum.

*Paupertate ceſſante, ceſſant quæ ob eā ſtatuta ſunt.*

199 ¶Paupertate ceſſante,ceſſant & quæ propter eam ſtatuta,aut introducta ſunt,aut conceſſa , vt probatur ex l.non tātum,§.eos qui, ibi,niſi ſi facultates eorum adauctæ fuerint,ff.de excuſ.tut.vbi immunitas conceſſa ob paupertatem,ceſſat adauctis facultatibus,& ibi Iac.Are.Nicol.Matth. in lect. Bar.ipſe Bar.& Albe.no.ex eo tex.quòd priuilegium conceſſum ratione paupertatis , perditur auctis facultatibus.Et probatur item ex l. cura extruendi.§. deficientium, ff.de munerib. & honor. vbi deficiētium,facultatibus, ad munera quæ indicuntur,excuſatio non perpetua eſt,ſed temporalis.nam ſi ex voto patrimonium auctum fuerit,ceſſabit excuſatio,& l.ab his oneribus,§.auctis,ff.de vacat.& excuſat.muner.cuius hæc verba ſunt,auctis poſt appellationem medio tempore facultatibus,paupertatis obtentu non excuſantur.& l.ſemper,§.hæc idcirco , verſi.ſed nec quidem eos qui augent facultates, ff.de iure immunit.

*De eadem re.*

200 ¶Et ea quidem ſunt iura,quæ à noſtris in id quod diximus allegari ſolent , quibus addere potes l. nec maritus, C.ſolut.matr.vbi exceptio,ne quis vltra quàm facere poteſt, non amplius ei prodeſt, qui locupletior factus eſt.& §.vlt.Inſti.de actio.vbi bonorum ceſsio facta ob paupertatem , ei non prodeſt,qui fortunis auctus eſt.& c. ſi pauperes,de præb.lib.vj.vbi ſi papa mādauerit epiſcopo , vt clerico pauperi nullum habenti beneficium,prouideat de beneficio,& interim ille clericus adeptus fuerit beneficium,ceſſat illa prouiſio.

*De eadem re.*

201 ¶Sed & huc ſpectat quod plerique voluerunt,quòd ſi dos fuerit reſtituta vxori,ob viri inopiam , & vir ipſe poſtea diues factus fuerit , ceſſabit illa reſtitutio,ita vt dos ipſi viro reddenda ſit, vt voluerunt Dyn.Bald.Ange.& Rom.in l.ſi conſtante,ff.ſoluto matri.ea ratione moti,quòd ceſſante cauſa,ceſſet effectus,& alij nōnulli quos tibi citabo infrà in xiiij.limit.vbi hanc rem latè tractabimus,& ibi



ibi videbis quid hîc dicendum ſit,nam ſunt alij qui ſunt contrariæ opinionis,vt ibi etiam videbis.

*De eadem re.*

202 ¶Vt tamen interim non omittam & alios doctores,qui hoc voluerunt quod in principio diximus, paupertate ceſſante,ceſſare & priuilegium propter illam datum,videlicet gl.in c.ita nos Syllanorū. §.vlt.in verbo,ceſſauerint.xxv.q.ij.& Roma.qui ex hoc in pulchro caſu ex facto conſuluit, conſil. cccciiij.quod incip.in caſu propoſitæ conſultationis , vbi loquitur de ſtatuto quodam Peruſino , vt ibi videre poteris.

*Permiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat permiſſio.*

203 ¶Permiſsionis cauſa ceſſante,ceſſat permiſsio.ita enim expreſsè voluit Bald.in l.j. per eum tex.in verſic.non aliter.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdict.& Signor. conſi.xxxix.quæritur nunquid ex conſuetudine.col.2.verſi.ſecundò.probat.per tex.in l.ſi verò non remunerandi. §. ſi mandauero.ff.manda.& l.2.& l.cum precario.ff.de precar. & l.iudicium ſoluitur. ff.de iudic.& l. peto Luci Titi.§.prædium.ff.de lega.ij.& l.in omnibus.ff.de reg.iur.& Cardi.Alex.in c.quod pro remedio. in princ.per eum tex.j.q.vij.

*Periculi cauſa ceſſante, ceſſat quod ob id ſtatutum eſt.*

204 ¶Periculi cauſa ceſſante,ceſſat quod eius cauſa ſtatutum eſt,aut permiſſum, vt nuncupatim voluerunt Bal.& Salyc.in l.j.per eum tex.C.de nauti.fœno.Ro.conſi.cccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis.col.ij.Philip.Dec.in c.cùm ceſſante.poſt prin.de appel. Ad quod etiam facit quod ſuprà diximus in metu ceſſante,nam & hoc illuc quoque pertinere videtur.

205 ¶Pignoris cauſa ceſſante,ceſſat & ipſum pignus.l.2.& ibi Salyc.in ſummario quod vocant.C.de pactis pign.vide ibi glo.& doct.

*Præſcriptionis cauſa ceſſante, ceſſat præſcriptio.*

206 ¶Præſcriptionis cauſa ceſſante, (id eſt poſſeſsione quæ cauſa eſt præſcriptionis) ceſſat & ipſa præſcriptio,vt probatur ex l.denique.& l.nec vtilem.ff.ex quib.cau.maio.& l.j.§.j.C.de vſucap. trāsfor. & tradidit Bal.in l.generaliter.col.3.verſi.item exemplum.C.de epiſ.& cleri.vbi tamen intelligit de præſcriptione nondum completa,ſi enim eſſet completa,& conſequenter ius iam quæſitum,nō ceſſaret id ius ceſſante cauſa,vt dicemus latè poſtea in xj.& iterum xij. limit.

*Præſumptionis cauſa ceſſante, ceſſat præſumptio.*

207 ¶Præſumptionis cauſa ceſſante,ceſſat præſumptio,vt teſtis eſt Bal.in l.ſi certis annis.col.3.verſi. concludo igitur.C.de pact.per l.ſi qui adulterij.C.de adult.& l.diuus.ff.de reſtit.in integ.& l.omnes debitores.§.Lucius.ff.quæ in fraud.credit.& l.non ſolùm.§.de viro.ff.de ritu nupt.& l.non omnes.§.à Barbaris ff.de re milit.Et idem voluit Corne.conſi.cccviij.licet dicta allegata,col.pen.verſic.& non recedendo à præmiſsis.lib.j.

*De eadem re.*

208 ¶Ex illis autem textibus primus ille d.l.ſi qui adulterij.eſt admodum notandus,quo cauetur. quòd ſi accuſati adulterij accuſationem refellant,ex eo quòd proximè coniuncti ſint ſanguine , ob quod non præſumitur eos ſe inuicem concubitu polluiſſe,ſi poſtea nuptias contraxerint : ob ídque ceſſauerit ea cauſa præſumptionis,ceſſat & ea præſumptio,adeo vt tanquam confeſsi prius illud adulterium,puniri poſsint.& illum tex.facit ſing.Bart.ibi & Rom.in repet.l.admonendi.col.3.verſi.ſecunda ratio eſt.& ibi quoque Iaſon in repet.col.lxxxvj.nume.265.verſi.& ex hoc potes colligere rationem.ff.de iureiur.& Felin.in c.inſinuatum.poſt medium.de ſimo.Sed non eſt diſsimilis tex. generalis,loquens de accuſatione adulterij,qui quocunque pœnæ modo ſe ſubduxerit, & poſtea cum muliere propter quam accuſatus fuerit matrimonium contraxit,in §.ſi quis verò accuſat.in authen. vt nulli iudic.lic.hab.loc.ſeruat. quæ eſt 9. collat.9.

*Eius rei poētarum teſtimonia.*

209 ¶Cui admodum adſtipulatur lepidum illud epigramma à Martiali lib. 6. in Proculinam ſcriptum Epigram. 22.

*Quòd nubis Proculina concubino,*
*Et Mœchum modò nunc facis maritum,*
*Ne lex Iulia te notare poſsit:*
*Non nubis Proculina, ſed fateris.*

Et aliud quoque eiuſdem lib.1.in Paulam, epigram.42.

*Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare.*
*Ecce vir eſt, nunquid Paula negare potes?*

*Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat priuilegiū.*

210 ¶Priuilegij cauſa ceſſante,ceſſat priuilegium.l.athletæ.§.j.ibi,quoad in præſidatu ſunt, & l. geometræ.ibi,donec curam gerunt.& l.idem Vlpianus.ff.de excu.tut.& l.Titia Seio.§.vſuras.& ibi gloſ. & Bar.ff.de leg.ij.& l.filius à patre.§.j.ibi,cùm militare deſiiſſet.& ibi Imo.Alex.Franc.Aret. & Iaſ.ff. de lib.& poſth.& l.ex facto.in prin.ibi,quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere,& ibi Dyn.dum tractat,an legitimatio reuocetur per filiorum legitimorū natiuitatē.Franc.Aret.in vij.not.qui dicit id fieri ipſo iure.& Iaſ.in 6.not.ff.de vulg.& pupil.& l.2.§.omnes.& ibi Franc.Curt.Iunior col.j. verſi. tertiò ex tex.habes.ff.de iudic.& l.doli exceptio.§.idémque.le 1.in verſi.diuerſum.ff.de noua. & l.in omnibus cauſis.la 2.ff.de reg.iur.& l.generaliter.& ibi Bal.& omnes.C.de epiſc.& cler.& §.j.& ibi gl.& doct.Inſtit.de milit.teſta.& c.ſuggeſtum.de deci.& c.magnæ.in fi.& ibi gl.vlt.Hoſt.in fi.& alij, de voto.& c.non eſt.in lxiij dist.& c.quiſquis.lxxxiiij.diſt.& c.vlt.xxiiij.q.ij.

*De eadem re.*

211 ¶Et voluerunt vltra iam citatos gl.in l.ſi ventri.§.in bonis.in verbo, credere.ff.de priuileg. credit.& c.in ſynodo.in gloſ.vlt.lxiij.diſt.& in c.generaliter.in verbo,non diuagantes.xvj.q.j.Dyn. & Philip. Franc.in c.decet.de regu.iur.lib.6.Spec.tit.de inſtru.edit.§.nunc autem.qui eſt xj.verſic. item quod fiat.Bal.in l.j.§.& ideo.verſic.item ceſſante cauſa priuilegij.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdict. Ange.in l.minoribus.C.de his quibus vt indig.Panor.in c.cùm acceſsiſſent.col.pe.verſi. aut quæritur de priuilegio.de conſtit.& in c.quia plerique,col.pen.verſi.ego latius.de immunit.eccle. & conſil.lxj.incip.videtur quid dictus Peruſinus.col.j.verſi.moueor in hanc ſententiam.libro ij. Roma. in repet.

repet.l.ſi verò,§.de viro,in xxvij.fallentia,verſic.ſeptimò,ff.ſolut.matr.& conſi.clxxx.ſi admittimus totum,col.2.verſi.hac igitur pro finali ſuppoſita. & conſi. ccccxiij. in caſu propoſitę conſulationis, col.1.verſ.quod vltra vulgare.Fran.Aret.in l.diuortio,§.vlt. col. vlt. ff. ſolut matri. & conſ. 83. quia multa fuerunt col.2.verſic.nec obſtat præmiſsis. in fi.eius verſic.& Maria. Socin. iunior conſi. clx. circa præſentem,col.pen.& vlt.lib.2.& alij,quos poſtea citabimus.

*Monaſterio deſtructo, ceſſat priuilegiũ illi datum.*

212 ¶Nam gl in c.abbate,in glo.vlt.de ver.ſig.dicit quòd priuilegium datum monaſterio,ceſſat deſtructo ipſo monaſterio, vtpote quod erat cauſa priuilegij,argu.opt.text.in c.& hoc diximus,xvj.q.7. vbi idem dicit gl.in verbo,deſtructa.& §.vlt.in fi.23.q.2.Et illam primam gl.referunt, & ſequuntur omnes ibi,cum eo tamen temperamento ab Inno.Io.And.Card.Flo.& Pan.tradito, vt ſi monaſterium reædificetur,recuperet ſuum priuilegium,per c.quia diligentia,de elect. Sed hoc rurſum intelligit Panor.niſi monaſterium fuiſſet deſtructum autoritate ſuperioris:neque enim tunc etiam reædificatum recuperat priuilegium,per c.2.& ibi.not.de oper.noui nunt.& c.quæris à me,de conſecrat.diſtinct.4.quod & ante ipſum dixerat gloſſ.in d.c.& hoc diximus,17.q.7.Anto.autem in d.illo c.abbate,ita de hoc loquitur,vt nolit priuilegium reuiuiſcere loco ſemel extincto.

*Scholares non ſtudentes, non gaudent priuilegiis ſcholarium.*

213 ¶Et huc quoque ſpectat quod ſcriptum reliquerunt Cy.Bart.Sal.Raph.Fulg.& Paul: Caſtr.in l.qui ſub prætextu,per illum text.C.de ſacroſan.ecc.loquentes de ſcholaribus (ita enim vocant ſcholaſticos) non ſtudentibus,vt non debeant gaudere priuilegiis conceſsis ipſis ſcholaribus vt quæ dantur cauſa ſtudij ideo ea cauſa ceſſante ceſſare debent & priuilegia:& idem tradidit ipſe Bart.in l.1. etiam per illum tex.C.de collegia.lib.11.Bald.in auth.habita quidem.col. 4. verſi. ſequitur in text. ſcholaribus.l.fin.C.ne fil.pro patre,Anto.in proœmio decreta.col.3.verſ.quid de ſcholaribus,vbi tamen declarat.Ioan.Ligna.in proœm.clement.Panor.in c.1.ad fin.de iud.& clanculum ante hos Io. Monach.in proœ.lib.6.col.2.verſ.ex quibus colligo,& ibi quoque eius autoritate Ioan.And. & clarius Petr.Anc.col.quoque 2.verſic.quartò not.quod dicit.& Imo.in clem.2.col.3. verſ. ſi verò conſtat qualitatem,de reſcri.Et facit text.in c.cùm ex eo,ibi,literarum ſtudio inſiſtentes,de elect.lib.6. & quod ſcribit gloſ.vlt.in l.1.C.de ſtud.liberal.vrb.Rom.& Conſtantinopol. lib. xj. loquens de iis qui malè intenti caſtra ædificant,& tegulas domus numerant,nam & ea gl.ſolet à noſtris in hunc caſum allegari.

*De eadem re.*

214 ¶Et id credo veriſsimum,quamuis contrarium ſubobſcurè tenere videatur gloſ. loquens de ſcholaribus parum ſtudentibus,in dicto proœmio libro vj.in verbo,commorantibus.& ibi apertiſsimè Domin.qui ita dicit communiter teneri,& Philip.Franc.vterque col.vlt.ſuper ea. glo. & Hoſtien. etiam ſubobſcurè in dicto proœmio decretal.in verbo,commorantibus.& ibi clarius Cardi. Flor. & Imol.vterque col.iij.in viij.oppoſ.ibi dicit autem hic,nam vtriuſque eſt eadem omnino lectu. & iiſdem verbis,vt Imo.à Cardinale eo vetuſtiore aſſumpſiſſe videatur.Idem Cardin. non tamen adeo apertè,in dicto proœmio Cle.col.ij.ſalutationis ſummi pontificis,verſ. quæro in eo quod dicit,ibi,item quia dicit hîc.& Alber.in l.generaliter.col.vlt.C.de epiſ.& cler. & nouiſsimè Iaſ.in l.1. col.vlt.verſi.confirmo iſtam limitationem. ff. ſolu.matr.

*De eadem re.*

215 ¶Verùm hæc poſterior opin. (quod iam dixi) mihi non placet,quando & id generale ſit in omnibus actibus,ſiue artificiis, & operis,vel negotiis,aut muneribus, & officiis, vt priuilegia illis conceſſa tamdiu ſolùm durent,quandiu quis in illis ſe exerçet,per tex.in d.l.ſemper.§.negociatores. in illis verbis,quandiu in huiuſmodi actu ſunt,& rurſum in §.vlt.eius l.& ibi Bart.in ij.nota.ff. de iure immun.& in d.l.athletæ.in prin.ibi,quoad in præſidatu ſunt,& ibi glo.in verbo,gentium.ff.de excuſa.tuto.& d.l.geometræ.& l.exactores.C.eo.tit.& l.milites.& ibi glo.& docto.& iterum l.ne quidam,quæ eſt pen.ibi,iis ſolùm,qui in expeditionibus occupati ſunt,C.de teſtam.milit.& l.vlt.ibi, ſi in hoſtili loco,ff.eo.tit.& dicto §.j.& ibi glo.in verbo,introduxit. & iterum in ſeq.§. illis autem. & ibi Ange.Aret.in j.not.Inſtit.eo.tit.& l.qui ſub prætextu.ibi,cùm id munus non impleant, & iterũ ibi,muneris quod minus exequitur,ruſúmque ibi,ſub nudæ appellationis velamine, & ibi Bart.& omnes,C.de ſacroſan.eccl.& l.ſi quis.iuncta glo. in verbo, ſpoliandus.C. de domeſt. & protector. lib.12.Et voluerunt præterea ipſe Bart.Bal.Pau.Caſt.& alij recentiores in l.ſcriniarios. C.de teſta. milit.Bal.in l.in teſtamento.eo.tit.& in l.1.C.de iuris & facti ignor.& in l.militem.C.de procur. Salyc.in l.non prohibentur.C.qui accu.non poſſ.Panor.qui id dicit not.in d.c.1.de iudic. Rom.latè in repet.l.ſi verò.§.de viro.in 34.fallent.ff.ſolu.matr.Bart.conſi. 57.præclarè ſcribitur,col.2. verſ. & ſi quiſpiam opponat,lib.1.Fely.in c.clerici.col.1.de iudi.Ioan.Fran. Ozer.in §.ſupra dicta,col.2. nu.5. Inſtit.de milit.teſtam.

*Priuilegiũ datum habitantibus certi loci, durat habitatione durante.*

216 ¶Et hanc quoque opin.confirmat quod poſt Gul.Cun.ſcripſit Bal.in l.ſeruis.argu.illius text.C. de epiſ.& cler.quòd priuilegium conceſſum ſtudentibus,vel habitantibus in certo loco,puta in Cluſio Peruſino non durat,niſi perſeuerante ſtudio,vel habitatione.nam cauſa, inquit,commenſurata tempori,commenſurat ſibi effectum ſecundum tempus. Ex eo not.ipſe Bal quòd conſenſus per aliquẽ præſtitus,contemplatione certæ cauſæ finalis,tamdiu intelligitur durare, quamdiu durat cauſa in eſſe,vt ipſe loquitur.

*Mutatione perſonæ mutatur priuilegium.*

217 ¶Ad hæc mutatione perſonæ, quæ eſt immediata cauſa priuilegij, mutatur,& proinde extinguitur priuilegium,l.Paulum.& ibi Bart.ff.de acquir.hæred. & l.licitatio.§.vlt.ff. de public.& vectig. & l.1. C.de impo.lucra.deſcript.lib.x.Et ita per illos tex.voluit Bald.in rub.C.de vſur.in 4.quæſt. vbi ex hoc dicit,quòd ſi res eccleſiæ perueniat ad priuatum,ceſſat priuilegium.quod & dixerat Bart. in





d.l.Paulus.& ſequitur Ioan.Ana.in c.ſalubriter.col.antepen.ver.quæritur etiam iuxta prædicta.ibi, pro quo etiam facit,eo.tit.de vſur.Et hoc quoque alibi voluit idem Bal. in repet.l.2.col. v. in 7.q. C.de ſeruit.& aqua.vbi & ad hoc alleg. tex.in l.ſed & ſi reſtituatur.ff.de iudic.& ex hoc dicit, quòd licet Papa mihi conceſſerit caſtrum de plenitudine poteſtatis,poterit nihilominus contra me præſcribi,quia mea poſſeſsio non eſt Papalis.& mutata perſona,mutatur priuilegium. quod dictũ pro ſingul.ſequitur,& cõmendat Bart.in tracta.de præſtan.Card.in 2.parte j.partis,col.j. vbi dicit ſe ſuper hoc conſuluiſſe contra dominos de Corrigio.Et id quoque voluit Soci.conſi.xciij. circa primũ. col.6.ver.ad quintam rationem.vbi & ad hoc alleg.l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.vlt.cum ibi not.ff.de lega.1.& l.cùm patronus.ff.de leg.ij.latè Philip.Dec.qui alios allegat,& id declarat, in l. in omnibus cauſis.ff.de reg.iur.& conſi.xlviij.cuius ſuperſcriptio incipit,priuilegium immunitatis.

*Mutatione perſonæ, mutatur priuilegiũ.*

218 ¶Et ad hoc quoque faciunt quæ tractata ſunt ab Archid.& Ioan.And.in c.1.de immunit.eccl.lib.6. & eodem Io.And.in c.priuilegium.de regu.iur.eo.lib.6.& in addit.Spec.tit.de cenſi.§.nunc dicendum.in addit.magna.incip.per hanc l.ibi tractauit Vber.& ipſe Spec.tit.de cler. coniug.§.j. verſi. ad huius autem articuli euidentiam.& poſt eos Alex.conſi.xxxv. viſo proceſſu inter communitatem. col.4.verſ.quantum verò ad illud.lib.4.

*De eadem re.*

219 ¶Sed & ad hoc quod hîc principaliter tractamus,videlicet ceſſante cauſa priuilegij,ceſſare priuilegium,pertinẽt quæ ſuprà diximus de fauore ceſſante & quæ de pace ceſſante, quæ item de paupertate ceſſante,& quæ præterea dicemus de ceſſante cauſa religionis,& quæ denique de ceſſante cauſa reuocandi domum,quæ hîc aliter ſcribenda non duximus.

*De eadem re.*

220 ¶Illud autem non prætermittendum in hac tractatione duximus,quòd tunc cum ceſſat priuilegiũ, ceſſante cauſa priuilegij,requiritur ſententia reſciſſoria,vt ſentire videtur Bal.in d.c.decet. in addi. Ioan.And.& ibi expreſsè Philip.Franc.qui & ad id dicit facere gl.ibi,in illis verbis propria authoritate,& quod not.in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& in c.cum ſecundũ.de hęret.lib.vj.Id quod ex eo pendet quod latè tractauimus in repet.l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur.num.398.incip.quinquageſimum cùm pœna.& multis ſeq.

*Cùm ceſſat priuilegium,cauſa illius ceſſante, requiritur ſententia reſciſſoria.*

221 ¶Prodigalitate ceſſante,ceſſat & id quod ob eam decretum eſt,verbi gratia,prodigo datus eſt curator,ſi is deſinat eſſe prodigus,ceſſat ipſa curatio. de quo nos latè diximus ſuprà in interdictionis cauſa ceſſante,vt videre ibi poteris,nam id tantùm hîc apponere volui,quò te eius loci admonerẽ.

*Prodigalitate ceſſante,ceſſat quod ob eam decretum eſt.*

222 ¶Prohibitionis cauſa ceſſante,ceſſat prohibitio.l.j.& ibi Bal.col.ij.ver.nota quòd ceſſat.C.ſi rector prouin.& c.& ſi Chriſtus.& ibi Bal.col.2.verſ.dicit gl.quòd ceſſante.& Ant.in j.not.de iureiur.& c. non debet.ver.cùm ergo prohibitiones.de conſang.& affin.& §.his omnibus.& c.neophytus. quod confeſtim ſequitur,& ibi gl.in verbo,cauſa.Archidia.Domin.& Cardin.Alexan.lxj.diſt.& c. in literis.vij.q.ij.Andr.Iſer.in rub. quæ ſunt regal. col.3.verſi.hæc pedagia.& ibi poſt eum Matth. Afflict. col.vlt.paulò ante fi.vbi dicunt,quòd ceſſante cauſa prohibitionis, finitur authoritas ſtatuti, per l. quod ait.§.ait lex.ff.de repud.& l.vbi lex.§.interdum.ff.de vſucap.& l.2.C.quib.ad liber.procl. non lic.& alia iura, & per noſtram regulam, quòd ceſſante cauſa,ceſſat effectus. & quia etiam, vt ſubdit And.cùm cauſa reducitur ad non cauſam, perinde eſt ac ſi à principio cauſa non fuiſſet.l.j.in fi.ff.de condi. ſine cau.

*Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat prohibitio.*

223 ¶Et illud idem de ceſſante cauſa prohibitionis,voluit Archid.in c.non poteſt.col.2.in ver.prius. de præb.& dign.per tex.in l.ſi donatæ.§.j.& l.ſi prædia.ff.de donat.inter vir.& vxo.Bal.conſi.54.incip. ſtatuto cauetur,in fi.lib.ij.vbi dicit id vſqueadeo procedere,vt propter ceſſationem cauſæ prohibitionis,videatur induci diſpenſatio,per tex.quem dicit.not.in d.§.his omnibus,& c.ſeq.Et bene etiã facit quod ſcribit gl.in c.quia ſancta Rom.eccleſ.§.verùm,in verbo,deſtruxit,lxiij.diſt.

*De eadem re.*

224 ¶Promiſsionis cauſa ceſſante,ceſſare debet promiſsio, c.ij.& ibi Ant.in 1. no. per eum tex. de cuſto.Euchariſt.& Ro.con.ccccxvij.in propoſito caſu,col.j.poſt princ.& rurſus col.ij.verſ.quartò condeſirandum,per l.j.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de excuſa.tutor.& l.qui tutelam,in prin.ff.de teſtam. tutel. & l. etiã ſi partis,ff.de leg.j.& l.ſi legatarius,C.de leg.& l.forma.§.quanquã.ff.de cenſi.& l.ij.C.de alluui. & ex hoc dicit quòd deficiente caſtro propter quod cenſus erat promiſſus,deficiat & promiſsio.

*Promiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat promiſsio.*

225 ¶Ad quod proximè accedit quod diximus,ſuprà in priuilegij cauſa deficiente,nu.205.inci.nam gl. in c.Et quòd etiam ſolemus dicere promiſsiones,obligationes,iuramenta,& reliquos actus noſtros intelligi,rebus ſic ſtãtibus,atq; in eodẽ ſtatu manẽtibus,vt latè diximus & probauimus tam noſtrorũ authoritate,quàm philoſophorũ,aliàs ſuorũ promiſſorũ,vel ad ſuperſtitionẽ tenaciſsimorum in rep.l.ſi vnquam,in præfa.nu.166.incip.præterea iuramentum,& tribus ſeq.C.de reuocan. donatio.

*Obligationes intelligi, rebus ſic ſtantibus, ſicq; iuramẽta.*

R

226 ¶Receſsionis,ſiue malis,receſſus cauſa finali ceſſante,ceſſat & effectus ipſius,ita vt receſsiſſe minime noceat,vt voluit Bal.in l.Aemilius.col.vj.ver.iſta eſt falſa expoſitio.ff.de min.& l.quæro,§.inter locatorem.ff.lo.& l.ſi inſtituta.& l.ſi ſub hac.ff.de inof.teſt.

227 ¶Recuſationis cauſa ceſſante,ceſſat recuſatio,vt ex eo patet quod ſcribit Specu.tit.de iud. deleg. §. ſupereſt videre,ver.quid ſi ſit ſocius,quòd licèt ſocius durãte ſocietate, non poſsit dari iudex ſocio: & ſi detur,poſsit recuſari:tamen ea ſocietate finita poteſt eſſe iudex, nec vt ſuſpectus recuſari, ceſſante ſcilicet recuſationis cauſa.Et ſequitur Albe.in l.cui eorum.§.affinitates,in fi.ff. de poſtul. & in l.affinitatis,C.com.de ſucceſsio.& Hippol.Marſi.in l.etiam ſi redhibitus,col.ij.ver.vlteriùs, hæc lex poteſt induci,ff.de quæſtio.

*Recuſationis cauſa ceſſante ceſſat recuſatio.*

*Recuſatio eius qui in dignitate eſt, expirat eo mortuo, & ſucceſſor cognoſcit.*

228 ¶Atque etiam ex eo quod ab Alex.traditum eſt in l.ex facto.in princ.col.2.verſi.item poteſt induci.ff.de vulg.& pupil.quòd ſi iudex delegatus,nomine dignitatis recuſatus, moriatur, ceſſat cauſa recuſationis,ita vt non ſit neceſſe amplius eligere arbitros,qui de recuſatione cognoſcant, iuxta c. cùm ſpeciali.de appella.ſed ſucceſſor cognoſcet de cauſa.Niſi tamen ille prior fuiſſet recuſatus nomine dignitatis,nam tunc cauſa recuſationis etiam in ſucceſſore duraret.Ioan.And.& Domin. in c. ſi iudex ab Apoſtolica.de offic.deleg.lib.6. Et facit ad hoc caput quod dicam infrà de ſuſpicionis cauſa ceſſante.

*Niſi ille fuiſſet recuſatus nomine dignitatis.*

229 ¶Redhibitionis cauſa ceſſante,ceſſat redhibitio,verbi gratia,quiſpiā emit rem vitioſam, ob ídque egit redhibitoria,ſed pendēte iudicio,vitiū illud omnino ceſſauit,certè ceſſare debet ea actio redhibitoria.vt probatur ex l.vlt.§.quoties.ſecundum primum intellectum,gloſ.in verbo,finiatur. & ibi Cæpol.nu.2.ff de ædilit.edict.& idem Cæpola latè in l.actioni.num.5.& ſeq.ff.eo.tit.vbi inter cætera hac ratione innititur,quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus.

*An autē venditor debeat condemnari in expenſis.*

230 ¶Verùm idem poſtea nu.11.credit quòd venditor debet in expenſis eius condemnari, donec ceſſauerit vitiū.At ſi emptor poſtea perſtiterit ſciens vitium ceſſaſſe,debet in aliis expenſis condemnari,quod probat ex continuatione duarū ll.ſcilicet l.properandum.§.ſinautem ex geſtis.C. de iudic.& l.ſi quis inficiatus.& ibi Bar.ff.depo.Quod & ipſum in ſimili caſu voluit Bart.iiſdem ll.in l.ſi rem.§.vlt.ff.de pign.act.Sed tu interim vide,quæ dixi ſuprà in actionis cauſa ceſſante.

*Religionis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob eam cōceſſum eſt.*

231 ¶Religionis cauſa ceſſante,ceſſat quod ob eam conceſſum eſt,per text.in l.qui ſub prætextu. & ibi omnes doct.C.de ſacroſ.eccl.& c.abbate.in fi.de verb.ſign.& §.vlt.& ibi gloſ.in verbo, ceſſauerit. 25.q.2.& voluit etiam gl.in c.generaliter.in verbo,non denegantes.in fi.xvj.q.j. Et vide quod diximus ſuprà in priuilegij cauſa ceſſante,nu.205.incip.nam glo.in c.

*Renunciationis cauſa ceſſante, ceſſat renunciatio.*

232 ¶Renuntiationis cauſa ceſſante,ceſſat renunciatio.vt nuncupatim voluit Bal.conſi. ccccxxxvij. incip.quædam puella.col.2.ver.in contrarium videtur veritas.lib.1.argu.l.ab his oneribus.§. auctis.ff. de vacat.& excuſ.mun.& Philip.Dec.qui ex hoc in pulchra ſpecie conſuluit conſi.lxxxvj.viſo puncto & diligenter.col.4.verſic.quantum verò ad portionem hæreditatis.& Pau.Pariſ. conſi. xlix.incip.Calaſsino.col.7.nu.41.& duobus ſeq.lib.3.Et huc quoque ſpectat,quod nos alibi diximus de filia renunciante hæreditati patris propter maſculos,vt ſi illi moriantur,& ita ceſſet cauſa renunciationis,non impedietur ſuccedere patri,peræquè ac ſi non renunciaſſet, de quo & tu vide quæ ſcripſimus ſuprà,in excluſionis cauſa ceſſante.

*Repetitionis cauſa ceſſante, ceſſat repetitio.*

233 ¶Repetitionis cauſa ceſſante,ceſſat repetitio,vt liquidò conſtat ex l.ſi ob turpem.vbi id verbis conceptis expendit ex eo tex.Bal.in priore lectu.paulò ante fi.ff.de condict. ob tur.cau.

*Reſcripti cauſa ceſſante, ceſſat reſcriptū.*

234 ¶Reſcripti cauſa ceſſante,ceſſat & reſcriptum,vt ex facto interrogatus reſpondit Pau. Pariſ. conſil. clxix.& ſi conſiderata diſpoſitione.col.3.ver.poſtremò non obſtabit.lib.4.innixus hac noſtra generali regula,ceſſante cauſa, ceſſare effectum. ibi autem loquitur de reſcripto quopiam Iulij ſecundi, quo iubebat inquiri in quoſdam delinquentes,non obſtante curſu quinquennij, ob cauſam illic declaratam,quæ non ſuberat in caſu de quo loquitur.Et ante eum voluit idem Alex.poſt alios in l.ex facto.in prin.col.3.ver.extra gl.oppo.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.

*Reſtitutionis cauſa ceſſante,ceſſat reſtitutio.*

235 ¶Reſtitutionis cauſa ceſſante,ceſſare debet reſtitutio,vt videre licet ex Dy.Bal.Ang.& Rom.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matr.loquentibus de reſtitutione dotis ob inopiam mariti,de quo tamen videas quæ latè de hoc ſcribam,infrà in xiij.limit.

*Reuocandi domū ius ceſſat, ceſſante illius cauſa.*

236 ¶Reuocandi domum ius ceſſat,ceſſante illius cauſa,legatione finita.l.ſi cui.§.j.ff.ex quib.cau.maio. & l.ij.§.planè ſi perfecta.ff.de iudic.& voluit Imo.in c.licet,quod eſt vltimum,in verbo, per alia. de foro compe.& Soci.in tract.Fallen.in regula clxij.incip.domum reuocandi priuilegium.in 4.fallen. Et facit quod in ſimili ſcribitur in l.miles.& l.qui mittuntur.§.vlt.ff.ex quib.cau.maio.

*Reuocationis cauſa ceſſante, ceſſat reuocatio.*

237 ¶Reuocationis cauſa ceſſante,ceſſat reuocatio.Bal.loquens de reuocatione donationis inofficioſæ, vt ea ſcilicet ceſſet,ſi pater poſt donationes tantum quæſiuit,quantum ſufficit ad legitimam, in l.j. col.2.verſi.tertio ſic,poſt gl.ibi in 8.q.C.de inoff.dona.arg.l.j.§.ſi quis in fraudem.ff.ſi quid in fraupatro.Et idem quoque voluit Ange.in authen.de immen.donat.col.vlt.& Alber.loquens de reuocatione,quæ fit ex l.ſi vnquam.col.2.vbi ad hoc allegat,l.poſt diuortium.ff.de iure dot. vbi dos diuortio reuocata redintegratur,redintegrato matrimonio.Et facit l.iij.§.vlti. iuncta l.ſeq.ff.de adim. leg.vbi legatum reuocatum ob inimicitias,redintegratur ſolutis inimicitiis,de quo & nos diximus ſuprà in legati cauſa ceſſante.

S

*Salui conductus cauſa ceſſante, ceſſat ipſe ſaluuſconductus.*

238 ¶Saluiconductus cauſa ceſſante,ceſſat ſaluuſconductus,vt ex facto conſuluit Imo. conſi. xxxiij. incip.in caſu præmiſſo videretur prima facie.ſtatim poſt prin.motus hac noſtra regula, ceſsante cauſa,&c.quod poſtea declarat procedere in cauſa finali,ſed non impulſiua,de quo nos dicemus in j.limit.Et huc pertinet quod ſtatim dicemus in ſeq. verſ.

*Securitatis cauſa ceſſante, ceſſat illius conceſsio.*

239 ¶Securitatis cōceſſę cauſa ceſſante,ceſſat ipſa ſecuritatis cōceſsio, vt in pulchro caſu etiā reſpondit Gorn.cōſ.cxxij.cuius exordiū eſt,viſo dicto pūcto & prę ſuppoſito,haud multò ante fi.li.4.hac tantùm noſtra regula fretus,quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus.Quod & ſpectat ad caſum pręcedentē.

240 ¶Sententiæ cauſa ceſsante,ceſsat & ipſius ſententiæ effectus.l.ſi à te hæreditatem.ff.de excep.vbi & id not.Soci.in j.not.nam vt dicit,videmus ex eo tex.quòd ceſsante cauſa abſolutionis ceſsat abſolutio,vt etiam probatur ex l.ij.& l.ſi mater.§.eandem.eo.tit.de excep.rei iud. de quo & nos diximus ſuprà



ſuprà in abſolutionis cauſa ceſſante.num.21.

241 ¶Societate ceſſante,ceſſat & omnis effectus ſocietatis ,vt ex eo patet quod ſuprà diximus, in recuſationis cauſa ceſſante,in prin.quòd recuſatio quæ poterat proponi contra ſocium aduerſarij, ceſſat deſinente ea ſocietate,vt ibi videre poteris.

*Societate ceſſante, ceſſat eius effectus.*

242 ¶Specialitatis cauſa ceſſante,ceſſat ſpecialitas, & ad ius commune redeundum eſt, ita nuncupatim voluerunt Ioan.Mona.in c.j.in verbo,è veſtigio,& ibi Archidia.col.ij.in verbo,reuerſura, Io. Andr. col.j.in eodem verbo,& Pet.Ancha.col.ij.in vj.no.de ſtatu monachor.lib.vj.per l.ex facto,ff.de vul. & pupil.& l.generaliter,C.de epiſcop.& cleri.Et dicit præterea Pet.Ancha.ad hoc optimè facere gl. in c.cupientes,§ inſuper,verſi.& nihilominus,de electio.

*Specialitatis cauſa ceſſante, ceſſat ſpecialitas.*

243 ¶Statuti ceſſante cauſa,vel ratione,ceſſat ſtatutum,vt expreſsim voluit Pau.Pari.conſil.xcviij incip. circa præſentem conſultationem, col.vj.verſic.& etiam quia inter, ſub num.30. lib. j. in qua re non opus eſt hîc diutius immorari,cùm eam latiſsimè tractauerimus ſuprà,in legis ratione ceſſante, nu. 130.& aliquid etiam diximus in conſtitutionis,atque conſuetudinis cauſa ceſſante,in quibus locis videre poteris.nu.55.

*Statuti cauſa, uel ratione ceſſante,ceſſat ſtatutum.*

244 ¶Subſtitutionis cauſa ceſſante,ceſſat & ipſa ſubſtitutio,vt probat tex.in l.ſi ita quis,ff.de vul.& pupil. ſubſtit.& l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtitutio.& l.penul.C.de impu.& aliis ſubſtitutio. Atque ita voluit illis iuribus innixus Signo.conſil.ccliij.ex viſione ſcripturarū,col.j.Et bene facit quod ſuprà diximus in inſtitutionis cauſa ceſſante.

*Subſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat ſubſtitutio.*

245 ¶Suſpenſionis cauſa ceſſante,ea quoque,& effectus illius ceſſare debet,ex ſententia gl.in c. quia diligentia,in fi.de electio.quæ ex eo tex.no.quòd ſuſpenſi,ſuſpenſione ceſſante omnia priſtina iura recuperant,per eum tex.& in c.beatus,iij.q.iiij.& c.j.iiij.q.j.& c.illi qui,vj.q.j. & c.nos ſanctorum, xv. q.vj.& c.præceptum,in fi.xxxij.q.v.Et ſcribit famam quoque reſtitui, ſi infamia tantùm canonica fuerit irrogata,arg.c.illi qui,vj.q.j.Et facit quod diximus ſuprà num. 60. incip. ſed & per illum, & rurſum nu.97.inci. excommunicatione ceſſante.

*Suſpenſionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpēſio.*

246 ¶Suſpicionis cauſa ceſſante,ceſſat ſuſpicio,tex.eſt in vulgari illo c.cùm ceſſante,& ibi Bald. in j.no. de appellatio.Ex quo illud fit,vt cùm caueatur in l.j.C. de ſalgam.hoſpit.non præſtand. l. vnic. lib. xij.ne milites ſalgami nomine culcitras,lignum, oleum à ſuis hoſpitibus extorqueant,ſed nec à volentibus quidem accipiant,ſemper enim,vt ibi dicit gloſſ.quæ & alia ſimilia iura allegat, præſumitur quædam concuſsio,ſiue occaſio concutiendi,ſub velamine donationis.Quid igitur ſi miles hoſpitatur in domo proximi, cuiuſdam conſanguinei, aut amici non vulgaris,an ei prohibeatur aliquid accipere ab huiuſmodi hoſpite, ſponte ei offerente, quod videri poſſet, cùm lex generaliter loquatur. Tamen Ioan. Platea ibi contrarium definiuit, quia ceſſat ratio illius ſuſpicionis, & præſumptæ concuſsionis,ideo debet ceſſare eius effectus,& diſpoſitio illius l.adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat.Et de hoc dicit eſſe tex.in l.j.in fi.ff. ad l. Iul. repetund. vbi ſcribitur, eam legē repetundarum,non pertinere ad ea quæ à ſobrinis & cognatis dantur:nam vt dicit gl.ibi ratio ſanguinis tollit eam ſuſpicionem.& illum text. dicit pulchrum Maria. Iunior, conſil. 38. quod incip. in caſu præmiſſo,col.2.nu.9.li.2.Et facit etiā quod diximus ſuprà in recuſationis cauſa ceſſante,num.227.

*Suſpicionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpitio.*

T

247 ¶Teſtimonij refutandi(ita enim Cicero pro Fonteio vocat,quod nos vulgò dicimus *reproche*) huius igitur refutationis teſtium ceſſante cauſa, ceſſat & hæc refutatio, vt ſatis patet ex his quæ diximus ſuprà in affinitatis cauſa ceſſante,nu.28.incipi.ex quo ipſe Bal.& iterum in famulitio ceſſante, nu.104.& quæ in ſimili diximus de recuſatione iudicum, ſuprà in recuſationis cauſa ceſſante num. 227.hæc enim à pari procedunt,niſi quòd facilius recuſamus iudices,quàm teſtes, vt no. in c. inſinuante,de offi & poteſt.iud.dele.cum ſimilib.

*Refutare teſtes.*

248 ¶Sed his quæ in illis locis diximus,poteris addere quod huc quoque pertinet,quòd licet iudex nō poſsit eſſe teſtis in cauſa,in qua iudex eſt,vt no.in c.ſtatutum,ij.q.vj.& in c. cùm à nobis, de teſtib. depoſito tamen officio iudicis,teſtificari poſſunt,c.cùm dilectus,de electio.& c.2.de arbitr.& c.dilecto,de teſti.& c.cùm dilecti,& ibi Hoſt.col.iij.in verbo,reſponſionem,Io.And.col. 2. in gloſ.ſimile, Card.Flo.col.quoque ij.in 2.oppoſitio.Pet.Ancha.in vij.not.Panor.col.2.verſi.nota quòd inquiſitores,de accuſat.& omnes in d.c.cùm à nobis,de teſtib.

*Iudex teſtis eſſe non poteſt, in cauſa in qua iudex eſt.*

V

249 ¶Voluntatis teſtatoris cauſa ceſſante,ceſſat & voluntas & eius diſpoſitio,vt voluit Car.Rui. conſil. clx.circa primum quæſitum,col.4 verſi.quātum autem ad legatum,li.4.& ante eum Bal.in l.j.in addi.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi per l. quod ait lex.ff.de diuor. Quod & optimè ex eo probatur quod diximus ſuprà in inſtitutionis cauſa ceſſante.Item in legati cauſa ceſſante. Atque item ex tex.in l.j §.vlt.ff.de adim.legat.vbi legata, & fideicommiſſa cenſentur adempta ob graues inimicitias,quæ inter teſtatorem,& legatarium interceſſerunt,ob ſcilicet prę ſumptam ipſius teſtatoris mutatam voluntatem,vt dicit ibi gloſ.& doct.& eſt ſimilis tex.in l. inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. vbi etiam ſcribitur idem eſſe,ſi legatarius,vel fideicommiſſarius teſtatori palàm maledixerit,& infauſtas voces aduerſus eum iactauerit.Nam & ſic (vt ibi dicit gl.) veriſimile eſt teſtatorem nolle ei legatum,vel fideicommiſſum præſtari.Ceſſante igitur (vt id quoq; addam) cauſa voluntatis teſtatoris,qui veriſimiliter nō ſine cauſa,ſed ob meritum,& beneuolentiā legauit,l.nec adiecit.ff.pro ſocio, conſequens eſt vt legatum quoque ex ceſſante illa cauſa,ceſſet,de quo & nos alibi ſuprà diximus.

*Voluntatis teſtatoris ceſſante cauſa, ceſſat uoluntas.*

*Voti cauſa ceſſante, ceſſat uotum.*

250 ¶Voti cauſa ceſſante, ceſſat votum, vt ſatis apertè colligitur ex ſcriptis à Pan. in cap. magnæ, col. 2. in vlt. not. extrà de voto, dum poſtquam ex eo tex. notauit, ceſſante cauſa voti, non ceſſare votum, ſubiunxit id ideo ibi eſſe, quoniam illa eſſet cauſa impulſiua, qua ceſſante, non ceſſat effectus, vt latè ſtatim dicemus in j. limitatio. citátque etiam tex. quem dicit menti tenendum, in c. ex parte tua, ibi, quamuis falſa ſit cauſa, de conuer. coniugat. vbi etiam gl. Car. Flo. in 20. oppoſit. Ant. & ipſe Panor. intelligunt de cauſa impulſiua. Et ex illis intelligis quomodo, & quando procedat. Vide tamen quæ dicam infrà in xxxix. limitati.

# LIMITATIONES QVAS VOCANT.

MVlta igitur diximus, vt probaremus, confirmaremúſque noſtram hanc regulam, ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Verùm ea non eſt ſemper perpetua, ſed recipit multas limitationes, quas noſtri interpretes appellant.

## *LIMITATIO PRIMA.*

*Regula noſtra procedit in cauſa finali, non etiam in impulſiua.*

1 ¶Limita igitur primò hanc regulam procedere in cauſa finali, ſiue ratiocinatiua, quam Græci λογικὴν αἰτίαν appellant, non etiam in impulſiua, quam & ipſi Græci vocant ὀρεκτικὴν αἰτίαν, per tex. in l. 2. §. vlt. & ibi not. gl. Bar. & alij ff. de dona. & l. j. §. ſexum, & ibi etiam gl. Bar. & cæteri, ff. de poſtulan. & l. ſed & ſi mors, §. vlt. ff. de dona. inter virum. & vxor. & l. generali, §. duas, ff. de vſu & vſufruct. lega. & l. cùm tale, ff. de condit. & demonſt. & §. j. in auth. de non eligen. ſecund. nubent. mul. col. j. & c. ex parte, le 2. & ibi gl. in verbo cauſa. & Panor. col. vlt. de conuer. coniu. & c. magnæ, & ibi Panor. col. 2. ver. vlt. not. de voto, & c. neophytus, & ibi gl. in verbo, cauſa, ad fi. & Car. Flo. lxj. diſtin. & c. ſi propter, & ibi idẽ Card. 7. q. j. & c. duæ ſunt, & ibi gl. & Archid. xix. q. 2. & c. tantum, xxxij. q. vij.

*De eadem re.*

2 ¶Et voluerunt præterea gl. in l. j. in verbo, occupati, & ibi Bald. in vtraque lectura, ff. de fer. & gloſ. in l. ſi pecuniam, in prin. in gl. magna, ff. de condi. ob cauſ. & in l. ſi repetendi, C. eo. tit. & in l. ſi mulier, & ibi Cyn. Bal. & alij. C. de iure dot. & in l. generaliter, in gl. vlt. & ibi omnes, C. de epiſ. & cler. & in l. j. in verbo, abſentium, ff. de negot. geſt. & in l. j. in gl. magna, in v. oppo. C. de pact. & in §. illis autem. in verbo, adiuuantur, Inſti. de milit. teſta. & in c. & ſi Chriſtus, in verbo, ceſſat effectus, & ibi omnes, de iureiur. & in c. poſt tranſlationem, in verbo, ceſſante, & ibi Hoſtien. in verbo, impedimento. Io. And. col. 4. ſuper ea gl. Collec. Bal. Car. Flo. Ant. Panor. & quotquot ſuper eo c. ſcripſerunt, de renũciat. & gl. in c. ex parte tua, in verbo, falſa ſit cauſa, & ibi Hoſtien. Car. Flor. Petr. Anch. & Panorm. de conuerſ. coniugat. & in c. cupientes, in prin. in verbo, periculoſis, & ibi Io. Mona. col. 2. nu. 4. Archid. in d. verbo, periculoſis, Io. And. & Domi. de electio. lib. 6. & glo. in c. decet conceſſum, in glo. j. & ibi Dyn. col. j. verſic. & in propoſito, & Philip. Franc. col. item j. de regu. iur. lib. 6. & gl. in c. quod pro neceſsitate, j. q. j. & in c. duæ ſunt, inquit, leges. gloſ. 3. in verbo, propter criminoſos, xix. q. ij.

*De eadem re.*

3 ¶Et vltra eas glo. & qui eas ſecuti ſunt Ioan. Monac. in c. vlt. col. vlt. in verbo, ceſſante, & ibi quoque Io. And. in eod. verbo, de hæretic. lib. vj. Specul. tit. de diſputatione, & allegatione aduoca. §. poſt hoc autem, verſi. vel illud ſtatutum fuit ex cauſa, & tit. de inſtru. editio. §. nunc autem videndum, verſic. item fuit ob cauſam. Collecta. in d. cap. cùm ceſſante, in prin. & ibi Panor. etiam in prin. de appellat. Guil. de monte Laud. in clem. j. in verbo, quia fortè, de appellatio. Feder. Senen. conſi. 4. incip. teſtator in vltima voluntate. Bart. in l. in omni, ff. de adoptio. & in l. demonſtratio. §. quod autem, col. vlt. in viij. quæſtio. ff. de condi. & demonſtratio. & idem Bart. in extrauagant. ad reprimendum, in verbo, abſentia, in princ. Bald. in l. j. col. 4. verſi. item an ceſſatio, ff. ſolu. matrimo. & in l. vlt. in j. oppoſitio. ff. de hæred. inſtit. & in repetit. l. 2. col. xxvij. verſi. de tertio igitur, ibi, ſi conſideretur tertio modo, ff. de iureiuran. Nam cauſa (ait) impulſiua, non eſt ſubſtantialis, ideo non dependet ab ea effectus, nec aliquid operatur, niſi ad bene eſſe, & in c. quemadmodum, col. 2. verſi. nota tacitas conditiones. extrà eo. tit. Alber. in l. ſi vnquam, col. ij. verſi. in contrariũ, C de reuocand. donatio Angel. in l. ſciendum, la ij. ff. de ædilit. edic. & conſil. cxxiiij. viſis prædictis, col. ij. verſic. & pro hac parte. Imo. in l. ſi verò, §. de viro, col. ij. verſic. circa ſecundum articulum, ff. ſolu. matrimo. & in l. vlt. col. ij. verſi. & nota diligenter, ff. de hæred. inſtituen. & in cle. ij. col. iij. verſi. nam ſtante declaratione, de reſcript. & in clem. j. col. iij. ſuper gl. in verbo, fortè, de appellatio. & conſi xxxiij. in caſu præmiſſo, col. ij. verſic. nec habet obſtare. Panor. in ſuperſcriptione procœmij decretal. col. penult. verſic. deinde primò quæritur. & in c. ex parte tua, col. vlt. de conuer. coniuga. & in c. cùm infirmitas, col. j. de pœn. & remi. Pau. Caſt. conſi. cccxiiij. incip. ſuper eo quod quæritur, facit dubium, col. ij. verſic. nec obſtat, lib. j. Alexand. & Iaco. à S. Geor. vterque col. j. C. de edic. diui Adria. tollen. Feli. in c. cùm nuncius, col. j. de teſtib. Iaſ. conſi. lxiij. circa primum, col. v. verſi. tertiò principaliter, in fi. lib. iij. Matt. Afflict. in conſtitutione Sicil. incipien. in locis demanij, col. iiij. verſi. ſed ſuper d. l. & Philip. Dec. in c. quoniam abbas, col. vj. verſi. ſed reſponderi poteſt, de offic. dele. Franc. Rip. in l. ex facto, col. iij. ſub num. 14. ff. de vulg. & pupilla. & noſtri doc. ſæpe.

*De eadẽ re ex Theologis, & Adriano Papa.*

4 ¶Nec noſtri tantùm in hac fuere ſententia, ſed & theologi, ex quibus eſt Adrianus Florentinus, Theologus certè præſtantiſsimus, & qui noſtra memoria, virtute & doctrina aſcitus eſt in ſummũ pontificem in iis quæſtionibus, quas doctè & ſanctè ſcripſit in 4. lib. ſententiarum, in materia reſtitutionis, in ea quæſtio. cuius initium eſt, Conſequenter quæro, vtrum indiſtinctè, in ſolutione eius quæſtionis, ex quo intelligis, & hoc procedere in foro, quod conſcientiæ vocamus.





*Cauſa ea propriè eſt, quæ finalis eſt.*

5 ¶Huius autem limitationis cauſam afferunt noſtri, quoniam cauſa ea propriè dicitur, quæ finalis eſt: impulſiua autem cauſa, abuſiua, & impropria eſt, Cy. in l. generaliter, in j. oppoſitio. C. de epiſcop. & cleri. & ibi quoque Bal. col. ij. in ij. oppoſi. vbi & præterea dicit authoritate Ariſtotelis, quòd cauſa finalis eſt cauſa aliarum cauſarum, cuius locum non deſignat, ſed eſt ex lib. ij. Phyſicorũ, & idem Bal. in rub. C. de inſtit. & ſubſtit. col. j. ver. cauſa verò eſt, per l. Titio centum, in princ. ff. de condit. & demonſ. & l. demonſtratio, eod. tit. & l. ij. §. vlt. ff. de donat. & rurſus ipſe Bal. in d. c. poſt trãſlationem, col. ij. ver. quæro, vtrùm ceſſante, ibi, dicit Io. And. in nouell. de renuncia. & Soci. in d. l. demonſtratio. §. quod autem, col. j. in ij. not. vbi tamen dicit authoritate illius tex. appellatione cauſæ, vtramque venire. & finalem, & impulſiuam.

*Cauſa finalis fons & ſubſtãtia dicitur.*

6 ¶Alibi idem Bal. in l. eam quam, col. j. verſi. venio ad no. C. de fideicom. dicit quòd cauſa finalis eſt fons cauſarum, quod ex eo reaſſumit Barb. conſi. xxx. ſacro ſcriptum eſt, col. penul. verſ. præterea facit ad prædicta, li. 2. & idem Bal. & poſt eum Matth. Afflict. in c. j. ad fi. tit. an mu. vel aliàs imperfect. dicit, quòd cauſa finalis ſubſtantia appellatur, per gl. in l. iuris. gentium, §. quod ferè nouiſsima, ff. de pact. Et alibi forma, vt dicit not. in §. item ſi quis poſtulãte, Inſtit. de actio. Sed & idem Bal. in l. auia, col. vlt. C. de iure doti. dicit, quòd cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licèt ſit vltimum executionis. & conſi. cccxl. & præmitto quòd iſtud ius, col. 1. lib. 3. dicit quod ſuprà diximus, cauſam impulſiuam, non propriè cauſam eſſe, ſed quoddam motiuum ad diſponendum, vel contrahẽdum.

*Cauſa finalis optima.*

7 ¶Ex aliis autem philoſophis, Timæus Locrenſis, Pythagoricus, cauſam finalem apud ſapientes optimam arbitratur habendam. Proclus quoque in commentariis in Alcibiadem Platonis, hanc primam, præcipuámque cauſarum, atque potentiſsimam eſſe dicit: huius enim gratia, & efficientes faciunt, & quæ fiunt efficiuntur. Ideóque ignorantiam cauſæ finalis circa rem quamlibet efficere, vt cæteræ cauſæ ad eandem pertinentes, ſimiliter ignorentur.

*Argumentum ex cauſa finali.*

8 ¶Quæ cùm ita ſint ideo ſubtilis ille doctor (ita enim plerique appellant,) Matth. Matheſilla. in ſuo tractu Extenſionum col. ij. dicit quòd ex ratione finali tantùm, poteſt argumentum elici, vel extenſio, non etiam ex impulſiua, per tex. in auth. hæc conſtit. inno. conſtit. quæ præſcript. 100. ann. ded. quæ eſt 7. col. 8. circa medium. & per no. per Io. And. in nouella, & alios poſt gl. in c. j. in verbo, Italiæ, de tempo. ord. & qualit. ordinan. li. 6. Et id ex eo reaſſumit & ſequitur Iaſ. in auth. quas actiones, col. 4. ver. puto tamen diſputationis gratia & iterum, col. 7. ver. tertiò limita. C. de ſacroſanct. eccleſ.

*De eadem re.*

9 ¶Et id nuncupatim. de argumento à contrario ſenſu, vt ſcilicet ſumi non poſsit ex cauſa impulſiua, ſed finali tantùm, voluerunt Petr. Cy. Iac. Butrig. Bal. & Sali. in l. conuenticula illicita. C. de epiſc. & cleri. & Anto. in c. publicato, col. vlt. de electio. & in c. cùm Apoſtolica, col. vlt. verſi. item nec à verbis modalibus, de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſ. capit. Domi. in c. Imperatores, verſi. quicunque, ix. diſtinctio. Pau. Caſt. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. Alex. & Iaſon in l. j. ille col. xj. verſicu. tertiò fallit, & iterum verſi. quintò fallit: hic col. x. in vj. fallen. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Felin. in c. ſignificaſti, col. pen. verſi. item fallit, in verbis cauſæ impulſiuæ, de for. compe. Nicol. Eueral. in locis legalibus, in loco à contrario ſenſu, col. ij. & rurſus col. x. ver. dicta regula.

*Quod dicitur correcta ratione legis, &c.*

10 ¶Et huc quoque proximè accedit, quòd id quod ſuprà diximus, in ceſſante ratione legis, num. 127. incip. ex quo & illud conſequens, correcta ratione legis, legem quoque ipſam correctam cenſeri, procedit in ratione, ſiue cauſa finali, non etiam in impulſiua, vt videre poteris ex Eueraldo, in illo eodem opere, in loco à ratione legis ampla, ſiue generali, ad extenſionem ipſius legis, col. eiuſdem loci ij. verſi. primo caſu.

*Cauſæ impulſiuæ ceſſatio, in reſcriptis ad beneficia, uitiat.*

11 ¶Hęc tamen prima limitatio intelligẽda eſt & declaranda, non procedere in reſcriptis ad beneficia, in quibus ſubreptio vitiat, non ſolùm quando fuit cauſa inductiua, & finalis reſcripti, ſed etiam ſi fuit tantùm cauſa impulſiua, vt quia Papa aliàs, & ſine cauſa conceſsiſſet, ſed non tam faciliter ſiue leuiter, tex. habes egregium in c. poſtulaſti, in illis verbis, de leui non ſcribimus, de reſcrip. vbi & hoc no. Imol. qui dicit diligenter notandum, in iiij. no. & Pan. col. iij. in vlt. no. vbi item illum dicit ſingularem, & ſemper menti tenendum, & Fely. col. iij. verſi. per iſtum tex. & Philip. Dec. in c. cùm ceſſante, col. j. de appellatio. vbi & in hanc ſententiam allegat Oldr. conſi. cclvj. quod incip. Clemens epiſcopus, in j. dubio, quod tamen non admodum huc pertinere videtur. & nouiſsime d. Nicol. Eueraldus, vbi ſuprà, col. x. verſi. hoc tamen limito, vbi & eum tex. dicit ſingul. Qui quidem omnes propemodum, id eſſe dicunt in odium materiæ beneficialis, ad refrenandam ſcilicet ambitionem, arg. c. quamuis. de præbend. lib. vj.

*Et in cæteris omnibus gratioſis, & priuilegiis: ut in legitimatione.*

12 ¶Sunt tamen qui eum tex. generaliter intelligunt, non ſolùm in beneficialibus, ſed & in cęteris omnibus gratioſis, & priuilegiis. Et ita eum tex. intelligit. Pan. in c. conſtitutus, col. 2. verſicu. item nota quòd non omnia, de religioſ. domibus. Barb. loquens in materia legitimationis, conſ. xlix. cuius initium Clementiſsimum Deum & patrem, col. iij. verſi. rurſus opportunè, lib. iiij. vbi & ad hoc illum tex. dicit ſingularem, & meliorem de iure. & rurſum conſil. lv. Clementiſsimum & omnipotentem, col. j. eod. lib. iiij. vbi & illum dicit ſingul. & expreſsiorem quàm qui ſit alibi. & Corne. qui item loquitur in legitimatione, conſ. ccxlv. incip. licèt aliàs conſuluerim, col. j. in fi. li. j. vbi etiam dicit ſingul. & conſi. ccxxvij. videtur prima facie, col. iij. ver. non enim attenditur, lib. ij. vbi etiam dicit illum tex. procedere in gratioſis reſcriptis ad lites, & ita allegari per doctor. in c. ſuper literis, de reſcr. & idem quoque Corne. conſi. xcviij. quanquam videatur, col. ij. ver. ſolum autem videndũ, li. 3. vbi item dicit ſingul. & Alexa. loquens in remiſsione banni conſ. cxiiij. ponderatis his quæ narrantur, col. ij. veſic.

plus probat tex.lib.j.vbi & illum tex.dicit reputari ſingul.& Franc.Ripa.in l.ex facto,col.iij. nu. xv. ff.de vulg. & pupil.ſubſtitutio.

*Subreptio æquè uitiat literas beneficiales,&c.*

13 ¶Nec id quidem abs re,quãdo aliàs in materia ſubreptionis,æquiparãtur literæ beneficiales,& priuilegia,& aliȩ literæ gratioſæ,Imol.vt à multis citatur,in c.cùm dilecta,de reſcri.Pan.qui id dicit notandum,in c.ad audientiam,le ij.col. pen. verſic. mihi tamen non placet. & ibi latè Feli.qui multos alios concordan.adducit col.penul.verſi.amplia ſecundò hanc regulam,eod.tit.de reſcript. & idem Feli.in c.ſuper literis,col.3.verſi.ſed caue quia intentio,eo.quoque tit.

*Cauſa quæ præſumitur impulſiua.*

14 ¶Et ſi id verum eſt(vt certè verum eſt)neſcio quid nobis emolumenti afferet,id quod ſcripſit Bal. in additio.Io.And.in c.decet,de reg.iur.lib.6.& ibi etiam Phil.Franc.qui id dicit no.colum.j.verſic. & dicit hîc,quòd in gratiis,& priuilegiis,in dubio omnis cauſa præſumitur impulſiua,vt dicunt noſtri in l.ij.§.vltim.ff.de donatio. Nam ſi in hiſce gratiis , & priuilegiis , ceſſante cauſa impulſiua,ceſſat effectus æquè , ac ceſſante cauſa finali , nihil eſt quod inquirendum ſit , an cauſa ſit , ſiue præſumatur finalis,an impulſiua.

*Cauſæ impulſiuæ ceſſatio,uitiat in omnibus reſcriptis.*

15 ¶Sunt & denique,qui eum text.in d. c. poſtulaſti , trahunt ſimpliciter ad reſcripta , & inter cæteros Cardin.Flor.in d.ipſo c.col.j.in viij.not.ad hoc dicit eum tex.ſing.& mirabilem, & ibi quoq; Barb. col.iij.verſic.nota ibi,de leui.& ipſe Pan.in c.cæterùm,col.j.verſi.ex quo infertur,de reſcri. Alexan. aut quiſquis is eſt,in additio. Bar.in l.demonſtratio, §.quod autem,in verbo,longa differentia,ff.de condi.& demon.& Iaſ.in l.j.col.j.verſic.ſed pro limitatione.C.ſi contra ius , vel vtilit. public. vbi & ad hoc allegat Panor.in c.ex quæſtione col.j.verſi.ego puto quòd de qualibet de reſtitut.ſpolia. vbi ipſe hoc idem tenet,non tamen per tex.in d.c.propoſuiſti,ſed per c.ex literis,de dol. & contuma.& c.in noſtra,de reſcrip.& tamẽ poſtea dicit hoc relinqui arbitrio iudicis.vt dicitur de qualibet ſubreptione,in c.ſuper literis,cum ibi not.eo.tit.de reſcrip.Subdit etiam Iaſ.vbi ſuprà,ad id facere tex.in c.ſi motu proprio,in verbo,modicum,de præben.lib.vj.& in c.ſi proponente,extrà de reſcript.

*Declaratio præcedentium.*

16 ¶Sed Philip.Dec.ſubtilis atque acuti vir ingenij,in d.c.poſtulaſti,in 4.no. dicit illud conſiderãdum, quòd ſi ſublata cauſa impulſiua,trahatur gratia ad alium caſum non expreſſum,id certè verum eſt, quòd ceſſante ea cauſa impulſiua,quæ limitat gratiam in vno caſu non haberet locum in alio,per c. ſuſceptum,de reſcriptis lib. 6.ſed ſi ceſſante cauſa impulſiua, remaneret gratia in eodem ſtatu non videretur (inquit) quòd gratia vitietur,propter defectum cauſæ impulſiuæ,quia ſufficit quòd Papa quouiſmodo fuiſſet conceſſurus,vt dicit probari in c.dudum, ibi, nihilominus gratioſè donaremus, eo tit.de præbend.lib.vj.Ideo ſatis eſt,quòd gratia non retraxiſſet Papam à conceſſione. Hæc ille, quem ſequitur Paul.Pariſ.conſil.4.deduxi aliàs optimum ius,col.pe.nu.35.& quamuis,lib.iiij.

*De eadem re.*

17 ¶Nec obſtat,ait Dec.(vt ad eum redeamus)tex.in d.c.poſtulaſti,quia ibi erat defectus in cauſa finali,nec ibi Papa vllo modo,veriſimiliter conceſſiſſet literas pro ſecundo beneficio , cùm primũ erat ſufficiens,vt patet ex illis verbis ibi poſitis , pro habente beneficij competentis ſubſidium , de leui non ſcribimus,id eſt,non ſolemus ſcribere,quin faciamus mentionem de primo. & ſic infert. Dec. illud ibi,non id probari,ad quod ſolet à noſtris Doctor.allegari.

*Quid ſi cauſa impulſiua in gratiis , uera erat à principio.*

18 ¶Tamen ſi hæc prima declaratio vera ſit,vt veram eſſe exiſtimo,cum eo temperamento , vt ſemper ſit locus arbitrio iudicis,vt ſuprà diximus , tamen eam intellige vt procedat, ſi cauſa impulſiua iam à principio non fuit reperta eſſe vera:ita enim loquitur text.in d. c. poſtulaſti : ſecus autem ſi à principio ſuberat,ſed poſtea ceſſauit:tunc enim non vitiabitur gratia,vt expreſſim voluit Fra. Rip. in d.l.ex facto,col.3.nu.15.ff.de vulg.& pupil.vbi tamen nihil allegat.Sed vide quæ dicam inferiùs,in quarta,atque etiam in xij.limitatione.

*Quid ſi ſtatuẽs aliter non ſtatuiſſet.*

19 ¶Secundò declara hanc primam limitationem , quæ dicit noſtram regulam non habere locum in cauſa impulſiua,vt non procedat, quando ſtatuens,aut aliter diſponens , non aliàs ſtatuiſſet , aut diſpoſuiſſet,quàm ſi cauſa illa impulſiua locum habuiſſet,vt voluit Bal.in l.& ſi poſt tres ff.ſi quis cautio.vti illum refert,& ſequitur Alex.aut quiſquis is fuit,in additio.Bar.in l.ij.§.vlt.ſuper verbo, cauſa legis,ff.de donatio.& Io.Fran.Ozer.in §.Supradicta,col.pen.nu. 19. Inſtit. de excuſat. tutor. qui hoc caſu dicit eam cauſam cenſeri non impulſiuam,ſed finalem. Quomodo autem id cognoſcatur , an aliàs ſcilicet fuiſſet , nec ne facturus , non video : niſi ex verbis legis , ſtatuti, & conceſſionis id depræhendi poſſit.

*Cauſa impulſiua facit, ut faciliùs concedatur diſpẽſatio.*

20 ¶Tertiò declara hanc limitationem , vt licèt ceſſatio cauſæ impulſiuæ non faciat ceſſare effectum, facit tamen vt faciliùs cõcedatur diſpenſatio,vt ſingulariter no.Pan.in c.magnæ,col.ij.in vlt.not.de voto,per illum tex.vbi Papa inductus fuit ad concedendam diſpenſationem,& vt tex.ille loquitur, indulgentiam,propter ceſſationem cauſæ impulſiuæ ipſius voti,& id dicit Pan.eſſe no. & menti tenendum.Et hoc idem voluit ipſe Pan.per illum tex.in c.ex parte tua,col.vlt.de conuerſ.coniugator. & hoc certè à paucis annotatum eſt.

*Cauſa an finalis,an impulſiua, in dubio ſit cenſenda.*

21 ¶Cæterùm in hac prima limitatione hæc nobis ſunt præcipuè obſeruanda,quæ ſcilicet dicatur cauſa finalis,quæ impulſiua:& ſi id non appareat,qualis in eo dubio iudicanda ſit, finalis ne, an impulſiua. De quibus ſunt multæ de hac re ſententiæ,quas hîc ſigillatim ſubiiciemus.Accurſ.in l. cùm tale, §.falſam cauſam legato,ff.de condit.& demonſt. non obſcurè voluit omnem cauſam appoſitam in lege,præſumi finalem,veluti ipſi legi cohærentem.& ita illam intelligit , & ſequitur Bald. ibi , aliud dicens eſſe ex eadem gloſſ.cum apponitur ab homine.& Cy.in l.j.ff.ſolu. matrimon. & ibi quoque Bal.col.v.ver.item an ceſſatio.Ang.qui eam gl.dicit ſingul.in l.ſciendũ,la ij.& ibi Cepola,col.j.ff.de

ædilit.



ædilit.edict.& Card.Flor.& Imol.in c.ex parte,quod eſt pen.vterque ad fi.de cler.coniug. Alex. & Iacob.à S.Georg.qui dicunt illam gl.ſingul.in l.vlt.vterque,col.j.C.de edict.diui Adria.tollen. Phil. Fran.qui & illam dicit ſing.in cap.quoniam verſi.in gl.in verbo,eccleſiaſticum,de immunita. eccleſiar.Card.Alex.in c.verum,col.ij.verſi.item vbicunque lex exprimit cauſam,de condi. appoſit. vbi illam gl.dicit notab.Sed tu ſuper intellectu illius gl.vide quod dicit Bar.in loco à nobis citato, infrà nu.41.incipien.ſed audiamus quid de ea re.

22 ¶At Specul.tit.de diſputat.& allegatio.§.poſt hoc autem , verſi. vel illud ſtatutum fuit , dicit quòd cauſa finalis eſt,cùm conſtitutio ob fauorem inducta eſt,vt in fauorem condemnati ſtatutum eſt,vt poſſit à grauamine appellare,& hac ceſſante cauſa grauaminis,ceſſat lex,c.cum ceſſante, de appellatio.& c.magnæ,de voto.Cauſa verò impulſiua eſt,cum in odium alicuius aliquid ſtatuitur,vt propter garrulitatem Calphurniæ ſtatutum eſt,ne mulieres poſtulent,l.j.§.ſexum quidem dum fœminas,ff.de poſtul.& propter fugitiuos, & criminoſos ſtatutum eſt,ne clerici ſine literis dimiſſoriis recipiantur,c.j.& c.Affros paſſim,& ignaros, 98.diſtinctio.qua cauſa ceſſante, non tamen ceſſat diſpoſitio.Hæc ille,quem ſequitur Feli.in c.poſtulaſti,col.iij.verſi.per iſtum tex.de reſcript.Sed hæc mihi videntur eſſe ſatis obſcura,nec mihi ſatisfaciunt ad plenam huius materiæ notitiam. *Aliorum opin.*

23 ¶Bald.autẽ in multis locis,de ea re diuerſimodè loquitur,ita tamen vt in pleriſque conueniat. nam in l.j.§.ſi parendi,ff.de condict.cauſ.dat.cauſ.non ſec. refert(inquit)an cauſa ponatur cõditionaliter, an cauſaliter.Si primum,habetur pro cauſa finali,l.à Titio, ff.de verb. oblig. & l. demonſtratio. §. quod autem iuris eſt,ff.de conditio.& demon.Si ſecundum,& refert,an per modum cauſæ de præterito,an de futuro:ſi primum,iterum refert,an apponatur cauſa à ſciente eam non eſſe veram , & præſumitur impulſiua,l.diuortio ff.de verb.oblig.& l.cãpanus,de oper.liber.An ab errante, & tunc aut eſt error cauſæ obligationis,& præſumitur finalis:Aut cauſæ non obligationis , quia & ſi cauſa eſſet vera,non reſultaret verum debitum,& tunc præſumitur impulſiua,vt no.in l.damus ff.de condict.indeb.Et id quidem verum eſt in contractibus.At ſi in vltima voluntate cauſa apponitur , non præſumitur finalis,etiam ſi exiſtens vera,induceret verum debitum,quia vltima voluntas tendit ad lucrum,l.Aurelius Symphorus.§.vlt.ff.de liber.lega.& arg.l.hȩredem,ff.manda.Et iſtud quoque poſtremum voluit idem Bal.in d.l.iuriſgentium,§.ſed cùm nulla ſubeſt,poſt medium,ff.de pact. *Et aliorum.*

24 ¶Sed vt ad eundem reuertamur,in d.§.ſi parendi,poſt ea quæ ſupra ex eo diximus , continuò hæc ſubiungit.Vel dic quòd in d.l.Aurelius,§.vlt.non conſtabat de errore teſtatoris. Si enim conſtaret, non valeret legatum,l.ſi pater,C.de hæred.inſtit.& l.eam quam.C.de fideicommiſ. Et ſubdit confeſtim,ſed in illis ll.error remouebat affectionem legantis,arg.d.l.tale pactum,§. vlt. ff. de pact. Sed quòd error obſtet,probatur in l.non idcirco,C.de iur.& fact.ignorant.& l.ex his verbis, C. de teſta, milit.& quod not.in l.ſi domus,ff.de leg.j.Et iſta eſt ratio,quare non valet legatum cum effectu , ſi teſtator legat ius ſuum,quod morte ipſius teſtatoris finitur,quia videtur erranter putaſſe ſe poſſe legare,l.Sticho,ff.de vſufr.legat. & l.vxor patrui,C.de legat.Et poteſt ibi eſſe alia ratio , quia finito iure datoris,finitur ius acceptoris,l.peto,§.prædium,ff.de leg.ij.& l.minor,§.vlt. ff. de peric. & com. rei vend.& l.ſi quis domum,ff.loca. & c.vlt.extrà ne prælat. vices ſuas. Si autem cauſa apponatur per modum cauſæ de futuro:refert,an inſit vni partium tantùm,& præſumitur impulſiua,l.repetẽdi,C.de cond.ob cauſ.An vtrique:& rurſum refert,an tradens ſciat cauſam impoſſibilem:& præſumitur impulſiua,l.ij.ff.eo.tit.de con.ob cau.& arg. l. ab adminiſtratione, C. de leg. An verò credat poſſibilem,& tunc aut cauſa continet incertum re,& genere,puta ſpecies remunerationis,& præſumitur impulſiua , nec ex ea veſtitur obligatio, l.quanquam.ff.de condi.ob cauſ.& argu. l.ſalarium. C.mand.& eſt tunc quædam informis obligatio ad antidora,nec eſt propriè obligatio : quia naſcitur ex cauſa impulſiua,l.ſed & ſi lege , §.conſuluit,ff.de peti.hæred.Nec obſtat l.ſi non ſortem,§. libertus,ff.de condi.indeb.quia ibi obligatio ad antidora eſt firmata ex diſpoſitione legali ad operas reuerentiales.Ideo ſecus in aliis operis,videlicet fabrilibus,in quibus non eſt formata obligatio.Aut cauſa continet quippiam certum,& tunc aut concernit vtilitatem tradentis,& prȩſumitur finalis,vt in d.§.ſi parendi,aut ipſius pietatem,& idem quia ipſa pietas habetur pro cauſa immediata , & finali,l.ſi ego,ff.de iure dot.& l.cùm is,§.ſi in ea,ff.de condi.indeb.Aut ſolius recipientis , & præſumitur impulſiua,l.Titio,ff.de condi.& demon.nam tunc videtur potiùs conſilium,quàm mandatum,arg. l.j.ff.manda.& l.generali,in prin.ff.de vſufr.lega.Aut tertij commodum,& præſumitur finalis,l.Neſennius,ff.de excuſ.tut.& l.ſi tibi homo,ff.de leg.j.& l.ſi hæres,ff.de condi.ob cauſ.Sed & vbicunque modus,vel forma traditur nudo executori,præſumitur finalis. In conditionibus verò etiam ſi nullus commodum ſentiat,tamen habet vim cauſæ finalis,l.Mæuius,ff.de condit.& demonſt.Et paulò infrà,ſubiungit,hæc eſſe vera,quando cauſa apponitur ab homine.Si verò cauſa à lege apponitur, præſumitur cauſa,& ratio,& ipſa mens legis iudicatur:vt no.in d.l.cùm tale,§.pen.ff.de cond. & demonſt.Niſi appareat quòd ſit impulſiua,vt quia cauſa ſit ſpecialis & conſtitutio generalis, vt in SC. Macedonia.& ſimilibus. *Eiuſd. Bald.*

25 ¶Hæc ille latiùs quidẽ,& copioſius q̃ in vllo alio loco,nec tamen cætera eius loca de ea re relinquemus.Nã & in l.ſenatorẽ,ff de ſena.illud ſimpliciter dicit,quòd cauſa ſentẽtiȩ ſemper intelligitur eſſe diffinitiua,ſiue finalis licèt in cõtractibus,& vltimis volũtatibus prȩſumatur impulſiua , per l. cũ enim,ff.de ſuſp.tu.& l.qui cũ vno,§.j.ff.de re mil.& d.l.Aurelius.§.vl.ff.de lib.leg.nihil prȩterea dicit. *Cauſa ſentẽtiæ ſemper præſumitur finalis.*

26 ¶Idem in l.damus,ff.de condi.indeb.ſcribit cauſam conceptam de præterito , eſſe impulſiuam:de

ſtob 

*Cauſa de præterito eſt impulſiua.*

futuro,finalem.verbi gratia,do tibi quia geſsiſti negotia mea, impulſiua eſt, & ceſſat repetitio. Si autem do tibi quia hæres finalis eſt,& repetitur,cauſa non ſecuta.Fallit primùm,quando quis non erat aliàs daturus,quia tunc dicitur cauſa finalis,l.vlt.ff.de hæred.inſtit.Item fallit, ſi quando cauſa eſſet vera,importaret verum debitum,tunc enim eſt finalis,vt in toto illo tit. de condict. indeb. ſecundum Plac.& Iaco.Aret.ſubiungítque id quod dixerat de futuro,intelligẽdum eſſe quando eius impletio reſpicit commodum tradentis, vel tertij : ſecus ſi ſolius recipientis, nam tunc præſumitur impulſiua, l.Titio centum,ff.de cond.& demonſtr.ſecundum Pet.

*Quid ſi cauſa importat uerũ debitum.*

27 ¶Idem Bal.in l.& ſi poſt tres,in j.lectura,col.ij.verſic.cauſa autem,ff.ſi quis cautio. tradit Ia. Rauen. fuiſſe in ea opinione,vt vera cauſa ſit ea,quæ eſt fundamentum,& principium ſui effectus,l.2.§.circa,ff.de exceptio.dol.& d.l.damus,ff.de condict.indebi.in qua quidẽ cauſa datur talis regula, quòd aut ſi vera eſſet,importaret verum debitum,& tunc præſumitur finalis, aliàs impulſiua. Subdit tamen ipſe Bal.hanc eſſe ſuam opi.quòd aut cauſa profertur à ſciente,& non præſumitur finalis,l.ſed & ſi quis,§.vltim.eo illo tit.ſi quis cautio.& d.l.ſi diuortio.de verbo.oblig. Aut ab errante, & tunc aut eſt de ſubſtantia obligationis,& præſumitur finalis,vt not.in d.§.circa.Aut non eſt de ſubſtantia obligationis,ſed facit ad bene eſſe,vt ipſe loquitur,& tunc regulariter præſumitur impulſiua, l. ij.§. vlt.ff.de donatio.

*Cauſa eſt finalis, quæ per ſe infert in quẽlibet effectum.*

28 ¶Idem in l.j.col.pen.verſ.adde quòd illa cauſa,ff.ſol mattrimo.dicit eam cauſam præſumi eſſe finalem,quæ per ſe infert in quemlibet effectum,incluſum ſub diſpoſitione illius : aliàs autem ſi id non faciat præſumi impulſiuam,per no.in c.ſtatutum,de hęret.lib. vj. & illum refert, & ſequitur Corn. conſi.xxxv.ſemper mihi fuit dubia,col.ij.ſub litera A.lib.iij.& iterum conſi.cclij. ardua eſt, col. iij. ſub litera B.lib. iiij.Sed id quidem obſcurum eſt,niſi intelligas ſecundum ea quæ dicam poſtea nu. 62.incip.tertium quòd cùm lex.

*Cauſa à lege inſerta, finalis eſſe præſumitur.*

29 ¶Idem in l.cùm tale,§.falſam cauſam,ff.de cond.& demonſtr.ſumens occaſionem ex gl.ibi,& rurſum in l.generaliter,col.ij.verſi.ſed in dubio,C. de epiſ.& cler. dicit quòd cauſa quæ inſeritur in lege,præſumitur eſſe finalis.per tex.ibi:quæ autem ab homine,impulſiua,per d.l.j.§.ſexum, ff. de poſtulan.Quod & idem dicit ipſe Bal.in d.l.ij.ff.vlt.ff.de donat.in id allegans gl. quam dicit ſingular. in d.§.falſam.& ipſe Bal.in addit.Specul.tit.de diſputat.& allegat.aduocat.§.poſt hoc autem, verſi. vel illud ſtatutum.vbi præterea allegat d.l.ij.§.vlt.ff de donatio.& l.ſi is qui animo,ff.de acquir.poſſeſ.ſed in illo priore loco, ſcilicet in d.§.falſam,ſubdit eam ſolam cauſam cohęrere diſpoſitioni,quę eſt finalis,per l.Titio centum,§.ante nuptias,eod.tit.de cond.& demonſtra.& d.l.vlt.ff.dæred.inſtit. dicit autem cohærere,quando non poſſunt abinuicem ſeparari,nec vnum ſine altero.

*Cauſa à contrahentibus, uel teſtatore appoſita, cenſetur impulſiua.*

30 ¶Ab hac autem Baldi ſententia,non longè abeſt quod tradit Oldra. conſi. ccxxiiij. incip. iſtæ ſunt allegationes. col.v.verſi.præterea quando cauſa,quòd cauſa appoſita à contrahentibus, vel à teſtatore,cenſetur impulſiua,per d.§.falſam cauſam,& d.l.ij.§.vlt.de donatio.Sed à lege,vel principe poſitam,cenſeri finalem,per tex.quantum ad primum,in d.l.adigere, §. quamuis, ff. de iure patro. & quantum ad ſecundum,in l.pen.C.de don.inter vir.& vxor.quod & poſt eum reaſſumit Albe. in d. l.generaliter,col.ij.C.de epiſ.& cleri.

*Cauſa de præterito, an ſit finalis, an impulſiua.*

31 ¶Idem Bal.in l.ſi repetendi,verſi.quæro nunquid cauſa,C.de condi.ob cauſ.Aut loqueris,inquit, in cauſa de præterito,& tunc ſi ea ſit huiuſmodi,quæ ſi vera eſſet,induceret verum debitum, & præſumitur finalis.Aut non id faceret,& præſumitur impulſiua,per l.damus.ff.de condit.indeb.Aut verò loqueris in cauſa de futuro,& tunc aut in contractibus qui habent in ſe cauſæ relationem, vt in quatuor contractibus innominatis,poſitis in l.naturalis,ff.de præſcrip.verb. & tunc cauſa præſumitur finalis,l.j.in fi.ff.de rer.diuiſio.Aut in contractibus,qui non habent in ſe relationem.vt in contractu donationis,legato,libertate,& tunc in dubio cauſa præſumitur impulſiua,niſi contineat intereſſe illius,qui cauſam apponit.l.2.§.vlt.ff.de donat.vel niſi ſit de eſſentia actus,id eſt,vt ea circumſcripta,actus non ſubſiſteret.l.ſed ſi maritus §.vlt.ff.de don.inter vir.& vxo.vel niſi ex ea augeretur effectus.l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.

*Eiuſdem Bal.*

32 ¶Idem in l.j.col.j.verſi.item poni poſſunt in vim.C.quando non peten.part.peten.adcreſ.ſcribit breuiter cauſam finalem illam intelligendam eſſe,qua poſita in eſſe, ponitur quoque in eſſe voluntas diſponentis,& ea ceſſante,ceſſat conſenſus, per l.vlt.ff.de hęre.inſtit. ſubdítque confeſtim cauſam, ſiue rationem eſſe duplicem:nam quandam influere effectum, quandam remouere ipſum effectũ, id eſt,obicem,ſiue obſtaculum,& alia quędam ſubiungit, quę huc non admodum pertinent. Sed & quę priùs dixerat, multùm obſcura ſunt.

*Eiuſdem Bal.*

33 ¶Idem in l.eam quam.col.2.verſi.venio ad not.C.de fideicom.dicit, quòd cauſa finalis ea pręſumitur,quę ſecundum iuris rationem debet eſſe finalis,per tex. ibi, & in l.ſi pater. C.de hęre.inſtit.vel vt ipſe ibi ſubdit,quę aſsignatur à diſponente,loco finalis cauſę, per l.cum pater.§. dulciſsimis. ff.de leg.2.& not.in d.l.ſi is qui animo.ff.de acquir.poſſeſ.Et ita eum ſequitur Barb.conſi.xix. ſacro ſcriptum eſt euangelio,col,pen.verſi.pręterea facit ad pręducta,lib,2.Sed id non minus obſcurum, neque enim declarat quę cauſa debet eſſe finalis,ſecundum iuris rationem, nec quę pro tali aſsignari cenſeatur,niſi id expreſsè diceretur.

*Cauſa finalis eſt,ex cuius radice oritur obligatio.*

34 ¶Idem in l.j.verſi.quęro quomodo cognoſcimus.C.de falſa cau.adiect.leg.ſcribit eam cauſam finalem exiſtimari in contractibus, ex cuius radice oritur obligatio, per d.l.damus.ff.de conditione indeb.in legato autem eam dici finalem,quando ceſſante cauſa ceſſat titulus legati,vt in legato pro dote,



dote,vel ſepultura.l.filio ex parte.§.matri ſuæ.ff.de adim.leg.& §.hoc ſi præſenti.in auth.de ſanctiſ. epiſ.quæ eſt vlt.collat.ix. Et hoc quidem eſt multò obſcurius.

*Eiuſdem.*

35 ¶Idem in l.j.col.j.verſic.& ſi tu quæris.C.de confeſ.dicit,quòd ſi ſit aliquid quod implet, vel veſtit contractum,tunc ratio præſumitur finalis,per l.cum enim.ff.de nouat. At ſi nihil ſit quod illum impleat,aut veſtiat,præſumitur impulſiua.Et hoc quidem,inquit,vbi eſt error,ſed quando fit ex certa ſcientia,ſemper præſumitur impulſiua.per d.l.ſi diuortio.ff.de verb.oblig. Niſi tamen in mutuo,& cætera quæ ſequuntur,quæ de induſtria omittimus,veluti nihil ad hunc locum pertinentia.

*Eiuſdem.*

36 ¶Idem in c.quemadmodum.col.2.verſi.porrò cauſa finalis.extra de iureiur.dicit eam cauſam eſſe finalem,quæ cùm vera eſt,imponit ex neceſsitate impulſiuam liberalitatem,per l.Titio centum.in prin.ff.de cond.& demon.Sed & idem conſi.ccccl x. & præmitto quod iſtud ius, col.2.verſic. pone omnis cauſa.lib.3.dicit omnem cauſam eſſe finalem,& è diuerſo impulſiuam, etiã ſi aliàs finalis eſſet,ſi id diſponentes voluerint,vt ſemper aliàs pactum regit contractus.l.j.§. ſi conuenerit.ff. depo. Quod & idem propemodum dicit in l.falſam.ſtatim poſt prin.ibi,not.quòd etiã, C. ſi ex fal.inſtru.

*De eadem re.*

37 ¶In qua etiam opinione ſunt,qui dicunt ſimpliciter cauſam dici finalem, cùm diſponens non erat aliàs facturus:impulſiuam,cùm erat aliàs facturus.inter quos eſt Ioan.Monac.in c.cupientes.col.2. nu.4.de reſcrip.lib.6.Collect.in c.poſt tranſlationem.col.j.verſi.ſed quam cauſam. de renunc. Imo. in c.poſt tranſlationem.col.vj.nu.42.de renunc.& alij plurimi.Sed id nobis inutile eſt, niſi & illud ſciamus,quando diſponens non erat,vel erat aliàs facturus.Et certè minimè id dubium, cùm diſponens id expreſsè declarat,vt dicit Alber.in d.l.generaliter.col.2.verſic.eſt etiam quarta.C.de epiſc. & cler.Aliàs autem ſi id ſcire velis, adeas Bart.in l.demonſtratio.§.quod autem.col.3.ff.de condit. & demonſt.

*Ex aliis.*

38 ¶Sed vt redeamus,Cyn.& Sali.in d.l.generaliter.C.de epiſc.& cler.aliter de hac re loquuntur. Ille enim poſt Pet.in 2.quæſt.dicit breuiter cauſam finalem eſſe propter quam immediatè aliquid conceditur:impulſiuam,quæ occaſionem remotam pręſtat.quod admodum obſcurum eſt, niſi referas ad id quod dicemus inferius in xiij.limit.nu.8.ſunt & qui dicunt,& in xx.limitat.poſt prin.Sal. autẽ ibi,ante fi.dicit,quòd ſi ad actus validitatem eſt neceſſaria cauſę expreſsio, pręſumitur cauſa finalis, per d.l.ſed & ſi mors.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de dona.inter vir.& vxo.& l.quod adipiſcendę. eo.tit. Aliàs impulſiua per d.l.Titio.in prin.ff.de cond.& demon.Sed & id Oedipo indiget.

*De eadem re.*

39 ¶Idem Cyn.in l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.aut cauſa,inquit,continet aliquid fauorabile, vel pium,& præſumitur finalis.l.ſi ego.in prin.ff.de iure dot. aut nihil tale,& tunc aut intereſt alterius quàm donatarij,& præſumitur finalis.l.ſi tibi legatum.ff.de lega.iij.Aut non intereſt, niſi eiuſdem donatarij,& præſumitur impulſiua.l.2.§.vlt.&l.ſeq.ff.de dona.Ipſe quoque Salyc.in l. conuenticula illicita.col.j.verſi.ſed tunc quæro.C.de epiſc.& cler.dicit, quòd ea cauſa cenſetur finalis,cuius ſenſus non eſt contrarius iuri cõmuni.Aliàs impulſiua,& dubitationis cauſa tantùm adiecta.l.ſi quis patrem.C. de condi.inſer.

*De eadem re.*

40 ¶Verùm idem Saly.latiùs proſecutus eſt in l. ſi pecuniam,in prin.col.vlt.verſi. nunc ad declarationem,ff.de condictio.ob cauſ.Si inquit,cauſa appoſita concernit præteritum.& tunc dicendum eſt,vt doct.in l.ſi damus.ff.de condict.indeb.Si futurum,tunc aut exprimitur per modum conditionis, & dicitur finalis,l.ij.§.vlt.ff.de don.& no.gl.vlt.in l.ſi militem,C.de cond.ob cau.niſi in certis quibuſdam caſibus,vt no.in l.j.C.de inſtit.& ſubſti.Aut exprimitur in vim modi,& tunc aut cauſa reſpicit cõmodum dantis,& dicitur finalis,l.Titio,in princ.& l.quibus diebus,§.vlt.ff.de cond.& demon. Et ideo in quatuor contractibus innominatis mutuam correlationem habentibus, cauſa finalis iudicatur,l.j.ad fi.ff.de rer.permut.& l.naturalis,§.j.ff.de præſcrip.verb. Et idem ſi commodum tertij concernit,l.proximè allegata.& l.liberto,§.Lucius,ff.de annuis lega.& l.ſi tibi purè, ff.de leg.iij.Aut commodũ recipientis tantùm,& tunc aut expreſsio illius cauſæ requiritur neceſſariò ad ſubſtantiam actus qui geritur,& iudicatur finalis,l.ſed ſi mors,in fi.& l.ſeq.& d.l. quod adipiſcendæ, ff. de dona.inter vir.& vxor.Aut non eſt neceſſaria,& tunc iudicatur impulſiua,l.iij.§.ſi quis quaſi, verſi. quanquam,ff.de condict.ob cauſ.& d.l.Titio,j.reſpon.ff.de cond.& demonſtr.niſi ſi cauſa ob quam datur,eſt fauorabilis,& pia,tunc enim præſumitur finalis,l.ſi quis pro redemptione.C.de don. & l.ſi ego,ff.de iure dotium.Hæc ille.

*De eadem re.*

41 ¶Sed audiamus quid de ea re dicunt Bart.Imo.& Rom.in d.l.ij.§.vlt. ff. de donat. Ille primùm dicit,quòd vbicunque datur ob cauſam fauorabilem,vel piam,cauſa finalis præſumitur,vt ſi quis tibi donat vt nubas,vel vt redimas captiuos,per l.ſi ego,in prin.ff.de iure dot.& l.ſi quis pro redemptione,C.de donat.Poſtea autem dicit,quòd eſt conditio,modus,& cauſa,& quòd hæc tria aſſumuntur vt cauſa,in hac materia.Aut igitur cauſa apponitur per modum conditionis, & tunc haud dubiè illa conditio,eſt cauſa finalis,& illa ceſſante,ceſſat diſpoſitio,l.cedere diem,de verb.ſignific.& l. qui hæredi.in fi.ff.de condit.& demonſtr.fallit in caſibus no.in l.j.C.de inſtit.& ſubſtit.& per gl.& Cyn. atque etiam Dy.in c.imputari,de reg.iur.lib.vj.& l.in teſtamento,ff.de cond.& demonſtr.Quandoque cauſa ſumitur pro modo,vt in toto tit.de condict.ob cauſ.& in omnibus contractibus innominatis,do vt facias,& cæteris.Et aut modus iſte,ſiue cauſa reſpicit vtilitatem alterius, quàm eius cui datur,vt do tibi centum,vt emas fundum Titio,tunc præſumitur finalis,dicta lege Titio, in fin. de condit. & demonſtr. & l. quibus diebus,in fine eodem titu.& l.ſi tibi purè.ff. de lega. iij. Quandoque reſpicit commodum eius cui datur, & tunc aut ad ſubſtantiam actus requiritur cauſa de-



neceſ

neceſsitate,& tunc præſumitur finalis,d.l.ſed ſi mors.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de donat. inter vir.& vxor. Quandoque neceſſariò non requiritur,& tunc impulſiua præſumitur,per l.Titio centum.in ij.reſp. de condit.& demon.niſi ille modus reſpiciat cauſam fauorabilem, per iura ſupra in princ. allegata Et ſubiungit,quòd cum quæritur,an ceſſante illa cauſa finali,ceſſet effectus.Et in vltimis voluntatibus,inquit,ſi illa cauſa per modũ modi adiecta,ceſſat caſu fortuito,repeti nõ poteſt.l.ſi fundum per fideicõmiſſum.§.1.de lega.j.In contractibus autem ceſſante cauſa, datur repetitio,per d.§.vlt.& in toto tit.de cond.ob cau.Tertiò,inquit,ſumitur cauſa propriè de præterito,vt d.l.damus.ff. de cond. indeb.& l.ſi ita legatum.in fi.ff.de cond.& demon.& tunc eſt quædam cauſa legis,& præſumitur finalis.l.cum tale.§.falſam.ff.eo.tit.niſi aliud expreſsè reperiatur,vt in l.j.§.ſexum.ff.de poſtulan.Et ita inquit,dicitur communiter.Sed verum eſt quòd glo.in d.§.falſam.non loquitur de cauſa, ſed de ratione legis,quæ ſi habet locum,habet etiam locum obſeruantia ipſius legis , & de futuro eſt.l. cùm mulier.ff.ſolu.matri.Cauſa autem propriè eſt de præterito,quæ etiam ſi vera non ſit , non vitiatur diſpoſitio.per d.§.ſexum.quia illa impulſiua eſt.Hæc ille.

42 *De eadem re.*
¶Imo.autem & Ro.in d.l.ij.§.vlt.ſe omninò referunt ad Bart.ſed illud addunt ad id quod dixerat, cauſam præſumi finalem,in his quæ conditionaliter proferuntur,vt procedat ſiue loquamur in contractu,l.j.ff.de dona.Siue in legato.§.longè magis.Inſtit.de leg.& l.qui hæredi.ff.de condit.& dem. Siue in legibus,& ſtatutis,per no.à Cyn.in d.l.conuenticula.C.de epiſ.& cler.& ab omnibus in l.generaliter,eo.tit.Niſi vt ſubdit Imo. aliud appareat expreſſe,vel ex coniecturis,quia ſic intelligendo reſultaret prauus,vel obſcurus,vel rei contrarius intellectus.l.ij.cum ibi no.C.de cond.inſer.

43 *De eadem re.*
¶Idem Bar.in extrauag.ad reprimẽdum,in verbo,nec ex eorum abſentia,ad fi.dicit,quòd cum lex eſt declaratiua,eius finalis ratio colligi poteſt ex lege antiqua,quam hæc declarat,vt patet ex omnibus ferè legibus Iuriſconſultorum,& maximè ex l.ſed & ſi lege,§.item ſi rem ff.de petit. hæred. & l.ſtipulatio iſta,§.alteri,ff.de verb.obligat.& illa,inquit,propriè dicitur ratio.Si verò eſt lex noui iuris inductiua,tunc ratio illius ex eadem colligitur,ſi ſit expreſſa vel ex præfatione eiuſdem.vt in d. extrauag.& in l.vlt.ff.de hæred. inſtit.& l.j.ff.ad S C. Macedonia. Et iſta magis propriè appellatur cauſa finalis, quàm ratio.l.cùm pater,§.dulciſsimis,ff.de leg.j.& l.illis libertis, ff.de cõdit.& demon. & l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patrona.Et hac ceſſante,ceſſat lex,vt dd.ll.vbi verò ratio non apparet,debemus ſtare propriæ ſignificationi verborum,l.j.§.ſi is qui nauem,ff.de exercit.actio.

44 *De eadem re.*
¶Hæc Bart.cui Imo.in d.l.ij.§.vltim. col.j.verſi item adde circa id,& ibi quoque poſt eum Ro.col. j.verſi.& poteſt dubitari.ff.de donat.addunt,quòd hoc vltimo caſu,cùm ſcilicet non apparet de ratione,recurrendum eſt ad rationem naturalem,arg.c.quia ratio,de præb.& c.conſuetudo,diſt.j.& §. ſed naturalia,Inſtit.de iure natu.gent.& ciuil.Et idem voluit ipſe Imo.in c.poſt tranſlationem , col. viij.num.50.de renunciat.Panor.in c.ſuggeſtum,col.j.in ij.not.de appelat.Iac. à S. Georg. in l. vlt. col.j.C.de edict.diui Adria.tollen.vbi expreſsè dicit quòd hæc ratio naturalis præſumitur eſſe finalis,& vide quæ dicam infrà,in hac ead.limitatione,nu.67.incip.quintum quòd ratio.

45 *De eadem re.*
¶Nec omittemus quod de ea re ſcripſit Paul.Caſtr.conſi.cccxiiij. incip. ſuper eo quod quæritur facit dubium,in j.dubio,ibi nec obſtat,lib.j.quòd cauſa quæ mouet legiſlatorem ex parte ante,id eſt, quæ illum impulit ad ſic ſtatuendum,vt fuit improbitas illius Calphurniæ,aut vt alij legunt,Afraniæ:& illa quidem,niſi ſit in lege expreſſa,non dicitur finalis,ſed impulſiua,l.j.§.ſexum,ff.de poſtul. Cauſa autem propter quam mouetur legiſlator ex parte pòſt,id eſt,propter cuius finem,& effectũ fit,vt fuit in illo caſu verecundia ſexus muliebris in edicto Prætoris:& illa cenſetur finalis, qualitercunque poſsit apparere de ea,etiam ſi non fuerit expreſſa.Sed hæc manca ſunt , & mutila , nec omnino ſatisfaciunt.

46 *Quando cauſa dicitur cohærere diſpoſitioni.*
¶Alij autem dicunt eam cauſam eſſe finalem,quæ cohæret diſpoſitioni,aliàs impulſiuam, per gl. in l.demonſtratio.§.quod autem iuris eſt.& Bart.in iij.quæſt.& alibi ſæpe in eo. §. ff. de condi. & demonſtr.Et id quoque expreſsè voluit Saly.in l.j.ad fi.C. de fal.cau.adiec leg.& Soci.conſi.clix. hoc exordio in præſentis conſultationis col.6.verſi.confirmantur etiam prædicta, lib.ij.Quando autem cauſa dicatur cohærere diſpoſitioni,vel non,declarat Saly.in d.l.j.& ibi quoque ante eum Bart. & idem Bar.in d.§.quod autem,col.iij.verſi.tertio modo.& Imol.in l.vlt.col.ij.verſi.aduerte tamen,ff. de hæred.inſtit.Ang.Aret.in §.ſi quis.inſt.quib.mo.teſta.infir.vti apud illos videre poteris.

47 *De eadem re. Qui in dubio dicunt cauſam præſumi impulſiuam, niſi factum eſt indifferens.*
¶Io.Monach.ante illos in c.vlt.col.vlt.in verbo,ceſſante,& ibi poſt eum Io.Andr. in eodem verbo, de hæret.lib.vj.dicunt quòd in dubio præſumitur cauſa impulſiua,per l.ſed ſi mors.ff.de don. inter vir.& vxo.niſi factum eſſet indifferens ad impreſsionem huius,vel illius cauſæ,vt tunc in dubio donans videatur potiùs dirigere,in quem vſum conuertat donatarius rem donatam ; quàm vt neceſſitatem ei imponat,aliàs non daturus,vt in l.ij.§.vlt.ff.de donationib.Sed vbi factum non eſt indifferens,ſed limitatum ad vnum extremum per ius ſcriptum,vt in dicto cap. vlt.de hæret. cauſa ceſſante , quæ fuit cauſa iuris communis mutandi,ceſſat ius ſpeciale, & reditur ad ius commune,cùm ſpeciale, tollens ius commune,ſit ſublatum.Et idem voluit Collecta.in cap.cùm ceſſante,in princ. de appellatio.

48 *Qui ſimpliciter dicũt in dubio, præſumi impulſiuam.*
¶Sunt & qui ſimpliciter dicunt cauſam impulſiuam præſumi,& non finalem,in quib. Accurſius noſter.in d.l.ij.§.vlt.in gl.vlt per d.l.ſed ſi mors,§.vlt.ff.de dona.inter.vir.& vxo.& l.Titio,in j.reſpon. §.ſed cum ante nuptias,circa.fi.ff.de cond & demonſt.& d.l.ſi mulier,C. de iu.dot. Niſi aliter fuerit expreſſum,per d.l.ſi quis ex redemptione,§.vlt.ibi,nulla eis licentia danda , C. de don. & glo.

Dy.



Dyn.& Philip.Fran.in c.decet.de reg.iur.lib.6.vbi ad hoc præterea allegant d.l.cum tale. §. falſam cauſam.ff.de condi.& demon.Iaco.Aret.prout illum refert Cy.in l.j.col.j.in iij.opp.C.quæ ſit longa conſuet.& Collect.in c.poſt tranſlationem.col.j.verſi.ſed quid ſi dubitatur.& ibi Card.Flor.in §.cæterùm.col.3.ver.quæro in eo quod ſuprà,de renunc.vbi hanc dicit eſſe communem opinionẽ. Pau. Caſt.in l.vlt.ff.de cond.ob cau.Ang.Aret.in §.illis autem.Inſtit.de teſt.milit.vbi dicit illam gl.ſuprà allegatam ad hoc eſſe ſing.inſertque ex ea,quòd in dubio ceſſante cauſa,nõ ceſſat effectus, & quòd qui vult dicere eam ceſſare,ceſſatione cauſæ,debet probare eam fuiſſe finalem.& ibi quoque Ioan. Fran.Ozerius,col.2.& Soci.qui idem dicit,conſi.lxxxiij.pro certo, ad fi.lib.j.

49 ¶Sunt qui contrà conſtanter affirmant,in dubio cauſam eſſe,& dici finalem,& inter eos Ioan.And. in c.poſt renunciationem.col.vlt.de renunc.hac ratione motus,quia propria ſignificatio huius verbi,cauſam,denotat cauſam finalem.Impulſiua autem cauſa non eſt,ſed occaſio, per not.in c. ſolitæ. de maior.& obed.& ita dicit vidiſſe ſe in iudiciis defendi.Sed hæc ratio non placuit Imo. & Ro. in d.l.ij.§.vlt.illi quidem, col.ij.verſi.item adde ei,quia dicit:huic,col.j.verſi.quoad ſecundum.ff.de donat.vti apud eos videre poteris.
*Qui contradicunt, in dubio præſumi finalem.*

50 ¶Sunt item qui in ea ſententia ſunt,vt ſi cauſa ſit expreſſa in diſpoſitione,ea ſemper præſumitur eſſe finalis,ita enim voluit Soc.doctor quidem celeberrimus,dicto conſi.lxxxvij.cuius initium eſt , pro certo tex.eſt,col.ij.verſi.ſed alia ſit difficultas.lib.3.per l.iij.& ibi not.ff.de hæred. inſtit. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam inferius in 21.limit.
*Maximè ſi ſit expreſſa.*

51 ¶Nec deſunt qui in hoc dicunt,inſpiciendam eſſe qualitatem perſonarum , vt ſecundum eam iudicemus cauſam eſſe finalem.aut impulſiuam,id eſt,vt præſumatur quis fuiſſe,aut non fuiſſe facturus, ſecundum Bal.qui id dicit menti tenendum,in l.cùm veterani,in j.no.per eum tex.C.de dona. ante nup.& deinde in vlt.no.ex eo quoq; no.ex qualitate perſonarũ aliquid præſumi. & ſequitur Matth. Afflict.in c.j.col.iiij.nu.103.tit.ex quib.cauſ.feu.amit.Id quod certè propè perpetuũ eſt in omni materia,vt ſcilicet ex qualitate perſonarũ, diſpoſitiones quaſlibet metiamur , vt videre licet ex l.plenum,§.equitij,ff.de vſu & habita.& ibi concor.
*Perſonarũ qualitas,facit præſumi cauſam finalem,aut impulſiuam.*

52 ¶Ex illis autem,quæ ſuprà diximus,multa colligi poſſunt.Primum,quod cùm cauſa tendit ad commodum ſolius accipientis,ea cauſa præſumitur impulſiua.Si ad commodum concedentis , vel alterius tertij finalis,id quod,& præter eos quos in id ſparſim citauimus , voluerunt glo. Bar. Bald. qui eam gl.dicit no.Ang.& Saly.in d.l.ſi mulier,per eum tex.C.de iu.dot. & gl. in l.iij. §. ſi quis quaſi, ff. de cond.ob cau.Cy.poſt Pet.in d.l.generaliter,in fi.& ibi quoque Alber.col. ij. verſi. in contrarium videtur,& Saly.C.de epi.& cle.Collect.in d.c.poſt tranſlationem,col.j.verſi.ſed quid ſi dubitatur,& ibi Ant.col.j.verſi.an autem in dubio,de renunc.Bar.in l.ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulianus,ff.de lega.j.Alber.in l.vlt.C.de rer.permut.& in d.l.ſi quis pro redemptione.C.de donat. Bal.in l.2.§.vlt.ff.eo.tit.Ang.Raph.Com.& Pau.Caſt.in l.2.§.vlt.ff.de dona. Idem Ange. in l.ſciendum. la 2.& ibi Cæpola,ff.de ædil.edict.& ipſe Ange.conſi.cxxiiij.Iolus,col.3.verſi.& pro hac parte. & iterum col.ſeq.verſi.an ergo defectus.Imo. conſi.xxxiij.in caſu præmiſſo, col.j.verſi. in cõtrarium videtur.Pau.Caſt.conſi.ccxiiij.ego Paulus,poſt medium.lib.j.Alex.in l.vlt.col.ij.verſi.aliam etiam aſſignat.ff.de condict.ob cau.Soci.conſi.lj.quoniam in præſenti.col.vij.verſi.comprobatur.nam principalis intentio.lib.2.& conſi.lxxxiij.pro certo.col.3.nu.7.lib.3.Card.Alex.in c.verum. col.2. verſic. cauſa autem duplex eſt.de condi.appoſ.Iaſ.in l.ſi pecuniam.col.6.verſic.regula eſt.ff.de condict. ob cauſ.& Hiero.Grat.conſi.lxxvij.in præſenti cauſa. col.j.lib.j.
*Cauſa impulſiua præſumitur, quæ tendit ad cõmodum ſolius accipientis.*

53 ¶Et neminem hactenus reperi,qui contrarium diceret præter Bal. quantum ad id quod de commodo alterius tertij pertinet,diximus.Namque is conſi. ccccl x.incip. præmitto quòd iſtud ius. poſt prin.lib.3.concordat cum aliis in cauſis quæ pertinent ad commodum accipientis , & concedentis. Sed in iis quæ pertinent ad commodum tertij,dicit eas ſibi videri impulſiuas,niſi is tertius eſſet huiuſmodi,cui ſtipulari poſſemus,aut paciſci,cùm ex iis non ſurgat obligatio,ac ne exceptio quidem. Et ſic non ſurgit ius,neque neceſsitas implendi.l.donationes in concubinam.§.ſpecies extra dotem. ff.de donat.Et ego vt facilè abirem in ſententiam Bal.ita ſcilicet,vt illi tertio nõ competeret actio aduerſus illum,qui accepit,vt ei traderet.Sic etiam fateri oportet,competere actionem concedenti in eam cauſam,vt illi alteri traderet ad repetitionem eius rei,cauſa non cõpleta, vt optimè probatur legibus in id à cæteris docto. ſuprà allegatis.
*Qui contrà quantũ ad commodum alicuius tertij.*

54 ¶Sed quæri poteſt,quid ſi cauſa ad nullius vtilitatem reſpicit,veluti ſi nauis venerit ex Aſia, an tũc præſumatur finalis,an impulſiua:& id quidem à nemine tactum comperi,præterquã à Bal. in d.l.ij. §.vlt.in fi.ff.de donat.vbi dicit præſumi impulſiuam,autoritate gl.quam dicit not. in l.j.in princ.in verbo,ſecutum.eo.tit.& ſubiungit facere l.ſi ego.ff.de iure dot.illa autem gl.Imo.ibi not. quòd conditio adiecta donationi,quæ non reſpicit commodum,vel affectionem donantis,ſed quãdam facti contingentiam,non facit quo minus donatio dicatur eſſe propria.
*Quid ſi cauſa ad nullius commodum reſpicit.*

55 ¶Quod autem dictum eſt de cauſa reſpiciente commodum accipientis , vt pro impulſiua habeatur,quibuſdam modis intelligendum eſt , vt etiam ex ſupradictis videre licet. Primo niſi ea cauſa reſpiciens commodum ipſius accipientis neceſſariò requiratur,tunc enim ſemper cauſa finalis præſumitur,ad cuiuſcunque commodum reſpiciat,per d.l.ſed ſi mors.§.vlt.cum l.ſeq ff.de donat.inter vir.& vxor. & nemo in hoc contradicit.
*Quid ſi cauſa reſpiciens ad cõmodum accipientis neceſſariò requiratur.*

56 ¶Secundo modo intellige etiam ex iam dictis,niſi ſit fauor dotis aut alterius piæ cauſæ, & fauorabilis,

*Quid ſi inſit fauor dotis, aut alterius piæ cauſæ.*

bilis;tunc enim ſemper pro finali erit accipienda,vt etiam omnes,qui de hac locuti ſunt, voluerunt ex quibus multos ſuprà retulimus,& præter illos Cy.in d.l.generaliter, & ibi Alber. col. ij. & Saly. paulò ante fi.& omnes qui de ea locuti ſunt.C.de epiſcop.& cler.Collecta.in d.c. poſt. renunciationem,col.j.verſic.ſed quid ſi dubitatur,& ibi Anto.col.4.verſ.an autem in dubio,de renunc. Rapha. Co.in d.l.ij.§.vltim.& ibi quoque Pau.Caſt.in 4.caſu.ff.de donat.

57 *Finalis cauſa ſemper præſumitur, fauore piæ cauſæ.*

¶Nã & aliàs ſemper in omni materia,fauore piæ cauſæ,preſumitur finalis cauſa,l.cùm is qui Pamphilum.§.ſi in ea opinione ſit mulier,ff.de condict.indeb.& voluit.Bal.in l.dictam legem,colum.2. verſ.ego dixi,C.de condict.ob cauſ.Alexan.in additio.Bar.in d.l.ij.§.vlt.de donat. & Carol. Ruin. conſi.cxxxvij.incip. verbis vtriuſque teſtamenti,col.pen.nu.10.lib.ij.

58 *Quid ſi eſſet in commodum piæ cauſæ, ſi præſumeretur finalis.*

¶Hæc autem intelligo,vt ſcilicet præſumamus cauſam finalem,ſi ſit fauor,& commodum piæ cauſæ,vt talis præſumatur.Quòd ſi è diuerſo id tenderet ad odium,& incommodum ipſius piæ cauſę, tunc contrà præſumeremus non eſſe finalem.vt ſi agatur de reuocatione donationis factæ eccleſiæ, ob defectum cauſæ:nam tunc non præſumeremus eam cauſam fuiſſe finalem, cùm id tenderet ad præiudicium piæ cauſæ,per text.in c.verùm,& ibi Panor.qui illum in id ſingularem dicit,col.j.vers. ſi autem modus.de condi.appoſ.Ad quod facit illa regula,quòd fauore alicuius introductũ eſt, non debet in eius odium retorqueri,l.quod fauore,C. de legib. cum ſimilib. & alia, quòd introducta ad vnum effectum,non debent contrarium operari.

59 *Quid ſi cõmodum reipub ſit coniunctum cũ commodo accipientis.*

¶Tertiò intellige vt procedat,niſi commodum Reipublicæ ſit coniunctum cum commodo accipientis,vt ſi donem mulieri vt nubat intereſt enim reipubl.ne ea indotata ſit, l.j.ff.ſolu. matri. vel ſi alicui donem,vt reficiat domum ſuam,nam reipubl.intereſt domos reparari,ne vrbs ruinis deformetur,l.ſingulari.C.de ędifi.priua.tunc enim cauſa præſumitur finalis,& repeti poteſt,quod in eam cauſam datum eſt,niſi cauſa impleatur,Alberi.in d.l.generaliter,col.ij.verſ.circa hoc tantum, C. de epiſc.& cler.ad hoc referens d.l.ſi quis pro redemptione,circa.fi.C.de donationi. & d. l. ſi ego, de iure dot.quamuis alij vbique,& ipſemet,vt alibi diximus,id tribuant fauori piæ cauſæ. Sed vtrunque,ſcilicet cauſam piæ cauſæ,& reipublicæ,in hoc æquiparat Aegid.Bellam.in d. c.& ſi Chriſtus, col.iij.verſi.ſi dubitatur,de iureiuran.& Imo.in d.l.ij.§.vlt.ſtatim poſt princ.ff.de donatio.& alij multi.Quanquam & hoc ſpectat ad id quod ſuprà diximus,de cauſa reſpiciente commodum alterius, quàm accipientis.

60 *Cauſa finalis præſumitur ex diſpoſitione cõditionali.*

¶Secundum quod ex ſupradictis colligi poteſt,quòd cauſa finalis præſumitur ex diſpoſitione conditionali,quod & vltrà alios multos,quos ſuprà etiam ſparſim citauimus,voluerunt Bar.in d. l. demonſtratio,§.quod autem,col.iij.ver.tertio modo,per eum text.ff.de condit.& demonſtrati.Aegid. Bella.in c.poſt tranſlationem,col.iiij.ver.de conditione,de renun.Saly.& Ludo.Bologni.in d.l. damus,ff.de condic.indeb.Raph.Co.in d.l.ij.§.vlt.circa medium,& ibi Pau.Caſt. verſ.ſecundus caſus, ff.de donat.Iac.à S.Georg.in l.vlt.col.j.C.de edic.diui Adri.to.& Io.Fran.Ozer.in §.ſupradicta,col. 2.nu.vij.Inſtit.de milit.teſta.

61 *Conditio formam inducit, Et ſolennitatẽ non leuem.*

¶Et nemo repugnat,idque optima ratione,etiam ſi deeſſent tex.id expreſsim probantes, quos ſuprà ex aliis adduximus.Nam conditio formam inducit & ſolennitatẽ non leuem,Bal. in auth. matri & auiæ.inſerta l.matres.col.j.ver.quidam tamen dicunt,C.quando mul tute.offic. fungat. Alex. in l.2.§.vlt.col.ij.ver.paſſus non eſt,& ibi quoque Franc.Are.col.vlt. verſ. ſecundò principaliter, & Iaſon col.2.verſ.limita iſtam regulam,ff.de vulg.& pupi.ſubſti.vbi ex eo dicunt,non leue eſſe quod per conditionem profertur,cum aliis concord.ibi ab illis adductis,& à me numeroſius, in tractat. Retract.tit.2.§.2.gl.j.nu.3.inci.& eò quidem magis.Idcirco ea eſt de ſubſtantia probationis,vt dicit ipſe Bal.conſi.cxxij.vtrùm dictus proceſſus,col.j.verſ.allegatur tertiò lib. 3. & debet ſeruari in forma ſpecifica,l.Mæuius,& ibi Bartol.in princip.& l. qui hæredi,ff.de conditionib.& demonſtration. & Doctor.vbique.

62 *Cauſa impulſiua eſt, cùm lex eſt illa generalior.*

¶Tertium,quòd cùm lex,vel diſpoſitio eſt generalior ratione, ſiue cauſa,ea cauſa cenſetur eſſe impulſiua,& non finalis,quod & pręter eos,quos etiam ſuprà citauimus,voluit Io.And.in c.quoniã, in verbo,dominorum,& ibi Domi.ver.quòd ſi aliquis,& iterum ver.ſecundò nota vnum modum, & Phili.Fran.paulò poſt medium,de immunit.eccle.li.vj.Bal.in d.l.generaliter col.2. verſic. ſed in dubio,& ibi quoque Alber.col.2.verſi.ſi autem ceſſat,C.de epiſ.& cle.& idem Bal.in d.l.de quibus, col.x.ver.quo ad ſextum,ff.de legi.Ant.in clem.j.de elect.Corne.con.xxxv.ſemper mihi viſa fuit, col.ij.verſ.& illæ ſubductiones.lib.iij.& conſi.lxxxviiij.licet in primo.col.iij.verſic. & quando ratio. lib.j.& conſi.clxxvij.circa quod eſt primò videndum.col.4.verſi.nec obſtat quod in contrariũ. lib. 4.Felin.in c.cum nuncius.col.j.de teſtib.Iaſ.in auth.quas actiones.col.4.verſi.puto tamen gratia.C. de ſacroſanct.eccl.Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à ceſſatione rationis,in fi.Chaſſe. conſil. lv.ſtante conſuetudine.col.ix.nu.3.& ſeq.& ad hoc ipſe Corne.vbique allegat glo.in l.vlt.ff.de offic. procur.Cæſar.& in l.1.ff.de excep.quæ mihi non admodum huc pertinere videntur.

63 *Cõtra id quod dictum.*

¶Sed aduerte lector amantiſsime,nam id ex diametro pugnare videtur aduerſus id,quòd diximus ſuprà in ceſſante ratione legis,nume.139.incip.proptereáque diſpoſitio,& ſeq.videlicet quòd diſpoſitio quantumlibet generalis,reſtringitur per rationem ſpecialem. Niſi dicas ad tollendam huiuſmodi contrarietatem,quòd illud intelligitur de ratione legis,vel diſpoſitionis propriè ſumpta,quę reſtringit,ac limitat diſpoſitionem generalem.Hîc autem loquimur de cauſa, differente à ratione propriè ſumpta,vt etiam diximus ſuprà,poſt prin.huius operis,& ſecundum ea quę ſcribit Bar. loquens de



quens de hac materia in l.ij.§.vlt.col.ij.verſi.tertiò ſumitur.ff.de dona.& in l.demonſtratio.§. quod autem.col.vlt.in 8.q.ff.de condit. & demon.

64 ¶Quartum quòd cauſa quæ ex prooemio,ſiue præfatione ſumitur,præſumitur finalis, & id præter eos quos ſuprà in id adduximus,voluerunt Bar.Bal.Ange.& Imo.non ſemel,in l.vlt.per tex.ibi,iuncta gloſ.in verbo,modus.in fi.ff.de hære.inſtit.& id dicit ipſe Bal.in ij.not.notatu dignum,nec aliam eſſe legem,quæ id ita bene probat,& iterum ipſe Bal.ibi.in j.oppo.& idem Bald.in prooemio C.§. quibus.qui eſt vlt.in j.not.& in l.vt liberis.in j.not.per illum text.C. de collat.& in l.noſtram.col.j. ver.tu dic.C.de teſtam.& in l.j.ff.de orig.iur.& conſi.ccl.in q.domini Milani.col.vlt.verſi.itẽ prooemium.lib.j.Car.Flor.& Imo.in c.ex parte.quod eſt pen.vterque ad fi.de cler.coniug.Ro.con.clxxx. ſi admittimus.col.ij.ver.præmiſsis tamen non refragantibus.Alex.conſi. cxix.viſo proceſſu cauſæ. col.vlt.ver.circa ſecundum.lib.v.Ange.Are.in §.ſed & ſi quis.col.2.ver.in gl.expreſſum,Inſtit.quib. modis teſta.infir.Philip.Franc.in c.quoniam.poſt med.de immun.eccl.lib.6.Soci.conſil.lxvij. incip. viſis inueſtituris,col.3.ver.ſecundò probatur,& iterum ver.tertiò ſi dicta concluſio.lib.1.quod conſi. repetitur conſi.clxv.lib.2.& idem Soci.conſi.clix. in præſenti conſultatione præmittẽs aliqua,col.v. ver.quartò & vltimò.lib.2.& conſi.cclxxiij.in præſenti conſultatione conſiderata,col.vlt.verſi. præterea dico quòd ex quo,d.lib.2.Iac.à S.Georg.in l.vlt.col.j.C.de edicto diui Adria.tol.Franc. Curt. Senior,cõſi.xxxix.viſis & diligenter,col.j.Philip.Dec.conſi. ccclxxix. requiſitus pro conſilio,col.3. verſi.& vlterius iſta concluſio.Io.Fran.Ozer.in §.præterea.col.3.nu.10.Inſtit.de milit.teſtam. Maria. Socin.Iunior conſi.xxj.circa propoſitam quęſtionem. col.j.lib.j.

*Cauſa quæ ex prooemio ſumitur, finalis præſumitur.*

65 ¶Et huc quoque ſpectant alij tex.probantes mentem,& voluntatem diſponentiũ ex prooemio maximè colligi,ſcilicet l.item quia.§.vlt.ff.de pact.& l.cum hi.in prin.& ibi Bar.col.j.verſi.item not.ex iſto verbo,& iterum in §.eam tranſactionem.& ibi quoque Rayn.ff.de tranſact.& l.regula.§.ſi quis. & ibi quoque Bar.& Bal.ff.de reg.iur.& l.Titia.§,idem reſpondit.ff.de ver.oblig.& l.j.& ibi Bar.ff. ad SC.Mace.& l.cum pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ij.& in c.ex multa.§ ſecundò quæſiuiſti, ibi,verũ ſi ad ſuperiora.& ibi Pan.col.2.in 4.not.de voto.& c.vbi periculum.& ibi Io.And.ne cler.vel mon. lib.6.Bar.in l.eum qui certarum.ff.de verb.obl.& in prooemio C.col.vlt. ver.oppono & videtur.& ibi Bal.in §.vlt.in j.not.& idem Bar.in l.ambitioſa.col.antepe.verſ.viſis & examinatis.ff. de decret. ab ord.fac.Imo.in d.l.vlt.col.j.ff.de hær.inſti.Rom.conſi.xvj.viſo themate,col.j.vbi ex hoc dicit,& probat ſigillatim ex ſtatuti præfatione, diſpoſitionem conſtringi, extendi, & declarari.& conſi.xc. viſo themate quæſtionis.col.j.verſi.his tamen non refragantibus.Panor.conſi.xciij.ſtatuto ciuitatis Groſſetanæ.col.2.ver.ſecundò videtur.lib.j.Alex.conſi.vij.viſis & diligẽter animaduerſis.col.2.ver. verba enim appoſita. lib.2.& conſi.lv.quoniam cauſa.poſt princ. lib.v.

*Prooemium oſtendit mentem,& uoluntatem diſponentium.*

66 ¶Sed illud tamen quod diximus,ex præfatione præſumi cauſam finalem, intelligit Barb. aut quiſquis is fuit,qui eam additionem fecit ad Pan.in c.poſt tranſlationem.de renunciat.vt id quidem nõ ſit ex natura præfationis,vt eam vim obtineat, ſed ex natura cauſæ expreſſæ in ipſa præfatione. Si enim in ea exprimeretur cauſa,quæ haud dubiè ſua ipſius natura eſſet impulſiua,nõ fieret,nec pręſumeretur eſſe finalis,vti dicit voluiſſe Bar.in extrauag.ad reprimẽdum.in verbo,ne ex eorum abſentia.vbi tamen id non dicit,ſed ſimpliciter cauſam ſumptã ex præfatione,præſumi finalem,quod certè verum eſt,niſi natura ipſius cauſæ repugnaret.

*Declaratio eius quod dictũ eſt, cauſam prooemij præſumi finalem.*

67 ¶Quintum,quòd ratio naturalis etiam non expreſſa in lege,vel alia diſpoſitione,facit pręſumi eam eſſe finalem,vt ex Bar.& aliis diximus ſuprà nu.44. Quibus adde text.in l cum ratio.in princ ff.de bon.damn.qui dicit naturalem rationem,eſſe legem quandam tacitam,& in l j.§.in primo,ibi, naturali ratione ſubnixũ C.de cad.tol.Ex quo Bal.ibi,in prin.not.ea quę ſunt naturali ratione ſubnixa, debent intacta & illibata perpetuò cuſtodiri:& ideo,inquit, ad naturalem rationem eſt recurrendum,quę optimus eſt legis clypeus,quod dicit tenendum menti.& ſequitur Fely.in c.tua nos. col.2. ver.& ad iſta.de iureiur.& Matth.Afflict.in c.j.col.v.nu.25.tit.qui ſucceſ.tenean.

*Ratio naturalis etiam non expreſſa,præſumitur finalis.*

68 ¶Et videmus etiam aliàs Iuriſconſultos ſuis legibus inniti,ratione naturali.l.j.§.ſi id quod.ff.de act. & oblig.ibi palam eſt naturali ratione inutilem eſſe,& in l.itaque.in princ.ff.ad leg.Aquil & in l.ſi à patre.§.vlt.ff.de petit.hęred.& in l.2.§.j.ff.de vſufructu ear.rer.quæ vſu conſu.& l.j.§.parens.ff. de lib. agnoſc.& §.j.Inſtit.de nupt.& §.conſtituitur.Inſtit.de vſufr.

*Ratione naturali innituntur Iuriſconſulti.*

69 ¶Vti & naturali quoque æquitate,vt patet ex l.j.in prin.ff.de pact.vbi gl.declarat,& l.j.in princ.ff.de minor.& l.j.in prin.ff.de leg.pręſtan.contra tab.bon.poſ.pet.quod & ſæpe faciunt noſtri Doct. præſertim Bal.vt videre poteris apud eum,in l.reſcripta.paulò ante fi.C.de precib.Imper.offer. & in l.j. quam vnam legit.C.ſi aduer.delict.& in auth.niſi rogati.col.3.verſi.hac ratione determinatur.C.ad SC.Trebel.& in c.j.§.hoc quod nos.col.j.in verbo,pro bono pacis.tit.de pace Conſtan. Quod non longè diſtat à ratione ipſa naturali,vt dicemus poſtea.nam & rationem ſimpliciter,pro æquitate naturali intelligit gl.in c.j.§.denique.tit.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.

*Et naturali æquitate.*

70 ¶Súntque & aliæ multæ leges,quæ naturam pro vnico, ac ſolido teſtimonio,& ratione adferunt,vt l.ſi non ſortem.§.libertus.poſt prin.& iterum in fi.& vtrobique gl.in verbo,natura.ff.de cond.indeb. & l.nã & hoc natura.eo.tit.& l.naturalis.in prin.ibi naturalis eſt,eo quoque tit.neque enim ibi naturalis dicitur cõdictio,ea ratione quam dicit gl.ibi,ſed quia natura id ęquum erat,vt dicitur in d.l.nã & hoc natura.& præterea adduci poteſt,l.adoptio.ff.de adopt.vbi adoptio in his tantũ perſonis, locum habet,in quibus etiam natura poteſt habere.Cuius legis autoritate, atque etiam §. minorem.

*Naturæ teſtimonium. Lex imitatur naturam.*

Inſti.eo.Doct.ſæpe illud aſſumunt,legem,atque artem imitari naturam.& inter cæteros Bart.in l.ſi is,qui pro emptore.col.xij.verſic.eius quod eſt impoſsibile.ff.de vſucap. Sed & eius quoque l.teſtimonio Ange.conſi.x.ſanctiſsima.col.v.verſi.fatetur fiſcus,dicit naturam legis eſſe pedagogam.

*Legis virtus, in naturali ratione conſiſtit.*

71 ¶Et per eum quoque §.minorem.tradit Bal.in l.quoties.quæ eſt vlt.poſt prin.C.de ſuis & legit. virtutem legis in naturali ratione conſiſtere.Legem enim ſeſe ſpeculari in natura.& illum refert,& ſequitur Fel.in c.tua nos.vbi ſuprà,de iureiur.Cicero autem lib.3.Offic.ſcribit naturã eſſe legis fontẽ. Et cùm nos ederemus commentarios in l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.quæ, vt illic docuimus, ex meris naturę præcordiis,& viſceribus eſt deprompta,hoc diſticho luſimus,

*Eſt legis natura parens, eadémque magiſtra:*
*Si neſcis, legito hæc, continuóque ſcies.*

*Quod apparet per rerum naturam, non indiget probatione.*

72 ¶Sed & in eandem ſententiam faciunt aliæ leges, videlicet l.3.§.ex contrario.ibi, contra naturam. ff.de acquir.poſſ.vbi Franc.Aret.in j.not.illud quoque ex ea not.quòd lex imitatur naturam quantum poteſt.& l.j.§.furioſum.ibi,natura manifeſtum eſt,& iterum in §.mutum,vtente iiſdem verbis, ff.de actio.& oblig.& l.vbi autem.§.illud.ibi,ipſa natura manifeſtiſsimum eſt.ff.de verb.oblig. Cuius etiam autoritate tradit Bal.in c.j.col.v.verſi.item quæritur.ibi,dicit Io.de Broneſco,tit.an agn. vel fil.quòd id quod apparet per rerum naturam,non indiget probatione.

*Naturalis iuſtitia.*

73 ¶Nec omittendum eſt tex.loquens de naturali iuſtitia, ſed quem omnes vbique trahunt ad rationem naturalem,in l.ſcire etiam oportet.ff.de excuſ.tut.Ex quo Iaco.Ray.Cyn.& ab eis Bald. circa medium not.ſufficere naturalem rationem ſine lege,quod ipſe Bald.dicit not.dignum.& ſequitur Iaſ.in l.illam.col.3.verſi.limita tamen.C.de collat.vbi ex hoc limitat id quod per eum tex. dici ſolet,quòd erubeſcimus ſine lege loqui.Ex eo quoque tex.idem Cy.in l.non dubium.col.vlt. verſic. primò quæro.C.de legib.dicit quòd propter rationem naturalem etiam nõ ſcriptam,poſſumus recedere à verbis legis,& ſequitur Bal.ibi,col.3.verſi.ſed hîc vnum quæro.& Panor.in c.j.col.3.verſi. nota.ibi,intentione. de iuram. calum.

*Naturalis ratio ſufficit ſine lege.*

74 ¶A quibus non longè diſtat quod ſcribit And.Iſer, vti à nonnullis allegatur,in procem. Feud. col. vlt.verſi.nam rationabile,quòd naturale,& rationabile aliquod dictum ſine lege,ita debet mouere iudicem,vt ipſa lex.& ita illum citat,& ſequitur Maria.Soci.iunior,conſi lxj.inſpectis,col.12. nu.43. hinc dixit egregiè,lib.2.licet And.ipſe (niſi ſit mendum in eo codice) non loquatur de dicto naturali,ſed tantùm de rationali.ſed & in id allegat ipſe Maria.Ang.conſi.cclxxv.thema ſuper quo. col. vlt.dicentem,vt ipſe refert autoritate Ariſtotelis,quærere legem,vel rationẽ, vbi naturaliter ſentimus,nihil aliud eſſe quàm infirmitatem intellectus,quamuis Ang.ſimpliciter loquatur,de his quæ ſenſui patent.At illud primùm,ſcilicet de his quæ naturaliter in nobis ſentimus, dicit idem Ange. in alio loco,videlicet conſi.ccclxvij.in quæſtione vertente,col.2.verſi.primò quia capta.quẽ in hoc ſequitur Iaſ.qui & ipſe priorem locum in id citat,in auth.ſi qua mulier inſerta.l.generali.col.2.verſi. contrariam opinionem.C.de ſacroſanct.eccl.& in d l.illam.vbi ſuprà, de collat.

*Lex non fingit,quod natura impoſsibile eſt.*

75 ¶Quid,quòd lex nunquam inducit fictionem,aut præſumptionem contra naturæ potentiam, ſiue impotentiam,Id eſt, lex non fingit id quod natura eſt impoſſibile.gl.in l.Gallus.§.ſi eius.in gl.magna.& ibi Bar.& alij,ff.de liber.& poſth.gl.in l.3.ff.pro ſoc.& ibi Bal.qui ex hoc dicit, quòd fictio imitatur naturam,Barto.in l.ſi is qui pro emptore.vbi ſuprà,& ibi Iaſ.col.42.verſi.ex prædictis habes,qui eſt in nu.109.ff.de vſucap.idem Bart.in l.eandem.col.j.& ibi quoque Ange.Imo.& Franciſ. Are.ff.de duob.reis.Pet.Anch.conſi.xxxij.incip.ſubtiliter & copioſè.col.2.verſi.ſecundò probo. & doct.vbique.Ad quod citari ſolet l.ſi paterfamil.§.vlt.cum l.ſeq.quæ eſt d.l.adoptio.ff. de adopt.& d.§.minorem.Inſtit.eo.tit.& l.qui ad certum.ad fi.ff.loca.& l.certè.in prin.ff.de preca.& l.ſi tibi electio.§.vnius.ff.de optio.leg.& d.l.3.§.ex cõtrario.in prin.& iterum in fi.de acquir.poſſ.& l.ſi pupilli. §.quid ergo.in verbo,nec poſsit.ff.de neg.geſt.& d.l.2.ff.de vſufru.earum rerum quæ vſu conſu.vbi ſcribitur,naturalem rationem,autoritate legis immutari non poſſe.

*Ratio naturalis potentiſsima,in interpretatione ſtatutorum.*

76 ¶Adde ſuperioribus quod ſcribit Bal.in c.j.col.xiiij.in verbo,aliquid.tit.de pace Conſtantiæ compoſita.prout illum citat Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore.col.lxix.nu.62.quòd ratio naturalis, eſt potentiſsima in ſtatutorum interpretatione.Et quod tradit Ang.conſi.cccxlv.incip.primo matris.col. 2.ver.ego in hac diſputatione.quòd ratio naturalis certa eſt ratio,& in dubio habetur pro lege ſcripta,per d.§.ſufficit.loquentem (vt iam ſuprà diximus ) de iuſtitia naturali. Nam vt Angel. ſubdit, naturalis ratio,idem eſt quod iuſtitia naturalis,præualens rationibus coniecturalibus.

*Papa ſine cauſa non diſpenſat, contra rationem naturalem.*

77 ¶Finem huic rei fecero,modò recenſuerim nonnulla in hanc ſententiam dicta Panor.Nam in repe. c.per tuas.col.xj.verſi.nec obſtat ſi dicatur.de arbitr.dicit, quòd Papa non poteſt diſpenſare contra legem canonicam,fundatam in dictamine rationis merè naturalis,vti nec contra legem, fundatam in ratione iuris diuini.c.ad audientiam.le 2.col.v verſi.bene fateor quòd vbi lex. de reſcrip.& Auguſt.Bero.in rub.de reſcrip.nu.134.& iterum nu.151.idem Panor.in c.vlt.col.4.ver. & licet ratio.de re iudic.quòd licet ratio non exprimatur in lege,tamen illa debet coniecturari,quę potuit naturaliter mouere legiſlatorem.quod & idem voluit ipſe Pan. in c.ſecundò requiris. col.j. in j.not.de appel.& rurſum ibi,col.2.verſic.vltimò not.ibi,ipſe nanque,quòd licitè in deciſionibus cauſarum allegatur ratio naturalis.

*Ad rationem naturalem recurrendũ,deficiente iure ſcripto.*

78 ¶Sed & ipſe Panor.in c.cùm ſint.col.j.in vlt.not. de deci.ait, quòd cùm ius ſcriptum deficit, debemus recurrere ad rationem naturalem,per d.§.ſufficit.& ſequitur Fran.Curt.ſenior conſi.lvij.ſuper eo quod

eo quod



eo quod ab ordine,col.2.nu.17.Denique idem Panor.in c.nulla.in j.not.de præben.quòd poſſumus argumentari à ratione naturali,abſque allegatione iurium,per eum text.qui tamen ſimpliciter de ratione loquitur. Et eum tamen ſequitur Fely.in dicto c.tua nos.col.2.verſi.in tex.ibi res,de iureiur. Id quod proximè accedit ad id,quod ex Bal.diximus,ſuprà,num.abhinc 5. Et huc quoque ſpectat quod dicemus infrà in iij.limitat.

*Gerundiui vis.*

79 ¶Sextum,quod ſuperioribus annectendum duximus,quòd gerundiuum facit ſemper præſumi cauſam finalem, Bart.in d.extrauag.ad reprimendum.in verbo,ne ex eorum abſentia.col.j. dicens id probari in l.j.§.j.ff.de dolo.in diffinitione doli,& in l.j.ff.de tute.in diffinit.tutelæ. Bald.in l.id quod pauperibus.col.j.ver.iuxta hoc eſt ſciendum,vbi id declarat.C.de epiſc.& cleri.Alex.in addit.Bart. in l.2.§.vlt.ff.de dona.Ioan.Plat.in §.j.verſi.& ſic habes.Inſtit.de actio.Ange.Are.in rub.eiuſdem tit. col.2.verſi.ex qua etiam not.& ibi quoque Iaſon col.xiiij.in paruis,ver.aduertendum tamen eſt. & Hiero.Grat.conſi.cxxiiij.cùm hæc cauſa.col.2. nu.18.lib.j.

*Gerundiuum importat neceſsitatem.*

80 ¶Et hoc confirmatur,quòd gerundiuum importat neceſsitatem,gl.& Bal.in rub.ff.de eden.Odofr. in rub.C.eo.tit.Bal.in rub.ff.de liber.& poſth.vbi Bal.dicit quòd importat formam. & Ange.in l.j. in prin.eo.tit.vbi dicit quòd importat neceſsitatem cauſatiuam.Maria.Soci.Senior, in cap.j.in fi.de mut.petit.de quo tamen,quia id perpetuum non eſt,vide Alex.& Iaſ.poſt alios antiquiores,quos citant,in dicta rub.C.de eden.& Saly.in l.j.ver.quæro ab extra.C.de his qui latro.vel ali.crimin. reos occul.vbi & alia multa dicit de vi,& natura gerundiui.

*Et formam. Et neceſsitatẽ cauſatiuam. Et conditionẽ.*

81 ¶Sed vtcunque ſit de ea re,tamen eam ſententiam principalem fulcit,quòd gerundiuum conditionem facit,ex multorum ſententia:quæ ſi vera eſt,huc admodum pertinet,quia cõditio denotat cauſam finalem,vt diximus ſuprà nu.60.incip.ſecũdum quòd ex ſupradictis.ſed nec hoc quoque perpetuum eſt,vt ſcilicet gerundiuum faciat conditionem:ſed tum demum,cùm iungitur verbo futuri temporis,vt videre licet ex Bar.in l.ſi tu ex parte.ante fi.& ibi Franc.Are.in ij.not.ff.de acq.hære.& pro eodem Bar.in l.j.col.vlt.ver.octauò quæro.ff.de cond.& demon. Bal.in l.falſus.col.3.ver.& nota hîc in dictione.C.de furt.Corne.conſi.xc.in cauſa vertente,col.2.verſi.quia gerũdiuum. lib.4. & conſi.cxliij.licet in hac conſultatione.col.3.ver.illud enim gerundiuum.eo.lib.4.& Felyn.in c.exceptionem.col.3.verſi.noto quòd illud.de except.Ioan.Plat.& Ange. Are.vbi ſuprà,Philip.Dec. cõſil. cccxxxiij.viſa copia.col.2.verſ.non obſtat quod ſecundo.

*Dictio, quia, an denotat cauſam finalem.*

82 ¶Septimum,dictio quia,denotat cauſam finalem,Bal.in l.j.col.j.per gloſ.ibi,in verbo,occupati.ff. de fer.in j.lect.& in l.j.col.vlt.ver.& nota quòd cauſa. C.de falſa cau.adie. Verùm Imo.in l.ij.§.vlti.col.j. ver.item adde ei.ff.de dona.nulla Bal.mentione facta,contrarium tenuit, videlicet quòd cauſa expreſſa per hanc dictionem,quia,tam in contractibus quàm in legatis non præſumitur finalis,niſi fuerit obligatoria,vel acceſſoria cauſæ obligationis,vel niſi ex illa ſperetur lucrum , vel euitatio dãni, per ea quæ not.Bart. in l.damus.ff.de condi.indeb.& in l.cùm tale.§.falſam cauſam.ff.de condit.& demonſt.& in l.j.C.de falſa cauſa adiect.Sed tu hîc omnino vide ipſum Barto.in l. demonſtratio.§. quod autem.col.2.in ij.q.penè per totam eam q.ff.de condit.& demon.

*De eadem re.*

83 ¶Ego verò cum Bal.ſum huius opinionis,vt hæc dictio propriè,ſignificet cauſam propriam, & ſic finalem,cùm nulla dictio ſit magis finalis quàm hæc,vt etiam patet ex not.à Car.Flor.in c.quia propter.in j.not.de elect.& in c.verum.poſt prin.de condi.appoſi.Niſi tamen aut natura, ſiue ſubiecta materia,aut aliud quippiam ex his quæ diximus,aliud ſuaderent,vt bene intelligit ipſe Card.Flor. in c.quia circa.in fi.de conſan.& affin.nam ſemper & vbique naturam negocij,ſiue ſubiectam naturam inſpicere debemus,vt latè diximus , & probauimus in repet.l.ſi vnquam.in verbo, reuertatur. num.37.& aliàs etiam videmus,& nu.ſeq.& alibi ſæpe in ea.gl.

*De eadem re.*

84 ¶Nec tamen omiſerim,quod ipſe Bal.ſcriptum reliquit in c.quia propter.col.4.ver.in tex. ibi quia. de elect.quòd huiuſmodi dictio,quia,eſt redditio cauſæ,vt not.in l.ſi is qui animo.ff.de acq.poſſ.Et quando,ait,ponitur à lege,præſumitur finalis,vt not.in d.l.cum tale.§.vlt.ff.de cond.& demon.ſi verò profertur ab homine,& tunc aut eſt neceſſaria,vt ratio quæ redditur à teſte,& tunc præſumitur finalis,c.cum cauſam.de teſti.aut eſt voluntaria,& præſumitur impulſiua,vt in l.2.§.vlt.ff.de dona.

*Cauſa præſumitur impulſiua, in gratiis, & priuilegiis.*

85 ¶Octauum,quòd in gratiis,& priuilegiis,in dubio omnis cauſa præſumitur impulſiua, potius quàm finalis,id enim voluit Bal.in c.decet.& ibi eius autoritate Philip.Franc.ante med.verſic.& dicit hîc Bal.de reg.iur.lib.6.per not.in l.2.§.vlt.ff.de donat.Circa quod & tu vide , quæ nos latè ſcripſimus ſuprà in hac eadem limitat.nu.11.incip.hæc tamen prima.cum multis ſeq.

*Cauſa cohærens, dicitur finalis.*

86 ¶Nonum,quod & ex præcedentibus depromitur, quòd cauſæ quæ cohærent diſpoſitioni, & quæ inſpecta iuris diſpoſitione inducunt,& arctant ad ita diſponendum,dicuntur finales,hanc enim veluti regulam ponit Socin.conſil.clix.in præſenti conſultatione.col.6.verſi.confirmantur etiam prædicta.lib.2.& allegat d.l.j.& ibi Bar.C.de falſa cau.adiec.lega.& ipſum Bart.in l.demonſtratio falſa. §.j.ver.tertiò quæro.de effectu cauſæ.ff.de condit.& demon.& in l.damus.ff.de condi. indeb.& expreſsius Imo.in l.2.§.vlt.ff.de dona.& in c.poſt tranſlationem.de renunc. Suprà autẽ diximus,quando cauſa dicatur cohærere diſpoſitioni.

*Cauſa impulſiua facit, ut promiſsio non dicatur eſſe nuda, & ſine cauſa.*

87 ¶Illud denique dixerim in hac tractatione cauſæ impulſiuæ , eam non omnino eſſe ſuperuacuam, inutilem , & inefficacem, vt quæ ſufficiat ad id, vt promiſsio non dicatur eſſe nuda , & ſine cauſa, ſi ſit cauſa quædam impulſiua,vt voluit Bald.in l.generaliter.col.iij.verſic.quartò quæro.C.de non numer.pecun.per l.creditor.§.j.ff.manda.& l.à Titio.ff.de verb.obligat. quod dicit notandum. &

Alex.conſi.lxxvj.viſo libello producto.col.j.verſi.ex his patet,lib.6.& facit quòd ſcribit ipſe in l. pactum quod dotali,col.3.in xvij. queſt.C.de collat.

*Cauſa impulſiua facit, ut facilius diſpenſetur.*

88 ¶Sed & aliud quoque non contemnendum operatur,vt ſcilicet preſtet faciliorem cauſam diſpenſandi,vt videre licet ex c.magnæ.& ibi Panorm.qui id ex eo expendit,& aduertendum dicit,col.2. ver.vltimò nota quòd ceſſante,ibi,aduerte tamen quòd licet,extrà de voto.Et idem voluerunt Anto.& Panor.in c.ex parte tua.col.vlt.extrà de conuer.coniug.per illum eundem text.in d.c. magnæ. Et id certè maximè tibi notandum ducimus,quia multi ſtatim prima fronte,ei ſententiæ minimè aſſentirentur,propter ea quæ not.in c.quia circa.de conſang.& affinit.

### SECVNDA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ habet locum, cùm ea innixus, uerſatur in turpitudine.*

1 ¶Secundò limita hanc noſtram regulam,quia ceſſante cauſa ceſſat effectus,vt non procedat, quando is qui ex ceſſatione,ſiue defectu cauſæ contendit effectum ceſſare.ſiue deficere,eo ipſo verſaretur in turpitudine,text.eſt not.à paucis tamen in id priuatim annotatus, in l.cùm profitearis.C. de reuoc.dona.vbi allegans defectum finalis cauſæ,non auditur,ſi id allegando,propriam quoque turpitudinem allegat,& ad hoc illum tex.expreſsim expendit Bal.ibi.

*Turpitudinem ſuam allegans non auditur.*

2 ¶Et id quidem generale eſt,vt non audiatur turpitudinem ſuam allegans,l.tranſactione finita.C.de reuoc.his quæ in frau.credit.& l.ſi creditoribus.C.de ſeruo.pign.dat.manumiſ.& l. ſi ſeruus pluriũ. §.j.ff.de lega.j.& l.2.ff.de condict.ob turpem cau.& c.ſicut.de teſtib.& c. cùm ſuper quæſtione. de conceſ.præben.& c.inter dilectos.de donat.& c.nemini.xv.q.3.& cap.non ſanè.xv.q.v.Super quo tamen,quia recipit multas diſtinctiones,& limitationes,vide gl.in c.inter dilectos.in verbo,turpitudinem allegabat,& ibi docto.de reuo.can.donat.& Bald.in repet.l.2.col.xxix.verſi. ad ſolutionem iſtius quæſtionis.ff.de iureiur.Panor.in dicto c.cùm ſuper.de conceſ.præben.Soci.conſi. cliiij. incip. viſis in inſtrumento donationis,col.3.verſ.circa primum.& multis ſeq.per iij.vel iiij.col.lib.ij.& quę nos diximus in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gloſ.2.in verbo, *a vendu,* num.15.at vnum eſt, & gl.18. in verbo, *Le pris que la choſe,* & c.num.20.quantum autem. & nu.24. ſed & aliud eſt,& ſeq. & iterum num 72.aut etiam niſi dicas.

### TERTIA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ obtinet, ſi ratio naturalis repugnat.*

1 ¶Tertiò limita,vt non procedat noſtra regula quando ratio naturalis repugnaret, vt ceſſaret effectus ob ceſſationem cauſæ:neque enim tunc poſſet aſſumi argumentum à ceſſante cauſa, vti nec à contrario ſenſu,nec quoduis aliud,vt pulchrè dicitur voluiſſe Anto.in cap.ad monaſterium. col.2. verſi.venio ad verb.in refectorio.extrà de ſtatu monac.vti refert & ſing.dicit Vincen.Pallio, nominatim loquens in caſu noſtræ regulæ,inter conſi.Fran.Cur.ſenioris conſi.xvij.incip.in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis.col. 4.ver.pręterea in quantum:quãuis in meo codice Ant.id nõ ita ſcriptum ſit.Tamen id admodum iuſtum eſt & rationabile,& id expreſsè tenuit ipſe Ant.ab illis nõ citatus in c.cùm Apoſtolica.col.vlt.& ibi quoque Imo.col.v.verſi.ſi autem cauſa ſit finalis.de his quę fiunt à pręla.ſine conſen.cap. Et id confirmatur ex his quę ſcripſimus ſuprà in j.limit.nu.44.incip. hęc Bar.& iterum nu.67.incip.quintum quòd ratio.& multis ſeq.vſque ad nu. 77.

### QVARTA LIMITATIO.

*Cauſam adeſſe certo aliquo tempore, ſufficit.*

1 ¶Quartò limita,vt non procedat , quando ſufficit, vt cauſa adſit certo aliquo tempore.nam ſi eo tempore adfuerit,non ceſſabit effectus,ſi poſtea ea cauſa ceſſet.l.ſi quis hęredem.C.de inſtit.& ſubſtit.vbi ſufficit conditionem,momento temporis quo adeſſe debuit,adfuiſſe.l.quæcunque.§.vlti.ff. de Publicia.in rem actio.vbi ſufficit poſſeſsio momenti,quo adeſſe debuit,quas leges ad hoc allegat & inducit Bal.declarando dicta Pet.& Cyni,in l.generaliter.col.3 verſi.ſed ego dico.C.de epiſ. & cler.Imo.in clem.2.col.2.verſi.concluſionem autem.de reſcrip.& Fely.in cap.cùm ceſſante. poſt princ.& ibi Philip.Dec.col.j.verſi.tertiò fallit.de appel.idem Dec.in auth.pręterea.in fi.C. vnde vir & vxor.& conſi.xxiiij.cuius factum incipit,mulier cui propter inopiam,col.j.Iaſon in l.ſciendum.§. vlt.verſi.ad idem facit.ff.qui ſatiſda.cog.& Franc.Ripa in l.ex facto.col.4.nu.17.ff.de vulg.& pupil. Et ad hoc quoque allegat Imo.vbi ſuprà.l.3.ff.de auro & arg. leg.

*Vxor diues facta, non amittit quartã ſibi delatã ob paupertatem.*

2 ¶Et ex eo dicit ipſe Philip.Dec.in dicta auth.pręterea.& dicto conſil.xxiiij quòd ſi mulier ,cui ob paupertatẽ delata erat quarta pars,de qua loquitur,d.auth.pręterea.efficiatur poſtea diues, nõ propterea eam quartam amittit,quia qualitas paupertatis ipſius mulieris requirebatur , tempore mortis mariti:quæ cùm eo tempore ſemel adfuerit,ſufficit vt perpetuò id beneficium duret.

*Qualitatẽ adfuiſſe tempore requiſito, ſufficit.*

3 ¶Sed & huc quoque pertinet,quòd ſi qualitas quępiam certo tempore requiratur,ſatisfactum erit, ſi eo tẽpore adfuiſſe reperiatur.l.in delictis.§ ſi extraneus.ff.de noxal.& l.ex facto.& ibi Bar.in prin. ff.de vulg.& pup.& l.Titius.& ibi Bar.ff.de teſta.mili.& d.l.ſciendum.§.vlt.ff.qui ſatiſd.cog. vbi ille qui,quòd tẽpore iudicij poſsidet immobilia,releuatur à ſatiſdatione , & ſi poſtea deſinat poſsidere ea bona,non tamen tenetur præſtare ſatiſdationem,quaſi cauſa ceſſauerit, quoniam tempus iudicij inſpicitur.Ex quo not.Pau.Caſt.ibi,quòd excuſatio ſemel conceſſa propter aliquam cauſam , quæ aderat congruo tempore,durat, quamuis cauſa non duret.Et quod fortius eſt,etiam ſi ceſſet facto ipſiuſmet excuſati.vt probat ille tex.vti ponderat Iaſon ibi,col.2.verſi.not.ex iſto tex.

*Reſcriptũ directum canonico aut alteri huiuſcemodi, an ceſſet ceſſante illa qualitate.*

4 ¶Et ex hoc quoque fit,quòd cùm reſcriptum Papę , non niſi canonico eccleſiæ cathedralis,vel ſimilibus perſonis enumeratis in c.ſtatutum.de reſcrip.lib.6.& aliis iuribus dirigi non poſsit , ſi cauſa per reſcriptum fuit commiſſa canonico , qui poſtea deſinit eſſe canonicus : nam ob id ceſſat commiſsio,etiam ceſſante ea qualitate,ſecundum Pet.in l.generaliter.& ibi Bal.qui id tamen declarat, col.



col.4.verſi.ex prædictis determinatur.C.de epiſc.& cler.nam vt dicit ipſe Bal.decretalis non requirit iſtam qualitatem adeſſe,niſi tempore impetrationis,vt d.c.ſtatutum.poſt prin.& ibi Ioan.Andr. in nouella,col.v.ſuper gl.habentibus.vbi id latè tractat poſt alios multos antiquiores ab eo citatos. & certè idem ibi ante eum tenuere Ioan.Mona.col.2.ver.ſed quæro aliquis tempore. & Archidia. col.3.ver.quid ſi cauſa fuit commiſſa.& ibi item ipſemet Ioan.And.in glo.ordin.in verbo, canonicis. ante fi.ibi,& ſi tempore datæ.& ibi quoque Pet.Anch.col.2.ver.quartò quæro.dicitur, Domi. col.3. ſuper ea gl.& Philip.Franc.col.2.ſuper eadem gl.& prætere a gl.in cle.2.in verbo,principalis.ibi,ſed quid ſi deſiit.& ibi Pau.Eleaz.Card.Flor.col.2.in 6.q.& Imo.qui latè tractat,ver. concluſionem autem.Panor.in prin.& Barb.col.7.in paruis,ver.quærit vlterius gl.eo.tit.Spec.qui diſtinguit, tit.de iudice deleg.§.vlt.quid ſi cauſa.Domin.à Rota,deciſ.cxxij.not.quòd vbi aliquis in antiq.& Feder. Senen.conſi.xxxij.queſtio talis eſt,quidam de populo,col.2.verſi.facit etiam quod no.Bal.in l.prædia. poſt medium,ver.extra quæro quid ſi erat.C.de fideicom.Pau.Caſt.conſi.cclxxxviij. ad primũ reſpondetur quòd à dicta.col.3.ver.ſuper tertio dico.lib.j.Domin.in c.licet canon.in princ. col. 2.ver. primo caſu.de elect.lib.6.Fely.latè in c.quoniã abbas.col.3.verſ.ſed nunquid deſinens.& ibi quoque Philip.Dec.qui hanc dicit eſſe cõmunem opin.& id tamen duobus modis declarat.Tu tamen vide hìc Panor.qui contrariũ tenere videtur in d.c.quoniam abbas.col.4.ver.ex prædictis.videtur mihi difficile.de offic.deleg.& ante illum,licet non alleget,Cyn.in l.tutelas.ff.de capit.dimin.

*Agnatum eſſe tempore delatæ hæreditatis, ſatis eſt.*

5 ¶Quin,& huc quoque nonnulli referunt quod alibi diximus,ſufficere vt tempore delatæ hæreditatis quis ſit agnatus,vt hæreditatem ipſam nanciſcatur,etiam ſi poſtea deſinat eſſe,quia id ampliùs non dependet ex ea cauſa.l.vlt.ff.de ſucceſ.edict.& l.vlt.ff.vnde libe.& l.cognatis.ff.de reb. dub. neque enim agnatio in acquirenda hæreditate reſpicit ſucceſsiuũ effectum : quia vno momento acquiritur.l.placet.de acqui.vel omit.hæred.Hæc enim propemodum Bal.in d.l.generaliter.col.2. verſic. in contrarium.quia tex.dicit,& iterum,col.3.verſi.quandoque autem cauſa finalis.C.de epiſ.& cler. & ibi quoque ante eum Cyn.poſt Pet.col.1.verſi.vnde quæro nũquid.& Imo.in dicta clem.2.col.3. verſi.hæc ratio concludit.de reſcrip.& omnes vbique.Et hoc quoque poteſt pertinere ad id quod dicemus de actu conſummato in xij. limitat.

*Minor non ulciſcens mortẽ patris,non priuatur hæreditate.*

6 ¶Nec hinc longè diſtat quod voluit glo.not.in l.1.in verbo,non vlciſcantur. & ibi poſt eum Alber. Bal.Ange.Saly.Pau.Caſt.& omnes pręter Pet.& Oldra.qui contrarium dicunt,& Cyn.qui dubitat, C.in quibus cauſis reſtit.non eſt neceſ.quòd cùm is qui minor eſt tempore delatæ , & aditæ hæreditatis,non priuetur hæreditate,ob id quòd mortem patris non vltus eſt,quia ſcilicet minor eſt,per tex.ibi, Certè ſi paulò poſt, & vt verbis eius gloſ.vtar, poſt triduum maior efficiatur, nec mortem patris vlciſcatur,non priuatur hæreditate. Suffi it enim vt ſit minor eo tempore. Quod & ipſum voluit alia gloſ.in l.minoribus.in verbo,reſpondere.& ibi quoque Alber.Bal.qui id dicit not.col.vlt. verſi.quærit glo.hìc,Ange.Saly.latè Flor.qui ita dicit ſe conſuluiſſe,Corn. etiam latè, Alex. Iaſon,& omnes etiam præter Pet.Cyn.& Pau.Caſt.C.de his quib.vt indig.& Raph.Fulg.conſi.lij.incip.quidam Antonius.col.2.in 2.dubio.

*Idem de matre minore, quæ nõ petiit tutorem filio.*

7 ¶Et quod in ſimili dicitur de matre,quæ tenetur intra annum petere tutorem ſuo filio impuberi, aliàs priuatur eius hæreditate.l.ſciant.C.de legit.hæred.& l.omnes.C.ad ſenatuſconſ.Tertul. excuſatur tamen,ſi ea minor ſit,cùm eius maritus moritur.l.2.C.ſi aduer.delict.& hæc quidem excuſatio durat,etiam ſi mater poſteà maior facta fuerit : ſufficit enim eam fuiſſe minorem in illo priori tempore,vt voluit Spec.tit.de in integ.reſtit.in prima parte (eſt enim & idem titulus in iij.parte ).§. quis autem.verſi.ſed quid ſi ipſa mulier.& ibi Bal.in addit.illius,per glo.in d.l.j.C.in quib.cau. reſtit. non eſt neceſſ.& idem Bald.in d.illa l.2.C.ſi aduer.delict.etiam per not.in d.l.2.& in d.l.minoribus. dicitque ſe pluries hanc opin.fuiſſe ſecutum ex naturali æquitate, & ibi quoque Salyc. Ange. Pau. Caſt.Raph.Fulgoſ.& alij ſuprà allegati.& ipſe Bal.in auth.ſi captiui.poſt mediũ.verſi.ſecunda quæſtio eſt.C.de epiſc.& cler.dicens aliud eſſe in filio minore,qui non redemit patrem captiuũ , & interim factus eſt maior,nec tamen eum redemit,de quo nos diximus ſuprà in ætate ceſſante,vbi videbis rationem differentię.& idem Bal.in l.qui cõtra.col.j.verſi.ibi,quos omnes.C.de inceſt. nupt. & in l.precibus.col.3.verſi.quid ergo ſi tẽpore primo.C.de impub.& aliis ſubſtit.vbi hanc dicit eſſe cõmunem,& ſecundum eam ſe conſuluiſſe.Ang.in d.l.j.C.in quib.cau.reſtit.in integ.non eſt neceſ. Raph.Fulgo.dicto conſi.lij.in ij.dubio.Pau.Caſt.Alexan.& Iaſ.in l.ſciendum.§.vlt.ille in j. not. alter col.j.poſt prin.tertius,col.3.nu.11.ff.qui ſatiſd.cog.& Rom.ſing.ccxxj.tu habes,vbi & in id allegat l. qui cùm maior.poſt prin.ff.de bonis lib.& l.iij.§.ſcio.ff.de minorib.

*Quid in filio minore, qui etiam factus maior non redemit patrem captiuum.*

*Declaratio ſpeciei præcedentis.*

8 ¶Ex quibus tamen ipſe Pau.in d.l.ſciendum.§.vlti.id declarat,niſi efficeretur maior intra illum annum,reſtarétque tantum temporis ex eo anno, vt poſſet ipſa tutelam aſſumere, vel alium tutorem petere,quia non fuit omnino excuſata, cùm toto tempore anni minor non fuerit. quod & ipſum voluit Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus vel vxor.col.2. ver. & iſtud in terminis. ff.ſolu. matri.& ita intelligendus eſt Ange.qui contrarium prima facie videbatur tenere,eius quod ſuprà diximus, vt ſcilicet mater non excuſaretur,& ita illum intelligit Alexan.in dicto §.ſi maritus.De quo tamen vide ipſum Alex.in d.l. minoribus.

*Excuſatio ob morbũ deſperatum , durat poſt morbum.*

9 ¶Eiuſdem monetæ eſt quod Bart.tradidit in d.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.per eum tex.verſi. ſi autem tantus.ibi,vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit,& ibi etiam Pau.Caſt.circa medium.ibi,& per hoc determinat,& Alex.col.2.verſi.in tex.ibi,nulla ſpes.ff.ſol.matr.quòd ſi quis eſt excuſatus à muneribus

propter morbum, de cuius ſanitate nulla ſpes erat, illi ſemper proderit ea excuſatio, licet poſtea pręter ſpem conualeſcat, & allegat etiam Bart. ad hoc l. pen. in prin. ff. de vacat. mune. & Pau. etiam allegat quod not, per gloſ. in d. l. j. C. in quib. cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſ.

*Nec excuſatio, ob numerũ liberorum, illis deficientibus, extinguitur.*

10 ¶Et id quoque quod à pleriſque ſcriptum eſt, quòd ſi quiſpiam ob numerum liberorũ à tutela fuerit excuſatus, & poſtea is numerus decreſcat morte liberorum, non propterea extinguitur ea excuſatio, & immunitas quam habuit, per tex. in d. l. ſciendum. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. & in §. illud. in auth. conſt. quæ dignit. & epiſ. fil. liber. à patr. poteſt. collat. 6. Ita enim voluit Ioan. And. qui dicit ita fuiſſe in publica diſputatione determinatum, & per præſtantiſsimos doctores conſultũ, in c. decet. de reg. iur. lib. 6. & ibi quoque Bal. in quibuſdam addit. quas fecit ad ipſum Io. And. & Alber. qui id c. legit ſub tit. ff. eo. tit. de regu. iur. Bar. nutans tamen in l. 2. §. non ſolùm. & ibi ipſe Alber. qui eum §. legit cum prin. l. ff. de excu. tuto. per tex. in d. §. non ſolùm. ipſe Alber. in l. ſi vnquam. col. 2. verſic. item in excuſatione. C. de rei vendic. per tex. in d. l. 2. §. oportet. ff. de excu. tuto. Fulgo. dicto conſi. lij. quidam Antonius, col. 2. ante fi. Imo. conſi. lxxvij. viſis ac ponderatis. in iij. dubio. Mart. Laud. in tractatu de fiſco. conclu. cxcviij. habens priuilegium. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Ioan. Ana. conſil. cv. eodémque vlt. circa dubium oblatum. Soci. & Iaſ. latè in d. l. ſciendum. §. vlt. ille col. j. verſ. ſecũdò inducitur. hic col. 2. verſ. not. ex iſto tex. ff. qui ſatiſd. cog. ex quibus Soci. dicit hanc eſſe cõmunem opin. nec ab ea in iudicando, & conſulendo eſſe diſcedendũ. Phil. Dec. in d. auth. pręterea. ad fi. C. vnde vir & vxor. & in l. vlt. in prin. ff. ſi cer. pet. & in l. in omnibus. col. vlt. ff. de reg. iur. & in c. cum ceſſante. col. j. de appel. vbi id dicit not. & d. conſi. xxiiij. col. 2. verſi. quintò accedat. Hippo. Marſi. in l. ſi redhibitus. col. j. ff. de quæſtionib. Franc. Ripa. in l. ex facto. col. 3. verſi. præmiſſa faciunt. ff. de vulg. & pupil.

*Contra illud.*

11 ¶Verum ipſe Alex. in addit. Nicol. Neap. in d. l. 2. §. non ſolùm. ff. de excu. tut. dicit quòd licet id ſequeretur, & conſulendo, & iudicando, tamen contrariam opin. eſſe veriorem, & in eam ſententiam factum fuiſſe ſtatutum Bononiæ, vt ſcilicet decreſcente numero liberorum, ceſſet priuilegium immunitatis, niſi vnus tantùm fuerit mortuus. Sed & in addit. Bart. in d. §. non ſolùm. & etiam in d. l. ſi quis cùm dotem. §. ſi maritus. col. 2. verſi. ſecundò adde, & aliis multis ſeq. ff. ſolu matr. palam illam opi. reprobat, & vbique multas rationes adducit, quas tu videre poteris. Sed quibus reſpõdet Iaſ. in d. l. ſciendum. §. vlt. vbi etiã illic videre in prõptu eſt, ne hîc ea omnia repetendo, diutius te detineã.

*Pro priori opinione.*

12 ¶Vt tamen non omiſerim pro priori illa opinione, vltra ea quæ allegari ſolent, bene facere text. in l. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. & excuſ. muner. vbi qui vocantur ad munera, viuorum ſe liberorũ numerum habere, tempore quo propter eos excuſari deſiderant, probare debent: numerus enim illorum poſtea impletus, ſuſceptis antea muneribus non liberat, & ibi gl. allegat alios tex. concor. Ex quo ſequitur, vt nec numerus poſtea deficiens, tollat immunitatem iam acquiſitam, ex eo tempore quo requirebatur hunc numerum adeſſe, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. l. vlt. §. ſi filius. ff. de lega. iij. & c. vlt. de conſuet. & ad hoc illum tex. expendit Franc. Ripa, in d. l. ex facto. vbi ſuprà, de vulg. & pupil.

*Quid in muneribus nondum conſummatis.*

13 ¶Sed eam tamen priorem opi. & alia ſimilia intellige procedere in tutela, aut aliis muneribus iam ordinatis, & conſummatis. verbi gratia, ſi quis habens duodecim liberos ex ſtatuto ſit exemptus à datiis, certè ſi cùm datiæ erant ordinatæ, cúmque dies partim ceſſerit, partim nõ ceſſerit, & ita nondum erant prorſus conſummatæ, ex duodecim liberis vnus, aut duo moriantur, nihilominus pater erit prorſus ab illis exemptus: inſpecto initio, quo immunitas incipit habere vim ſuam, l. incola. ff. ad municip. non autem à futuris nondum ordinatis. ſi res peruenerit ad caſum, à quo non poteſt incipere. l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de lega. ij. Et ita in ſpecie conſuluit Bal. conſi. cxvij. verba domini. ita dicunt, lib. j. & eum nuncupatim refert, & ſequitur Franc. Ripa in d. l. ex facto. col. 3. num. 17. in fi. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.

*De eadem re.*

14 ¶Quin etiam in illa ipſa ſpecie excuſationis à tutela, ob numerum liberorum, vt ſcilicet ſemel excuſatus à certa tutela, quæ iam ceſſerat, ob eum numerum liberorum, perpetuò maneat excuſatus (etiam mortuis poſtea liberis) ab eadem tutela: non etiam ab aliis, quę poſt mortem liberorum ſuperuenerunt, vti voluerunt nonnulli, quos citat Ioan. Andr. in dicto c. decet. quos tamen ipſe non ſequitur. ſicuti nec facit Soci. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matr. Sed id tamen placuit Phil. Franc. in d. c. decet. & non obſcure Bart. in d. l. 2. §. non ſolùm. ff. de excuſ. tuto. & pleriſque omnibus, qui hanc rem tractarunt. Et hoc mihi verius videtur, ad quod & tu vide quæ dicam infrà in xij. limit. nu. 24. incip. intellige ſecundò.

## *QVINTA LIMITATIO.*

*Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus ad lucrum.*

1 ¶Quintò limita noſtram regulam, vt non procedat, quando tractatur de lucro captando, ſiue quęrendo: quia tunc per ceſſationẽ cauſæ, ſiue rationis, non diſceditur à verbis legis, aut alterius diſpoſitionis, ex ſententia Bart. in l. omnes populi. col. xviij. verſic. ſecundò quæro an ſtatuta. ff. de iuſti. & iure. per tex. in l. proſpexit. ff. qui & à quib. vbi & idem ſentit ipſe Barto. & ſimiliter in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & eum ex primo loco refert, & ſequitur Maria. Socin. Senior conſi. omniũ primo, quod incip. in caſu ſuprà narrato, col. vlt.

*De eadem re.*

2 ¶Sed tu hîc omnino vide Feli. in c. ſi quando. col. viij. verſic. ſed videtur mirabilis. extrà de reſcrip. & quæ nos latè ſcripſimus ſuprà in ceſſante ratione legis, num. 146. incip. intellige ſecundò, & multis ſeq. ex quibus facilè intelliges, quid hîc dicendum ſit. neque enim repetenda viſa ſunt, quæ alibi diximus præſertim in hoc ipſo opere.





## *SEXTA LIMITATIO.*

*Ceſſante cauſa tantum probabili, & nõ neceſſaria, nõ ceſſat effectus.*

1 ¶Sextò limita, vt etiam non procedat noſtra regula, quando cauſa eſt duntaxat probabilis, non neceſſaria, tunc enim ea cauſa ceſſante, licet etiam ſit finalis, non ceſſat effectus, ſiue diſpoſitio, vt eleganter ſcribit Bal. in l. j. col. v. verſi. item an ceſſatio. ff. ſolu. matr. per d. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. loquitur tamen ipſe Bal. cùm ratio, vel cauſa non eſt expreſſa, ſed venit interpretatiue ex alia diſpoſitione, licet eum ſimpliciter, ſine ea declaratione ſequatur Marian. Socin. Senior dicto conſi. j. vbi ſuprà in præceden. limitat. Et ad hoc bene facit quod ex Iaco. Bel. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. affert Alber. in l. generaliter. col. 2. ibi, ſi autem ceſſat culpa. C. de epiſc. & cler.

*Probabile tantum, & nõ neceſſarium, non concludit neceſſario.*

2 ¶Et quòd aliàs in vniuerſum cauſa, ſiue ratio, aut etiam argumentum probabile, & non neceſſariũ, non concludit neceſſario; vt videre licet ex not. à gloſ. & aliis in l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & in l. 1. C. eo. tit. Bart. & aliis in l. j. ff. ſi cert. pet. Bal. in l. conuenticula. col. 2. verſi. item eſt argumentum. C. de epiſc. & cler.

*Ratio debet eſſe neceſſaria, nedũ probabilis.*

3 ¶Glo. autem in l. non omnium. ff. de legib. dicit quòd ratio debet eſſe talis, quæ ſit neceſſaria. Sed & alia gl. in l. ſi cum exceptione. §. poſt annum. in verbo, quoniam & rei habet exceptionem. ff. quod met. cau. ſpecialius dicit, quòd ratio debet eſſe neceſſaria, nedum probabilis. Et deinde dicit, tum demum neceſſariam rationem, cùm lex deficit ipſa deficiẽte, & cùm eadem locum habet, tum ipſa ratio locum quoque habet, quæ res proximè ſpectat ad hanc noſtram limitationem.

## *SEPTIMA LIMITATIO.*

*Regula noſtra non habet locum, quando cauſa ceſſat in ſingulis perſonis.*

1 ¶Septimò limita, vt non procedat quando ratio, ſiue cauſa ceſſat in ſingulis quibuſdam perſonis tantùm: verũtamen verificatur, vt in pluribus, nam eo caſu non ceſſat effectus, ex ceſſatione cauſę, ſiue rationis in illis ſingularibus, vt pulchrè voluit Bal. qui quoquò te vertas, illum vbique reperies, in l. j. col. j. verſi. in ea gl. ibi, ſed impulſiua. ff. de fer. in j lect. per tex. in l. iura. ff. de legib.

## *OCTAVA LIMITATIO.*

*Cauſa ceſſante in una perſona, non ceſſat effectus in aliis.*

1 ¶Quin generaliter, & hæc erit pro octaua limitatione, ceſſante cauſa in vna perſona, non ceſſat effectus in aliis perſonis, per tex. in l. Lucius. §. quiſquis. ff. de leg. 2. & in l. vnum ex fratribus. ff. de condit. inſtit. & not. gl. in c. & ſi Chriſtus. in verbo, ceſſante. & ibi quoque Bal. col. vlt. verſi. dicit gl. quod ceſſante, de iureiur. & idem Bal. in d. l. generaliter. col. 2. verſi. ſed in dubio. C. de epiſc. & cler.

*Leges loquentes de quibuſdam perſonis, ad alias nõ trahuntur.*

2 ¶Et huc pertinet quòd generaliter diſpoſitiones loquentes de quibuſdam perſonis ad alias non trahuntur. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. mat. Et ita quidem, vt ſi aliàs extenſio fieri poſsit ad alium caſum, ex certa quadam ratione, videlicet ex præſumpta mente diſponentis, ſecundum not. in l. tale pactum. §. vlti. ff. de pactis. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthu. Id tamen non fit de vna perſona ad aliam, etiam in fauorabilibus, per l. ſi quis ita. §. ſi quis cùm ignoraret. ff. de teſtamen. tute. & id voluit Raph. Co. in l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſthu. Franc. Aret. & Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. cum aliis multis concord. adductis à me in repet. l. ſi vnquam. in verbo, libertis. num. 28. incip. idque maximè, & duobus ſeq. C. de reuoc. donat.

## *NONA LIMITATIO.*

*Regula noſtra procedit in ratione generali.*

1 ¶Nonò limita, & idem propemodum eſt cum duabus præcedentibus limitationibus, vt hæc noſtra regula procedat in ratione generali, quæ ſcilicet conſideratur in ſua generalitate, id eſt, in generibus ſingulorum, non in ſingulis generum. licet enim in aliquo ſingulariſsimo ceſſet ratio legis, non tamen ceſſabit lex. Bald. in l. non dubium. col. 2. verſic. ſequitur videre de interpretatione. C. de legibus. ita intelligens d. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. & ſequitur Pet. Ancha. in cap. j. char. ix. verſic. circa ſecundum articulum. de conſtitut. & Alex. conſi. xxxij. Clariſsime domine. col. 2. verſi. ad idem bene facit. lib. 7.

*Contrarium.*

2 ¶Sed id non placet Feli. doct. certè celeberrimo, in d. c. ſi quando. col. 8. verſicu. conſidera ſecundò verba, extra de reſcript. neque enim inquit, iuſtum eſt, vt in illo caſu quamuis ſingulari, ceſſante ratione legis, lex ipſa affligat, ita enim loquitur. Sed tu tamen hîc vide, quæ diximus ſuprà in j. limit. num. 62. incip. tertium, quod cùm lex, & ſeq.

## *DECIMA LIMITATIO.*

*Cauſa in qua dictio forte, ponitur.*

1 ¶Decimò limita, vt hæc noſtra regula nõ procedat, quando in cauſa, ſiue ratione ponitur dictio fortè, aut ſimilis, ex ſententia gl. in cle. j. in verbo, fortè, aut vt alij collocãt eam gl. in verbo, appellandũ. de app. quæ quoniã tex. dixerat, quia fortè de facili eorũ pręſentia ſimul haberi non poſsit, dato ergo, inquit, quòd haberi poſſet eorũ copia, locus eſſet ei quod hîc dicitur. Et eam gl. ſequuntur doct. ibi, magna ex parte, ex hoc dicentes eam dictionẽ, fortè, denotare cauſam impulſiuam, nõ finalem, vti videre poteris apud Car. Flor. poſt antiquiores, ibi, col. 2. in xij. q. & Imo. col. 3. verſi. gl. fortè quærat. atque etiã Ant. in c. quoniam. §. niſi forte. col. vlt. verſ. quęro qualiter probabitur. & ibi Pan. col. 6. qui eũ §. niſi fortè, legit cum prin. verſi. quęro quid ſi non facta. extrà vt lite non conteſt. per eũ tex. in verbo, ne fortè hoc procuret. Imo. in l. gerit. col. 2. verſ. nec obſtat prędictis. ff. de acq. hęr. Alex. qui illam gl. dicit no. in l. in ratione. la j. §. quod vulgo. col. 8. verſi. in ea ibi, §. ſi verò non fecerit. ff. ad leg. Falc. vbi ex hoc reprobat deciſi. Bal. in l. filiũ quem. col. pe. verſ. & quia de inuentario. C. fami. hercis. & eundem Alex. in l. j. §. ſi is qui me. col. j. verſ. ratio autẽ qua mouętur, & ibi Iaſ. qui tamen id declarat, & eam glo. dicit ſing. col. 2. verſ. & ſi tu ſubtiliter diceres. ff. ad SC. Treb. Barb. in repet. c. Raynaldus. col. 404. verſ. ponderandum eſt, rurſúmque col. 53. verſi. vnde pondero illũ tex. de teſta. vbi per eam gl. dicit, quòd cauſa, in qua apponitur hęc dictio, fortè, reſpicit factũ, ſiue facti accidentia, & nõ

iuris diſpoſitionem.Fely.in c.2.col.vlt.verſi.primò quòd vbi lex,vt lite non conteſt.Iaſ.in l.ſi pecuniam.col.6.verſi.item nota quòd vbicunque.ff.de condi.ob cau.& in l.in ſubſtitutione.col.2.verſic. vltimò circa dictionem.ff.de vulg.& pupil.& in l.ſi ex falſis,col.2.in v.not.C.de tranſactio. & in §. æquè ſi agat quis.col.7.in paruis.nu.27.Inſtit.de action.Et hæc certè limitatio pertinet ad primam illam limitationem,qua tractauimus de cauſa impulſiua.

*Alia de hac dictione fortè, & ſimilibus.*

2 ¶Quòd ſi alia quædam ſcire cupis de vi,& natura huius dictionis fortè,forſitan,forſan,fortaſſe,fortaſſis,quæ ſunt eiuſdem ſignificationis, vt id obiter dicam,vide glo.in l.mutus.in verbo,forſitan.ff. de procurat.& in l.ſi duo.in verbo,fortaſſe.ff.de recep.arbit.& in l.j.§.j.in verbo,niſi fortè.& in glo. ſeq.ff.de rei vendic.& in l.in commodato.§.ſicut autem voluntatis.in verbo,peritura.ff.de commo. & in d.l.in ſubſtitutione.in verbo,niſi fortè,& ibi Bal.in fi.Ange.etiam in fi.Raph.Com.Imo.col.j. Alex.latè.col.item j.& Iaco.latiùs,col.quoque j.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& gloſ.in c.ſuper literis.in verbo,niſi forſan.& ibi Barb.char.antepen.verſi.venio ad gloſ.in verbo,forſan.& Aug.Beroi.nume. 74.de reſcrip.& gloſ.in c.tuæ.in verbo,ſi forſan.de procurat.& in c.niſi cùm pridem,in prin.in verbo,forſan.de renunc.& in c.2.in verbo,propter contumaciam.& ibi Hoſtien.& Ioan.Andr. vtrunque in verbo,fortè.Cardin.Flor.in iij.not.Anto.paulò ante fi.& Panor.in fi.& Fely.col. pen. verſic. vltimò dum dicitur,vſque ad fi.illius c.vt lite non conteſt.& gloſ.in c.2.in verbo,fortè.& ibi Hoſti. in eodem verbo,Ioan.And.ad fi.Card.Flor.in 4.not.Imo.col.j.in vlt.not.& Barb.col.v.verſi.& not. etiam ex iſta.extrà de teſtam.& glo.in c.ex parte.in verbo,ne ſi fortè.poſt prin.& ibi Anto. verſic. oppono quod omnino.& Panorm.circa medium,de celebr.miſſar.& gloſ.in cap.tua nos.in verbo, fortè.& ibi Innoc.in princ.de ſponſal.& gloſ.in clem.2.verſi.denique.in verbo,forſan.& ibi Cardin. Flor.in princ.de ſenten.& re iudic.& gloſ.in c.admonere.in verbo,ſi fortè.xxxiij.q.ij.& in c. quamobrem.in verbo,ſi fortè.de pœnit.diſtinct.j.& Spec.tit.de allegat.& diſputat.aduocat.§.poſt hoc autem.verſi.vel in principio.ibi,item dictio fortè.Alber. in ſuo Lexico,in verbo, forſan, forſitan, fortaſſis & fortaſſe. Cardin.Flor.in c.j.col.j.in v.not.de poſtulan. Barb. in repet.cap. Raynaldus. col.2. verſi.& ſi quiſpiam dixerit.de teſtam.Steph.Maleret.in tracta.de electio.char.xiij.col.2. verſicu.& quia de verbo, fortè.

*De eadem re ex Theologis.*

3 ¶Vt interim non omittas illud D.Ioan.cap.8.ſi me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis. quam eandem ſententiam cap.14 ſine dictione dubitatiua poſuit.Si cognouiſſetis me,& patrem meũ vtique cognouiſſetis.in quo illud notandum,interpretem in priore loco coniunctionem,at, vertiſſe in forſitan:in poſteriore,in vtique.Auguſtinus autem in priore loco monet illud forſitan, non eſſe dubitantis,ſed increpantis,quod nos lectores admonere voluimus,quia omnes ferè noſtrates ſuprà citati hunc locum adduxerunt, nec tamen id dixerunt.

## VNDECIMA LIMITATIO.

*Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus in iure quæſito.*

1 ¶Vndecimò limita noſtram regulam,vt non procedat vbi ius iam eſſet alicui quæſitum, ex cauſæ exiſtentia,vt ita loquar,nam licet cauſa ipſa poſtea deficiat,ſiue deſinat, ius tamen illud quæſitum retinetur, vt per l.ſi poſt mortem.§.j.& l.non putauit.§.ſed ſi poſt mortem.ff.de bono.poſſeſ. contra tabul.& l.cùm vxori.C.quando dies leg.cedat.& cap.ab eo.de electio.lib.6.& cle.conſtitutionẽ. col.pen.in fi.eo.tit.voluit Ioan.And.in c.decet.col.3.verſi.& idem in ſimilibus.de reg.iur.libro 6.& Bal.in l.filiam.ff.de Senat. in j.lectu.

*Reſtitutio quæſita non ceſſat,ceſſante cauſa.*

2 ¶Ad quod etiam facit,quod ſcribit Bald.in l.generaliter.col.3. verſicu.ecce aliud exemplum.C.de epiſco.& cler.quòd cùm reſtitutio in integrum acquiratur in primo inſtanti,& momento læſionis conſummatæ ob abſentiam, licet poſtea ceſſat ea abſentia, ob quam competebat eadem reſtitutio, non tamen ceſſat ea reſtitutio iam quæſita,per l.quod tempore.C.de reſtit.milit.& l.vlti.§. ſed quod ſimpliciter.ff.eo.titu.& idem propemodum dicit Cyn.poſt Petr.in d.l.generaliter. faciúntque alia multa quæ dicam in ſeq.limitat.

*Quid ſi ius ſit quæſitum ex iure ſpeciali.*

3 ¶Sed hoc tamen intelligendum eſt, quando illud quæſitum fuit de iure communi, ſecus ſi quodam iure irregulari, ſiue extraordinario, & ſpeciali fuerit quæſitum: nam tunc illud ius ceſſat, ceſſante cauſa ipſius,vt pulchrè voluit Bald.in l.ſi pro ea. col. iij.in viij. quæſt. C.manda. quod dictum pro not. refert & ſequitur Philip.Fran.in c.cùm ceſſante.col.j.verſicu.ſecundò concluſio limitatur. extrà de appellationib.

*Ius ſpeciale facilius tollitur, quàm cõmune.*

4 ¶Nam vt dicit Bald.vbi ſuprà,facilius tollitur priuilegium, ſiue ius extraordinarium, & ſpeciale, quàm ius commune,l.eius militis.§.j.& ibi glo.quæ id not.in verbo,quocunque modo.& l.antiquę. C.ad ſenatuſcon.Velleia.& l.ſi quando.in prin.C.de inoffic.teſta.& ibi Bar.Bald.& Ang.ff. de milit. teſta.& §.quia verò veriſimile.in fi.in auth.de non alien.aut permut.reb.eccleſ. collat. 2. & id quoque voluit gl.in l.2.in verbo,interpretari.& ibi Bart.col.1.ff.de conſtit.princ.& gl.vlti.in l.1. ad fi. C. ſi aduer.vendit.& in l.1.in gl.vlti.verſi.item quartò,quia faciliùs.C.ſi de momen. poſſeſ. & in l.aſſiduis.in verbo,licet anterioris ſint,paulò ante medium.C.qui potio.in pign.hab.& in l. ſi quis extraneus.in princ.& ibi Roma.in fi.ff.de acq.hæred.Alber.in l.qui per ſalutem.in fi.ff.de iureiur. Bald.in c.poſt tranſlationem.col.2.verſi.quæro vtrùm ceſſante.de renunc.Roma.in l.ſciendum.col.2.verſi. reſtat reſpondere.ff.qui ſatiſd.cog.Et addit ipſe Bal.in d.l.ſi pro ea.facere not.in l.ad comparandas. in fi.C. eo.tit. manda.

## DVODECIMA LIMITATIO.

1 ¶Duodecimò limita,& generaliùs, vt non procedat hæc regula, cùm effectus cauſæ eſſet iam conſumma



*Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus iam cõſummatus.*

conſummatus,& perfectus.& vt noſtri loquuntur in eſſe productus,per l.vlt.in prin.ff.vnde lib.& l. inter ſtipulantem §.ſacram.in illis verbis,nec reuocantur in obligatione,& ibi Iaſon in 4.not. ff. de verb.oblig.& l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.& l.qui res.§.aream. ff.de ſolut. & l. tutelas.in prin.ff.de capit.diminu.& c.quæris à me vtrum parentes.§.per hanc ſocietatem.& ibi glo. in verbo,contrahatur.de conſecr.diſt.4.vbi obligatio ſemel extincta propter aliquam cauſam extinguentem,non conualeſcit ceſſante ea cauſa,& c.de bigamis.extra de bigam.ex quo not. Ant. in 2.locis quòd ceſſante cauſa efficiente,non ceſſat effectus iam impreſſus.& c.fané.de renunc.ex quo etiam not.idem Ant.poſt prin.perempta cauſa,nõ perimi effectum iam in eſſe productum.& c.vlt. de offi.leg.ex quo not.Imo.in ij.not.quòd extincta cauſa non perit iuris effectus in eſſe deductus, ſecus ſi ſit in fieri,vt ipſe loquitur,& res ſit integra.

*De eadem re.*

2 ¶Et ita quoque,vt ſcilicet non ceſſet effectus conſummatus,per ceſſationem cauſæ,voluit Cyn. in l.generaliter.col.2.verſi.in contrarium quia lex dicit.& ibi Bal.col.3.verſi.item exemplum de cauſa.& iterum verſi.quandoque autem cauſa finalis.C.de epiſc.& cler.Bart.in l.2.§.vlt.ad fi.ff.de don. & in l.pluribus.§.& ſi placeat.ad fi.ff.de verbo.oblig. bona pars Canoniſtarum,in c. poſt tranſlationem.de renunc.Bal.& in l.vbi.col.pen.verſi.formatur etiam alia quæſtio.C.de iure dot.& in l.j. col. 2.verſi.priuilegia autem.ff.ſolu.matri.vbi & alia iura allegat,& in cap.& ſi Chriſtus. col.vlti.de iureiur.Alex.in addit.Nicol.Neapol.in l.2.non ſolùm.ff.de excu.tut.Corne.conſi.xxiiij.omiſſo primo dubio,col.v.verſi.nec obſtat quòd in ſecunda,lib.3.Soci.conſi.lxxxj.non eſt dubium,col. 4. verſicu. nec obſtat nunc,lib.3.Philip.Dec.in l.j.col.antepe.nu.79.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.& in c. quæ in eccleſiarum.col.7.verſi.ſed aduertendum eſt.de conſtit.& in c.cum ceſſante.col.j.verſic. ſecundò concluſio limitatur.de appel.& conſi.xxiiij.cuius factum incipit,mulier cui propter inopiam. col.j.verſic.tertiò ſuadetur ex eo. & conſi.xxxj.cuius ſuperſcriptio eſt, quando valeat renunciatio, col.vlti.verſic.tertiò non obſtat,vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu,Franc.Balb.in tract. præſcri. in iij.parte princ.in 9.q.in fi.Franc.Ozer.in §.j.num.5.per eum tex.Inſtit.de exhæred. libero. Franc. Curt.Iunior,in l.2.col.9.nu 78.C.de eden.& Hiero.Grat.conſi.lxiij.viſis elegantiſsimis. col.penult. nume.37. libro 2.

*Regula noſtra procedit,circa facta non facienda.*

3 ¶Propterea dicit gl.not.in c.in argumentum.de reg.iur.lib.6.quòd iſta regula procedit circa facta, non facienda.Bal.autem in d.l.j.§.j.in fi.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.ſcribit ceſſante cauſa priuilegij,nõ ceſſare priuilegium,quod retro ſortitum eſt effectum.& ſequitur Iaſ.in d.l.filius à patre. §.j.col.2.verſi.limita iſtam regulam,ff.de liber.& poſth.quo etiam loco ipſe Bal.Ange.& alij tradiderunt,quòd ſi aliqua terra exuit de obedientia domini,& ob id fuerit bannita,licet poſtea ad obedientiam redierit,non tamen per hoc remittuntur banna,niſi id expreſſum fuerit, quod tamen pugnare videtur cum eo quod diximus ſuprà,in banni cauſa ceſſante.

*Vxor quæ per impudicitiam amiſit legatũ.*

4 ¶Et huc quoque ſpectat quod ab ipſo Bal. proditum eſt (nam is vbique in omnibus quæſtionibus & dubiis reperitur,adeo fœcũdus eſt) in l.Titius,quę eſt pen.per illum tex.ff.de excu. tut. quòd ſi teſtator reliquit vxorem ſuam vſufructuariam bonorum ſuorum,donec caſtè vixerit,ea autem primo anno pudicè vixerit,ſecundo autem impudicè, ob quod legatum illud ſuum amiſerit: deinde verò ad caſtitatem redierit,non per hoc recuperat legatum, quoniam per impudicitiam decidit, quod non ob aliud eſt,quàm quòd effectus impudicitiæ,conſummatus eſt.

*Nouale quod deſiit eſſe nouale, non reaſſumit eam qualitatem per reditũ ad priores.*

5 ¶Ante hunc & cæteros illos Spec.ille,quem omnes vbique miris laudibus extollunt, in tit.de prob. §.j.verſic.circa nouale.illud tradit, quòd nouale tamdiu durat,quamdiu à primis religioſis detinetur:quòd ſi ad alios peruenerit,deſinit eſſe nouale,per c.vlt.de priuileg.nec ſi ad primos illos redierit,recuperat illam nouahtatis,vt ita dixerim,qualitatem,per tex.in d.§.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verb.oblig.ſuprà in princ.huius limitat. allegatum.

*Inſtantia perempta,nõ perimuntur effectus conſummati.*

6 ¶Ex hoc quoque albo illud eſt,quòd id quod dicitur,perempta inſtantia,perimi omnes effectus eiuſdem,intelligitur in effectibus iam conſummatis per litis conteſtationem. verbi gratia, quis fit malæ fidei poſſeſſor ob litem conteſtatam.l.certum.C.de rei vindic.& l.nemo.C.de acquir. poſſeſ. item perpetuatur actio.l.vlt.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno.item res efficitur litigioſa,auth. litigioſa.C.de litigioſ.Certè hi effectus,& ſi qui alij ſint ſimiles,non perimuntur perempta inſtantia, cùm ſint (vt diximus) conſummati ita voluit Panor.in c.cauſam quæ.col.vlt.verſic.ſed circa hæc ſecundum recentium,extra de teſtib.ſed tu de hoc vide gl.& doct.in l.2. C.de fruct.& lit. expen. & in c. ſignificauerunt.de teſtib.& in l.properandum.§.j. C.de iudic.

*Reuocatio donationis per liberorum natiuitatem,nõ tollitur morte illorum.*

7 ¶Sed & eò ſpectat,quòd cùm per ſuperuenientiã liberorum ipſo iure reuocetur donatio,per l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.certè ſi liberi nati,ob quos ea reuocatio facta fuerit,poſtea moriantur,nõ tamen ceſſat reuocatio,cum per eorum natiuitatem continuò ipſius effectus,id eſt,ea reuocatio fuerit conſummata.Ita enim voluit,illam ipſam rationem ad hoc adferens Albe.in d.l.ſi vnquã.& Bar. in l.Titia.§.Imperator.col.vlt.verſi.pone quòd filij.ff.de leg.2.& alij multi,quos tibi longo ordine enumerauimus in repe.l.ſi vnquam.in verbo,ſuſceperit liberos.nu.203.inci.& ne poſt tot tãtáſque.

*Mater priuata tutela per ſecũdas nuptias, non eam recuperat morte ſecundi mariti.*

*Mox quid.*

8 ¶Et illud quoque,quòd ſi mater,quæ tutrix erat filiorum, tranſiuit ad ſecundas nuptias, ob quod priuata fuerit ea tutela,& poſtea ſoluatur ſecundum illud matrimonium morte mariti,nõ reaſſumit eadem mater tutelam,ſed manet perpetuò priuata; cùm effectus priuationis fuerit ſtatim conſummatus,quàm ad ſecundas nuptias cõuolauit,vt ſatis declarat tex.in §.quia verò.in illis verbis, mox vt ſecundas nuptias contraxerit. in authen. vt ſine prohibit. matr. Ea enim dictio, mox, oſtendit

priuationem

priuationem eſſe factam ipſo iure,ex ſententia glo,in §.j.in,verbo,imminere.& ibi Barto. & Ange. in auth.de inceſtis nupt.cum aliis multis ſimilib.à me collectis in illa repet.l.ſi vnquam. in verbo, reuertatur.num.109. incip.27.

*Iterum de illa matre.*

9 ¶Et ita vt ſcilicet mater illo caſu non recuperet tutelam filiorum , voluerunt Cyn. qui tamen id declarat,in auth.matri & auiæ.col.vlt.verſi.octauò quæro.& ibi etiam Alber.col.3.verſi.item quęro. & Ang.qui & ipſe declarat,col.vlt.verſi.vltimò ſcias.C.quando mul.tut.offi.fung.& Hippol. Marſi. qui id dicit not.in l.etiam ſi redhibitus.col.2.verſi.patet etiam hoc.ff.de quæſtion.

*Idem ſi mater ſe uelle nubere declararit, etiamſi id non fecerit.*

10 ¶Nam & quod plus eſt,ſi mater declarauerit,ſe velle nubere,ideóque priuetur tutela, & alius tutor ſit datus:non eam reaſſumit,etiam ſi poſtea nolit nubere,Bal.in d.l.cum ancillis. col.2. verſic. item collige argumentum,arg.illius tex.C.de inceſt.nupt.& in l.imperiales.in fi.prin.etiam per eum tex. C.de nup.& in l.omnem.col.j.C.ad SC.Tertul.& conſi.ccccxxiij.datalis Abrami,in fi.lib.2.& alibi diximus pleniùs in noſtris conſuetudinibus Pictonum,nam & hoc quoque caſu ipſo iure amittit tu telam,vt etiam probatur in d.§.ſi verò.

*Infamia remanet,etiam extincta infamiæ cauſa. Iudæus nouiter factus Chriſtianus.*

11 ¶Adde & illud,quod huc proximè accedit, quod nonnulli aſſumunt ex tex.in c.conſtituit. iuncta gloſ.j.in verbo,qui ex Iudæis.xvij.q.4.quòd infamia remanet apud infamem , etiam extincta infamiæ cauſa.inter quos eſt Hippol.Marſil.ſingul.cvij.verſi.& quia vt noſtri. Quanquam nec ille tex: nec gloſ.illius,illud adeo ſpecialiter dicunt,ſed id tantùm,vt ſicut Iudæus non poteſt ad publica officia admitti,ita nec qui ex Iudæo Chriſtianus nouiter factus eſt.& ita eam gl.intellexit Archidia. ibi.& Roma.qui ſingul.dicit,ſingul.lxxij.nunc veniamus ad lucrum.verſi.ſed quid de eo.Ioan.Ana. in c.cùm ſit.col.vlt.verſi.vltimò quia tex.& ibi Fely.col.j.de Iudæis.& idem Fely.in c.etiam te. col. viij.verſi.limita ſecundò.de reſcrip.& ipſe Hippol.ſingul.clxxix.viget communiter ſtatutum. col.2. verſi. item & facit gloſ.

*De eadem re.*

12 ¶Verùm facilè crediderim infamiam iam contractam non aboleri,ſublata cauſa ob quam contracta eſt,cùm iam effectus conſummatus ſit,nec quod factum eſt,infectum fieri non poteſt,vt nō ſine ratione Claudius Cæſar apud Suetonium,cùm orantibus familiaribus cuipiam dempſiſſet notam, litura tamen ( inquit) maneat,de quo & nos diximus in tractatu Conſtitut.parte 3.limit.7.nu.10. & illius quoque.& vide etiam ſuprà num.115.infamiæ cauſa.

*Iterum de illo Iudæo.*

13 ¶Sed quod dictum eſt de Iudæis,de nouo factis Chriſtianis,id fit, quoniam verendum eſt , ne adhuc reſtent quædam reliquiæ Iudaiſmi,donec diutiſsimè probati fuerint:qua ratione hi promoueri in epiſcopos non poſſunt, vt ſcribitur in princ.xlviij.diſt.quanquam & aliæ eius rei cauſæ ponūtur. Et hoc quidem pertinet ad xvj.limitationem,num.7.incip.ſed ita tamen. vbi etiam loquemur de inimico recèns conciliato.

*Quædam ſimilia.*

14 ¶Et huc item referri poteſt,quod diximus ſuprà,in ceſſatione cauſę excluſionis,nu.96.incip. quod tamen intellige,fœminam ſemel excluſam ob maſculos,perpetuò manere excluſam , etiam ſi maſculi poſtea deficiant,cùm iam effectus excluſionis ſit conſummatus.Et quod præterea diximus in iiij.limit.num.5.incip.quin & huc quoque. de eo cui acquiſita eſt hæreditas,quoniam eſſet agnatus tempore delatæ hæreditatis,licet poſtea deſinat eſſe agnatus.Quódque etiam ibi diximus,num. 10. incip.& id quoque.& multis ſeq.de eo qui excuſatus eſt à tutela ob numerum liberorū, qui poſtea deficit.Et quod denique dicemus infrà,in xiiij.limit.de dote reſtituta ob viri inopiam , qui poſtea diues efficitur:nam & id tribuit conſummationi effectus.Bald.in l.vbi adhuc.col.6.verſic. formatur etiam.C.de iure dot.vide omnino in d. iiij.limitat.

*Actu conſummato,caſus ſuperueniens nō uitiat.*

15 ¶Nec hinc longiùs abeſt,quod generaliùs dicimus,quòd vbi actus eſt iam conſummatus , caſus ſuperueniens non vitiat,ſed tunc habet locum ea regula,vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt , durent: licet caſus extiterit,à quo initium habere non potuerint,de qua in l.non eſt nouum.ff.de regu. iur. & in c.factum legitimè.eo.tit.lib.6.id enim apertè colligitur ex l.pluribus,quæ eſt penul.§.& ſi placet.vbi Bart.& alij.ff.de verb.oblig.& præterea voluerunt Pet.à Bel.Pert.& Bal.in ij.lectu. in l. patre furioſo.per eum tex.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Bart.in l.ex facto.in princ. col.2. verſi. vltimò hæc lex.ff.de vulg.& pupil.de quo latè per Dyn.in d.cap.factum legitimè.& Decius in dicta l. non eſt nouum.

*Etiam in foro conſcientiæ. Præſcribens bona fide.*

16 ¶Id quod procedit etiam in foro conſcientiæ,verbi gratia,quis præſcripſit rem alienam cum bona fide,pręſcriptione autem completa ſuperuenit ſcientia rei alienę, certè cùm effectus pręſcriptionis ſit iam perfectus,& conſummatus,poteſt hic qui ita pręſcripſit,iuſtè rem retinere. gl.in c.vlt. & ibi. Inn.in verbo,temporis.& Hoſt.col.2.in verbo,in nulla temporis parte. & latè Imo. qui hanc dicit eſſe communem opi.legiſtarum & canoniſtarum,col.xv.verſi.venio ad gl.vlti.& Panor.col.7.verſ. idem ſentit,de pręſcrip.gl.in c.j.in verbo,pellendi.de conceſſ.præben.Innoc.in cap.cura. in fi. & ibi Hoſt.in verbo,legitimam.de iure patron.& idem Inno.in c.quia plerique.col.j.verſi.quia tutius eſt. & ibi etiam Panor.col.viij.verſi.ſeptima quæſtio.de immunit.eccl.Hoſt. in ſumma titu.de pręſcrip. rei immobil.§.verùm.verſi.ſed quid ſi iam completa. vbi id probat autoritate veteris teſtamenti. Io.Ligna.in c.vigilanti.& ibi Bal.col.j.Card.Flor.Imo.Panor.& Fely.col.vlt.de præſcrip.Ioan.And. in c.poſſeſſio.in vlt.articulo.& ibi etiam Pet.Anch.col.v.verſi.quæro cùm debitū naturale.& Phil. Fran.col.pe.verſi.in ea gl.ibi,qui completa.de reg.iur.lib.6.Bart.non obſcurè in extrauag.ad reprimendum.in verbo,videbitur.in fi.Bal.in l.cùm quis,col.7.verſicu.poſt hoc ſcias.C.de iuris & facti ignoran.& in cap.de cauſis.col.3.verſic.vtrùm poſsit renuntiari,de officio deleg.& in cap.j. col. vlt.

verſi.



verſi.& an ius naturale.tit.de conten.inter domi.& fidel.de inueſti.feu.& in c.j.ante fi.tit.de conten. inter domi.& vaſal.lib.j.feud.& in c.j.§.ſi quis per triginta.col.j.verſi.dicit Inno.quòd,& ibi Iac. Aluar.col.6.verſi.quęro an quando quis.& Card.Alex.in fi.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter dom.& agn. lib.2.feud.& conſi.ccxcv.incip.fama viciniæ eſt. in fi.lib.j.& conſi.cccxv. ponitur quòd antiquitus. col.2.verſi.& facit ad prædicta.Rayner.in ſuperſcrip.conſi.Fede.Senen.cxxx.caſus talis eſt, quidam teſtator.Ioan.Fab.in §.j.col.2.verſi.quid ſi ea completa.Inſtit.de vſucap.Ange.qui id latè tractat per v.col.poſtremas,in repe.l.j.C.de iudic.Pet.Ancha.conſi.clxx.principale contra iſtos.col.2.præterea contra Bart.eſt Imo.in repet.c.vlt.col.xvij.verſi.venio ad gl.vlt.& multis ſeq.de præſcr.Pan.conſil. lxxxix.in quæſtione quæ ad præſens.col.3 verſi.ad idem quod not.Rom.in repet.rub.de arbit.col.j. & in l.filiusfamilias.ff.de dona.& conſi.cxlix.concluſionem primam.col.2. verſic. quintum autem. Corn.conſi.clxxvij.in hac re aliàs conſului,col.2.verſi.cùm & videamus.lib.2.Franciſ. Aret. conſil. xcij.viſo legato.col.2.verſi.nec potes intelligere.Iaſ.in l.poſt diuiſionem.col.2.verſi.hinc videmus. C.de iur.& facti igno.Philip.Dec.in auth.pręterea.col.6.verſi.vel illud dictum.C.vnde vir & vxor. & in c.j.col.7.verſi.ſecunda eſt.de conſti.in j.lectu.& in c.iurauit.paulò ante fi.de proba.& nouiſsimè Fran.Balb.in tract.pręſcrip.in ix.q.3.partis principalis, vbi in hoc vtitur ea quam diximus ratione,quòd actus iam conſummatus eſt.

17 ¶Et è Theologis diuus Thomas quotlibet.xij.arg. xxv.& quotlibet.ſeq. cor.vj.Scot.in 4. ſentent. diſt.xv.Anto.Floren.in ij.parte prin.ſuæ ſummæ,lib.1.cap.7.verſi.qui autem ex beneuolentia..Ang. Claua.in ſumma,in verbo,præſcriptio §.xlvj.incip.verùm tutus pręſcriptione.Diuus Bernar.in ſuis ſententiis alioqui ſeuerior,in lib.de Euangelio æterno.ſermo.xxxij. arg.ij.c.j.& iterum c.iij.q.j. vbi & alios aduocat idem tenentes,vt ibi videre poteris. & Adria. Floren. qui noſtra ætate Romanus pontifex fuit,in ſuis quæſt.in iiij. ſentent. *Ad idem ex Theologis.*

18 ¶Quanquam ſcio nonnullos ſimpliciter contrarium tenuiſſe,alios diuerſimodè id diſtinxiſſe,vt videre licet ex gl.in c.j.ſi res aliena.& ibi Archid.xiiij.q.vj.& gloſ.in c.ſi virgo nupſerit.xxxiiij.q.ij. & gl.in c.vigilanti.in verbo,nouerit.de pręſcrip.Bal.in auth.ad hęc.col.3.verſi.reuertor igitur ad quæſtionem.C.de vſur.cum aliis multis quos tu citatos videbis ab Ange.in repe.d.l.1.C. de iudi.& nouiſsimè And.Alcia.in multis locis,nam is ſemper conſtantiſsimè hanc opin.tenuit. *Qui contrarium tenuerūt.*

19 ¶Amplia autem hanc noſtram limitationem, vt non ſolùm habeat locum in effectu omnino conſummato,ſed & in inchoato,qui habetur pro perfecto,ſecundum l.cum aurum & argentum.§. infecti autem argenti.ff.de auro & arg.leg.nam nec is effectus ita inchoatus ceſſat etiam ceſſante illius cauſa,vt expreſsè per eum tex.voluit Fran.Curt.iunior,in l.more.col.2.nu.12.ff.de iuriſd.omn.iud. Cui adde quod per illum tex.in d.§.infecti.voluit Bar.in l.cætera.§.ſed ſi parauit quædam teſtator. ff.de leg.j.illud haberi pro completo,quod cœptum eſt,vt etiam voluit in l.quo minus.in v.q.princ. non multo poſt prin.ff. de fluminib. *Quid in effectu nondū conſummato , ſed inchoato.*

20 ¶Adde inquam alium tex.in l.veſtimentum.ff.eo.tit.de auro & arg.leg.cuius hęc verba ſunt: veſtimentum,id eſt,quod detextum eſt,& ſi defectum non eſt,ſi ſit conſummatum quod in tela eſt,nondum tamen prætextum,vel detextum,cōtextum appellatur.Quem tex.Nico.Neapol.referens Iac. Aret.ibi dicit notandum ad ſtatutum loquens de veſtimēto,vt habeat locum in eo quod in tela eſt, & illum tex.dicit ſing.Barb.in cle.cauſam.char.xiij.in paruis.verſi.ſed dubium eſſet.de electio.& in tract.de pręſtan.Card.in v.q.j.partis,col.3.verſi.& ſi dicatur.ad hoc vt ea ſunt in fieri ( ita enim loquitur) cenſentur eſſe in facto,& valde ſing.idem Barb.conſi.lvij.præclarè ſcribitur.col.v.verſ.item faciat quod dictum,lib.1.& conſi.xiiij.clementiſsimi.col.2.verſi.& ſi quiſpiam diceret.lib.2. de quo & nos diximus in noſtris ll.Connubialib.gl.2.nu.7.incip.ad idem etiam. *De eadem re.*

21 ¶Et ego certè vt dicam quod ſentio,ſi aliquis ſit caſus, in quo id quod cœptum eſt , habeatur pro completo,crederem tunc ſufficere eſſe cœptum,vt effectus non ceſſet ceſſante cauſa,poſtquam cœptum eſſet,vt fortè in illis caſibus.Aliàs verò huic ſententiæ non accederem,præſertim cùm initiū pro fine,& conſummatione non habeatur,niſi certis caſibus,aut reſpectibus, vt videri poteſt ex his quæ ſcripſimus in dd.noſtris legibus Connubialibus in gl.2.in verbo, *en pouuoir de ſon mary* , vbi latè tractauimus, an & quando , & quomodo ſponſa habeatur pro vxore. *Reſolutio huius ampliationis.*

22 ¶Amplia ſecundò vt procedat hæc noſtra limitatio,etiam in effectu nondum conſummato:ſed qui tamen conſequentiam habet ab ipſo actu perfecto,quod patet ex l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.dum loquitur de iis qui naſcuntur poſt furorem ex matrimonio contracto tempore ſanæ mentis:& ad hoc illum tex.expendit Imo.in l.pluribus.quæ eſt pen.§.& ſi placeat,verſi. circa tertium membrum.ff.de verb. oblig. *Quid item in effectu nōdum conſummato.*

23 ¶Sed hanc principalem noſtram limitationem intellige,tribus modis non contemnendis,primo vt procedat in cauſa fiendi, (ſic enim mihi permitto loqui poſt noſtrates) hac enim ceſſante,ceſſat illud fiendum,non tamen idem factum tollitur:ſecus autem in cauſa eſſendi , qua quidem ceſſante, non ſolùm impeditur fiendum,ſed & factū quoque tollitur,vt voluit Bal.in c.& ſi Chriſtus. col.vlt. verſi.adde quòd ceſſante,ibi,ceſſante cauſa,de iureiur.autoritate Io.Monac.in procem.lib.6. *Hæc limitatio procedit in cauſa fiendi.*

24 ¶Intellige ſecundò ita procedere,vt non ceſſet effectus iam conſummatus pro tempore præterito, ſed bene pro tempore futuro,ſi effectus eſt ſucceſsiuus,per l.tutelas.ff.de capit.dimi.aut etiam ſi ſit momētaneus,niſi ſuperueniat cauſa infirmans,quo caſu etiā ceſſaret effectus,per l.ſi quis hęredem. C.de inſtit.& ſubſtit.per quos tex.ita voluit Bal.in c.quemadmodum.col.2.verſi. circa tacitas conditiones. *An limitatio procedat , pro futuro tēpore.*

ditiones.de iureiur.& Franc.Ozer.in §.ſupradicta.col.4.nu.18.Inſtit.de milit.teſta. Et hîc vide quæ dixi ſupra in 4.limit.nu.13.& 14.& quæ dicam infrà in xxiij. limit.

*Et quid ſi ſuperueniat cauſa retro contraria.*

25 ¶Intellige tertiò, vt procedat hæc noſtra limitatio, niſi ſuperueniat cauſa retro contraria, remouēs illud iam conſummatum, & in eſſe productum: tunc enim ceſſat effectus etiam perfectus, & cōſummatus: verbi gratia, grauamen eſt cauſa appellationis, & ea quidem in eſſe producta cōfeſtim, quàm interpoſita eſt, & tamen reuocato, & ita ceſſante grauamine, ceſſat appellatio, per tex.in c.cùm ceſſante.de appel.vbi id expreſsè not.Bal.in 4.notab.

*Quid ſi in mora fuerit is, cuius commodo effectus fuerit conſummatus.*

26 ¶Intellige quartò, niſi is ad cuius commodum effectus fuit conſummatus, fuerit in mora: nam tunc poterit effectus ipſe ceſſare, ceſſante cauſa, vt patet ex l.quod tempore, C.de reſtit.milit.vbi ſi intra annū vtilem reſtitutio intentata fuerit, ea amittitur, & ceſſat, & ita eum tex.ad hoc expendit Fran. Ozer.in d.§.ſupradicta.col.4.nu.17.Inſtit.de milit.teſta.

*Quid ſi ceſſaret cauſa ſpecifica.*

27 ¶Intellige quintò, vt non ceſſet effectus conſummatus ceſſante cauſa generali, per c.ſuggeſtum. de decim.ſecus ſi ceſſaret cauſa ſpecifica: nam tunc ceſſaret effectus etiam conſummatus, vt voluiſſe videtur Ant.in c.poſt tranſlationem.col.4.verſ.tu dic latiùs, de renunt.vti eum refert Imo.ibi, col. 6.nu.41.vbi tamen in hoc ſecundo membro non ei accedit, per tex.in l.vlt.ff.vnde liber.

*Quando dicatur actus conſummatus.*

28 ¶Denique quantum ad hanc limitationem pertinet, ſi quis ſcire cupiat, quando actus, vel effectus ſit conſummatus, vel perfectus, vt ſit, vel non ſit locus huic limitationi, legat Franc. Aret.poſt alios in d.l.pluribus.§.& ſi placeat.& col.2. verſic.attende quia quoad ſolam mentem.ff.de verborum obligationib.

### DECIMATERTIA LIMITATIO.

*Regula noſtra nō procedit, in occaſione ceſſante.*

1 ¶Decimotertiò limita principaliter hanc noſtram regulam, vt procedat in cauſa ceſſante, prout ea ipſa regula loquitur, non etiam in occaſione, qua quidem ceſſante, minimè ceſſat effectus, per tex.in l.vlt.ff.de reſcin.ven.quam ad hoc pro no.alleg.Bal.in c.ſolitæ.in fi.de maior.& obed.

*Occaſio eſt cauſa iniuſta, & inſufficiēs.*

2 ¶Neque id quidem mirum eſt, quoniam occaſio eſt cauſa iniuſta, inſufficiens, minimè vera, ac propria, vt videre licet ex Hoſt.Io.Andr.Pet.Anch.Ant.Imo.& cæteris, in d.c.ſolitæ.per eum tex. & id quod ſcribitur Prouerb.18.in prin.occaſionem quęrit, qui vult diſcedere ab amico.Collect.in c.cùm ceſſante.de app.Archid.in c.ſtatutū.col.pen.in verbo, occaſionem.de reſcrip.lib.6.& in c.j.§.porrò. in prin.ff.de ſtatu regul.eo.lib.6.& in c.cōſequens.poſt prin.& ibi quoque Domin.xj.diſt. And.Iſer. in c.j.§.cōuenticula quoque in ciuitatibus.col.j.per eum tex.tit.de pace iuramen.firman.Lucas Pen. in l.quicunque.per eum tex.C.de fund.patrimonial.libro xj.& in l.j.in verbo, occaſio. C. de frum. Alex.eo.lib.xj.& in l.j.col.4.in verbo, occaſionem.C.de caſtren.pecu.lib.xij.Card.Flor.in clem.cauſam.col.j.in j.oppo.de elect.& in clem.dudum.in verſi.ob olim.col.j.in iij.oppo.in fi.de ſepult. Pan. in c.ij.col.j.verſi.in gl.j.in fi.de conſtit.Corne.conſi.cliij.in præſenti conſultatione, col.j. in litera E. lib.2.& conſi.cclxvj.conſtat dicta credita. col.j.lib.4.

*De eadem re.*

3 ¶Ad quod optimè facit tex.à nullo illorum allegatus in l. Labeo, non poſſe ait. ibi, magis ex occaſione, quàm ex iure contingere.ff.de riuis.& tex.in l.famoſi.§.hoc tamen.ff.ad legem Iuliam læſæ maieſtatis.cùm dicitur, non in occaſione, ſed in veritate rei.& in l.omnimodo.in princ. ibi, occaſionem ſubuertendæ eorum diſpoſitionis, &c.C.de inoff.teſta.& in l.vlti.ibi, incolatus occaſione.C.de municip.& originar.lib.x.& l.vlti.in §.occaſionis huiuſmodi calumniam.C.de conuenien. fiſ. debit. libro x.& in c.j.poſt princ.ibi, ſumentes occaſionem. de confirma.vti.vel inuti.vbi Decius in princ. eum text.ad hoc annotauit, vt occaſio in malam partem accipiatur, & in cap. qualiter & quando. le j. poſt princ. ibi, qualiter occaſione. de accuſatio.& text.in dicto cap.ſtatutum.§.inſuper. verſicu. prouiſurus. ibi, occaſionem non aſſumit.de reſcrip.libro vj. vbi Domin.col.j nota, inquit, text. declarantem, quid ſit occaſio, nempe quæ in veritate facti eſt falſa, ſed exteriùs apparet coloratè iuſta.& text.in cap.j.verſic.quia verò. ibi, peccandi occaſio. & ibi, Archid.in verbo, quia verò occaſio præbetur.de iureiur.eo.libro 6.& in c.2.verſi.ſi autem cauſa, ibi, occaſionem ceſsioni dederat, de officio ordin. eo.libro 6.

*Cauſa impulſiua, cenſetur eſſe occaſio.*

4 ¶Ideóque Ioan.And.in c.poſt tranſlationem.col. vlt.de renunc.quòd in dubio cauſa impulſiua, videtur eſſe occaſio, & ibi quoque Cardin.Flor.qui id ſing.dicit col.3.verſi.quæro in eo quod ſuprà. Domin.in dicto c.conſequens.xj.diſt.dum dicit cauſam ſumi pro ratione finali, & occaſionem prò cauſa captata, & Panor.in c.j.col.j.in ix.not.vt eccleſiaſt.benefi.& Imo.in l.2.§.vlt.col.2.verſic. item adde, & quia dixit.ff.de donat.& Corne.dicto conſi.cliij.col.j.in litera d.lib.2.Feli.in dicto c.ſolitæ. col.j.verſi.inquantum dicunt hîc, de maior.& obed.& Barb.in c.ſuper quæſtionum.col.j.verſi.nota ibi occaſione.de offic.& poteſt.iud. deleg. Et ſecundum hoc id pertinet ad primam limitationem, in qua pleniſsimè locuti ſumus de cauſa impulſiua.

*Cauſam, & occaſionem diſſerre.*

5 ¶Scio autem aliud cauſam eſſe, & occaſionem, vt videri poteſt ex d.c.ſolitæ.poſt prin. ibi non cauſam, ſed occaſionem prębuit, vbi omnes, pręter id quod ex illis ſuprà diximus, dicūt cauſam in iure conſiſtere, occaſionem in facto.& d.c.j.§.porrò.verſic.& ideo nos. ibi, cauſam & occaſionem præſtant, vt eccleſiaſt.benefi.vbi id not.Card.Flor.in viij.eodémque vlt.not.& Panor.in vlt.not.& d.c. j.§.porrò.ibi, cauſam ſeu occaſionem.& ibi Domi.de ſtatu regul.lib.6.& cle.dudum.§.in ſtudiis autem liberalibus.ibi, ex aliqua ratione, vel cauſa.de ſepul.& gl.in l.ſi ego emi.§. interdum. in verbo, partū me vſucapere.in fi.ff.de publ.in rem act.& Bal.in l.certum.ad fi.C.famil.erciſ. & ex Cicer. in oratione pro Milone, Quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit.





*Alia differentia inter cauſam, & occaſionem.*

6 ¶Quid autem inter eas interſit, iam vides ex his quæ iam diximus, vt tamen non omittam quod in eam rem à Bald.ſcriptum eſt conſi.cxix.ſtatuto cauetur quòd turbans, col.vlt.verſ.quæſtio denique expenſarum, lib.ij.inter eas id differre, quòd occaſio dicitur, omne id quod ordinatur ad aliud per ſe, vel per accidens. Cauſa verò propriè dicitur id, quod ad aliquid per ſe ordinatur, per l. verum eſt, ff.de furt.& l.ſi mulier, ff.rer.amot.

*Occaſio, quæ non eſt ordinata ad effectum de quo agitur.*

7 ¶Alij dicunt occaſionem illam dici, quæ non eſt ordinata ad effectum de quo agitur, ſed accidentaliter, & fortuitò contingit.ita enim voluit Philip.Dec.in rub.C.qui admitti, col. 3. verſ. ſed conſideranda, & iterum in d.c.vlt.poſt princ.de confir.vtil.vel inutil.per text.in l.vlt.§.ſed cùm in ſecūdam ibi.ex rei ſuæ occaſione ortam, C.de furt.& l.reſcriptū, §.ſi aliena res ibi, occaſione eius redactum, ff.de diſtract.pig.& l.generaliter, §.proinde, verſic.planè ſi minus, ibi, per teſtamenti occaſionem, ff. de fideic.lib.& l.fori, ibi, ex huiuſmodi profeſsione, vel ipſius occaſione quæſierint, C. de aduoca. diuer.iud.Ex quo Bart.not.aliud eſſe, aliquid eſſe ex aliquo, aliud eius occaſione.

*Occaſio cauſa remota.*

8 ¶Sunt & qui dicunt occaſionem denotare cauſam remotam, & inter hos Io. And. poſt Roffred. in additio.Spec.tit.de iniuriis, §.ſequitur, verſi. ſed pone inimicus tuus. Bart.in l.vxori, ff.de aur.& arg. leg.vbi id dicit probari, in l.cùm de lanionis inſtrumento, §.aſinam, ff.de fundo inſtructo, vel inſtrumento legat.& Bald.conſi.cxxxvj.proponitur quòd Titius, ad fi.lib.ij.Saly.in l.omnimodo, §.imputari, col.ij.verſi.ſecundo modo probat, C.de inof.teſt.& in d.l.fori, per eum text.C.de aduoc. diuerſ. iudi.Angel.conſi.lxiij.nobilis miles, col.iij.verſi.nec obſtat ſi dicatur.& conſ.cclxxxviij.viſo themate ſupradicto, col.ij.ver.illud enim verbum, & vtrobique per d.l.vlt.aliàs manifeſtiſsimi.§. ſed cum in ſecundam dubitationem, C.de furt.Imol.in l.ij.§.vlt.col.iij.verſi. item adde ei quia dixit, ff.de donat.Barb.& Iaſ.in rub.C.qui admit.ad bon.poſſeſ.ille, col.v.Iaſ.col.iij.verſi.in prima parte, per not.in d.c.ſolitæ.de maior.& obed.& in d.c.poſt tranſlationem, de renunt.& in d. c. cùm ceſſante, de appellat.& idem voluit Fran.Aret.cōſ.clxj.incip.verum eſt quod Comicus, col.iiij.ver.patet igitur ex præmiſsis, ibi, nam cauſa mediata, dum dicit cauſam mediatā, & remotam potiùs dici occaſionem, quàm cauſam, & Corn.d.conſi.cclxiij.poſt prin.lib.iiij.Alex.in l.ſi patroni, col.ij. verſi. ſecundo modo probatur.ff.ad S.C.Trebel.vbi in id citat.gl.in d. l. ſi ego.§.interdum, ff.de Publ.in rem actio. & in l.prætor.§.quod de fructibus.ff.de rebus autho.iud.poſsid. ſeu vendun. & Socin. conſil. clvj. pro fundamento, col.vlt.verſic.confirmatur, nam licet.& Iaſ.conſil.lxiij.circa primum, col.v.verſic. tertiò principaliter, lib.vj.

*De eadem re.*

9 ¶Et eò reſpicit, quod poſt Pet.tradit Cyn.in d.l.generaliter, in ij.q.& ibi quoque Saly.C.de epiſcop. & cleric.quòd cauſa finalis eſt, propter quam aliquid immediatè conceditur. cauſa impulſiua, quæ occaſionem remotam præſtat: quod & nos alibi ex illis diximus. Id quod ſatis probat, etiam ſi nihil aliud eſſet, ceſſante occaſione, non ceſſare effectum: quoniam ceſſante cauſa remota, non ceſſat effectus, vt latè dicemus infrà in viceſima limitatione.

10 ¶Nec tamen illud interim prætermittendum, quòd aliquando cauſa pro occaſione ponitur, etiam à probatiſsimis ſcriptoribus.è quibus Terentius qui inter primos in Eunucho ita ſcribit: Nam iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem aliquid faceret.is nunc reperit.quo in loco Donatus interpres doctiſsimus, nota, inquit, cauſam pro occaſione.

### DECIMAQVARTA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locum, quando cauſæ ceſſatio, & effectus illius in eundem finem tendunt.*

1 ¶Decimoquartò limita hanc regulam non procedere vbicunque ceſſatio cauſæ ſuperueniens, & effectus eiuſdem ſecutus, tendunt ad eundem finem, tunc enim non ceſſat ipſe effectus. Exempli cauſa, vxor dotem exegit à marito propter ipſius mariti inopiam, ſecundum text. in l. ſi conſtante, in prin.ff.ſol.mat.& in l. vbi adhuc, C. de iure dot. poſtea vir è paupertate emerſit, & diues factus eſt, & ita ceſſat cauſa illa reſtitutionis dotis, non tamen ceſſat effectus illius, id eſt, reſtitutio, ſemel facta, vt voluit gl.in d.l.vbi, in verbo, abutatur, & ibi Cyn.col.vlt.in xvij.quæſt.Odof.Iac Butrig. vti illum allegat, & ſequitur Bal.col.vj.verſic.formatur etiam alia quæſtio, & Io.Fab.col.ij. verſic. item quid ſi venit, & Saly.in §.j.eius l.verſic.quæro ſeptimò, de iur.dot.Io.And.in c.per veſtras, col.ij.ver. in gl.& bona, & ibi quoque Card.Flor.col.pen.verſi.ſed quæro poſt hanc gl.& Anto.col. ij. in ij. oppoſ.paulò ante fi.illius, de donat.inter vir.& vxo.& idem Io.And.in addit.Spec. tit. de dote poſt diuor.reſt.§.vlt.verſi.quid ſi vir vocatus.Bart.in d.l.ſi conſtante, in ix.q.vlt.partis, quæ eſt in col.vlti.& ibi quoque Alberic.circa medium, verſi.item quærit ſi dote exacta, Imo.col.vlt.verſic. item adde ei quod tangat, in ix.q.& Alex.col.vlt.idem Bart.in l.pluribus, quæ eſt pe.§.& ſi placet extingui obligationem, col.ij.verſi.induco ad quæſtionem, & ibi Imol.col.ij.verſi.in eadem glo.in fi.& iterum verſi. tu autem dictis, rurſumque col.vlt.paulò ante fi.& ibi quoque Paul.col.j.ver.ſed oppo.contra regulam, ff.de verb.oblig.Ang.in §.ſed & illud, in auth.de æqual.dot.& donat.ant.nupt. Imol. dum allegat Bart.in d.§.& ſi placet, in l.ij.§.vlt.col.ij.verſi.ſed in caſu, ff.de donat.Paul.Caſt.in l.ſciendum, §. vlt.in fi.ff.qui ſatiſd.cog. Campez.in tract.dot.in iij.parte.quæſtio.xlvij. Socin.conſil. lx. in præſenti conſultatione omnibus, col.3.verſi.præterea ad quid.lib.j.Hippol.Marſi.in l.ſi redhibitus, col.2.verſ. & facit no.verbum, ff.de quæſtionib.

*Ratio illius opinionis.*

2 ¶Mouentúrque præterea Bart.& Paul.Caſtr.aliis rationibus, & ea potiſsimùm, quòd quandocunque caſus ſuperueniens, qui ab initio impediuiſſet actum geri, tendit ad eundem effectum, cum actu geſto, tunc non tollitur quod geſtum eſt, ex ſuperuenienti illo caſu, l.verbis legati, in fi.ff.ad leg. Falcid.& §.ex contrario, verſi.quod ſi viuo teſtatore.Inſtit.de leg.vti etiam voluit Dyn. in c.factum le-

gitimè,de reg.iur.lib.vj.& idem Bart.in l.ſi in metallum,ff.de his, quæ pro non ſcrip.Imo.in d.l.pluribus.col.ij.verſic.in eadem gl.in fi.& iterum verſic.tu autem dictis,ff.de verb.oblig.& Philip. Dec. in l.non eſt nouum,col.j.ſub nu.2.in fi.ff.de reg.iur.Igitur cùm hæc reſtitutio facta mulieri, propter inopiam viri,tendat ad ſecuritatem mulieris,vti etiam tendit ceſſatio illius cauſæ,ſcilicet diuitiæ ſuperuenientes, certè tolli non debet effectus, id eſt, ipſa reſtitutio. Super hac tamen ratione, vide quod dicam infrà nu.9.

*De eadem re.*

3 ¶Et dicit etiam Bart.ad id videri caſum in d.l.ſciendum,§.vlt.qui ſatiſd.cog. vbi cautio interpoſita pro ſecuritate à paupere,non tollitur per ſuperuenientes diuitias,quia id quod ſuperuenit, tendit ad eundem effectum ſecuritatis. Et ibi Paul.Caſt.qui hanc opinionem tenet,vt ſuprà diximus,dicit eũ text.eſſe ad hoc meliorem,quàm nullum alium.& ita inquit Bartol.poteſt reſponderi ad quædam iura quæ dicunt,paupertatis cauſa ceſſante,ceſſare & illius effectum,vt in l.cura,§. deficientium, ff. de mune.& honor.& aliis,quę nos adduximus ſuprà in paupertate ceſſante:ea enim procedunt,quãdo diuitiæ tendunt ad contrarium effectum.

*Qui contrariũ tenuerunt.*

4 ¶Nec tamen hæc opinio,in caſu,de quo loquimur,caruit contradictoribus,nempe Oldr.& Richar. Malun.vt citantur à Bald.in d.l.vbi adhuc.& ibi quoque Albe.col. v. verſic. item quærit idem, C. de iure do.& Dy.in d.l.ſi conſtante,& ibi quoque Bal.& Ang.ſibi contrarij,& vterque in fi. princ.& Rom.col.pen.verſi.item inquantum,in ix.q.ff.ſol.matr.idem Dy.in l.poſt finitam,ff. de ſuſpect. tut. Collecta.in d.c.per veſtras,col.2. verſicu.ſed quid ſi in caſu, de dona.inter vir.& vxor.Bald.in l.ad comparandas,in fi.C.manda.Ange.in l.ſi cum dotem.§.ſi verò,ff.ſolut.matr.Petr.Ferra.titu. de for. libelli,quo vxor agit ad dotem.in verbo,vxor quondam domini,col.v.in paruis,verſic.ſed quid dices.Et omnes quidem hac noſtra regula innixi, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus, cui tamen reſponſum eſt ex eo quod diximus.

*Pro poſteriori opin.*

5 ¶Verùm & ad tutandam hanc poſteriorem opinionem afferunt d.c.per veſtras,de don. inter vir.& vxo.vbi probatur, quòd marito exigenti dotem à tertio qui eam promiſerat, non obſtat exceptio, quòd vergat ad inopiam,ſi offerat cautionem de reſtituendo,vel petit eam deponi apud mercatorem,ita vt per depoſitum res ſit ſecura. Sed Imol.in d.l.ſi conſtante,in prin.col.vlt.verſi.item adde ei,dicit eum tex.ſi bene inſpiciatur,id non probare, vt patet ex his, quæ antè dixerat circa intellectum illius.Sed & dici poteſt, quòd inopia non allegabatur à muliere, ſed à tertio, qui promiſerat dotem,cui tantus fauor non debebatur: imò qui non videbatur poſſe allegare hanc exceptionem. & ideo in d.c.diſponitur,vt ſuprà diximus,& hoc patet manifeſtè,quia ibi dicitur, quòd ſtatur ſoli iuratoriæ cautioni mariti,ſi aliam reperire non poteſt,& tamen certũ eſt, quòd ſi maritus eſt inops, non per hoc conſulitur mulieri,nec euitatur reſtitutio ex capite inopiæ.imò tenent cõmuniter doctores in d.l.ſi conſtante,quòd reſtitutio dotis illo caſu non euitatur,per præſtationem cautionis.

*Præcedentium opi.concordia.*

6 ¶In qua re Henric.Bohic.in d.c.per veſtras,in fi.de dona.inter vir.& vxor.hanc cõtrouerſiam concordans,tradit quòd ſi maritus non ſolùm factus eſt diues,ſed & ſapiens,& diſcretus, procedat poſterior opinio.Si autem diues tantùm factus eſt,fortè ex ſucceſsione parentum, vel aliàs citra induſtriam,tanquam ſcilicet dormientis illius rete ceperit, vt eſt in veteri prouerbio, & tunc procedat prior opinio.Et pro hoc(inquit)facit l.ſi creditores,ff.de priuileg.cred.& §. ſuſpectus, & §.vltim.Inſtitu. de ſuſpect. tutor. Et id nuncupatim ſequitur Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras,§.xxv. incip. ampliabis quartò:in fi.dicens hanc concordiam menti eſſe tenendam, quia de iure & æquitate procedit,nec alibi eam reperit.

*Altera concordia.*

7 ¶Alij autem in hac re aliter diſtinxerunt. nam aut dos ita fuit vxori reſtituta,vt dominium ad eam tranſiret, vt contingit, cùm actum eſt actione perſonali ad reſtitionem dotis, vel declaratum eſt à iudice dominum eſſe apud eam : quod item contingit,quando actum eſt rei vendicatione : & tunc vera ſit prior opinio,cùm ſit perfectiſsima executio, ſecuta traditione, iuxta ea quæ ſcribuntur in l. j.C.de pericul.& commod.rei vendi.licèt res deueniat ac caſum,à quo non potuiſſet incipere, vt in dicto §. & ſi placet, & in l. vt pomum decerpere.ff.de ſeruitut. Aut mulier egit hypothecaria,& res illi adiudicata eſt iure pignoris,vel prætorij,vel conuentionalis:& tunc ceſſante cauſa ob quam datum eſt id pignus,ipſo iure pignus reſoluitur,per l.ſi pecuniæ,§.j.ff.vt in poſſeſ.lega.& ex regula tradita à Bart.in l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de damn. infect. & ita nuncupatim voluit Franc. Aretin. in d.l. pluribus,§.& ſi placet, col.j.verſic.& ex hac concluſione,ff.de verb. oblig. vbi id dicit eſſe de mente Bald.in d.l.vbi adhuc.

*Alia item concordia.*

8 ¶Alij denique ita hanc controuerſiam componunt,vt ſi pendente iudicio,quo vxor maritum conuenit,vt illi fiat dotis reſtitutio,ſecundum d.l.vbi adhuc,ipſe maritus deſinat eſſe pauper,debeat ceſſare id iudicium,ceſſante ſcilicet cauſa illius: ſed ſi iudicium finitum fuerit, ita vt iam facta ſit executio,& dos mulieri aſsignata,non debeat ceſſare ea reſtitutio,ſiue aſsignatio:& ita voluit Cæpola, in l.actioni,nu.9.ff,de ædilit.edict.

*De eo quod dictum eſt ſuprà num.2.*

9 ¶Sed quicquid ſit de illo caſu,illud tamen ſcire debes, non ſemper obtinere quod diximus, caſum ſuperuenientem,qui tendit ad eundum effectum cum actu geſto, non tollere quod geſtum eſt: ſed tum demum tantùm,cùm nihil intereſt debitoris, vt per ſecundam cauſam ſuperuenientem irritetur prima,vt in iuribus ſuprà in id allegatis.At ſi illius intereſt,ſecus dicendum eſt,per text.in l. ſi fideiuſſor.§.j.ff.qui ſatiſda.cog.& l.j.§.2.ff.de curat.furioſ.quas in id expendit Franc.Aret.in d. §. & ſi placet,col.2.verſ.vel ſi vis dicere.

DECIMA



## DECIMAQVINTA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ procedit in priuilegiis dignitatum.*

1 ¶Decimoquintò limita noſtram regulam, vt non procedat in priuilegiis dignitatum, quæ durant etiam finita dignitate,vt videre licet ex l.eos qui,& ibi Io. Plate.C.de excuſat.mune.lib.x. & l. maximarum,ad fi.& ibi gl.vlt.Bart.Ang.& Ioan.Plat.eod.tit.& l.eam legem,eod. quoque titul. ex qua not.gl.quòd immunitas non cum dignitate,ſed cum perſona extinguitur, & ibi etiam Ioan. Plat. & l.eos qui,& ibi item Ioan.Plat.C.de fabricenſ.lib.xj.& l.vlt.in fi.& ibi quoque Plat.in fi. C.de Silentiar.& decur.lib.xij.& l.iubemus,& ibi idem Plat.& C.de Prox.ſacror.ſcrinior.eod.lib.xij. & l. j. & ibi gloſſ.& Plate. C.de magiſtrat.ſcrinior.eod.lib.xij.& l.j.& ij.& vtrobique glo.& Plat.de Præfect. prętor.eod.lib.xij.& l.j.& ibi Plat.de Præpo.ſacr.cubi.eod.lib.xij.& l.j.de Primice.vbi etiam notat idem Plat.quòd dignitate depoſita, retinentur veſtigia dignitatis.& l.j. C. de Comi. qui prouin. regunt, eodem libro xij. cuius argum. ſcribit Specul. titul.de legato, §. finitur,qui eſt vltim. verſicu. item notat.quòd ei, quòd qui ſemel fuit legatus, ſemper ei debetur reuerentia in memoriam priſtinæ ſtignitatis.& ſequitur Fely.in cap. quæ in eccleſiarum, col. xxxij. in v. fallent.verſicu. & hinc eſt quòd ei, de conſtit.

*De eadem re.*

2 ¶Atque ita,vt ſcilicet priuilegia dignitatum non ceſſent,ceſſante dignitate, voluerunt ( præter eos quos ſuprà citauimus, ) Dyn. Io.And.Alberic.& Philip.Franc.in c.decet conceſſum,de reg.iur.lib. vj.Nam Alb.vti alibi,niſi fallor,diximus,id c.legit ſub tit.eiuſdem tit.ff.& voluerunt item Inn. Bal. & Barb.in c.ſedes Apoſtolica,extrà de reſcrip.Hippo.Marſil.latè ſing.cvij.priuilegium dignitatis.& ſing.clxxix.viget communiter ſtatutum,col.ij.verſi.& vltra prædicta.

*De eadem re.*

3 ¶Et facit præter tex.ſuprà allegatos alius tex. in l. nihil.C.de quæſt.& in l.vlt.ff. de decurio. vbi qui fuit olim decurio,torqueri non poteſt,in memoriam priſtinæ dignitatis.Ex quo dicit ibi Fran. Tig. quod Mart.Fanen.liberauit quendam à morte,qui cùm à iudice fuiſſet morti adiudicatus, appellauit,& inter cætera allegauit, quòd &ſi olim fuiſſet decurio ſuæ ciuitatis, tamen Poteſtas illum quęſtioni ſuppoſuerat,& in quæſtione confeſſus fuerat:ideóque cùm quæſtio non valuiſſet, neq; etiam confeſsio facta in ea,quod dicit notandum Barb.in c.ſedes Apoſtolica,col.4.verſic.& etiam allego, & Hipppo.Marſil.d.ſingula.cvij.& d.ſing.clxxix.

*Clericum degradatum percutiens, incidit in canonem.*

4 ¶Sed per illum tex.ſcribit gl.in c.ad abolendam,in verbo,prærogatiua, de hæret. quòd percutiens clericum degradatum,incidit in canonem,ſi quis ſuadente, propter memoriam priſtinæ dignitatis, quod & ipſum voluit gl.id tamen declarans in c. degradatio,in fi.& ibi quoque Doct.eo.tit.lib. vj. & glo.in c.accedens,50.diſt.& in c.ij.in gl.vlt.in verbo,ceciderit,liiij.diſt.& in c.dictum,lxxxj.diſt.in vlt.gloſſ.& in c.eos qui ſemel.cum gloſſ.j.xx.q.iij.Fely.in c.contingit,le j.in fi. de ſent. excom. Hippol.Marſi.d.ſin.clxxix.col.2.& ex Theologis Anto.Flor.in ij.parte 3.partis ſummæ,tit.xxv.c.j.

*Clericus electus epiſcopus, & renunciauit epiſcopatui,nõ poterit deponi à ſuo epiſcopo*

5 ¶Quinetiam eiuſdem illius tex.autoritate,ſcribit alia gl.in c ſi qui epiſcopi,in glo.magna,in verſi.ſi verò renunciauit eius clericus.xcij.diſt.quòd ſi quiſpiam clericus fuerit electus ad epiſcopatum,nec tamen eum potuerit aſſequi ob plebis ſeditionem, eique renunciauerit, manet clericus ſui epiſcopi, vt priùs erat,& ab eo iudicabitur vt ſimplex clericus, ſecundum c. ad ſupplicationem, extra de renun.non tamen poterit eum deponere,ob memoriam priſtinæ dignitatis,& ſequitur Fely. qui eam gl.dicit no.in c.quæ in eccleſiarum,col.xxxij.in v.fallen.verſi. vnde dicit,de conſtitut.

6 ¶Denique per illum tex.in d.l.vlt.ff.de decurio.dicit Pau.Put.in tract. ſyndicatus in euidentiali, nu. vj.non minorem honorem deberi magiſtratui,poſt depoſitum officium. quàm in ipſo officio:ideo, inquit,in ſignum honoris,& commendationis præteriti magiſtratus,ei ſolent dari à principibus, & ciuitatibus vexilla cum inſignibus,& armis,arg.l.j.C.de ſtatu.& imag.

*Filius ob dignitatẽ patria poteſtate liberatus,in eam non redit finita dignitate.*

7 ¶Húcque etiam vergit,quod dicit gl.no.in §.ſane in genere ſancimus,in verbo,præſtet,in auth.conſtit.quæ per dignitat.quòd filius qui propter dignitatem liberatus eſt à patria poteſtate,non redit in eam dignitate finita.& ſequitur Alber.in authen.ſed epiſcopalis,ver.ſed an liberatus,C.de epiſco.& cle.& Io.Plat.in l.vlt.C.de Conſulib.& non ſpargẽdis ab iis pecun.præf.magiſtrat.mil.& Patric.lib. xij.& idem voluit Dyn.in d.c.decet conceſſum,de reg.iur. lib. vj. & nos quoque diximus in noſtris legibus connubialibus,in gl.iij.in verbo,& *n'eſt plus en pouuoir de ſon pere*,in princ.

*Aduocatus officio depoſito, manet clariſsimus.*

8 ¶Et quod egregiè ſcribit Bart.in l.j.per illum text. C. de aduocat. diuerſ. iudic. quòd qui depoſuit officium aduocationis,eſt tamen vt prius erat, & appellatur Clariſsimus, nec debet torqueri:& ad eum mitti debet,vt ad egregiam perſonam.& ſequitur Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum, vbi ſuprà, verſi.& hinc eſt quòd qui depoſuit,de conſtit.& Iaſ.dum illum ſimpliciter allegat, in l. ſi ita ſtipulatus ſit,col.6.nu.7.ff.de verb.oblig.& d.conſi.clxxix.col.2.verſi.& faciunt dicta.

*Abbas depoſitus ſine culpa primum locum poſt abbatem tenet.*

9 ¶Et quod idem tradit Io.Ligna.in cle.ne in agro,de ſta.monacho. quòd qui ſemel fuit Abbas, depoſito officio ſine culpa obtinet primum locum in choro,& conuentu poſt abbatem,in memoriam priſtinæ dignitatis,& ſequitur Imo.ibi,col.xiiij.verſi.in vlt.quæſtione dicit,& Fely.vbi ſuprà, verſic. & hinc eſt ꝙ qui ſemel.& Iaſ.in d.§.Chryſogonus,col.vj.ver.hinc eſt quòd qui ſemel,ff. de verbor. oblig.A quo non longè abeſt quod tradit Guid.Pap.deciſ.Delphi.cclxxvij.quid ergo ſi quis ex dominis,quòd domini Parlamenti iiſdem gaudent priuilegiis dignitate priuati, ſola voluntate principis,& ſine crimine,quibus & in ea conſtituti.

*Poteſtatẽ offendens tempore ſyndicatus, ea-*

10 ¶Adde quod pulchrè ſcribit Bal.id tamen declarans in l.obſeruare,§.proficiſci,col.4.verſi. ſeptimò quæritur,ff.de offic.Proconſ. quòd offendens eius Poteſtatem; vel eius familiam tempore ſyndicatus,ita debet puniri,ac ſi eum offendiſſet tempore officij, propter reliquias priſtinæ dignitatis.arg.l. i

*dem pœna punitur ac ante ſyndicatum.*

vnic.C.vt cauſ.poſt puber.adſit tut.& ſequitur Pan.Putea.in tract.ſyndic.tit.de offic.ſyndicatorum, col.j.nu.3.& in §.an ſi Poteſtas.verſi.eiuſdem initij qui eſt ſub nu.8 & iterum verſi.an offendi Poteſtatem, qui eſt ſub nu.16.& §.officialis finito officio,verſi.j.& §.dicitur autem, col.j. Auguſt. Ari. in addit.Ang.Aret.in tract.maleſi.in verbo,Caium Sempronij, chart.vlt. verſi. & diligenter pondera & Iaſ.in l.ſciendum,§.vlt.verſic.facit quod ſing.ff.qui ſatiſda. cogan. vbi id dicit ſing. & in d. l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,vbi ſuprà,ff.de verb.oblig.& in l. principalibus,col.vlt.ver.ſecundò quęro,ff.ſi cert.peta.vbi ex eo infert quòd ſicut dans alapam Poteſtati debet capite puniri,ex ſententia Bald.in cap. j. §. iniuria, in princ. titul.de pace iuramen. firman. ita & is qui dat alapam ei in ſyndicatu exiſtenti.

*Priorem antiquũ percutiẽs, eadẽ pœna punitur,acſi eum qui nũc eſt percuteret.*

11 ¶Cui & illud germanum eſt, quod nota.traditum eſt ab Alberico in ij.parte ſtatutor. quæſt. xx.incip.quòd ſi ſtatuto,quòd percutiens cũ qui fuit Prior,vel Antianus,punitur eadem pœna, qua percutiens Priorem,vel Antianum,per l.ordo,ff.de public.iudic.& l.ordine, ff. ad municip. quam deciſionem longè latéque approbat,& confirmat reprobatis aliis, qui contrarium tenuerant,Hippolyt. Marſil.ſing.clxxix.viget communiter ſtatutum.& faciunt alia quæ dicam in ſeq.limit.

*An ſuperiora habeant locum in mero officio, ut in dignitate.*

12 ¶Sed hæc intelligenda ſunt in dignitate tantùm, de qua etiam tantùm locuti ſumus, non etiam in mero officio,cui nulla eſt annexa dignitas:quia eo officio finito,finitur & omne priuilegium, quod ex eo proficiſcitur,per tex.iuncta gl.vt à multis citatur in l.j.& ibi etiam doctor.C.de excuſ.muner. lib. 10. & voluit etiam Bar.in l.j.col.3.verſic. ſed quæro an talis dignitas,C.de mulie. & in quo loco num.ſex.congruen.vel hon.agnoſ.eo.lib.& in l.vniuerſi,& ibi etiam Ioan.Plat.C.de legatio.eo.lib. & in d.l.maximarum,ad fin.& ibi quoque Ang.& Ioan.Plat.in vj.not.eod.tit. vbi ipſe Plate. allegat alia iura.& idem Plate.in l.eam legem,eodem tit.

*Notarius olim, qui cõficit inſtrumẽtum, an mitius ſit puniendus.*

13 ¶Ex quo egreditur dubium quod not.voluit Bal.in l.data,col.xj.verſi.de eo qui ſe aſſerebat, C. de his qui accuſ.non poſſ.quòd mitius punitur is qui aliquando fuit notarius, ſed poſtea priuatus officio conficit inſtrumentum,propter primordium veritatis,ſiue (vt nonnulli qui eum citant, dicunt) in memoriam priſtini officij,arg.§.quia verò veriſimile,in auth.de non alienan.aut permut. reb. eccleſ.quod & ipſum voluit idem Bal.in l.ſi quis.la ij.C.de aquæduct.lib. xj. Et illum tamen ſequitur Ioan.Ana.in c.accedens,ad fi.de crimine falſ.Alex.conſ.50.incip.ponderatis verbis ſtatutorum,col. ij.verſic. & idem dicit.lib.iij.& Felyn.in capit.quæ in eccleſiarum,col.xxxij.in v.fallent.verſi. & hinc eſt quòd mitiùs,de conſtit.qui & hoc tribuit memoriæ priſtini officij.& in c.ſuper literis,col.xx.ver. pro quo facit,de reſcript.Iaſon qui id ſing.dicit in l.ſciendum.§.vlt.nu.10.ff.qui ſatiſd.cogan. & in d. §.Chryſogonus,col.vj.verſi.ad idem vltimò facit.Hippol.Marſil.ſingu.xxxv.ille qui nunquam fuit. & dicto ſingu.clxxix.col.2.verſi.& faciunt etiam quæ dixi.

*Contra illam opin.*

14 ¶Et ego certè vix illorum opinioni accederem,quamuis neminem reperi qui ei contradixerit, hic enim plus delinquere videtur qui depoſitus ab officio ob crimen, illud nihilominus exercet, cùm prætерquam quòd crimen falſi committit,vt alius qui nunquam fuit notarius, contemnit iuſtitiam, eſtque magis incapax huius muneris,quàm qui nunquam illud eſt adeptus:& eſt illud primordium quo Bal.nititur omnino ſublatum per priuationem factum ob crimen:nec quicquam operari poteſt ad commodum illius qui ita priuatus eſt,arg.l.nec infames, C. de decur. & ſil.eo. & qui decur.hab. lib.x.& l.j.& ibi Bart.C.de infamib.lib. xij. cum aliis multis ſimil.à me adductis in tracta. Nobilita. c.xxiiij.nu.7.incip.intellige tertiò,& multis ſeq.Et bene facit quod diximus ſuprà nu. 8. de abbate depoſito ſine culpa, qui potitur prærogatiua loci,vt priùs:ſed ſi ob crimen depoſitus eſſet, minimè, vt voluere Ioan.Ligna.& alij ibi allegati.

## DECIMASEXTA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ habet locũ,ubi remanent quædam reliquiæ cauſæ.*

1 ¶Decimoſextò limita generaliùs quàm in præceden.limita.vt noſtra regula non procedat, quoties remanent reliquiæ priſtinæ cauſæ,nam licèt ea maxima ex parte ceſſauerit,non tamen omnino extinguitur effectus,propter illas reliquias,vt præter alios tex.quos citauimus in d.præcede.limit. ſatis etiam probat tex.in l.ij & iij & ibi Dyn.qui id not.ff.rer.amota.vbi contra illam quę deſiit eſſe vxor, non inſtituitur turpis actio,in honorem præteriti matrimonij & tex.in l. ex duobus, ff. de vulga. & pupil.& l.Vnius facinoris,§.ſeruus in caput ibi,in memoriam prioris domini, ff. de quæſtio. & l. ſeruos non ſolùm,C.eod.tit.vbi gl.allegat concordan.

*De eadem re.*

2 ¶Et ita nuncupatim noſtram regulam limitant gl.Dyn.Io.And.Alb.& Philip.Franc.in c.decet conceſſum,de reg.iu.lib.vj.Io.And.in c.poſt tranſlationem,col.vlt.& ibi Anto.col.4.verſic.tu dic latiùs, Imo.col.v.nu.36.& col.ſeq.nu.40.& iterum col.8.nu.51.de renunc.Bart.in l.2.§.vlt.in fi.ff.de donat. Bald.in l.patre furioſo,in pri.lect.poſt princip.& in ij.ad fi.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in l.vlt. colum.4.verſ.quartò quæro,ff.de feri.& in cap.cùm ceſſante,in 4.not.de appel.Ang.in l.minoribus, C.de his quib.vt indig.Henri.Bohic.in c.& ſi Chriſtus, col.j de iureiur.Alexa.in l.ſi cum dotem,§.ſi maritus,col.3.verſi.vel poteſt reſponderi,ff.ſolu.matr.& in additio.Nico.Neapo.in l.ij.§.non ſolùm, ff.de excuſ.tut.Iaſ.in l.ſciendum,§.vlt.col.3.verſ.quartò pro iſta parte,ff.qui ſatiſd.cogan.Franc.Rip. in l.ex facto,col.3.num.16.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.

*Vaſallus poteſt renunciare feudo, inuito domino.*

3 ¶Et per text.in d.l.ſi vnus,§.ſeruus,ff.de quæſtio.voluerunt Hoſt.Cardi.Flor.Anton.Imo. & Felyn. in d.c.quæ in eccleſiarum : ille col.j.in verbo,alienandi, verſic. ſed nunquid vaſallus,alter in fi.Anto.col.2.ver.an vaſallus poſsit,Imo.col.3.verſi.& intelligit etiam,Fely.col.xxxij.in v.fallent. in prin. de conſtit.quòd licèt vaſallus poſsit renunciare feudo,inuito domino,per text.in c. j. titul. de vaſal.

qui



qui contra conſtit. Lotha.reg.benef.alien.lib. 2. feud. non tamen poſt eam renunciationem poteſt, nec debet offendere dominum, ob memoriam priſtini dominij. quod & ipſum voluit ipſe Card. Flor.in cle.paſtorales verſic.denique, in vij.q.de iud.vbi & ad hoc allegat tex.in d.illo c.j.

*Filio emãcipato quæritur actio ex ſtipulatione patris de dote reddenda.*

4 ¶Quibus adde duo dicta Bal.Primum,in l.genero,col.j.verſi.vlteriùs oppo. C. de iu. dot. quòd ex patris ſtipulatione de reddenda dote,quæritur filio emancipato actio vtilis,propter reliquias precedentis poteſtatis,arg.l.cùm talem,§.vlt.ff.de hære.inſtit.Alterũ eſt in l.in rebus,col.3 ver.tertiò noto,ibi,tu dic quòd aut conſideramus,C.eo.tit.de iur.dot.quòd vxor conſtante matrimonio, cenſetur quodammodo domina rerum dotalium,propter veſtigia,& reliquias præcedentis dominij,& in his vir imaginem vxoris repræſentat,argu.l.cùm notiſsimi,§.j.de præſcript.xxx.annor.

*Alia ſimilia.*

5 ¶Adde & tu alia ſimilia,in quibus ob reliquias,veſtigia,& memoriam priſtinæ cauſæ, effectus non ceſſat,etiam ſi cauſa ipſa ceſſet,quæ & tu videre poteris apud Io.And.in c.conſulti,col.2.verſi.in gl. j.diſſolutæ,& ibi Anto.col.2.verſi.gloſ.ſuper verbo,ſeculariter,& Pan.col.item 2.verſic.ex quo inferunt,extrà de reg.qui omnes loquuntur de memoria priſtinæ religionis,& eundem Ioan.And.in c. vlt.ad fi.eo.tit.Fely.latè in c.quæ in eccleſiarum,col.xxxij.in v.fallent.de conſtit.& Hippoc. Marſil. ſingu.clxxix.viget communiter ſtatutum,& quæ etiam nos diximus in præced.limit.in qua ſpecialiter locuti ſumus de reliquiis & veſtigiis dignitatis.

*Reliquiæ prioris tutelæ excludunt ſequentem.*

6 ¶Adde inquam & alia in quibus reliquiæ ſunt tanti roboris,vt perinde excludant ſequentes ordine, ac ſi totum ipſum remaneret:quod ex eo videre licet, quòd reliquiæ prioris tutelæ, excludunt ſequentem tutelam,vt plenè not.in l.j.C.de teſta.tute.& d.l.ſi quis ſub conditione, & ibi Bart. ff. eod. & voluit etiam Bald.in l.cùm antiquioribus,col.vj.verſic.quintò ſic ſicut reliquiæ,C.de iure delibe. & Cardin.Alex.in c. j. verſic. quartodecimò ſicut reliquiæ,de feud.March.vel duca.vel comit.lib.j. feud.& diximus in tract.primogenior.q.xl.nu.71.incip.31.vbi rei quæ deficit.

*Inimicus reconciliatus, an ſit teſtis,aut iudex idoneus.*

7 ¶Sed ita tamen vt non illud ſpecialiter omittamus,quòd inimicus reconciliatus, non ſtatim eſt iudex,vel teſtis idoneus,cum adhuc dubium ſit,an remanſerint quædam reliquiæ odij,ſed expectandum eſt,vt amicitia ſit longo tempore confirmata,& ſint obliterata omnia inimicitiarum veſtigia, per tex.no.in c.accuſatores per teſtes,quod eſt ij.& ibi gl.iij.q.v.Et ita voluit gl.in c. per tuas le j. in verbo,inimicitias capitales,in fi.& ibi Io.Ana.col.3.ver.in gl.in verbo,capitales,& Felyn.col.vltim. verſi.in eadem gl.in fi.de ſimo.Inno.non obſcurè in c.cùm oporteat,col.vlt.in verbo, inimicos, & ibi clariùs Panor.col.ij.verſ.item aduerte,Io.Ana.col.iij. verſ. nunquid autem reconciliatio, & Felyn.col.v.verſ.nunquid autem reconciliatio,de accuſat. Idem Innoc.in c.cùm I.& A.paulò ante fin. & ibi etiam Imol.col.pen.verſic.tertia fuit quæ colligitur,de re iud.vt à nonnullis citãtur,licèt aliud dicere videantur,quamuis allegent d.c.accuſatores.Spec.tit.de iud.deleg.§. ſupereſt videre, verſic. item quòd quõdam,& ibi Io.And.in addit.Ro.ſing.cccxv.incip.Inno.in c.cũ I.Alex.cõſ.xcix. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Iac.col.j.ver.& quãuis tempore,lib.j.Firm.in tract.de epiſc.in 4.parte lib.4.ver.decimatertia.Fely.in c.ſi pro debilitate,col.3.verſi.confirmo hæc per tria,de offic. deleg.& in c.j.col.poſt prin.de iud.& in c.quoties,col.j.de teſtib.& conſi.3.habent legiſtæ,col.vlt.ver. quartò adduco,vbi dicit ſing.tex.in d.c.accuſatores.Hippol.Marſi.in l.j.§.præterea.col.2.verſic.amplia etiam hunc tex.& hanc regulam,verſi.intellige tamen,de quæſt.& in rep.l.vlt. char. xvj. C. de probat.& ſing.cvij.priuilegium dignitatis.ver item adde quod inimicus,& d.ſing.clxxix.col.2.verſ. item facit etiam,nam inimicus.Ludo.Care.in rep.l.obſeruare,quæ eſt ij.in prin.nu.118.verſi.amplia etiam in inimicitia,C.quor.appellat.non recip.Ioan.Crot.in tract.de teſtib.char.vj.col.3.verſi. decimò extenditur.Maria.Soci.iunior conſi.lxxix.incip.licèt in præſenti,col.x. nu. 42. lib.j.& Syluester Aldobrandinus in §.inimicitiæ,col.v.verſi.ſed dubium, Inſtit. de excuſatio. Et facit quod in ſimili diximus,ſuprà in xij.limitat.nu.11.incip.adde & illud,de Iudæo recèns facto Chriſtiano.

*De eadem re, ex externis autoribus.*

8 ¶Et has certè inimicitias recõciliatas,eſſe ſuſpectiſsimas docet Cicero in oratione pro Milone, In communi omnium lætitia,ſi etiam ipſe gauderet,timeret ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ.Et alibi,Ego cum omnes amicitias tuendas ſemper putaui ſumma religione,& fide, tamen eas maximè quæ eſſent ex inimicitiis reuocatæ in gratiam, propterea quòd integris amicitiis officium prætermiſſum imprudentiæ,vel vt grauius interpretemur, negligentiæ excuſatione defenditur:poſt reditum in gratiam,ſi quid eſt commiſſum,id non neglectum, ſed violatum putatur ; nec imprudentiæ,ſed perfidiæ aſsignari ſolet. Idem pro Deiotaro rege ſcribit Cæſarem fuiſſe huiuſmodi,vt nemo illum placauerit inimicitiis, qui vllas reſediſſe in eo ſimultatis reliquias ſenſerit. Et huc reſpiciens Horat.ad Iulium Florum,lib.Epiſto.j.Epiſto.iij.

*Debes hoc etiam reſcribere:ſit tibi curæ*
*Quantum conueniat Numatius.an malè ſarta*
*Gratia nec quicquam coit? & reſcinditur?*

Diuus autem Hieronymus ad Rufinum,profitetur ſe reconciliatas inimicitias purè colere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Et idem alibi in ipſum Rufinum lib. j. monet amicos poſt reconciliatam ſimultatem, etiam leues vt ſuſpitiones fugiant:ne quod fortuitò fecerint,conſultò facere putentur.Vide tamen interim tex. in §. item ſi propter inimicitias.Inſtit.de excuſat.tutor.

*Cõtra hanc limitationem.*

9 ¶Tamen contra hanc limitationem videtur eſſe tex.in l.vltim.ff.vnde lib. vbi ſi filius dedit ſe arrogandum,non poterit amplius dicere contra tabulas,licèt etiam poſt arrogationem remaneant quæ-

dam reliquiæ filiationis naturalis, l. tutelas, ff. de capi. dimin. cum ſimilib. Ideo Imo. & Rom. in l. ij. §. vlt. ille col. ij. verſi. item adde inquantum: hic col. vlt. verſi. vlterius inquantum, ff. de donat. id præſentientes dicunt illud in hac re dici poſſe, quòd ceſſante cauſa, ceſſat diſpoſitio, licèt maneât aliquæ reliquiæ. Niſi tamen in caſibus, in quibus lex aliquid ſtatuit propter memoriam priſtini ſtatus, vt in d. l. vnius, §. ſeruus, ff. de quæſtio. & d. l. vlt. ff. de Decurion. & c. j. ad fi. tit. conſti. feu. domi. Lothar. Tanquam ſcilicet intelligant reliquias priſtinæ cauſæ non eſſe conſiderandas in hac noſtra regula, niſi in caſibus expreſsis. Et id fortè verius eſt, niſi in reliquiis eſſet eadem ratio.

### DECIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ habet locũ, cùm ſuſpenſa tantũ eſt cauſa.*

1 ¶Decimoſeptimò limita hanc noſtram regulam, vt procedat cùm omnino ceſſat cauſa: ſecus ſi ſit ſuſpenſa tantùm, & non obrupta: nam tunc non etiam obrumpitur effectus. l. ſi extraneus & l. quod ſeruus, de condict. ob cauſam. Et ita per illos tex. dicit Bald. in c. quemadmodum, col. ij. verſic. non tacitas conditiones, de iureiur.

*Differentia an aliquid ſuſpendatur, an abrumpatur.*

2 ¶Cui adde quod tradit ipſe Bald. in c. j. col. ij. verſi. & ad idem facit, titu. hîc finit lex, deind. conſuet. regni incip. lib. 2. feud. eſſe longam differentiam an aliquid ſuſpendatur, an verò omnino abrumpatur, per not. in l. ij. §. ex his, & l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbo. obligat. & hæc verba dicit eſſe l. illa inſtitutio, §. is qui apud hoſtes, ibi, in ſuſpenſo retinentur vel non obrumpuntur, ff. de hæred. inſtit. Et ex his Bald. vbi ſuprà, decidit pulchram quæſtionem, poſt gl. ibi, vt apud eum videre poteris. & benefaciunt quæ dicam inferius in xxxj. limitat.

### DECIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ habet locũ cauſa adimpleta.*

1 ¶Decimooctauò limita, vt procedat ceſſante, id eſt, extincta cauſa, ſecus ſi interpretemur ceſſante adimpleta: nam tunc cùm ſcilicet adimpleta eſt, licèt ceſſare videatur, non tamen propterea ceſſat effectus, per id quod habetur in l. ſi iam facta, & l. conditionem quæ in futurum, ff. de condit. & demonſt. vbi implementum cauſæ legati, non reſoluit, ſiue non facit ceſſare legatum, imò ipſum corroborat & confirmat, per quos quidem tex. Bal. in l. filia legatorum, col. j. in 2. q. & ibi quoque Saly. col. j. verſi. ſed an pro reſiduo, Ang. in prin. Paul. Caſtr. verſi. ſed pone quòd minùs, vbi id dicit conſulendo tenuiſſe, Corn. col. j. verſi. ſed dubitatur an poſsit, & Iaſ. col. 2. verſ. prædicta. & iſti tex. & Iac. à S. Georg. qui hanc dicit eſſe communem opinionem. C. de leg. ſequuntur Oldr. qui fuit eius opinionis, vt teſtator, qui plus legauit pro dote, poſtea minùs dedit in dotem, non videtur minuiſſe legatum: quaſi videlicet per illam vltimam dationem in dotem, & ſequens matrimonium non ceſſauerit, id eſt, non extincta fuerit cauſa finalis legati: ſed ſolùm ceſſauerit, id eſt, adimpleta fuerit.

*Dotata in teſtamento, poſteà ab alio dotata, legatum dotis non perdit.*

2 ¶Quod nota, quia admodum ſubtile eſt, & id etiam ſequitur Pau. Caſt. conſil. cxlvij. proponitur in facto, quòd quædam teſtatrix, lib. ij. vbi per hoc conſuluit, quòd ſi ea cui quis teſtamento dotem reliquit, nubat interim antequam teſtator moriatur, ſitque ab alio dotata: ei tamen debetur legatum, veluti cauſa legati non extincta, ſed adimpleta. Id quod etiam antè tenuerat Guid. Cu. in l. cùm is, §. ſi in ea opinione ſit mulier, ff. de cond. indeb. per tex. in l. Publius, in prin. ff. de condit. & demonſt. atque etiam Ray. Forliu. per l. hæc conditio, la j. eod. tit. quos ipſe Pau. citat.

*De eadem re.*

3 ¶Sed & id quoque tenuerunt Oldr. Bart. qui tamen declarat, & alij in l. Lucius, la j. ff. de leg. ij. Bald. in l. huiuſmodi, §. cùm pater, & ibi recentiores, ff. de leg. j. & idem Bald. in l. vlt. ad fin. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. profer. & conſ. cccxxx. caſus talis eſt, auus reliquit nepti, lib. v. & iterum conſil. ccccxciij. conſiderato quòd teſtator, eod. lib. v. vbi & ipſe diſtinguit. Petr. Anch. in c. filius, col. vlt. verſic. vltimò circa proximè dicta, de teſta. Alexand. conſil. vij. viſis & diligenter animaduerſis, col. iiij. verſic. hoc in terminis, lib. ij. quod repetitur conſil. lxxxviij. lib. vj. vbi illum omnimodo vide. & ipſum quoque Alexand. conſi. xcv. repetitus, col. vlt. verſi. circa ſecundum, lib vij. & Bal. conſi. ccclx. quia dictum legatum, lib. iiij.

*Dos teſtamento relicta, debetur ei quæ iam maritata erat.*

4 ¶Et huc quoque pertinet, quòd per d. l. ſi iam facta, de cond. & demonſt. atque etiam per l. antepen. ff. de inſtit. & ſubſtit. voluit ipſe Bald. in d. l. vnic. col. 2. verſ. pone teſtator, C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. profer. quòd ſi teſtator reliquit decem Berthæ, pro ea maritanda, quæ ipſa tempore teſtamenti erat iam maritata, debetur illi legatum. quem refert & ſequitur Alexand. conſi. cxlvj. in cauſa, & lite inter nobilem Raphaëlem, col. ij. verſic. & ſimiliter dicit, lib. v. & Hippo. Marſi. in repet. rub. de fideiuſſorib. num. 85. & Ioan. Lupus, in repet. c. per veſtras, §. xx. verſic. ex hoc dicebat, de donat. inter virum & vxorem. Tu autem vide Paul. Caſtr. conſil. cccviij. in iſto facto. col. j. verſic. ſecundò facit dubium, lib. j.

### DECIMANONA LIMITATIO.

*Cauſa nullitatis ceſſante, nõ ceſſat nullitas.*

1 ¶Decimononò limita noſtram regulam, non procedere, quando actus quiſpiam eſt nullus, propter aliquam cauſam: quia ſi etiam poſtea ceſſet ea cauſa, non tamen ceſſat effectus nullitatis, id eſt, non reconualeſcit actus, propter ceſſationem cauſæ, vt probatur ex §. j. Inſtit. de exhæredat. lib. iuncta l. Papinianus, in prin. ff. de inof. teſta. & ex l. eius qui, ff. de teſta. & §. præterea, Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. & § j. Inſtit. de inutilib. ſtipu. & c. j. de deſponſa. impub.

*Declaratio l. filiam, ff. de Senator.*

2 ¶Et ad hoc quoque facere videtur l. filiam, ff. de Senator. quæ repetitur ad verbum, in l. generali, §. vlt. ff. de ritu nupt. vbi ſi filia Senatoris contraxerit matrimonium cum libertino, id quidem matrimonium nullum eſt: nec vires reaſſumit, etiam ſi cauſa ob quam illud matrimonium non valebat, ceſſat, quia ſcilicet pater deſiit eſſe Senator. Verùm Baldus ibi, in priore lectura, dicit illud ibi, ideo procedere, quòd ius iam filiæ erat quæſitum, quod pertinet ad vndecimam limitationem, vbi diximus



diximus. In poſteriore autem lectura idem Bald. dicit eam cauſam fuiſſe remotam, qua ceſſante, non ceſſat effectus, & id pertinet ad ſeq. limitatio. vbi dicemus. Vel dici quoque poteſt, vt dicemus ex Alberico, infrà in 33. limitatio. Vel etiam dici poſſet vltra eos, quod ibi qualitas impediens non ceſſat, quia filia per caſum patris, non deſinit eſſe filia Senatoris, per l. emancipatum, §. ſi quis con ceptus, ff. eo. tit. de Senator. quod bene animaduerterunt Rayn. & Alb. d. l. filiam.

*Vtrum res inualida, quæ ad eum caſum venit à quo incipere potuit, reconualeſcat.*

3 ¶Sed ſi hæc qualitas deſineret, ita vt res veniſſet ad eum caſum à quo incipere potuiſſet, vtrum actus vires aſſumeret, ingens eſt labyrinthus. ideo lectores relego ad gl. Bar. Floria. à S. Petro, in l. per fundum, ff. de ſeru. ruſt. præd. gl. & Bar. col. ij in l. cum viro prædiũ dotale. ff. de vſurpat. & vſuc. gl. & alios, in c. quod initio, & in l. quæ ab initio, quæ eſt pen. ff. de reg. iur. Dyn. & Bart. in l. filius, ff. de ſolut. eundem Dyn. & alios in c. non firmatur, & in c. factum legitimè, de reg. iur. lib. vj. Bart. in d. l. pluribus, quæ eſt pen. §. & ſi placet, ante medium, verſi. circa primum, & ibi cæteros recentiores, ff. de verb. oblig. & eundem Bart. in l. cætera, in prin. ff. de leg. j. Bald. in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Rom. conſi. cccccix. circa propoſitam conſultationem, in v. dub. Barb. qui alios multos citat, conſi. lxx. illud in medium referam, col. j. & ij. lib. iij.

### VICESIMA LIMITATIO.

*Hæc regula procedit in cauſa immediata, non in mediata.*

1 ¶Viceſimò limita, vt noſtra regula procedat in cauſa propinqua, & immediata, non etiam in remota, ſiue mediata, vt voluit gl. in l. ſi mulier, per eum tex. ff. rer. amotar. & alia gloſ. à paucis in id annotata, in l. j. in verbo, te filio, in v. oppoſitio. C. de pact. Dyn. non obſcurè in c. priuilegium, in ſolut. j. oppoſit. de reg. iur. lib. vj. Bald. in d. l. filiam, per eum tex. ff. de Senator. in ij. lectu. & in l. ſi cùm dotem, in princ. col. vlt. verſic. ſecundò inducuntur, ff. ſolut. matrim. quòd poſita cauſa immediata, & proxima, ponitur effectus: remota, remouetur effectus. Panor. in c. ex parte tua col. ij. ver. ſecunda ſolutio, de conuerſ. coniug. Cæpo. cauſ. criminal. conſi. ij. ſuper caſu homicidij, col. ij. verſi. & quòd hoc ſit verum, cum multis ſeq. vt col. iij. verſi. & ideo cùm ſumus, vbi dicit, quòd cauſa proxima eſt vera, & propria cauſa: remota autem ficta, & impropria. Ideo non habet locum in ſtatutis.

*At idem ex Theologis.*

2 ¶Nec id à noſtratibus tantùm fuit annotatum, vt ſcilicet deficiente cauſa remota, non deficiat effectus, quando & Theologi ſcholaſtici, non pauci fuerint eiuſdem ſententiæ, & inter cæteros Alex. Hales illorum anteſignanus, & è cuius ſchola, veluti ex equo Troiano prodierunt cæteri eiuſdem notæ proceres, in iiij. parte ſuæ ſummæ, quæſtio. xx. memb. ij artic. ij. § j. col. ij. in ſolu. ij. arg. & diuus Bonauentura lib. iiij. ſententiar. diſtinct. xxij. argu. j. quæſt. j. & Gabriel Biel. li. j. eiuſdem operis, diſti. xlv. queſt. vnica, & iterum lib. ij. diſti. ij. quæſt. ij. in ij. not.

*Cauſam immediatam attendi debere.*

3 ¶Nam & aliàs cauſa finalis immediata, attendi debet, vt ſcribit Signor. Homod. doctor laudatiſsimus, conſil. lxxix. cuius exordium eſt, factum ſic ſe habet, in quæſtione vertente inter dominũ, col. ij. verſi. præterea cauſa finalis, per l. cùm quis, cum ibi nota. ff. de dol. mal. & l. ſi ob turpem, ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. nec tamen, ff. quod met. cau. Et bene facit, quod diximus in xiij. limit. nu. 8. incip. ſunt & qui dicunt, ſcilicet cauſam remotam, & mediatam dici potiùs occaſionẽ, quàm cauſam.

*Cauſam propinquam magis operari, quàm remotã.*

4 ¶Sed quòd ſemper aliàs magis operatur cauſa proxima, quàm remota, l. ſocium, qui in eo, §. j. ff. pro ſoc. vbi Bald. dicit cauſam remotam æquiparari cauſæ impulſiuæ, & non finali, & l. qui domum habebat, in fin. ff. loca. & l. huic ſcripturæ, ff. ad leg. Aquil. & l. idem ſi ob ſtuprum, §. ſed & quod meretrici, ff. de cond. ob turp. cauſ. & l. ſed & ſi plures, §. in adrogato, & ibi Bart. & iterum, l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pup. & l. ij. §. ſicuti, ff. de hæred. vel actio. vendi. & l. ſed ſi ſic, §. vlt. ff. de legat. iij. & l. rogaſti, ff. ſi cert. petat. & l. metus autem, §. ſed licèt ff. quod. met. cauſ. vbi not. Bart. quòd in dubio tex. loquens de cauſa, intelligitur de proxima, non de remota, & l. carbonum. ff. de verbo. ſignifi. & l. cùm de hoc, ff. de excep. rei iudic. & l. ij. C. eod. tit. & c. non poteſt, de præb. lib. vj.

*Cauſa in dubio intelligitur de propinqua.*

5 ¶Et voluit præterea Old. conſi. xxv. thema tale eſt, aliqui propter defectum, col. j. verſi. præterea quantò cauſa eſt, vbi dicit quòd iuriſtæ proximam cuiuſque rei cauſam attendunt, Ioan. And. in addit. Spec. tit. de iniur. §. ſequitur, verſi. ſed pone inimicus. Bar. in l. vlt. col. ij. verſi. præterea in conditione, ff. de cond. ſine cau. Bal. in l. ex placito, col. j. & ij. C. de rer. perm. vbi id probat multis rationibus, & in l. j. §. ſimili modo, C. de Lat. lib. tollen. & in l. cùm antiquioribus, col. pe. verſi. ſextò quia filius, C. de iure deli. & in l. ſub prętextu inſtrumenti. la j. col. 2. verſi. pręterea ſi dolus. C. de tranſact. & in l. vxor tua. C. famil. hercíſ. & in l. j. paulò ante fi. C. ſi cer. pet. vbi dicit, quòd cauſę multùm remotę non conſiderantur, quia actus non ſunt conſecuturi ab iis, niſi in virtute maiori acceptionis cauſæ, per l. ſocium. qui in eo, §. vlt. ff. pro ſoc. & ipſe Bal. in l. æde. col. 2. verſic. quęro, de quibus vſibus. C. loca. vbi dicit, quòd non tenetur quis conſiderare remota, ſed propinqua, & allegat Senecã, vt ibi videre poteris, & idem Bal. in auth. ex teſtamento & ab inteſtato. col. 4. verſic. xiij. capitulum, in fi. illius. C. de collat. Pet. Ancha. in procem. vj. col. 3. verſi. & alibi dubitatur. vbi & illud dicit, quòd Iuriſtę attribuunt rem cauſæ proximę, non remotę, per d. l. ſi mulier. & idem Petr. in c. non poteſt. de pręb. lib. 6. & conſi. xxvj. incip. in quęſtione ſupradicta. col. vlt. & conſi. cccxv. dominus Bar. circa med. & conſi. cccxxix. dubitationẽ facit, vbi & illud quoque dicit, quòd ſecundũ Iuriſtas debet ſemper actus attribui cauſę proximę, & ab ea denominari, & non à remota, & conſi. ccccíiij. tria dubia. col. 4. verſi. & iſtam opi. Imo. conſi. cxxxix. pręfatus Symus debitor. col. pe. ver. pręterea poſito. Pan. conſi. xlv. quędam D. G. coniugata. col. 3. verſi. reſtat nunc reſpondere. lib. 2. Franc. Aret. conſi. clxj. verum eſt, quòd Comicus. col. 4. nu. 5. vbi dicit cauſam mediatam, & remotam dici potius occaſionem, quàm cauſam, & conſi. cxlviij. in quęſtione propoſita. col. vlti. Philip. Corn. conſil. cclxvj. circa

primam conſultationem,col.vlt.lib.iiij.Barb.conſi.xliij.illud in medium referam,col.xiij.verſ.teſtat modò videre,lib.ij.vbi dicit,quòd vbi conſtat de cauſa propinqua, non curatur de remota. Iac. à S.Georg.in l.cùm hi,in prin.in j.lect.col.ij.nu.xij.ff.de tranſ.Fran.Curt.iun.conſi.j.primùm complector,col.iij.nu.9.& iterum,conſ.ij.circa præmiſſam,col.ij.verſ.quarta præmittitur concluſio.Philip. Dec.conſ.cxxxvij.cuius præſcriptio incip.de abſolutione facta,col.iij. verſic. ſecundò principaliter. Matth.Affl.in c.j.col.iiij.nu.6.tit.Impe.Lotha.& Deciſ.Neap.cxxvij.mater habet duas. Hier. Grat. conſi.clxxvij. in præſenti cauſa,col.ij.nu.8.lib.j.Pau.Pari.conſi.cxxvij.lucrum dotis,col. j. & conſil. xlj.Io.teſtator,col.ij.nu.7.lib.iij.

*Cauſa ſecunda nihil operatur, niſi inquantum ſibi à prima influitur.*

6 ¶Quibus adde quod in vniuerſum voluit Compoſtel.in ca.cùm in cunctis,col.iiij.de elect.quòd in quibuſcunque hominum actionibus,cauſa immediata inſpicitur,quem ſic refert,& ſequitur Ludo. Gommez.ſuper regula cancellariæ,de iure quæſito non tollendo,q.iij.col.ij.verſi.& tenendo iſtam partem.Sed & Ang.conſi.cx.ſanctiſsima,& illuſtriſsima,col.verſi.& ideo concludo, dicit generaliter,quòd ſemper prima cauſa eſt intuenda:neque enim ſecunda cauſa quicquã operatur,niſi quantum ſibi à prima influitur,per l.Prætor,§.prædium,ff.de leg.ij.& l.ſi quis domum, §. huic ſubiungi poteſt,ff.loca.& l.neceſſariò,§.vl.ff.de peric.& com.rei vend.& l.ſi ex duobus,& ibi gl.ordina.ff. de aſsigna.liber.nam vt ait philoſophus,vt ipſe Ange.ait,cauſa prima magis influit in cauſatum, quàm ſecunda.Et ideo cauſæ ſecundæ tanquam ſublaternæ,pluſquam cauſæ primæ concedi non debet, l. Publius,§.j.ff.de condict.& demon.& l.ſi viua matre.§.in nepotibus.verſi.nam licèt.C.de bon. mater.& l.ij.in prin.de interd.& relega.& deport.

*Cauſa remota non imputatur ad homicidiũ.*

7 ¶Ante hos omnes gl.in c.de cætero,in verbo,vnica.de homic. dicit, quòd cauſa remota non imputatur ad homicidium,aut aliud delictum,arg.d.l. qui domum habebat,ff.loca.& c.exhibita,eod. tit.de homic.Quam gl.ſequuntur Hoſt.Io.And.Henri.Bohic.Io.Ana.Pano.Fely.& cæteri, ex quibus ipſe Pan.not.quòd appellatione cauſę,venit tantùm proxima.& idem voluit ipſe Pan.in c.quia diuerſitatem.col.iij.verſic.in gl.in verbo,non tamen,de conceſ. præb. & in c. diſcretionem, col.ij verſ.ſed ego adderem,de eo qui cogno.conſang.vxor ſuæ.& Fely.qui alios citat in d.c.ſolitæ,col.j verſ.pro qua differentia, de maiorit.& obed.

8 ¶Illa autem glo.interpretatur tex.ibi,cuius hæc verba ſunt:Qui homicidij cauſam dat,ad ſacerdotium promouendus non eſt,tanquam qui cauſam damni dat,damnum dediſſe videatur.Ex quo illud Ciceronis Philippic.9. Is enim profectò mortẽ attulit,qui cauſa mortis fuit.In quibus illud annotandum,quòd cauſam dixerunt,non occaſionem.Occaſio enim cauſam remotam ſignificat, vt latè diximus in xiij.limitat.nu.8.qua quidem occaſione ceſſante,non ceſſat effectus,vt in eadem illa limit.oſtendimus.Igitur,vt redeamus,cauſa propriè ſumpta,quæ ſcilicet immediata eſt, imputatur ad homicidium,non etiam cauſa impropria,& mediata,quę occaſio dicitur,vt impropriè locutus fuiſſe videatur iuriſconſultus noſter in l.qui occidit.§.vlt.ff.ad leg.Aquil.cùm dicit, Nam & qui occaſionem damni præſtat,damnum feciſſe videtur.Debuit enim potius dicere cauſam,vt Cicero.

*Euentus cauſæ proximæ attribuitur,non remotæ.*

9 ¶Vt non immeritò ſcripſerit Bald.ille omnium noſtrorum ſcriptorũ(pace illorum dixerim) vberrimus,ne quid ampliùs dicam,vix enim ſine præfatione honoris citare poſſumus,conſi.cxxxvj.cuius initium eſt,proponitur,quòd Titius percuſsit,paulò ante fin.lib.ij.quòd euentus, qui procedit à cauſis proximis,& immediatis,attenditur reſpectu illarum cauſarum:ſi autem non ſunt cauſæ immediatæ,tunc euentus non attribuitur illi principio remoto, ſed cauſis propinquioribus, per d. l. ſi mulier,ff.rer.amotar.& d.l.huic ſcripturæ.ff.ad l.Aquil.Ideo (vt ſubdit) non ab euentu, ſed à cauſis immediatis argumentum concludit.

*De eadem re.*

10 ¶Nec tamen interim omittam quod tradit idem Bal.in l.j.col.ij.in iiij.oppoſi. C. ſi ſer. ext. ſe emi. manda.dum loquens de proxima cauſa,& remota dicit, quòd poteſt conſiderari cauſa proxima, quando non eſt inſtrumentum,ſed fit per accidens,vt ſi pulſo aliquem, vnde in lapidem impegit, quo vulneratus eſt:& tunc propriè non dicor vulneraſſe : nec ſi ille moriatur, dicetur mortuus ex meo vulnere:quia non vtebar eo lapide vt inſtrumento,quo eum vulnerarem.Ideóque ſtatuta loquentia de percuſsione,& ſimilia,non habent locum in hoc caſu.& idem propemodum dicit idem Bal.in l.de pecoribus,ff.ad leg.Aquil.& ibi quoq; Sal.qui tamen nutat,& Flo.à S.Per. in l.qua actione,§.Celſus autem multum.ff.eo.Paul.Caſt.in d.l.qui domum,verſ.& no.hîc arg.ff.loc. Io. Ana. & Fely.in d.c.de cætero,de homic.& Cæpol.qui id dicit ſingu.d.conſi.ij.ſuper caſu homicidij,col. iij. verſ.ſecũdo modo poteſt.Ang.Are.in tract.malefic.in verbo,& ipſum Titium percuſsit.Fran. Are. conſi.146.viſa conſultatione,col.iiij.verſ.hoc præmiſſo.Fely.qui ſolum Ang.allegat,in tract. quando conatus puniatur,col.iiij.verſi.ex his intulit,vbi id dicit nouum,& elegans Hippo.Marſi. in l.nihil intereſt,col.iiij.verſ.adde etiam aliud ſingu.ff.de ſica.& conſi.cxxxvj.conſului proximis diebus, col.iiij.verſ.item contra doctrinam Matth.Affl.in conſt.Sicil.inci.ſi quis aliquem,col.iij. in vij. q. & ante hos Bar.in l.ſi gemina,col.ij.ver.quæro quòd ſi te,ff.arb.furt.cæſ.Et optimè ad id facit tex. in c.ſtudebat,& ibi gl.l.diſti.

*Vulneraſſe propriè qui dicitur.*

*Cauſa cauſæ non dicitur verè cauſa cauſati.*

10 ¶Poſtea autem ſubdit ipſe Bald.(neque enim id omittere volui)in d.l.j.C.ſi ſer.exter. quòd inſpecta veritate, cauſa cauſæ,non dicitur,cauſa cauſati,per l.j.§. deieciſſe, ff.de vi & vi arma. & l. quoniam multa facinora,C.ad legem Iuliam de vi publica.& ſequitur idem Cepol. d. conſil. ij. col. iij. verſi.ſed in quæſtione noſtra,vbi dicit,quòd id non procederet in ſtatutis,in quibus verba debent propriè & ſtrictè intelligi.

¶Ex



*Legatis principis donatũ, an illorũ deceat eſſe proprium.*

11 ¶Ex hac autem ratione quam diximus de cauſa remota, multi fuerunt in ea ſentẽtia,vt legati principis, aut ciuitatis non teneantur reſtituere,id quod eis donatum eſt ab his,ad quos miſsi ſunt, nam licèt ſit eis collatum in honorem principis,vel ciuitatis , tamen id ad propriam eorum vtilitatem datum fuiſſe cenſetur:nam hæc eſt cauſa proxima,altera remota,vt dicit Bald.in d.l.ſocium, qui in eo.§.j.ff.pro ſoc.De quo tu vide glo.in l.qui proprio,§.procurator,vt in cæteris,& ibi latè Alb. col.j. verſ.vlt.dicit gl.& ſic fuit,Gui.Cu.Bar.Bald.Ang.& Paul.Caſt.ff.de procu.gl.in l.ſi verò quæ eſt 63. §.item quicquid,& ibi Bar.Bald.qui eum §.legit cum l.dotalem ſeruum,quę eſt 61.Alb.qui eundem §.legit,cum prin.d.l.ſi verò,col.ij.verſ.aliæ gl.ſatis patent,Ange.qui & d.§. legit cum d. l. dotalem, Imol.qui & ipſe illum §.legit cum d.l.dotalem,in fi.Rom.qui idem facit,col.pen.verſ.in gl.eiuſdem l.Paul.Caſt.qui idem fecit in fin.& Alexan.ff.ſolu matr.& gl.in l.ſed ſi plures : quæ eſt 10. aut vt alij ll.ſeparantes in l.qui liberis quæ eſt 8.continuando 9.l.ſi pater & 10.ſed ſi plures. §. in adrogato, in verbo, beneficio adrogatoris.& ibi Ang.Imo.Pau.Caſtr.Fran.Aret.& Alex.ff. de vulg. & pup.ſubſti.Cyn.in l.j.col.ij.in vij.q.& ibi Alb.col.ij.verſi.& ex prædictis,C.de ſacroſ.eccle.& eundem Cyn. in l.vlt.col.vlt.verſi.quintò colligit ſic.& ibi Bal.in §.ſed cùm ſecundam, C. de furt.Io. Andr. Petr. Anch.Domi.& Philip.Fran.in c.à collatione,quod eſt pen.de appel.lib.vj.Albe.in l.cum aliquis, circa medium,verſi.item allegatur hæc lex,& ibi quoque Salyc.poſt medium,verſi.item præſtat arg. C.de iure delib.Io.Cald.Cardi.Flor.Anto.Imo.& Panorm.in c.poſtulaſtis, quod eſt pe. de conceſ. pręb.Bal.in l.extraneo,C.de don.& conſi.cxciiij.incip.præmiſsis verbis, poſt princ. lib. ij. & conſil. ccclxxviij.ſaluo ſemper,col.ij.verſi.ad tertiam rationem,lib.v.vt tamen interim non omittã quod à Valerio Maximo ſcriptum eſt li.iiij.c.ij.quòd Quintus Fabius Gurges,C. Numerius, Fabius pictor,Quintus Vgolinus legati ad Ptolomæum Regẽ miſsi,munera quę ab eo priuatim acceperant, in ærarium quidem prius,quàm ad Senatum legationem referrent,detulerunt : ſcilicet, de publico miniſterio nihil cuiquam,præter laudem bene adminiſtrati officij accedere debere,iudicantes.Verùm Senatus decreto,& populi permiſſu quæſtores in id dati,legatis prõptè vnicuiq; diſtribuerunt.

*Cauſa remota, & propinqua, an impares iudicẽtur.*

12 ¶Hæc tamen quæ cauſam remotam non conſiderant,ſed tantùm propinquam, declarabis primò vt procedant,niſi eſſet quæſtio de damno dato cauſa alicuius:tunc enim ad imparia non iudicantur cauſa remota,& proxima,vt not.conſuluit Cald.conſi.iiij.abbas locauit,ſub tit. de locat. quod pro ſing.ſequitur Chaſſe.conſi.j.Burgundiones,in iiij.parte,col.iij.verſi.miror tamen de iſto dicto, vbi tamen declarat, vt apud eum videre poteris. Et id certè reuocandum eſt ad ea quæ latè ſcripta ſunt in d.c.de cætero,de homicid.

*Cauſa remota deſcendens à propinqua,cẽſetur eſſe propinqua.*

13 ¶Secundò declarabis,vt procedat,niſi illa remota cauſa deſcenderet ex cauſa proxima, vt voluit Pau.Caſt.conſi.cxix.cuius prin.eſt,hæreditas prædicta videtur pertinere,col.ij.ver.item dico quòd ſtatutum lib.j.in id allegans Bald.in l.illam,col.ij.verſi.quintò,quia ſufficit.C.de collationi. Cui adde quòd prima cauſa ſemper repræſentatur in ſecunda,in quam influit,l. licèt, §. ea obligatio. ff. de procuratoribus.

*Cauſa ſecũda, ſine qua effectus ſequi non poteſt, inſpicienda eſt.*

14 ¶Tertiò declarabis,vt procedat niſi ſecunda cauſa talis eſſet,vt effectus ſequi ſine ea non poſsit:tũc enim magis reſpiceremus ſecundam eam cauſam,quàm proximã. verbi gratia,in vſucapione cauſa proxima eſt dominium:ſecunda,poſſeſsio : ſed quia ſine poſſeſsione vſucapio non procedit, l. ſine poſſeſsione,& l.non videtur,ff.de vſuc.magis inſpicimus poſſeſsionem,licèt ſit remota cauſa,quàm dominium,quæ eſt proxima,vt ſcribit Bar.in l.j.col.j.in vlt.oppoſ.ff.de conſtit.princ. Et vide quę dicam in ſeq.declara.& iterum in nu.18.incip.ego in meo codice.

*Quid ſi prima cauſa inducit ſecũdam, ſed non effectum eius.*

15 ¶Quartò declarabis(& hæc quidem declaratio proximè ad præcedentem accedit) ſecundum ea quæ ſcribit Bald.in c.imperialem,§.illud quoque præcipimus,lib.2.feud.col.j.tit.de prohi.feu. alien. per Fride.dum tractat in cauſis ſubordinatis,à qua eorum denominetur effectus.nam aut prima,inquit,cauſa inducit ſecundam,ſed non effectum eius,& tunc ex ſecunda tantùm inſurgit effectus : vt patet in mandante,& mandatario:nam mandans eſt cauſa anterior,mandatarius autem,qui contractum explicuit,cauſa poſterior:& quia effectus contractus in hac poſteriore includitur, & non in priore,ideo actio incipit à poſteriore,& ei attribuitur actio directa:& non à priori, cui vtilis attribuitur,l.quæcunque gerimus,ff.de act.& obligat.& l.Iulianus,§.ſi procurator vendiderit, ff. de act. empt.& l.idémque,§.ſi quis Titio,ff.mand.Sed quando prima cauſa ſecundam includit,& effectum eius,tunc primam eam cauſam inſpicimus,l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.vlt.cum l.ſeq ff.de verb. oblig. & l.ſi quis pro eo.§.ſi numos,ff.mand.Hæc ille,qui ex hoc decidit quęſtionẽ,an vaſallus vaſalli offẽdẽs dominũ domini amittat feudũ,vt ibi videre poteris,& eũ quoq; ibi ſequitur Card.Alex.col.2. ver.nõ obſtat,& Matth.Affli. col.2.ver.ſecũdò nota ad idẽ.Et vide etiã quę dicam infrà n.17.& ſeq.

*Quid in cauſa multum remota.*

16 ¶Quintò declarabis hanc limitationem,vt procedat in cauſa multum remota:ſecus ſi non ſit adeò remota,ſed proximè coniuncta,tunc enim æquè attenditur,ac cauſa proxima immediata, per d. l. cùm de lanionis,§.aſinam,ff.de inſtruct.vel inſtr.lega.& l.in lege Cenſoria.ff.de verb.ſign. & l. vxori quis,ff.de aur.& arg.leg.vbi Bart.not. quòd cauſa intelligitur etiam de cauſa remota non multum,non item de multum remota,quę magis dicenda eſt occaſio,quàm cauſa.idem Bart.in l.vt iuriſiurandi,in princ.circa med.ff.de oper.liber.& in l.ambitioſa,col. v.in ij. regula, verſi. ſed quæro pone habentes,ff.de decre.ab ord.facien.& in d.l.ſed ſi plures,§.in arrogato, verſi. ego limito hoc dictũ.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.vbi eius rei exemplum ponit,& ibi quoq; Alex.co.j.ver.item not. ex eo tex.& Iaſon.col.ij.verſi.nota diligenter.Io.Ana.in d.c.de cętero,in fi.de homic.vbi etiam allegat

l.quæ

l.quæ religioſis,ff.de rei ven.Franc.Areti.in l.ſi ante nuptias,col.vlt.ff.ſolut.matrim.& conſi. vj. viſo inſtrumento diuiſionis,col.iij.verſ.nam iſta eſt regula.& iterum conſ.cxiiij. viſo & diligenter examinato, col.iiij.verſi.cùm igitur prima vice.& conſi.xxix.diligẽter.maturè conſideratis,col.v.verſ. verùm igitur ad quintum.& Socin.dum allegat d.l.vxori,& ibi Bart.in l.certi condictio,in ij.not.ff. ſi cert.pet.& bene facit quod ſuprà diximus,ex Bald.in d.l.j. C.ſi ſeruus extero ſe emi mandauerit.

*Cauſa mediata.*

17 ¶Qua in re tamen illud annotandum eſt,quòd Franc.Aret.ſibi in hoc contrarius,in d.§.in arrogato,quem legit ſub l.ſi pater,col.ij.verſi.tractat etiam Bart.hîc,tradit cauſam mediatam ita cohęrentem proximæ,vt nulla inter eas ſit media,non accipi pro proxima, vt dicit colligi ſatis euidenter ex l.Proculus,ff.de negot.geſt.& l.metum,§.ſed licèt vim à quocunque ff.quod met.cauſ.& vtrobique Bart.idque dicit eſſe de mente d.l.lege Cenſoria,quam tamen Bart.in d.l. ambitioſa, adducit pro ſua illa ſententia.Nec obſtat(inquit)d.l.vxori,quia ibi veſtes emptæ pro ancillis, non veniunt tanquam paratæ mediatè in vſum vxoris,& vt legatum per ſe factum:ſed veniunt acceſſoriè ad ipſas,ancillas,quæ erant paratæ vxoris cauſa.legauerat enim teſtator quicquid vxoris cauſa paratum erat.ad legatum autem principaliter factum veniunt acceſſoria, tanquam pars legàti principalis, l. creditor,§.vlt.ff.de liber.legat.& bene facit l.j.§.quæ depoſiti.ff.depoſ. Non ſolùm autem non attenditur cauſa mediata,quæ non attenditur à diſponente,tunc cùm fit diſpoſitio:ſed nec etiã cauſa illa mediata,quæ intenderetur à diſponente,tanquã cauſa cauſæ immediatæ.vnde licèt procurator emat,quia ſibi fuit mandatum,tamen cauſa acquiſitionis mediata eſt emptio:& quia illa cauſa venit à procuratore,ipſi acquiritur ius directum,l.Iulianus,§.ſi procurator,ff.de actio emp.& ita dicit voluiſſe Bald.in c.imperialem,§.inſuper,tit.de prohib.feud.alienat.per Frideric.lib.2.feud.

*Actus denominatur à prima cauſa, cùm non tranſit per medium.*

18 ¶Ego in meo codice Baldi nihil tale reperi in eo loco,credóque Franc.Aret. voluiſſe illum allegare,non in illo §.inſuper,ſed in §.illud,qui illum confeſtim ſequitur,cuius in eo loco dictum citauimus ſuprà nu.xv.Sed quicquid ſit,ego in hac re magis aſſentio Barto.ſententiæ, vti etiam faciunt Alex.& Iaſon,qui dicit Bart.ſatis reſpondere rationi Areti. Præſertim verò quando huiuſcemodi cauſa mediata,ſiue remota talis eſt,vt ſine ea nullo modo cauſa propinqua & immediata produceretur,tunc enim haud dubiè conſideratur,ac ipſa cauſa immediata,vt not.Bald. in c. cùm omnes, col.vj.verſ.item quia quando,de conſtit.vbi dicit quòd quando cauſa proxima agit vi alicuius cauſæ,inſpicimus eam cauſam,quæ vim & efficaciam tribuit,per tex.in l.vtrùm,§. cùm quidam, ff. de reb.dub.& idem Bald.in c.literis,in iij.not.de reſcript.dum no.ex eo tex.quòd cauſa remota inſpicitur,cùm ea eſt fundamentum proximæ.Et id eſt propemodum quod ſuprà diximus nume.14. & 15.qui ſunt 3.& 4.declaratio huius limitationis.

19 ¶In qua re non poſſum prætermittere,quæ idẽ Bal.ſcribit in duobus locis.primùm in l.tutores, per eum tex.ff.de teſta.tute.quòd quando res procedit à prima cauſa per medium, nec tamen tranſit per ipſum medium,tunc denominatur à prima cauſa.vt ibi. Cùm verò tranſit per medium, & requiritur virtus & influentia medij,tunc non ſimpliciter fit denominatio à prima cauſa,ſed ab vtraque,ſcilicet à prima cauſa,& medio influente.verbi gratia,in tutore teſtamentario confirmato per iudicem,qui non eſt merus teſtamentarius,nec merus datiuus,ſed habet quandam mixtam qualitatem.Ideo dubium eſt an præferatur legitimo,de quo per Dy.& Iac.Are.in l.ij.ff.de confirm.tut.

20 ¶Alterum ipſius Bal.dictum eſt,in l.non ideo minùs,col.ij.verſ.& ideo oportet,C.de accuſat. quærentis,quando concurrunt duæ cauſæ,ſcilicet cauſa proxima,& remota,quid agat cauſa remota in effectu.Quædam,inquit,ſunt cauſæ primæ,quæ aliquid de ſe ipſis,& eorum ſubſtantia tranſmittũt, & transfunduntur in cauſas ſecundas.verbi gratia,prima cauſa calefaciens eſt ignis,ſol ſecunda cauſa:prima autem & proxima illa cauſa aliquid tranſmittit de ſua eſſentia effectiua. Dicetúrne igitur, quòd ſol calefacit,ſiue quòd à ſole calefio?Et certum eſt,inquit,quòd ab vtroque, ſcilicet à prima, & ſecunda cauſa:quia à prima cauſa ſemper aliquid trãsfunditur in ſecundam:ſequitur igitur quòd ei inhæret,ita vt cauſa ſecunda nihil agat, quin & prima etiam agat inhærens ſecundæ. Quædam autem ſunt primæ cauſę, quę de ipſorum eſſentia nihil transferunt in ſecundas:& tunc aut ſecunda cauſa talis eſt, quæ nihil agit abſente prima. verbi gratia, ego percutio te baculo, ego ſum prima cauſa,baculus ſecunda,ſed hæc nihil agit abſente,ſiue non agente prima.Ergo prima,hæc cauſa illa eſt,quę principaliter actum agit.Aut ſecunda cauſa agit abſente prima,vt ſi faciam te percuti per aliam interpoſitam perſonam,ea perſona ſic interpoſita eſt ſecunda cauſa quę libere abſente prima potuit agere.Ideo prima cauſa non aſſiſtit actui,quia non eſt concreta ſecundæ cauſę, ſed diſcreta, diſtincta & ſeparata.Et ita eſt in mandante,& mandatario.Hæc ille,qui ex iis quaſdam quęſtiones decidit vt ibi videre poteris.

*Cauſa nõ multùm remota tunc cõſideratur, cùm iam deducta eſt in eſſe.*

21 ¶Sed vt redeamus ad id quod diximus,cauſam mediatam,non multùm remotam,æquè conſiderari ac ipſam proximam,intelliges primò procedere,quando vtraque cauſa, ſcilicet mediata, & immediata,non multùm remota,eſt iam deducta in eſſe,vt noſtri loquuntur, ſicuti dicta l. vxori,ff. de aur.& arg.leg.vbi vxor habebat ancillas,quę ei ſeruiebant, quibus parata erant veſtimenta. Igitur cùm ancillę quę erant cauſa proxima veſtimentorũ,iam erant in ſeruitio vxoris,conſtat quòd cauſa immediata erat producta in eſſe,ſcilicet ancillę ſeruientes: vnde non mirum ſi veſtes dicuntur paratę cauſa vxoris:quia quicquid eſt cauſa cauſę,dicitur cauſa cauſati:influit enim cauſa immediatè exiſtens in actu,vim & robur in cauſam mediatam,propter connexitatem quam habet ad eam, & dependentiam quam habet ab ea.Ita ſubtiliter,vt ſemper aliàs tradit Franc.Aret. d.con. vj. col. pen.



penultima, verſiculo confirmatur iſta concluſio.

*Et cùm tendit ad eũdem finẽ tunc ſpectatur magis propinqua.*

22 ¶Intellige ſecundo modo,quando ambæ cauſæ,proxima ſcilicet & remota, non tamen multùm remota,aut quæ etiam eſt fundamentum proximæ,tendunt ad eundem effectum,ſiue finem.Nam ſi eſſent alterius naturæ & qualitatis,ita vt ad diuerſos effectus,ſiue fines redderent, magis inſpiceretur cauſa propinqua quàm remota,vt voluit Bald.in d.c.literis,in iij.no.de reſcrip.per no.in d.l. ſi mulier,ff.rer. amot. dicítque hanc rem nos naturam docere, nam ſi quis in pruno inſerit pirum, facit pira,non pruna.

*Quæ cauſa proxima dicatur, quæue remota.*

23 ¶Quę autem dicatur cauſa proxima,quæ remota,intelliges ex glo.& aliis in l.pe.ff. de condict. ob turp.cauſ.& ex aliis multis locis quos ſupra citauimus,præſertim Fran.Aret.d.con.xiiij.col.iiij.verſ. cùm igitur prima vice.& è Theologis Gabr.Biel.li.ij.ſentent.diſt.j.q.ij.in ij.not. & ex philoſophis, Iacob.Fab.in introductione quam fecit in Phyſicam Ariſtotelis, ſtatim poſt prin. ex ſententia ipſiuſmet Ariſtot.lib.ij.Phyſic.& iterum in dialogis introductionis ipſius Phyſices.

*Dictio propter.*

24 ¶Vt tamen non omittamus dictionem,propter,ſignificare cauſam remotam, vt videtur probare tex.in l.j.& ibi Bart.in j.no.Bal.col.ij.verſi.quintò not.differentiã,& iterum in iiij.oppo. rurſúmque col.vlt.verſi.vltimò quæritur extra,& Saly.verſi.quintò nota differentiam,Paul.Caſt.poſt medium, verſ.quintò not.ex eo,C.ſi ſer.ext.ſe emi.mand.& tex.in l.eo tempore,§.vlt.in fin.& ibi Bar. Bald. Alber.Saly.& Pau.Ca.ff.de pecu.& in l.j.§.nunc videamus,& ibi Bar.qui eum §.legit cum §. emancipatus,ff.de coniungen.cum emanci.liber.& in l.j.§.ex incendio,& ibi Bart.ff.de incend. ruin. naufrag.& in l.ſocium,§.ſocius,& ibi Bald.poſt Richar.ff.pro ſoc.Et voluit Collect.in c.quod dilecto, col.j.nu.3.de conſang.& affinit.Bar.in l.non dubium,col.pen.ver.nota quòd dictio, & ibi Iaſ. col. v. verſi.adde idem eſſe,C.de legi.& idem Bart.in l. j.col.vij.verſ.circa hoc eſt videndum, ibi, cuius gratia debes ſcire,C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt,Bald.in d.l.qui proprio, §. procurator vt in cæteris,ff.de procura.& in l.ſi ex arrali,paulò ante fi.C.de actio.empt.Imo.in c.qualiter,in vlt.no. de electi.Luc. Pen.in l. qui per potentiam,C.de omni agro deſer.& quand.ſteril.fertil.impon.li.xj. & Fran.Aret.d.con.xiiij. viſo & diligenter conſiderato,col.iiij.verſi.ſicut enim vaſallus.Corn. con. ccxc.ardua plurimùm,col.antep.in litera r,li.3.Alex.in l.diuortio,§.ſi vir.col.ij.ver.aut quęritur vtrũ ff.ſol.mat.& con.144.viſo themate,co.3.n.13.li.6.& Fely.in c.ſolitę,col.j.ver.& dixit de maio. & obe.

*Licèt,aliquando proximam denotat.*

25 ¶Quamuis,aliquando cauſam proximam denotat,l.ſi propter,ff.rer.amota.prout nonnulli eam allegant,& l.aditio,ff.de acqui.hære.Ideo Cald.con.iiij.abbas locauit. tit. de loca. quod eſt omnium con.83.dicit eam dictionem,vtramque cauſam ſimul ſignificare.Ang.conſi.312.prout patet ex themate.Sed cùm ſignificat propinquam,eſt ex improprio ſignificatu,vt dicit Saly.in d. l. j. C. ſi ſeru. exter.& Fran.Are.in l.additio,in iij.not.& alij multi ex iis quos ſuprà citauimus.

*Dictio propterea, cauſam remotã denotat.*

26 ¶Sed & dictio propterea,quæ ex illa conficitur,denotat cauſam remotam,vt tradit Socin.conſ.156. incip.pro fundamento deciſionis,col.v. verſ.ſecundum fundamentum,lib. ij. vbi in id allegat loca quæ loquuntur de illa dictione propter.Et col.ſeq.ver.præterea reſpondetur,nam poſito, dicit quòd etiam denotat aliquando cauſam proximam,prout,inquit,habetur in l.cancellauerat, & ibi Bald. poſt princ.ff.de his quæ in teſta.delen.& per Bald.in d.cap.quia propter,de electio.cuius dictum in eo loco ſuprà citauimus.

*Dictio ob, cauſam remotam denotat.*

27 ¶Similitérque dictio ob,propriè cauſam remotam ſignificat,d.l.non dubium,& ibi Bart.col.vltim. verſ.not.quod dictum,& Bald.col.j.in v.not.& Iaſon col.v.in ix.not.C.de legib.ipſe Bart.in d. l. eo tempore,§.vlti.& ibi Bald.ff.de pecu.& idem Bart.in d.l.j.vbi ſuprà,C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.Bal.in d.l.qui proprio,§.procurator.vt in cæteris,ff.de procurat. Imol. & Pan. in c.qualiter, vterque in vlt.not.per eum text.de electio,idem Pan.in c.auditis,col.j.in vlt.no.etiam per eum tex. de procurat.& in c.inter dilectos,col.iiij.ver.nota ibi ex eo,de fid.inſtrumen.& in c.exhibita,col.ij. in vlti.not.de rer.permutat.Dominic.in c.deliberatione,§.prohibemus,in vlt.not.per eum text. de offic.lega.lib.vj.Felynus in d.c.ſolitæ,col.j.vbi ſuprà,de maior.& obedien.

*Dictio pro, cauſam propinquam dicit.*

28 ¶Verùm dictio pro,ſignificat cauſam propinquam,& immediatam,vt proditum eſt à Bal.in d. c. quia propter,quo loco ſuprà citauimus,vt dicit notari in l.dominus Sticho,ff.de pecul.lega. Ex quo & illud quoque fit,vt eadem denotet cauſam finalem,vt ſi alicui legetur pro alimẽtis,vt dicit idem Bald.in l.ex arrali.C.de actio.empt.per l.cùm ij.§.ſi quis de alimentis,ff. de tranſactio. quæ tamen nihil huc facit.Nam ea dictio,non afficit rem cui adiicitur,vt cùm dicitur pro fundo,vt ſcribit Luc. Pen.in l.ij.col.ij.verſi.item not.differentiam,C.de his qui ex publi.ratio.lib.x.per l.ij. §. vlt. C. ſine cenſ.vel reliq.Et dicit Archid.in c.Agatho,lxiij.diſt,quòd hæc dictio aliquando, denotat cauſam finalem,aliquando efficientem,aliquando aliter.& in c.iudices,paulò poſt medium,j.q.j.quòd nonnunquam denotat cauſam remotam,& occaſionalem.& in c.ordinationes,col.ij.verſi. propter.hoc. j.quoque quæſt.j.quòd interdum non notat cauſam finalem,ſed excitatiuam.vt etiam Corn. conſ. lxxxij.incip.imminet,col.ij.circa medium,lib.iij.

*Dictio ex,cauſam proximã ſignificat.*

29 ¶Sed & dictio ex,cauſam quoque propinquam ſignificat, vt videre licet ex omnibus propè locis ſuprà citatis in dictione propter,& præterea ex tex.in l.qui liberis,§.hæc verba,& ibi Fran. Aret. ff. de lega.j.& voluit Collecta.in d.c.quod dilecto,nu.3.de conſang.& affinita.Bart.in l.j.§.ſi plures, in repet.col.iiij.verſi.expeditus de oppoſitione,ff.de exercit.& in d.l.eo tempore, §. vlt. & ibi quoque Bald.Alberic.Salyc.& Paul.Ca.ff.de pecu.& idem Bar.in l.liberorum,col. v. verſi. præterea probatur quòd propria,ff.de rer.ſignifi.Bal.in l.iij.§.quacunque,poſt medium,verſi.circa ſecundum punctum,

*Si lex dicit ex ſtipulatione alterius agi poſſe, intelligitur ſine ceſsione.*

ctum,ff.de iureiu.& in l.maximum vitium,col.iij.ver.pręterea cui non competit,C.de libe.pręteri. & in l.j.col.j.ver.quæro quid ſi dicatur,& ibi Pau.Ca.circa medium,C.de cond.inſert.& idem Bal. in l.vl..circa medium,ver.quæritur nunquid ex dicta,C.de teſta. manum. vbi ex hoc dicit, quòd vbi lex dicit ex ſtipulatione alterius agi poſſe,intelligitur ſine ceſsione,& in c.iniuria,col.vlt. verſi. ſi ſtatutum dicit,tit.de pace iura.firmanda.Ang.in l.Lucius, la ij.poſt princ. ff. de hæred. inſtit.niſi (inquit) aliud ſuaderet naturalis æquitas,vel ratio,vt ibi per eum. Luc.Pen.in d.l.ij.col. ij.ver.item quod prępoſitio,C.de iis qui ex pub.rationib.lib.x.vbi & ad hoc allegat l.ex libero,ff.de quęſt. & §. impuberes,Inſtit.de ſuſpect.tuto.Ant.in c.pactum,in ij.not.per eum tex.de verb.ſignifi. Imo. in d.l. ſi finita,§.j.col.j.verſi.not.quòd dictio,ff.de dam.infect.& in c.qualiter,in vlti.nota.de electio.Paul. Caſtr.conſi.clxiiij.in præſenti cauſa,col.iiij.verſi.conſtat autem quòd illa dictio,lib.ij. Domin. in d. c.deliberatione,§.prohibemus,in vlt.not.per eum tex.de offic.lega.lib.vj.Panor.in c.auditis,col.j.in vlt.no.per.eum tex.de procurat.& in c.inter dilectos,col.iiij.ver.no.ibi ex eo,de fid.inſtrum. Fran. Aret.in l.cauſa cognita,circa medium,ff.de vulg.& pupil.vbi ſequitur & dicit ſing. id quod ſuprà diximus de ſtipulatione alterius.& in l.Prætor ait col.2.verſi.ſi autem teneas,ff.de acquir. hæred. & in l.quoniam nouella conſtitutio.in fin.C.de inoffi.teſta.Ale.in l.diuortio,§.ſi vir,col.ij.vbi ſuprà.ff. ſolu.matrim.& in l.petens,col.ij.verſ.ſed hoc eſt violare,C.de pact & conſ.xlix.viſo proceſſu,col.j. ver.& licèt dicta bona,li.iij.& conſ.cxxiiij.incip.ſuper primo quæſito,col.vlt.verſ.non obſtat quòd dictio ex,li.iiij.& conſi.lvj.Aldronandus,col.ij nu.3.lib.v.& conſi.lxj.viſo proceſſu,col.ij.nu.vj. eod. lib.v.& conſi.cxliiij.viſo themate,col.iij.nu.12.lib.vj.& conſi.cxcviij.perſpectis his,col.pen.num.11. eod.lib.vj.Corne.conſi.xxv. in præſenti conſultatione,col.iij.verſi.& ſic eſt indifferens,lib.j.& conſ. cxxij.circa præſentem conſultationem,col.antepen.in litera c.lib.ij.& con.cxcix.in præſenti conſultatione,col.xij.verſ.& pro hac concluſione,lib.ij.& conſ.cc.conſuluerunt, in additio.col.vlt.li.iij.& conſ.ccxc.tota vis,col.j.in litera b,lib.iiij.Maria.Soci.Senior,conſi.xiiij.ſequendo ordinē,col.2.verſ. tertiò probatur,lib.j.& con.lj.viſa facti narratione,col.ij.nu.7.lib.4.Fely.in c.ſolitæ.col. j. vbi ſuprà, de maior.& obed.Iaſon in l.j.in j.not.ff.de iuſtit.& iur.& in l.certi condictio,in prin.col.v.verſ. primò quòd dictio,ff.ſi cert.petat.& in l.ſi mihi & tibi,col.ij.verſ.ſecundò & fortiùs,ff.de lega. j. & in l.non dubium,col.v.in ix.no.C.de legib.Fran.Rip.in l.ex facto,§.ſi quis ita,quod eſt vlt.col.j. verſi. pro iſta parte,ff.ad SC.Trebel.& omnes vbique.

*Sed & ea nonnunquam cauſam remotam deſignat.*

30 ¶Licèt,nonnunquam hæc dictio cauſam quoque remotam ſignificat,vt patet ex l.j.§. ex incendio, vbi Barto.& Ange.not.ff.de incend.ruin.& naufra,& d.l.additio,ff.de acqui.hęre.& l.ſi pupillus, & ibi Franc.Aretin.in j.not.eo.tit.& d.l.ſi plures,§.in arrogato,ff.de vulga.& pupi.ſubſt.& l.cùm filius, & ibi Bart.poſt prin.ff.de legat.iij.& d.l.ſi finita,§.j.in princ.& ibi Bart.& alij,ff.de dam.infect.& d.l. Prætor ait,§.j.ad fin.& ibi quoque Bar.ff.de bon.autor. iudic. poſsid.& l.apud Trebatium, in prin. cum gl.j.ff.de aqua plu.arcen.& l.j.& l.cùm ex cauſa.C.de inofficio.teſtam.& auth.ex cauſa exhæredationis.inſerta l.fin.& ibi Corne.col.ij.verſ.not.quòd præpoſitio ex,C.de libe.præte.& l. ex falſis,C.de tranſact.& c.j.& ibi Ant.in vlt.not.de cleric.pugnant.in duel.& gl.in l.cùm oportet,in verbo,ex eius ſubſtantia,& ibi expreſsiùs Bar.col.j.verſ.quæro ergo qualiter,C.de bon.quæ li.Rapha. Fulgo.conſi.xiij.circa primum,col.ij.verſ.illud porrò,Corne.conſ.cxliiij.viſo dicto themate,col.2. in litera o,lib.j.Sed id certè eſt ob ſubiecta m materiā,vt dicit Corne.in dicta auth.ex cauſa. & conſil.j.circa primum,col.7.in litera q,lib.iiij.regulariter autem contrà,vt patet ex ſupradictis in præceden.& dicit Bartol.in omnibus propè locis in hoc verſ.citatis.

*Dictio de, eſt eiuſdem ſignificationis, ut dictio ex.*

31 ¶Nam & dictio de,quæ eiuſdem ſignificationis eſt,(vt ſcribit Bar.in d.l.Prętor,§.j.in fin.ff.de bon. autor.iudi.poſsidend.)ſignificat etiam cauſam propinquam,vt probat tex.in d.l.j.§.nunc videamus, & ibi Bart.in §.emancipatus,ff.de coniungen.cum emancip.liber.& voluit etiam Bart.in d.l.j. §.ex incendio,ff.de incen.ruin.naufrag.Bal.poſt Iac.in d.l.non dubiū,col.j.in v.no.& ibi Iaſ.col.v.in ver. adde idem eſſe.C.de legib.& ipſe Bal.in l.de pecoribus,ver.item dictio de,C.ad leg.Aquil.& in d. l.eo tempore §.vlt.in fin.ff.de pecul.Imo.in l.ſi finita,col.j.ff.de damn.infecto, & ibi quoque Alex. in j.not.niſi(inquit)conſtet,aliud eſſe de mente loquentis,per eum tex.Pau.d.con. clxiiij.vbi ſuprà, lib.ij.Franc.Aret.in d.l.Prætor,col.ij.ff.de acquir.hære.Cor.conſi.ccxc.ardua plurimùm,colum.penul. in litera c.lib.iij.

*Dictio de, notat ſubſtantiā.*

32 ¶Hæc enim dictio de,notat ſubſtantiam,vt dicit Bald.in c.ex communicatis. verſ. quæro quæ eſt ratio,de offi.lega.per d.l.j.§.videamus,ff.de coniungend.cum emancipat.liber.Ideo, inquit, legati de latere dicuntur, quaſi ſint de ſubſtantia ſedis Apoſtolicæ.& idem dicit in c.cùm in veteri, col.j. verſi.nota conſilium requirendum,vbi in id allegat magiſtrum ſententiarum,lib.j.di.xxvj.in fin. & ſequitur Cor.conſi.xlviij.de pluribus,col.iiij.in litera g.lib.ij.& conſ.xxvj.in hac conſultatione,col. vj.verſ.vrget.& fortiùs,lib.iij.idem autem Bald.poſteriori loco,col.quoque j.verſi.ſed nunquid eſt neceſſe,dicit quòd ſi ſententia ferri debet de conſilio iuriſperiti,neceſſe habet iudex ſequi conſiliū illius,cùm illa dictio de,det ei poteſtatem,argu.d.§.videamus:licèt ſecus eſſet,ſi diceretur cum cōſilio.& illum quoque in hoc ſequitur ipſe Corn.conſi.liij.pro deciſione,col.ij.in literis c, & d,lib.j.& d.conſi.ccxc.vbi ſuprà,lib.iij.Sed & quòd ſubſtantiam ſignificat tradit Corn.con.j. circa primum, col.vij.in litera q,lib.iiij.licèt,vt ibi dicit,impropriatur ſecundum ſubiectam materiam, vt etiam apparet ex d.l.ſi finita,§.j.ibi.de eo opere,iuncta gloſ.& ibi Bar.& alij,ff.de dam. infect. quod & ipſum intellexit ipſe Bart.in d.l.j.§.ex incendio,ff.de incen.rui.naufrag.& ipſe item Corne.con.167.





in hac conſultatione,colum.penult.in litera c,lib.ij.

*Hæc dictio minùs afficit rē, quàm dictio ex.*

33 ¶Sunt autem qui dicunt hanc dictionem de,minùs afficere rem,cui adiicitur, quàm dictionem ex, vt ſi dicimus ex fundo,ipſum afficit,l.defuncta,§.j.ff.de vſufruct.& l.Caius,ff.de annuis lega.At cùm de fundo dicimus,ipſum non afficit,l.vlt.§.j.ff.de contrahen.emptio.Ita enim voluit Luc. Pen.in d. l.ij.col.ij.verſi.nec differentiam,C.de his qui ex publ.rationib.lib.x.At idem contrarium tenuit in l. qui potentiam,C.de om.ag.deſer.li.xj.vt enim inquit D.Auguſtinus ſuper illud ad Roman.xj. quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Attendendum eſt, quòd non ait de ipſo, ſed ex ipſo:ex ipſo enim cœlum ſunt & terra,quia fecit ea:non autem de ipſo,quia non de ſubſtātia ſua. Frequenter tamen,vt ſubdit,vnum pro altero ponitur.Et ita dicit Lucas ſe dixiſſe in dicta l.ij.de his qui ex pub.rationib.vbi tamen contrarium dixerat.

*Omnes dictiones impropriātur, ob ſubiectā materiam.*

34 ¶Ex his autem quæ diximus in dictionibus propter, pro, propterea, ob, ex, & de,ſatis intelligis eas propriam naturam exuere:& impropriam induere ex ſubiecta materia. quod generale eſt & perpetuum in omnibus dictionibus,vt videre licet ex l.ſi vno,in prin.& ibi glo.Bar.& Bald.ff.loca.& l. ſi lege,ff.eod.tit.& l.ſi ſtipulatus,ff.de vſuris,cum multis concord.adductis à Felyn.& Dec. in c.nam concupiſcentiam,de conſtitut.& in c.quoniam abbas,de officio delegat.& Iaſ.in l.iij. in ſecūdo not. C.de tranſactio.& à me in repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,nu.36.incipi. fallit ſecundò & generaliùs,& ij.ſequen.& alibi ſæpe in ea glo.C.de reuocan.donatio.

*Alia de dictionibus ſuprà memoratis.*

35 ¶Si autem alia ſcire vis de huiuſmodi dictionibus,vide de primis illis,propter,& pro,gl.in l. dominus Sticho,in princ.in verbo,pro quibus,& ibi Alb.ff.de pecu.Io.and.in c.vlt.in prin.de donat. & in c.petiſtis,poſt prin.de priuileg.De dictione,ex,Bal.in l.hoc iure,col.iiij.in vij.oppo.ff.de iuſtit.& iur. De dictione de,Io.And.in c.nullus ex conſilio,in multis locis,de reg.iur.lib.vj.Bal.in l.j. §. ius naturale,col.ij.verſi.quintò circa alimenta,ff.de iuſti.& iure,& in d.l.ex hoc iure,vbi ſuprà,eo.tit.

### VICESIMAPRIMA LIMITATIO.

*Hæc regula habet locum in cauſa expreſſa,nō in tacita.*

1 ¶Viceſimoprimò limita noſtram regulam,vt procedat in cauſa expreſſa,ſecus in cauſa tacita, & in mente tantùm retenta,per tex.in l.ſi maiores,C.de tranſact.vbi tranſactio non reſcinditur ob defectum cauſæ non expreſſæ,& ibi id not.omnes doct.& in l.ſi repetendi,& ibi quoque gl.& doct. ff. de condict.ob cauſ.& l.iij.§.ſi quis quaſi,& ibi item doct.eod.titu.& l. quod quis, ff.de cond.indeb.& l. cùm in plures,§.locator,& ibi doctor.ff.loca.& no.Bart.in l.ſi ego,in ij.oppo.ff.ſi cer.pet.& Pan.in c. ex parte tua, col.ij.verſic. ſecunda concluſio, de conuerſ.coniug.& diximus in repet.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,nu.24.& hæc quidem,C.de reuoc.donat.vbi & alios citauimus.

*De eadem re.*

2 ¶Et huc quoque reſpicit quod à Baldo ſcriptum eſt in l.vlt.in ij.oppoſit. ff.de hæred. inſtit. quòd ſi ratio ſtatuti eſt expreſſa in ſtatuto,ea attendi debet,l.milites agrum,ff.de re milit. ſecus eſt ſi non ſit expreſſa,nec in lege ſcripta,tunc enim magis attendi verba,quàm rationem per l.proſpexit, ff. qui & à quibus.quod & propemodum voluit Pau.Caſt.conſil.cccxiiij.ſuper eo quod quæritur, in j. dubio.lib.j.Sed quod propiùs accedit ad id noſtrum propoſitum,idem Bal.in l.j.col.v.verſic. an ceſſatio,ff.ſol.mat.dicit,quòd ceſſante ratione legis in eadem lege ſcripta,ceſſat lex.Si autem non ſit ſcripta,id non perpetuum eſt,vt ibi videbis,de quo & nos alibi diximus in ceſſatione cauſæ, ſiue rationis legis,& rurſum,in j.limitatione.

*Quid ſi cauſa tacita fuit cogitata ab utroque contrahente.*

3 ¶Sed hoc multis modis intelligendum eſt.Primò, quantum ad contractus pertinet, vt procedat, quando cauſa fuit tantùm conſiderata in mente promittentis, aut donantis, prout illa iura in princ. allegata loquuntur.At ſi cauſa fuit ab vtroque cogitata tanquam finalis, & propter quam facta fuit promiſsio,aut donatio,tunc ea ceſſante ceſſat promiſsio,vel donatio, licèt expreſsè non fuerit adiecta,l.j.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de excuſatio.tutor.& l.quæ tutelam,ff.de teſta.tut.& l. etiam ſi patris, ff. de lega.j.& l.ſi legatarius,ad fi.C.de legat.

*De eadem re.*

4 ¶Et ita per illa iura dicit Rom.conſil.ccccxvij.in propoſito caſu aduertendum,poſt.prin. Et id quoque ante illum voluit Bar.in l.cùm quid,per illum text.col.ij.verſi.vlteriùs dubito hìc, ff. ſi cert.pet. vbi poſtea docet qualiter probetur,quòd ab vtroque cauſa fuit conſiderata.Et tandem in fi.ex hoc infert poſt Guil. Cune. ad hanc ſpeciem, cùm ſcholaſticus recens veniret è ſtudio, abbas illi dedit fundum fruendum,dum viueret:poſtea cùm iret ad Palatium pro abbate,detecta eſt eius imperitia: quæſiit an ille fundus pure ſibi remaneret, & reſponſum quòd poteſt abbas illi fundum auferre, cum ceſſet cauſa inter ipſos veriſimiliter,ac præſumptiuè conſiderata,vt ſcilicet abbatem in ſuis litibus iuuaret,niſi tamen de alia cauſa appareret.& illum ſequitur Ro.d.conſi.ccccxvij.repræhendēs Io.And.aliter ſentientem,in addi.Specula.in rubr.de præben.& alia multa ſimilia adfert ipſe Rom. ex quibus,& in alio pulchro caſu conſuluit,vt ibi videre poteris.Sed cui adde Bald. in cap. peruenit, quod eſt tertium,in j.no.de iureiurand.

*Quid in foro conſcientiæ.*

5 ¶Intelligendum eſt & ſecundò,quantum ad contractus, procedere in iure fori, vt noſtri appellant: non etiam in iure poli, id eſt,conſcientiæ, ex eo quod ſcribit Adria. Flor. inſignis Theologus, qui ſummum pontificatum tandem adeptus eſt,in ſuis q.lib.iiij.ſententiarum,in materia reſtitutionis, in quæſtio.incipien. conſequenter quæro vtrùm indiſtinctè, in ſolutione illius quæſtionis, vbi dicit, quòd ſi quicquam datum fuit propter aliquam cauſam,quæ tamen expreſſa non fuerit,is tamen cui datum eſt,in foro animę tenetur reſtituere,ſi cauſa non ſubſit,quamuis lex repetitionem non concederet,per d.l.ſi repetendi,quam allegat. Nihil enim, ait, refert, quò ad ius diuinum, & naturale, an cauſa tacita fuerit,an expreſſa,modò de ea vtrique conſtiterit.

*De eadem re.*

6 ¶Sed hìc aduerte,quia ſi Florentius intelligit de cauſa ab vtroque conſiderata, non ſolùm id procederet in foro conſcientiæ , ſed & in foro iudiciali , modò de ea re conſtaret , vt diximus in præceden.declar. At ſi intelligit de cauſa conſiderata à donante tantùm, vt in caſu d.l.repetendi, quam allegat eſt magna,& no.limitatio.vt videlicet is,cui donatum eſt,teneatur reddere, quando ſibi conſtiterit fuiſſe donatum , ob cauſam conſideratam à donante , quæ non ſuberat , vel poſtea ceſſauit. Scio autem Deum Opt.Maxim.non tam verba conſiderare quàm animum , vt ſi verba donantis, & cauſam exprimentis faciant locum repetitioni,faciat quoque animus.

*Vnica cauſa, uel ratio habetur pro expreſſa.*

7 ¶Intelligendum eſt tertiò,& id pertinet ad leges,& conſtitutiones,non procedere,quando illa tacita,ſiue coniecturata cauſa,& non expreſſa, eſſet vnica, nec alia reddi poſſet : quia huiuſmodi cauſa habetur pro expreſſa,arg.tex.in l.nominatim,quæ eſt ij.tit. in verbo , ſi modò vnicus ſit, ff.de lib.& poſth.& l.fundus qui locatus eſt,in fi.ff.de fund.inſtruct.& l.milites agrum,ff. de re milit. & l. ſi domino,& ibi Bar.& alij,ff.de lega.j.& l.patronus,§.j.ff.de le.iij.& l.ſi tibi,§.j.& ibi Bar. & rurſum, l.ſi hęres,& l.ſi optio.in j.reſpon.ff.de optio.lega.& §.nominatim,Inſt.de exhæred.lib.& c.ex parte,le j. & ibi gloſſ.vlti.& Pan.col.ij.verſi.in gl.fi.ibi.& Fely.in fi.qui eum text. dicit ad hoc ſingularem , de offi.& poteſta.iudic.deleg.

*A ratione unica tacita, argumētari poteſt, ac expreſſa.*

8 ¶Et id quidem vt ſcilicet,cùm vna tantùm ratio reddi poteſt pro expreſſa habeatur.Et ita quidem, vt ab ea, vel à ſimili,vel eadem, vel à ceſſante ipſa , vel aliàs argumentari poſsimus , tenet gloſſ. in l.quamuis , & ibi Bal.in princ.Paul.Caſt.Raph.Fulgo.Philip.Corne.& alij recentiores , C.de fideicommiſſ.ex quibus ipſe Bal.docet, tunc non eſſe interpretationem extenſiuam , ſed intellectiuam, & id procedere tam in teſtamentis , quàm in ſtatutis , Dyn.in c.vlt.de regul.iur.lib.vj. Bal. in l.maximum vitium,col.iij.verſic.ſed Bar.dicit, C. de liber.præter. vbi expreſsè dicit, quòd ex ea poteſt ſumi argumentum , vt ex cauſa finali.& in l.quoties,col.j.verſi.nota ex qualitate,& in l.vltim. C.de natura.liber.& in authen.quas actiones,col.ij.in iij.quæſtio.& ibi Iaſon.col.vj.verſic.adde idem eſſe. C.de ſacroſanct.eccleſ.

*De eadem re.*

9 ¶Sed & alij plures vltra Bal.& alios ſuprà adductos,idem voluêre Imo.in l.vlt.col.iij.verſ. itē etiam aduerte,ff.de hæred.inſtit.Pan.in c.vlt.col.iij.verſi.& plus ego puto, de reſcri.& in c.nihil,col.v.ver. nec obſtat ſi dicatur,de electio.& in c.cùm inter vniuerſas.col.ij.verſic. & quanquam iſta iura,eo tit. & conſi.lxxv.quidam deceſsit,col.iiij.verſi.& ſic in quacunque materia,lib.j.Raph.Fulgoſ. conſi.xv. proponitur,col.ij.verſi.quæ nanque alia ratio.& conſi.lxxviij.ſuppoſito ſtatuto tenoris qui ſequitur, ſtatuimus,col.ij.verſi.& licèt hæc ratio.& conſi.cix.ſi qua quæſtio,col.pen.verſi.quæ nanque poteſt alia & conſi.clij.ſuppoſito ſtatuto tenoris, qui ſequitur videlicet,col. vlt. verſic. quæ nanque poteſt, nam idem fermè conſilium eſt cum illo lxxviij.Alter Raph.Co.in l.ſi verò,§.de viro,ver. item niſi ratio eſſet,& ibi Paul.Ca.paulò ante medium,verſ.idem,ſi ratio non eſſet,ff.ſol. matri. idem Raph. Co.con.ij.proponitur,quòd Ser.Blancus,col.j.in fi.& con.cxlvj.Simon Helius col.pe.in fi. Ro.con. xxxij.viſa municipali conſtitutione,col.ij.tertiò hoc ſtatutum,& conſil.100.in præſenti cauſa , col.j. verſic.ratio autem,cum ſequen.vbi loquitur in caſu noſtræ regulæ,vt ſcilicet ceſſante ratione conſtitutionis,quæ ſola reddi poteſt,licèt non ſit expreſſa,ceſſet conſtitutio.& conſ.cxx. circa primum, in fi.& conſi.cccciiij.in cauſa propoſitæ conſultationis,col.j.verſi.his tamen non refragantibus , vbi etiam loquitur in caſu noſtræ regulæ.& con.ccccxj quatuor ſunt,col.j.ver.à qua quidem Paul. Caſt. con.cclj.viſa quadam ſecuritate,ante medium,lib.j.& conſil.cclvj.videtur dicendum, quòd dictum conſilium,poſt medium,eo.lib.j.& con.xl.præſens caſus,poſt medium,lib.ij.& conſi.viij.quod eſt ſimili initio.col.j.eo lib.ij.Alex.in l.ſi conſtante,in prin.col.iij.verſi.fortiùs videtur , quia etiam , & ibi quoque Claud.Seiſel.col.iij.verſi.tertiò fallit,ff.ſolu.matrim. vbi & hoc dicunt procedere in correctoriis.idem Alex.conſi.xlviij.ſuper extractione,col.ij.verſic. & cum nulla alia,lib.j. & conſil.xxiiij. animaduerſis his,ante fi.lib.ij.& conſi.l.viſis actis cauſæ,col.iij.ver.& ſaltem vbi ſcripta,eo li.ij.& con. xxij.conſideratis verbis ſtatuti,col.j.lib.iiij.& con.lij.circa hanc dubitationē,col.4.ver.quinimo plus dico,eo lib.4.& con.lxxxv.animaduerſis optimè his,col.j.ver.ſecūdò pro hoc facit,eo lib.4.& con. 100.viſa parte teſtamenti,col.ij.verſi.quòd autem teſtator,eo li.4. vbi & id dicit procedere in contractibus,& vltimis voluntatibus.& con.lxxxix.circa primum dubium,col.ij.verſi.vnde ſicut quando,lib.6.& con.vij.attentis & ponderatis,col.iij.ver.aduertendum eſt,lib.7.& con.cxxix.ſuper primo dubio,colum.ij.verſic.præſuppono & ſecundò, eod.lib.vij.Cepol.in l. ſciendum,la ij. colum. ij. num.7.ff.de ædil.edic.& cauſarum criminal.conſi.lxxiiij.viſo ſtatuto Taruiſij,col.vlt.verſic.quia reſpondetur.Baptiſt.Cacia.in repe l.omnes populi,in materia interpretationis extenſiuæ,char.16.ff.de iuſtitia,& iu.Corne.conſil.ccxvij. Quirianus col.vlt.lib.iij.Bar.in repe.rub de fide inſtrum.col.ix.& conſi.xxxij.ſapienter ſcripſit,col.j.lib.ij.Philip.Franc.in c.ſuggeſtum, & ibi alter Philip. Dec. latè in ij.no.de appell.Fran.Cur.ſenior con.ix.Ticinenſi ſtatuto,col.ix.verſi. ego reſpondeo. & conſil.xlv. ſtatuto, ſeu conſuetudine,col.vj.verſic.præponendæ ſunt.& latè conſil.lxxxj. rectè præfatus,colum. iij.num.12.& Soc.inter conſilia illius,con xl.cùm in præſentiarum,col.iij.ver.igitur illa eſt. & ipſe Socin.conſil.xxviij.quidam Petrus,col.iij.verſic.quintò confirmatur,lib.iiij.Lud.Bolo.in repet. l. iiij.§. Cato, char.vltim.colum. j. ff.de verbor. obligat. & conſil.lx. cor mundum , &c.viſo igitur puncto, col.j.Felin.in c.tranſlato,ad fi.de conſtit.& in c.cùm omnes,col.xiij.ver.ſecunda opinio fuit, eo titu. & in c.ſi quando,col.ix.verſ.ſed certè licet,de reſcriptis,Card.Alex.in c.verùm,col.ij.ver.item vbicunque non poteſt , de condit. appoſsi. vbi tunc dicit præſumi rationem, ſiue cauſam finalem,cùm non

*Idque etiam in correctoriis.*

*Ratio finalis præſumitur, cū nō niſi una reddi poteſt.*



non niſi vna eſſe poteſt. Iaſon in l.de quibus,col.iiij.verſi.puto , quòd vtrunque , ff. de legib. vbi & poſt alios dicit procedere etiam in correctoriis.& in l.certi condictio.§.quoniam,col.pen.verſi. ego pono pro conſtanti.ff.ſi cer.pet.& in l.ſiue apud acta,col.ij.verſi.tertiò moueor,C.de tranſactio.vbi & id dicit procedere etiam in correctoriis.& in §.omnium,col.viij.nu.38.Inſti.de acti. Matthe. Afflict.loquens in caſu noſtræ regulæ,in conſti Siciliæ,inci intentionis,col.vij.in iij.no.Philip.Dec.con. ccclxxiij.in caſu propoſito,col.ij.verſi.& ideo iſta ratio.Paul.Pariſ. loquens etiam in caſu noſtræ regulæ,conſi.v.vnio iſtius monaſterij,col.viij.nu.57.lib.iiij.Maria.Soc.iunior,conſi.j.præſentis conſultationis,col.xv.nu.53.lib.j.& Lauren.Sylua.qui id quoque dicit procedere in correctoriis,conſi.xxj. noua offertur dubitatio,col.vj.verſi.ſexto & vltimo.

*Expreſſa cenſentur, quæ in uno tātum uerificantur.*

10 ¶Et hanc ſententiam admodum confirmant alia multa ſimilia, quæ tibi collegi in noſtris legi.connubialibus,in gl.vij.in verbo,*expres*,nu.128.inci.ſed & illud ſciendum,& multis ſeq.quibus vſque ad cxlvj.oſtendi ea expreſſa dici,& exiſtimari,quæ in vno tantum verificantur,licèt aliter non ſint expreſſa.Et ibi quoque videbis,id procedere,etiam ſi quid expreſſum pro forma requiratur,ex Fran. Cur.Seniore con.l memoriæ recolendæ,col.xxj.nu.126.& Iaſ.in l.Gallus,§.quidam rectè,col.ij. ver. nota ex iſto tex.in ij.lect.ff.de libe.& poſth.per tex.ibi,& in d.l.ij.eo.titu. Sed & id item procedere, etiam ſi diſpoſitio loquatur numero multitudinis,per l.Titius,in prin.ſecūdum vnam lect.ff.de libe. & poſth.& ita vbi voluit Saly.Imo.Franc.Are.& Alex.cùm aliis concor.ibi à me adductis.

*An autē in dubio præſumatur unica ratio, necne.*

11 ¶Super eo tamen quod dictum eſt de cauſa , vel ratione , quæ vnica eſt, illud annotandum eſt,non præſumendum vnicam eſſe in dubio,niſi id probetur,præſertim ad extenſionem cōſtitutionis correctoriæ,vt voluiſſe dicitur Saly.in l.ſi ſerui veſtri,colum.v. verſic. quapropter ego reaſſumo, C.de noxal.actio.per l.præcipimus,in fi.C.de appell.& ita(licèt non adeo planè id dicat)illum citat , & ſequitur Alex.qui id dicit no.& menti tenendum,in d.l.ſi conſtante,in prin.col.iij.verſi.ſed quid ſi petam,ff.ſolu.matr.& in l.iij.§.prætor ait,col.ij.ff.de in ius vocan.Iaſ.in d.auth.quas actiones col.vj.ver. & quid erit tunc,C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi id dicit ſingul.& in l.j.colum.iij.verſic.ſed dictum Bart. ego confirmo, C. de ſucceſ.edic.vbi tamen ſubdubitat. & in d.l.quamuis , col. vlti. C.de fideicom. vbi id dicit ſingul.& Thom.Parpal.in repe.rub.ff.ſolu.matri.col.iij.verſ.cauete,quia hoc fundamentum.& Fran.Curt.Senior,conſi.lxxxj.rectè præfatus,col.ij.verſic.vltimò fortiùs vrget.

*Qui contradicunt in correctoriis.*

12 ¶Imò verò ſunt,qui ſimpliciter negant ex tacita ratione etiam vnica,debere fieri extenſionem in correctoriis.& inter hos Alex. ſubobſcurè, conſi.cxv. circa dubitationem , col vlt.verſic.nec poteſt dici,lib.ij quòd magna ex parte tranſplātatum eſt,conſ.lxxvj.incip.Franciſcus,lib.vj.quod tamen in vltima impreſsione reſecuit Caro.Moli.vt ſuperfluum.& conſ.lxxx.viſo, & opportunè animaduerſo,col.iiij.verſi.rurſus dixit Bar.lib.j.& conſi.xcvij.viſo themate ſupraſcripto,col.vlt.verſ.nec obſtat. vltimum argu.lib ij.atque etiam clanculum Franc.Are.in l.cùm quidam,legationis.§. quod dicitur, col.j.ff.de acqui.hæred.& paulò apertiùs,in l.mutum,col.pen.ver.confirmatur iſta concluſio, eo.tit. & conſil.xxvij.proponitur ex facto,col.7.verſi.non obſtant iura.atque etiam ſubobſcurè Philippus Dec.conſi.cccix.viſo puncto,in quo effectu,colum.iiij.verſi.præterea non videtur. & conſil. cccxv. ſuperioribus diebus,colum.iij.verſi. præterea à tali ratione.& clariſsimè , conſil. dclxxix. viſo eleganti conſilio,circa medium.

*De iiſdem rebus.*

13 ¶Sed aduerte,quòd horum maxima pars innititur autoritate Bar.in l.liberorum colum.v.verſic.his præmiſsis reducamus,& col.ſeq.ver.pone retento.ff.de verb.ſigni.dum ibi dubitat , an ratio ſtatuti excludentis fœminas,propter maſculos,ſit illa quæ reddi à pleriſque ſolet,vt ſalua ſit agnatorū familia & dignitas:& an ea ſola ſit,cùm ſcripta non ſit:ideoq; contendit non poſſe,nec debere id ſtatutū extendi ex illa ratione,quem ſequi videtur Bal.in l.ſi defunctus,poſt mediū,ver.quæro ergo vtrùm ſtatutum,C.de ſuis & legit.& Imo.in l.ſi verò,§.de viro,col.vlt.ff.ſolu.matr.& Fran.Aret.con.xxvij. proponitur ex facto,col.ij.verſi.non obſtant iura.& Alex.conſi.lxxx. viſo & opportunè animaduerſo;col.iiij.verſi.rurſus dixit,lib.j.Et Iaſ.in d.l.j.col.iij.verſi.vnde reſpondeo.C.de ſucceſſ.edict.

*De eadem re.*

14 ¶Et ego certè huius ſum opinionis,quòd ſi ſit dubiū,an ratio quæ redditur,ſit ſola,propterea quòd & aliæ reddi poſſunt , vt contendit Bar. in illo ſtatuto , haud dubiè non ſit ab ea argumentandum. Quòd ſi is qui contendit aliam eſſe rationem,tamen nullam probabilem adferre poſsit,vt minimè ſit dubium illam quæ redditur,eſſe omnino veriſimilem,& probabilem, nec aliam adduci poſſe:ita vt ſit certum illam eſſe ſtatuti rationem , & eam quidem vnicam , tunc crederem ex ea poſſe ſumi argumenta,vel ab extenſione, vel aliàs,æquè ac ſi expreſſa eſſet,ex priori illorum opi.Id quod bene & ſcienter declarat Fran.Cur.Senior d.conſi.lxxxj.col.ij.nu.8.

*Iterum de ratione ſtatutorum excludentium fœminas.*

15 ¶An autem illius ſtatuti excludentis fœminas ob maſculos ſit ea ratio conſeruandæ familiæ , & an ea ſola ſit,(vt id obiter dicam)intelliges ex Io.And.in addit.Specul.in rub.de ſucceſſ.ab inteſt.Pet.& Cy.in l.j.C.ad leg.Iul.de adulter.Alexand.in auth.itaque mortuo patrefamil.col.vlt.verſ.item inſpicienda eſt,C.com.de ſucceſsio.l.final.Bal.in l.maximum vitium,col.iij.ver.pręterea iſtud ſtatutum. C.de liber.pręter.& in l.Titia,§.Lucius,per eum tex.ff.de leg.ij.& conſi.ccxviij.ſtatuto ciuitatis Florentiæ, col.j. verſic.nunc igitur reſtat,lib.ij.& inter conſil.Ang.conſi.cccxliij. Martinus Ioannis de Florentia,col.ij.verſi.ſi dicerem excludi.& iterum verſic. ſecundo,ratione cuiuſdam.Pan.conſil.vij. quidam deceſsit,col.iiij.verſi. & hic idem, lib. j.& Pau.Caſt.in l.ſi verò,§.de viro,circa medium, ff. ſolut.matrimo.& conſil.xl.præſens caſus modicam, poſt medium, lib.ij.& conſil. lxxxiiij. quod eſt eiuſdem exordij,col.j.eo.lib.ij.Raph.Fulg.conſi.liiij.item quod quælibet,col.j.& conſi.lxxxv.in pro-

poſita quæſtione,in fi.Ro.conſi.xvj.viſo themate conſultationis,col.j. verſi.ſecundum autem quod principaliter.& conſi.xxxij.viſa municipali conſuetudine,col.ij ver .quintò illud. & conſil. ccccxj. quatuor ſunt quæ refragantur,ferè per totum.Cor.conſi.lxxxij.licèt in hac conſultatione, col.ij.& iij.lib.iiij.& conſi.cccv.in hac conſultatione,col.ij. verſic. & ſtatutum generaliter loquens eo.lib.iiij. Alex.in l.Gallus,§.quod ſi is,col.ij.verſic.facit etiam iſte tex.ad aliam quæſtionẽ,ff.de libe.& poſth. Laur.à Palatiis,in tract.ſtatutorum excludentium fœminas,col.j.verſi.quæro pro intelligentia.Maria.Socin.Senior.conſ.xxx.quamuis ex his,col.iij.verſic.primò ad hoc reſpondetur.& conſil. xxxj. proſequendo ordinem,col.j.verſ.cum ergo ratio.& eius fili.Bart.Soc. conſ. xxviij.fuit quidã Petrus, col.iij.verſic.quintò confirmatur,li.iiij.& inter.con.Fran.Cur.ſenioris,con.xl.cum in præſentiarum, col.v.verſic.ſed ſic eſt quòd quando,& eo.Cur.latè con.xliiij.ſæpenumero in hoc paſſu,col.j.& con. lxxxj.rectè præfatus egregius,col.j.& Barb.conſi.xliij.præclarè ſcribitur,col.iij.verſic.quòd iſte,lib. iiij.Maria.Socin.iunior.d.conſil.j.col.xj.verſic.ſecundò principaliter,lib. j.& conſil.iiij.circa præſentem, col.1.eod. lib.1.& conſ.10.ſi in præſenti,num.10.& iterum xxj.eo.li.j.& conſil. xx.in propoſito caſu,col.ij.num.v.eod.lib.j.& conſi.xxiij.caſus iſte,col.8.nu.22.eo.lib.1. & conſ.xxxvj. præſens conſultatio,col.vlt.num.1.eo.lib.1.

*VICESIMA SECVNDA LIMITATIO.*

1 *Cauſa una ex pluribus ceſſante, non ceſſat effectus.*

¶Viceſimoſecundò limita noſtram regulam non procedere, quando eſſent duæ, aut plures cauſæ:tunc enim vna tantùm illarum ceſſante, non ceſſat effectus,ſiue diſpoſitio, per text. in l. ſi non lex Aelia Sentia.ff.de hæred.inſtit.ex qua no. Oldra. Bar. Bal. Imo.quòd quando plures leges concurrunt ad vnum effectum,vna ceſſante,remanet virtus alterius, & dicit Bald. eam l. ad hoc ſolere allegari, quod diximus in prin.& text.in l.tutor petitus,§.quæ tutoribus, ff.de excuſ. tutor. & l. j.in prin.ff.ſi quis à paren.manumiſ.fuer.& l.2.§.corporis debilitas,ff. de vacat. mune. & l. quod ait Prætor,§.exercitum,ff.de his qui no.infa.& l.aſsiduis,C.qui pot.in pig.habe.& §.affinitatis, verſic. nam ſi adhuc. Inſtit.de nupt & §.vltim.in auth.vt deter.ſit nu.cleri.& §. ſi verò altera, & ibi gloſſ. in auth.de nupt.& §.ſed & ſi quis, & §. ſi verò nullus, & §. vlti. verſic. ex vtroque, in auth. de inſtrum.cau.& fid.& §.vnum in auth.de reſti.& ea quæ par.vndec.men.& cap.1.§.maximè,de renunciat.iuncto c.niſi cum pridem,§.pro delectu,eo tit. & c.quæris,verſ.& niſi fortè,de ætat.& qualita.& c.tantum, xxxij.q. vij. quod loquitur de matrimonio quod non ceſſat, ſiue diſſoluitur ob ſterilitatem:neque enim ſola cauſa prolis eſt in matrimonio, ſed & euitatio libidinis, fides. &c. hæc enim omnia iura ſolent à noſtris in eam ſententiam allegari,quanquam ſunt, qui illius c. tantum, aliam rationem reddunt,vt dicemus in xxv.limitat.

2 *De eadem re.*

¶Et id quoque voluit gl.in l.liberorum,§.1.in verbo,collocare,& ibi etiam Iac.Butrig.Bar.Bal.Alb. & Pau.Caſt.qui eum §.legit.cum prin.l.1.ff.de his qui no.infa.& gloſ.in l.liberos,§.j.in verbo,deductus.ff.de capit.diminut.& gl.in l.ſi ventri,§.in bonis,in verbo,credere,& ibi etiam Dy.Bar.Alb. & Ang.ff.de priuileg.cred.& gl.vt à multis citatur in l.ſi quis ad exhibendum.ff.de excep.rei iudi.Dy. in l.j.§.hoc interdictum.ff.quor.legator.Cy.in l.ij.C.de ſecund.nup.Bar.in extrauagan. ad reprimẽdum,in verbo,ne ex eorum abſentia.Io.Fab.in l.j.C.quor.legat.Bal.in l.generaliter,col.2. verſic.ſecundò oppono dicitur,ibi,vbi tamen eſſent.C.de epiſ.& cleri.& in c.1.col.vlt.tit.an mut.vel imperfect.& in c.& ſi Chriſtus,col.vlt.verſi.adde quòd ceſſante vna,& ibi quoque Henr.Boh.col.j.de iureiuran.idem Bal.in ſua marga.in verbo,generalis.Ang.in §.maiores,in fi.in auth. de nupt. & in tractatu ſubſtitutionum, in materia ſubſtitutionis pupillaris, col.i j. verſic.quæro vltra alios.& conſil. cxviij.ſuper puncto prædicto, factum verò incipit,auia pro nepte, poſt medium, verſicu.ſecundò ratione ſucceſsionis.Lap.Caſtel.allegat.100.in ciuitate Florentiæ,col.penult.verſic. circa ſecundum ſtatutum, ibi, nec ob. quod no.Saly.in auth. ingreſsi,col.2.verſic.non obſtat quod no.glo.C.de ſacroſanct.eccleſ.Card.Flor.& Imo.in c.ex parte,quod eſt pen.vterque ad fi.de cleri. coniug. Ant. & Imo.in c.cum Apoſtolica.ille col.vlt.hic col.v.ver. & ſecundum prædicta, de his quæ fiunt à præla. ſine cõſ.ca.Aegi.Bell.in c.poſt tranſlationem,col.v.ver.aut non tãta,de renunci.Imo.in l 3.§.ex contrario,col.2.ver.ſed certè ex quo,& ibi Alex.col.6.ver.tamen aduertendum eſt,ff.de acq.poſſ.Idem Imo.in l.ſi verò,§.de viro,col.ij.verſi.circa ſecundũ articulũ,ff.ſolu.matri.& Rom. in l.ij.col.ij.verſ. non obſtat gloſſ.ff.de donat.& in l.tam is,§.j.quem legit cum prin.legis,columna ij. verſic.in eadem ibi nunquid,ff.de donat.cau.mor.& conſil.clxxix.ampliſsime doctor,col.v. verſi.clarum eſt autem. Pan.in c.cùm nuncius,col.j.de teſtib.& in c.quoniam,col.iij.verſic.ego intelligo hoc procedere, de iure patro.& in cap.vlt.verſic.item quia fruſtra,de immunit.eccle.& in cap.iuuenis,col.vlti.de ſponſal.Alexand.in l.j.col.iij.verſic.ſed Imo.dicit non debere, ff.de acquir.poſſeſsio.& in l.ſi conuenerit, col.iiij.verſi.paſſum habui pro ſatis dubio,de re iud.& in l.j.col.iij.verſi.& aduerte quia, C. de eden. Franc.Aret.in c.j.de proba.conſi.xlj.diligenter & maturè penſata,col.ij.verſi.ex his apparet, & conſil.50.incip.copioſè & eleganter,col.ij.verſic.non obſtat id quod dicebatur,Barb.in l.ij.col.xj. verſi. ego pro Archid.ff.de verb.obl.& in repe.c.Raynal.col.ix.verſic.ex iſto tex.no.& iterum col. clxiiij. verſ.decimoquartò,de teſt.& cõſ.xj.ſcripſit belliſsimè,col.xv.verſi. & ſic ponderet dominus,lib.j.& con.xlj.immortalẽ & omnipotentem Deũ,col.2.ver.quinimo dico quòd poſito,lib.4.& con. lxxiij. magnanimus,col.ij.ver.tertiò ſi quiſpiam dixerit,eo.lib.iiij.Maria Socyn.ſenior.conſi.j. in caſu ſuprà narrato,col.vlt.lib.j.Corn.in repet.l.ſi paſcenda,col.ix.ver.ideo non licet arguere,C.de pact. & conſil.cccxij.in hac conſultatione,col.vj.verſic.& vbi duæ rationes,li.j.& conſil.cxxij circa præſentem,

col.vlt.



col.vlt.paulò ante fi.lib.ij.& conſi.lxxxiij.pro certo,col.vlt.lib.3.& conſi.ccliij.ardua eſt,col.iij.verſi. facit etiam,li.4.& conſi.ccxcj.videtur prima facie,col.3.verſic.profectò iſtæ etiam cauſæ eod.lib. iiij. Fr.Curt.ſenio conſi.j.col.v.verſi.ſed etiam ſubeſt.Iaſ.in l.quod dictum,col.j.ver. limita prædictam regulam,ff.de pact.& in l.licèt inter priuatos,in fi.C.eo.tit.& in l.exigendi.col.vlt.verſi. huic fundamento.C.de procur.& in l.vt liberis,col vj.verſi.ſed nunquid ſit correcta,C.de collat.& in l.in teſtamento quidem,col.xij.ver.tertiò facit quia quando.C.de teſt.mili.& in l.j.col.ij.ff.de cond.ob cauſ. & in l.cùm filioſa.col.xxv.verſi.confirmo vltra eum,ff.de leg.j.Phil.Dec.in c.ex literis,col.v.verſic. non obſtat tex.hic,de conſti.& in c.quoniam abbas,col.6.verſic.ſed reſponderi poteſt,de offi. deleg. & in c.cum ceſſante,col.j.verſi.quartò concluſio fallit,de appel.Fr.Rip.in l.ex facto,col.3.verſi. crederem igitur,ff.de vulg.& pupil.ſubſti.Marc. Mant. conſil. xxv. in facto præſupponitur,col.3.nu.32. Fran.Ozer.in §.ſupradicta,col.4.nu.18.Inſtit.de excuſa.tutor.Maria.Soc.iunior conſil.xxx. inſpectis his,col.xj.nu.40.lib.j.Io.Lupus,in rep.c.per veſtras,§.xx.col.iij.verſi. & ita quamuis, de dona.inter vir.& vxor.Lauren.Silua.conſil.xxv.incip.adiutorium noſtrum,nu.29.

3 *Cauſa ea dicitur, quæ ſola eſt,nõ quæ cum aliis eſt.*

¶Et id quidem confirmat tex.in l.legatis,ff.de leg.ij.ex qua no.Raph.Comen.in priore lectu.quòd illa dicitur eſſe cauſa alicuius rei,quæ ſola eſt cauſa:non autem ſi ſit cauſa ſimul cũ alia,& in id quoque allegat l.ita vulneratus,ff.ad leg.Aqui.vbi id trahit ad quandam Bal.in eo loco quæſtionem.Sed & in ſecunda lect.no.ex eodem tex.non dici cauſam finalem,quæ ſola non eſt.

4 *Cauſa finalis non eſt quæ ſola non eſt.*

¶Et huc quoque ſpectat quod ſuprà diximus in legis ratione ceſſante,nu. 127. in c.ex quo & illud, ratione legis correcta,legem quoque ipſam correctam cenſeri procedere,niſi duæ ſint eius legis rationes:vna enim earum correcta,tamen manet lex illæſa,vt eſt gl.no.in d.l.tam is, §. j. in verbo patris,ibi.item nunquid poterit.ff.de dona.cau.mort.& ibi Imo.qui eam ad hoc expendit,col.j. verſic. in ea gl.ibi reſpõdeo,& ad id quoque allegat no.in l.liberorũ,§.j. ff.de his qui no.infa.& voluit quoque alia gl.in § minima,in verbo,vel contra,in fi.& ibi Ang.Are.etiam in fi.ff.de capi.dimin. vbi & ipſe Ang.dicit facere l.iij.§.planè,ff.de itin. actuque priua.& §.quamobrem, in d.auth. de reſtit.& ea quæ parit,& voluit etiam Alex.in d.l.ſi conuenerit,col.iiij.vbi ſuprà,ff.de re iudi.& Iaſo.in d.l. vt liberis,vbi ſuprà,C.de collat.

5 *Arg.non ſumitur à contrario ſenſu unius cauſæ ex pluribus.*

¶Et illud quòd vbi duæ ſunt cauſæ cuiuſpiam conſtitutionis,non ſumitur argumentum à contrario ſenſu ab vna tantùm cauſa,cùm plures ſunt.vt expreſsè voluerunt Iac.Butrig.in l conuenticula,C.de epiſcop.& cleri.Ant.& Imo.in d.c.cum Apoſtolica,quibus locis ſuprà citauimus, extrà de his quæ fiunt à præl.ſine conſen.cap.Fely.in d.c.ſignificaſti, colum.penult.verſic. item fallit, in verbis cauſæ finalis,de for.comp.

6 *Sentẽtia ſuſtinetur ex una cauſa uera, licet altera ſit falſa, uide infrà num.15.*

¶Sed & illud quoque, quòd ſi in ſententia expreſſæ ſint duæ cauſæ, quarum altera eſt vera, altera falſa,vel erronea,ſuſtentatur ſententia ex ea cauſa quæ vera eſt,per l. Titianus, ff. quod cum eo. & §.ſi igitur omnes,& §.ſi tales,in authen.vt cùm de appella.cognoſci.& c.cùm I.& A.de re iud.& c. per tuas,le j. & ibi Hoſt.col.ij.in verbo,iudicaſti,Io.And.col.j.in eo.verbo,Card.Flor.in ij.not. Pet. Anch.in vj.no.Ant.in v.not.Pan.qui eum tex.dicit no.col.ij.verſi.quoad tertium,& Card.Alexa. in xj.no.qui fil.ſint legit.& voluit Inno.in caſu non admodum abſimili,in c.in præſentia,in verbo,præter iſta,in fi.& ibi.Ant.col.ij.verſi.quandoque ſententia eſt lata,& Pan.col.item ij.in eo.verſ.nam eſt eadem vtriuſque lect.de renuncia.Hoſt.in c.ex parte,col.iij.in verbo,occaſionem concilij,per illum text.& ibi Ant.col.j.verſi.& no.per hanc decretal.de conceſsio.præbend.Ioan. And.in c.cùm inter, col.ij.in verbo,expreſsè,& ibi Anto.col.ij.verſi.oppo.quòd valeat,& Pan.qui dicit ſingu.col.iij.ver. & ob hoc dicit,de re iudica. Petr. Anc. conſil.cclxxxix.de viribus ſententiæ, col.ij.verſic.item falſa cauſa.Imo.in l.ſi flagitij circa medium,ff.de verb.oblig.vbi id dicit ſing.& in l.quod dicitur patrem, col.v.verſi.ſecundo caſu,eo tit.& in l.ſi is ad quem,col.ij.verſi.aduerte tamen,ff.de acq. hæred. Domi.in c.in tantum hanc præſumptionem.quod eſt vlt.col.iij.verſi.dic,aut cauſa eſt falſa,xxj diſtinct. Ant.in c.ab excommunicato, col. iij. verſic.ſexta patet ex ſequentibus,de reſcri.& Panor. qui dicit ſing.in c.j.col.iij.ver.nunc autem quæro,ibi,aut ceſſat,& ibi Fely.qui alios adducit,col.v.ver.limita ſecundò niſi cauſa,de re iud.& idem Pan.in c.ſicut,col.iij.verſi.ſed ſi iudex in ſententia,eo titu.Alexand.in l.impoſsibilis,col.j.verſi.iuxta prædicta,ff.de verb.oblig.vbi id dicit communiter approbari.& latiùs in l.qui Romæ,§.duo fratres,col.xxvij.verſi.& quia dictum eſt,ff. eo.tit. vbi id dicit ſing. & in addit.Bart.in l.ſi is ad quem,ff.de acq.hæred.Barb.qui eum text. in d.c.per tuas, ad hoc dicit not.conſil.vj.illud in medium adducam,col.xj.verſi.facit quod ſingul.voluit,lib.iiij.Ang. Aret. in §. ſed quia,col.j.verſi.ſi autem expreſsit plures cauſas,Inſti.de fideic.hæred.& vide infrà num.20.ver. & ad id ſpectat.

7 *Vnam ex multis cauſam appellationis,probare ſufficit.*

¶Et ſimiliter ſi in appellatione fuerunt expreſſæ,& id quidem copulatiuè,plures cauſæ ipſius appellationis,ſufficit vnam illarum probare,vt apertè probat tex.in c.exhibita,extrà de iud.& in c. iamdudum,de præb.& voluit Pan.in c.cùm cauſam,in fi.extrà de appel.

8 *Impedimẽtum unum ex multis, ſufficit ad repellendum.*

¶Quò etiam pertinet illud quòd ſi cui ſint duo impedimenta quempiam repellentia,ſi alterum tantùm ſublatum fuerit,alterum autem ſuperſit,æquè repelletur,ac ſi ambo ſubſiſterent, per text. in l. ſi domus,ff.de ſeruitu.vrba.præd.& d.c.cùm nuncius,& ibi Ant.Imo.Pan.Fely.& omnes poſt prin.de teſtib.& c.ex tuarum,de author.& vſu pall.& c.ſi gratioſè,in fi.de reſcr.lib.vj.c.non poteſt,de præb. eod.lib.vj.no.gloſſ.in c.ſtatutum,in princ.in verbo,canonicus,de reſcri.eod.lib.vj.Oldr.Bal.Ang.& Imo. in d.l.ſi non lex, ff.de hæred. inſtit. vbi id trahunt ad legitimationem, ſiue diſpenſationem



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

factam de vno impedimento,vel inhabilitate,ſiue macula.

*Filia maritata poteſt petere dotem à patre.*

9 ¶Ex hac autem limitatione illud fit, quòd filia maritata poteſt petere dotem à patre, neque enim dos ob eam tantùm cauſam datur filiæ,vt maritetur,ſed etiam,vt ea alatur,cum dos ſit loco alimẽtorum,Bal.con.ccccIvj.recolo,col.ij.verſic. præterea dos,li. v. cum ſimilibus à me collectis in tract. Primigeniorum,quæſt.lxij.nu.5.Et vt maritus onera matrimonij faciliùs ſuſtinere poſsit,l. pro oneribus C.de iure dot.cum ſimilib.Et vt denique vxor velut indotata,à marito non contemnatur, vt fieri ſolet,§.ſic itaque matrimonia,verſ.ſi quis enim duxerit, in auth. de nupt. & §.quem autem,in auth.quib.mod.natur.effi.legit.& Bal.in auth.res quæ,col.j.verſi.quæro pater viuens,C.com. de legat.vbi & ad hoc allegat l.ſi ita ſtipulatus §.ſi tibi,& l.vtrum turpem.ff.de verb.oblig.Et in hac ſententia,vt ſcilicet filia iam maritata,poſsit tamen petere dotem à patre,fuit gl.in l.obligamur,§.lege. ff.de actio.& oblig.quam ſequitur & dicit ſingularem Bal.in c.iurauit,col.ij.verſic. item ſi eſſet hoc, extrà de proba.& in l.vlt.col.ij.verſi.pone vir cepit.C. de ſent. quæ ſine certa quantit. profer. & in l. j.col. iij. verſi.ſed ſi nupſit filia,& ibi Imo.col.quoque iij.ver.in ea gl.ibi,qui liberos,& Ro.col.j.ver. ſed an ſi eſt iuxta.ff.ſol.matr.idem Bal.in c.iurauit,col.ij.verſic.item ſi eſſet hoc,de probat.vbi eam gl.dicit ſing.Ang.& Pau.Ca.in d.auth.res quæ,& ibi Iaſ.col.v.verſi.iiij.quæritur.C.com. de leg. Io. Cãpez.in tracta.de dot.par.j.q.xiij.Io.Lup.in repe.c.per veſtras.§.ij.col.ij. verſi. ſic ergo videtur.Et hæc eſt cõmunis opi.etiamſi Guil.& Bart.aliter ſentiant,ille in l.cũ his.§.ſi mulier.ff.de cond.indeb. hic in d.l.obligamur. Et ea quidem confirmatur ex iis quæ diximus ſuprà in xviij.limit.nu.23.& 4.

*Quid autem ſi filia inuito patre nupſerit.*

10 ¶Quæ etiam eò vſque procedit,etiam ſi filia inuito patre nupſerit, ſi credamus gl.in c.hoc ſanctum, quod eſt vltim.in gloſſ.j.xxxij.quæſtio.ij.quam dicit ſingul. Imo. in d.l.j.ff.ſolu. matri. ſed eſt & alia clarior & melior, vt dicit Rom.ibi, in c.de raptoribus, in verbo,excuſata,xxxvj.q.j.Quod tamen ſemper intellige,modò non nupſerit indigno, ex ſententia Bal.in d.l.vltim.vbi ſuprà,C.de ſenten. quæ ſine cer.quan.profer.

*Quid ſi nupſerit indigno.*

11 ¶Sed & ex hoc quoque procedit,quòd cùm priuilegia doti dentur,nõ ſolùm propter ſobolem procreandam,ſed & propter fragilitatem ſexus,& propter onera matrimonij,& obſequia, quæ præſtat vxor marito,l.aſsiduis,C.qui potior.in pignor.habean.ceſſante cauſa illa ſobolis,quia mulier ſterilis eſt:tamen cùm ſubſint aliæ cauſæ,non ceſſant priuilegia dotis,Bar.poſt Iac.Are.& Cy.in l.j.col. pen. verſi.quartò quæro quid in muliere,ff.ſolu.matri.tum illa ratione, quã diximus in noſtra limitatione,tum per text. in l.ſi quis poſthumus.in princ.ff.de liber.& poſth.& ſequuntur Bal.in d.l.j. col.iiij. verſi. item an ceſſatio,& ibi quoque Imo.& Ro.vterque col.vlt.Alexa.col.ij.verſi. ſecundò infertur quòd mulier,Iaſon col.iiij.ver.vj.no.ff.ſolu.matri.idem Bal. in rub.C.de priuileg.dot.col.j.verſi.ſed hic quæro,&c.in l.aſsiduis,ibi,ſiue liberos habeat mulier, &c. C. qui pot.in pigno. habean. & in d. auth.res quæ.col.vlt.ver.quæro nunquid iſta auth.C.com.de lega.& Lapus alleg.110.in ciuitate Florentiæ,col.pen.verſi.circa ſecundum ſtatutum.ibi,nec ob.quod no.

*Quid ſi omnes cauſæ ſimul,& collectim conſiderentur.*

12 ¶Sed hæc noſtra limitatio primò intelligenda eſt procedere,quando ſunt duæ aut plures cauſæ diſtributiuæ,id eſt,quarum quælibet ſola ſatis eſt ad producendum illum effectum:ſecus ſi omnes ſimul conſiderentur:nam hoc caſu ceſſatio vnius facit ceſſare effectum.tex.eſt no.in c. quoniam frequenter,§.porrò,iuncto §.ſi autem,& in priori loco,Panor.in fi. qui eum text. reputat ſingul. vt lite non conteſt.Bar.in d.extrauaganti ad reprimendum,in verbo,ne ex eorum abſentia.Bald.in d.l.generaliter,col.ij.in ij.oppoſit.C.de epiſ.& cleri.dum loquitur de pluribus cauſis,quarum quælibet per ſe influit,& in d.ſua marga.Ang.in d.§.mitiores,in auth.de nupt.Pan.in d.c.cùm nuncius, poſt prin. & ibi Fely.col.j.de teſtib.idem Pan.in d.c.cùm ceſſante,in j.not.& ibi Dec.col.j in iiij. fallen. de appella.& ipſe quoque Pan.in d.c.quoniam,de iure patrona.& conſ.lxx.id de iure quæritur,col.ij.ver. tertiò probatur alia ratione.lib.ij.Iaſ.in l.dedi,col.j.verſic.confirmatur.quia vbicunque,ff.de condi. ob cauſ.vbi id latè probat,& Rom.in d.l.in teſtamento quidem,col.xij. verſic.iij.& notabiliùs, C.de teſta.milit.Hippolyt.Marſi.in l.ſi quis viduam,col. j. verſic.ſed tu ad ſaluandum. per illum tex.ff.de quæſtion.Nicol.Euerald.in locis legalibus, in loco à contrario ſenſu,colum.xj. verſi. primò vt procedat.Franciſ.Rip.in d.l.ex facto,colum.iij.num.14.ff.de vulga.& pupilla.vbi tamen id declarat, vt ibi videre poteris.

*Sententia ſuſtinetur ex una, ex multis cauſa uera, ſi ea per ſe, & ſola ſufficiat.*

13 ¶Nam quod ſuprà diximus nu.6.ſententiam latam ex duabus cauſis,quarum altera vera eſt, altera falſa,vel erronea,ſuſtineri ex vera cauſa,intelligi debet,ſi illa vera cauſa per ſe & ſola ſufficiat ad validitatem ſententiæ:aliàs enim non valeret.verbi gratia,ſi iudex pronuntiet teſtamentum impuberis valere,quia impubes poteſt teſtari,& quia in eo ſit ſufficiens numerus teſtium:tũc enim licèt hęc poſterior cauſa ſit vera, tamen ea non ſufficit vt valeat teſtamentum : quia non ſufficit ſolennitatẽ fuiſſe adhibitam,niſi teſtator ſit habilis,l.ſi quæramus, ff.de teſtam. ideo ea ſententia non ſuſtinetur ex illa cauſa vera,non ſufficienti.Et ita nuncupatim voluit Panor. qui id dicit eſſe bene notandum, quia alius nemo tetigit in d.c.j.col.iiij.verſi.hoc tamen dictum, & ibi quoque Fely. vbi ſuprà, ibi, & intellige dummodo,de re iudi.

*Alterum ex copulatis ſufficit, cum alterũ non eſt neceſſariũ.*

14 ¶Et ad hæc facit,quod in ſimili dicitur,quòd ſi ex duobus etiam copulatiuè poſitis,alterum tantùm ſufficiat ad id obtinendum,de quo quæritur,ſufficit alterum eſſe verum : non etiam, ſi vtrunque ſit neceſſarium,per l.ſcire oportet,§.ſcire,& l.propter litem,ff.de excuſat.tutor. & c. accepta, de reſtit. ſpoliat.& c.quædam, de iureiur.& c.peruenit, in fi.de fideiuſſor.& c.j. 48. diſtinct. Prohibentur autem.& c.quàm periculoſum,vij.quæſt.j.gloſſ.in c.ij.in verbo,& perpetuo,& ibi Bal.col.ij. verſicu.&





iuxta notabilem,Card.Flor.col.iij.verſ.quæro,in eo quod hic,Pet.Anc.col. ij. verſi. ſunt duæ qualitates,Anto.col.1.in 4.no.& iterum col.2.verſi.hîc deſcendo ad factum:Imo.col.j.in vlt.not.rurſúmque ſuper gl.1.Panor.ſuper eadem gloſ.1.Felyn.qui alios multos citat, col. xj. verſi. fallit tertiò vbi plura copulantur,de reſcri.& gl.in clem.vt circa,in verbo,probare, de electio.lib.vj.Bart. & recentiores in l.diuus,ff.de re iudic.idem Bart.in d.extrauagan.ad reprimendum,in verbo, ne ex eorum abſentia,verſ.ſed cùm in lege.Bald.in l.j.in prin.col.iiij.verſ.& extra quæritur, ff. de eden. & in l. j. col.pen.verſi.item do aliam,C.de condict.indeb.dum allegat gl.in d.clem.vt circa,& in c. 1. de exceptio.& in d.c.licèt cauſam,de probat.& idem Bal.in l.minoribus,col.2.ver.vnum ſcias quod pluribus,C.de his quib.vt indig.& in l.conuenticula illicita.col.iij.verſ.item eſt argumentum ab effectu.C.de epiſ.& cleric.atque etiam Alex.conſ.lxj.viſo proceſſu cauſæ,col.j.verſi. ſed in caſu noſtro, lib.ij.& Franc.Aret.in l.ſi quis ita ſtipulatus,verſi.ex præmiſsis ſequuntur,ff.de verb.oblig.

*Vno ex pluribus cõiunctim requiſitis deficiente, totum corruit.*

*Ratio,et ipſius ratio, neceſſariò requiritur.*

15 ¶Nam quando duo,vel plura coniunctim requiruntur ad actum,vno deficiente,totum corruit,l.vlt. §.ait lex,ff.de diuor.& d.l.ſi quis ita ſtipulatus,& ibi Bar.& alij,ff.de verb.obligat.& l. Lucius, & ibi gl.ff.de his qui no.infa.& l.ſi is qui ducẽta,§.vtrùm,ff.de reb.dub.Et l.Titia.& ibi Rom.in ij. notab. & rurſum col.vij.verſi.niſi probet.ff.ſolu.matri.gl.in l.iij.§.hoc autem interdicto is demũ vti poteſt in verbo ſeruitutem competere,ff.de itiner.actúque priua.Ioan.And.in c.ſine culpa,col. ij. verſi. ſecundò matrimonium,de regul.iur.lib.vj.Cyn.poſt Iac.Are.in l.ſancimus,§.ſi quis autem,le j.in fin. C.de donatio.Bal.in l.Titia in prin.ff.ſolu.matri.Cæpo.cauſ.crimin. conſi. 2. ſuper caſu homicidij, col.2.verſi.tertiò,quod illud auxilium,vbi huius rei reddit rationẽ,quia tunc de forma videtur aliquid fuiſſe omiſſum,vt dicit ſing.Bald.in addit.Specul.tit.de arbitr.§.poteſt, col. 1. verſi. ſed quid ſi compromittatur.

*Si altera ratio ponatur ut maior, altera ut minor,utraque requiritur.*

16 ¶Et ex hoc fit,vt ſi ex duabus cauſis vna ponatur vt ratio,altera vt ratio ipſius rationis, vtraque requiratur,per l.ſed & ſi §.idem ſi rem,ff.ſolu. matrim.Et ſimiliter ſi vna ratio ponatur vt maior propoſitio, altera vt minor,altera earum falſa,corruit argumentum.vt videre licet ex Bar. in d. extrauaganti ad reprimendum,in verbo, ne ex eorum abſentia. Et vtrunque voluit ad comprobationem eorum quæ ſuprà diximus,Fra.Ripa in d.l.ſi ventri,§.in bonis,col.iij.verſi.ideo ſi vna cauſa,ff. de priuil.credit.

*Quid ſi ex duabus rationibus una tantũ conſideratur, ad effectum producendum.*

17 ¶Secundò hæc noſtra principalis limitatio intelligenda eſt,quando vtraque ratio conſideratur, ad effectum producendum.Secus ſi vna ratio non habetur in conſideratione,tunc enim hac ceſſante, non ceſſat effectus,vt dicit Ripa in d.§.in bonis,col.vlt. verſ. item intellige quando vtraque ratio conſideratur,per id quod voluit Bald.in c.j.§.his verò,poſt prin.tit.de ſucceſsio. frat. ſiue de gradibus ſuccedent.in feud.lib.2.in feud.quòd in feudis frater vtrinque coniunctus,non præfertur fratri ex parte patris tantùm,licèt enim duæ partes concurrant,tamen cùm altera earum, ſcilicet matris, ſit impertinens,ex ea non augetur effectus.

*In feudis utrinque cõiunctus, non præfertur fratri ex parte patris tantùm.*

18 ¶Quem,vt id Ripæ addas,ſequuntur Marti.Laud.& Card.Alex.ibi : ille, colu.2.verſi. quæro circa iſtam:hic col.iij.verſ.eiuſdem initij.& voluit etiam Iacob.Ardiſo.in ſumma,rubr.de ſucceſsio. feud. lib.1.feud.ſub rubr.an frater ex vtroque parente excludat fratrem ex parte tantùm.And.Iſer.in c. j.col.2.& 3.titu.de natu.ſucceſsio.feud.lib.2.feud.Bald.in l.1.poſt prin.verſi. & per hoc determinatur,& ibi quoque Pau.Ca.& Cor.C.de legit.hæred.Ipſe Bald.conſ.clxx.ad euidentiam,col.2.verſ. item ſciendum,lib.ij.& conſi.ccciiij.incip.donatio,in fi.eo.lib.2.& conſ. liiij. proponitur, quòd quidam nobilis,lib.3.& conſi.caſus talis eſt,primo dominus,eo.lib.3.Marti.Laud.in c.1.§.& quia,col. 6. verſi.quæro an vtrinque coniunctus.& ibi etiam Card.Alex.col.vlt.verſ. eiuſdem exordij, tit. qui feud.dare poſſunt.et qui non,& qual.aquir.& retinen.lib.1.feud.Alex conſi.ix.ponderatis, in fi. lib. v.Pet.Ferra.tit.for.libel.quo agit.ad reuocationem feud.in verbo.nec ſuperſtitibus,col.iiij.verſi. ſed quid ſi vnus.Soc.conſi ccciiij.eodémque vlt.viſo ſtatuto,ad fi.lib.ij.Franc.Curt.iunior in iij.parte 3. part.principalis tractatus feudi,quæſtio.vj.Philipp.Dec.conſi.ccccxliiij.concurrit patruus,colu.j. Io. Cro.in repet.l.filiusfam.§.diui,col.ij.poſt prin.& iterum char.antep.verſi.quartò quæritur,ff. de leg. 1.& ipſe Fran.Rip.in l.ex facto,col. 24. nu.98.ff.de vulg.& pupil.& diximus etiam in tracta.Retratuum tit.j.§.xiiij.gl.2.nu.10.incip.illud autem inter omnes.Et faciunt quæ etiam ibi diximus in nu. ſeq.incip.quo in loco.

*Quid ſi ex duabus rationibus, altera expreſſa ceſſat,altera citata non ceſſat*

19 ¶Tertiò intelligenda eſt noſtra limitatio,quando vtraque ratio exprimitur in lege, aut alia conſtitutione. Secus ſi vnam tantùm,licèt altera poſsit etiam conſiderari, tunc enim ceſſante expreſſa, ceſſat diſpoſitio,licèt altera militare quoque videatur,vti pulchrè declarat Lancelo.Dec.in l. ſingularia,col.iij.ff.ſi cer.pet.& ab eo Fra.Ripa,in d.§.in bonis,col.vlt.nu.16.

*Cauſa falſa expreſſa in ſententia, eam uitiat,licèt ſit altera tacita uera.*

20 ¶Et ad id ſpectat,quòd ſi in ſententia,expreſſa eſt vna tantùm cauſa,ſed ea quidem falſa,ſententia corruit,licèt ſit alia cauſa tacita,& ea quidem vera,qua ſuſtentari potuiſſet,ſi expreſſa fuiſſet,vt voluerunt Ant.& Pan.in d.c.in præſentia,vterque col.ij.verſi.ſi vna tantùm eſt expreſſa, de renuntia. Hoſt.Io.And.& alij in d.c.per tuas,qui fil.ſint legi.& maxima pars eorum, quos citauimus ſuprà nu.vj.huius limitatio.incip.ſed & illud quoque, ex quibus intelliges illud intereſſe, inter id quod ibi diximus,& id quod nunc dicimus,vt ſcilicet illud procedat, quando ſunt expreſſæ duæ cauſæ, quarum altera vera eſt, altera falſa : hoc autem, quando expreſſa eſt vna tantùm cauſa falſa, tacita,altera vera.

21 ¶Quartò item intelligenda eſt hæc limitatio,quando illæ duæ rationes ſunt vniuerſales, ſiue etiam

*Ex duabus rationibus altera generali, altera ſpeciali, hæc tantùm conſideratur.*

generales:ſi enim vna eſt generalis,altera ſpecialis,tunc ſola illa generalis conſideratur. quod ex eo ſatis patet,quòd ab ea tantùm,non etiam à ſpeciali ſumitur argumẽtum à contrario ſenſu,per text. in l.regula,§.vlt.& ibi Bart.& Bald.ff.de iur.& fac.ignor.quem ad hoc dicit no. & menti tenendum Nic.Eueral.in locis legalibus,in loco à contrario ſenſu,col.xj. verſ. ſecundò iſtud limito. Cui adde in ſimili text.in l.ij.§.ſi mater,verſi.quid ſi curatoris,& verſ.quid ſi deceſſerit,ff.ad SC.Treb.& l.nomen debitoris,§.vlt.ff.de leg.iij.Et tu interim vide quæ ſuprà diximus in ceſſante legis ratione,nu. 149.incip.ſecundum autem,& iterum in j.limit.nu.62.incip.tertium quòd cùm lex, & quæ etiam dicemus infrà in xxxij.limitat.

*Cauſa principali ceſſante, ceſſat effectus, non etiam acceſſoria.*

22 ¶Quintò intelligenda eſt hæc noſtra limitatio,niſi ex duabus cauſis altera principalis ſit,ſeu primaria,altera acceſſoria,ſiue ſecundaria.Nam tunc ſola principalis cauſa eſt conſideranda,vt ceſſet,vel non ceſſet effectus,non etiam acceſſoria,vt expreſsè,& in hac ſpecie voluit Fr.Rip.in d. l. ex facto, col.iij.nu.14.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.& idem propemodum voluit Pan.in c.ex parte tua,colu. vlti. per eum tex.extrà de conuerſ.coniugat.

*Principale tãtùm conſideratur, non etiam acceſſorium.*

23 ¶Nam illud perpetuũ eſt,vt eius quod principale eſt,ratio habetur,nõ etiã eius quod acceſſoriè venit,& ſecundariò,ſiue in conſequentiam,vt patet ex l.j. ff. de auto.tut. & l.ſi ſponſus, §. generaliter, & §.ſi donationis cauſa,ff.de donatio.inter vir.& vx.& l.non ſolũ,§.vlt.ff.de procur.iuncta l.j.§.pen. & vlt.de ſuſpect.tutor.& l.ſi vnus,§.illud,ff.de pact.& l.arbor.§.aquarum ff.com.diuidun.& l. cùm probatio,& ibi gl.ff.de proba.& c.ad audientiam,& ibi gl.in verbo,principaliter, de præſcrip. cum aliis infinitis concord.tex.& doctor.à me collectis in commentariis conſuetudinum Pictonum tit. ix. *qui eſt de tenir noblement en fief*, §.xx.in gl.j.in j.limitatione.

VICESIMA TERTIA LIMITATIO.

*Cauſa ceſſante, ceſſat effectus in ſucceſſiuis, non etiam in momẽtaneis.*

1 ¶Viceſimotertiò limita hanc noſtram regulam procedere in his,quæ habent tractum ſucceſſiuum in futurum.verbi gratia,in excuſatione à muneribus quæ ſucceſſiuè,& diuerſis temporibus imponuntur,quæ quidem excuſatio ceſſat,ceſſante cauſa ipſius,per l.cura extruendi,§.deficientium,ff.de muner.& honor.At in his quæ ſunt momentanea,ceſſante ipſa cauſa,non ceſſat effectus,vt per Bal. in l.generaliter,col.ij.verſi.ſed ego dico,C.de ſacroſ. eccleſ. quem ita ſimpliciter citat, & ſequitur Alex.in l.ſi cùm dotem,§.ſi maritus,col.ij.verſi.ſed certè hoc non puto,ff.ſolu.matri. in addi. Nico. Ma.in l.2.§.non ſolùm,ff.de excuſat.tutor.& Soci.in l.ſciendum,§.vlt.circa mediũ,ff.qui ſatiſd.cog. & conſi.lxxxj.non eſt dubium,col.iiij.verſ.non obſtant nunc in contrarium,lib.iij.& conſi. lxxxiiij. accuratiſsimè,col.iij.verſi.præterea ibi conceduntur,eo.lib.iij.& Philipp. Dec. conſil.xxiiij. mulier, cui propter inopiam,col.vlt.verſi.non obſtat tertiò.Io.Fr.Oze.in §.ſupradicta,col.iiij.nu.16.Inſt. de excuſat.tutor.Et idem quoque apertè voluiſſe videtur Panor.in c.ſuggeſtũ,col.1.verſi. vltimò ſcias, de deci.dum dicit,quòd priuilegium,quod habuit perfectionem ſuam,nec continet actum ſucceſsiuum,non reuocatur,licèt poſtea ceſſet cauſa priuilegij:ſecus in priuilegio habente cauſam ſucceſsiuam, per eum text.

*De eadem re.*

2 ¶Sed in hoc vide quod ſcripſerit Bart.in l.ex facto. in prin.col. ij. verſ. ſecundò oppono, dicuntur hîc,ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.quòd cum diſpoſitio eſt momentanea,ſi iungitur qualitas verbo diſpoſitiuo,tunc ſufficit eam qualitatem adeſſe,ſecundum tempus diſpoſitionis, licèt poſtea deſinat, per l.Mela,in prin.ff.de alim.& cib.lega.vbi ſi legatur puero, vel puellæ,ſufficit, quòd ſit puer, vel puella,ſecundum tempus legati facti.Si verò iungitur verbo notanti effectum,aut executionem diſpoſitionis,ſufficit ſecundum illud qualitatem adeſſe,l.iij.ff.de aur.& arg. leg. vbi ſi lego vxori ea quæ parata ſunt tempore mortis,illa cedunt legato,quæ tunc parata reperiuntur:& ſufficit illa eſſe parata,licèt ex poſtfacto,vel antè parata non ſint.Et ita illam ſequitur Imo.in cle.ij.col. iij. verſic. ſi verò conſtat qualitatem.de reſcript.

*Cauſas hoc reſpectu, eſſe in quadruplici differentia.*

3 ¶Verùm & de ea re multò pleniùs & latiùs.Cy.& ipſe Bal.poſt.Pet.& alios antiquiores,in d.l. generaliter.& Henricus Bohic.& Aegid.Bellame.in c.etſi Chriſtus,de iureiur.Cauſas enim eſſe in quadruplici differentia,quaſdam enim eſſe momentaneas, quæ & momentaneum habent effectum. Alias quidem & ipſas momentaneas,ſed quæ effectum habent ſucceſsiuum.Alias item ſucceſsiuas, quæ & ſucceſsiuum effectum habent.Alias denique & ipſas ſucceſsiuas, ſed quæ habent effectum momentaneum.

*Momẽtaneum quid dicatur.*

4 ¶Et intelligunt momentaneum,cuius eſt eſſe tempore momentaneo,vt quod momẽto acquiritur, veluti hæreditas,per l.placet,ff.de acquir.hæred.& agnatio,quæ ſcilicet quęritur eo momento temporis,quo quis naſcitur,§.ſui autem & neceſſarij.Inſt. de hæred. quali. & different. item momento quis conſequitur beneficium, ſiue ſacerdotium, vt legitur in cap. ſi tibi abſenti, de præbend. Succeſsiuum autem dicitur, quod ad ſuum eſſe, vt ipſi loquuntur, requirit ſucceſsionem temporis, vt eſt tutela, quæ eſt ius in ſucceſsione temporis conſiſtens, & ad ſui eſſe requirit totum tempus impubertatis.

*Quid igitur in cauſa momentanea habente effectum momentaneum,*

5 ¶In primo igitur caſu,quando ſcilicet cauſa eſt momentanea,habens etiam momentaneum effectum, refert an cauſa ceſſet, poſt completum effectum,& tunc non ceſſat ipſe effectus. Exempli cauſa,agnato defertur hæreditas,ideo & agnato ſufficit momentanea agnatio,eo tẽpore, quo quæritur hæreditas,& ſi poſtea deſinat cauſa,id eſt ipſa agnatio,non deſinit effectus iam quæſitus, ſcilicet hæreditas,l.vltim.in j.reſpon.ff.vnde lib.& arg.d.l.ſciendum,§.vlti.ff.qui ſatiſdare cogantur. & l. cognatis,in j.reſpon.ff.de reb.dub.& dicit præterea Henric.de hoc eſſe caſum in l.j.C.de pactis,vbi pactum,



pactum,ſiue contractus innominatus,ſcilicet dationis ſextantis,ex parte filij teſtatoris, ab ipſo teſtatore rogati reſtituere hęreditatem Licinio Frontoni,ſi ſine liberis decederet,& remiſsionis eius fideicommiſsi ex parte eiuſdem Frontonis,fuit completus.Et ideò licèt cauſa propter quam contractus,ſiue pactum interuenerat,ſcilicet metus filij,ne decederet ſine liberis,ceſſet,quia deceſsit relictis liberis,non tamen ceſſat effectus,quia non reuocatur contractus completus.Et ad id quoque facit,vt ille ſubdit,l.naturalis,§.j.ff.de præſcript.verbis.

*cùm cauſa ceſſat poſt effectũ cõpletum.*

6 ¶An verò cauſa ceſſet ante completum effectum(id enim eſt ſecundum membrum primi caſus)& tunc ceſſante cauſa,ceſſat effectus.verbi gratia:Agnatis defertur hęreditas,& tutela,fac igitur,quòd quis deſinat eſſe cognatus,nónne hic habebit hæreditates,vel tutelas,quę poſtea deferuntur?& certè non habebit, per d.l.vlt.in ij.reſpon.ff.vnde liber.& l. j. in fin.ff. vnde legit. & l.non ſolùm, §.ſi emancipatus filius præteritus.ff.de bono.poſſeſſ.contra tab.

*Quid ſi ea cauſa ceſſet ante completum effectum.*

7 ¶In ſecundo caſu,quando ſcilicet cauſa eſt quoque momentanea,ſed quæ habet effectum ſucceſsiuum,vt eſt in tutela legitima,quæ defertur agnatis,& quæ quidem tutela eſt quidam effectus ſucceſsionis,vt dictum eſt,& tunc dicendum eſt vt prius. Nam aut ante completum effectum ceſſat cauſa,& ceſſabit quoque effectus. Ideo ſi ante finitam tutelam delatam agnato ipſe capite minuatur,finitur tutela,l.tutelas,ibi,ſed legitimæ tutelæ,ff.de ca.dimin.& §.vlt. Inſt. de legi. agna. ſucceſ. & §.ſed & capitis,Inſt.quib.modis tut.fini.Quod intelligendum dicit Bald.vbi ſuprà,pro tempore futuro,quia adminiſtratio præteriti temporis manet firma,vti & ipſe quoque declarat in c. quemadmodum,col.ij.verſi.nota tacitas conditiones,de iureiur.per d.l.tutelas,& alibi quoque diximus. Aut ceſſat cauſa poſt effectum completum,& tunc non ceſſat effectus.

*Quid in cauſa quoque momentanea, habente effectum ſucceſsiuum.*

¶In tertio caſu,quando ſcilicet cauſa eſt ſucceſsiua,quæ etiã ſucceſsiuũ effectũ habet, ceſſante cauſa,ceſſat effectus.exempli gratia. Abſentia reipublicæ cauſa,eſt quid ſucceſsiuum,& ſimiliter excuſatio à tutela eſt effectus ſucceſsiuus.ideo ſi tutor abeſt reipubl. cauſa, is excuſatur quandiu abeſt: ceſſante autem abſentia,ceſſat & excuſatio,§.item qui reipublicæ cauſa abſunt.Inſt.de excuſat. tut. Item clerici,vel monachi excuſantur à tutela,& curatione,quamdiu inſiſtunt diuinis officiis, non aliàs,d.l.generaliter,C.de epiſ.& cleri.Et hoc quoque idem patet ex d.c.& ſi Chriſtus,in fi. & in c. poſt tranſlationem,§.cæterùm,de renunc.vbi cauſa,& effectus ſunt ſucceſsiui.

*Quid in cauſa ſucceſsiua, habente effectum ſucceſsiuum.*

9 ¶In quarto caſu,quando cauſa eſt ſucceſsiua quidem illa,ſed quæ habet effectum momentaneum, ceſſante cauſa,ceſſat effectus,vt patet in illa ipſa abſentia reipublicæ cauſa,quæ cauſa eſt dandi reſtitutionem in integrum,ſi abſens læſus fuerit.Ideo ea abſentia ceſſante,ſi interim ille lædatur, ceſſat reſtitutio,l.ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter,ff.ex quib.cau.maior.in integr.& l.quod tempore, C.de reſtitut. milit.Quod intelligit Bald.vbi ſuprà,vt in eo,quo fuit læſus tempore abſentiæ, non ceſſet effectus,cùm ipſe iam quæſitus ſit,ita intelligens iura ſuprà allegata.

*Quid in cauſa ſucceſsiua, habente effectũ momẽtaneum.*

10 ¶Sed & id quoque patet in officio,propter quod datur beneficium,c.præter hoc.xxxij.diſtinct.c.ſi quis ſacerdotum.lxxxj.di.cum c.ſeq.Eos etiam.& per c.quia nonnulli.& c.relatum.de cler. non reſi.& c.paſtoralis.de app.& c.latores. de cler.exc.mini.& c.vlt.de reſc.lib.vj.Et ideo,ſi beneficiatus in eum caſum incidat,ſaltem culpa ſua,vt officium facere non poſsit,amittit beneficium.vt not. in c. j.de æta.& qual.& c.tua nos.de cler.ægr.& nos alibi diximus ſuprà,in beneficij cauſa ceſſante.

*Beneficiatus, ſua culpa in id incidens ut officium facere non poſsit, priuatur beneficio.*

11 ¶Bald.autem vbi ſuprà,relata illa opin.quam diximus, eam ita declarat, vt ſi requiratur cauſam adeſſe certo,& determinato tempore,ſufficit eam adeſſe eo tempore:nec ea poſtea ceſſante, ceſſat effectus,ſiue cauſa ſit momentanea,ſiue ſucceſsiua.quod & nos latè tractauimus ſuprà, in quarta limit.Et aliter quoque hæc declarat,quę hîc de induſtria prætermittimus, quia ea adſcripſimus in aliis locis magis peculiariter ad ea pertinentibus.

VICESIMA QVARTA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimoquartò limita regulam noſtram non procedere in vltimis voluntatibus,in quibus ſi fortè fortuna ceſſat cauſa,vice modi adiecta,non propterea ceſſat effectus,vt & nos ſuprà alicubi trãſeunter diximus.& probatur in l.ſi fundum,per fideicõmiſſum.§.Iulianus ſi Titio,alias,ſi Titio, qui eſt §.j.& ibi Bar.& alij,ff.de leg.j.& idem Bar.in l.ij.§.vlt.col.ij.verſ.vbicunque dixi.ff.de don.& in l. Titio centũ.§.Titio genero.ff.de cond.& dem.& Imo.in d.c.poſt tranſlationẽ,col.6.n.39. de renun.

*Hæc regula nõ habet locum in teſtamentis, cũ cauſa uice modi eſt adiecta.*

2 ¶Cæterùm comperies apud Barto.in illo §.Titio genero.iſtud non procedere, quando modus de neceſsitate ineſſet legato,vt in d.§.Titio genero.ſecundum Rayn.quanquam Barto. ibi dicit deficere legatum,quia non erat modus,ſed conditio.

*Niſi modus de neceſsitate ineſſet legato.*

3 ¶Sed quia hæc res eſt admodum ſcrupuloſa,ſuper intellectu vtriuſque illius loci, ideo antequã hîc tuum iudicium firmes,vide omnino Bal.Imo.Pau.Caſt.Raph.Com.Ang.Peru. & Iaſ.in d. l.ſi fundum per fideicommiſſum,§.j.& omnes ſcribentes in d. §. Titio genero. & latè Baldum ipſum in l.generaliter.col.v.verſi.quintò quærit.C.de epiſ.& cler.

VICESIMA QVINTA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimoquintò limita procedere in cauſa,pro qua excludenda aliquid conſtituitur,ſecus in cauſa propter quam habendam aliquid fit:nam licet ceſſaret illa cauſa,non propterea ceſſaret id quod factum eſt propter illam. Verbi gratia, contrahitur matrimonium propter prolem, ſi tamen vxor ſit ſterilis,ita vt prolem non habeat,non propterea diſſoluitur matrimonium, c. dixit Dominus in euangelio.xxxij.q.j.& c.tantum valet vinculum.xxxij.q.vij.vbi id expreſsè no.gloſ. quod diximus. atque etiam gloſ.in c.& ſi Chriſtus.ad fin.in verbo,ceſſante cauſa.de iureiur.& ibi quoque Anto.in

*Hæc regula nõ habet locum in cauſa, ob quam habendam aliquid fit.*

§.vlt.poſt medium.verſ.oppo.quòd ceſſante,vbi dicit per eam gl.quòd ceſſante cauſa facti,non ceſſat factum,quanquam alij aliò hæc referunt,nempe quòd proles non ſit ſola cauſa matrimonij , vt diximus ſuprà in xxij.lim.nu.1.

VICESIMASEXTA LIMITATIO.

*Hæc regula procedit, quādo cauſa ceſſat actu,& exemplo.*

1 ¶Viceſimoſextò limita,& hanc noſtram regulam,vt procedat,quando cauſa ceſſat non ſolùm actu, ſed & exemplo:ita vt videlicet non poſsit trahi in perniciem exempli , aliàs non ceſſaret effectus, ita enim expreſsè magna autoritate affirmant glo.in c.neophytus.in verbo.cauſa.ibi,vno modo ſic, 61.diſtinct.per tex.in §.verùm.63.diſt.& ſequuntur Archid.& Domin.in d.c.neophytus. Et ad hoc præbet aliquod argu.tex.in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis, aut amatorium poculum dant. ff. de pœnis.& cap.principatus.j.q.j.cum aliis concord.ibi traditis à gloſ.

VICESIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Hæc regula nō procedit in cauſa efficiente, quādo ea,& effectus ſunt in diuerſ. ſub.*

1 ¶Viceſimoſeptimò limita non procedere in cauſa eſſentiali,aut,vt alij vocant, efficienti, quandò cauſa ipſa & effectus ſunt in diuerſis ſubiectis,vt pater & filius:tunc enim ceſſante cauſa , non ceſſit effectus,licet enim ceſſet,ſiue deſinat eſſe pater,nō tamen deſinit filius:ſiue ſit iam natus, ſiue poſthumus,l.Gallus.ff.de liberis & poſthumis per quam ita in ſpecie voluit Bald. in cap. cùm ceſſante. col.j.in iij.not.de appel.

2 ¶Aliter autem licet in eundem finem,loquitur idem Bal.in l.generaliter. col. iij.verſ.ſed quandoque requiritur.C.de epiſ.& cler.vt ſcilicet noſtra regula non habeat locum in cauſa efficiente,cùm effectus per ſe poteſt ſtare per l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.ſicut inquit,quotidie videmus,quòd mortuo pictore,manet pictura,mortuo patre,manet filius:mortuo igne , manet calor homini ab igne datus,& ſic de ſimilibus,ſubdítque facere l.qui libertinos.§.j.ff.de oper.lib. & l.ij.in prin.ff.de excuſat.

*Cauſæ duæ fiendi.*

3 ¶Idem in d.l.patre furioſo.in j.lect.col.j.non multò poſt princ.ff.de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. poſtquam retulit Dyn.dicentem quòd ceſſante cauſa ex toto,ceſſat effectus:ſecus ſi remanent reliquiæ,vbi ſuprà alibi diximus,ſubiungit duas eſſe cauſas fiendi,ſcilicet efficientem,& finalē : & duas eſſe cauſas eſſendi,ſcilicet materialem,& formalem.De duobus autem primis intelligi ipſum Dyn. De tertia & quarta,ſi in totum deſtruantur,deſtruitur quod fundatur in ipſis,l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.& l.in naue Saupheij.ff.loca.& l.qui vſumfructum areæ.ff.de contrah.emp.& l.quæſitum. §.illud.ff.de leg.iij. Et idem propemodum repetit ipſe Bal.in 2.lectu.eiuſdem l.patre furioſo.paulò ante fin.niſi quòd clarius dicit,ceſſante cauſa materiali,& formali,effectum ceſſare : quia is effectus eſt inſeparabilis à cauſa,& ea quidem cauſa dat eſſe rei,& rem in eſſe conſeruat.l.Iulianus.ff.ad exhiben.Tandem dicit in eadem l.patre furioſo.cauſas eſſe velatas,non abſorptas poſtea verò in verſ. tertiò not.quòd multa,ex eo tex. not. multa impedire contrahenda, vt furorem : quæ non vitiant iam contracta:eúſque rei rationem eſſe,quia ea quæ ſunt perfecta,ſunt in ſuo eſſe,præcedēte conſenſu,vt not.in l.ſi is qui animo ſuo.ff.de acquir.poſſeſ.At ſuper illo,inquit,brocardo, dic quòd aut eſt impedimentum ex parte cauſæ materialis,& tunc vitiat.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obligationibus.aut ex parte cauſæ finalis,& idem:aut ex parte cauſæ efficientis, & tunc aut effectus dependet à cauſa,quia eſt in fieri,& vitiat.Aut non dependet à cauſa,quia eſt in facto eſſe, & non vitiat, vt in d. l. patre furioſo. Aut eſt impedimentum alterius accidentis ,& tunc ſi potens eſt ad reſoluendum,reſoluit:aut non eſt potens,& non reſoluit.l.non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff.de recep.arbit.ſecundum Iaco. Butrigar. Aut impedimentum eſt circa ipſum principale , & tunc aut non compatitur ſe cum principali,& vitiat.l.pro parte.ff.de ſeruit.& l.exiſtimo. ff. de verborum obligationibus.Sed Pet.vt ſubiungit,ita diſtinguit:aut actus peruenit ad confirmationem, & tunc caſus ſuperueniens non vitiat:aut non,& tunc aut ſequitur abſurdum,& tunc vitiat,l.vlti. & ibi Pet.& Cyn.in addit.ff.rer.amot.aut non ſequitur abſurdum,& non vitiat.§.ex contrario ſi debitor.Inſtit.de legat.Hæc Bald.vbi ſuprà.quorum magna pars pertinet ad ea quæ diximus ſuprà in xij.limitatione.

*Quid in cauſa materiali.*

4 ¶Sed & aliter Salyc.poſt Iaco.Butrig.in eadem l.generaliter,circa medium,nam ceſſante , inquit, cauſa efficiente,ceſſat effectus,quamdiu res eſt in fieri,ita enim loquitur, non etiam quando eſt in facto eſſe,per l.furioſum.C.qui teſtam.face.poſſ.& d.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Licet ait Salyc.vbi ſuprà,ſecus ſit in cauſa materiali,quia ea ceſſante,ſemper ceſſat effectus,ſiue ſit in fieri,ſiue in perfecto eſſe,l.non moriturum.C.de commit.ſtipul.& in l.inter ſtipulantem. §. ſacram.ff.de verb.oblig.& l.qui res ſuas obligauit.§.aream.ff.de ſolutio.Et idem de formali in l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhib.& l.Seia ab hærede.ff.de auro & argen.leg.& l.Si is qui quadringenta.§.quædam legata.ff.ad leg.Falcid.quæ iura,vt id addas,ſolent in id allegari,quòd forma dat eſſe rei,de quo & nos alibi latè diximus.

*Ad cauſā materialem redit.*

5 ¶Et idem propemodum voluit Imo.nullam Salyc.mentionem faciens, in d. c. poſt tranſlationem. col.v.nu.37.& ſeq.de renunc.vbi tamen intelligit quod dictum eſt de cauſa materiali,vt ſcilicet ea ceſſante,ceſſet materiatum,tamen ſi mora interueniat,remanebit quis obligatus ad æſtimationem ipſius materiati,per l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.& l.quod te.ff.ſi cer.pet.

*Et ad cauſam efficientem.*

6 ¶Denique & aliter,licet in eandem propemodum ſententiam Aegid.Bella.in c.poſt tranſlationem. col.iij.verſ.recipiendo ergo cauſam.de renunc.In cauſa(inquit) efficiente quo ad effectus conſumptos, & iam in eſſe productos,& quorum conſeruatio ab exiſtentia cauſæ non dependet , non habet

bet



bet locum regula,ceſſante cauſa.l.vlt.in j.reſpon.ff.vnde lib.& l.j.C.de pact.& l.naturalis.§.j.de præſcrip.verb.& c.vlt.de offic.leg.& c.licet.de ſent.exc.lib.vj.& arg.l.ſciendū.§.j.ff.qui ſatiſda.cog.& l.ſi cognatis,in j.reſp.ff.de reb.dub.Et ideo(inquit)mortuo patre, non ſequitur quòd mortuus ſit filius.Quoad effectus verò nondum productos,aut pendentes in fieri,ſed quorū conſeruatio in eſſe, depēdet ab exiſtentia cauſæ habet locū ea regula,d.l.vlt.in ij.reſpon.vnde li.& l.j.in fi.ff. vnde legit. & l.non tantum.quæ eſt 3.§.ſi emancipatus filius,le 2.ff.de bono.poſſeſ.contra tab.& l.tutelas.ff. de capit.diminut.& §.vlt.Inſtit.de legit.agna.ſucceſ.Et id certè totū pertinet ad xij.noſtrā limitationē.

VICESIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locū in his,quæ nō dependent ex intentione.*

1 ¶Viceſimooctauò limita procedere in his quæ dependent ex animo,& intentione,ita vt aliter ſtare non poſsint.Secus in his quæ non dependent ex intentione,poſſuntque ſtare ſine animi diſpoſitione,quia ceſſante in illis cauſa etiam finali,non ceſſat effectus,vt dicit Bald.in d.l.generaliter. col. iiij.verſ.ſequitur videre.C.de epiſcop.& cler.vbi ponit huiuſmodi ſpeciem. Ego ædificaui domum ad eum finem,vt illam habitarem:ſi ceſſat poſtea ea cauſa finalis,quia ego non habito,non propterea ceſſat domus, quia habet eſſe ex materia,& forma,quæ adhuc ſuperſunt , & non ex intentione mea,velim enim aut nolim,domus eſt.

VICESIMANONA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locum in ratione, uel cauſa fundata in ſola præſumptione.*

1 ¶Viceſimononò limita hanc noſtram regulam,vt non procedat in cauſa ſiue ratione,quæ fundatur in ſola præſumptione,per id quod not.voluit Bald.conſi.ccl.cuius exordium eſt , in quæſtione Domini Milani,col.vlt.non multò ante fi.lib.j.quòd ſcilicet huiuſmodi ratio non reſtringit diſpoſitionem generalem legis,vel ſtatuti,per nota.à Iaco.& Oldra.in l.j. ff. ſolu. matr. quod & nos diximus ſuprà in ceſſante ratione legis,nu.142.incip.igitur vt repetamus,ſed hîc repetere voluimus : quoniā ex illo ſequitur non ceſſare effectum,ceſſante huiuſmodi ratione,vt quæ legem , vel ſtatutum non reſtringit.Et faciunt quæ diximus ſuprà in xxj.limit.vbi locuti ſumus de cauſa tacita.

TRICESIMA LIMITATIO.

*Hæc regula nō procedit, cùm ſpes eſt reditus cauſæ ceſsātis.*

1 ¶Triceſimò limita vt procedat,cùm omnino ceſſat cauſa,non tantùm pro præſenti tempore,ſed & pro futuro,ita vt nulla ſit ſpes reditus,ſiue reuerſionis cauſę.Secus ſi ſit quędam ſpes vt redeat:nam tunc ea redeunte,non ceſſat effectus illius:verbi gratia,in priuilegio conceſſo cœnobio cuipiam,vt aliud monaſterium occurrente vacatione teneatur eligere vnum ex monachis illius cœnobij, contigit autem vt nullus illic tempore electionis eſſet idoneus,ita vt cauſa tunc ceſſet.ideo fuit alius electus qui non erat huius cœnobij.quæſitum eſt an ſi poſtea tempore alterius ſequentis electionis , ſit aliquis idoneus,an eligentes teneantur illum eligere vi illius priuilegij.Et hanc quæſtionem tractat gl.in c.abbate.in fi.de verb.ſigni.dicítque primùm videri id priuilegium fuiſſe prorſus, ac perpetuò extinctum,quia vnico actu perditur priuilegiū,c.cùm veniſſent.de conſt.& c.cōſtitutus.de reſcrip.

*De eadem re.*

2 ¶Tamen decidit contrarium,vt ſcilicet teneantur eligere ideoneum ex illo cœnobio , ſi quis reperitur tempore electionis, licet anteà nullus fuiſſet,arg.l.& Attilicinus,ff.de ſeruit.ruſtico.præd.& c. quia diligentia. de electio.Et illam glo.ſequuntur omnes ibi,ex quibus Panor. qui illam dicit not. expreſsè illud aſſumit,quod in princ.huius limitationis diximus , quod dicit bene not. & ſequitur Philip.Dec.in c.cùm ceſſante.col.j.verſi.quintò limita,dum ſimpliciter allegat Panorm. vbi ſuprà. Et faciunt quæ diximus ſuprà in 17.limitat.

TRICESIMAPRIMA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locū, cū cauſa pro parte tantū ceſſat.*

1 ¶Triceſimoprimò limita (hoc & proximè accedit ad ſuperiorem limitationem , atque etiam ad 16.)vt procedat hæc regula quando cauſa omnino ceſſat:ſecus ſi pro parte tantùm,vt voluit gloſ.in c.cùm acceſſiſſent.in verbo,contrauenerint.& ibi Roch.Curtius de conſtitut.& Philip.Dec.in d.c. cùm ceſſante.de app.vti eos allegat Nicol.Bellon.conſ.8.reſpondēdo diuerſis dubiis,n.5. licet mihi id dicere non videantur.Sed tamen hoc verum eſſe puto per ea quæ diximus in dd.duabus limitat.

TRICESIMASECVNDA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locū, cū in uno tantùm caſu cauſa ceſſat*

1 ¶Triceſimoſecundò limita,vt procedat, quando cauſa,ſiue ratio legis,vel conſtitutionis generaliter ceſſat:ſecus ſi in vno tantùm caſu inter multos,quos conſtitutio complectitur,ceſſaret , ſiue deficeret:tunc enim non ceſſat conſtitutio,vt expreſsè voluit Franc.Areti.in l.ij.col.v. verſi.tu autem aduerte.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.per no.per Barto.in l.cùm ij.quibus alimenta,§.eam autem tranſactionem. ff.de tranſact.& per optimum(vt dicit)tex.in l.j.in fin.ff.de minor quod & nos alibi diximus ſuprà in legis ceſſante ratione,ſed hîc inter limitationes item ponere optimum putauimus , vt facilius lector inueniat.

TRICESIMATERTIA LIMITATIO.

1 ¶Triceſimotertiò limita noſtram hanc regulam,vt non procedat, quando culpa illius, qui aliquid dedit,aut conceſsit,ceſſat cauſa,nam tunc non ceſſat effectus,ſi credimus,vt credendū exiſtimamus, Iaco.Beluiſ.qui id ipſum voluit in l.ij.§.vlt.ff.de donat.per l.filiam.ff.de Senator.vti illum refert , & ſequitur Alber.in l.generaliter.col.ij.verſi.ſed pro prima parte.C.de epiſ.& cler. Quanquam ſunt qui aliò referunt d.l.filiam.vt diximus ſuprà in 19.limitat.nu.2.incip.& ad hoc quoque.

TRICESIMAQVARTA LIMITATIO.

*Hæc regula nō habet locum.ſi ex tunc,& nō*

1 ¶Triceſimoquartò limita,vt procedat quando effectus finalis cauſæ , ſiue finis,eſt ordinatus ad impediendum effectum ex tunc,& retro:nam tunc ceſſante ea cauſa,haud dubiè ceſſat effectus. Secus ſi ex tunc,& non retro:tunc enim retro non ceſſaret,vt poſt Iaco.Butr.ſcripſit Salyc.in d.l. generaliter

liter

*retro defectus cauſæ impediat effectum.*

liter.in iij.oppoſ.C.de epiſco.& cleric.vbi dicit primum probari ex l.prò parte.ff.de ſeruit.lega.& l. iij.§.adeò ff.de liber.agnoſc.& l.Vranius Antonius.§.& quidem ſi vnus.verſ.vt quemadmodum. ff. de fideiuſſor.Secundum & l.tutelas.in prin.ff.de capit.dimin.& l.vlt.ff.vnde lib.& §.item qui reipublicæ.Inſtit.de excuſ.tut.Sed id multùm obſcurum eſſe videtur,niſi intelligas ſecundum ea quę diximus ſuprà in 12.limitat.nu.24.incip.intellige ſecundò,in 23.limit.præſertim nu. incip. in ſecundo caſu,& ſeq.vt certè intelligi debet,vt ſatis conſtat ex illis iuribus,& eis quæ ibi diximus.

TRICESIMAQVINTA LIMITATIO.

*Hæc regula fallit in cauſa tãtùm producente, & non etiã conſeruante.*

1 ¶Triceſimoquintò limita procedere ſecundum Theologos,in cauſa introducente, ſiue producẽte, atque etiam conſeruante,vt videlicet huiuſmodi cauſa ceſſante,ceſſet effectus,ſecus in cauſa inducente ſolùm,non etiam conſeruante.Ita enim voluit D.Bonauentura lib.2.Sentent.diſt.7.artic.j.q. ij.& iterum eo.lib.ij.diſt.32.q.ij.eodem lib.iiij.diſt.iiij.art.j.diſt.ij.& rurſum eod.li.iiij.diſt.xxij. artic. j.quæſt.j.vbi & vtriuſque ponit exemplum,de primo videlicet cauſa producente, & conſeruante: Sol eſt cauſa inducens,& conſeruans lumen,ideóque ſemper ſole ceſſante, ceſſat ipſum lumen ab eo procedens.de ſecundo ſcilicet cauſa producente ſolùm,& non conſeruãte,gladius eſt cauſa producens vulnus,non tamen conſeruans,& ideo ceſſante gladio,non propterea ceſſat vulnus.

*Ad idem.*

2 ¶Et hanc quoque limitationem ſenſit etiam è noſtris Bald.qui nihil rerum omnium(quod alibi diximus)intactum reliquit,in l.j.§.j.in prima lectu.in fi.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.vbi poſtquam dixit,quòd ceſſante cauſa officij,ceſſat officium,per tex.in d.l.tutelas.ff.de c.dimin. & diximus etiam ſuprà in officij cauſa ceſſante,ſubiungit hoc eſſe verùm,quando eſt cauſa talis,quę requiratur ad conſeruationem rei,per illum ipſum tex.in d.l.tutelas.& expreſsius idem Bal.in repet. l. ij. col.vij.verſ.viſo vnde naſcatur.& iterum col.xxvij.verſi.de tertia igitur, ibi, ſi conſideretur tertio modo.ff.de iureiur.& Franc.Rip.qui illũ non citat,in l.ex facto.col.3.nu.17.ff.de vulg.& pup. ſubſti.

*Ad idem.*

3 ¶Quibus adſtipulatur quod voluit Ioan.Calder.conſil.clxxix.omiſsis pluribus,prout eum refert & ſequitur Soc.conſi.ccxlj.circa primam difficultatem.col.ix.verſi.nonò comprobatur,libro ij. quòd vbi non ſubeſt cauſa,propter quam aliquis effectus producitur & conſeruatur,nunquam illius effectus induci poteſt productione,vel exiſtentia,& ita dicit argumentari Gratianum,in c. porrò illi. §. hoc idem.de pœnit.diſt.j.& facere tex.in c.debitum.de bigam.& c.ſi pauper. de præbend. lib. vj. & in l.in omnibus cauſis.ff.de reg.iur.

TRICESIMASEXTA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ procedit in cõtractu nominato, non dependente à contractu innominato.*

1 ¶Triceſimoſextò limita noſtram regulam,vt procedat in contractu innominato: nam ceſſante in eo cauſa finali,ceſſat & ipſe contractus:ſecus in contractu nominato abſolutè,& per ſe ſtante, abſq; aliqua dependentia contractus innominati,neque ſi in eum cadit cauſa finalis quæ deficit, non reſoluitur,nec ceſſat contractus.Ita voluit Bald.in l.cùm te.ita intelligens eum tex. C. de pact. inter empt.& vendit.fact.vide ſuprà in contractus cauſa ceſſante.

TRICESIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Ceſſante cauſa ob quam introducta eſt forma non ceſſat formæ obſeruatio.*

1 ¶Triceſimoſeptimò limita hanc noſtram regulam,vt non procedat in ceſſatione cauſæ, propter quam forma eſt introducta,neque enim ea ceſſante,ceſſat formæ obſeruatio,vt ſcribitur à Bart. & aliis in d.l.cum hi.§.eam autem.ff.de tranſactionib. prout allegat ( neque enim reperi ) & ſequitur Franciſ.Aret.in l.ij.col.5.verſi.tu autem aduerte.ff.de vulg.& pupil.vbi id dicit probari in l. ſi fundus.ff.de rebus eorum.& clariùs in c.j.§.præſertim.de rebus eccleſ.non alienan.lib.6.

TRICESIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Ceſſãte cauſa, non ceſſat effectus in caſu, qui nõ uitiatur uoluntate partium.*

1 ¶Triceſimooctauò limita eandem regulam,vt etiam non procedat,quando talis eſt caſus, qui non vitiaretur partibus volentibus:nam etiam tunc deficiente cauſa,non vitiaretur ipſe actus,per l. ſciẽdum.§.vlt.ff.qui ſatiſda.cogant.quam ſic intelligit Bart.in l.pluribus.§.& ſi placet.col.ij.ibi, aut non tradit.ff.de verb.oblig.

TRICESIMANONA LIMITATIO.

*Hæc regula nõ procedit in ſpiritualibus.*

1 ¶Triceſimononò limita,vt hæc noſtra regula non procedat in ſpiritualibus, vt videre licet in c. ex parte tua.& ibi glo.in verbo,falſa ſit cauſa.& Hoſtien.col.ij.in verbo,cauſa Pet.Anch.in v.not.Ant. col.ij.verſi.oppo.quòd falſa cauſa.de conuerſ.coniug.& in c.magnæ.& ibi propè omnes,de voto.Et huius rei dicit Hoſtien.rationem ſumi,ex c.pen.de his quæ met.cauſ. fiunt. & in c.dudum.de conuer.coniug.vide quæ dixi ſuprà in voti cauſa ceſſante.

QVADRAGESIMA LIMITATIO.

*Quid in cauſa fiendi. Et quid in cauſa eſſendi.*

1 ¶Quadrageſimò limita,vt procedat hæc regula in cauſa fiendi, vt noſtri loquuntur, ea enim ceſſante,ceſſat fiendum,ſed iam factum,& perfectum non tollitur.Sed ceſſante cauſa eſſendi,impeditur fiendum,& tollitur iam factum.Ita expreſsè voluit Bald.in cap.& ſi Chriſtus.colu.vlti. verſicu. adde quòd ceſſante vna.de iureiuran.vbi dicit id voluiſſe Ioan.Mona.in procem 6.libr.quem vide in princ.ipſius procemij,atque etiam ipſum Bald.in procemio Decretalium, in verbo,rex pacificus.col.penul.& vlti.Hæc autem limitatio nonnihil pertinet ad ea quæ diximus in 12.limitatione.Et vide hìc quæ dixi ſuprà ex eodem Bal.in eadem 12.limitatione,nu.13.incip.ſed hanc principalem,& iterum in 27.limitatione, numero.3.poſt princip.





# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI CONSILIARII, TRACTATVS,

## LE MORT SAISIT LE VIF.

## DISERTISSIMIS HVMANISSIMISQVE PARISIENSIS SENATVS ADVOCATIS

ANDREAS TIRAQVELLVS.

QVOD libellos meos auidè, libentérque,ac ſtudioſè lectitatis,vt à vobis ſæpe audio, eloquentiſsimi cauſarum patroni, non poſſum non magnopere lætari,ſi modò quicquam in eis deprehenditis,quod vobis & voluptati,& vtilitati eſſe queat. Ita enim me nec in aqua ( quod dicitur ) ſcribere,nec ad fractam canere experior. Id,cùm aliquando ſcribendi finem facere, alieníſque legendis potiùs quàm meis edendis operam dare conſtituiſſem,conſilium vt mutarem effecit,ac tandiu mihi ſcribendum eſſe perſuaderem,quandiu labores meos vobis, ac cæteris legum, ac rerum humanarum ſtudioſis non ingratos, iniucundóſque eſſe perſpexero.Nihil enim antiquius apud me ſemper fuit,nihil præſtãtius vnquam exiſtimaui,quàm,ſi quid labore,vel induſtria poſſem, id totum ad ſtudioſorum commodum, ac vtilitatem conferrem, quibus iampridem ſtudium omne meũ,operámque ſine vlla temporis,laboris, aut occupationis exceptione deuoui.Ac dum alia quæpiam grauioris, operoſioriſque molimenti commentor,viſum eſt interim libellum hunc vobis offerre, cuius argumentum,vt in forenſibus negociis frequentiſsimum eſſe ſcitis, ita cognitu longè difficillimum,nec minus vtile futurum ſpero. Quò magis mirari ſoleo,nullum ( quod ſciam ) neque veterum, neque recentiorum iuris noſtri interpretum, alioqui accuratiſsimorum, diligentiſsimorúmque, rem ipſo vſu nuſquam non obuiam, nedum non pertractandam ſuſcepiſſe,ſed vix ſupremis, quod aiunt, digitis attigiſſe. Quod ipſum qua ratione ſit factum,ſi non rei difficultas in cauſa eſt,coniicere non poſſum: maximè cùm tam longè,latéque pateat, vt quamuis eam pomœrio quàm po-

tuimus anguſtiſsimo, concluſerimus, magis tamen mihi metuendum putem, ne lector copiam pertæſus, clamet, O he iam ſatis eſt, quàm vllam deſideret acceſsionem. Hunc autem libellum ideo vobis deuotum, ac nuncupatum volui, quia materiam, vt diximus, continet, vobis ante oculos poſitam, collocatam in vſu quotidiano, in conſuetudine hominum, atque foro. Soleo enim opera mea iis dicare, ad quos ipſorum argumenta, materiámque propriè, ac peculiariter pertinere cognoſco, ac qui de propoſito argumento, natura, vel arte ſcitè, appoſitéque iudicare queant, vti latius in epiſtola, quam operi de Nobilitate anno ſuperiore præpoſuimus, ad ſereniſsimum regem noſtrum Henricum, ſumus præfati. Cùm autem nihil omnino vobis proponi poſſe certò ſciam, quod non vel doctiſsimè explicare, vel grauiſsimè poſsit, orationis ille ſplendor, exuberánsque rerũ omnium, quæ in vobis eſt, cognitio, copiáque, quis porrò eſt, qui de re de qua nobis inſtitutus eſt ſermo, rectius ac verius quàm vos iudicare queat? quos ego noui, præter ſingularem iuris prudentiam, plurimis optimíſque artibus ornatos, iudicio non vulgari, mihi cùm publicè: tum priuatim ſæpiſsimè probato: ac, vt de vno Scæuola dicebat Cicero, Iuriſperitorum eloquentiſsimos, eloquentium Iuriſperitiſsimos, quíque res non populari trutina, ſed artificis ſtatera examinare probè didiciſtis. Quod obiter de vobis dictum volui, ne quis me, qui & quales eſſetis ignorare, aut ἀετὸν ἵπτασθαι καὶ δελφῖνα νήχεσθαι docere velle exiſtimarer. Accipite igitur oratores diſertiſsimi, libellum hunc à Tiraquello veſtro, veſtríque ſtudioſiſsimo, ea humanitate, eóque animi candore, quo & vobis offertur, & priores ipſius libros excepiſtis.

DE SCRIPTIS



# DE SCRIPTIS IMMORTALIBVS Andreæ Tiraquelli Senatoris Pariſienſis Salmonius Macrinus,

## AD LECTOREM.

*Conqueritur natura, perit quòd gratia florum,*
*Quos ſpecie varios atque colore parit.*
*Conquerimur libros authorum, & ſcripta priorum*
*Victa, veternoſo deperiiſſe ſitu.*
*Non tamen in genere hoc, ſemper natura nouerca eſt:*
*Interdum multis ſueuit at eſſe parens.*
*Vtpote quæ amiſsis autoribus, atque libellis,*
*Inſtaurat per quos priſtina damna leuet.*
*Pro priſcis viden' vt ſcriptis meliora reponat,*
*Compenſetq; nouis ingenia ingeniis?*
*Vos Serui, Domitiq;, & Scæuola nemo requiret,*
*In manibus noſtris dum Tiraquellus erit.*
*Naturam effœtam non eſſe hic arguit vnus,*
*Cùm tales fructus fertilis illa parit.*

## AD EVNDEM TIRAQVELLVM IO. AVRATVS.

*Certamen fuerat tibi, tuæq;*
*Vxori Tiraquelle grande, plures*
*Libros tu pareres, an illa plures*
*Formoſos tibi liberos crearet.*
*Huic Lucina, tibi ſecunda Pallas,*
*Totas ante preces, & ante vota*
*Hæc libros dare, liberos at illa.*
*Augebat mulier domum quotannis,*
*Augebas quoque tu libros quotannis.*
*Parti vtrique ſuus Deus fauebat,*
*Creſcebátque ſuo fauore rixa:*
*Hinc Lucina tuo, tuo inde Pallas:*
*Diuiſum fuerátque vtrinque cœlum:*
*Iuno, Iuppiter hinc: at inde Phœbus*
*Cum Muſis ſteterant, ſimul ſecuti*
*Quos gentûm fuerant Dei minorum,*
*Parti quiſque ſuæ magis ſtudentes.*
*Expectatio & exitus tenebat*
*Suſpenſos animos Deûm, ac Dearum.*
*Cùm tandem ſeniórque, tardiórque*
*Vxor ſit dare liberos quotannis:*
*Tu contrà ſeniórque, promptiórque*
*Libros edere ſis nouos quotannis:*
*Ceſsit palma tibi, tuæq; parti,*
*Applauſuq; fremit fauente cœlum,*
*Viciſti Tiraquelle, túque Pallas:*
*Libris agmina victa liberorum.*

# PRAEFATIO QVAE EST PRIMA PARS HVIVS OPERIS, ET OCTO DECLARATIONIBVS CONSTAT.


I. An & quomodo noſtrum id ſtatutum, vel conſuetudo Latinè enunciari poſsit. pag. 90.
II. Quibus in locis locum habeat. 91.
III. An ſit ſecundum, an verò contra ius commune. 92.
IIII. Quid in rebus feudalibus, an ſcilicet in illis, ceſſante hoc ſtatuto poſſeſsio vaſalli tranſeat in filium. 94.
V. Quid in ſucceſſore dignitatis. 95.
VI. An id ſtatutum vel conſuetudo ſit valida. ibidem.
VII. Quibus modis appelletur hæc poſſeſsio, quæ tranſit in hęredem per huiuſmodi ſtatutũ. 98
VIII. An ſaltem hæres de iure cõmuni, ceſſante hac conſuetudine, poſsit propria autoritate poſſeſsionem rerum hæreditariarum capere. 99.


## SECVNDA PARS EORVM QVAE CONCERNVNT PERSONAS HÆREDUM, QUÆ CONSTAT XVIII. DECLARATIONIBUS.


I. Vt procedat hæc conſuetudo in hærede capaci, iuſto & habili. pag. 100.
II. Vt procedat in vero & proprio hærede, non in ficto. 101.
III. In hærede perpetuo non temporali. 102.
IIII. An procedat in hærede vniuerſali tantùm, an & in hærede certæ rei. 102.
V. An in primo hærede tantùm, an & in hærede hæredis, aut alio ſecundo hærede. 105.
VI. An in hærede legitimato. 109.
VII. An in hærede teſtamentario. 111.
VIII. An in filia quæ cùm eſſet excluſa, vel ex ſtatuto, vel per ſuam renunciationem, fuit à patre ad ſucceſsionem vocata. 114.
IX. X. An in ſubſtituto directo & tacito. 115. & 118.
XI. An in fideicommiſſario. 121.
XII. An in hærede cum beneficio inuentarij. 124.
XIII. An in hærede ſimplici, qui illum ſummouet. 126.
XIIII. An in filio adoptiuo. 127.
XV. An in his qui non ſuccedunt iure ſanguinis, aut teſtamenti, videlicet in viro & vxore, collegio, eccleſia, fiſco, monaſterio, & his ſimilibus, vbi etiam videbis quid in monacho hærede. 128.
XVI. An in eo hærede, qui rupto teſtamento ſucceſsionem aſſequitur. 131.
XVII. An in infante furioſo hærede, aut aliis, qui verè poſſeſsionem non poſſunt acquirere. 132.
XVIII. An in ignorante hærede. 132.


## TERTIA PARS EORVM QVAE RESPICIUNT PERSONAS DEFUNCTORUM, QUÆ CONSTAT OCTO DECLARATIONIBUS.


I. An procedat id noſtrum ſtatutum in hærede vſufructuarij. 133.
II. An procedat generaliter in hærede eius, qui tantùm naturaliter poſsidebat. 134.
III. An è contrario in hærede eius, qui ciuiliter tantùm poſsidebat. 135.
IIII. An in hęrede commodatarij, vel depoſitarij. 135.
V. An in hęrede eius qui ſe cõſtituerat poſsidere, vel ſimpliciter vel precario nomine alterius. 136.
VI. An in hęrede eius, qui iure facultatis poſsidebat, vel detinebat. 136.
VII. An in hærede impuberis, furioſi, aut alterius, qui teſtari non poterat. 136.
VIII. An in hæredibus epiſcopi, vel prælati. 139.


## QVARTA PARS EORVM QVAE RESPICIUNT RES, QUÆ SEPTEM DECLARATIONIBUS CONSTAT.


I. Prima declaratio, vt id ſtatutum procedat in his rebus, quarum defunctus tempore mortis erat poſſeſſor tantùm, non etiam in cæteris. 140.
II. An procedat in re, cuius poſſeſsio cohæret perſonę. 140.
III. An in re, cuius poſſeſsio erat apud defunctum, vi precarij. 141.
IIII. An in re, cuius poſſeſsio erat apud defunctum, ex cauſa ad hæredes non tranſitoria. ibid.
V. An in rebus feudalibus, vbi etiam videbis, an impediatur dominus manum iniicere in feudum ob hanc poſſeſsionem hęredis, Et an ipſe hęres ſit ſaiſitus aduerſus dominũ. ibid.
VI. An in emphyteuticis. 145.
VII. An in rebus incorporalibus. 146.




## QVINTA PARS EORVM QVAE SPECTANT AD POSSESSIONEM, QUÆ CONSTAT SEX DECLARATIONIBUS.


I. An hæc poſſeſsio, quæ transfertur ex noſtra conſuetudine, ſit vera & propria: an ficta, ſiuè impropria. 146.
II. An ea poſſeſsio transferatur vi precarij, vel conſtituti. 148.
III. An ea poſſeſsio tranſeat in hæredem, ſi ab alio fuerit occupata. ibidem.
IIII. An item tranſeat, nullo prorſus actu interueniente. 151.
V. An poſſeſsio hæredis quæ illi quæritur ex huiuſmodi cõſuetudine, ſit eadem quę erat apud defunctum, non ſolùm quo ad habitum, ſed etiam quo ad actum vel actualem effectum. ibidem.
VI. An hæc poſſeſsio ſit etiam naturalis, an tantùm artificialis, & ciuilis. ibidem.


## SEXTA PARS EORVM QVAE PERTINENT AD IUDICIA, QUÆ CONSTAT NOUEM DECLARATIONIBUS.


I. An hæres ex noſtra conſuetudine ſaiſitus, ſi turbetur, poſsit intentare remedium retinendæ poſſeſsionis. 151.
II. An & adipiſcendæ. 152.
III. An vtrunque ſimul & quomodo. 153.
IIII. An etiam recuperandæ. ibidem.
V. An hæredi agenti illis remediis poſsit obiici exceptio dominij. 155.
VI. An ſi hæres obtinuerit, poſsit ab aduerſario appellari. 157.
VII. An hæres petens ſe confirmari in hac poſſeſsione, aduerſus illum qui eum turbat, aut aliter impedit, ſuſtineat partes actoris, an rei. 158.
VIII. An id ius agendi pro continuata poſſeſsione, poſsit alteri cedi, ſiue etiam ipſa continuata poſſeſsio. 159.
IX. An hæc poſſeſsio lite pendente ſuper ea, debeat ſequeſtrari. ibidem.


## SEPTIMA PARS MISCELLANEORVM QUÆ QUINQUE DECLARATIONIBUS CONSTAT.


I. An alius poſsit ſe iuuare (vt ita loquar) hac conſuetudine, aduerſus hęredem. 160.
II. An hæres qui non vult vti beneficio huius conſuetudinis, teneatur id expreſsè declarare, an verò, ſi id non fecerit, habeatur pro hærede, & eo quidem ſaiſito. 161.
III. An hæc conſuetudo habeat locum, ſi teſtator fecerit ius alteri appræhendendæ poſſeſsionis, pœna etiam adiecta. 163.
IIII. Quid ſi hæres qui ſemel fuit ſaiſitus ex hac cõſuetudine, cadat ea poſſeſsione, an nihilominus poterit ſe dicere ſaiſitum, vi eiuſdem conſuetudinis. ibidem.
V. An ſi teſtator dederit executores, hæres erit aduerſus eos ſaiſitus ex noſtra conſuetudine. 164.

# LE MORT SAI-
# SAISIT LE VIF.

## PRIMA DECLARATIO.

1 ID vtique eſt,quod decretum Mediolanenſe, de quo dicam poſtea, dicit, poſſeſsionem defuncti ipſo iure tranſire,& continuari in hæredem, ſine alia vlla apprehenſione. Nec id quomodo Latinè vno verbo,& ſine multorum ambage & circuitu dici queat, video: niſi fortè mancipandi verbum huc trahas atque ita dicas, mortuus mancipat viuũ. Eſt enim mancipare,vt nonnullis placet, vendere,& rei venditæ poſſeſsionem dare.Sed ſi id verum eſt,nõ tamen huc trahi poteſt:nam tunc ad rem cuius alterum facimus poſſeſſorem, refertur:non ad illum,quem poſſeſſorem facimus. Alciat.in l.in lege Cenſoria.in §.ſed de ea re.in verbo, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet.ff.de verb.ſignifi.& eius autoritate Ioan. Coraſius Miſcellaneo. iuris ciuilis lib.6.cap.13.& Nicol.Bello.Supputationum lib.4. cap.15. putarunt dicendum eſſe, non Seſire,ſed ſeſsire, à ſeſsitãdo verbo,quo quidem verbo,vt id illis addas,vſus eſt Cic.in lib.de Orat. cùm dicit Eupolis autoritate, πειθὼ deam, quam Suadam vocat Ennius, in Periclis labris ſeſsitauiſſe. Idque etiam verbum à ſedibus ductum,vti & poſſeſsionem,Iuriſconſul.in l.j.in prin.ff.de acquir.poſſeſ.quanquam ibi vulgò pedibus legitur,ſed corruptè,ſi credimus (vt credendum cenſeo) ipſi Alciato lib.Diſpunctio.1.cap.item 1.& in l.tabernæ.ff.de verb.ſignifi.

*Mancipare. Seſire. Seſsitare. Poſſeſsio.*

2 ¶Pau.autem Caſt.in l.qui vniuerſas.§.j.in fi.ff.de acquir.hære.dicit,quòd ex conſuetudine Gallicana, viuus ſeiſsinat mortuo,vel è conuerſo,& quod inquit, eſt vocabulum Gallicanum, & ſignificat, quòd hæres ſuccedit in poſſeſsione defuncti,quæ in eum transfertur, ſicut dominium. Verùm Cynus aliis verbis hanc Gallicanam conſuetudinem expreſsit, in l.ea lege.col.j.verſicu. & iſtud eſt in argu.C.de condict.ob cau.vbi ita inquit, Conſuetudo eſt in regno Franciæ, quòd mortuus ſaginat viuum: quod ſignificat, vt ſubiungit, quòd mortuus videtur dare poſſeſsionem viuo hæredi, quia poſſeſsio dicitur ſagina,quem, ad verbum refert ipſe Pau.in l.hæres in omne ius.ff.de acquiren.hæred.Nec alibi tamen legi ſaginam pro poſſeſsione accipi,nec è diuerſo.Nam quid ſagina,& ſaginandi verbum ſignificent,omnibus clarum eſt,ex optimis autoribus, præſertim Plauto, Varrone,Cicerone,Columella,Liuio,Quintiliano, Plinio. ideóque etiam ipſe Pau.Caſtr.in d.l.hæres.dicit apud Gallos, ſaginam habere eam ſignificationem.

*Seiſsinare. Saginare. Sagina.*

3 ¶Scio quoque nos,eo verbo ſaiſiendi vulgò vti,non in hac ſignificatione, qua hîc capitur, ſed pro manum iniiciendi,quod verbum eſt Iuriſconſultorum.l.ſed ſi hac.§.j.ff.de in ius vocan.& l.Titius. in princ.ff.de ſer.export.& l.cauſam.§.puellam.ff.de manumiſ.& illo ſaiſiendi verbo in ea ſignificatione vſus eſt Pontifex,in c.clericis.§.nos igitur non ſemel,de immunit.eccle.lib.6.ſed hîc non manum iniicere ſignificat,ſed veluti poſſeſsionem tradere,quod longè diuerſum eſt.

*Saiſire. Manum iniicere.*

4 ¶Nec fortè ineptum eſt huic noſtræ ſignificationi verbum inueſtiendi,quo vſus eſt Plinius,ſed in alia tamen ſignificatione,lib.35.cap.7.Publius Portius inueſtiuit pictura, tanquam dicas ornauit, & veluti veſte decorauit, veſtiuit.Nam & hoc verbo ſimplici in eadem ſignificatione, qua illo inueſtiendi compoſito,vſus eſt Cicero in 6.in Verrem actione.His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur.Verùm hoc inueſtiendi verbo,pro poſſeſsionem tradendi,ſiue trãsferendi, paſsim vtitur ius canonicum,& feudorum,vt in c.ex ore.de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu cap. vbi gl. interpretatur inueſtitus,id eſt, miſſus in poſſeſsionem & in c.accedens.de præb.& in c.ſi quis inueſtiuit.tit.de feu.dat.in vicem leg.commiſ.Et hinc inueſtitura ipſe actus tradendi, ſiue transferendi poſſeſsionẽ.c.j.in prin.tit.quid ſit inueſtit.vbi ita ſcribitur,Inueſtitura quidem propriè dicitur poſſeſsio,& c.quoniam inueſtituras.16.q.7.& in c.olim cauſam.de reſtit.ſpol.& alibi ſæpe.

*Inueſtire. Veſtire. Inueſtitura.*

5 ¶Quanquam ſcio dubitatum,an per inueſtituram,cenſeatur eſſe tranſlata poſſeſsio,propter text. in c.per tuas.de dona.qui & verbo inueſtiendi vtitur,& tamen declarat ex hoc tranſlatam non fuiſſe poſſeſsionem,& ex eo not.gl.ibi,in verbo,in poſſeſsionem.Sed tu de hac re vide glo.in cap. 2.in verbo,ſignum.in prin.& ibi Inn.& latè Panor.col.antepen.verſ.exemplum primum.de conſuetu. & gl.in c.autoritati.in verbo,inſtituantur.in duobus locis,& ibi Hoſtien.in verbo,inſtituere.Ioan.And. ſuper gl.2.Card.Flor.verſi.quæro quid eſt.Pet.Anch.verſi.quærit gl.quũ eſt.Ant.verſi.venio ad gl. Imo.col.j.ver.in gl.2.ibi,non adipiſcitur.Panor.col.j.verſi.in gl.2.fi.not.ex gl.de inſtit.& glo.in c.ex ore.in verbo,annulo.& ibi Pet.Anch.in j.opp.Ant.col.2.verſi.veniamus ad gl.& Imo.col.3.verſic. in gl.j.

*Inueſtitura, an transferat poſſeſsionem.*



gl.j.in fi.extrà de his quæ fiunt à maio.parte cap.& gl.in c.ſi quis deinceps.§.item ſi quis.in gloſ.vlt. 16.q.7.Io.And.poſt Compoſt.in c.tranſmiſſam.de elect.Iac.Aluar.in dicto c.j.in prin.tit.quid ſit inueſtit.Raph.Com.conſi.cxxxvij.incip.conſultus.in j.dubio.cũ aliis multis concor.traditis ab Alex. in l.3.in prin.col.4.verſic.iuxta prædicta.ff.de acquir.poſſeſſ.& Matth.Afflict.deciſ.Neapol.299.rex Ferdinandus. col.j.& à me latius in comment.conſuetud.Pictauienſium,titu.2.qui eſt, *des droicts de ventes & honneurs*. §.8.qui eſt in omnium conſuetudinum 21. in verbo, *& ne deſaiſit la façon de l'hommage*. Verùm vt redeamus, nos poſthac, in hoc tractatu vtimur illo noſtro vulgari verbo ſeſiendi, ſiue ſaiſiendi,pro poſſeſsionem transferendi,vt omnes intelligant, præſertim cùm aliud nullum nobis occurrat,quo illius ſenſum,& ſignificationem illam noſtram vulgarem ad viuum repræſentare poſsimus.

## SECVNDA DECLARATIO PRAEFATIONIS.

1 ¶Et certè hæc eſt generalis Franciæ conſuetudo,vt mortuus ſaiſiat viuum, vt videre licet in Pariſienſium conſuetu.artic.132.Meldunenſium,c.40.Melodunenſium,c.95.Senonenſium c.57.& iterũ c.105.Trecenſium,c.90.Caluimontenſium,in Baſsignaco,c.77.Victriacenſium,c.7. Ambianenſiũ, c.35.Carnutenſium,c.94.Aurelianenſium,c.230.quod ita in Latinum vertit Pyrrhus Anglebr. Ex mortuo in viuum poſſeſsio tranſit,& in caſus poſitione,ita mortuus ſaiſinat viuum.Turonenſiũ,tit. *Des ſucceſsions*. c.2.vbi dicitur hãc eſſe generalẽ huius regni.Cenomanenſiũ, c.237. le 2.ſunt enim duo eiuſdem nu.& c.289.Andegauenſiũ, c.234.& c.272.Pictauienſiũ,c.213.vbi & illud dicit,hanc eſſe generalem.in hoc regno.Aruernenſiũ,tit. *Des ſucceſsions*. c.1.Borbonienſiũ,c.299. Bleſenſium, c.136.vbi & hanc dicit generalem huius regni. Engoliſmẽſium,c.84.Rochellenſium,c.56. Burgundienſium, tit. *Des ſucceſsions*. cap.1.Marchienſium,c.211.Lorrienſium,ſiue Montargienſium, tit. *Des donations teſtamentaires*. c.6.Niuernenſium,tit. *Des ſucceſsions*, c.1. Altiſidiorenſium ſiue (vt vulgò vocant) Auxerrenſium,tit. *Des ſucceſsions*, c.1.Senlitum,c.142. Claromontenſium, c. 141. quam & dicit generalem,Valeſienſium, c.77.Britonenſium, tit. *Des ſucceſsions*, qui eſt 22.c.1. vbi tamen loquitur in ſucceſsione directa.Nam in collaterali hæres accipit poſſeſsionem per manus domini, vt ſcribitur in 61.eadémque vlt.eiuſdem tit.Bituricenſium,tit. *Des ſucceſsions*, c.28.Lodunenſium, ſiue vt amicus noſter Sal.Macrinus poëta noſtri temporis celeberrimus, vocat Iuliodunenſium,tit. *De ſucceſsion de fief*, c.2.vbi & hanc dicit generalem huius regni.Burdigalenſium,c.74.vbi Arnol. Ferro.id ita vertit, Ex mortuo in ſuperſtitem hæredem tranſit poſſeſsio. Sanctonenſium, c. 105.& Comitatus Burgundiæ,qui eſt ex antiquis Galliæ finibus,vt atteſtatur Nicol.Bello.conſil.xlij.incip. cõmuniter.in prin.lib.4.Supput.c.18.in prin.vbi & eam dicit eſſe per totam Galliam.

*Conſuetudines Galliæ.*

2 ¶Et huius quoque conſuetudinis Franciæ, vt generalis,mentionem fecit præter Cyn.& Pau. Caſt. in locis ſuprà citatis Collecta.in c.cum ſit Romana.paulò ante fi.vbi dicit, quòd ex conſuetudine Franciæ, mortuus ſaiſit viuum. His enim verbis vtitur.& Ioan.Fab.in §.ſumma, qui eſt 2.ante fin. Inſtit.de interdict. & iterum in §.retinendæ. col.3.verſicu. ſed quæritur nunquid ſucceſſor. eo.titu. Floria.in l.ſeruitutes prædiorum ruſticorum. col.3. verſicu.& idem videtur voluiſſe.ff. de ſeruitut. Maſuer.in titu.de poſſeſſo.§.item hæres qui ſuccedit ab inteſtato.& §.ſeq.& Guil. Brokhius in ſtilo curiæ Parlamenti,tit.de feud.§.item de conſuetudine.& §.item conſuetudo. per quam Guid. Pap. deciſio.Delphi.452.in materia poſſeſſorij.col.2.verſi.& in hac materia,Steph.Bertran.conſi.xcvj.ex themate.col.2.nu.4.lib.4.Benedict.in repet.c.Raynutius.in verbo,mortuo itaque teſtatore.le 2.nu. 71.& alibi ſæpe in ea repet.Do.Ioan.Igneus olim præſes Rothomagenſis doctiſſ.in repet.authen.ex cauſa.col.7.verſi.ex his ſequitur.C.de liber. præter. & nouiſsimè Viglius Zuichem in §.j.in princ. Inſtit.de hæred.inſtit.& noſtri conſuetudinum interpretes vbique.

3 ¶Eſtque huic ſimile ſtatutum in pluribus locis Italiæ, videlicet Mediolani, quod iam diximus, vt etiam atteſtatur Bal.in rub.extrà de cauſa poſſeſ.& propriet.col.3.verſicu.quæro ſtatuto communi Mediolani cauetur.& conſi.cxlj.præmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti.in prin.& iterum col.3.verſi. tertiò eſt præmittendum.lib.j.& Ant.Graſſus inter conſi.Laur.Calca.conſil.lxv.præſuppoſita veritate. col.pe.verſi.competit etiam quintum remedium.Alex.conſi.xxxvij.in cauſa mota inter Angelum. col.2.verſi.ſed alia inſuper ratio.lib.j.& conſi.lxxxij.perſpectis his quæ in themate.col.2.verſic. nec ad hoc obſtat.lib.2.repetito conſi.xl.lib.3.& conſi.lj.lib.6.Barb.in c.in præſentia.char. antepe. nu.133. de probat.Iaſ.in l.ſi forori.col.j.verſic.limita tamen quod dixi.C.de iure delib.& conſi.cxcviij. conſului ſuperioribus diebus.col.j.lib.2.& conſi.lxxxv.quando habemus.col.j.lib.3. Philip. Dec. conſil. cccclxvij.bene & conſultè,col.j.vbi dicit id decretũ Mediolanenſe fuiſſe cõfirmatum à Clemente ſeptimo.Caro.Rui.conſi.xxvij.viſo decreto.in prin.lib.5.vbi diſputat dux Mediolanenſis id ſtatutũ vel decretum (ita enim appellant) facere potuerit.Catel.Cot.in memorial. incip. decreto Mediolanenſi.in prin. Anto.Rub.in repe.l.non ſolùm.§.morte.col.8.nu.57.ff.de noui oper.nunc.Pau.Pariſ. conſi.j.viſa facti narratione. col.24.nu.157.lib.j.

*Mediolani ſimile ſtatutum.*

4 ¶Similiter & Papiæ (ea Ticinum olim dicebatur) quod ſatis potuiſſet videri,etiam ſi ſpecialiter id ſtatutum ibi factum non fuiſſet,cùm ſit ditionis ducatus Mediolanenſis,ſed tamen peculiari illius ciuitatis decreto,idem ſtatutum eſt,vt atteſtatur Bal.in c.contingit.col.2.ver.& prædicta faciunt ad quæſtionem ſtatuti Papienſis.extrà,de dolo & contu.& Alex.conſi.lxxxij.vbi nuper citauimus.li.2. & Barb.conſi.viij.hoc exordio,ſapienter doctiſsimus.col.17.verſi.& adduco,qui ſub nu.37.lib.2.& conſi.lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta.col.12.verſi.& adduco quod voluit.nu.12. eo.lib.2.

*Papia.*

5 ¶Præterea Bononiæ,teſte eodem Paulo,in d.l.hæres in omne ius.ff.de acquir.hære.Et Imo.vt me-

*Bononiæ.*

**Imolæ. Senis. Cremonæ.**

moriȩ prodidit Imo.conſi.xvj.viſo caſu tranſmiſſo.col.j.in prin.Et Senis,vt ſcriptum reliquit Fran.
Aret.conſi.clix.viſo puncto ad me tranſmiſſo.col.vlt.ver.quinimo etiam ſi filius.& Cremonæ,ſi ve-
rum dicit quiſquis is fuit,qui caſum poſuit ad Bal.conſi.325. præſuppoſitis ſtatutis,ad fi. ipſius ca-
ſus,lib.j.& ſatis conſtat ex eo quod ſcribit Alexan. conſi.lxxxiij.viſa facti narratione, in facto illius
conſi.& rurſum col.j.lib.2.& Cremæ,vt refert Laurẽt.Calca.conſi.lxxvj.prius eſt videndum. col.3.
verſi.quartò principaliter.Et Florẽtiȩ,vt ſcribit D.Boërius in ſuis cõment.in conſuetu.Biturig. tit.
*Des couſtumes concernans teſtamens,* §.6.col.2.autoritate Ange.conſi.lxxxj.domina Maria.& conſil.
ſeq.incip.huic parti inhæreo.vbi tamen nihil dicit de huiuſmodi ſtatuto,ſed alio quopiam , quod
nõ admodum huc pertinet.Et Mutinæ,apud Barb.in d.c.in præſentia.vbi ſuprà,de probat. & Lud.
Gozad.conſi.xciij.in cauſa Mutinenſi.col.2.verſi.quartò cùm in ciuitate.

**Cremæ. Florentiæ. Mutinæ.**

6 **Placentiæ. Vincentiæ. Veronæ. Paduæ.**

¶Atque etiam Placentiæ,vt patet ex conſi.Signor.clxxxviij.caſus continens.& Iaſ.conſi.cxlvij.prȩ
ſens conſultatio,in caſu illius conſi.& iterum col.6.verſi.condeſcendo ad ſecundam. lib.2. Et Vin-
cẽtiæ,vt ſcriptum reliquit Alouiſius Lucius inter conſi.Bal.conſi.ccccxxxvj.quidam creditor.lib.3.
& Raph.Fulg.conſi.cxciiij.proponitur quòd domina Antonia.col.2.verſ.igitur & domina Sophia,
& ſæpe aliàs in eo.conſi.& Raph.Co.conſi.clxxiij.Galuanus,col.j.Et Veronȩ ex ſcriptis Caro.Rui.
cõſi.xviij.primò & principaliter.col.pe.ver.& prædicta.lib.j.Et Paduȩ apud Phil.Dec.cõſi.lxxxiiij.
excellentiſsimi doctores.col.2.ver.& vlterius circa hoc.Et Camerini,vt patet ex Corne.in poſitio-
ne caſus,conſi.clxvj.circa primũ.lib.j.Et Felerini,ex Raph.Com.conſi.lxxxv.quanuis de iure. poſt
prin.Et in tota penè Italia,vt atteſtatur Nico.Bellonus conſi.xlij.cõmuniter in Italia.in prin.

*TERTIA DECLARATIO.*

1 **Mortuus aperit oculos uiuentis.**

¶Vt non ſine magna quadam ratione id ſtatutum à populis fuiſſe videri debeat,arg.c.prudentiam.
in prin.extrà de offic.deleg.& ibi concord.veluti id prouerbium ſecutis,mortuus aperit oculos vi-
uentis,quod à Bal.relatum eſt in l.vlti.in fi.C.commu.de manumiſ.Imò verò & ius ipſum cõmu-
ne,ſi credimus D.Boërio præſidi Burdegalenſi celeberrimo in ſuis in conſuetudines Biturigum
cõmentariis,tit. *Des couſtumes concernans teſtamens & dernieres voluntez.* §.6.& Leonardo Aleſ-
mio.in tracta.ſubſtitutionum,in tit.de vulg.ſubſtit.col.2.innitẽtibus vtriuſque autoritate.l.cùm mi-
les.ff.ex quib.cau.maio.vbi poſſeſsio defuncti quaſi coniunctim deſcendit ad hæredem,& plerũque
nondum adita hæreditate completur, & aliis quibuſdam ſimilibus legibus.

2 **Poſſeßio defuncti non tranſit ad hæredẽ ante adpræhenſionem.**

¶Ego verò conſtanter affirmare auſim,huiuſmodi ſtatutum,vel conſuetudinem eſſe iuri cõmuni
aduerſam, quo poſſeſsio defuncti non tranſit in hæredem , priuſquam fuerit per eum naturaliter
adpræhenſa,id enim videre licet ex l.Pomponius.§.quæſitum.& l.cùm hæredes.& ibi Bart.& l.qui
vniuerſas.§.quod per colonum.& ibi Bart.ff.de acquir.poſſ.& l.ſi homo.ff.de vſucap.& l.2.§. appa-
ret.ff.de crimine expil.hæred.vbi & id probatur procedere,etiam poſtquam hæres adierit hæredi-
tatem,vt propterea nec tum poſsideat.& l.j.§.Scæuola.ff.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fuer.& l.ſi ſo-
rori.& ibi Bal.& alij, C.de iure delib.& §.j.in auth.de iureiur.à morien.præſtito.vt hinc intelligas
id procedere de iure ff.& C. & auth.

3 **Hæres mittendus in poſſeſsionem.**

¶Et apertiſsimè volunt doctores vtriuſque cenſuræ , vltra eos quos iam ſuprà citauimus , ſcilicet
Collecta.in c.cum ſit Romana.paulò ante fi.de appellat.vbi dicit,quòd licet hæres ipſo iure habeat
proprietatem,eſt tamẽ mittendus in poſſeſsionem,per l.2.C.de edicto diui Adria.tollen. quod eſt,
inquit,contra conſuetudinem Franciæ, de quo nos ſuprà ex eodem diximus. & Cyn.in l.ea lege.
col.j.C.de condi.ob cauſ. vbi & id dicit eſſe contra conſuetudinẽ Galliæ,Bart.Bal.& alij in d.l.cùm
miles.ff.ex quib.cau.maio.Bal.in l.vlti.col.2.verſi.iuxta prædicta quæro. C. de ſacroſanct.eccl. vbi
etiam id dicit procedere in eccleſia hærede inſtituta,& in rub.ff.de rei vendi.in priori lect.vbi di-
cit,quòd poſſeſsio hæredis,eſt noua poſſeſsio, quia poſſeſsio defuncti morte finitur, per dictum §.
Scæuola.& expreſsim ipſe Bal.in l.de eo.§.hæres.qui eſt vlti.ff.ad exhib.& conſi.cxlj.præmiſsis ver
bis.col.3.verſi. tertiò eſt præmittendum.lib.j.vbi ex hoc dicit ſing.de apicibus iuris diſputari debe-
re,cùm quis hoc ſtatuto nititur,& conſi.cccxxx. ſtatuto cauetur quòd conductor. col.j.in 3.dubio.
verſi.in contrarium videtur.eo.lib.j.vbi item ex hoc dicit , id ſtatutum debere intelligi ſtrictè , ac
propriè,& conſi.cccxxxvij.in primis videndum eſt,col.3.verſi.in contrarium eſt veritas, eo.lib.j.&
conſi.ccclv.prȩmittendum eſt ad euidentiã,col.j.eo.lib.j.& conſi.ccccxxxvj.quidam creditor.col.3.
verſi.allegationes ſuprà factæ.lib.3.& conſi.xx.ſuper primo puncto.col.2.verſ.ex illa autẽ poſſeſsio-
ne.lib.5.Ioan.Fab.in §.ſui autem.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.Pau.Caſt.in l.ſeruum.C.de rei vin-
dic.& conſi.lxxviij.videtur dicendum dictum actorem.lib.2.& conſi.clij.viſo pũcto & dubio.col.2.
verſi.ad ſecundum quæſitum.eo.lib.2.& conſi.ccxxxiiij.in cauſa appellationis.col.2.verſi.item poſi-
to,eo.lib.2.& cõſi.cclxj.viſis & ponderatis.col.2.ver.non obſtat quod dicitur.eo.lib.2.Imo.cõſi.xvj.
viſo caſu tranſmiſſo.vbi etiam ex hoc dicit,hoc ſtatutum eſſe reſtringendum. Alex.in d.l.cùm hæ-
redes.in prin.col.j.& ibi quoque Claudius Aquen.in prin.vbi etiam not.ex eo tex.hæc ſtatuta eſſe
correctoria iuris cõmunis,& propterea ſtrictè interpretanda eſſe.& idem Alex.cõſi.xxxvij.in cauſa
mota per Angelum.col.3.verſ.itẽ præterea & fortius,& iterũ verſ.ſaltem in caſu noſtro.lib.j.& conſ.
lxxxij.perſpectis his.col.3.verſ.& hoc ſaltẽ procedit.lib.2.vbi ex hoc negat ſtatutum eſſe extenden-
dum,& conſi.ſeq.viſa facti narratione.col.2.verſi.ergo ſtatutum contra ius cõmune.iunctis præced.
Corn.conſi.xviij.viſa petitione.col.3.verſi.nec illam ex iniuſta cauſa.lib.j.Iaſ.cõſ.cxlvij.prȩſens con
ſult.col.j.ver.itẽ vltra prȩdicta.lib.2.& cõſ.clij.vera & iuridica.col.1.& 2.lib.4.vbi etiã dicit id ſtatutũ





eſſe iuris correctorium,idcóque non eſſe extendendum.& Philip.Dec.in l.vlt.col.2.ver.præmitten
dum eſt.& ibi etiam Fran.Curt.iunior col.5.verſi.ſecundò notate.C.de edicto diui Adria.tol.& Ste
pha.Bertran.dicto conſi.lxxxj.nu.3.& 4.lib.2.vbi item dicit eſſe contra ius commune.

**Poſſeßio hæredis cõtinuatur cum poſſeßione defuncti, quò ad uſucapionem.**

4 ¶Nec huic ſententiæ obſtat dicta l.cùm miles.ff.ex quib.cau.maio.qua potiſsimùm innituntur, qui
aliam opinionem ſecuti ſunt.Ea enim intelligitur,imò verò expreſsè loquitur,vt quò ad vſucapio-
nem implendam continuetur poſſeſsio hæredis cum poſſeſsione defuncti.l.nunquàm in poſſeſsio-
nibus.§.vacuum tempus.& iterum l.cæptam.ff.de vſucap.licet hæreditas iacens non poſsideat.l.j.§.
Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſus fuer.ſed eo reſpectu fingitur habere qualemqualem poſſeſsio-
nem,l.gerit.& ibi Rom.qui eam dicit ſingul.ff.de acquir.hæred.Iaſon in l.eius qui.col.j.in 2. not.ff.
ſi cert.pet.Et ita illam l.cùm miles.intelligunt gloſ.Barto.Bal.& Alber.ibi Bart.& cæteri in d.l.cùm
hæredes.ff.de acq.poſſ.& maxima pars eorum,quos in præced.verſi.citauimus.

**Quid in ſuis hæredibus.**

5 ¶Sciόque nonnullos eſſe,qui dicunt aliud eſſe in ſuis hæredibus,aliud in cæteris : vt ſcilicet in illis
tranſeat poſſeſsio ipſo iure,iuxta dictã l.cùm miles,per tex.in l.in ſuis.ff.de liber.& poſth.vbi glo.in
verbo,quodammodo.videtur eſſe huius opinionis.atque etiam gloſ.in dicto §.ſui.in verbo , exiſti-
mantur.Inſtit.de hæred.qualit.& differen.& in d.l.cùm hæredes.in prin.in verbo,non pertinet.in j.
ſolutio.quam dat ad d.l.cùm miles.nec tamen in ea perſtat omnino,ſed addit,vel ſoluo,vt ibi,ſcili-
cet in d.l.cùm miles.quo in loco,in verbo,quaſi coniunctim , dicit primùm , nonnullos diſtinguere
inter ſuos hæredes,& extraneos.arg.dicti §. ſui autem.& §.extranei.Inſtit.de hȩred.qualit.& differ.
Mox ſubiungit,alios dicere,eam l.cùm miles.intelligi.vt continuetur poſſeſsio , cum fuerit appræ-
henſa,ideo ibi dici,quaſi coniunctim.tandem ſubdit dicendum , quòd d.l.cùm miles. loquitur quò
ad vſucapionem complendam,vt ſuprà ex ea diximus.

6 ¶Nam & vbique cæteri omnes nullam,quantum ad id de quo tractamus , differentiam faciunt in-
ter ſuos,& extraneos,cùm dicunt,& in illos quoque poſſeſsionem ipſo iure minimè tranſire , videli-
cet gloſ.Bart.Bal.Alber.& quotquot ſcripſerunt in d.l.cùm miles. & in d.l. cùm hæredes. & in d.l.
in ſuis.contra gl.ibi.ff.de lib.& poſth.Alber.in l.vlt.col.6.verſi.quæritur an beneficium huius legis.
C.de edicto diui Adria.tol.& ibi quoque Bal.col.j.verſi.itẽ ex hoc quòd hæreditas, vbi dicit, quòd
ſuitas,ſiue exiſtentia hæredis,facit ſuum hȩredem,ſed non poſſeſſorem, per d.l.ſi homo.de vſucap.
atque etiam Sali.ibi,col.j.verſi.item ex hoc.& ipſe Albe.in l.ſepulchra.ad fi.ff.de ſepul.viol.Io. Fab.
in d.§.ſui autem.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.ipſe Bal.in auth.ingreſsi.col.2.ver. quæro quare a-
liud.C.de ſacroſan.eccl.& in l.j.ad fi.C.de appel.& in auth.defuncto.C.ad ſenatuſcon.Tertul.& in l.
vlt.col.2.verſi.item ex hoc quòd hæreditas.C.de edicto diui Adria.tollen.& in c.j.tit.de cõtrouer.
inter maſcu.& fœmi.de benefi.lib.2.feud.& cõſi.xiij.ſuper eo quæritur,ante fi.lib.j.& conſil.cccxlv.
ille qui iuſta ratione.lib.4.& conſi.xx.ſuper primo puncto,col.2.ver.ex illa autem. lib.5.Pet.Ancha.
conſi.xcij.tria in fauorem.col.2.ver.ſed præſuppoſito.Imo.conſil.xvj.viſo caſu trãſmiſſo.col.j.Rom.
in l.hæres in omne.poſt prin.ff.de acquir.poſſ.Mart.Lauden.in c.j.col.j.ad fi.tit.quib.mod.feu. cõſti.
poteſt.lib.j.feud.Alex.conſi.xxxvij.in cauſa mota inter Angelum.col.3.verſi.ſaltem in caſu noſtro.
lib.j.Fran.Are.in l.ſi ſorori.poſt prin.& ibi etiam Iac.à S.Georg.in j.not.C.de iure delib.latè Barb.in
d.c.in præſentia.char.antepe.nu.132.de prob.& conſi.xvij.clementiſsimum Deum.col.pe.verſi. & ſi
quiſpiam dixerit.lib.4.Firmia.in tract.de epiſcopo.lib.3.parte j.q.56.Guid.Pap.in ſtatuto,ſi quis per
literas.in verbo,clandeſtinè.quæ eſt gl.vlt.char.pe.verſi.ſed an filius hæres.Steph.Bertr.cõſi. ccxlvij.
duobus paulò ante fi.lib.j.& conſi.lxxxj.non ego.nu.3.& 4.lib.2.& conſi. cclxij.igitur.nu.2.eo.lib.2.
& conſi.iij.inſpecto.in iij.dubio.lib.3.Bened.in repe.c.Raynucius.in verbo, mortuo itaque teſtatore.
l.ij.nu.66.& ſeq.de teſta.Matth.Afflict.in c.ſciendum.col.5.verſi.ſed aduerte quia inquantum. tit.de
feu.cognat.lib.2.& deciſio.Neapol.167.Gabriel,col.j.D.Igneus in repet.auth.ex cauſa. col.7. verſi.
ex his ſequitur.& iterum col.36.verſi.vnum tamen ego dico.C.de liber.præter.& Pyrrh.Angle. in
conſuetud.Aurel.tit. *Des teſtamens.* cap.6.& Pau.Pariſ.conſi.j.viſa facti narratione. col.25.num.160.
lib.1.Ioan.de Amic.conſi.lxj.in cauſa & lite agitata,col.j.

**Suitas non facit poſſeſſorem.**

**Lex ulti. C. de edicto diui Adria.tol competit & ſuis & extraneis hæredibus.**

7 ¶Et hæc ſententia his quoque rationibus fulcitur à Barba.in dicto conſi.xvij.lib.4.maxima ex par-
te adducti.Primum enim,beneficium d.l.vlt.C.de edicto diui Adria.tollen.cõpetit tam ſuis , quàm
extraneis hæredibus,vtpote quòd loquatur ſimpliciter de hæredibus , nec ad extraneos ſe reſtrin-
git,dictum autem remedium eſt adipiſcendæ, quo opus non eſt ei qui iam in poſſeſsione eſt. Sed
quantum ad hanc rationem, vide quid dicemus in alio loco.

**De eadem re.**

8 ¶Item tex.eſt in l.de eo.§.vlt.ff.ad exhiben.ſimpliciter etiam loquens de hærede,& ex eo Bal.vt ſu-
prà diximus not.poſſeſsionem defuncti,non continuari in hæredem , niſi fuerit appræhenſa. Præ-
terea beneficium Prætoris à iure ciuili approbatum,requirit immixtionem in ſuo hærede, §.ſed his
permittit.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.& l.nam nec emancipatus.ff.de legat.j.& quod not.in l.ne-
ceſſariis.ff.de acquir.hæred.& in l.1.C.ſi vt ab hæred.ſe abſtin.quæ quidem immixtio non eſſet ne-
ceſſaria,ſi eſſet continuatio poſſeſsionis ipſo iure.

**Animus & corpus requiruntur ad acquirendam poſſeßionem.**

9 ¶Denique ad acquirendam poſſeſsionem requiritur animus , & corpus.l.3.ff. de acquir. poſſeſ.& l.
licet.C.eodem.ſed ipſius defuncti animus,& voluntas ad hæredem non tranſmittitur , l.4.ff.de lo-
ca.& l.ſed ſi ita legatum.§.illi ſi volet.ff.de legat.j.& quod habetur in c.ſi gratioſè. de reſcript.lib.6.
Ergo nec poſſeſsio.

10 ¶Illud autem quod diximus,nec in filium quoque tranſire poſſeſsionẽ hæreditatis paternæ,ita pro-

*Filius non poteſt propria autoritate accipere poſſeſ.*

cedit,vt nec ipſe poſsit propria autoritate accipere poſſeſsionem ſuæ legitimæ alio hærede inſtituto,nec ei competat remedium quoduis poſſeſſorium,ſed eam debet capere ex manu hæredis, vt expreſsè voluit Bart.in l.ij.col.j.verſi.ex his puto quòd filius.C.quando & quib.quarta pars. lib.10. & ſequitur Alex.conſi.cxxxiiij.attentis narratis in themate.poſt princ.lib.4.& Benedict. in repet.c. Raynucius.in verbo,mortuo itaque teſtatore.le 2.nu.74.paulò ante fi.de teſta.quo loco tamen dicit aliud eſſe in regno Franciæ ob hanc noſtram conſuetudinem.

*QVARTA DECLARATIO.*

*Quid autem in rebus feudalibus.*

1 ¶Sed & illud ſcio,id quod diximus, poſſeſsionem defuncti non tranſire ipſo iure in hęredem,pleroſque intelligere,in cęteris rebus quàm in feudalibus,in his enim tranſire,per id quod ſing.voluit Bal.in l.cum antiquioribus.col.5.verſi.decimò ſic,licet poſſeſsio ad ſuum hæredem nõ tranſmittatur,per d.l.cùm miles.tamen in feudis ſecus,quia filius viuo patre intelligitur inueſtitus, ac etiam poſsidere,& continuatur in eum poſſeſsio,ſine alia inueſtitura,vt not.in c.j.tit de feu.cogna.vbi gl. in §.vlt.dicit,quòd filij poſt mortem patris non acquirũt feudum ſuccedendo patri, ſed iam in vita acquiſitũ capere poſſunt cum libera adminiſtratione.Quam gl.ad id quoque expendit,& cõmendat ipſe Bal.ibi,qui dicit tenendum menti pulchrũ illum ac ſapidum loquendi modum,& ibi quoque Iac.Belui.Marti.Laud.Iac.Aluar.Card.Alex.& Bapti.Cacia.qui eam gl.dicit not.in repet.d.c.j. in 6.parte princ.in vlt.differ.tit.de feu.cogna.Barb.qui illam dicit valde ſingul.in repet.rub.C. qui admitti ad bono.poſſ.col.14.verſic.ſecundò mihi videtur.& conſi.x.ſapienter ſcribitur 1.Reg. col.3. verſi.& ideo dicit gl.lib.2.& conſi.lxxiij.magnanimus ſcripſit Apoſtolus.col.3.verſi. eiuſdem initij. lib.4.& Iaſ.in l.in ſuis.col.2.verſi.quartò ſequitur illud.ff.de liber.& poſthu.vbi id dicit not.

*Filij poſt mortem patris feudum non acquirunt, ſed capiunt.*

*De eadem re.*

2 ¶Porrò illud dictum Bal.in d.l.cum antiquioribus.ad hoc ſcilicet,vt in feudis ipſo iure,& ſine alia inueſtitura, aut appræhenſione poſſeſsionis transferatur ipſa poſſeſsio, retulerunt & ſequuti ſunt Firmia.in tracta.de epiſcopo,in prima parte lib.3.quæſt.56.verſicu.item niſi in feudis.Iaſon in l.quoties.col.8.verſic.nota etiam perpetuò.C.de rei vendic.vbi dicit ſing.& nondum fuiſſe ab alio ponderatum, & conſi.lxxxvij.conſultus in iure.colum.2.verſicu. & circa iſtud. libro j. vbi etiam dicit ſingul.& conſi.clxxxij.in pręſenti conſultatione.col.6.verſi.ſeptimò notabiliter,lib.2.& conſi.x.videretur prima conſideratione. col.3.verſic.prædicta fortius.lib.3.vbi item dicit ſingul.Et idem ipſo Bal.non citato,voluerũt Mart.Laud.in tract.primogenituræ,col.x.verſi.difficilis articulus.ibi,quartò quia licet.& Card.Alex.in c.j.col.x.verſic.decimooctauò.tit.de feud.March.Sed & idem voluit, dicítque conſuetudine,& ſtilo Franciæ obſeruari Guil.Brolhius qui ſtilum curiæ Parlamenti tranſcripſit, tit.de feud.§.item de conſuetudine.cum §.ſeq.

*De eadem re. Poſſeſsio non tranſit, etiam ſi dominium tranſeat.*

3 ¶Sed attende lector amantiſsime,ne fortè decipiaris.nam ea glo.in d.c.j.de feu.cogn.quam Bal.& cæteri pro huius opinionis autore citant,nihil omnino loquitur de poſſeſsione, ſed ſimpliciter de feudi acquiſitione,tanquam ſcilicet id haud dubiè intelligat, dominium feudi ipſo iure quæri filio vaſſalli,quod quidem non concludit,& poſſeſsionem quoque eidem quæri ipſo iure,neque enim ſi dominium quæritur ipſo iure,ac rectà tranſit in hæredem,vel etiam legatarium, vt certè tranſit, continuò ſequitur poſſeſsionem in eos rectà tranſire,vt patet ex l.omnium.C.de teſta.& l.vlt.C.de edicto diui Adria.tollen.& l.cum hæredes.in prin.ff.de acq.poſſ.& latè ſuprà diximus. Nam & id generale eſt,in cæteris omnibus,in quibus dominiũ tranſit ipſo iure,vt propterea non tranſeat poſſeſsio,gl.in l.cum duobus.§.idem reſpondit,ſocius ſi ceſſante,in verbo,dominium.ff.pro ſoc.& in l. vlt.in verbo,in rem.verſ.itẽ nunquid poſſeſsio.& ibi Ioan.Fab.& alij.C.de ſacroſan.eccl.Bart.& Angel.& Rom.in l.cõmiſſa.ff.de pub.& vectig.cum aliis multis concor.à me congeſtis in repe.l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur.nu.388.incip.48.licet aliàs dominium,& ſeq.C.de reuoc.donat.

*Qui tenet poſſeſsionem feudi non tranſire in filium.*

4 ¶Ideóque vt nec in feudis quoque tranſeat poſſeſsio in filium,aut alium hæredem, ſed opus eſſe appræhenſione poſſeſsionis,nõ obſcurè tenuit Maſuer.tit.de feud.§.item ſucceſſor ſingularis. & §. ſeq.niſi,inquit, eſſet conſuetudo,qua mortuus ſaiſit viuum.& Ioan.Ray.in c.imperialem.§.pręterea ſi quis infeudatus.tit.de prohib.feu.alien.per Feder.Iaco.à S.Georg.nuncupatim Bal.in d.l.cum antiquioribus.repræhendens,in tracta.feud.in verbo,ita quòd ipſi inueſtiti.col.vlti.verſic. item quæro, nunquid mortuo.& Iaſ.ſibi contrarius in d.l.ſi ſorori.col.2.verſi. tertiò limita.C.de iure deliberan. vbi etiam Bal.vbi ſuprà repræhendit,dicítque eum aliter dixiſſe,& fortè melius,in c.j.col.vlt.tit.an mutus,vel imperfectus,cuius illic dictum recenſebo,verſi.ſeq. & D.Benedict.qui tamen diſtinguit, vt etiam dicam poſtea in repet.c.Raynucius.in verbo, mortuo itaque teſtatore.le 2.nu. 69.& ſeq. & Zaſius cõſi.x.cùm quondam F.col.4.ver.nunc ad tertiũ dubium,cum multis ſeq. nam id latè tractat.& Fran.Curt.iunior, cõſi.cviij.ſacratiſsimæ.& c.circa controuerſiã.col.6.nu.23.Matth.Afflict.in d.c.j.§.ſciendum.col.5.verſi.ſed quod dictum eſt.& multis ſeq.& iterum col.vlt.verſi.ſed an in filiũ. tit.de feud.cogn.& Pau.Pariſ.conſi.j.viſa facti narratione.col.25.nu.160. & ſeq.lib.1.

*De eadem re.*

5 ¶Et ſanè Bal.in d.c.j.col.vlti.tit.an mut.vel imperfect.feu.retin.lib.2.de hac re ita loquitur, nempe quòd filius viuo patre poteſt dici feudatarius,quia eſt eadem perſona cũ patre, arg.l.ſi is qui duos. ff.de liber.lega.Igitur (inquit) filius per mortem patris non dicitur ſuccedere, ſiue acquirere, ſed potius retinere,per d.§.ſui autem hæred.etiam fiunt ignor.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.& in d.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.ex quibus apertè intelligis eum loqui ſecundum ius cõmune Romanorum,ex quo ( vt ſuprà latè diximus,& probauimus ) dominium defuncti rectà tranſire in hæredem, non etiam poſſeſsionem, nec in ſuum quoque.

¶Idem



*De eadem re.*

6 ¶Idem autem Bal.de eadem re loquens in c.j.col.j.verſi.quæro ſi poſſeſsio. titu.de controuer. inter maſcu.& fœmi.de benefi.ſcribit filium magis venire ad poſſeſsionem continuatiuè, quàm ad nouam poſſeſsionis adeptionem,vel petitionem,vt not.in dicto §.ſui.Inſtit.de hære. quæ ab inteſtato defer.cuius quidem.§.hæc verba ſunt,& ſtatim à morte parentis quaſi continuatur dominium. & in d.l.cùm hæredes.ff.de acquir.poſſ.vbi etiam ita ſcribitur,adita hæreditate omnia quidem iura ad hæredes tranſeunt.Et ſubdit Bal.non tamen quòd in ſubſtantia poſſeſsionis ſit noua poſſeſsio, ſed quia eſt eiuſdem qualitatis cum poſſeſsione paterna,non fingitur noua, vt in d.l.nihil.C.de vſucap. pro hære.Et tandem de hoc dicit eſſe tex.in d.l.cùm miles.ff.ex quib.cauſis maio. Ex quibus etiã intelligis hæc omnia cum intelligere;ſecundum ea quæ diximus ſuprà in princ.& ea iura quæ ipſe allegat,ex doctrina Bart.in l.non ſolùm.§.ſi liberationis verba. ff.de liber.lega. cum ſimilib.

*Diſtinctio in hac re.*

7 ¶Diximus autem ſuprà dominum Benedict.in dicta repetit.c.Raynucius.in verbo, mortuo itaque teſtatore.le 2.nu.69.& ſeq.in hac re diſtinxiſſe,vt certè diſtinxit.neque enim id ſilentio præterire voluimus,vt ſcilicet in feudalibus,non cenſeatur hæres ſaiſitus contra dominum feudi, nec in eius præiudicium,donec per eum fuerit inueſtitus.Et idem,inquit,in emphyteuta,ſecundum Bal.in c.ſi facta.titu.ſi de feudo fuerit controuer. Sed contra quemlibet alium extraneum, vt ipſe Benedict. ſubdit, filius & hæres vaſſalli,ex morte ipſius cenſetur eſſe ſaiſitus,adeo vt ſi ante inueſtituram turbetur ab extraneo,aut ſpolietur, competit ei remedium poſſeſſorium. Poſtea verò aliter diſtinguit,vt ſcilicet ſucceſſor particularis,vti eſt legatarius,vel etiam vniuerſalis ex teſtamento non ſit ſaiſitus.At ſi ſit vniuerſalis ab inteſtato,ſit ſaiſitus,etiam aduerſus dominum ex generali hac noſtra conſuetudine.quod nihil pertinet ad hunc locum, quo de iure communi loquimur. Et de hoc aliquid quoque dicemus infrà,in quinta declaratione iiij. partis.in fi. An autem ex hac conſuetudine ſucceſſor ex teſtamento ſit ſaiſitus,dicam poſtea in ſeptima declaratione ij.partis.

*QVINTA DECLARATIO.*

*Quid in eo qui ſuccedit nomine dignitatis.*

1 ¶Sed & ſecundo intelliges,quòd dictum eſt de iure communi, poſſeſsionem non tranſire in ſucceſſorem,vt procedat in eo qui ſuccedit nomine,& iure hæreditario:non autem in eo qui ſuccedit nomine dignitatis.Nam poſſeſsio,quæ erat apud epiſcopum nomine eccleſiæ,continuatur in eius ſucceſſorem,ſine alia corporali appræhenſione,quia ea erat penes eccleſiam,quæ non mutatur,nec variatur,licet prælati mutentur.Ita enim voluit Inn.in c.cum ſuper.de cauſa poſſ. & propriet. & in c. cùm in officiis.de teſt.Bar.in l.j.§.vlt.ad fi.& iterum in l.cùm hęredes.in prin.& ibi Alex.§.vlt.ff.de acquir.poſſ.Pau.Ca.in l.ſi ſorori.poſt medium,ibi,& hoc in eóque.C.de iure deliber.Firmia.qui & alios quoque allegat,in tract.de epiſcopo,lib.3.par.j.in 56.q.Guid.Pap.deciſ.355.vtrùm prælatus.vbi id dicit ſemper vidiſſe ſe obſeruari,& iterum deciſ.629.ſuprà alleg.& conſi.clxxxviij.incip. in materia.in prin.Sed tu hîc vide Franc.Are.in d.l.cùm hæredes.col.2.verſi.extra gl.de acq.poſſ. & quæ diximus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij,parte 3.limitat.16.nu.2.3. & per totum.

*SEXTA DECLARATIO.*

*Cõſuetudo an poſsit trãſferre poſſeſsionẽ ſine actu corporeo.*

1 ¶Sed vt redeamus ad noſtram conſuetudinem,qua mortuus ſaiſit viuum,poſſet videri ea non eſſe valida,per id quod ſcribit Bal.in l.j.in prin.C.commu.de lega.non poſſe legem,vel ſtatutum transferre poſſeſsionem ſine aliquo actu corporeo,per not.in l.cum duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſoc. niſi (inquit) ſaltem interueniat quædam ficta traditio,vt in caſu.l.quod meo.ff.de acq.poſſ.quæ loquitur ( vt omnes intelligunt) in conſtituto,& l.quiſquis.C.de dona.loquentis in retentione vſusfructus,& aliis ſimilibus.Poteſt tamen,vt ſubdit,lex vel conſtitutio,fingere traditam poſſeſsionem per quamcunque inueſtituram,& ſic per actum fictæ traditionis,vt in caſu c.2.de conſuetud.

*Poſſeſsio non recuperatur iure poſtliminij.*

2 ¶Et id quoque videtur eſſe ex mente illius Bal.in c.eccleſia veſtra.ad fi.de elect.& ante eum Bar.in l.ſi is qui pro emptore.col.5.verſi.modo ad propoſitum.& ibi.Imo.col.5.verſi.& ſic ex prędictis patet.ff.de vſucap.vbi ipſe Bar.& alij poſt eum,reddentes rationem cur poſſeſsio nõ recuperatur iure poſtliminij,ex l.denique.ff.ex quib.cau.maio.dicunt hoc ideo procedere,quòd poſſeſsio nõ quæritur,niſi per aliquem actum naturalem,quem quidem naturæ actum,legis diſpoſitio inducere nõ poteſt,arg.l.2.ff.de vſucap.earum rerum quæ vſu conſu.Et ita à quibuſdam dicitur voluiſſe Pet.Anch. in d.c.de conſuetud.vbi tamen id non dicit,ſed aliud, quod nos alibi referemus.

3 ¶At ipſum voluit expreſſe Ioan.Baptiſta Caſtel.in ſua diſputat.incipiente, magnificus & excellens. col.3.verſi.tertiò etiam notabiliter.& Matthæ.Afflict.deciſio.Neapol.ccxxxix.alia conſuetudo. col. vlt.Et in hanc ſententiam inclinare videtur Alex.cõſil.lxxxiij.viſa facti narratione.ſtatim poſt prin. lib.2.& Barbat.in addit.Bal.in l.vlti.col.2.C.de ſacroſanct.eccleſ.& Franc. Are.in dicta l.j. in princ. ff.de acquir.poſſeſ.

*Animo ſolo poſſeſsionem adipiſci non poſſumus.*

4 ¶Et eam ſententiam adiuuat tex.quem nullus illorum in hoc citat,in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acquir.poſſ.vbi licet animo poſsimus retinere poſſeſsionem,adipiſci tamen non poſſumus.Nã ſi id impoſsibile eſt,id eſt,quod fieri nõ poteſt,ita enim noſtri vocant quod Gręci ἀδύνατον appellant,quomodo id lex,vel ſtatutum facere poteſt? cùm ne fingere quidem impoſsibilia poſsit, vt not.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.& in l.3.ff.pro ſoc.& patet in l.qui ad certum.ff.loca.& in l.certè.in princ.ff.de precar.& not.Bart.qui & alia allegat in l.ſi is qui pro emptore.col.12.verſic. ſequitur eius quod eſt.& ibi Imo.col.7.verſi.itẽ attende quia dicit hîc,Rom.col.6.ver.quintò inquantum circa examinationem,& latiſsimè Iaſ.col.42.verſi. circa fictionem inductiuam, & multis ſeq. ff.de vſucap.cum concord.ibi adductis. Quod autem huic opinioni obiicitur c.2.de conſuetud.quo

plerique

plerique omnes nitũtur, certè nihil obſtat, quoniam illic interuenit actus quiſpiam, per quem transfertur poſſeſsio, ſcilicet accipiendo modicum terræ, aut aliud quidpiam ibi deſcriptum.

*Qui dicunt hanc conſuetudinem ualere.*

5 ¶Contrarium tamen, vt ſcilicet conſuetudo, vel ſtatutum poſsit transferre poſſeſsionem ipſo iure, nullo actu, nec verbo quidem interueniente, voluit Imo. in dicto c.2. de conſuet. Bar. loquens in caſu noſtræ conſuetudinis, in l. cùm vnus. §. vlt. verſi. ex quo not. ff. de bon. auth. iudi. poſsid. & præſuponit ipſe Bal. conſi. ccccliiij. quidam Ioannes. lib. j. & omnes quotquot de hoc ſtatuto locuti ſunt, à nobis in hoc opere citati. Et expreſsè & verbis veluti conceptis, voluit idem Bal. loquens etiam in caſu noſtræ conſuetudinis, & cum eo Alouiſius de Lucis, conſi. ccccxxxvj. quidam creditor. col. 2. & ſeq. vbi ipſe Aloui. dicit ita conſuluiſſe Ray. Forli. & Argentinum ipſius filiũ, atque etiam Richard. Salyc. & rurſum idem Bal. in l. licet. col. j. & ibi Ang. etiam col. j. C. de acquir. poſſ. & ipſe Bal. in l. de quibus. col. x. verſi. viſo de cauſis, videamus de aliquibus. ff. de legib. vbi dicit, quòd conſuetudo habet vim precarij, vt transferat poſſeſsionem ipſo iure. & in l. vlt. col. 2. verſi. vnum tamen non eſt omittendum. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ea lege. col. 4. ver. modò venio ad quæſtiones. poſt Cyn. ibi, col. j. ver. & iſtud eſt in argumentum. C. de condict. ob cauſam. & ipſe quoque Bal. in l. traditionibus. ante fi. C. de pactis. & in l. j. col. 2. verſi. ſed alij dicunt. C. ſi plures vna ſenten. & in l. ſancimus. §. cùm autem. in fi. C. ad Senatuſcon. Trebel. vbi dicit, quòd autoritate conſuetudinis transfertur poſſeſsio ipſo iure, & in rub. extrà de conſuetud. col. 3. verſicu. conſuetudo poteſt transferre, & in c. contingit. col. 2. verſi. & prædicta faciunt ad quæſtionem. de dolo & contuma. vbi dicit id ſtatutum de quo loquimur, eſſe æquum, & validum, & in c. cum veniſſet. col. 2. verſi. item adde, poſſeſsio quædam eſt. de reſtit. ſpolia. & in ſua margar. in verbo, conſuetudo. verſi. 5.

*Conſuetudo habet uim precarij.*

*Item alij.*

6 ¶Et præter ipſum, & eos quos cum eo ſuprà citauimus, voluerunt etiam Ange. in d. l. ſi is qui pro emptore. col. 3. verſi. ſed hoc non videtur verum. & ibi etiam Raph. Com. col. 5. verſic. aliud habens ſecundum eum, & Iaſon col. 23. verſi. tertiò inquantum ſubdo, & multis ſeq. ff. de vſucap. Idem Ange. in d. l. qui vniuerſas. §. j. verſi. item quod mari aut flumine. & ibi Imo. ad fi. ibi, & adde ſecund. & Alex. qui eum §. legit cum prin. legis, col. 2. verſi. ex hoc dicto colligit. ff. de acqui. poſſ. Ange. in l. j. ff. de diſtract. pign. vt à nonnullis citatur, in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. ſed non reperi in meo codice. Floria. in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum. col. 3. verſic. adde tamen quòd per ſolam. ff. de ſeruit. Pet. Anch. in c. j. in ij. not. per illum tex. quem dicit ſing. extrà de dolo & contu. Rom. in d. l. j. in prin. col. 6. verſi. idem etiam intelligit. & ibi Alex. col. 16. verſi. de iſta materia. Franciſ. Are. col. 4. verſi. & adde Bal. & Claud. Aquen. col. 5. verſi. addunt etiam moderni. & Franc. Ripa. col. x. verſi. vltra Bar. & ſeq. ff. de acquir. poſſeſ. Pau. Caſt. loquens etiam in terminis noſtræ conſuetudinis, in d. l. hæres in omnibus. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi ſorori. poſt medium. & ibi quoque Alex. Corn. Iac. à S. Georg. & Iaſ. C. de iure delib. & ipſe Pau. in l. ſeruum. C. de rei vindic. & conſi. lxxviij. videtur dicendum dictum actorem. col. j. ver. præterea poſito quod ex forma. lib. 2. & conſi. clij. viſo pũcto & dubio. col. pe. ver. ad ſecundum quæſitum. eo. lib. 2. Alex. in l. j. col. 15. ver. de iſta materia. & iterum in l. 3. in prin. col. 4. ver. alius eſt caſus quando ex diſpoſitione. ff. de acq. poſſ. & in d. l. cùm hæredes. in prin. col. j. & ibi quoque Claud. Aquen. col. item j. ver. item non video. ff. e. tit. & ipſe Alex. cõſi. xxiiij. attentis his quæ in themate narrantur. col. j. lib. 3. vbi loquitur de hoc noſtro ſtatuto, & dicit hãc eſſe cõmunem opin. & conſi. j. ponderatis his, col. 2. verſi. & ideo licet lex. lib. 5. Phil. Fran. in c. vbi periculum. §. præterea. in 3. not. per illum tex. de elect. lib. 6. Barb. latè in d. c. 2. col. 6. nu. 33. & multis ſeq. de conſtit. & in c. in præſentia. char. antepe. nu. 133. de prob. & in c. per tuas. col. j. de donat. & in repe. rub. de cauſa poſſ. & propriet. char. 22. verſi. opportunè ſe offert modò quæſtio. & conſi. lj. ſcripſit ſapientiæ fons. col. 19. verſi. & ſi quiſpiam opponat. lib. j. & cõſi. lviij. ſapienter dixit Pſalmiſta. col. 12. verſ. & adduco quod voluit. lib. 2. Firmia. in tract. de epiſcop. lib. 3. parte 2. col. vlt. verſi. item etiã ex vi cõſuetudinis. Corne. conſi. ccxvj. in cauſa vertente, col. j. lib. 3. Guid. Pap. deciſ. Delph. 22. fuit inter nos. col. 2. & iterum deciſ. cccclij. in materia. col. 2. & ſing. 285. de confeſsione. ver. vlt. & iterum ſing. cccciiij. vtrum vicini. verſi. cõſuetudo. Soci. conſi. lxvij. eadem die. col. vlt. lib. 3 & conſi. lxxxvij. viſis inueſtitura. col. vlt. eo. lib. 3. Fran. Curt. ſenior conſi. lxxj. ſuper controuerſia. col. 3. verſi. ſeptimò probantur. Calcag. cõſi. lxxvj. primò eſt videndum. col. 3. verſi. nec obſtat quod dicitur. Iaſ. in d. l. j. col. 3. verſ. ſecundò not. ex iſta. C. cõmu. de leg. & conſi. cxlvij. præſens conſultatio. col. 6. verſ. cõdeſcendo ad ſecundam principalem quæſtionẽ, lib. 2. vbi dicit huiuſmodi ſtatutum eſſe æquũ & validum. & conſi. lxxxv. quando habemus, col. j. lib. 3. vbi idem dicit. Philip. Dec. conſi. cccclxvij. bene & cõſultè, col. j. & ij. in prin. Guiliel. Bened. in repe. c. Raynucius. in verbo, mortuo itaque teſtatore. le 2. nu. 71. & ſeq. verſ. non obſtat quòd continuatio. de teſt. Ant. Corſe. in tracta. de poteſtate regia, q. 25. Catel. Cot. in memor. incip. decreto Mediolanenſi cautum eſt. Franc. Ripa. loquens de conſuetudine Franciæ, lib. j. Reſponſ. c. j. defuncto nouiſsime Carolo, nu. 80. Anto. Rube. in repe. l. non ſolùm. §. morte eius qui nunciauit. nu. 57. ff. de oper. noui nunc. Matth. Afflict. in c. j. in prin. col. 4. verſic. ſed an ſicut princeps. tit. de controuer. inueſtit, & latè in deciſ. Neapol. 299. rex Ferdinandus. & Arnol. Ferro. in comment. conſuet. Burdegal. tit. de teſta. §. 21. col. vlt. Pau. Pariſ. conſi. j. viſa facti narratione. col. 20. verſ. ſi verò conſideramus. lib. j. & conſi. xlj. optimum ius. col. 2. verſi. ſecundum deducitur. eod. lib. j.

*Lex transfert poſſeſsionẽ pleniſsimam.*

7 ¶Et hæc poſterior ſententia veriſsima eſt, & à multis probatur, Nam primùm vt omittam d. c. 2. de conſuetud. cui ſuprà reſponſum eſt, lex id ipſum facere poteſt, vt poſſeſsio etiam pleniſsima, ipſo iure ſine actu naturali, aut artificiali, vel ficto transferatur, & tranſeat in alium, vt videmus in caſu l.





raptores. in verbo, pleniſsima poſſeſsio. C. de epiſc. & cler. vbi Bart. ita intelligit, & negat alibi reperiri, præterquam in eo caſu: vti etiam facit Ange. in d. l. j. circa medium. ff. de diſtract. pign. & Barb. in dicto c. 2. col. 7. nu. 40. de conſuet. & in d. c. in præſentia. de probat. licet Raph. Fulgo. in d. l. raptores. in 7. num. eam aliter intelligat.

*De eadem re.*

8 ¶Sed & de ea re eſt alius caſus, & is quidem non obſcurus, in l. ſi adoptauero. ff. de precar. vbi qui precariò poſsidet, ſi ſe arrogandum præbuerit, bonorum poſſeſsio ipſius tranſit ipſo iure, & ſine appræhenſione in arrogantem. Et ita illum tex. expendit Bal. in l. ſi paterfamilias. in prin. ff. de adopt. in 3. lect. & Ange. in d. l. qui vniuerſas. §. item quòd à mari. ff. de acquir. poſſ.

*Poſſeſsio ingredientis monaſterium in ipſum tranſit.*

9 ¶Et illius quidem tex. arg. tradunt noſtrates poſſeſsionem bonorum ingredientis in monaſterium, ipſo iure tranſire in monaſterium. Id enim voluerunt gl. in c. ſi qua mulier. in gloſ. j. ver. ſed nunquid monaſterium. & ibi quoque Archidiac. xix. q. iij. Innoc. in c. in præſentia. in verbo, minor annis. verſ. in hoc autem. & ibi quoque Bal. col. 2. verſi. dicit Innoc. quòd bona, Anto. col. ix. ver. ſed dicit quòd eſt differentia. & Panor. col. antepe. ver. ſed quęro quia ſuprà. & Barba. col. lxxviij. verſi. quęrit etiam Inno. qui eſt in nu. 125. extrà de probat. Spec. titu. de ſtatu monach. §. j. in lxj. quæſtio. Iaco. Are. alter Iaco. Rauen. Dyn. Bar. Alber. Ange. & Franc. Are. in d. l. qui vniuerſas. ff. de acquir. poſſ. Cyn. in auth. ſi qua mulier. in fi. & ibi Barto. col. pen. verſic. ex hoc ſequitur. C. de ſacroſanct. eccl. idem Barto. in l. cùm hæredes. §. vlti. & ibi etiam Ro. ff. de acquir. poſſeſ. & ipſe Barto. in dicta l. ſi adoptauero. ff. de precar. Bald. in auth. ingreſsi. col. 2. in iij. oppo. & ibi etiam Salic. in iij. & iiij. oppoſ. C. de ſacroſanct. eccl. & ipſe Bal. in auth. niſi rogati. in fi. C. ad SC. Trebel. Salic. in l. vlti. col. vlt. verſi. quæro an poſſeſſio. C. eo. tit. Pet. Anch. in c. 2. col. 1. verſi. ſed hîc incidenter. de teſt. Panor. conſi. liij. quidam Andręas. col. j. lib. j. Alex. in l. 3. in prin. col. 4. verſi. vltra caſus enumeratos. ff. de acquir. poſſeſ. & conſi. lxxxviij. incip. eximie domine. col. 2. verſi. non inſiſto an priuilegia. lib. 2. & Matth. Afflict. deciſ. Neapo. ccxc. rex Ferdinandus. col. 4. verſi. in contrariam partem.

*Alluuione tranſit poſſeſsio ipſo iure.*

10 ¶Et eſt alius caſus in l. j. ff. pro ſocio. & alius item in c. vbi periculum. §. præterea. de electio. libro 6. quem ad hoc not. Philip. Franc. ibi in iij. not. qui & ex eo notat ſtatutum, id poſſe facere, & alijs quoque annotatus ab ipſo Barto. in tractatu Tiberiadis. col. v. in verbo, acquiritur nobis. in princ. videlicet, cùm res accreſcit alluuione, quem ſequitur Bal. in rub. ff. de rerum diuiſio. col. vj. verſicu. ſed an iſtas acceſsiones. & Franc. Are. in l. 3. col. v. verſic. reperitur tamen caſus. ff. de acquir. poſſ. Vt hinc poſsis intelligere deceptum fuiſſe Alber. cùm ſcripſit in l. quarundam. ff. de acquir. poſſeſ. nullum caſum reperiri in quo poſſeſsio quæratur ſine actu corporeo, aut aliquo quod pro actu corporeo reputetur.

*Qui tenent legem transferre poſſe poſſeſsionem ipſo ipſo iure.*

11 ¶Sed quicquid ſit de iſtis caſibus, certum eſt poſſe legem id in vniuerſum facere, vt poſſeſsio ipſo iure, & ſine actu vllo tranſeat, & conſequenter dominium, ſi credimus ipſi Bal. in l. traditionibus. col. vlti. C. de pactis. & in rub. extrà de cauſa poſſeſ. & propriet. col. 3. verſic. quæro, ſtatuto communis, & ſeq. & Ang. in l. licet. col. j. C. de acquir. poſſ. & Caro. Rui. qui & alios citat conſi. 50. ſuper eo de quo quæritur. col. 2. verſic. nec etiam potuit executor. lib. 4. Ex quo & illud confeſtim ſequitur, & idem poſſe facere ſtatutum, & conſuetudinem, quæ ſunt portio iuris ciuilis. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. & l. de quibus. ff. de legib. Nam & quod poteſt ius ſcriptum, poteſt & non ſcriptum. l. ſed ea quæſtione. ff. eo. tit.

*Confirmatio huius opinionis.*

12 ¶Denique in hanc ſententiam trahitur c. j. de dolo & contu. ex quo colligit Pet. Ancha. ibi, in ij. not. quòd iuris diſpoſitione is qui eſt in poſſeſsione, eam perdit per lapſum temporis: & ei acquiritur cui debet fieri traditio corporalis. Et iſte caſus, inquit, eſt ſatis ſingularis contra communes regulas, quæ volunt quòd poſſeſsio ſine actu corporeo non quæratur. Atque etiam c. contingit. eo. tit. vbi Bal. dicit per eum tex. in verbo, verus poſſeſſor. mirabile eſſe, quòd vera poſſeſsio quæritur ſine corpore, quod ideo eſt, vt dicit, quia canon fingit actum corporeũ continuatum: aliàs eſſet impoſsibile, quòd ſubſtantia poſſeſsionis transferatur, per l. denique. ff. ex quib. cau. maio. trahitque id ad noſtrum hoc ſtatutum. Sed & Card. Flor. ibi in 2. not. ad id expendit eum tex. quem & ipſe mirabilem dicit.

*Reſponſio ad contraria.*

13 ¶Nec huic ſententiæ obſtat dicta l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſeſ. quam nos ſuprà citauimus, pro opinione eorum qui tenent hoc ſtatutum non valere: fateor enim quempiam priuatum non poſſe facere, vt poſſeſsio transferatur ipſo iure ſolo animo, & ſine actu vero, aut ficto à iure introducto, ſecundum eam legem, ſed ea lex non dicit id non poſſe fieri per legem, vel ſtatutum, cùm contrarium in multis caſibus reperiatur, vt diximus ſuprà, in vj. præcedentibus nu. & ita eum nodum diſſoluit Franc. Aret. in d. §. quod per colonum.

*Concordia vtriuſque opinionis.*

14 ¶Non prætermittendum tamen, quod idem Franc. Aret. vtramque illam opinionem concordare volens, in d. l. j. in prin. col. ix. verſi. ſed remanet dubium. ff. de acquir. poſſ. ita diſtinguit, An ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd poſſeſsio intelligatur tranſlata in hæredem ipſo iure. & certe huiuſmodi ſtatutum poſſet tolerari, & valet: quia per hæc verba non excluditur, quin videatur transferri poſſeſsio per actum fictum, id eſt per fictam appræhenſionem, ſiue traditionem, quam ſtatutum ita, vt diximus, diſponendo, videtur inducere. Si autem ſtatutum expreſsè diſponeret quòd transferatur, vel acquiratur poſſeſsio, nullo actu vero, aut ficto interueniente, tunc non valet illud ſtatutũ: quia acquiſitio poſſeſsionis eſt de iure gentium, ex quo inductũ eſt, vt ipſa acquiſitio fiat per actum naturalem, per d. l. 1. & l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ. & l. ea quæ ciuiliter. ff. de acq. rer. dom. vbi eſt optimus tex. Sed contra ius gentium non poteſt princeps ſine cauſa diſponere, vt plenè per Bart. in l. j. in princ. ff. de

*Princeps contra ius gentiū, ſine cauſa non poteſt diſponere.*

conſtit.princ.& in l.omnes populi.in 3.q.ff.de iuſt.& iure.Ergo id minus poteſt ſtatutū facere, atque etiam minus conſuetudo,quæ dicitur irrationabilis,& non valet,ſi diſponit aliquid contra ſubſtantiam actus,per c.2.de conſuetud.lib.6.Nec video,inquit Are.quòd poſsit ſubeſſe cauſa hoc diſponendo,cùm lex fingendo appræhenſionem eſſe factam,hoc idem poſsit inducere. Tandémque reſpondet ad dictam l.raptores.C.de epiſc.& cler.& alia iura,quæ in contrarium adducuntur, vt ibi per eum.Et idem videtur voluiſſe dum ſe illuc remittit,in d.l.qui vniuerſas.§.j.in fi.& iterum in §.quod per colonum.in 2 not.ff.de acquir.poſſ.& eum ſequitur Chaſſan.in comment.conſuet. Burg. tit. *Des ſucceſsions.* §.j.gl.j. col.ij.

*Contra eā concordiam.*

15 ¶Sed (quod pace tanti viri dixerim) videtur per hanc diſtinctionem, non tam rebus legem imponere,quàm verbis:ideóque & eam nuncupatim reprobat Claud.Aquen.in d.l.j.col.v.verſ.& notanda ſunt.ff.de acquir.poſſ.nam licet,inquit,poſſeſsio ſit iuris gentium, tamen non eſt inconueniens, quòd modus acquirendæ,& retinendæ poſſeſsionis ſit de iure ciuili.quod hinc paret, quòd etiam de iure gentium eſt,vt dominia non quærantur ſine poſſeſsione,vt not.in ea l.j.& tamen multi ſunt caſus de iure ciuili,in quibus quæritur dominium ſine poſſeſsione, vel traditione, vt in l.vlti.C.de ſacroſanct.eccl.& aliis congeſtis à glo.& doctoribus,in l.traditionibus.C.de pact.vt ſi lex non poſſet hoc modo fingere,nec etiam id poſſet verè diſponere,arg.c.cùm quid vna via.de reg.iur.lib.6. Ideo teneas intrepidè hoc ſtatutum valere.

### SEPTIMA DECLARATIO.

*Poſſeſsio huiuſmodi conſuetudinis dicitur artificialis. Et datiua.*

1 ¶Vocatur autem à noſtris huiuſmodi poſſeſsio ipſo iure,vi legis,aut ſtatuti,aut conſuetudinis quęſita hæredi,aut etiam alteri ſine appræhenſione,aut alio actu ficto multis modis.Primò quidem artificialis,non naturalis,vt dicit Bal.in d.rub.de cau.poſſeſ.& propriet.col.3.ver.quæro ſtatuto communi,quia,vt ſubiungit,non conſiſtit in ſenſu corporeo,nec in organis corporeis:ſed ea ( vt illi addere potes ) inducitur mero legis,ſtatuti,vel conſuetudinis artificio.Ideóque (vt ille quoque ibi dicit) eſt datiua poſſeſsio creata à lege abſque præſentia corporali. Nam & hanc datiuam alibi quoque appellat idem Bal.ſcilicet in c.cùm veniſſet.col.2.verſ.item adde, poſſeſsio quædam. extrà de reſtit.ſpol.dum dicit,quòd eſt quædam poſſeſsio datiua,vt quando ſtatutum id diſponit,vt fiat quis poſſeſſor habitu,ſine aliquo actu corporeo,vel quaſi:alia natiua,quę ab actu corporeo proficiſcitur: alia media inter hæc,vt precaria.Et ipſum Bal.in illis duabus appellationibus artificialis, & datiuæ, expreſsè ſequuntur multi ex his,quos tibi in ſequentibus verſic. adducemus.

*Et ciuilis.*

2 ¶Sed & hæc poſſeſsio ciuilis dicitur,ſecundum Bar.in l.j.ff.de acquir.poſſ.& Ange.in l.licet.C. eo. tit.& Pet.Anch.in c.2.col.1.verſi.& aduerte quia iſta poſſeſsio.de conſuetu.& ibi etiam Barb. col.8. verſi.capio nunc aliud.vbi de hoc dicit eſſe gl.ſing.in d.c.raptores.in verbo,plenam poſſeſsionē. C. de epiſ.& cler.& omnes vbique:nemo enim vnus huic appellationi repugnat.

*Et ciuiliſsima.*

3 ¶Imo & ciuiliſsima vocatur.Bal.in l.vlt.col.2.verſi.vnum tamen non omittendum.C.de ſacroſanc. eccl.& in rub.tit.de content.inter me & dom.de portio.feud.in princ.dum ſcribit, quòd eſt quædam poſſeſsio ciuiliſsima,vt dicit ſe dixiſſe in d.l.vlt.de ſacroſan.eccl.Ange. qui & ipſum Bald.ad hoc nuncupatim citat,& ſequitur in l.j.poſt medium.ff.de diſtract.pign.Rom.in d.l.j.in prin. col.6. verſic.& quod ſit dare.& ibi etiam Alex.col.xv.verſic.de iſta materia.& iterum paulò pòſt, verſic. cum deciſione.& Franc.Aret.col.ix.verſi.ſed quæritur contra ipſum. & Iaſ.in j. lect. col.antepen. & iterum in ij.lectu.col.xvj.verſi.adde etiam quòd eſt dare.Claud.Aquen.col.v.verſ.& notanda ſunt. & Franc.Ripa col.x.verſi.vltra Bart.ff.de acquir.poſſeſ.qui dicunt,præſertim Rom. Franc. Aret.& recentiores,quòd hoc nomen,non reperitur in iure expreſſum,ſed eſt nomen magiſtrale,nec conſtituit nouam ſpeciem poſſeſsionis ciuilis, nec facit differentiam eſſentialem inter hanc poſſeſsionem,& aliam ciuilem,ſed ſignificat ſolùm differentiam in modo acquirendi:quia iſta poſſeſsio acquiritur ſine actu appræhenſionis vero,aut ficto.& idem Alex.conſi.xxiiij. attentis his quæ in themate.col.j.verſi.& appellant.lib.3.Calca.conſi.lxvij.viſis omnibus.col.7.verſic.ſed omiſsis aliis.Nicho.Pediochus,in ſubſcriptione illius conſi.Marti.Laud.in c.j.col.j.tit.quid ſit inueſtitu.feud. lib.2. Barba.in c.2.col.6.nu.36.& iterum col.8.nu.44.de conſuetud.& in c.per tuas.col.vlt.de donat. Firmia.in tracta.de epiſcopo, parte j.lib.3.quæſt.56.eadémque penul.in fi. Philip.Franc. in dicto c. vbi periculum.§.vlti.in 3.not.de electio.lib.6.Guid.Pap.deciſio.Delphina.xxj.incip.fuit inter nos.col.2. verſi.& vocatur ciuiliſsima.& ſing.ccccciiij.vtrùm vicini,verſi.conſuetudo.Iaco.à S.Georg.in l.ſi ſorori.ver.addo etiam vobis.C.de iure delib,Iaſ.conſi.xxj.quatuor principales.col.vlt.verſi.motiuando.lib.3.Matth.Afflict.deciſio.Neapolit.ccxxxix.alia conſuetudo col.2.verſi. item iſta conſuetudo eſt realis.Franc.Ripa.in d.rub.de cau.poſſeſ.& propriet.col.6.verſic.ciuiliſsima poſſeſsio.& Viglius in §.j.Inſtit.de hæred.inſtit.& Franc.Curt.iunior in l.vlt.col.pe.verſic.quintò quæritur.C.de edicto diui Adria.tollen.Pau.Pariſi.conſi.j.viſa facti narratione.col.24. nu. 57.lib.j. & conſi.xlj. optimum ius.col.2.verſi.ſecundum deducitur.eo.lib.j.

*Quod fit ex conſuetudine, fit ex iure ciuili.*

4 ¶Verùm quantum ad hanc ciuiliſsimæ poſſeſsionis appellationem,idem Guid.Pap.ſecum pugnās, in ſtatuto Delphinali incip.ſi quis per literas.in verbo poſſeſsio.col.antepe.eam Bal.appellationem improbat,quia (vt ipſe dicit) non ciuiliſsima dici debet,ſed ciuilis.Illud enim quod fit per cōſuetudinem,dicitur fieri de iure ciuili,vt dicit ipſe Bal.in c.imperialis.col.6.verſi.porrò etiam locales. tit. de pace Cōſtan.& ante eum Inn.in c.cùm veniſſent.in prin.de eo qui mit.in poſſ.& probatur aperte in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.vbi ius ciuile conſtat,aut ex ſcripto,aut ex non ſcripto.

¶Imò



*De iure dicitur fieri, quod fit per conſuetudinem. Imò & de iure communi.*

5 ¶Imò vt id illi addas,id de iure ſimpliciter dicitur fieri,quod per cōſuetudinem fit, gl.in procemio Clement.in verbo,iuris.& ibi Panor.& gl.quoque,& idem Panor.in c.1.per tex.ibi,in fi.extrà,vt lit. penden.gl.in c.cùm in tua.in verbo,de iure.de conſue.lib.6.Inn.in d.c.cum veniſſet.de eo qui mit. in poſſ.& in c.certificari.de ſepult.Bart.in l.de quibus.col.4.verſi.quæro tamen nunquid conſuetudo.per tex.ibi,ff.de legib.Et quod plus eſt,dicitur fieri de iure communi.Bal.in l.1.§.quod obſeruari.C.de iuram.calum.& in auth.ſed cùm teſtator.verſic.pone quòd hæres fecit inuentarium. C.ad leg.Falcid.& in l.conſtitutionis.ad fi.C.de bon.quæ lib.cum multis aliis concor.

*Cōcluſio Guid. Pap.*

6 ¶Ergo concludit Guid.Pap.vt ad illum redeamus,illam fictam poſſeſsionem, quæ transfertur per hanc conſuetudinem,debere dici tranſlatam de iure ciuili, ita vt ciuilis dici debeat, non ciuiliſsima, quicquid dixerit Bal.vbi ſuprà.Et idem propemodum voluit Barba.in d.c.in præſentia.col.78.nu. 125.ea quoque ratione motus,quòd huiuſmodi poſſeſsio eſt ciuilis, vt voluit gloſ. quam dicit ſingul.& à nemine tamen vnquam allegatam in d.l.raprores.C.de epiſco.& cleri.quam & ex eo ſuprà citauimus.

*Poſitiuū comprehenditur in comparatiuo, & ſuperlatiuo.*

7 ¶Ego verò dico Bal.iniuria reprehenſum.qui cùm vocat eam poſſeſsionem ciuiliſsimā, propterea non negat eſſe,& dici ciuilem,imò magis eſſe huiuſmodi declarat. Nam quod ciuilius comparatiuè,& ciuiliſsimum ſuperlatiuè eſt,idem quoque ciuile neceſſe eſt, vt eum qui melior eſt, & optimus;bonum:peior & peſsimus,malum,& cætera id genus.Nam comparatiuum,& ſuperlatiuum in ſe haud dubiè comprehendit poſitiuum, vt Grammatici omnes vbique dicunt, & probatur apud nos in l.vbi autem.in prin.ff.de verb.oblig.per quam dicit Bal.in l.quæ fortuitis.col.3.verſic. & primo quæritur.C.de pign.actio.quod omne comparatiuum importat exceſſum,reſpectu poſitiui, vti etiam probat tex.in l.cùm filius.§.pater.& ibi Barto.ff.de lega.& l.vlti.ff.de capit.dimin.& §.1.Inſtit. eo.& voluit idem Bart.in l.legata data inutiliter.in prin.ff.de leg.1.Philip.Dec.conſi.ccccccxcv.viſa donatione.col.v.nu.3.& Matt.Afflict.qui concor.adducit in proœmio conſtit.Siciliç in xj.q.ex quibus intelligis id quod diximus,poſitiuum ineſſe in comparatiuo, & ſuperlatiuo, vt non abſimiliter res quæ pluris eſt,ea vtique eſt.l.cùm furti.ff.de in litem iuran.& conſequenter in maiori ſumma minor ineſt.l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig. cum ſimil.

*Miſera ſunt, quæ miſerrima.*

8 ¶A quibus nihil omnino abeſt quod ſcribit Cice.lib.epiſt.famil.ix.ad Varronem, Ea ſunt miſera, quæ miſerrima.Nam vt ſcribit Hippocrates libro περὶ ἀρχαίης ἰατρικῆς,id eſt, de antiqua medicina,dulci dulciſsimum,amaro amariſsimum, acido acidiſsimum valentius. ἰσχυρότερον δέ ἐστι τοῦ μὲν γλυκέος τὸ γλυκύτατον, τοῦ δὲ πικροῦ τὸ πικρότατον, τοῦ δὲ ὀξέος τὸ ὀξύτατον. Et hinc Vlpianus alibi nobilis dicitur,alibi nobiliſsimus,in l.2.§.vlt.& l.diximus.ff.de excuſ.tuto.ex quo not.Nicol.in d.§. vlt.quòd ſuperlatiuum,& poſitiuum in eodem ſubiecto concurrunt.

9 ¶Et aliàs videmus,quòd pleno plenius reperitur,& quòd ſuper hæc,pleniſsimum apud Accur.in l. ait prætor.§.permittitur.in verbo, nihil ei imputandū.ff.de mino.& Alex. conſi.50.in cauſa & lite. col.vlt.lib.7.Atque etiā ęquo ęquius,vt ſcribit Bal.in rub.extrà de cōſtit.in princ.& conſi.ccclxxij. contrarium fuit conſultum.col.2.lib.v.per not.in l.1.in prin.ff.de iuſtit.& iure.Et ſimiliter inquit fauorabili fauorabilius,& tamen vtrunque ęquū eſt,& fauorabile,vt omnes intelligunt.Et illud quoque,vt ęquo æquius ſit,tradit Alber.in d.l.1.in princ.col.2.verſic.ſed certè.de iuſti.& iur.vbi ad hoc citat l.ſi ſeruus cōmunis.§.quod verò ad mandati actionē.ff.de furt.Et ſubdit bono eſſe melius, per l.obſeruare.§.proficiſci autem proconſulem.& l.nec quidquam.ff.de offi.Procon.& eſt tex. apertiſſimus in d.l.vbi autem.in prin.ff.de verb.oblig. Et iuſto iuſtius,per l.exigendi.C.de procur.

10 ¶Quibus adde,certo eſſe certius in l.teſtamento.Bar.in prin.ff.de teſta.tute.& l.ait prętor.§.ſi cum mulier.ff.quæ in fraud.credit.& l.ſtipulatio iſta habere licere.§.ſicut.ff.de verb.oblig. & apud Apuleium lib.9.Aſini aurei. Et vero verius,apud Bal.in dicta rub. de conſtitut.in princ. Martialis libro 6. epiſtola xxx.

*Vis dicam tibi veriora veris?*

Et iterum libro 8.epigr.lxxv. in Gallicum quendam,

*Dic verum mihi, Marce, dic, amabo,*
*Nihil eſt quod magis audiam libenter:*
*Sic & cum recitas tuos libellos,*
*Et cauſam quoties agis clientis,*
*Oras Gallicè, me rogáſque ſemper.*
*Durum eſt, me tibi, quod petis, negare.*
*Vero verius ergo quid ſit audi.*
*Verum Gallicè non libenter audis.*

Tullius autem lib.de Partitione oratoria.Non enim ait,ſimpliciter,quęritur quid honeſtū ſit, quid vtile,quid ęquum,ſed etiam ex comparatione quid honeſtius,quid vtilius,quid ęquius:atque etiam quid honeſtiſsimum,quid vtiliſsimum.

*Quare hæc noſtra ſuper cæteras ſit ciuiliſsima.*

11 ¶Igitur Bal.vt ad principale noſtrum propoſitum redeamus,hanc poſſeſsionem ciuiliſsimā in gradu ſupremo vocat,ea quam diximus ratione,quòd aliàs ciuilem poſſeſsionem alij vocant, & rectè quidem,quæ iuris ciuilis miniſterio,ſiue artificio transfertur,ſine alia ciuili appręhenſione,interueniente tamen aliquo actu ficto, aut alio, quod ipſum ius ciuile reali appręhenſioni quadam fictione comparat, videlicet conſtituto, de quo nos tractatum peculiarem fecimus, precario, retentione

vſufructus,clauium traditione,& cæteris,de quibus per noſtrates,in l.3.in princ.ff.de acquir.poſſ. & in c.2.de conſuet. Propterea hæc non immeritò ciuiliſſima vocanda eſt,quæ nullo etiam interueniente actu,vel alio æquipollente,ſed ſola legis,vel ſtatuti,aut conſuetudinis diſpoſitione transfertur,vt in qua plus ius ipſum ciuile operetur,quàm in cæteris.Et tantum iuris habet, vt de ea dici non debeat,quod plurimū iuris habet,ſed quòd omnino ius eſt,vt dicit ipſe Bal.de eadem loquens in l.1.col.2.verſic.ſed alij dicunt.C.ſi plur.vna ſentent.condem.fuer.

*De eadem re.*

12 ¶Atque ita in præcipuo,principalíque gradu ciuilitatis reſidet,vt in ſimili dicitur in d.l. vbi autem. de verb.oblig.vbi ita ad verbum propemodum ſcribitur:Boni appellatio non eſt certæ rei ſignificatiua,cùm id quod bono melius eſt,& ipſum quoque bonum eſt. At cum optimum quis ſtipulatur,id ſtipulari intelligitur,cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet,quæ res efficit, vt ea appellatio certæ rei ſignificatiua ſit.Hæc ibi.Ideóque idem Bal. alibi hanc poſſeſsionem pluſquam ciuilem appellat,ſcilicet conſi.cccxxv.dubitatur primò,col.2.ver.& per hunc modum.libro 1. vti & aliam idem Bal.in c.cùm venerabilis.paulò ante fi. de conſuetud.

*Poſſeßio naturalis.*

13 ¶Nam & aliàs in ſimili, ipſe Bal.conſi.cccxxxviij.præmittendum eſt ad euidentiam,in princ. lib.v. ſcribit,quòd eſt quædam poſſeſsio naturalis ſimpliciter,quædam naturaliſsima:naturalis,quæ fit cooperante legis diſpoſitione,vt illa quam habet vſufructuarius,etiam extra fundum,& fundi conſpectum,vt not.in l.1.in princ.ff.de acquir.poſſeſ.Naturaliſsima autem, quæ mero corpori & naturæ innititur ſine adiumento iuris. Nam & alibi quoque hæc poſſeſsio quæ mero iure, & ſine aliquo actu corporeo transfertur,vocatur pleniſsima in l.raptores.& ibi Bart.not.C.de epiſco.& cler.ſed id alio ſpectat,vt alibi dicemus.

*Stoicorum ſententia nimium rigida.*

14 ¶Et hæc omnino veriſsima ſunt,niſi fortè quis ex Stoicorum ſchola, vellet pertinaciſsimè more eorum contendere, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem,nec ſapiente ſapientiorem poſſe fieri,vt ſcribitur apud Ciceronem in Parado.& Senecam epiſtola ad Lucilium lxvij. quę eſt 1.lib.9. quod nec cæteri philoſophi, nec nos admittimus. Satis autem conſtat ipſos Stoicos longè à cæterorum opinionibus, adeóque à communi hominum ſenſu abhorruiſſe.Nam & hi omnia peccata (quod non longè ab illa ſententia diſtat) æqualia dicebant, vt videre licet apud eundem Tullium in eodem opere,& in oratione pro Lucio Murena, & Diogenem Laërtium in vita Zenonis Cittici.

OCTAVA DECLARATIO.

*Hæredes poſſunt propria authoritate poſſeßionē rerum hæreditariarum accipere.*

1 ¶Et per hęc finem fecerim huic noſtræ præfationi,modò id vnum dixerim, quòd licet poſſeſsio defunctorum non cōtinuetur ipſo iure in hęredes etiam ſuos,vt latè ſuprà diximus, tamen poſſunt propria authoritate eam accipere, modò non ſit ab alio priùs occupata.ad quod omnes vbique allegant l.cùm hęredes.in prin.ff.de acq.poſſ.& voluit Inn.in c.cùm in officiis.col.2.verſi.ſed reſponde nobis.& ibi Pet.Anch.col.3.verſi.ſecundò principaliter quæro.Anto.col.2.verſic.vltimò quæro quid ſi mortuo.& Imo.col.v.verſi.circa ſecundum articulum.de teſt.Cyn.in l.vlt.col.pe.verſ.tertio loco principaliter.& ibi Bart.col.antepen.verſi.item extra gl.quęro Ioan.Fab.col.2.verſi.ſed ſi vult. Bal.col.1.ver.ſecundò præmitte.Iaſ.col.6.verſi.an autem requiratur.Philip.Dec. col.2.verſic. poteſt tamen hæres.C.de edicto diui Adria.tollen.Idem Bar.in l.2.col.1.verſi.ſed contra hoc oppono.C. quando & quib.quarta pars ex bon.decur.lib.x.& in l.ex facto.la 2.col.2.verſic.quid ergo dicemus. & ibi quoque Bal.col.etiam 2.verſi.iſta opinio non placet.ff.de hęred.inſtit.ipſe Bald.in l.ſi quis in ſuo.col.1.verſi.iuxta hoc quęro pone.C.de inoffic.teſta.& conſi.cccclij.incip. quia domina Catharina.in prin lib.4.Ang.in l.2.in prin.C.quorum bon.Imo.in c.Raynutius.col.xvj.verſi.item eſt aliud commodum.de teſt.Petr.Ferra.in tit.forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento. in verbo, iniuſtè occupauit.in prin.Ang.Are.in §.quadrupli.col.13.ver.quæro an aliquis ſit citandus. Inſtit. de actio.Pau.Pariſ.qui alios multos in id citat,conſi.liiij.in iſto iudicio.in princ.lib.3.Maria.Soci. conſil. lxxij.quæritur in præſenti. col.2.verſic.ſecundò præſuppono. libro 2.De eo tamen quòd diximus, modò non ſit ab alio occupata, intellige ſecundum ea quæ dicemus infrà,in v. parte declar.iij. vbi id latè tractabimus.

## SECVNDA PARS EORVM QVAE CONcernunt perſonas hęredum, quæ conſtat xviij.declarationibus.

### *Prima declaratio ſecundæ partis.*

*Hæc conſuetudo obtinet in iuſto, & capace hærede.*

1 HIS igitur præfatis,iam deſcendendum eſt ad huius noſtræ conſuetudinis generalis declarationes, concernentes perſonas hęredum. Et primò vt procedat in iuſto, capaci,& habili hærede,ſecundum Bal.in rub.de cauſa poſſeſ.& propriet. in fi.& ibi quoque Barb.in repet.ipſius rub.char.22.ver.opportunè ſe offert nūc quæſtio.Alex.conſi.lxxxij.perſpectis his quæ in themate. col.2.verſic. præterea dictum ſtatutum, lib.2. quod conſi.repetitur conſi. xl.lib.3.& conſi.lj.libro 6.& Barba.conſi.lxxxv.incip.ſapienter dixit Pſalmiſta.col.antepen.verſic.item iſta continuatio. libro 2. Ioan.Bapt.Caſtel.in ſua diſputatio.incipien. magnificus. col.4.verſic.item iſta continuatio. Bened. in



in repetit.c.Raynutius,in verbo mortuo itaque teſtatore,le ij.nu.73.de teſta.à S. Georgio in l. ſi ſorori,poſt medium.C.de hęred.inſtitu.

*Legum beneficia capacibus ſcripta ſunt. Generalis diſpoſitio, de capaci intelligitur.*

2 ¶Et huius rei apertiſsima eſt ratio,quia legum & Statutorum beneficia,capacibus ſcripta ſunt, non etiam odioſis, & incapacibus l. Lucius Titius Damam. ff. de leg.ij. Et omnis diſpoſitio quantumcunque generalis recipit limitationem, vt noſtri loquuntur, de habili & idoneo.l.vt gradatim.ff.de muneri.& hono.gl.in l.emancipati,& ibi Bar.ff. de adopt. & in l.j.C.de ſacroſ. eccleſ.& in l.j.C.vbi de ratio.agi oport.& in l.j.C.de fid.inſtru.cum aliis multis concor.adductis à Iaſ.& aliis recentioribus,in d.l.j.C.de ſacroſ.eccleſ.Alex.Soci.& ipſe Iaſ.in l.ij.§.prætor ait.ff.qui ſatiſd.cogan. Alex.cōſil. cxl.ſtatutum loquens,col.2.verſi.ergo ſequitur,lib.1.Barb.conſil.j.præclarè, col.5.verſi.& licet ſtatutum,lib.2.& aliis à me relatis in tract.Retract.tit.j.§.j. glo.vij. in verbo, *ou autres choſes,* num.26. incip.ſed hæc dicta.

*Conſuetudines in eam rem totius Franciæ.*

3 ¶Hincque bona pars noſtrarum conſuetudinum Franciæ,de hac re loquens,his propemodum verbis vtitur, *Le mort ſaiſit le vif, ſon plus proche parent, & heritier habile à luy ſucceder.* & inter alias Meldunenſis,ca.xl.Senonenſis,ca.cv.Trecenſis,ca.xc.Caluimontēſis,ca.lxxvij. Victriacēſis,ca.lxxj. Ambianenſis,ca.xxxv.Carnutenſis,ca.xciiij.Aurelianenſis,ca.ccxxx.Turonenſis,tit. *De ſucceſsions,* ca.ij.Cænomanenſis,ca.ccxxxvij.le ij.& ca.ccxcix. Andegauenſis,ca.cclxxij. Aruernienſis,tit. *Des ſucceßions,*ca.j.Borbonienſis,ca.ccxcix.Bleſenſis,c.cxxxvj.Engolſmenſis,ca.lxxxiiij.Rochellenſis, ca.lvj.Burgundienſis,tit.*Des ſucceßions,*cap.j.Marchienſis,cap.ccxj. Montargienſis, tit. *De donations teſtamentaires,*cap.vj.Niuernenſis,tit.*De ſucceßions.*cap.j. Auxerrenſis, eodem tit.cap.j. Heulitenſis, ca.cxlij.Claromontenſis,ca.cxlj.Valeſienſis,ca.lxxvij.Bituricenſis,tit.*De ſucceßions,*ca.xxviij. Laodunenſis tit.*De ſucceſsions de fief,*cap.ij.& Sanctonenſis,cap.cv.

*Capacitas quo tempore inſpicitur.*

4 ¶Hæc autē capacitas,ne id omittā,inſpicitur tempore mortis defuncti, de cuius ſucceſsione agitur. l.ſi alienū ſeruum.§.in extraneis,& ibi gl.& docto.ff.de hære.inſtit.& §.in extraneis,inſti.eo.tit.& l.j. verſi.vt autē hæc.ff.vnde vir & vxor,& §.fin.inſt.de hære.quali.& diff.cum ſimi.Et bene facit quod ſcripſit Bart.conſi.xxxj.quidā deceſsit inteſtatus,& Bal.in l.ſi plures,col.6.verſi. iuxta prædicta formatur.C.de condict.inſer.& in l.ſi mater.C.de ſuis & legi.& Rom.conſi. ccccxlij. vt deciſionē, in j. dubio.Et ita nuncupatim voluit in hoc noſtro caſu,Baptiſta Caſ.vbi ſuprà citauimus nu. huius declarat.j.& in alio pulchro caſu,cū ex facto interrogaretur,reſpondit Fran.Cur.iunior conſ.vij. quod incip.videretur prima conſideratione,col.2.verſi.quartò in fauorem, lib.1. quod tu no.ad id quod dicemus infrà,in ſexta declaratione huius ſecundæ partis,nu.8.incip.& certè vt tandem.

SECVNDA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo in uero, & proprio hærede,nō in ficto.*

1 ¶Secundo declara in vero,& proprio hærede,non etiam ficto ſecundum Bal. conſil.cxlj.præmiſsis verbis,col.3.verſi.tertiò eſt præmittendum:lib.1.vbi dicit quòd iſtud ſtatutum loquens de hærede, intelligitur de vero hærede exiſtente,& non abuſiuo,& prima tantùm facie,per l.ij.ff. quemadmodum teſta.aperian.& l.Paulus.ff.de verb.ſigni.Et ſi dicatur,inquit,quòd dictum ſtatutū venit ad interpretationem iuris communis,ideóque in iiſdem caſibus habet locum, in quibus & ius commune,per text.in §.vlt.in authent.de filiis ante dota.inſtrum.nat.Reſpōdetur,quòd imò eſt contra ius commune,& eſt fictio contraria veritati,quæ de nulla poſſeſsione aliquam facit fictè: ideóque non poteſt regulari ſecundum ipſum ius commune.

*Statuta aduerſantia iuri cōmuni,ab eo nō recipiunt interpretationem.*

2 ¶Hæc ille,cui adde quantum ad hanc rationem,quòd aliàs ſtatuta iuris cōmunis derogatoria, non recipiunt interpretationem ab ipſo iure communi,vt voluit idem Bal.in l.maximum vitium,col.4. verſic.vlteriùs quæritur de tali.C.de lib.præteri.per l.j.§ hunc igitur.C.de Iuſtin.Cod. confir. & l.j. §.repetita.C.de emendan.Iuſtin.Co.& alia quædam iura.& idem Bal.in cap.cùm non liceat, col.2. verſi.pone quòd ſtatutum,de præſcriptio.argu.l.qui cum vno.§.qui poſt deſertionem.ff.de re milit. Paul.Caſt.in l.vlt.§.in computatione, & ibi etiam Phil.Cor. paulò ante fi. C. de iure delibe.iidem Paul.& Corn.in auth.quod ſine.C.de teſta.Soc.qui id dicit ſingulare,in l.filiusfamilias, col.4.verſi. ij.in quantum,ff.de verb.oblig.licet contrarium tenuerit Ro.vt id obiter dicam,in l.ſi quis priore.ff. ad S.C.Trebe.& Alex.in d.§.in computatione, col.vlt.& Phil. conſil. ccccxlv. in caſu ad me tranſmiſſo,col.8.verſic.non obſtat quòd illa conſtitutio.

*De eadem re.*

3 ¶Sed quicquid ſit de ea ratione,idem tamen quod ſuprà,vt ſcilicet dictum ſtatutum intelligatur de vero hærede,non de ficto,voluit ipſe Bal.in d.rub.de cauſa poſſeſ. & propriet.in fi. & conſi.clxxxj. caſus talis eſt,cauetur ſtatuto,col.2.eo.lib.1.& conſ.cccxxx.ſtatuto cauetur quòd conductor,in tertio dubio,lib.1.& Alex.conſi.lxxxij.perſpectis his quæ in themate,col.2.verſi.præterea dictū ſtatutum,lib.2. repetito conſi.xl.lib.3.& conſ.lj.lib.6.& Iac.à S.Georg.in l.ſi ſorori,nu.5. C.de iu.delib.& Catel.Cota,qui hoc cōmendat,in memoriali incipiente,decreto Mediolanēſi,col.2.verſi.tertiò pro limitatione.& iterum memor.incipiente,ſtatuta quòd bannitus,paulò ante fi.& Claud.Aquen.in l. cùm hæredes,in prin.ante medium,verſi.prædictum tamen ſtatutum,ff.de acquirenda poſſeſsione.

*Statutorū uerba propriè, & uerè intelligenda.*

4 ¶Et id generale eſt,vt verba ſtatuti ſint propriè,& verè interpretanda,non fictè,aut impropriè l.j.§. hæc verba,& ibi Docto.ff.de nego.geſt.& l.prætor ait.ff.de ſuis & legit.& ca.in noſtra,de iniur.Bar. in l.ſi is qui pro emptore,in iij.q.prin.vbi loquitur de fictione inductiua, paulò antè fi. ff.de vſucap. & in l. j. §. hoc interdictum.ff.de ciſterna, per tex. ibi cum glo.ff.de fonte, cum infinitis concord. Neq; enim frequentius quicquā reperies apud noſtros doct. Præſertim verò, cum ſtatuta ſunt contra ius commune,cuiuſmodi eſt hoc noſtrum,vt latè diximus ſuprà in præfat.declar.iij.num.2.

*Fictiones duæ non concurrunt.*

5 ¶ Idque maximè hoc in caſu:quia ſi aliter diceremus,hîc concurrerent duæ fictiones,ſcilicet quòd ficta poſſeſsio tranſiret in fictum hæredem,contra l.j.& ibi glo.& docto.C. de dotis promiſſ.& in l. cùm poſt diuortium.§.gener.ff.de iu.do.& l. ſi quis rem.§.j.ff. de pollicit. iuncta l.vlt. C. de ſacroſ. eccle.Bar.in l.ſi is qui pro emptore,col.pen.ff.de vſucapio,vbi tamen videbis, an id ſemper ſit verum,atque etiam per Iaſ.ibi latè col.penult.verſi. circa principalem quæſtionem. Sed quicquid ſit de ea re,tamen illud adhuc dubium manet,an hæc poſſeſsio quæ transfertur per huiuſmodi ſtatutum ſit vera,an ficta,de quo poſtea dicemus,in prima declaratione quintæ partis.

*Heres fictus conſequitur omnia priuilegia ueri.*

6 ¶Sed & alius eſt hic ſcrupulus ex l.ſi filius.ff.ſi quis omi. cau.teſta. qua probatur hæredem fictum conſequi omnia priuilegia veri hæredis,quem tex.ad id dicit optimum Soc.conſi. omnium. primo quod incipit in caſu ſuprà narrato,col.2.verſi.nec obſtat ſupradictæ concluſioni,lib.1.vbi & ad hoc dicit optimè facere,quod ſcribit Bar.in l.j.§.bonorum.ff.ad S.C.Trebel. quòd ſtatutum loquens in hærede,habet locum & in bonorum poſſeſſore,quia licèt propriè non ſit hęres,tamen per omnia habet effectum hæredis,de quo & mox remiſsiuè dicemus in ſeq.verſi.

*Bonorum poſſeſſor, an propriè hæres dicatur.*

7 ¶Quid enim de bonorum poſſeſſore,an propriè hæres dicatur,vide text.in l. in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de cond.& demon.& in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit. ff.acqui. hęre. & in l.j. & ibi Bar.Bal.Alex.& Fran.Aret.C. vnde liberi,& in l.hęreditatis appellatione.ff.de verb.ſignifi.& in l.ij.ff.de bono.poſſeſsio,glo.in l.vlt.in verbo,legitimo,& ibi Bar.col.antepen. verſic. quęro quid de teſtamento,Raph.Fulgoſ.col.6.verſi.& propterea ſecundum rubrum,ſub nu.17.Iaſ.col.7.verſi. ſucceſsiuè iuxta hanc gloſſ.& Phil.Dec.col.11.verſi.circa iſtam gl.C.de edict.diui. Adria. tollen. Bar.& alios,in l.j.& inter cęteros latè Fran.Aret.tum col.1.in j.not. tum col.pen.verſic. adde etiam dictis, Socin.tum col.2.verſi.ij.no.tum char.penul.verſi.circa ſextam quęſtionem,& Iaſ.ff.de vulga. & pupil.eundem Bart.in d.l.j.§.bonorum,& ibi etiam Rom.& alios.ff.ad S.C.Trebellia.Bal.in repet.ca. ſi pater.col.11.de teſta.lib.6.Angel.conſi.cxxxvj. in quæſtione vertente inter Ser. Benedictum in j. dubio.Barba.in rub.C.qui admit.char.penult.col.vlt.Carol.Ruin.conſil.cxliij. delictũ de quo quæritur,col.3.verſi.ſed non obſtantibus,lib.5.Iaſ.in l.nec is.§.hæres inſtitutus, col.vlt.verſi. ſed aduerte licèt iſta.ff.de acq.hæred.Phil.Dec.in l.prętor.ff.de regul.iur.& latiſsimè,vt nouiſsimè Lancelotum non magis nomine Politum, quàm ipſa re, in tract. ſubſtition. in materia vulgaris ſubſtit. col.22. verſi.tertiò & illud in diſceptationem cadit.

TERTIA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo procedit in hærede perpetuo, non in tẽporali.*

1 ¶Tertiò declara,vt procedat in hærede perpetuo,& non temporali, vt non obſcurè voluiſſe videtur Alex.conſil.d.lxxxij.perſpectis his,col.2.verſi.præterea dictum ſtatutum,lib.2. dum loquens de hoc ſtatuto,& qualitate hęredis,qui ſub eo comprehenditur,allegat l.j.§.hoc interdictum de ciſterna.ff.de fonte,& l.j.in fi.cum l.ſequ.ff.ſi ager vectig.vel emphyteut.pet. quibus legibus cauetur, appellatione cuiuſpiam rei,aut perſonæ,propriè venire eas res,& perſonas, quæ perpetuæ ſunt, quæ ſcilicet cauſam & ius perpetuum habent,& ad hoc ſolent vbique allegari,præſertim in materia ſtatutorum,& nos quoque aliquid diximus in noſtro tractatu Retractuum,tit.j.glo.j.in verbo,*ou equipollent à vente*,num.88.incip.niſi hîc quoque diceres.

*Hæres non deſinit eſſe hæres.*

2 ¶Et de hac re poteſt poni exemplum in hęrede inſtituto ea lege,vt confeſtim,aut poſt aliquod tẽpus alteri reſtituat hęreditatem.Quamuis & hîc dici poſsit,hunc non deſinere eſſe hęredem.§.reſtituta.Inſtit.de fideicom.liberta.& ibi concordant.Sed certè hæres non eſt,poſt reſtitutam hęreditatem cum effectu,verba autem ſtatutorum cum effectu ſunt intelligenda. l.j.hæc autem verba. ff. quod quiſque iuris,& c.relatum.de cleric. non reſident.& c.hæc autem verba, de pœnit.diſt.j.cum ſimilib.Et quòd appellatione hæredis intelligatur de eo,qui hæres eſt cum effectu, nuncupatim voluit,& multis probauit Philip.Dec.in l.hęredem,col.vlt.verſi.& hæres datus, ff.de reg.iur.& Carolus Ruy.conſi.xxix.quia teſtator,col.3.verſi.nec obſtat,l.j.lib.12.

QVARTA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo intelligitur in hærede uniuerſali non in particulari.*

1 ¶Quartò declara.vt procedat in hęrede vniuerſali omnium bonorum,ſiue totius hęreditatis.Nam in particulari,vel rei certæ,vel etiam certi generis bonorum, ſcilicet mobilium, vel immobilium, ſiue acquiſitorum, vel propriorum tantùm, eſt aliquid quod dubium reddere poſsit, an in eo habeat locum hæc conſuetudo:in qua re tamen non mihi dubium eſt, quin ſi ſint plures hęredes totius hęreditatis,ſed pro portionibus hęreditariis, vt quia ſunt plures liberi, aut nepotes, hæredes quiſque pro ſua portione,quin omnes ſint ſaiſiti, in ſua etiam quiſque portione. Nam & hęres in quota hęreditatis habet beneficium.l.vlt.C.de edi.diui.Adriani toll.vt patet ex text.ipſius, cùm dicit,hæres ſcriptus ex aſſe,vel ex parte inſtitutus,& ibi gl.in verbo,ex parte, & Bald.col.9.verſi.omnis ergo hęres,& ibi quoque Ioan.Fab.col.1.verſi.item dic hæres ſcriptus & cęteri. Et nemo eſt ex his qui de hac re ſcripſerunt,qui dubitet hunc eſſe verum hęredem: pręſertim quòd quota eſt ius vniuerſale,vt not.in l.quoties,per gloſſ.ibi.in verbo,diuidit,vbi & ipſe Bald. & alij.C.famil. herciſc. & idem Bald.in l.cùm à matre,col.2. in 3.quęſtio,C.de rei vendicat.

*Hæres in certa re, an hæres ſit & propriè.*

2 ¶Sed hîc aliud quærimus,videlicet ſi quis ſit hęres in rebus feudalibus tantùm,vel in allodialibus, quas vocamus,tantùm,vel in mobilibus,vel immobilibus tantùm,vt iam diximus,vel ſi quis fortè inſtitutus eſt hęres in certo quopiam fundo(ſi tamen concedamus quòd hęres ex teſtamento ſit ſaiſitus,de quo poſtea dicã in vij.declaratione huius ſecundę partis) an hic particularis hęres ſit ſaiſitus,vi huius noſtrę conſuetudinis loquentis ſimpliciter de hęrede.Nam id maximè controuerſum

est



eſt apud noſtros an hic hæres ex certa re ſit hæres,an legatarius:& ſi hæres ſit,an propriè,& in quibus rebus.De qua re adeundus eſt text.in l.ex facto,la ij.& ibi gl.in verbo, æquis partibus, Iac.Bal. Iac.Are.Iac.But.Bar.Bal.Ang.Imo.Rapha.Co.ff.de hæred.inſtit.& text.gl.in l.quoties,& ibi Odof. Cy.Guil Cu. Franc.Tigr.Ray. Fran.Rampo.Iac. But.Nico.Matter. Bart.Alb.Bal.Ang. Saly.Paul. Caſt.Rapha.Fulgo.Fran.Aret.& latè.Alex.Corn.& Iaſ.C.eo.tit.& text. in l. ſi quis priore.& ibi gl. in verbo,ex certis,& Bart.Alb.Ang.Ro.Pau.Ca.& latè.Alex.ff.ad S.C.Treb.& gl.in d.l.cùm à matre,in gl.vlt.ibi,item quid ſi indebito,& ibi Cy.Bal.col.2.in iij.q.Ange.col.1.verſi. ſequitur in glo.ſi verò,& Pau.Ca.col.2.verſi.item quærit,gl.quid ſi filius.C.de rei vend.& gl.in d.l.quoties,inter omnes.in verb.iubet eſſe contentos.C.famil.herciſc.& in c.Raynutius in verbo,relinquẽs,ante fi.& ibi Anto.latè,col.6.verſi.oppo.reſtat hîc examinare,Imo.etiam latè col.18.verſ.redeo ad gl.Pan.col.7. verſi.in glo.in verbo,relinquens,& iterum col.vlt.verſi.vnum tamen notabis,& latè Bened.in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le j.nu.255.& multis ſeq. de teſta.& gl.in c.ſi pater, in verbo,in re certa,& ibi Bald.in repet.multis in locis,Domi.col.3.verſi.ſuper eo quod gl.tenet eo.tit.lib.6.Spe. & Io.And.in addi.ipſius,in tit.de teſtament.§.in primis,verſi.pone A.inſtituit hæredes,eo.tit.de teſtam.Bar.& Bal.in auth.ex cauſa.C.de lib.præter.& in d.l.quoties.§.ſi duo ſint hæredes.& ibi quoq; Imo.ff.de hæred.inſtit.Bald.Ang.& Imo.in l.j.§ ſi ex fundo.ff.de hæred.inſtit.eundem Bal. in l.quidã elogio,col.vlt.verſi.ſed nunquid,C.de iure delib.& in repet.l.in ſuis,char.vlt.ff.de lib. & poſth. & l.j.ff.de petit.hæred.& in l.ſi non ſpeciali,col.2.verſi.originarius ergo.C.de teſta. & in l.Gallus.§. etiam ſi viuente parente,& ibi Ang.& Imo.ff.de lib.& poſt.& ipſum Bald.in l.id quod pauperibus, col.6.verſi.xv.quæro.C.de epiſ.& cler.& in l.cohæredi.§.vlt.& ibi Alex.in j. not.ff.de vulg. & pup. ſubſtit.& eundem Bal.in l.filium,quem,col.8.verſi.ſed hîc quæro.C.famil.herc.& conſil.xlix.factũ tale eſt,fortis guerra,in fi.lib.2.& conſil.ccclxxix.Thema ſuper quo petitur per to. lib.4. & conſil. ccclxxxviij.quæro an dominus fecit teſt.in fi.lib.5.Fede.Senen.conſil.ccxxv. ſi opinio Ange. Pau. Caſt.& Alex.in l.quædam ſunt perſonæ.§.nihil intereſt.ff.de eden.ipſum Ang. & Imo.in l. filius qui patri.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& in l.qui patri.ff.de acq.hæred.eundem.Ang. conſil.cxlviij.dominus Quiricius,col.2.verſi.contrariũ enim videtur.D D. à Rota deciſio. dccclxiiij. teſtator inſtituit fratrem,in anti.Pet.Anch.in c.j.col.3.verſi.quid ergo dicemus,de teſta. Imo.in l.cohęredi.§. cum filiæ, col.2.verſi.item nota quòd ille demũ,& ibi Alex.col.4.verſi.item nota quòd legatarius,ff.de vulg. & pupil.ſubſtit.& ipſum Imo.in c.potuit,char.pen.verſi.ſeptimò tangit, quid ſi aliquis. Pau.Caſt.in auth.nouiſsima,col.1.veſi.ſecundum confirmat.C.de inof.teſt.Pan.in c.ij.poſt med.in gl.j. de teſta. & in c.j.col.1.verſi.ex hoc infert,de iure patro.Raphael Co.conſi.cviij.teſtator inſtituit A.in j.dub. Raph.Fulg.conſil.cij.præſuppoſito ſtatuto Veronæ,propè per totum.Roma.conſil.clxxix. ampliſſime doctor,col.1.verſi.quod ad primum,& multis ſeq.Io.Ana.conſil.lvij.viſis & conſideratis, poſt prin.Alex.conſil.lviij.habita ſuper narratis,col.2.verſi.tamen in caſu noſtro, lib.3.Ang. Aret. in §. ſed & ſi quis priore,col.vlt.Inſtit.quib.mod.teſta.infirm.Petr.Ferra.tit.forma libelli quo petitur hęred.ex teſtamento,in verbo,in omnibus eius bonis,col.1.verſi.vlterius,pro meliori.Corn.conſ.ciij. in cauſa vertente,col.2.verſi.facto autẽ hîc præſuppoſito.lib.2.& conſil.ccxxxvj.conſtat quòd pauperes,in iiij.dub.lib.3 & conſ.xxxj.circa primũ,propè per totum,lib.4.Gui.Pa.deciſ.Delph.ccclviij. in diſpoſitione paterna,& deciſ.ſeq.hæres vniuerſalis.Soc.in l.cum filio,col.9.verſi.ſexta & vlt.concluſio.ff.de leg.j.& conſi.ccxliij.in præſenti conſultatione,in prin.& rurſum col.2.& verſ.nõ obſtant in contrarium,lib 2.& conſil.lxiij.viſis teſtamento,col.6.verſi.ſecundo loco teſtator, lib.3. Iaſon in l.ſi quis filium poſt medium.ff.de acq.hæred.& in l.extraneum,la j.ad fin.C.de hæred. inſtit.& in l. vlt.§.in computatione,col.pen.verſi ſecundus caſus,C.de iure delib.& Stepha.Bertran.conſil.j.viſo conſultationis themate,col.12.num.73.lib.1.D.Boer.deciſio. xxxiij.an actor dicens, col.3. num.6.& Carol.Ruy.conſil.clviij.viſo eleganti conſilio,col.vlt.verſi.& ſi dicatur,quòd imò poſſet,lib.3. Maria,Soc.iunior.conſil.xlv.in præſenti conſultatione, in j. dubio, lib.1.& conſil.cxxij. perſpectis his, propè per totum conſil.lib.1.& conſil.clv.abundè,col.5.verſi.& vltra eos,lib.2.

3 ¶Ex quorum plurimis intelliges hunc hæredem ex certa re, eſſe mixtum quodpiam genus, vt ſcilicet participet partim naturam vniuerſalium hæredum,partim legatariorum:eſſeq; veluti tertiam ſpeciem.Nam & hoc nuncupatim voluerunt Barr.Bald.& Imol.in l.ex facto, la ij ff.de hæred.inſti. Idem Bart.Ang.Salic.Pau.Caſt.Raph.Fulg.Franc.Aret.Corn.& Iaſ.in d.l.quoties:eod.tit. Bald. in repet.d.c.ſi pater,col.9.verſi & plenius.& ibi Domin. vbi ſuprà, de teſta.lib.6.Anto. in d.c. Raynutius,vbi ſuprà citauimus,extrà eo.tit.Imo.in d.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hęred.inſtit.

*Hæres in re certa, eſt mixtum genus.*

4 ¶Et hinc poſſet videri id mixtum ex vtriſq; hęredibus,& legatariis,nõ contineri ſub ſimplici in ſtatutis,Bar.in l.certi condictio.§.quoniam.Bal.in l.omnes populi,col.7.verſi.item ſi ſtatutũ dicat. ff. de iuſt.& iu.cum concord.à me adductis in legibus connubialibus,in gl.iij.nu.64.incip.& hæc maximè.Quod potiſsimùm procedit in ſtatutis exorbitantibus (cuiuſmodi id eſt, vt diximus ſuprà, in præfat.declar.iij,nu.2.incip.ego verò,& ſeq.)vt voluere.Bar.Ang.& pleriq; omnes in l.ij.in prin. ff.de verb.oblig.Bal.in d.§.quoniam,ad fin.verſi.ſecundò quæro.ff.ſi cert.pet.cum aliis quoque multis concord.in illis legi.connub.à me collectis,vbi ſuprà,num.63.ſed & hoc potiſsimum.

*Mixtum non continetur ſub ſimplici in ſtatutis.*

5 ¶Vnde & illud conſequens videri poteſt,vt talis hæres ex re certa non compręhendatur ſub hoc ſtatuto.Quod & ex eo confirmari poteſt,quòd id quod dicitur monaſterium quod quis ingreditur, haberi loco hęredis,de quo in §.ſed & hoc pręſertim,in auth.de ſanctiſ.epiſco.& in auth.niſi rogati,

*Monaſterium habetur loco hæredis.*

inſerta l.iubemus.C.ad Senatuſc.Trebel.& in c.in præſentia,de proba. Intelligitur quando eccleſia ſuccedit in vniuerſam hæreditatem,ſecus ſi in rebus quibuſdam certis.vt not. voluit Bal. in ea ipſa auth.niſi rogati,col.4.verſi.& nota quòd leges quæ dicunt,per l.ſi peculium ff.de pecu.leg.

*Deciſio huius declarationis.*

6 ¶Ego tamen in ea ſum ſententia,vt ſi hæres inſtitutus in teſtamento, ſit ſaiſitus ex noſtra conſuetudine,de quo dicemus infrà in vij.declaratione huius ſecundæ partis , & hic quoque inſtitutus in re certa ſit ſaiſitus,quod & voluit Chaſſe, conſi.62. ex verbis in quadam ſubſtitutione appoſitis.col. pen.verſi.ſed quia ibi conſuetudo,& verſi.item & cùm ita,dicens ita voluiſſe Iaſo.in d.l. quoties,in fine.C.de hæred.inſtituen.vbi tamen id non dicit.ſed aliud,quod & nos referemus infrà , num.11. huius declara.incip.quid quòd hic.

*Mixtum ſequitur naturam eius,cui magis & in pluribus accedit.*

7 ¶Me autem,vt hanc ſequar ſententiam,mouet,quòd ſi verè hic conſtituat tertiam ſpeciem, vt diximus,tamen ſatis conſtat ex illis quos ſuprà diximus,præſertim Barto.& Bald.& in d.l.ex facto,ff. de hæred.inſtit.& Philip.Franc.in d.c.ſi pater,magis & in pluribus accedere hos hæredes , hæredibus vniuerſalibus,quàm legatariis.Ex quo confeſtim ſequitur,eos illorum naturam ſequi in dubio, magis quàm horum.per text.in l.quæritur,ff.de ſtatu.homin.& l.legatis ſeruis. §. ſi vnus ſeruus plura.ff.de leg.3.quibus ſuffultus Ang.& ab eo cæteri recentiores, in d.l.2. in prin.ff.de verb.oblig.voluerunt diſpoſitionem factam de aliquo ſimplici compræhendere mixtum , quod illi ſimplici adhæret de quo diſpoſitum fuit.

*Præſertim ſi ſit eade ratio.*

8 ¶Et præſertim ſi eadem ratio eſt vtriuſque,nam & tunc haud dubiè mixtum ſub ſimplici continetur,etiam in materia odioſa,ſi non ex verbis,ſaltem ex ſententia,& mente diſponentis.l.ſi ita facta ſit,& ibi Ia.Ra.Bal.& Imo.ff.de iniuſt.teſta.& l.quid ergo.quæ eſt 13.§.quod ait.ff.de his qui no. infam.iuncta l.1.in fi.eod.tit.& Alex.conſi.clxj.viſo ſtatuto ciuitatis Bononienſis,col.4.verſi.quinimo plus videtur,lib.7.& Fran.Aret.in l.ſi ita ſcriptum,in prin.ff.de lib.& poſth. Hîc autem quid cauſæ eſt,vt potiùs hæres vniuerſalis,aut certæ cuiuſpiam quotæ ſaiſietur,quàm hęres de ea certa re , ex qua inſtitutus eſt,præſertim cum hęres vniuerſalis, aut quotæ, non poſsit dicere ſe ſaiſitum de ea certa re,cuius hęres non eſt.Limitata enim cauſa limitatum producit effectũ.l.in agris,ff. de acquir. rer.domin.& l.age,& ibi Bald.& Salic.C.de tranſact.cum ſimil.à me latè collectis in tractatu , ceſſante cauſa ceſſat effectus.

*Sine intereſſe nemo auditur.*

9 ¶Igitur cùm nullus alius ſit,de ea re certa in qua hęres eſt,ſaiſitus,nullius intereſt , ne ipſe de ea re ſit ſaiſitus. Nullus autem auditur ſine intereſſe ad aliquid impediendum,c.veniens,le 2.verſ.cùm igitur,de teſti.Innoc.& Ioan.Andr.in c.ſuper his,in verbo,excluditur,de accuſ. Paul.Caſt. loquens de caſu non admodum diſtanti à noſtro,in l.vlt.col.2.verſi.alij verò caſus.C.de edi.diui.Adria.tol.nec ad aliud quoque quippiam faciendum audiendus eſt, vt plenè docuimus in noſtro tractatu Retractuum.tit.1.§.1.glo.in verbo,*a vendu*,num.51.pręterea quid ſi Diis placet.

*Legatarius legatum non capit propria authoritate.*

10 ¶Nam & hinc quoque videmus,quod & huc quoque proximè ſpectat, quòd etiam legatarius , cui non licet propria authoritate legatum accipere,vt patet per totum tit.ff.& C.quo,legato.poteſt tamen id facere ſi nullus ſit,à quo poſsit capere,arg.notat.in l.non dubium.C.de legat. & l.Titia cùm teſtamento.§.1.ff.de lega.ij.ita enim not.voluit Bald.in l.extraneum,la 1.col.2.verſ.dubitatur de tali caſu,& ibi poſt eum Salic.col.2.ad fi.verſi.ſed tunc dubitari poteſt,& Iaſon col.3.verſic.in iſta difficultate.C.de hęred.inſtit.& idem Bald.ſubobſcurè.Raph.Co. in l. hęreditas ex die.ff. de hæred.inſtituen.Angel.vt à nonnullis citatur in l.Gallus.§.1.ff.de liberis & poſthumis.

*Hæres ex certa re eius rei poteſt poſſeſſionẽ capere.*

11 ¶Quid quòd hic hæres ex certa re,propius accedit ad hæredem vniuerſalem,vel ex quota , quàm ad legatarium,non in cęteris rebus tantùm,ſed in his quoq; quæ magis accedunt ad noſtram conſuetudinem,& in illis eodem iure vtitur,videlicet , quòd vt is hęres vniuerſalis , vel ex quota poteſt propria authoritate hęreditatem vniuerſalem,vel pro modo ſuæ quotę accipere , vt latè diximus ſuprà in pręfatione,declar.viij.nu.1.incip.& per hęc.Ita quoq; hæres ex certa re, eiuſdẽ rei poteſt poſſeſsionem capere propria authoritate,Bart.& Imo.non ſemel in d.l.ex facto,la ij.ff. de hęre. inſt.Bar.in repe.c.ſi pater.col.2.verſi & pleniùs,de teſta.lib.6.& cõſil.cclxxij.in cauſa egregiæ,col.2. verſi.primo quia domina,lib.5. Imo.in d.c. Raynutius, ſuper ij.gl.col.16.verſic.tertiò habetur loco hęredis , & iterũ col.21.verſi.circa tertium,an valet,& ibi Anto.col.6.verſi.oppo.reſtat hic.Bened. in rep.in verbo,in eodem teſtamẽto relinquens,le j.nu.258.de teſta. Paul.Caſt.in d.l. quoties, circa mediũ,& ibi quoq; Alex.qui id dicit no.col.2.verſi.aut habuit cohęredẽ,& Iaſ.col.vlt.C.de hæred. inſtit.Idem Alex.in l.filius à patre,col.5.verſi,item quia hoc verbũ.ff.de liber.& poſth.Domi.in d.c. ſi pater,col.3.verſ.ex his infert,& ibi quoq; Philip.Franc.col.8.verſi.ſextò quia ſicut hæres,de teſta. lib.6.Iaſ.qui id dicit not.& ſing.in l.non eſt dubium,col.2.verſi.tertiò not. limita.C.de lega. & omnes vbiq; præter Bald.ſibi contrariũ in d.l.ex facto, & in d.l.ſi quis in ſuo, vbi ſuprà.C. de innoffic. teſta.& Alex.conſil.cxxxiiij.attentis narratis,col.1.verſi.ex prædicta tanto magis.lib.4.

*Hæres ex certa re,poteſt petere ſe mitti in poſſeſsionem.*

12 ¶Item quòd hic hæres ex certa re poteſt petere ſe mitti in poſſeſsionẽ eius rei, beneficio l.vlt.C.de edi.diui.Adr.tol.vti hæres vniuerſalis,vel ex quota ex ſententia Cy. qui & Iac.Bald.& Iac.Ra. huius ſententię laudat autores,col.3.verſi.primò quęro quid ſi ſit hęres,& ibi quoq; Bart.qui id declarat,col.3.verſ.ſecundo quęro,Alb.col.6.verſi.ſed circa primũ,Bald.qui & declarat,col.7.verſi.idem dico in inſtituto, Io.Fab.col.1.verſic. item hæres ſcriptus, Raph.Fulg. col.2. verſic. in gl. ex parte, Paul.Caſt. col.3.verſic.in gl. quæ incipit ſcilicet quota,& Fran.Curtius iunior col.6.verſi ij. quęrit, in d.l.vlt.& eiuſdem Cyn.in d.l.ſi quis priore.ff.ad S.C. Trebel. & ipſius Bart.& Bald.in l.ex facto,

la ij.



la ij.ff.de hæred.inſtit.Spec.& Io.And.in addit.ipſius,in tit. de teſta.§.ſequitur. verſi. ſed nunquid is qui ſcriptus,Bal.in l.j.in ij.addit.quam poſuit ſuper l.veluti,col.ij.verſi.quid de inſtituto ex re certa. ff.de petit.hære.Guido.Pap.deciſ.Delphin.ccclxij.vtrum officium. Benedict.in d.c. Raynutius,vbi ſuprà,nu.259.verſi.tertiò quia poteſt.Catol.Rui.conſil.50.ex his quæ præponuntur,col.j.lib.iiij.

*Qui contrarium tenent.*

13 ¶Quibus magis accedo,quàm aliis,qui tenent contrarium,vel ſimpliciter,vel cum diſtinctione,ſcilicet glo.in d.l.vlt.in verbo,ex parte,& ibi Ang.col.j.verſi.in glo.iiij. ibi ac ſi in totum, Salic. col.ij. verſi.quæro cum gl.an hoc beneficium,Corn.col.ij.verſi.in gl.ſcilicet quota, Iaco.à S.Georg.col.ij. verſi.in gl.in verbo,ex parte,Iaſ.col.iij.verſi.in gl.in verbo,ex parte,Dec.col.vj.verſi. in glo. in verbo,ex parte.C.de edict.diui.Adr.toll.Ang.Salic.& Alex.in d.l.quoties.C.de hęred.inſtit. Imo.in d. l.j.§.ſi ex fundo.ff.eo.tit.& in d.l.ex facto.in duob.locis,& in d.c.Raynutius,& Petr.Ferra.in tit.forma libelli,quo petit.hæred.ex teſta.in verbo,in omnibus aliis bonis,in prin.Corn.conſ.ciij.in cauſa vertente,col.ij.verſi.facto autem,lib.ij.Ange.Aret.in §.quadrupli,col.xiij.verſi. quid in hęrede inſtituto,Inſt.de action.& Ludo.Gozad.conſ.xxj.videtur dicendum col.antepe.nu.30. Nam ſi poſſeſſionem poſsit propria authoritate accipere,nemine reclamante, vt diximus , quanto magis eam à iudice petere,arg.eorum quæ in ſimili habentur,in l.iij.C. de pignor. Poſtea autem dum hanc ſecundam editionem adornarem,comperi Nicol.Bello.è diametro tenuiſſe contrarium lib.Supputationum iiij.c.xviij.multis rationibus, quas deprompſit ex his quos tibi latè citauimus nu.2. vt ibi per eum videre poteris.Tuum autem erit iudicium,lector iudicare quis iuſtiùs induit arma.

*Hic hæres , ſi nullus alius eſt, pro hærede vniuerſali habetur.*

14 ¶Illud autem minimè dubium,quòd ſi nullus alius eſt inſtitutus hæres, hic perinde habendus eſt, ac ſi ſimpliciter hæres eſſet inſtitutus,& per omnia ius obtinet hęredis,per d.l.j.§.ſi ex fundo, & d.l. quoties.§.ſi duo ſunt hęredes.ff.de hęred.inſtit. & l. cùm quidam.ff.de libe.& poſthu. & voluerunt maxima pars eorum quos tibi citauimus ſuprà nu.2.Ideo nihil in hoc dubitandum.

*Hæres in certa re, an comprehẽdatur in emphyteuſi pro ſe, & hæredibus.*

15 ¶Si tamen ſcire velis an hic hæres compræhendatur in emphyteuſi, vel feudo accepto pro ſe,& ſuis hæredibus,vide Spec.tit.de teſta.§.j.verſi.pone A.inſtituit Iacob.Bel.Bald.& Alua. in c.j.tit.an agnatus vel filius.Bart.vt à pleriſque citatur,quanquam aliis de ea re loqui non videatur , in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libert.& conſi.lv.dominus Amatus.& conſil.clxxxiij.quęſtio iſta habet duo dubia,in ſecundo dubio,vt etiam in hoc à quibuſdam citatur. Bal.in l.liberti libertæq;, col.vj. verſi.ſed an quando non requiritur.C.de oper.libert.& in l.j. in xlix.q.de rer. diuiſ. & in c.j.col. vlt. verſi.quæro vtrum filius,& ibi quoq; Matth.Afflict.col.pen.verſi.item aduerte ad id,tit. de ſucceſ. feud.lib.j.feud.& eundem Bald.in auth.ſi quas ruinas,col.iiij.verſi.vj.probatur, ibi, ex hoc ſequitur quòd filia.C.de ſacroſ.eccleſ.Ange.Paul.Caſt.Alex.Iacob. à S.Georg. & Iaſo.in l.quædam.§. nihil intereſt. ff.de edend.eundem Ang.in l.ſi tibi decem,§.ſi pactus ſim,poſt medium,ff.de pact.Salic.in l.ij.col.viij.verſi.ſed iuxta hoc moueo.C.de iure emphyt.Imo.in d.l.ex facto,col.vj.verſi. itẽ attende ſecundò.ff de hęred.inſtit.& in c.potuit.char.pen.verſi.ſeptimo tangit,de loca.Paul.Caſtr.in d.l. quoties,col.ij verſi.ſed quæro aliquis recipit.C.de hęred.inſtit.& in d.l. Gallus.§.etiam ſi viuente parente.ff.de lib.& poſth. Alex.conſil.cxxviij. conſideratis verbis teſtamenti, col.vlt.verſi. nec prædictis obſtat l.j.& ibi omnino Carol.Molin.in addit.& eundẽ Alex.conſil.ix.viſis themate.col.j.verſi. ad idem etiam,lib.ij.& cõſil.viij.viſis ſubtiliſsimis dubitationibus,col.j.verſi.& hoc operatur,lib.iij. & conſil.xxij.viſo titulo quęſtionis,col.ij.verſi.tertia ratione,lib.v.& Stepha.Bertran.conſil.cclxxvj. viſo caſu mihi exhibito,col.iiij.nu.8.lib.j.& Franc.Curt.iunior,in tracta.feud.parte iij. quæſt.v. Carol.Rui.conſil.ix.proponitur in themate,col.v.verſi.non obſtat poſtremo. lib.j.& conſil.cij. ſuper fideicõmiſſo,col.vlt.lib.iij.& conſil.cix.circa caſum,col.pen.verſi.nec obſtat quòd debeat,eod.lib.iij.

*Hæredi ex certa re,an ius accreſcendi competat.*

16 ¶An autem huic hęredi ex re certa accreſcat hęreditas,repudiante aut mortuo hęrede vniuerſali, vide per Iac.But.Raym.Forli.Nico.Matth.Bart.& Bal.in d.l.quoties.C.de hæred.inſtit.Bart. in d.l. ex facto.ff.eo. tit. Bald.conſil.ccxlij. ſi ſubſtitutio, lib.iiij. & d.conſil.ccclxxix. col.ij.verſi. ſecundò quia hoc,eo.lib.iiij.Ang.conſil.lxxxiij.ſubtiliter & eleganter,col.j.Ant. in d.c. Raynutius, vbi ſuprà ſæpius citauimus,de teſt.Imo.in l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hęred.inſtit.Corn.conſil.lxxxviij.licet in primo conſultationis articulo,col.iij.verſi.licèt hæres vniuerſalis,lib.j.

## QVINTA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo intelligitur, in primo hærede tantùm.*

1 ¶Quintò declara,vt procedat in primo hærede,non etiam in hęrede hęredis , aut alio ſecundo hærede,quid enim in caſu de quo loquitur Bart.& cæteri poſt eum in l.hæreditas ex die,in pen.quęſt. ff.de hęred. inſtit. ſcilicet cùm quis inſtitutus fuit ex ſemiſſe vſque ad Paſcha, alter in eodem ſemiſſe poſt Paſcha,alius in alio ſemiſſe ſimpliciter,de quo etiam per doctor.in l.extraneum. C. eod. tit.& Bald.conſil.cxxj.proponitur quidam Laurentius,col.ij.num.2.lib.v.& Paul. Caſt.in l.certi iuris,per totum.C.de teſta.mili.& Imo.in l.filius qui patre,col.vlt.in prin.in iij.caſu princ.& ibi Alex. & Iaſ.ff.de lib.& poſthu.An igitur in hoc caſu hic hęres inſtitutus poſt Paſcha,aut alius quiuis hæres ſecundus erit ſaiſitus?

*Qui huius ſunt opin.*

2 ¶Et certè ſecundum hæredem ſaiſitum eſſe,not.negat Alex.conſil.xxxvij. in cauſa mota per Ang. col.ij.verſi.item præterea & fortiùs,& ſeq.lib.j.quod repetitum eſt conſil.lxxxiij.lib.iij. per l. boues. §.hoc ſermone,ff.de verb.ſignific.& l. hæc cõditio filiæ meę.ff.de cond.& demon.& l.dotis promiſſio,ff.de iure dot.quibus probatur appellatione nuptiarũ,primas tãtũ intelligi. Ex quibus Bart.vbiq; illud aſſumit,ſermonẽ ſimpliciter prolatũ,de primo tãtùm intelligi, de quo & nos latè tractabimus in eo tractatu,quem mox de ea re priuatim edemus. Subdit autẽ Alex.vt ad eum redeamus,bene

facere

facere quod ſcribit Bar.in l.liberorum.col.pen.ver.quæro quid ſit in aliqua diſpoſitione.ff.de verb. ſign.dum tractat,an appellatione filiorum ex ſe,vel alio natorum compræhendantur nepotes.

3 *De eadem re.*

¶Et hanc ſanè Alex.ſententiam ſequitur,& admodum extollit Catel.Cota.in multis locis,videlicet in memo.incip.decreto Mediolanenſi,vbi dicit eſſe veram & notabilem limitationẽ, pro excluſione huius ſtatuti,& in memor.incip.executores teſtamenti dati.col.j.verſic.item facit quod notabiliter.vbi & id dicit not.itémque in memor.incip.hæredis appellatione compræhenditur, in tertia limitat.& Ant.Rub.Alex.conſi.cxxj.Dominus Ioan.col.2.verſic.ſed in caſu de quo agitur.

4 *Conſuetudines in eadem re.*

¶Et id non obſcurè declarant multæ ex noſtris conſuetudinibus Franciæ, quæ in hac noſtra generali conſuetudine Franciæ,his propemodum verbis vtuntur, *Le mort ſaiſit le vif ſon proche*, vel *ſon plus proche heritier*, & inter cæteras Meldunenſis,c.xl.Senonenſis, c.lvij.Trecenſis,c.xc. Caluimontenſis,c.lxxvij.Victriacenſis,c.lxxj.Ambianenſis,c.xxxv.Carnutenſis,c.xciiij.Aurelianẽſis,c.ccxxx. Turonẽſis,tit. *des ſucceßions,* c.ij.Cænomanenſis,c.ccxxxvij.le 2.Andegauenſis, c.cclxxij.Pictauienſis,c.ccxuj.Aruenienſis,tit. *des ſucceßions*, c.j.Borboniẽſis,c.ccxcix.Bleſenſis,c.cxxxvj.Engoliſmenſis,c.lxxxiiij.Marchiẽſis,c.ccxj.Burgun.tit. *des ſucceſsions*, c.j.Montargiẽſis,tit. *des donations teſtamentaires*,c.vj.Niuernẽſis,tit. *des ſucceßions*. §.j.Altiſiodorẽſis,eo tit.§.j.Senlitẽſis,c.cxlij.Claromõtenſis, c.cxlj.Valeſiẽſis,c.lxxvij.Lodunẽſis,tit. *des ſucceſsions de fiefz*. c.ij.Buturicẽſis eodẽ quoq; tit.c.28.

5 *Hæres cenſetur eadẽ perſona cum defuncto, non hæres hæredis.*

¶Et in hanc ſententiam facit quod pulchrè reſpondit Paul.Caſt.conſil.cxcvij.incip. viſis duabus, in 2.dubio,l.2.quòd licet hæres cenſeatur eſſe eadem perſona, cum defuncto. §.1. in auth. de iureiur.à morien.præſti.non tamen hęres hęredis,propter mediam perſonam,quæ tollit habilitatẽ extremorum:nam aliàs eſſet copulare,& coniungere plures fictiones,quod fieri non poteſt,per l.1.C.de dot. promiſ.& alia quædam ab ipſo Paulo allegata quę tu videre poteris.Et id ipſius Pauli dictũ nuncupatim ſequitur,& cõmendat Philip.Dec.in l.hæredem.col.vlt.verſ.& adde quòd licet.ff.de reg.iur.

6 *Priuilegiũ hæredi cõceſſum, de primo hærede intelligitur.*

¶Et quod etiam ſcribit ille iurium interpretũ facilè princeps,Bar.in l.1.col.2.verſi.ſi verò quæritur. ff.de conſtit.princip.quòd priuilegium cuipiam,& hæredi ſuo conceſſum,intelligitur de primo hęrede tantùm,non etiam de cæteris,per tex.quem dicit ad hoc not. in l.antiquitas. C.de vſufruct. & idem quoque voluit Alb.ipſius contemporaneus,poſt Pet.à Bella pertica,in l.2.col.4.verſi.ſi autem in priuilegio.eo.tit.& ſequitur Fely.tantùm citans Alber.in c.2.col.2.verſi.ſi princeps dat. extrà de treuga & pace.Et Io.Lupus in repet.rub.de dona.inter vir.& vxo.char.43.verſi.potuiſſent allegare. Quod ad hunc locum maximè pertinet,quia id priuilegium eſt contra ius cõmune conceſſum, vt in hæredem ipſo iure tranſeat poſſeſſio, vt ſuprà latè in princ. diximus.

7 *Hæres hæredis non parẽs mandato teſtatoris non incurrit pœnam hæredi ſtatutam.*

¶Quódque item nõnullis voluiſſe,dicitur ipſe Bar.in l.mulcta.verſi.item per hoc dicitur.ff.de condit.& demonſt.quòd ſi teſtator mandauerit hæredi,vt aliquid faciat intra certum tempus, alioqui eum priuet hæreditate,aut eum aliter puniat,ſi is primus moriatur ante id tempus,eius hęres non parens mandato teſtatoris,non priuatur hæreditate,vt quod de primo hærede tantùm intelligitur, per eum tex.ſed Bar.ibi in meo codice id non dicit.At idem propemodum reſpondit ipſe Bar.conſil.vij.Andræas quidam.repetito conſi.xxiiij.& iterum conſi.ccxiij.& expreſsius Bal.in l.vlt.in 22. q.C.de hæred.inſtit.per d.l.mulcta.in prin.& Alex.conſi.cxlvij.viſo dicto teſtamento. col.j.verſicu. hoc quaſi in terminis,& col.ſeq.verſi.Bal.etiam in l.lib.6.& Philip.Dec.dum Bar.vbi ſuprà allegat. in l.qui per ſucceſsionem col.2.in 3.fallent.ff.de reg.iur.& iterum,in l.in pœnalibus. col.2.verſi. licet appellatione hæredis.eo.tit.Super quo tamen vide,ne id omittam,ipſum Alex.cõſi.cxl.lib.6. Rom. & Franc.Aret.in d.l.ſi quis filiusfam.§.vlt.col.vlt.verſi.& facit iſte tex.ff.de acq.hær. & ipſum Aret. poſt ipſum Rom.in l.paterfamiliâs. col.3.verſi.hæc etiam iura.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit.

8 *Prohibitio alienandi facta hæredi,non intelligitur facta hæredi hæredis.*

¶Quibus conſimile videtur,quod idem Barto.ſcripſit in l.Lucius Titius teſtamento.§. Semproniæ mulieri meæ.ff.de lega.iij. quòd prohibitio facta à teſtatore hęredi nominato,ne alienaret,non intelligitur facta hæredi hæredis,per §.manifeſtum planè facio. in authen.vt reſtitut.fideicommiſ.vſque ad vn.grad.confiſ.Et eiuſdem ſententiæ fuit Alber.in l.vlt.paulò ante medium.C.de reb. alien. non alien.& Bal.qui vbique eſt,vt alibi ſæpe diximus,conſi.cclxxij.in cauſa egregiæ & magnificæ, in fi.lib.v.per l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& in d.§.manifeſtum. in authen.vt reſtit.fideicom.& Franc.Curt.ſenior conſi.xlvj.ſæpe reuoluta.col.11.verſic.nec mirum eſt. De quo tamen & tu vide ipſum Bart.in l.filius familiâs.§.diui.ff.de lega.1.col.vlt.verſi.quæro vtrum prohibitione facta.& ibi recentiores,& eundem Bart.in d.§.Semproniæ.l.Lucius.ff.de legat.3. Rom.poſt alios à ſe citatos conſi.ccccl vij.circa propoſitam conſultationem.in primo dub.& Alex.cõſi.xxxvj. viſo themate.col.pen.verſi.ad confirmationem.lib.3.

9 *Feudum acquiſitum pro ſe, & hæredibus, intelligitur de primis.*

¶Adde quod ſcriptum reliquit ipſe Barto.in d.l.vlt.col.2.in 6.oppoſ.C.de hæred.inſtit.quòd ſi quis acquiſiuit feudum,vel emphyteuſim pro ſe,& hæredibus,intelligitur de primis tantùm hæredibus, per quædam iura per eum allegata. Ita enim eum refert, & dicit ſingul.& not.Iaſ.qui tamen ei non accedit,in l.in annalibus ad fi.C.de legat.Imò verò generalius dicit idem Bal.in l.1 col.1.verſi.quæro an ſi dicatur.C.de condit.inſer.quòd cùm fit mentio hæredis, intelligitur de primo, & immediato hærede,non etiam de cæteris, per d.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& l. ex facto.§.vlt.ff.ad S.C. Trebel.

10 *Hæredis appellatione,an hæres hæredis veniat.*

¶Sed attende lector optime,neque enim illud regulariter procedit,vt appellatione hęredis primus tantùm veniat,vt patet ex l.hæredis appellatio.& l.hæredis appellatione.& l.ſciendum.ff.de verbo. ſign.& l.qui per ſucceſsionem.ff.de reg.iur.& vbique concor.in gl.& Philip.Dec.in poſtremo loco.

Sunt



Sunt etiam qui id dicant procedere in his quæ ſunt ſtricti iuris, per l.ſtipulatio iſta habere licere. §.j.ff.de verb.obli.nam & in id eam expendit Bart.in l.ſi ſtipulatus fuerim per te non licere.ff.eo.tit. & Franc.Aret.in d.l.paterfamiliâs.ad fi.ff. de vulg. & pupil.

11 *An in conditionibus.*

¶Nam & id in conditionibus, quæ & ipſæ ſtricti iuris ſunt, & in forma ſpecifica debent impleri.l. Mæuius cui fundus.& l.qui hæredi.ff.de condit.& demon. obtinet, vt ſcilicet hęres hęredis veniat appellatione hæredis ſimpliciter,vt probatur ex l.ſub diuerſis conditionibus.§.j.& ibi Bar.& l.cùm ita datur libertas.§.ex his verbis.ff.eo.tit.& l.ſi peculium.§.hæredi,& l.ſi ſtatulibera,§.ſtatuliber parendo.verſic.non ſolùm,in fi.& §.ſi filiusfam.hæres.& l.ſeruus hæredi,ſi decem.in prin.ff.de ſtatulib.Bart.in d.l.paterfamilias,in prin.per eum tex.& ibi quoque Fran.Aret.col.ij.verſic.tu autem aduerte,& Iaſon poſt medium, verſi. adde etiam pro confirmando.ff.de vulg.& pup.Salyc. in l. ſi plures,in vlt.q.C.de condit.inſert.& Corn.conſil.cclxxix. videtur prima facie, col. iij. verſi. pro hoc etiam facit, li.iij.& Philip.Dec.in d.l.qui per ſucceſsionem,in princ.de reg.iur.& conſil.lxxxj.in caſu propoſito agam,col.j.in ij.dubio.Et ex his ſatis conſtat ipſum Philip. Dec.(dabunt veniam tanti viri manes)lapſum fuiſſe,cùm eius rei contrarium ſibi contrarius dixerit,in l.quæ legata, in fin. ff. eod.tit.de reg.iur.quod & nos diximus in tractatu Retractuum.tit.ij.§.j.in gl.vj.in verbo, *ou ſes heritiers*,num.20.verùm in noſtro caſu.

*Philipp. Dec. lapſus.*

12 *An propriè.*

¶Nam vt & ibi dixi,in ſeq.nu.& hic quoque dicendum eſt,quoniam ad hunc locum proximè pertinet,id procedit de vera,& propria ſignificatione hæredis,vt hæres hæredis contineatur, vt ſatis videtur voluiſſe glo.in d.l.hęredis appellatione,cùm dicit aliud eſſe in hęredibus ex iure Prętorio. & Bald.in d.l.vlt.in xxj.q.C.de hęred.inſtitu.Paul.Caſt.conſi.xlv.videtur dicendum quòd dicti hęredes,in fi.lib.ij.Iaſon qui hoc latè tractat,in d.l.ſi quis filium.§.vlt.col.j. verſi. ſecundò ad iſtam. ff. de acq.hære.& in d.l.filiusfamilias §.diui Seuerus & Antoninus.col.pe.verſi.vndecimò quęro,prioris lecturę.& col.pe.verſi.eiuſdem initij,poſterioris lect.ff.de leg.j.& in l.paterfamilias,in ij.& iij.no. ff.de vulg.& pup.& Socin.conſi.cclvij.viſis inueſtituris col.iij.verſi.ex quibus in propoſito, libro ij. Alciat.in d.l.hęredis appellatio.ff.de verb.ſignific.

13 *De eadem re.*

¶At rurſum ſunt qui contrarium tenent,vt ſcilicet impropriè hęres hęredis,veniat appellatione hęredis,in hanc ſententiam trahentes d.gl.in d.l.hęredis appellatione.& tex.in d.l.ſi quis filium.§.vlt. in verbo,videtur,quod quidem verbum improprietatem ſignificat.vt not.per doct.in l.j.§.deiecisſe.ff.de vi & vi arma.Barr.& alios in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio.& probat.tex.in l.ſi quis fundum.ff.de contrah.empt.& ſæpe alibi diximus in noſtris tractatibus.

14 *De eadem re.*

¶Et ad hanc quoque ſententiam citatur l.j.§.hoc interdictum & hęredem hæredis.ff.quor.leg.in illis verbis propter vtilitatem dicendum eſt huius edicti,quem tex.in hoc allegat. Fran. Aret.in l.1.in vlt.not.ff.de vulg.& pup.vbi expreſsè dicit non eſſe de proprietate verbi, vt hęres hęredis dicatur hæres teſtatoris,& ſequitur Phili.Dec.in d.l.qui per ſucceſsionem,col.j.verſ. predicta largo modo.ff.de regul.iur.vbi etiam dicit,id facere,quòd is non eſt,nec dicitur ſimpliciter hęres, ſed hęres hęredis,& ſic cum adiectione,& ſecundũ quid κατά τι, vt patet ex d.l.vlt.C.de hęred.inſt. ex quo, inquit,ſequitur quòd non eſt propriè hęres,quia verba accipiuntur ſimpliciter, & non ſecundum quid.l.hoc legatum,& ibi Bart.ff.de leg.iij.& dicemus latius infrà in nona declaratione huius 2.partis,nu.11.incip.ſed & hęc quoque ratio,& ſeq.Et idem quoque nouiſsimè tenet Maria. Soc. Iunior, conſil.clviij.abunde,col.v.verſi.alij autem ſunt hæredes,lib.ij.

15 *Diſpoſitio facta de primo ſucceſſore, an trahatur ad immediatum in correctoriis.*

¶Nec tamen illud interim prętermittendum ducimus,quod ad hanc rem,de qua tractamus,proximę pertinet,quod à Franc.Aret.ſcriptum eſt,in l.Pomponius.§.j.col.ij. verſi.ex vltima autẽ debes notare.ff.de acq.poſſ.ex ſcriptis per Bar.ibi quòd in materia correctoria, diſpoſitio quæ fit de primo ſucceſſore immediato,nõ trahitur ad mediatũ,quod dicit not.ad no.in d.l.ſciendum.ff.de ver. ſign.& in l.Gallus.§.etiam ſi viuente parente.ff.de lib.& poſthu.Et ſequitur Iaſon in d.§.j. colu.iiij. verſi.tertia declaratio,licet dicat eam ipſius §.materiam,non eſſe correctoriam. At noſtrum ſtatutum haud dubiè correctorium eſt iuris communis,vt latè diximus ſuprà in prętatione,declarat.iij. nu.2.incip.ego verò cõſtanter,& multis ſeq.Sed & quòd aliàs appellatione hæredis intelligatur de primo,& immediato hærede,ſatis videtur probari,ex l.cũ filio,& ibi Ale.in j not.ff.de vulg.& pup.

16 *Redit ad principale dubium.*

¶Cæterùm hanc noſtram principalem dubitationem,an ſcilicet hęres hæredis ſit ſaiſitus vi huius noſtri ſtatuti,attigit Bart.Chaſſ.conſ.lxvij.incip.nobilis & potens,col.23.verſi.quintum & vltimum dubium,vbi dicit aliàs ſibi viſum fuiſſe,ſolum primum hæredem eſſe ſaiſitum,& non ſecundum,& alios,ex dictis Alexan.conſi.xvij.col.j.lib.j.& conſi.lvij.perſpectis,lib.ij.in quibus locis nihil de ea re loquitur,& fortè eum voluit allegare in conſiliis ſuprà à me citatis in prin.huius declarationis.Tamen ipſe Chaſſ.in eo conſil.tenet ipſe contrarium,loquens tamen de ſubſtituto, & fideicommiſſario,de quo & nos latè dicemus infrà in ix. atque iterum x. declara. huius ſecundæ partis, vbi & tu videbis multa ad hunc locum pertinentia,ex quibus intelliges quid hic dicendum ſit.

17 *Hæres hæredis an mittatur in poſſeſsionẽ.*

¶Tamen illam Chaſſan.ſententiam,mirum in modum fulcit,quod à Specu. ſcriptum eſt tit. de teſta.§.ſequitur,col.pe.verſi.ſed pone P.deceſsit,ſi Petrus deceſsit inſtituto hęrede Paulo,qui quidem Paulus antequam mitteretur in poſſeſsionem hæreditatis,ex l.vlt.C.de edic.diui Adr. tollen. deceſſit,inſtituto hærede Martino,qui petit mitti in poſſeſsionem rerum quas ille Petrus tempore mortis ſuæ poſsidebat.Et dicit quoſdam dicere illũ admittendum,cùm iſtud ius peruenerit ad Paulum, & ab eo tranſierit ad Martinũ,per l.cùm hæredes.ff.de acq.poſſ.Et hoc,inquit, ſi agit vt hęres Pauli,

qui

qui habebat ius ex ſucceſsione Petri,quaſi ſit hęres eius per mediam perſonam,& nihil aliud dicit, veluti in ea opinione hæreat. Et videntur ſequi Ioan.Andr.& Bal.dum non improbant, ſed taciti rem intactam relinquunt, vt probatur in l.item quod Sabinus. in fi ff.de hæred.inſtit.& ex gloſ. ab omnibus approbata,in l.inter omnes conuenit.ff.qui ſatiſda.cog.dum declarat ea verba, inter omnes conuenit, id eſt nullus diſsidet.

18 *Quid in eo qui ex teſtamento eſt hæres hæredis ab inteſtato.*

¶At illum nuncupatim ſequitur Alber.in d.l.vlt.col.pen.verſi.quid ſi ſcriptus in teſtamento. & ibi quoque Ioan.Fab.col.2.verſi.ſed hæres hæredis.Et idem quoque voluit Bart.nulla mentione facta Spec.in eadem l.vlt.col.4.verſi.quæritur vtrum ſubſtitutio.& ibi etiam Bal.col.7.verſi.idem in hęrede hæredis.& nouiſsimè Franc.Curt.iunior,col.xj.verſi.aduerte etiam in quantum. C.de edicto diui Adria.tollen.& ipſe Bal.in l.j.poſt med.ff.de petit.hæred.vbi & id dicit procedere,etiam in eo qui eſt ex teſtamento hæres, eius qui ſucceſſerat ab inteſtato.

19 *Conſtitutũ an tranſeat in ſecundum donatarium.*

¶Tu tamen interim aduerte,pro priore illa opinione non modicum facere quod à quibuſdam traditum eſt,vim conſtituti non tranſire ad ſecundum donatarium,ſed reſidere in primo:verbi gratia, dono Titio fundum,& poſt eius mortem,aut aliquod certum tempus,Sempronio:& me conſtituo poſsidere nomine eorum,tranſit poſſeſsio in Titium primum donatarium, non etiam in Sempronium ſecundum donatarium.Ita enim voluerunt Corne. conſi.clxxiij.in præſenti ſtipulatione. col. v.verſi.ſed nihilominus hoc non obſtante.lib.2.Guid.Pap.deciſio. Delphin. cccccxij. Titius bona ſua donauit.Steph.Bertran.conſi.cclxxvj.viſo caſu mihi tranſmiſſo.& diximus in tracta. Conſtituti poſſeſſorij,in ij.parte,ampliat.xx. vbi videre poteris.

20 *Dominium rei legatæ, recta an tranſeat in ſecundum legatarium.*

¶Adde inquam ad eandem opin.quod ſcripſit Bal.in l.j.col.vlt.verſi.quæro ſi à legatario.C.communia de leg.quòd ſi à legatario legatur eadem res,non tranſit immediatè dominium in ſecundum legatarium,quia teſtator fecit primum legatarium dominum,vt faceret alium dominum:non autem fecit eum executorem,vt ei traderet,vt dicit not.Spec.tit.de inſtr.editio.§.nunc autem aliqua. verſ. ſed nunquid debet iurare.vide tamen quæ illico ſubdit ipſe Bal.& quod etiam ſcribit ipſe idem Bal.in l.2.col.2.verſi.quæro nunquid iſtæ tres.eo.tit.commu.de leg.Et faciunt etiam quæ dicam infrà in ix.declarat.huius ij.partis.num.5.incip.& quod eam quoque.& multis ſeq.

21 *An ſupradicta procedant in hærede filij hæredis.*

¶Nec tamen illud omiſerim id quod de hærede hæredis diximus, fortè non procedere in hærede filij hæredis,ob id quòd ſui hæredes,cuiuſmodi eſt filiusfamilias, tranſmittunt hæreditatem etiam non aditam,in ſuos ipſorum filios,& alios deſcendentes,& poſteros.l.cùm antiquioribus.C.de iure delib.& l.2.§.ſi quis ex liberis cum eſt in vtero.ff.ad ſenatuſcon.Tertul.& Orphit.& l.j.C. de his qui ante aper.tabul.& voluerunt omnes vbique, nemo enim vnus contradicit

22 *Sui hæredes tranſmittunt hæreditatem non aditam in ſuos filios.*

¶Nam & quod plus eſt,is filius etiam ad extraneos hæredes tranſmittit,vi illius ſuitatis,ante hæreditatem aditam,ex cõmuni noſtrorum calculo,per l.ſi fratris.& ibi Bart.Bal. & latè Corn.& cæteri omnes præter nonnullos ibi relatos C.de iure delib.& l.ventre.& ibi plenè doct.ff.de acq.hære.& l. ex militari.cum l.ſeq.ff.de milit.teſta.Barto.& latè Alex.& Iaſ.qui alios afferunt,in l.ſi infanti.C. de iure delib.Bal.in d.l.cum antiquioribus.col.vlt.verſ.in tex.ibi,intra annale tempus.eo.tit.Ang.cõſil. lxxxij.ſubtiliter.col.j.Pet.Anch.latè in c.Raynutius.col.antepe.verſi.duodecimò ergo quæro.de teſta.& ipſe idem Alex.conſi.xx.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Raymund. per totũ illud conſi. lib.j.vbi multis oſtendit,etiam id procedere in portione,quæ iure ſpeciali ex ſtatuto defertur,vt ibi latiſsimè videre poteris.& Ferra.tit.forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento,in verbo,purè inſtituit.col.3.verſi.amplius ſcias.Idque etiam ſi filius ille infans ſit,vt poſtea dicemus in xvj. declaratione huius partis nu.3.incip.& hanc quoque partem.

23 *An is ad quẽ tranſmiſſa eſt hæreditas, ſit ſaiſitus ex noſtra conſuetudine.*

¶Sed hìc attende lector,quia ſi hæc tranſmiſsio conſideranda eſſet in hoc caſu, ſemper is in quem hæreditas eſſet tranſmiſſa,ſiue ex poſteris eſſet,ſiue ex extraneis, cenſeretur eſſe ſaiſitus, vt ille ex quo fit tranſmiſsio,vt quę fit cum omni ſua cauſa,& qualitate, arg.eius quod dicimus de prorogatione,& cõtinuatione,ex ij.§.ſi iudex.ff.de iud.& l.Aemilius.cum gl.ff.de min.cum alijs multis concord.à me adductis in noſtro tractatu Retractuum,tit.2.gl.vij.in verbo, *ſeront preferez*, num.27.ex quo fit vt id tempus.Et facit præterea quod ſcribit Bart.in l.qui duos.in prin.verſi.quæro hæres primus.ff.de reb.dub.& Carol.Rui.conſi.xxij.viſis ſtatutis.col.pe.verſi.& ad rationem.lib.3.

24 *Beneficiũ edicti D.Adria. tranſmittitur ad hæredem hæredis.*

¶Et expreſsè voluit in caſu,de quo loquimur,Bart.in l.j.§.ibidem.ff.de collat.bono.argu.l.ſed ſi pro dote.§.pen.ff.de lega.præſtan.Anto.conſi.xx.nulla mulier poſsit.Soci.conſi.lxvij.in præſenti conſideratione,col.vlt.in prin.lib.3.Præſertim quòd beneficium,l.vlti.C.de edicto diui Adria. tollen.quod ad hoc noſtrum ſtatutum proximè accedit,tranſmittatur ad hæredem hæredis,vt nuncupatim voluit Bal.conſi.clxxxvj.incip.quia allegationes.col.2.in quinto dubio,lib.j.

25 *De eadem re.*

¶Sed huic rationi obuiat,quòd ſi eam hìc ſequeremur,continuò etiam ſequeretur hìc concurſuras duas fictiones:has ſcilicet,vt fictè tranſiret poſſeſsio in filium,& fictè eadem poſſeſsio tranſmitteretur quod fieri non poteſt,vt not.in l.j.C.de dot.promiſ.& quæ diximus ſuprà in ſecunda declaratione,num.5.incip.idque maximè.& in tracta.Conſtituti poſſeſſorij,in 3.parte, limitat.4. & iterum limita.v.Præterea ſi hæres hæredis,ex iure tranſmiſſo adit,dicitur adire vt hæres hæredis, non vt hæres primi,licet per mediam illius perſonam hæres ſit.l.vlti.C.de hæred.inſtit. Socin.dicto conſil. lxvij.lib.4. Verùm id vix apud nos obtineret.

26 *Quid ſi is qui*

¶Nec illud quoque prętermittendum ducimus,circa id quod diximus de ſecundo hęrede,ad quod adduximus multas conſuet.loquentes de proximo,ſiue proximiori hærede. Quòd ſi is qui eſt proximior



ximior cõſanguineus,ſit inhabilis ad ſuccedendum,quia fortè eſt deportatus,vel Franciſcanus.aut aliàs.is non impedit ſequentem,qui ſcilicet poſt eum proximior eſt, ſuccedere, & ita ſaiſitum eſſe, hic enim altero ſublato dicitur eſſe proximior,& ſic primus hæres, ac ſi neminem ante ſe haberet. Ita voluit D.Benedict.in repet.c.Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.nu. 72. de teſta. & Chaſſ.in commentariis conſuetudinum Burgundiæ,tit.*des ſucceſsions* §.j.in verbo, *heritier habile*, col.j.verſic.aduerte ad tex.in quibus locis allegant vterque Bald in c.item cùm quis,de reſtit. ſpoliato.vbi loquitur de hoc noſtro ſtatuto,ſed nihil de hac re dicit.

27 ¶Ego tamen hoc ſententiam eſſe veriſsimam arbitror,quia vt iam dixi,is proximior inhabilis,alij ſequenti non obſtat,quin dicatur,& ſit primus,& proximior habilis,per l.ſi qua pœna, ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,quam ipſe Bened.citat,& l.ſi poſt mortẽ,§.liberi. ff. de bonor. poſſeſſ.contra tabul.per quam dicit Bald.in l.ſi quis prioris.§.talem.C.de ſecund.nupt.non nocere alij, qui inhabilis eſt.ex hócque infert, quòd ſi conſuetudo ſit, vt primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia, ſintque ex multis matrimoniis filij, ſed is qui ſolus erat ex primo matrimonio, ſit inhabilis ad ſuccedendum,quia eſt frater minor: is qui illum ſequitur, quia eſt primogenitus ex ſecundo matrimonio, ſuccedet in Baronia tanquam primogenitus, veluti nullus ſit filius ex primo matrimonio,de quo & nos latè diximus in tractatu Primigeniorum, quæſtio.iij.ibi videbis, & alia multa hanc ſententiam adiuuantia. *De eadem re.*

28 ¶An autem hæredi hæredis cõpetat remedium l.vlt.C. de edi.diui Adr. tollen. vide omnino Bart. ibi col.iiij.verſi.quæritur vtrùm ſubſtituto,& Bal.col.vij.verſi.idem in hærede hæredis, & Franciſ. Curt.iuniorem.col.x.verſic.aduerte etiam inquantum,& ipſum Bald.in l.j.num.2.in additio. quam poſuit ſuper l.veluti,col.j.verſic.ſed an mihi qui ſum hæres.ff.de petit.hæred. *Hæredi hæredis,an competat remediũ l. ult de edi. D. Ad toll.*

29 ¶Sed & an aliàs appellatione hæredis ſimpliciter,veniat hæres hæredis, vide præter eos quos ſuprà ſparſim citauimus,Oldr.conſi.xxj.thema tale eſt,teſtator habebat fratrem.Cy.& Bal.in l.in annalibus,C.de hæred inſti.Bar.Franc.Aret.& Iaſ.in l.paterfamilias, in princip.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. ipſum Bart.in l.ſi quis filium,§.vlt.& ibi Imol.ff.de acquir.hære.Bald.& Salyc.in l. in annalibus. C. de leg.Salyc.in l.voluntas.C.de fideic.Petr.Anch.conſi.cxxx.pro & contrà ſubtiliter allegatum,per totum.Alex.in l.ſi patroni,in princ.col.ff.ad S.C.Trebel.& in l.Gallus.§.etiam,col.vlt. ff.de liber.& poſthu.& conſil.xxxvj.viſo themate ſuper quo dubitare contigit,propè per totum, lib.iij.& conſil. clxxiij.viſa facti narratione,item ferè per totum,lib.v.Corne.conſi.cclxxix. videtur prima facie reſpondendum,ferè per totum,lib.iij.Franc.Aret.in l.cum filio,in j.not.ff.de leg.j.& Socin.conſil.cxvj. in cauſa filiorum,col.iij.verſi.licet iſta videatur,lib.iij.& con.cclxxix.videtur prima facie,propè per totum,eod.lib.iij.Iaſ in §.actionum,nu.210.& multis ſeq.Inſtitutio.de action. *In uniuerſum an appellatione hæredis,ueniat hæres hæredis.*

### *SEXTA DECLARATIO.*

1 ¶Sextò igitur declara,vt procedat in hærede naturali,& legitimo, non item in legitimato:ea ratione, quòd legitimatus non ſit verè legitimus, ſed pro legitimo habeatur, vt videre licet ex Iacob. Bel.in §.tribus,in auth.quib.mod.natu.effic.legit.Iacob.Butrig.in procem.C.Signor.conſil. ccxviij. quidam dominus Ioannellus.col.penult.verſic.præterea legitimatus.Bald. in l.ſi ita quis, §. is cui.ff. de leg.ij.& in l.vltim.C.de his qui veniam ætat.impetr.& in l.quoties, col.ij. verſicu.& hoc faciunt. C.de rei vend.& in l.eam quam,colum.penult.verſic.quæro vtrùm legitimatus. C.de fideicommiſ. & in addit.Spec.tit.de ſucceſ.ab inteſtato. §. j. ad fi. cum alijs multis concordantibus à me collectis in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.96.attende tamen lector. Et ita quidem, vt nec filius legitimatus compræhendatur ſub ſtatuto, loquente ſimpliciter de filio, ſi credimus Bald. conſil.cij. eſt conſiderandum,ante fi. lib. iiij.Nam & in ſimili dicitur in l. vnic.C. ad legem Viſcelliam, eum qui ius annulorum aureorum obtinuit à principe, & imaginem tantùm, non etiam ſtatum ingenuitatis obtinere. *An hæc conſuetudo procedat in legitimato.*

2 ¶Ex quo illud continuò conſequens ſit, vt nec talis legitimatus compræhendatur ſub hoc ſtatuto, tum quia verba propriè intelligenda ſunt,præſertim in ſtatutis,vt not.in l.iij.§. hæc autem verba,ff. dę negotiis geſtis, cum ſimilibus, præſertim verò in correctoriis iuris communis (cuiuſmodi hæc eſt,vt ſuprà in præfatione diximus) l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,& ibi Bart.Imol.& alij.ff. de liberis & poſth. cum ſimilib. Tum quia ſi aliter diceremus, concurreret hìc duplex fictio, vt ſcilicet ficta poſſeſsio tranſiret in fictum hæredem, quod fieri non debet, vt iam ſuprà ſæpius diximus. Et licèt dubitetur,an ſit hæc ficta poſſeſsio,vt poſtea dicemus in quinta parte declaratione j.non tamen ambigitur, quin ſit facta tranſlatio, vt & in ſimili diximus de conſtituto, in tractatu Conſtituti poſſeſſorij,in tertia parte,in j.ampliatio. *Legitimatus nõ comprehenditur in ſtatuto loquente de filio.*

3 ¶Et ne authoritate in hac parte careamus, ita nuncupatim, & conſtanter tenuit Bart.Chaſſan.in commentar.conſuetud Burgundiæ,tit.*des ſucceſsions*.§.j.in gloſſ.j.in fi.atque etiam in tit.*des baſtards*, §.j.eodémque vlt.in gl.vlt. col. xvj. verſic. ex ſuperiùs dictis, & multis ſequen. vbi etiam dicit hìc aliter tres fictiones concurſuras:primam, quòd legitimatus repræſentaret perſonam legitimi: alteram,quòd defunctus repræſentaret etiam perſonam legitimi:tertiam, quòd ex poſſeſsione ficta haberet item ius ac ſi eſſet verè legitimus filius.& alia quædam allegat,quæ ibi videre poteris. præſertim quòd id ſtatutum eſt correctorium iuris communis, ideo minimè extendendum. Et in eadem quoque opinione non obſcurè fuit Io.Sainxon in commentariis conſuetudinum Turonenſium,titu. *de ſucceſsions*. §.ij.& in gl ij.in verbo,*habile à luy ſucceder*. *Qui tenent legitimatum hic non comprehendi.*

4 *Legitimatos nõ comprehẽdit in ſtatuto compellente cõſanguineos ad compromiſſum.*

¶Quibus adde quod à Pau.Caſt.reſponſum eſt conſil.clxxviij.ſuper eo verò quod quæritur, col.ij. ver.item confirmantur prędicta,lib.j.ſtatutum compellens conſanguineos ad compromiſſum,intelligi de legitimis,& naturalibus, non etiam de legitimatis,idq́ue perpetuum eſſe in ſtatutis : Ex quo etiam Phil.Dec.conſi.cclxxv.le ij.(ſunt duo enim eius numeri)incip.in cauſa quæ Lucæ agitatur, in iij.eodémque vlt.dubio,reſpondit beneficium quod à ſtatuto datur conſanguineis, retrahendi rem extra familiam venditam,non competere legitimatis.de quo etiam nos diximus in noſtro tractatu Retractuum,lib.j.§.j.gl.viij.in verbo,*le parent*,nu.10.verùm quæſtionis eſt,& ſeq.

5 *Nec in ſtatuto permittẽte retractum conſanguineis.*

¶Aduerte hìc lector amantiſsime,quòd contrarium eius quod dixerunt Chaſſe. & Sainxon in hac noſtra ſpecie,non obſcurè ſenſerunt Alex.& Barb.qui in eadẽ ſpecie conſuluerunt:ille,con.xxxvij. in cauſa mota per Angelum,lib.j.hic conſi.lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta,lib.ij. loquentes de huiuſmodi ſtatuto,& legitimato quopiam,qui huic ſtatuto innitebatur,aduerſus eum conſuluerunt, non ob id quidem quòd legitimus non eſſet, ſed legitimatus : ſed quia legitimatio eius non valeret , & aliis quibuſdam rationibus,quas ibi videre poteris. Nec illi certè viri oculatiſsimi,atque doctiſsimi, id de quo tractamus,prætermiſiſſent,ſi eius opinionis fuiſſent,vt legitimatus non gauderet huius ſtatuti beneficio.Et ſecundum hanc ſententiam Ioan.Gallus in arreſtis curiæ parlamenti, ſub quæſtio. cxliij.dicit fuiſſe iudicatum,vt ſcilicet legitimatus ſit ſaiſitus vi huius noſtræ conſuetudinis.

6 *Qui tenent legitimatum eſſe legitimum.*

¶Nec etiam ſine dubio eſt,quod ſuprà adductum eſt pro potiſsima ratione , & ex qua cæteræ prodeunt,ſcilicet quòd legitimatus non ſit verè legitimus.Nam ſunt multi contrariæ ſententiæ , vt ſcilicet ſit verè legitimus,& inter cæteros Bart.in l.ſi is qui pro emptore,colu.xiiij. in iij. quæſt. princ. verſic.item quæritur circa prædicta,& rurſus verſic.& ſi tu opponis mihi.ff. de vſucap. & in l.ſi maritus ſit in magiſtratu.§.legis Iuliæ,ff.ad legem Iul.de adulter.Bald.in l.cùm acutiſsimi, col.ij.verſic. quæro nunquid naturales.C.de fideicom.Rapha.Com.conſi.clxviij.reuerendus pater,col.pe.verſi. non obſtat quod dicebatur.Pau.Caſt.in l.vlt.C.de his qui veniam ætat.impetra.vbi dicit omnes in hoc conuenire : & certè alios multos comperies hanc partem ſequentes, in d.noſtra repet.l. ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.75.hæc poſterior ſententia.

7 *Legitimum eſſe, ex natura pendet.*

¶Et huius eſt ratio ſatis euidens , ex iure enim pendere , non ex natura,quis ſit legitimus, vt tradit Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore , vbi ſuprà , & in l.iij.ff.de inſtitor.actio. Nam, vt tradit Pet.Anch. conſil.ccxxv.videtur prima facie,col.ij.verſi.non obſtat quòd iſte dicatur , id verbum, legitimum, ſemper ſonat in ciuilem intellectum. Et id probatur in l. legitima. ff. de pact. & l.teſtamenti , & l. ſi quæramus.ff.de teſta.& §.liceat autem patri,in auth.quib.mod.natur.effician.ſui, quæ iura in id annotat Iaſon in d.l.ſi is qui pro emptore,nu.229.

8 *Lex fingendo verè , facit in his quæ à lege pendent.*

¶Cùm autem aliquid dependet ex lege,ſiue poteſtate ipſius , lex ipſa etiam fingendo , vel verbis fictionem denotantibus vtendo,id verè facit,non fictè,vt voluerunt Bart.& cæteri in d.l.ſi is qui pro emptore,& idem Bart.conſil.lxij.punctus talis eſt,quidam effectus ciuis.Anto.conſil. xx. nulla mulier,ad medium. Ea enim quæ iuris ſunt , verè ab ipſo iure inducuntur , quibuſcunque verbis vtatur,l.in rebus,in fi.& ibi Bal.C.de iure dot.Corn.con.ccxliij.memini ſuperioribus dictis,col.ij.ver. ad idẽ litis conteſtatio,li.iij.De qua re & nos multa diximus,in d.l.ſi vnquam,vbi ſuprà , vbi tu plurima videbis, quæ in vtranque partẽ huius dubij adduci poſſunt,dum tractamus , an ea lex habeat locum in filiis legitimatis,atque etiam in noſtro tractatu Nobilitatis,c.xv.nu.17. hoc amplia , & ij. ſeq.& multò latiùs in tractatu Primigeniorum.in xxxiiij.quæſt.qua tracto , an legitimatus ſuccedat in iure primogenituræ.

9 *Diſtinctio an hic ſit legitimatus ante, an poſt mortẽ defuncti.*

¶Et certè vt tandem meum iudicium interponam,in ea ſum ſententia,vt legitimatus ante mortem eius de cuius ſucceſsione quæritur,& qui illi ſuccedit,ſit ſaiſitus:vt qui tempore mortis illius ſit eiuſdem verus hæres,non ſi poſtea legitimetur,per ea quæ dixi ſuprà in prima declaratione huius partis.nu.3.& quæ in ſimili tradunt.Salic.inter conſil.Bald.conſil.xvij.ſuper legitimatione,lib.iiij.Io. Ligna.& Io.Rampo.con.ſeq.in poſita quæſt.col.iij.ver.ſurgit tertius punctus.& Phil.Dec.con.ccclxvj. pro declaratione,col.3.ver.permittendũ,& con.ſeq.ver.vlt.non obſtat.Nam cùm hic tẽpore mortis ſit inhabilis,dici nõ poteſt eũ eſſe ſaiſitũ per mortẽ defuncti , iuxta ea quæ ſuprà diximus d.j.declarat.huius ſecundæ partis.Imò is ſaiſitus fuit,qui eo ipſo tẽpore mortis erat proximior habilis:ergo alter poſſeſſor eſſe nõ poteſt,quia duo inſolidũ eandẽ rẽ,eodẽ modo poſsidere non poſſunt.l.3.§. ex cõtrario.ff.de acqui.poſſ.& l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculũ.ff.commo.& l.ſi duo.ff.vti poſsid. & c. cùm eccleſia Sutrina,de cauſa poſſ.& proprie.& c.licet cauſam,ver.ex præmiſsis,de prob.quo argumento vtitur in ſpecie huius ſtatuti,de alio tamẽ caſu loquẽs Bal.cõſ. 454. quidã Ioannes deceſsit, ad fi.lib.j.& Raph.Fulg.conſ.ccxxx.in quæſtione vertente inter Spectabilem dominã,verſ.præterea cùm per ſtatutum.& poſt eum Philip.Dec.conſil.lxxxiiij.excellentiſsimi,col.ij.verſic.& vlterius.

10 *Mediũ nullũ, inter mortẽ defuncti qui poſſidebat,& poſſeſsionem hæredis.*

¶Tum etiam quia nullum eſt omnino medium inter mortem defuncti qui poſsidebat,& poſſeſsionem,ſiue acquiſitionem hæredis,per mortem illius,l.quæſitum.§.præſenti,ff.de lega.j. & l.ſi fratris, in verbo,ſtatim,& ibi Bal.col.ij.verſi.ſed contra iſtam ſolutionem,& Corn.col.j.in iij.not.C.de iure delib.ipſe Bal.in l.j.col.vlt.in fi.C.de appel.& in l.filio,aut fi.ff.de legat.j.& conſil.cccxxx. ſtatuto cauetur quòd conductor,col.j.verſi.tertiò quæritur,ſi ſtatuto,lib.j. vbi nuncupatim de hoc noſtro ſtatuto loquitur. Et facit quod ſcribitur in l.ſi poſt mortem , in princ.ff. de legat.præſtan. & in l.j.§.qui ſunt in poteſtate,ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſt,& quod in ſimili ſcribit Bald.conſi.ccccíiij.quia dictus conſultor,in j.dub.lib.j.& Imo.poſt Angel.in l.ventre,colum.& ex hoc not.ff.de acquir.hæred.

¶Quòd



*Quid in legitimato per matrimonium.*

11 ¶Quòd ſi quis fortè dubitet,in cæteris legitimatis ante mortem defuncti,tamen nihil eſt quod dubitare debeat,in legitimatis per matrimonium.cùm hi in nullo vel minimo differant à legitimis,vt patet ex his quæ & nos ſcripſimus in d.l.ſi vnquam,in d.verbo,ſuſceperit liberos,nu.71.ſi hanc opinionem,ſed latiùs multò in dicto tractatu Primigeniorum,in eadem q.xxxiiij.per totam eam quæſtionem,maximè verò,nu.52.incip.& ex eo ſatis,& quinque ſeq.quæ hìc conſultò omittimus,ne iam actum(vt eſt in veteri prouerbio)agamus.

### *SEPTIMA DECLARATIO.*

*An noſtra cõſuetudo habeat locum,in hærede teſtamentario.*

1 ¶Septimò declara, vt procedat in filio , aut alio proximo hærede ab inteſtato , non etiam ex teſtamento,niſi & ipſe hæres eſſet ab inteſtato.Nam ſi is qui ſucceſſurus fuiſſet ab inteſtato, inſtitutus ſit hæres teſtamẽto,non deſinit eſſe hæres legitimus:imò & talis eſt peræquè,ac ſi nõ fuiſſet inſtitutus, vt voluit Bart.in l.iij.col.vlt.ver.ſecundò facit ad aliam quæſtionem,ff.de leg.j.Alex.in l.ex facto,§. vlt.circa fi.ff.ad S.C.Treb.Guil.Brolhius loquens expreſsè in noſtro caſu,in ſtilo Parlamenti curię, tit.de feud.§.nam conſuetudo per quam,& Bened.in repet.c.Raynutius in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.75.extra de teſt.& D.Boer.in comment.conſuet.Biturig. tit. *des couſtumes concernans teſtamens*,§.vj.col.v.verſic.item intellige hanc conſuetudinem. Et facit quod in ſimili poſt Pet. Anch.ſcribit Philip.Dec.in c.in præſentia,col.j.in ij.not.verſi.vel tertiò reſponderi poteſt,de proba. Igitur de hoc minimè dubitandum eſt,quin ſit ſaiſitus,etiam ſi ſit hæres teſtamentarius.

*Qui tenẽt hũc hæredẽ non iuuari hac conſuetudine.*

2 ¶Sed de eo loquimur,qui cùm non eſſet hæres ab inteſtato,fuit inſtitutus hæres à defuncto,qui quidem non poteſt ſe dicere ſaiſitum,vt qui nec autoritate quidem iudicis , immittere ſe poteſt in corporalem poſſeſsionem hęreditatis,niſi citato filio,aut alio qui ab inteſtato erat ſucceſſurus.Ita enim in hoc noſtro ſtatuto expreſsè conſuluit Bal.conſi.clxxxj.caſus talis eſt, cauetur ſtatuto, lib. j. idq́ue multis rationibus,ſed his potiſsimum,quoniam huiuſmodi ſtatutum debet intelligi de vero hærede,vt etiam ſuprà diximus in ſecunda declarat.huius ſecundæ partis.Sed nondum conſtat, hunc ad quem ſine inſtitutione hæredis,de iure non ſpectat hæreditas, eſſe verum hæredem, antequam in productione inſtrumenti citatus fuerit filius , aut alius qui ab inteſtato erat ſucceſſurus.c.quoniam contra falſam,de probatio.Nam filius,ſiue proximior eſt certus,& legitimus,ergo citandus.l.j.§.denunciari.ff.de ventre inſpicien.Item miſsio in corporalem poſſeſsionem eſt actus fori contentioſi,& ſine citatione etiam peremptoria expediri non poteſt.l.præſenti.§.j.C. de his qui ad eccleſiam confug.& l.meminerint.C.vnde vi.Hæc Bald.

*De eadem re.*

5 ¶Et idem quoque , illo tamen citato , voluit Maſuer. vir in interpretandis noſtris conſuetudinibus Gallicis maximus,& id quidem in pluribus locis , videlicet in tit.de poſſeſſorio , §. item hæres qui ſuccedit,& iterum,§.item dato quòd ille,vbi & illud præterea dicit,quòd ſi hæres inſtitutus in teſtamento,apprehẽderit poſſeſsionem rerum hæreditariarum,poterit hæres ab inteſtato aduerſus eum manutenere:ita enim loquitur,quo verbo vulgari ſignificatur , ipſum hæredem ab inteſtato aduerſus illum obtinere,in interdicto retinendæ poſſeſsionis.Rurſumq́ue in tit.de feud.§.item ſucceſſio.& d.Guil.Brolhius in ſtilo curiæ Parlamenti,tit.de feud. §. item de conſuetudine , & ſequen cuius initium eſt,item ſucceſsio talis, rurſumq́ue §.item conſuetudo per quam. & Bart Chaſſan. qui tamen nutat,in commentariis conſuetud.Burgund.tit.*de ſucceſsions*,§.j in gl.j.col.iiij.verſic.tertiò limita. & D.Boer.vbi ſuprà,nu.1.huius declarationis.& pręterea deciſio.clvj.an fideicommiſſarij, col.iij.nu.9. & non obſcurè quoque voluit Barb.conſil.lviij.incip.ſapienter dixit Pſalmiſta,colum.xj.verſi. circa aliam dubitationem,& multis ſeq.lib.ij.dum ex huiuſmodi ſtatuto dicit ſaiſiri hæredẽ ab inteſtato, etiam aduerſus hęredem teſtamentarium,niſi ipſi hæres teſtamentarius poſſeſsionem occupauerit.

*Conſuetudines in eam ſententiam.*

4 ¶Et hoc apertè,& verbis expreſsis declarant multæ ex noſtris conſuetudinibus Franciæ,dũ dicunt proximiorem eſſe ſaiſitum,quas tibi ad alıud propoſitum deſignauimus ſuprà,in v.decla.nu.3.incip. & hanc ſanè.Neque enim id verbum, proximiorem , referri poſſet ad hæredem teſtamentarium, niſi ille quoque eſſet ab inteſtato. Sed & ſunt quæ loquuntur de proximiori conſanguineo , vt Aruernienſis,tit.*de ſucceſsions*,c.j.Engoliſmenſis,c.lxxxiiij.Rochellenſis,c.lvj.Sanctonẽſis,c.cv.Et hanc eſſe generalem conſuetudinem,ſcilicet loquentem de conſanguineo,tradit Bened.in repet. c. Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.nu.71.de teſta.vbi conſanguineum vocat,linagerium, ego verò linearium potius vocarem,ſecundum ea quæ dixi in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.in glo. ix.in verbo,*lignagier*,in prin.

*Aliæ conſuetudines quæ verbis diſertis id dicunt.*

5 ¶Imò ſunt,vt redeamus,quædam conſuetudines,quæ expreſsius , & quaſi verbis conceptis loquuntur de hærede ab inteſtato,videlicet Meldunenſis c.xcv.ipſa Aruernienſis,vbi ſuprà, Borboniẽſis, c.ccxcix.Marchienſis,c.ccxj.Niuernenſis, tit.quoque *des ſucceſsions*, §.j Bituricenſis , eodem etiam tit.c.xxviij.& apud Italos eſt ſimile decretum,loquens de hærede ab inteſtato Camerini , vt videre licet ex Corne.conſi.clxvj.circa primum conſultationis articulum,in caſu poſitionis,lib.j.

*Succedendi verbum , propriè pertinet ad cauſam inteſtati.*

6 ¶Sed & huc pertinet,quòd magna pars noſtrarum cõſuetudinum his verbis vtitur, *Le mort ſaiſit le vif, ſon prochain , ou plus prochain heritier , habile à luy ſucceder.* Et ferè ſemper ponuntur huiuſmodi conſuetudines ſub tit.*des ſucceſsions*, verbum autem ſuccedere , & ſucceſsionis , propriè pertinet ad cauſam inteſtati,vt ſcribit Soci.conſi.xxx.quamuis ex his,col.ix.verſi.item patet ex verbis,lib.j.vbi id dicit probari ex rub.iuncto nigro.C.communia de ſucceſsio. præſertim cùm præfertur à ſtatuto, per id quod legitur,& not.in l.iij.§.de illo.ff.pro ſocio, vbi dicit probari quòd cum ſit mentio ſucceſsionis,intelligitur hæreditatis ab inteſtato,non ex teſtamento.

7 *Nec tamen id ſatis tutum.*

¶Verùm ille textus nullam omnino facit mentionem ſucceſsionis, ſed hæreditatis. Nec etiam hæc poſtrema ratio ſatis tuta eſt,quoniam verbum ſuccedendi,& ſucceſſoris,latiſsimè patet,& compręhendit omnem ſuccedendi modum,vt probatur in l.fluminũ.§.adiicitur.ff.de dam.infect.& in l.j.§.illum tenendum.ff.quorum legat.& in l.vlt.& ibi gl.& Dec.C.vnde legit. & l.j.& ij. C. de ſucceſſor. edic. & voluit ipſe Soci. conſi. cij. viſis ſcriptura,col.iij.nu.6.& 7.lib.iij.& Dec.vbique.Et videmus etiam quòd ſub d. titu. communia de ſucceſsio.ſunt leges loquentes de ſucceſsione ex teſtamento, videlicet l.antequam:ſed tamen illud fuit incidenter,vt dicit Corn.in d.Rub.

8 *Legitimos hæredes, propriè dici ab inteſtato.*

¶Illud autem haud dubiè verum eſt,legitimos hæredes propriè dici ab inteſtato,& legitimam ſucceſsionem etiam ab inteſtato:illam autem quæ ex teſtamento eſt, non propriè dici legitimam ſucceſsionem,ſed largè,eo quòd confirmata eſt à lege xij.tabular.l.lege obuenire.ff. de verb. ſignifi. & l.iij.§.de illo,& ibi gl.in verbo,ad legitimã,& Raph.Fulg.ff.pro ſocio,& l.illud, ff.de acquir. hæred. & probatur etiã ex rub.& tit.C.de legit.hęred.per totũ,& voluit etiam gl.in l.legitimam, ff.de pet. hæred.Panor.con.iij.nitar in præſenti,col.iiij.ver.ſed in alia materia,lib.ij.Alex. loquens de conceſſione emphyteuſis pro alio,& ſuis legitimis hæredibus,con.lvj.viſo proceſſu cauſæ inter Antonium, col.ij.ver.apparet ergo,lib.ij.Bened.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiã,nu. 74.& latè per Iaſ.qui alia multa allegat,in l.j.col.j.verſi.tamen diligenter aduerte, & ibi etiã Philip. Dec.poſt prin.C.quando non petent.partes,vbi omnino videas, ſed ita vt non prætermittas Andr. Alciat.in d.l.lege,de verb.ſignifi.& in lib.iiij.Paradox.c.vij.& Nicol.Bello.Supputatio.lib.iij.

9 *Emphyteuſis receptio pro ſe,& ſuis hæredibus,&c.*

¶Ideóque ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe , & ſuis legitimis hæredibus, intelligitur de venientibus ab inteſtato,Alexan.conſi.lvj.viſo proceſſu,col.ij.verſic.apparet ergo quòd illa, lib.ij.& Philip. Dec.qui id ſing.dicit , in d.l.j.col.j. verſic. & per iſta ſingul. C. quand. non petent.part. & not.idem Dec.conſil.xxxij.cuius ſuperſcriptio incipit, an fœmina dicatur, & conſil. cccix. viſo puncto in quo in effectu,col.ij.verſicu. ſecundo principaliter , & Paul.Pariſ.conſil.xx. conceſsio in perſonam,col.ij. verſi.& legitimi,& ſeq.lib.j.

10 *Conſuetudines quæ contrariũ aſtruunt.*

¶Sunt tamen aliæ quædam conſuetudines , quæ contrà expreſsim dicunt, hæredes etiam ex teſtamento eſſe ſaiſitos,& inter alias conſuetudo Ducatus Burgundiæ,tit.*de ſucceſsions*.§.iiij. & Comitatus Burgund.quẽ nos vulgo appellamus, *la franche conté*, quæ eſt ex antiquis noſtræ Galliæ prouinciis:& conſuetudo Burdegalenſis, tit. *de teſtamens*, §. j. qui eſt omnium conſuetudinum eius gentis lxxiiij.vbi Arnoldus Ferronius, earum conſuetudinum interpres certè elegantiſsimus , pauca admodum de ea re locutus eſt. Et idem quoque cautum eſt ſtatuto Placentiæ, vt videre licet ex Signor.conſil.clxxxviij.caſus continens inter cætera , & Mediolani ex Paulo Pariſ. conſil. xlj. optimum ius,poſt prin.lib.j.

11 *Qui huic ſententiæ contrariæ adſtipulantur.*

¶Nec déſunt etiam qui videntur eſſe in hac ſententia,vt generalis hæc conſuetudo, ſit trahenda ad hæredes teſtamentarios, dum in materia huius conſuetudinis loquuntur de ipſis hæredibus teſtamentariis,veluti præſupponant eam in his locum habere:videlicet Bald.ipſe in hoc ( vt ſæpe aliàs) ſibi contrarius,conſi.cxlj.præmiſsis verbis,lib.j.& conſ.cccchiij.quidam Ioannes deceſsit, eod.lib.j. Alexan.conſil.xxiiij.attentis his quæ in themate,in prin.lib.iij.D.Bene.in repe.c. Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.num.78.vbi loquitur de eccleſia hærede inſtituta, & iterum, num. 83.& alibi ſæpe,in ea.gloſſ.de teſta.Iaſ.l.vlt.col.iiij.verſic. ſic in ſimili ſtante ſtatuto,ff.de edicto diui Adriani tollen.& Phil.Dec.conſi.lxxxiiij.excellentiſs.doctores,col.j.& conſi.cccclxvij. bene & conſultè,col.j.& ij.Sed quod iam diximus,non id ex profeſſo tractant, ſed veluti aliud agentes , id tantùm præſupponunt, vti etiam faciunt qui diſputant,an ſubſtituti , vel fideicommiſſarij ſint ex hoc ſtatuto ſaiſiti,de quo diſſeremus in ix.item x.declaratio.huius ij.partis.

12 *Ad idem.*

¶Sed id expreſsius videtur voluiſſe ipſe Alex.conſi.xxxvij.in cauſa mota per Angel. col.iij. verſic. item præterea,lib.j.quanquam nec hoc ibi de induſtria tractat.& ſimiliter Iaſon conſil. cxlvij. præſens conſultatio,col.vj.verſic. condeſcendo ad ſecundum,lib.ij.vbi loquitur de hærede quodam teſtamentario,qui eidem ſtatuto innitebatur, nec tamen eum abigit quòd eſſet teſtamentarius , ſed aliis rationibus.& idem Iaſ.conſi.cxlvj.præſuppoſito ſine veri præiudicio,col.j.lib.iiij.& con.lxxxv. quando habemus,col.j.& ſeq.lib.iij.Imò verò Bal.ipſe in rub.de cauſ.poſſeſ.& proprieta.paulò ante fin.dicit,quòd nomen hæredis ſimpliciter prolatum,in hoc noſtro ſtatuto , compræhendit & hæredem ex teſtamento,& ab inteſtato.

13 *Qui tenent l. ulti.de edict. diui Adria. tol. hæredi teſtamẽtario tantùm competere.*

¶Sed & huius opinionis eſſe tacitè videntur ij qui dicunt , quòd hæres in quem ex ſtatuto ipſo iure eſt continuata poſſeſsio,poteſt intẽtare remedium,l.vlt.C.de edic.diui Adria. tollend.quos tibi longo ordine recenſebo infrà in ij.declarat.vj.partis.nu.1.& 2.Nam id remedium competit hæredi teſtamentario tantùm , non etiam hæredi ab inteſtato , vtpote quæ loquatur tantùm de huiuſmodi hærede ex teſtamento,vti etiam facit l.vlt.quæ loquitur in eodem caſu.ff.de appellat.recip. Et ſatis oſtendit ea rub.de edi.diui Adria.toll.nam & in illa ſubditur,& quemadmodũ ſcriptus hęres in poſſeſ.mitta.Et ita tenetur communi noſtrorum calculo,vt per Spec.tit.de teſta.§.ſequitur,ver. quid de ſuccedente ab inteſtato,& ibi Io.And.& Bald.in addit.illius.Cyn.in d.l.vlt.col.iiij.in iij.& iiij.q.Ray. For.li.& Alberi.col.vij.ver.ſed nunquid locũ habeat,Io.Fab col.j.verſ.ſed hæres ab inteſtato,Raph. Fulg.col.antep.verſ.in eadẽ ibi per hanc,Pau.Ca.col.v.verſ.in iij.quæſt.Corn.col.iiij.verſi.nota itaq; hanc gl.& Alex.col.vij.ver.iuxta hoc dubitat,& Iaſ.col.vij.verſi.an autem venientes,vbi dicit hanc eſſe cõmunem ſententiam,Iac.à S.Georg.qui id multis probat,col.vij.verſi. iuxta prædicta quæro, Philip.



Philip.Dec.col.xiiij.verſic.alia quæſtio,vbi & hanc dicit communem,& Franc.Curt.iunior,col.pe. verſic.octauò quæro.& Bald.in l.j.circa medium.ff.de pet.hæredi.& in c.col.j.verſi.quæro ſi poſſeſſio vacat,tit.de contro.inter ma.& fœm.de benef.lib.2.feud.vbi tamen limitat.Cald.conſi.xxxvj.in edictum,ſub tit.de teſt.Ang.Are.§.quadrupli,col.xij.verſi.ad vnum tamen aduertas,Inſtit.de actio. Pet.Ferra.in titu.forma libelli,quo petitur hæreditas ex teſtamento, in verbo , in omnibus eius bonis,col.j.verſi.quæritur inſuper an hæredi.& Stepha.Bertr.conſil. xcix. quod incip. multa ſunt propter quæ,col.j.lib.iiij.ibi & hanc dicit eſſe communem opinionem,Ludouic.Gozad.con.vij.in hac cauſa poſſeſſoria,col.j.verſic.quartò diſpoſitio,& conſil. xxj. videtur dicendum quòd præfatus Hieronymus,col.iij.verſic.nono ex ſupradictis,& conſil.50.prima facie videtur dicendum,col.pen.ver. ad tertium dico,vbi hanc dicit eſſe communem opinionem. Aymo Crauetta,conſi.lxxiij.in contractu ſocietatis,col.ij.verſi.ſextò facit,Nicol.Bello.conſi.xxxv.conſultus de modo,col.j.

14 ¶Licèt,vt id dicam obiter,idem Bald.dubitans tamen,contrarium teneat,in d.l.vlt. col. viij. verſic. tertiò quærit,an ex teſtimoniis,vbi id dicit eſſe æquiſsimum, & apertè contrarium videtur voluiſſe,in l.iij.ff.de inof.teſta.dum dicit quòd filius præteritus à matre , qui ideo intelligitur inſtitutus ex diſpoſitione illius legis,habet remedium,d.l.vltimæ.& apertiſsimè Raph.Com.conſil.xliij. in quæſtione Franciſci,in fi.& Raph.Fulg.in l.ſi docueris,in j.notab.C.ad leg.Cornel.de falſis. *Qui contrariũ tenent.*

15 ¶Aduerte lector,nam vt hîc meam opinionem tibi aperiam,ſi ſtatutum , vel conſuetudo exprimat hæredem ex teſtamento ſaiſiri,vt in eis locis quæ declarauimus ſuprà,nu.huius declarationis 10.incip.ſunt tamen aliæ,tunc certè nihil eſt quod dubitandum ſit , quin hi ſint ſaiſiti. Si autem loquatur tantùm de hærede ab inteſtato,vt ſunt aliæ nonnullæ quas tibi ſuprà deſignaui, tunc de illis tantùm eſt intelligenda,neque enim cùm ſit contra ius , trahi debet ad alios , quàm qui expreſsè nominati ſint.Quòd ſi his verbis loquatur,*le plus proche* , vel *le proche heritier* , cuiuſmodi ſunt plurimæ , quas etiam tibi deſignaui,& tunc de hæredibus tantùm ab inteſtato intelligo:ea enim verba ad eos tantùm referri poſſunt,cùm in hæredibus ex teſtamento nihil tale requiratur : poſsintque omnes , ſiue filij,ſiue conſanguinei,ſiue omnino extranei,modò aliàs ſint capaces,hæredes inſtitui. Quod intelligo niſi aliter ea conſuetudine eſſet declaratum,vt in conſuetudine Ducatus Burgũdiæ,cùm enim primũ dixiſſet in tit.*de ſucceſsions*,c.j.*Le mort ſaiſit le vif,ſon plus proche heritier*,poſtea.c.4.dicit quòd ſi teſtator poteſt diſponere de duabus partibus ſuorum bonorum , ad commodum aliorum quàm hæredum ab inteſtato,hi quorum fauore ita diſpoſuit,erunt ſaiſiti in his duabus partibus. *Author. opin. in principali dubio.*

16 ¶Si autem ſimpliciter conſuetudo loqueretur de hærede,qualis eſt Pariſienſis.c.cxxxij. *Le mort ſaiſit le vif ſon hoir*,aut ſimpliciter dicat, *le mort ſaiſit le vif*,vti eſt Melodunenſis,c. xcv. quod peræquè eſt,ac ſi diceret,*le mort ſaiſit le vif ſon heritier*,neq; enim de alio,q̃ de hærede intelligi poteſt. Et tunc aut ſumus in patria(vt vocant) conſuetudinaria,in qua inſtitutio hæredis locũ non habet , in præiudicium eorum qui ab inteſtato ſuccedunt,cuiuſmodi eſt Pariſienſis.c.cxx. Meldunenſis,c.xxviij. Trecẽſis,c.96.Caluimontenſis,c.83.Victriacenſis,c.cj.Carnutenſis,c.xcv.Aurelianenſis,c.ccxv. Turonenſis,tit.*De ſucceſsions*,c.j.Cenomanenſis,c.ccxxxvij.le ij.Andegauenſis, c. cclxxj. Pictauienſis, c.cviij.Aruernenſis,tit.*de ſucceſsions*,c.xl.Bleſenſis,c.cxxxvij.Engoliſmen.c.cxiiij.Marchienſis,c.ccl. Montargienſis tit.*de donations teſtamentaires*,cap.j.Niuernenſis,tit. *de teſtamens*, c.x.Auxerrenſis.eo. tit.c.iij.Senlitenſis,c.cv.Valeſienſis,licèt non expreſsè,ſed æquipolenter ( vt ſic loquar) c.lxxxiiij. & xciij.Laudunenſis,tit.*De ſucceſsions du fief*. §. j. Et huiuſmodi conſuetudinis veluti generalis in Gallia meminit Pet.à Bella pertica,in l.j.col.j.C.de ſacroſanct. eccleſ. Et tunc putarem non eſſe locum huic noſtræ conſuetudini. *Ad idem.*

17 ¶Aut verò ſumus in patria(vt etiam appellant iuris ſcripti)in qua ſcilicet permittitur teſtari,& inſtituere hæredem quem volumus,capacem tamen:& hoc opus,hîc labor eſt, an ſcilicet inſtitutus hæres ſit ſaiſitus,aduerſus eum qui ab inteſtato hæres fuiſſet,ſi non eſſet teſtamentum. Tamen vix crederem hanc generalem cõſuetudinem,intellexiſſe de alio hærede quàm naturali, & gentilitio hærede,non etiam inſtituto,per l.vlt.& ibi,Bald.Sali.Paul.Ca.& alij.C.de his qui veniam ætat.imper. cum aliis multis concordant.à me collectis in tractat.Primigeniorum.j.quæſtio.nu.x. incip. ſed nec illud,& ſeq.& in repet.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.17.incipien.quin ſit ea. *Ad idem.*

18 ¶Præſertim quòd multæ ex noſtris conſuetudinibus , talem dicunt eſſe generalem conſuetudinem Franciæ,*Le mort ſaiſit le vif, ſon plus prochain heritier* , quas quidem conſuetudines nuncupatim deſignauimus ſuprà in prin.nu.3.inci.& certè hæc eſt:quæ verba (vt diximus) intelligi non poſſunt, niſi de hærede ſanguinis.Imò verò Bened.in c.Raynucius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.num. 71.vt ſuprà diximus,hanc conſuetudinem his verbis refert , mortuus ſaiſit viuum proximum linagerium,quæ vltima dictio ſignificat conſanguineum,veluti linearium,à linea conſanguinitatis. *Ad idem.*

19 ¶Quanquam illud ſcio D.Montholonium,olim celeberrimum,atque ſanctiſsimum aduocatum regium,in noſtra Pariſienſi curia,deinde Præſidem, & cuſtodem ſigillorum regiorum , antequam ad hos ſummos magiſtratus aſſumptus fuiſſet,dum poſtularet pro Carolo Borbonio,cõtra dominam regis Franciſci matrem,allegaſſe id non ſemel fuiſſe deciſum in eadem curia Pariſienſi,vt hæres teſtamentarius eſſet ſaiſitus,vi huius generalis conſuetudinis,pręſertim in patria iuris ſcripti,primùm quidem inter dominos *du Montet,& du Fonſſet* patriæ Lugdunenſis , deinde in ſucceſsione de Polignac.Ea tamen arreſta non vidi. *De eadem re.*

## OCTAVA DECLARATIO.

1 *An cõſuetudo hæc habeat locũ in filia quæ renunciauit, & poſtea ad ſucceßionem uocata fuit.*

¶Nec hinc tamen diſcedam (& hoc erit vice OCTAVAE DECLARATIONIS) priuſquam illud quæſierimus, quia ſuprà in prin. præcedentis declarationis diximus, quòd ſi is qui ſuccedebat ab inteſtato, fuerit inſtitutus hæres à defuncto, is erit ſaiſitus, tanquam ſi eſſet merus hæres ab inteſtato. Quid ſi filia dum maritaretur, vel aliàs, renunciauit ſucceſsioni patris fauore filiorum, vel ſimpliciter: ſed eam pater teſtamẽto ad ſucceſsionem vocauit, non obſtante ea renunciatione, quod vtiq; fieri poteſt, vt voluerũt, & bonis tex. & rationibus probauerunt, Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. j. ad fi. & ibi quoque Ange. col. j. & Rom. col. 7. verſi. ſexta, quòd extra prædictos caſus, & iterum col. ſeq. ver. vnde aduerte quia videtur, Alex. col. iij. verſi. & iuxta hoc tractauit, & Iaſon qui hoc duobus modis ampliat, col. vj. verſi. vltimò pro complemento. ff. de verb. oblig. Bald. in l. vlt. per eum tex. col. iij. verſi. venio ad ſecundam partem, ibi, tu dic hoc verum eſſe, & ibi Iaſ. col. vj. ver. tene indiſtinctè, & col. ſeq. ver. vltimò in quantum. C. de pact. vbi ipſe Bald. dicit procedere, etiam ſi filia renunciaſſet, ſucceſsioni ab inteſtato. idem Bal. in l. pactum quod dotali, col. ij. in iij. q. & ibi Ro. col. iij. verſi. primò ergo illis adde. C. de collatio. Bal. in c. ad noſtram, le ij. (ſunt enim tria eius initij.) col. ij. verſi. pone filia renunciauit, extrà de iureiur. vterque Sali. in l. pactum, C. de pactis, Pe. Anch. conſil. ccccij. viſo diligenter tenore. Pau. Caſt. conſi. ccccxlviij. non eſt dubium quòd ſi iuramentum, propè per totum, lib. j. Domi. poſt Zenzel. in c. quamuis, col. vlt. verſic. ſed pone quòd in terminis, & ibi latè Geor. Nat. in rep. col. iiij. verſi. quod ſingul. limita, de pactis, lib. vj. Franc. Aret. in l. qui ſuperſtitis, col. iij. verſi. circa ſecundam fallentiam, ff. de acqui. hæred. & conſi. xciij. viſo legato, col. pen. verſic. tertiò quia ſecundum. Feli. in c. ſi diligenti. col. pen. verſiuc. vnde filia renuncians, de foro compe. & in c. j. col. ij. verſic. vnum etiam relatione dignum, de iureiuran. cum ſimilib.

2 *Et ea quoque quæ ex ſtatuto excluſa eſt.*

¶Vti etiam ſi ex ſtatuto, filia, dotata aut ſimpliciter excluditur à ſucceſsione, poteſt tamen ex teſtamento patris, quod minimè dubium eſt, aut etiam ex pacto ipſius, vti multis placet, ad ſucceſsionẽ vocari, Bar. in d. l. vlt. col. ij. ver. pro hoc induco quæſtiones, & ibi Ang. col. 2. ver. & ideo ſi ex forma ſtatuti, & latè Ia. col. v. ver. aduerte inquantũ tenor, C. de pact. Bal. in l. quicunque, col. iij. ver. ſed pone ſtatuto cauetur, C. de ſeruis fugitiuis, Pau. Ca. con. cclxxxviij. notandũ eſt ad euidentiã, li. 2. Geor. Nat. in d. c. quamuis, vbi ſuprà, & iterum in 4. eadémq; vlt. parte, in ij. quæſt. cum ſimilibus infinitis.

3 *Accedit ad principalem quæſtionem.*

¶Vtrùm igitur hæc filia ita vocata ex pacto, vel ex teſtamento patris, non obſtante excluſione pacti, vel ſtatuti, erit ſaiſita in ſua portione. Quod certè non videtur, vt quæ ab inteſtato non erat ſucceſſura, obſtante pacto vel ſtatuto: Ideóque habenda eſt tanquam hæres ex teſtamento, & non ab inteſtato: Verùm D. Boër. in commentar. conſuetudin. Bituricenſi. tit. *des couſtumes concernans teſtamens*. §. vj. col. pen. tenet contrarium, nulla alia ratione, aut autoritate fretus, quàm quòd illa ſuccedit, non obſtante eo pacto, aut ſtatuto.

4 *Filia huiuſmodi non tam ex teſtamẽto, quã ab inteſtato ſuccedit.*

¶Sed ego hanc rationem addo, minimè, ni fallor, contemnendam, quòd ea non tam ſuccedit ex teſtamento, quàm ab inteſtato, remoto ſcilicet per id teſtamentum, atque ſublato impedimẽto, quod ei ad ſucceſsionem oberat, ſcilicet pacto, vel ſtatuto, ar. eius quod in ſimili dicitur in l. ſi pater. §. vlt. ff. de manumiſsis vindic. vbi gl. allegat pro ſimili d. l. vlt. C. de pact. & alia iura, vt ibi videre poteris.

## NONA DECLARATIO.

1 *Subſtitutus, an ſit ſaiſitus ex noſtra conſuetudine.*

¶Nonò declara, vt id locum non habeat in ſubſtituto, etiam pupillari, vel vulgari, vel aliàs directo: vt ſcilicet cùm locus eſt ſubſtitutioni, hic ſubſtitutus non ſit ſaiſitus ex conſuetudine, vel ſtatuto quod ſaiſit hæredem. In qua re illud primùm annotandum eſt, quòd ſi noſtrum ſtatutum, aut conſuetudo intelligitur tantùm de hærede ab inteſtato, non etiam hærede teſtamentario, conſequens illud eſt, vt nec in ſubſtituto, vel fideicommiſſario locum habeat. Nam ſi primus hæres ex teſtamẽto id priuilegium non habeat, multò minus ſecundus hæres, cuiuſmodi eſt ſubſtitutus: tum quia primi ordine, priuilegio, dignitate, & cæteris omnibus præcedunt poſteriores, vt latè docuimus in noſtro tractatu Primigeniorum. Tum quia ipſi ſubſtituti, cenſentur eſſe hæredes ex teſtamento ipſiuſmet teſtatoris, non primùm inſtituti, l. cohæredi. §. cùm filiæ, vel nepoti. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & l. vnum ex familia. ff. de leg. ij. & doctor. vbique.

2 *De eadem re.*

¶Sed dubiũ eſt cùm hæredes ex teſtamento ſaiſiuntur, an etiam ſubſtituti, eueniẽte caſu ſubſtitutionis, ſint ſaiſiti, an verò hæredes ipſius inſtituti, ita vt ab eorũ manu debeant ſubſtituti capere. Et ꝙ non ſint ſaiſiti ex hac conſuetudine, & ſtatuto, faciũt multa quæ ſuprà diximus in aliis declarationibus. Et primùm quòd id ſtatutũ habet locũ in primis hæredibus tantùm, non etiã in ſecundis hæredibus, vt dictũ eſt ſuprà, in quinta declaratione huius ſecundę partis, & dicemus, & confirmabimus infrà, nu. ab hinc ij. Conſtat autẽ ſubſtitutos, dici ſecundos hæredes, tã noſtris legibus. l. ab omnibus §. cum quidã ff. de leg. j. & ibi gl. & l. precibus, C. de impu. & aliis ſubſtit. in quibus idẽ Accurſius rectè interpretatur ſecundũ hæredẽ, id eſt ſubſtitutũ, quod & ſatis patet ex contextu illius legis: q̃ aliorum probatiſsimorum autorũ autoritate. Cic. in Topicis, A repugnantib. Si paterfamilias vxori ancillam legauerit à filio, neq; à ſecundo hærede legauit, &c. quo in loco Boëtius comment. lib. ij. ſecundus, ait, hæres dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, veluti ſi quis filiũ inſtituat hęredẽ, ſcribátq;, ſi is filius intra pubertatẽ deceſſerit, nepotẽ, vel quẽlibet aliũ hæredẽ eſſe oportere. Nepos igitur, vel quilibet alius, ſecũdus hæres dicitur. Hæc ille. Idẽ Cic. lib. j. de Inuentio. Poſſeſsio hæredũ ſecundorum eſt. Et rurſus, qui patris pupilli hæredes, ſecundi ſunt. Et in oratione pro Aulo Cluentio Habito, Memoria teneo Mileſiã quandã mulierẽ, cùm eſſem in Aſia, ꝙ ab hæredibus ſecundis accepta pecunia partum



partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Cuius ipſa propemodum verba retulit Iuriſconſultus noſter, in l. Cicero quę eſt 39. ff. de pœnis, quo in loco ipſe Accurſius, ſecundis hæredibus, ſcilicet (inquit) ſubſtitutis. Sed & idem Cicero paulò poſt, Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio, ſi quis natus eſſet: ab ſecundo hærede nihil legat. Idem lib. epiſtol. ad Atticum, xv. epiſt. omnium ij. in fin. Quos tamen ſecundos hæredes reliquit, ſcire vellem. Et epiſto. famil. lib. xiij. ad Silium epiſtola, cuius initium eſt, Tito Pinnio, Quod quidem ille teſtamento declarauit, qui me tum tutorem, tum ſecundum hæredem inſtituerit. Saluſtius in Bello Iugurthino, Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam nomine Gauda, Manaſtabalis filius, Maſiniſſæ nepos, quem Micipſa teſtamento ſecundum hæredem ſcripſerat. Plinius libr. vij. c. v. Maſſurius author eſt L. Papyrium prætorem, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſsionem cõtra eum dediſſe, cùm mater partum ſe tredecim menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Quam & eandem ſententiam ex ipſo Plinio ad verbum retulit Gellius, lib. iij. c. xxj. ad fin. Suetonius in Iulio Cæſare, c. lxxxiij. Tres inſtituit hęredes Seiorum nepotes, Decium Brutum, etiam in ſecundis hæredibus nominauit. Et in Auguſto, c. omnium poſtremo, Hæredes inſtituit Tiberium & Liuiam: Secundos, Druſum & Germanicum. Appianus Alexandrinus, bellorum ciuilium lib. ij. Græcè quidem, ſed in hunc ſenſum, de teſtamento ipſius Iulij Cæſaris. Miſerandum porrò vel in primis id viſum eſt, cum Decium Brutum ex eius percuſſoribus, inter ſecundos hæredes ſcriptum cognouiſſet. Et ex Poëtis Horatius ſermo. lib. ij. ſat. v.

*Si cui prætereà validus malè filius in re*
*Præclara ſublatus aletur, ne manifeſtum*
*Cælibis obſequium nudet te, leniter in ſpem*
*Arripe vt officioſus: & vt ſcribare ſecundus*
*Hæres. vt ſi quis caſus puerum egerit orco, In vacuum venias.*

Conſuetudo nempe Romanorum in teſtamentis fuit, primis hæredibus ſecundos addere, vt ſi primi hęreditatem non adiiſſent, nanciſcerentur vltimi Ex quo etiam noſtri dicunt ſubſtitutionem, eſſe ſecundam inſtitutionem, vt per gl. & doct. in rub. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

3 ¶Ideóque Signor. conſ. ccl. ſuper dubiis ſeu quæſtionibus, col. iij. verſ. ſed dicendo nullum. & ſeq. ſcribit, appellatione inſtitutionis intelligi de prima, per d. l. qui liberis. §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil. & d. l. boues. §. j. ff. de verb. ſigni. & alia quædam. Propterea non intelligitur de ſubſtitutione, quæ ſecunda inſtitutio dicitur, de quo tamen vide gl. in l. j. §. vlt. & ibi Iac. Are. contradicentem gloſæ, & Ray. & Guil. illi aſſentientem. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. — *Inſtitutionis appellatio, intelligitur de prima.*

4 ¶Et ex his veluti ſub inſurgit alia ratio, quam nos obiter tetigimus ſuprà, verſ. ab hinc ſecũdo. Nam cùm hic ſubſtitutus non ſit hæres primus, ſed ſecundus, conſequens illud ſit, vt in eo non habeat locum noſtra conſuetudo, loquens ſimpliciter de hærede, & quæ ideo intelligi debet de primo hęrede, non etiam de ſecundo, ex ſentẽtia Alex. conſ. xxxvij. in cauſa mota per Angelum, col. iij. verſ. item præterea & fortiùs, & ſeq. lib. j. quod quidem conſi. repetitur conſ. lxxxiij. lib. iij. & aliorum qui illum ſecuti ſunt, quos tibi citauimus ſuprà in v. decla. vbi & nos hanc rem priuatim tractauimus, & multas illius ſententiæ rationes attulimus, quas tu ibi videre poteris, ne hîc iterum repetam.

5 ¶Et quod eam quoque ſententiam confirmat, verba in dubio debent intelligi, & accipi per prius, & nõ per poſterius, vt noſtri loquuntur, in id allegantes philoſophum, & l. hoc legatum, vbi & id not. Bart. poſt Petrum, ff. de leg. iij. & l. qui hæredi, in prin. & ibi Bald. & iterum in §. j. & ibi quoque Imo. in prin. & Soci. col. ij. in iiij. no. ff. de cond. & demon. & l. Gallus, §. quidam rectè. ff. de libe. & poſthu. & d. l. qui liberis, §. hæc verba, & ibi latè Iaſon in j. no. ff. de vulg. & pup. ſubſtitutio. & voluit etiam ipſe Bald. in l. j. verſ. eſt ergo ratio, & ibi etiam Pau. Caſt. C. de ſucceſſ. edict. & in l. vt vim, colu. iij. verſ. & nota quòd iſtud ſtatutũ, ff. de iuſtit. & iure, & conſi. xij. caſus talis eſt, ſtatuto ciuitatis Caſtelli, col. j. verſ. & audio quòd quidam, lib. iij. & Signo. qui alios quoque tex. allegat, conſi. lxviij. quædam mulier, col. ij. verſ. ſi verò filius, & ipſe quoque Soc. in l. j. col. j. verſ. item adoptio. ff. de vulg. & pupil. vbi loquitur in hac materia, & conſ. ccvij. in cauſa dominæ Annæ, col. v. verſ. ſecundo quia verba, lib. ij. & conſ. cclxxxv. Reuerendiſsimus dominus, col. iij. verſ. tertiò reſpondeo, eo. lib. ij & conſ. lvij. in cauſa filiorum, col. vj. verſ. præterea ſtante declaratione, li. iij. & conſ. xciij. eleganter & ſubtiliter, col. ij. verſ. facit quia verba, eo. li. iij. Iaſ. in l. non ſolùm, in prin. poſt medium, ff. de noui ope. nunc. — *Verba per prius & non per poſterius accipienda.*

6 ¶Et priuatim de verbo ſuccedat, vt intelligatur per prius, & non per poſterius, voluit expreſsè Bal. conſ. ccxcvj. præmittendum eſt ad euidentiam, quòd ſicut, verſ. item verbum ſuccedat, libr. iiij. per d. §. hæc verba. & Ludo. Gozad. qui alios allegat, vti videre poteris, conſi. xlviij. in cauſa Florentina, col. iiij. verſ. ſuadetur & ſecundò quia verba, vbi ad hoc citat d. §. hæc verba, ex hócque conſuluit in pulchro caſu. — *Succedendi uerbum, per prius accipiendum.*

7 ¶Nam prima quæque ſunt omnium cæterorum fauorabiliſsima, potentiſsimáque atque etiam dilectiſsima. Primùm enim ex hoc ſatis videmus, quod primę nuptię multò ſunt fauorabiliores, quàm cæteræ ſequentes, tam reſpectu viri, quàm fœminæ, vt patet ex toto ti. C. de ſecun. nup. & præcipuè ex l. fœminæ, & l. generaliter, & l. hac edictali, & auth. ibi poſitis: atque etiam videre licet ex D. Hieronymo, lib. j. aduerſus Iouinianum, & aliis multis quæ tibi latè congeſsimus in noſtris commentariis in l. boues. §. hoc ſermone, in j. parte num. incip. poſtremò illud addiderim, cum multis ſeq. Secundum abundè probauimus in noſtro tractatu de iure Primigeniorum, in præfatio. nu. xlix. quid — *Prima quæque fauorabiliſsima.*

quòd in medicamentis,& multis ſeq.& alibi ſæpe in ea præfatione,ex quibus etiam diſces id à natura ipſa procedere.

8 ¶Tertium quoque & nos in eadem præfatione docuimus,nu.34.incip.qui mos latè patens,& 4.ſeq. ſed quibus illud vnum addere potes,quod huc priuatim pertinet:nempe teſtatorem magis diligere primum hæredem à ſe inſtitutum,quàm ſubſtitutum , qui ſecundus hæres dicitur, vt diximus. id enim apertè voluit.l.quiſquis.§.j.& ibi Bart.& alij,& præſertim Soc.ff. de condit. & demon. quam ad hoc no.dicit Iaſon in l.licèt imperator,col.v.in ix.eodémque vltimo not.ff.de leg.j. & ex ea pulchram quæſtionem decidit Bart.in l.Gallus.§.etiam ſi viuente parente,col.ij.verſi. iuxta prædicta, & ibi latè ipſe Soci.col.antepe.verſi.& prædicta inducuntur,ff.de liber.& poſthu.Et ad hoc quoque bene facit l.quoties,in princ.ff.de vſufruct.& l.qui ſoluendo,la ij.& ibi Ange.& Imo.& recentiores, ff.de hęred.inſti.cum aliis multis concordantibus à me etiam collectis in tractatu Primigeniorum, in xix.quæſtio.num.iij.nempe cùm ex huiuſmodi.

*Primus hæres magis dilectus.*

9 ¶Ex quo etiam illud aſſumitur,quòd ſimiliter ſtatutum magis dilexit,& in maiore fauore habuit inſtitutum,quàm ſubſtitutum,vt ſe conformet ad iudicium,& voluntatem teſtatoris, vti è diuerſo teſtator cenſetur ſe confirmare ad ſtatuti diſpoſitionem,vt voluerunt Bar.Ang.Imo.Raph.C.Paul. Ca.in lect.Padu.Ro.Alex.& alij recentiores in l.hæredes mei,§.cùm ita.ff.ad SC.Trebel. cum aliis multis concord.etiam à me congeſtis in repet.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos.nu.84.incip. ſed illud hîc quæro,C.de reuoc.don.

*Statutum,conformandum ad iudicium teſtatoris.*

10 ¶Nam & diſpoſitio legis,& ſtatuti à pari procedunt.l.ſeruus hac lege.ff.de manumiſ.& l.ſi ita fuerit ſeruis,in fi.& ibi Bart.ff.de manumiſ.teſt.& l.cùm quidam ſic vel inſtitutionem.§.melius itaque. in verſ.quemadmodum enim.C.de ver.ſignifi. Et diſpoſitio legis vel ſtatuti regulatur(vt noſtri loquuntur) ſecundum iura,quæ loquuntur de diſpoſitione teſtatoris,gl.in l.j.in gl.ij.& ibi Bart. C. de his quib.vt indignis,& idem Bart.in l.cognitione.col.ij.ff.de SC.Sylla. & Claud. quor. teſtam. nec aperian.Ro.qui alios citat,conſ.cxxiij.circa primum dubium, col. ij. verſ. præmiſsis tamen non refragantibus,Alex.qui & alios adducit in l.ea demum.poſt medium,verſ.adde quòd contra eos, C. de collatio.Phil.Dec.conſ.xcvj.cuius ſuperſcriptio incipit,ſi ſtatutum,col.2.verſ.pœna priuationis. Igitur vt hanc rationem concludam,ſequitur,ſi ſtatutum voluit cōcedere id priuilegium inſtituto, vt per ipſum ſaiſiatur,vt idem quoque ſubſtituto concedere.

*Legis & ſtatuti diſpoſitio,à pari procedūt.*

11 ¶Sed & hæc quoque ratio ex ſuperioribus depromitur,quòd cum ſubſtitutus nō dicatur ſimpliciter,& abſolutè hæres,ſed cum illa adiectione,ſecundus,vt ſuprà probauimus : Illud quoque conſequens eſt,vt propriè non ſit hæres,ſed ſecundum quid (vt noſtri loquuntur) & vt dicit Ariſt. lib.1. Politicorum,c.iiij. κατά τι, id enim propriè dicitur,quod ſimpliciter & abſolutè dicitur,non quod ſecundum quid.l.cùm ex oratione diui Marci ingenuus.ff.de excuſ. tut.& l.patris & filij teſtamentum.& ibi Fran.Aret.& Iaſon,vterque in 1.not.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.Bart. in l.Lucius.§.quęſitum,ff.de leg.3.Bal.d.conſ.xij.vbi ſuprà,lib.3.Petrus Ancha.in repet.c.1.char.lxx. in paruis,ver.quid dices de patrono.Soci.in d.l.j.col.j.ff.de vulg.& pup.

*Propriè dicitur, quod ſimpliciter & abſolutè dicitur, nō quod ſecūdum quid.*

12 ¶Ideóque quod ſimpliciter dicitur,ſimpliciter etiam,& abſolutè intelligendum eſt,non ſecundum quid.l.1.§.1.ff.de donat.& l.ſi ita quis.§.vlt.ff.de leg.2.& in id quoque à pleriſque allegatur d.l. hoc legatum.ff.de leg.3.& l.vlti.C.de his qui veniam ætat.impet.cum ſimil.adductis à Card.Alex.in c. ad id quod, col.2.verſi. ſed do vobis.de ſponſal.& matri.

*Simpliciter dictū,ſimpliciter intelligendum.*

13 ¶Id quod maximè procedit in ſtatutis,Bald.in l.quod verò,circa medium,verſ.ſed pone quòd ſtatutum.ff.de legib.& l.ſi non ſpeciali,etiam circa medium,verſ.quæro hîc dicitur patriæ tuæ , C. de teſta.Maria.conſi.1.in caſu ſuprà narrato,col.j.verſ.præterea illud dicitur.& Soci.illius filius,in l.ſerui electione,§.1.poſt princip.ff.de legat.1.& conſil.xlvij.in primo præſentis conſultationis articulo, col.3.verſ.præterea dato,lib.1.vbi & alios citat,& conſil.lxvij.viſis inueſtituris, col. 3. verſic. primo aſpectu,eo.lib.1.repetito conſi.clxv.lib.2.& idem.Soci.d.conſ.ccvij.vbi ſuprà,eodem lib.ij.& conſ.1. viſis & diſcuſsis,col.1.verſ.iſta concluſio probatur,lib.3.vbi & id dicit procedere,in materia quamtūcunque fauorabili,& alios quoque citat.& d.cōſ.lvij.lib.3.& conſ.cxxj. prætermittēda eſt diſputatio, col.viij.verſi.cōfirmo hoc idem,li.iiij.vbi & illud item dicit procedere in materia fauorabili. Caro. Rui.qui id multis probat,conſ.xviij.incip.quæritur an Laurentius,col.vlt.nu.17.lib.2.& conſ. xxiij. viſa facultate col.xxiij.nu.13.eo.li.2.vbi etiam dicit procedere in materia fauorabili.& Paul. Pariſ. conſi.lxj.aduerſus teſtamentum,conſ.3.nu.23.lib.3.& Doctor.vbique.

*Maximè in ſtatutis.*

14 ¶Hanc quoque opinionem hæc ratio adiuuat, quam & nos ſuprà nu.huius declarationis 1.in fi. adduximus,ſed ad aliud propoſitum,quòd ſcilicet ſubſtitutus,non cenſeatur hęres inſtituti, ſed teſtatoris,& ex ipſius teſtamento.At hæres primo loco inſtitutus,continuò poſt mortem teſtatoris fuit ſaiſitus ex hoc ſtatuto,ita vt nullum fuerit medium inter mortē ipſius teſtatoris , & acquiſitionem poſſeſsionis ipſius hæredis.l.quæſitum.§.præſenti.ff.de legat.j.& diximus ſuprà in vj.declaratio.nu. ix.incip.tum etiam quia.Ergo ſubſtitutus ſaiſitus non fuit,cùm duo in ſolidum poſsidere non poſſint,l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poſſeſſ.& in caſu noſtri ſtatuti voluit Bald. conſil. ccccliiij. quidam Ioannes. ad fi.lib.1.& alij quos in d.6.declar.adduxi nu.viij.incip.& certè vt tandem.Nec fuit item ſaiſitus per mortem inſtituti ex hoc ſtatuto,vt qui ipſius hæres non eſt,vt dictum eſt.

*Alia ratio ex præcedētibus.*

15 ¶Et hanc rationem ita confirma,quòd licèt aliàs directò ſubſtitutus,poſſet propria autoritate poſſeſsionem accipere,hoc tamen non poſſet hîc procedere,vbi hæres eſt ſaiſitus vi huius ſtatuti.Ideo nec

*Subſtitutus directò, non poſ-*



nec ſubſtitutus quidem directò,poteſt tunc capere propria autoritate,ſed debet capere per manum hæredis,vt aliàs ſemper cùm ipſe hæres poſsidet,vt probat tex.in l.precibus,in fin.ſecundum intellectum Chriſtoph.Caſte.& Raph.Fulgo.C.de impuber.& aliis ſubſtitutio.quem etiam ſequitur Iaſon ibi,col.vij.verſi.ſeptima fuit opinio veriſsima,& omnium apertiſsimè,Pau.Pariſ. qui & alios citat,conſi.liij.in iſto iudicio poſſeſſorio,col.v.verſi. quæ & vlterius ſuadentur,lib.vij.

*-teſt poſſeſsionē propria authoritate capere, hærede poſsidente.*

16 ¶Vnum tamen eſt,quod in contrariam ſententiam non modicum vrget,vt ſcilicet ſubſtitutus directò,vi huius conſuetudinis ſit ſaiſitus. id ſcilicet,quòd ſubſtitutus dicitur hæres,vti etiam inſtitutus, l.1.in princ.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& propriè quidē inſtitutus vt clarè probat tex.loquens in conditione,in l.mulier,§.vlt.& ibi Bart.ff.de condit.inſtit.Carol.Rui.conſi.lxij.prima facie videtur,col. 4.verſ.nec obſtat quod dicit.lib.3.

*Subſtitutus,dicitur hæres.*

17 ¶Ideóque ei competit beneficium,quod ad hoc beneficium huius ſtatuti proximè accedit,ſcilicet l.vlt.C.de edi.diui Adri.tol.quæ ſimpliciter loquitur de hærede,vt non obſcurè voluit gl.ibi,in verbo,ex parte,in fi.dum allegat l.j.eo.ti.& hoc ibi ſequuntur potiſsima pars ſcribentium,videlicet Cy. col.pe.verſ.quid in fideicōmiſſario,Bart.col.4.verſ.quæritur vtrùm ſubſtituto,Ioan.Fab.col.1. verſ. fideicommiſſarius autem,Sali.col.2.verſi.quæro tertiò quid ſi ſubſtitutus,Pau.Ca.col.3.verſ.in fin. glo.ibi reſponde vt colligitur,Raph.Fulg.col.3.verſ.in eadem,ad fi.Alex.col.4.verſ.quærit etiam gl. de ſubſtituto,Iaſon col.3.verſ.breuiter puto,& iterum col.4.verſ.ex tertia parte gloſ.Fran. Curt.iunior col.ix.verſ.quartò quærit.& ipſe Bart.conſ.v.viſa quadam petitione,in j.dubio,& conſ xcj. incip.in nomine domini,amen,in quæſtione vertente in curia Capitaneæ ciuitatis,col.j.& Bald.conſ. clxxxvj.quia allegationes,col.ij.verſ.concludo quòd dominus,li.1.& conſ.ciij.comparuerunt in iudicio,li.v.Ang.Are.in §.quadrupli,col.xij.verſ.veniamus ad ſecundum,Inſt.de actio.Iaſon in l.precibus,col.xiij.verſ.alia eſt vtilitas,quia directò,C.de impub.& aliis ſubſti.Maria.Soc.iunior con.92. quoniam coram doctiſsimo,col.ij.nu.viij.lib.j.Hoc tamen à multis eorum addito , ne id prætermittam,ſi modò conſtet inſtitutum repudiaſſe,aut aliter excluſum eſſe.

*Subſtituto cōpetit remediū l.ij. C. de edic. D.Adri.tol.*

18 ¶Præterea ſubſtitutus ſimpliciter,cenſetur in omnibus,& per omnia eſſe ſubſtitutus,l.cohęredi , in prin.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& l.Iulianus,ff.de hære.inſtit.Nam ipſe ſubſtitutus, eſt ex ipſo nomine in locum inſtituti ſubrogatus, ideóque eius naturam ſequitur, aſſumítque ipſius omnes qualitates, conditiones,& vires,l.ſi eum iudicio ſiſti.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.&c.eccleſia.le 1.vt lite pēden.& c.1.vt eccleſ.benefi.cum ſim.Etiam ſi in aliquo diſcrepent.Pau.Ca.conſ.lxxiij.repetito conſ. cclxv.licet iſta domina Liſa,ante fi.li.1.& Iaſ.qui id dicit not.in d.§.qui iniuriarum,colu.1.in 2. not. Philipp.Dec.conſ.l.quia verba teſtamenti,col.1.& conſ.liij.placet mihi,circa medium,& conſil. xc. cuius ſupraſcriptio incipit,ſi ſtatutum,col.1.& conſ.183.in controuerſia,col.2.verſi. confirmatur iſta concluſio.& conſi.cxc.circa primum dubium,col.3.verſ.quartò hoc idem, & conſ. 543. in caſu propoſito,col.3.verſ.tertiò hoc confirmatur.& diximus in noſtro tractatu Retractuum,tit.1.gl.x.in verbo,*dedans l'an*.nu.80.ſed hîc aduerte.Ideóque vtitur iiſdem priuilegiis,quibus is in cuius locum ſubrogatur.l.decernimus,& ibi Bart.C.de aquę ductibus.lib.xj.& diximus etiam in tracta.de iure Primigeniorum,quæſtio.xl.nu.xlj.incip.hincque etiam fit.Et eodē iure Pau.Pariſ.qui alios citat, conſ. xlvij.videtur prima facie,col.2.nu.14.lib.4.nam & vi ſubrogationis,dictum de vna perſona , trahitur ad aliam,etiam in materia exorbitanti,l.libertum.§.ſenatuſconſulti.ff.de ritu nupt.& l.item veniunt.§.vlt.ff.de petit.hæred.Franc.Aret.in l.1.col.2.in prin.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.vbi & ad hoc allegat modernos in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri.

*Subſtitutus, in omnibus cenſetur eſſe ſubſtitutus.*

19 ¶Ex quo fit vt ius inſtitutionis,quod erat in inſtituto,tranſeat ad eius ſubſtitutum vulgarem,l.cùm ex filio.§.vlt.& ibi gl.& doctores,inter quos Bald.dicit notatu dignum, & Raphael Co. valde ſingulare.ff.de vulg.& pup.Et vt legata ſimpliciter relicta ab inſtituto,intelligantur in dubio repetita à ſubſtituto,l.ſi ſeruus plurium.§.1.verſ.ſi tamen ſecūdum ſubſtitutum.& ibi Iaſ.qui id ſcitè colligit, in 2.not.ff.de legat.1.& clariùs probatur in l.licèt Imperator,& ibi ipſe Iaſ.col. v. verſ. nota nonò & vltimò,ff.de lega.1.vbi & hanc ſubrogationis naturam adducit.

*Ius inſtituti,trāſit ad eius ſubſtitutū vulgarem.*

20 ¶Quid igitur hîc dicemus?Et certe Nic.Bello.li.4.Supputationum , c.xvj. tenuit hunc ſubſtitutum directum,eſſe ſaiſitum vi huius conſuetudinis,ea potiſsimùm ratione motus,quòd hæres hæredis, propriè venit appellatione hæredis,etiam in materia,& cauſis ſtricti iuris,de quo nos abundè diximus ſuprà,in v.declaratione, vbi ſpecialiter tractauimus an hæres hæredis , ſit ſaiſitus , quæ res ad hunc locum minimè pertinet,quia ſubſtitutus non eſt hæres hæredis,ſed ſolus teſtatoris,l. cohęredi.§.cùm filio.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& l.vnum ex familia,ff.de leg.ij. cum ſimil.& alibi diximus.

*De eadem re.*

21 ¶Chaſſanæ.autem hac in re fuit ſibi contrarius,in duobus conſ.foro vtrobique ſeruiens.Nam conſ. xix.nobilis dominus Antonius,in xij.dubio.negauit ſubſtitutum eſſe ſaiſitum vi huius conſuetudinis:ea potiſsimum ratione,quam ſuprà tetigimus,quoniam ſcilicet inſtitutus fuit ſaiſitus per mortem teſtatoris, igitur ſubſtitutus non fuit ſaiſitus,cùm duo inſolidum eandem rem non poſsint poſſidere.At idem con.lxij.ex verbis in quadam ſubſtitutione appoſitis,col.pen. verſ. item & cùm ita ſit,memor tamen illius ſuæ opinionis,dicit illum ſaiſitum ea ratione,quam nuper diximus , de viribus ſubrogationis.Et ita dicit fuiſſe iudicatum in parlamento Tholoſano.

*Ad idem.*

22 ¶Sed ea ratio non omnino tuta eſt,nam primùm quod dictum eſt,ſubrogatum aſſumere naturam eius in cuius locum ſubrogatum eſt,intelligitur de natura primordiali,& originali, non etiam accidentali,vt per tex.in l.item veniunt.§.cùm prędiximus,ff.de petit.hęre.voluit gl.in l.certi cōdictio, in prin.

*Subrogatū naturam primordialē principalis aſſumit,non accidentalem.*

in princ.in verbo,in omni cauſa,ad fi.ibi,item nunquid hæc creſcat,& ibi Bart.qui eam multùm ex tollit,& dicit ſing.col.iij.verſi.quærit gl.vtrùm hæc actio,Bald.qui & illam dicit not.colu.4. verſi. quærit gl.ſi certi condictio,Alex.col.3.verſ.in ea,in fi.tene menti,Iaſon col.viij.verſ.in ea gl.ad fi. & Phili.Dec.col.v.ver.in eadem gl.ibi non ex caſu,ff.ſi cer.pet.Bald.qui & illam dicit valde ſing. in l. j.§.ſed & ſi non ignoramus.C.de rei vxo.act.Ang.qui eius rationem reddit in d.l.item veniunt. §. cum prædiximus,ff.de petit. hære.At hîc certum eſt,huiuſmodi ſaiſinam quæ fit ex ſtatuto, non eſſe naturalem,ſeu originalem,aut primordialem, nempe cùm ex noſtro iure communi introducta non ſit,ſed potiùs contrarium,vt latè diximus ſuprà,in princip.huius tractatus.

*Actio ſubrogata in locum famoſæ, non eſt famoſa.*

23 ¶Deinde etiam videmus,quòd non per omnia,ſubrogatum ſequatur naturã etiam primęuam eius cui ſubrogatur,vt videre licet ex eo quòd actio ſubrogata in locum alterius,quæ ex ſui natura primæua erat famoſa,non tamen eſt famoſa,vt etiam voluit gl.in d.l.certi condictio,in illo eodẽ verbo,verſi.item & ſi detur ſpecialis,& ibi quoque Cy.Albe.col.8.verſ.quæro aliam quæſtionem ſimilem,Ale.col.3.verſ.item adde circa proximè dicta,& Iaſon col.ix.verſ.etiam quia illud Io. Fab. poſt Pet. in §.fuerat.col.vlt.verſ.viã tamẽ brochardicã,Inſt.de actio.Et videre etiã licet ex l.multa,& ibi Bart.& alij.ff.de cond.& demonſt.& l.epiſcopale.C.de epiſc.audien.& quod no.Bart.in l. j. §. hæc actio,ff.ſi quis teſta.lib.Et priuatim vt ſubſtitutus non ſemper ſequatur naturam inſtituti,habes text. in l.j.§.ſi quis autem à patre ſuo impuberi.ff.de ſucceſſo.edic.quem tex.ad hoc expendit Bald. in l. certum,col.v.verſ.item dubitatur,C.vnde legit.& Alex.conſ.cvj.viſo themate antepoſito, colu.iij. verſ.pro hoc etiam benefacit,lib.3.

## DECIMA DECLARATIO.

*An ſubſtitutus, tacitè iuuatur beneficio huius conſuetudinis.*

1 ¶Sed ſi quis velit ſequi eam opi.quæ dicit ſubſtitutum comprehendi in hoc ſtatuto, Dubium eſt (& hæc erit DECIMA DECLARATIO) an procedat in ſubſtituto tacito. Cuius dubij me monuit Nic.Bello.qui id tractat lib.ſupputationum 4.c.xvij.quod opus nondum videram, cum hunc tractatum primùm edidi.Ideóque & id quoque in hac noſtra ſecunda editione diſputandũ cenſuimus. Qua in re multa ab ipſo Bello.iam adducta,& alia non pauciora in vtramque partem adferam.

*His ſubſtitutus, iuuatur beneficio l. ult. de edict. D. Adr. tol.*

2 ¶Et primùm quidem videtur hunc tacitum ſubſtitutum comprehendi in hoc ſtatuto, ſi directus comprehenditur.Nam vti expreſsè ſubſtitutus iuuatur diſpoſitione l.vlt.C.de edic.Di. Adr. tol. ex ſententia gl.ibi,in verbo,ex parte,in fi.& ibi Cy.Bar.Io.Fab.Saly.Pau.Ca.& pleriq; omnes,cum aliis multis quos citauimus in præcedenti declaratione,nu.17.inci.ideóque.Ita & tacitè ſubſtitutus ex l. iam hoc iure,in prin.ff.de vul.& pup.& voluit Bald.in d.l.vlt.col.vij.verſ.quęro an tacitè ſubſtitutus, & ibi quoque Phili.Dec.col.8.verſ.& iſta concluſio.& ipſe Bal.in l.j.col.2.verſ.ego dico,& ibi quoque Imo.col.2.verſ.extra glo.tangit.ff.de his quæ in teſt.del.& Franc.Are.in l.ſi in teſtamento, poſt medium.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& Iaſ.in §.fuerat,nu.60.Inſt.de actio.

*Tacitum neceſſariò procedẽs ex expreſſo, habetur pro expreſſo.*

3 ¶Nam & cum tacitum neceſſariò infertur ex expreſſo(vti tacita ſubſtitutio ex expreſſa)id tacitum habetur pro expreſſo,& ſcripto,vt ſcribit Bald.in l.vbi adhuc,col.v.verſ.aduerte vbi ex aliquo C. de iu.dot.in noua lect.vbi ex hoc dicit,quòd ſi inſtrumentum habet executionẽ paratã ex ſtatuto, intelligitur etiam in eo quod tacitè in eo inſtrumento intelligitur,vt in hypotheca tacita quæ intelligitur in inſtrumento dotis.Et idem ipſe Bal.loquens in ſtipulatione tacitè intellecta in inſtrumento dotis,ex l.j.C.de rei vxo.act.atque etiam in cæteris tacitis,voluit in ea l.j.§.j. verſ. & nota fictam ſtipulationẽ.& in l.ad probationem,la 1.circa medium.C.de probat.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe.& in d.l.1.col.2.verſ.item facit ad iſtam quęſtionem,& ibi quoque Ang.col.1.ver.& facit ad quęſtionem, & Imo.vbi ſuprà,& Raph.Co.col.1.ff.de his quæ in teſta.delen.Rom.conſ.cxlvij.licèt hęc pars, per totum.Ant.in c.cùm olim,col.2.verſ.item no.quod id dicitur,& ibi quoque Pan.col.2.ver.itẽ aliud no.de cenſibus.Ange.Aret.in §.fuerat,& ibi latè Iaſ.nu.58.& multis ſeq.Inſti.de act. Alex. qui hanc dicit eſſe communem opi.in l.iuriſgentium.§.quod ferè,in fi.& ibi Iaco.à S.Georg.in vtraque lect. etiam in fi.ff.de pact.Fran.Are.in d.l.ſi in teſtamento,in 2.no.ff.de vulg.& pup. ſubſt. Barb.in l. cùm acutiſsimi col.vj.verſ.& ideo videtur dicendum.C.de fideicom.latè Feli.qui alios citat,in c.tranſlato,col.2.verſ.ſed contra prędicta,de conſtit.& Phili.Dec.in l.vlt.col.6.nu.24.C.de edic. Diui Adri. tol.& Fran.Curtius iunior in l.quamuis,col.2.verſ.ad fundamentum,C.de impub.& ali.ſubſtit.& in l.cùm quid.col.2.verſ.ſecundò collige,ff.ſi cer.pet.

*Statutũ loquẽs de lucro dotis, habet locum in dote tacita, unde inf. nu. 20.*

4 ¶Et hinc quoque fit,vt ſtatutum diſponens maritum ſuperſtitem lucrari dotem, aut certam partẽ illius,tametſi ſit contra ius commune,quod iubet dotem ſoluto matrimonio reſtitui,per l. dos à patre.C.de iure dot.cum ſi.tamen habet locum in dote tacita,ſiue præſumpta, ex l. dotem quæ, & l. Diuus.ff.eo.tit.Ita enim ſubobſcurè ſentit Bart.in diſput.incip.mulier habens magnum patrimonium,fere per totum,& expreſsè voluit Bald.in l.cùm citra,per gl.ibi.C.de iur.dot.& in l.nulla col. j.verſic.ſed pone.C.eo.& latiùs conſ.cij.mulierem maritus duxit,lib.4.& Pan. conſ. xlvj. tria mihi oſtenſa dubia,in 2.dubio,lib.1.Pau.Caſt.conſi.lx.viſis ſtatutis communis Vincentiæ,in 2.dubio lib. 2.& Raph.Co.conſil.cix.domina Ioanna,in 1.dubio,Soc.conſi.lxxx.pręſens conſultatio,col.vlt. lib. 4.& Fran.Curt.iunior,conſ.4.ſuper controuerſia,col.vj.verſ.hæc veriſsima.Et hanc partem ſecutus ſum in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.170.& hęc quoque.C.de reuo.don.

*l. ſi quis argentum. C. de dona. habet locũ*

5 ¶His concinit,quòd l.ſi quis argentum.C.de don.quę,contra communis iuris regulas,dat actionem ex nudo pacto donationis,habet locum & in donatione tacita,& præſumpta,ex ſententia gl. in l. ſi tibi,in prin ff.de pact.& l.hactenus.§.j.in verbo,tenetur,& ibi Bart.& Bal.ff. de conſti. pecu. Raph. Fulg.



Fulg.in l.iuriſgentiũ.§.quinimo interdũ format.col.4.verſ.ſed & quarto,& ibi Fortu.Gratia.col.34. tertium dictum,& Marti.Laud.in ea.l.ſed cùm nulla.ff.de pact.Ang.Are.in §.in perſonã,col.antep. verſi.quarto principaliter,Inſt.de actio.& Fra.Are.in l.2.col.2.verſi.ad tertium.ff.de lega.1.

*in dote tacita, uide infrà nu. 21.*

*lex ult. de ſacr. eccl. habet locum in donatione tacita.*

6 ¶Et quòd non abſimiliter l.vlt.C.de ſacro.eccleſ.quæ & contra ius commune transfert dominium ex donatione,ſine traditione,contra l.traditionibus.C.de pact.habet etiam locum in donatione tacita,vt voluit Bar.in l.ſi aliquam rem.col.ij.verſi.ex quo infert.& Fra.Rip.col.xij.nu.36.ff. de acq. poſſeſſ.& idem Bart.in l.cum falſa,circa medium ibi,Fallit in eccleſia.C.de iur.& fact.ignor. Bald. in l.ad probationem,col.vlt.verſi.quæro quid ſi animo.C.loca.& in l.ſi conſtante. § ſi vxor. ff. ſolu. matrimo. Ang. in §. emphyteuſes verò à prædicta,in fi.in auth.de non alien.reb.eccleſ. Pau. Caſtr. conſi.xj.ſuper primo quæſito in quantum,col.1.lib.2.

*Tacita ſubſtitutio non eſt propriè ſubſtitutio.*

7 ¶Sed contrarium quoque videtur ex aliis multis.Nam primùm tacita ſubſtitutio comprehenſa ſub expreſſa,propriè non eſt comprehẽſa,vt probat l.iam hoc iure,quæ eſt 4.in prin.ff.de vulg. & pup. ſubſtit.cùm dicitur,in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur.Nam id verbum intelligatur, ſolet denotare fictionem,& improprietatem.l.qui in vtero.ff.de ſta.ho.& l.quoniam,& ibi Bal.in 6.no.ff. de his qui not.infa.& l.nec emptio.de contrah.emp.& l.hæres quandoque. ff.de acquir. hæred. & l. pater.& l.poſtliminij.§.1.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.& l.vlt.C.de dot.promiſſ.& l.1.in princ. C. de rei vxor.acti.& §.ei verò,Inſtit.de inutil.ſtipul.& c.ex ſtudiis,iuncta gl.de præſump. & c. quamuis, de appel.& voluit Bar.in l.ſi is qui pro emptore,col.viij. verſ. ſed illa opin. ff. de vſuc. Rom.conſil. ccccv.præſuppoſitis,col.1.Pan.conſi.xx.caſus in effectu,col. 1. ex l. quamuis placuerit. hoc conſil. cxxij.in caſu dominæ Iacobæ,col.2.verſ.ſecundò dici poteſt,lib.4.Carol.Rui.in rub.ff.ſol. matrim. nu.16.& ſeq.& Phil.Dec.in l.cùm quid,col.1.in 3.no.ff.ſi cer.pet.

*De eadem re.*

8 ¶Sed & hoc quoque vt ſcilicet impropriè,& fictè ſubſtitutio tacita compræhendatur ſub expreſſa, adſtruit tex.in d.l.quamuis,vbi ſcribitur,porrigi ad eum caſum,quo poſteaquam hæres extitit. C. de impu.& aliis ſubſtit.vbi & id expreſsè expendit Corn.& quod non lõgè abeſt Bal.ibi,circa medium,dicit quòd continetur ex extenſiua interpretatione,& vt dicunt Ang.Pau. Caſt. non ſemel, Fran.Are.& Iaſ.ex extentione.Nam & id quoque verbum porrigendi,quo vtitur ea l.improprietatem,& fictionem importat,vt illi ipſi ſcribunt,& præterea idem Iaſon loquens in caſu d.l.quamuis, in l. precibus,col.2.verſi.ſecundo not.eo.tit.quod & bene probat text.in l.1.§.licèt ff.de tribu.actio.

*Ad idem.*

9 ¶Id enim verbum idem ſignificat,quod verbum extendendi, vt ſi dicas, ea lex porrigitur,id eſt, extenditur,vt videre licet ex l.ſi fratres.§.idem reſpondit,ff.pro ſoc. Et ex eo Plauti loco in Caſsina,compreſſa palma,an porrecta ferio?Sæpéque ad extraneam & iniurioſam interpretationem refertur,vt & probat tex.in l.2.ff.de libe.cau.vbi ita ſcribitur,ad iniuriam noſtram porrigitur, & in l. impuberi,ff.de admi.tut.vbi idem propè tex.eſt,cum aliis ſimilibus à me in id citatis in tracta.Retractuum tit.1.§.1.in gloſ.ix.in verbo, *ou lignagier*, nu. 178. incip.nos verò quoniam.

*Subſtitutio tacita non comprehenditur in ſtatutis.*

10 ¶Ideóque in ſtatutis,& aliis diſpoſitionibus exorbitantibus,& correctoriis, huiuſmodi ſubſtitutio non continetur ſub appellatione ſubſtitutionis ſimpliciter: nec ſubſtitutus tacitus ſubſtituti etiam ſimpliciter,vt expreſsè voluit Fran.Are.in d.l.quamuis.Vti nec aliàs in ſtatutis,quę propriè intelligi debent,tacitum non continetur ſub expreſſo,vt dicunt Soc.in l.cum quid,col.1.in v. no.& ibi quoque Phil.Dec.col.3.in ij.not.ff.ſi cer.pet.moti autoritate illius tex.ex quo probatur tacitum impropriè compræhendi ſub expreſſo,cùm dicitur pro cauto habendam eſt,& iterum actum intelligitur quæ verba important fictionem,vt de prioribus tradit Bart.in l.mercis la 2.ff.de verb.ſigni. & omnes vbique,de verbo autem intelligitur,ſuprà diximus nu.ab hinc 3.

*De eo quod dictũ eſt, inſtrumentũ habere executionem ni tacitis.*

11 ¶Ex hócque infert ipſe Soc.quòd ſtatutum tribuens executionem paratam quibuſdam inſtrumentis,non trahitur ad id quod tacitè intelligitur in illis inſtrumentis,quod & ante illum, licet non alleget,magna autoritate affirmat Bald.ſi contrarius in l.iuriſgentium.§.quod ferè,col. 2. verſi. & facit iſta glo.ff.de pact.per glo.ibi,de qua poſtea dicemus,& idem Bal.in l.legẽ,poſt prin.C.locat.vbi loquitur de tacita reductione quę fit ex l.itẽ quæritur.§.qui impleto,ff.eo.tit.& Ant.& Imo.in c.tranſlato.il.e,col.2.verſi.ſimiliter ſi ſtatutum.& ſeq.hic autem col.1.verſ.& no. quòd licèt ſtatutum, extrà de conſtit.vbi ipſe Imo.dicit menti tenendum.

*De eadem re.*

12 ¶Ex quo ſatis patet id admodum dubium eſſe,quod ſuprà contrarium ex aliis diximus in priori parte,& ita quidem dubium,vt nonnulli magnæ autoritatis id in medio reliquerint, non auſi pro certo decidere.& inter cæteros Bar.in d.l.j.ff.de his quæ in teſta.delen.vbi tamen in hanc partẽ potiùs inclinare videtur,vti & pro ea à multis citatur,& Iaſon in l.certi condictio,in prin. col.vj.verſ. pro opi.ff.ſi cer.pet.& Fra.Cur.iunior, qui alibi in alia fuit opi.in l.vlt.col.ix.verſi.quarto quærit. C. de edi.D.Adr.tol.

*Probatio quæ non admittitur cõtra inſtrumẽtũ, admittitur contra præſumptionem illius.*

13 ¶Et huc proximè accedit quod voluit ea gl.in d.l.iuriſgentium.§.quod ferè. ff. de pact. quòd cum contra tenorem inſtrumenti non poteſt probari per teſtes,ſed per inſtrumentum tantùm, vt in caſu l.generaliter.C.de non nu.pec. poteſt tamen fieri contra id quod tacitè ex eo præſumitur, ſiue contra pręſumptam ſolennitatem illius,& ſequuntur Bar.qui eam gl.dicit not. & menti tenendam, & Ang.circa medium, vbi & id dicit perpetuò menti tenendum, & quotidianum propter ſtatuta Italiæ diſponentia,vt contra inſtrumenta garentigionata,non admittatur probatio niſi per inſtrumenta,quia bene admitteretur contra præſumptionem reſultantem ex inſtrumẽto,& ibi itẽ Raph. Fulg.in,fi.qui id dicit ſing.Pa.Caſt.Alex.& Iaſon.Et eſt quoque alia eiuſdem ſententiæ glo.in l.reos promit

promittendi.§.cùm tabulis,in verbo,ſinguli ſtipulati videbãtur,& ibi Ang.& Imo.ff. de duo. re. & alia item in l.j.in verbo,inter præſentes,C.de contrah & commit.ſtipu.dum allegat d.§.quod ferè. & voluit etiam Bart.in l.quicunque.per eum tex.C.de apo.publ.& deſcript.curial. & diſtrib. ciuil. lib.x.Bald.in d.l.generaliter,col.1.in 2.oppo.& ibi quoque Ange.col.2.verſi.attende tamen. & ipſe Bal.in c.tertio loco,col.vlt.de proba.cùm allegat priorem illam gl.& in c.cùm à nobis,col.2. verſi. & adde,de teſt.vbi dicit eam gl.ſolennẽ.& Ang.in repet.l.ſciendum,col.3.verſ.ſed tunc quæro,ff.de. verb.oblig.Fely.qui eam glo.dicit not.in c.tranſlato , col.j. verſic. adde etiam glo.de conſtit.

14 *Præſumptum non adeò priuilegiatum ut expreſſum.*

¶Huiúſque rei rationem adfert Bald.in d.l.generaliter,quę ad totum huius declarationis tractatum pertinet,quòd præſumptum,& tacitum quod intellectu tantùm percipitur,non adeò eſt priuilegiatum,vt expreſſum,quod oculis conſpicitur,quod ex eo conſtat(vt id illi addas)quantum ad eam rationem pertinet,quòd id quod pro expreſſo,ſiue expreſsè facto habetur,non debet gaudere eo priuilegio quod vero expreſſo tribuitur,per d.l.ſi maritus,§.legis Iuliæ.ff.de adul.& l. j. §. hoc interdictum.ff.de fonte,& vtrobique Bart.& id etiam per ea iura voluit Rom.conſi.147.licèt hæc pars.

15 *Subſtitutio, expreſſa fortior tacita.*

¶Sed vt accedamus propiùs ad noſtram ſpeciem,in priore proxima declaratione tenuimus , ſubſtitutum etiam expreſſum,non habere priuilegium huius ſtatuti.Sed concedamus habere , non propterea ſequitur tacitum ſubſtitutum habere idem priuilegium:cùm illa expreſſa ſubſtitutio ſit multo fortior,quàm tacita,quod ex multis patet,primùm quòd illa hanc ceſſare faciat.l.cùm ex filio. §. j.& ibi Bart.& cæteri.ff.de vulg.& pupil.& l.qui plures.§.itaque.& l.ex facto.§.item quæro, eo. tit. Bart.in l.j.eod.tit.Bald.in l.teſtamento,in 2.oppo.C.de impub.& al.ſub.& in l.cùm proponas, col.3. verſi.confirmatur.C.de hæred.inſtit.Raph.Co.conſi.cxviij.teſtator inſtituit,& omnes vbique , nullus enim in hoc reclamat.

16 *Expreſſa ſubſtitutio tollit ſuitatem , & tranſmiſsionẽ.*

¶Item expreſſa ſubſtitutio vulgaris,tollit eam quam noſtri vocant ſuitatem , adeóque conſequenter impedit tranſmiſsionem.l.ſi filius hæres,& ibi Bart.& alij.ff.de lib.& poſth.idem Bart.in l. filius qui patri,ff.de vulg.& pup.ſubſt.cum multis ſimi.Tacita verò contenta ſub expreſſa pupillari id minimè facit,l.filius,& l.Iulianus.ff.de acq. hæred.& voluit etiam Bar.in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff.de lib.& poſth.& Bal.in d.l.cùm proponas,col.ij.verſi.tertia eſt tranſmiſsio,C.de hæred.inſtit.

17 *Tacita minimè*

¶Præterea expreſſa ſubſtitutio pupillaris,excludit matrẽ à ſucceſsione filij,l. Papinianus,§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſta.& c.ſi pater,de teſta.lib.vj.Tacita autem non excludit,l.precibus,C. de vul.& pup.ſubſti.ſecundum communem intellectum,& l.vlt.C.de inſt.& ſubſti.glo.Bar.& alij in l. Lucius.ff.de vulg.& pupi.ſubſt.idem Bart.in l.Cẽturio,col.1.verſ.iſta gl.præſupponit,& ibi quoque Bal.diſtinguens,col.vlt.& Alex.col.xiiij.verſ.in ea gl.ibi licèt & alij,eo.tit.ipſe Bald.in d.c.ſi pater,in materia pupillaris ſubſtitutionis.& Iac.à S.Geor.in d.l.vlt.col.7.verſ.ſecundò probo.C.de edict. diui Adria.tol.& omnes propemodum in c.Raynutius,de teſta.

18 *Expreſsũ plus habet roboris, quàm tacitum.*

¶Et id propè perpetuum,& in omnibus,vt expreſſum plus habeat virium quàm tacitũ , vt videre eſt ex l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit.hæred.& l.pen.ff.de iniuſt. teſt. quibus probatur expreſſam voluntatem plus habere priuilegij,& ponderis,quàm tacitam,quod & ex illis no.Soc.conſi. lj. viſa facti narratione,col.1.verſ.non obſtat ratio,lib.4.Et ex l.2.§.vlt.ff.de bon.poſſeſ.ſecund. tab. ex qua etiam dicit Fra.Aret.in l.ſi quis ita.§.ea lege,col.iiij.verſ.dicit etiam notandum,ff.de verb.oblig. vbi etiã ad hoc citat d.l.ſi ex pluribus,cum aliis multis ſimilibus,à me copioſiſsimè adductis in noſtris ll.connubialibus,in gl.vij.in verbo,*expres*,nu.49.incip.nunc reſtat,& multis ſeq.

19 *Statutũ ex quo donatio inter uirum & uxorẽ non confirmatur morte &c.*

¶Vt non mirum ſit,quòd in ſtatutis,præſertim exorbitantibus correctoriis tacitum non comprehendatur ſub appellatione cuiuſpiam rei ſimpliciter,vt videmus in ſtatuto diſponẽte donationem inter virum & vxorem morte non confirmari,contra l.j.& l.donatione.la j.C.de donat. inter vir.& vxor.quod ideo non habet locum in donatione tacita,ex ſententia Socin.conſ.cxxij.circa primum, col.v.verſi.nec obſtat ſtatutum,lib.3.per no.in l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact. de quibus mox dicemus,& in l.ſi aliquam rem.ff.de acqui.poſſeſſ.de quibus etiam non multò poſt loquemur. Subdítque etiam de hoc eſſe caſum in l.ſeruum filij,in fi.ff.de legat.j.ſecundum intellectum Bartol. in l. j.eod.tit.

20 *De eo quod dictum eſt,utrum lucrari dotem tacitam.*

¶Et idem quoque in ſtatuto,quod defert lucrum dotis aut certæ partis illius marito , ſoluto matrimonio,vt non habeat locum in dote tacita,ſiue præſumpta,contra quàm ſuprà diximus ex aliorũ opinion,e conſtantiſsimè tenuit,& reſpondit Bal.conſ.xxxiij.cuius exordium eſt , quia iſta dos non fuit vera,li.iiij.& ex recentioribus clanculũ Iaſ.conſ.50.pro nobilibus de Aufoſio,col.2. verſ.quintò ad idem,lib.1.vbi tamen id dicit haud dubiè procedere ſi eſſet ſtatutum,vt ſtatuta intelligantur ad literam,per text.in l.j.ff.ſi tab.teſta.exta.vbi ita ſcribitur,quia ex coniectura, & non propriè ſcriptus videtur,qui tex.eſt optimus ad probandum ea quæ ex coniecturis ſumuntur, vt tacita & præſumpta,propriè non intelligi.Et ſic non debent aſſumi ex ſtatutis præſertim exorbitantibus,& correctoriis.Et ita quoque clanculum voluiſſe videtur Alex.conſi.cxxij.viſo proceſſu cauſæ inter Hippolytum,col.2.verſi.& clarè no.& col.iij.verſ.ex præmiſsis apparet,lib.vij.

21 *De eo quod dictũ eſt l.ſi quis argentũ habere locum in donatione tacita.*

¶Quid quod non ſolùm ſtatuta,ſed nec aliæ diſpoſitiones etiam iuris ciuilis , exorbitantes à communibus regulis ipſius iuris communis,loquentes de donatione,aut alio titulo, non habent locum in donatione,aut alio titulo præſumpto,& tacito,vt in caſu d.l.ſi quis argentum.C.de dona. tenuerunt multò plures quàm qui ſuprà contrarium tenuerunt,& ex illis nonnulli ſibi contrarij,videlicet Ray.Forl.Bald.Ang.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla. ff. de pact. Bart. poſt Guil.



Guil.Cu.in ead.l.§.quinimo,col.vlt.& ibi quoque Alex.col.pen.verſ.iuxta prædicta Iac.à S.Georg. in priore lectur.ſub nu.16.& latè Iaſon col.viij.verſi.videndum eſt,idem Bar.Ang.& Paul.Caſt.in l. ſi tibi decem,in prin.eo.tit.Bald.in l.ij.§.appellata.ff.ſi cer.pet.& in l.vlt.in v.oppo.C.eod.titu. & alij propè infiniti,quos tibi congeſsi in commentariis l.ſi vnquam , in verbo donatione largitus , num. poſtremæ editionis clij.incipien.ſicut etiam videmus, C. de reuoc. donat. quibus adde Salycet. in l. quod ſi maritus,§.j.paulò ante fi.ff.de conſtit.pecu.& Claud.Seiſſel.in d.l.ſi aliquam rem,col.vlt.ver. ſed tamen ſuſtinendo.ff.de acq.poſſ.

22 ¶Sed & in caſu d.l.vlt.C.de ſacroſa. eccl.de quo etiam diximus ſuprà in priore parte , contrarium eius quod ibi retulimus ex aliorum ſententia,tenuerunt Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua, verſ.hj.& Bal.in add.illius in verſi.ſeq.& iterum in addi.eiuſdem tit.de confeſsio.§.nunc videndum,col.ij.ver. confeſsio facta in iudicio,& Iaſ.in d.l.vlt.in iij.notat.C.de ſacroſ.eccleſ.qui & alios in id citat, qui id tamen mihi dicere non videntur : Et ſi altera opinio eſſet in hoc caſu fauorabiliſsimo ob eccleſiam tenenda,tamen ſequeretur id obtinere in aliis caſibus. *De eadem re.*

23 ¶Quod autem diximus ſuprà poſt principium huius declara.ſcilicet nu.2.l.vlt.C.de edi.D.Adr.tol. habere locum in ſubſtituto tacito,non vndequaque certum eſt, quandoquidem huius contrariũ ex profeſſo tenuit Iaſ.ibi,col.iiij.verſ.ex tertia parte,licèt Bald.inquit,tenuerit contrariũ,nec inuenerit contradicentem,verùm Bal.ipſa non obſcurè hanc partem ſecutus eſt in c.j.col.iiij.verſ.& ideo ſtatuta,de conſtit. dum dicit quòd ſtatuta loquentia de executionibus teſtamentorum , præter ordinem iuris communis,non habent locum in ficta, ſiue præſumpta ſubſtitutione tacita , vulgari , vel pupillari:quia illa non eſt propriè teſtamentum,ſed ſuppletio teſtamenti. *De eadem re.*

24 ¶Et ego certè haud grauatè in hanc poſteriorem ſententiam inclinarem , niſi vnum eſſet quod me ambiguum reddit,nempe quòd cùm ex legis poteſtate pendet,an quid ſit , dicatúrne tale , tunc licèt lex vtatur verbis impropriis,videlicet habetur pro tali,porrigitur ad talẽ , talis eſſe intelligitur, & ſimilibus,nihilominus tamen id verè,ac propriè dicitur factum , non fictè & impropriè , vt not. Bart.& alij in l.ſi is qui pro emptore in iij.quæſtio.prin.quæ eſt de fictione inductiua,in fi.& ibi latè Iaſon num.ccxxij.ff.de vſucap.& diximus ſuprà in vj.declar. huius ſecundæ partis , num. vij. incip. cùm autem aliquid.At lex eſt quæ ſubſtitutionem tacitam facit , ergo non eam quidem fictam , & impropriam,ſed propriam & veram. *Lex id uerè facit quod introducit , etiam ſi utatur uerbis impropriis.*

25 ¶Sed etiamnum manet vnus , aut alter ſcrupulus , qui me veluti tranſuerſum agunt , ac propemodum in diuerſum trahunt, primus quem nos ſuprà attigimus , videlicet quòd ſubſtitutio expreſſa, eſt multò potentior quàm tacita,& ideo non licet argumentari ab illa expreſſa ad hanc tacitam,id eſt,de maiori ad minus affirmatiuè,vt omnes & Dialectici & Iuriſconſulti vbique volunt , & per ſe ſatis patet:Id enim peræquè eſſet,ac ſi diceres,rex expugnare vrbem poteſt, ergo & miles : id enim non admittitur,licèt è diuerſo valeret,vt per glo.& omnes in cap.cum in cunctis, extrà de cleri. Alber.in l.j.C.de nego.geſt.cum ſimil. *Argumentũ de maiori ad minus, affirmatiuè non ualet.*

26 ¶Alter,quòd ſi hîc dicamus ſubſtitutum tacitũ iuuari hac conſuetudine, continuò ſequeretur duas hîc ſpecialitates,aut præſumptiones concurrere,prior quòd ſubſtitutus qui ſecũdus eſt hæres, vt diximus ſuprà in ix.declaratio.huius partis nu.2.admittitur ad id quod de primo tantum intelligi debet,ſecundum ea quæ diximus ſuprà in ij.declar.huius ij.partis per totum , & iterum in iiij. declar. nu.4.& multis ſeq.Secunda,quòd ſubſtitutus tacitus , ſiue præſumptus , intelligitur ſub expreſſo , id eſt,debilior ſub fortiore.Duarum autem ſpecialitatum concurſus non admittitur , vt no. in l.j.C.de do.promiſſ. vti nec vnius præſumptionem , & vnius ſpecialitatem ſimul , vt & nos latè diximus in noſtro tractatu Conſtituti in iij.parte limita.v.nu.4.& 5.Ideo tu ampliùs cogita. *Duæ ſpecialitates non concurrunt.*

27 ¶Sed interim tamen conſidera,an id poſsit ea diſtinctione componi , quam ſcienter fecit Bald. in l. Titius.ff.de hære.inſtit.ſcilicet ſubſtitutionem tacitam dupliciter fieri:quandam enim fieri ſubſtitutionem tacitam, & veram ex mente teſtatoris , ſimúlque ex aptitudine verborum prolatorum , & hanc quidem idem operari quod expreſſam ſubſtitutionem,vt ibi,& no.in d.l.precibus,in gl.parua C.de impub.& ali.ſub.Quandam autem interpretatiuam,id eſt,fictam ſubſtitutionem,quæ & tacita appellatur,quæ procedit ſolùm de mente iuris,& per interpretationem extenſiuam.& hæc tacita ſubſtitutio non ſemper operatur idem quod expreſſa,l.vlt,C.de inſtit.& ſubſtit. & d. l. precibus. Et hanc dicit fuiſſe mentem Dy.in d.l.Titius. *Diſtinctio.*

VNDECIMA DECLARATIO.

1 ¶Vndecimò declara,vt ſi etiam hoc noſtrum ſtatutum haberet locum in ſubſtituto directè,non tamen in fideicommiſſario etiam vniuerſali , illis ipſis rationibus quas in præcedenti declaratione adduximus,contra ſubſtitutum directò, quæ multò magis locum habent contra fideicommiſſarium, præſertim quòd ipſe fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſibi factam ab hærede , non poteſt propria authoritate poſſeſsionem bonorum accipere,nec ſibi aliter ius dicere.l.j.in prin.ff.quo.lega.& l. reſtituta,in prin.& l.facta.ff.ad S.C.Trebel.& §.reſtituta Inſt.de fideicom.hæred. *An hæc conſuetudo ualeat in fideicom.uniuerſali.*

2 ¶Idque etiam ſi reſtitutio eſſet facta ipſo iure,vt fit in quibuſdam caſibus : neque enim propterea in eum transfertur poſſeſsio,gl.in l.j.§.ſed & quoties,in verbo,actiones,ff.ad Trebel. & in l.ſancimus, §.cùm autem in gl.vlt.& ibi Bart.& Bald.ad fi.C.eo.tit.& in l.vlt.in verbo,in rem, C. de ſacroſ.eccleſ.& in c.2.in gl.vlt.ad fi.de conſuetud.Alex.conſ.lxxxij.perſpectis his,col.2. verſi. hoc præſuppoſito,lib.ij.& Phil.Dec.conſil.ccccl xvij.bene & conſultè,col.2.verſi.non obſtat quòd aduerſarij. *Etiamſi reſtitutat eſſet facta iure.*

3 *Etiamq; ſi fideicōmiſſarius proteſtetur, ſe id non facere animo inuadendi.*

¶Atque etiam ſi fideicommiſſarius proteſtetur ſe non id facere animo inuadendi, Oldr.conſi.cvij. circa ius municipale,in vj.quæſt.Bal.conſi.ccxxxiiij.veritas eſt iſta,lib.iij.Maria.conſi. xxxiij.proſequendo ordinem,in vlt.dubio.Iaſ.conſi.cxlvj.præſuppoſito ſine veri præiudicio,in prin. lib. iiij. Ludo.Gozad.conſi.xliij.in cauſa Mutinenſi,col.ij.verſi.octauò adduco , ex quibus & tu illud intelliges quòd fideicommiſſarius id faciens ante aditam hæreditatem, tenetur interdicto quorum bonorum,poſt aditam verò , incidit in pœnam.l.non eſt dubium, C. de leg.vt etiam voluit Paulus Pariſ. conſi liiij.in iſto iudicio,col.j.lib.iij.

4 *Fideicommiſſ. cui facta eſt poteſtas capiendi propria auth. id facere debet auth. prætore.*

¶Quinetiam ſi teſtator dederit facultatem fideicommiſſario, accipiendi poſſeſsionem propria autoritate,quod haud dubiè facere poteſt,tamen ad id debet interuenire autoritas prætoris.Bal.conſi. ccxxxiiij.veritas eſt iſta.verſic.ſed vnum eſt aduertendum,lib.iij.& Iaſ.d.conſi.cxlvj.lib. iiij. Et ſi nihilominus fuerit hic fideicommiſſarius adeò temerarius,& præceps, vt ſpreta hæredis reſtitutione, poſſeſsionem propria autoritate accipiat, ea poſſeſsio erit vitioſa, nec impediet hæredem mitti in poſſeſsionem,ex beneficio l.vlt.C.de edi.diui Adria.tol.vt voluit Bar.in l.filiam fratribus,ff.ad S.C. Treb.Pau.Caſt.in d.l.vlt.col.v.verſi.in gl.ſeq.an fideicommiſſarius , C. de edict. diui Adria. tollen. De quo tamen vide ibi glo.in verbo,legitimo,verſi.item an fideicommiſſarius,Cyn. col.vlt. verſic. nunquid fideicommiſſarius,Bart.col.vlt.verſi.quæro vtrùm fideicommiſſarius,Io.Fab. poſt mediū, Alb.col.viij.ver.ſed nunquid fideicommiſſarius,Ang.paulò ante finem,Sali.col.vj.verſ.reuertor ad gl.Cor.col.pen.verſ.in ea,ibi.l.filiam,Alex.col.xj.verſi.in eo,ibi,item,Iaſ.col.antep. verſic. in ſecunda quæſtione,Iac.à S.Georgio,col.antep.verſi.in ea gl.ibi,filiam fratribus , Philip.Dec. col.quoque antep.verſic.in ea gl.l.filiam,Fran.Cur.iunior,col.antep.verſic.circa prædictam, & Pet. Ferr. in tit. for.libel.quo petit.hæredi.ex teſta.in verbo,iniuſtè occupauit,in fi.& Phil.Dec.conſ.ccccxxiiij.proponitur quod magnifica,ferè per totum.

5 *An nondū reſtitutione facta, poßit petere ſe mitti in poſſeßionem.*

¶Nec ipſe ( nondum reſtitutione illa facta ) poteſt petere ſe mitti in poſſeſsionem , ex d.l.vlt.vt ibi voluit gl.in verbo,ex parte,Cy.col.pen.verſi.quid in fideicommiſſario,Bart.col.iij.verſic.item quærit gl.Bal.col.vij.verſi.item in hærede hæredis,& col.ſeq.ver.ſecundò quærit an ſubſtituto, iterúmque col.ſeq.verſi.tertiò ſe præferendo,Alb.col.vj.verſi.item quærit gl.an huius beneficium,Io.Fab. col.j.verſi.fideicommiſſarius,Ang.col.j.verſi.in ea gl.ibi reſpondeo,Sali.col.ij.verſi.quæro ſecundò, quid de fideicommiſſario,Pau.Ca.col.iij.verſi.in gloſa,ibi reſpondeo,Raph.Ful.col.iij. verſi.in ead. ibi huius legis,Alex.col.ij.ver.in ea,ibi quid dices,Cor.col.iij.ver. in ea in huius legis,Iac.à S.Geor. col.iij.verſi.in eadem,ibi non habere,Iaſon col.iij.verſi.ex ſecunda parte gl.Philip.Dec.col.vij.verſi. in ea gl.ibi,quid dices,Fran.Curt.iunior,col.vij.nu.43.& ſeq.& ipſe Bar.in l.vlt.col.ij.verſic. vlteriùs oppono,dicitur,& ibi Bald.col.ij.verſi.venio ad verſi.ita vt,& Raph.Fulg. col.ij. verſic.nota & tertio,per eum text.quo nullum meliorem dicit,C.de codici.& idem Bar.conſi.xcj. in nomine domini amen,in quæſtione vertente in curia,poſt prin.Bal.in additio.Specu.in tit.de teſta.§.ſequitur, col. vlt.verſic.ſed an ex fideicommiſſaria,Ang.conſi.cxxxv. Paucius Maſsiuoli , in j. dubio. Paul. Caſt. in l. reſtituta,in prin.verſi.& collige ex hac lege,ff.ad S.C.Treb.& Alex.in l.Centurio,col.ix. verſi. contrarium tamen puto,ff.de vulg.& pup.ſubſti.& conſi.iiij.videtur inſpectis his,col.viij.verſ.retenta ergo communi,lib.ij.Fran.Aret.conſi.xxxvij.ſequendo ordinē,in vj.eodémque vlt.dubio , Ang. Aret.in §.quadrupli,col.xij.verſ.veniamus ad ſecundum, Inſt.de actio.Iaſ.in l.precibus,col.xiij.ver. alia eſt vtilitas,quia directo,C.de impub.& aliis ſubſtitutio. Maria. Soc. iunior conſil. xcij.quoniam coram doctiſsimo,col.ij.nu.8.lib.j.

6 *Nepos ſuccedit in locū ſui patris.*

¶Ad hæc quod dicitur nepotem ſuccedere in locum filij ſui patris,in ſucceſsione aui,vel patrui,l.vt inteſtato,C.de ſuis & legiti.& l.poſthumorum,in prin.ff.de iniuſto teſtam.& auth. ceſſante,& auth. poſt fratres,C.de legit.hæred.cum ſimilibus , intelligitur quando ſuccedit iure , & titulo hæreditario,non etiam quando iure fideicommiſsi,Bald.Rapha.Cor.& Flor.in l.cùm ita §. in fideicommiſſo.ff.de legatis ij.Raph.Cor.conſi.cvj.mulier conſtituit maritum Benedict.Capra.conſil.v. punctus, quædam domina, ante fin.Angel. Aret.in §.cùm filius,col.j.Inſt.de hæred.quæ ab inteſta.deferunt. cum aliis multis à me congeſt.in tractatu de iure Primigeniorum.in xl.quæſtione nu.184.incip.trigeſimoquartò cùm plures,& ſeq.de quo tamen videbis quatuor num.illum ſeq.

7 *Inuentariū ab hærede factum an proſit fidei commiſſario.*

¶Quid quòd fideicommiſſario non prodeſt inuentarium ab hærede confectum, etiam reſtitutione illi facta,vt per Specul.poſt alios antiquiores,in tit.de inſtrumentor. editio. §. dicto de impugnatione,qui eſt vlt.verſi.quid ſi hæres rogatus,& Iac.Bel.in §.hinc nobis,in xij. quæſt. in auth. de hæred.& Fal.vbi & ita dicit tenuiſſe Lam.Ramp.& Io.Fab.in l.j.ſtatim poſt prin.C. de iure delib. & in §.ſi extraneis,col.j.ver.ſed quæritur nunquid,Inſt.de hære.quæ ab inteſt.deferunt. vbi & ipſe col.ij. verſi.in ſecundo videtur,tradit,quòd nec ipſe poteſt facere inuentarium, vt ſe eximat debitis hæreditariis, quæ ſupra vires hæreditatis ſunt , vt hæres facere poteſt.id enim tantùm concedi hæredi, nec alibi cautum reperiri,id eſſe fideicommiſſario conceſſum.

8 *De eadem re.*

¶De quibus tamen ne erres,vide omnino Specul.dicto tit.de inſtru.edi.loco ſuprà citato,& iterum verſi.quid ſi hæres,& ibi Ioan.Andr.in addit.Cyn.& Bal.in l.ij.C.ad Trebel.Iaco.Bello.in §. ſi verò expreſſum,le j.in auth.de hæred.& Falcid.Bart.in l.j.§.j.ff de iure delibe.& in l.in ratione,la j.§.quod vulgò,col.vlt.verſi.quæro hæres fecit,& ibi Imo.col.vlt.ad fin.& Alex.col.ix.verſi.ſeptimo quærit, & col.ſeq.verſic.octauo quærit.ff.ad leg.Falcid.Bald.in l.filium quem,col.penult.verſi. adhuc quæritur,C.fami.herciſ.& in d.l.vlt.§.cùm igitur,col.iiij.verſi.item quæritur an fideicommiſſarius , C.de iure



iure delib.& in auth.ſed cum teſtator.col.iij.verſic. quæro vtrùm inuentarium, C.ad leg.falci. & in l.j.C.com.de leg.& in l.j.poſt prin.C.de bonis autor.iud.poſſ.Io.Fab.in §.in extraneis,Inſti.de hære. quali.& diffe.Ang.Imo.Raph.Pau.Caſt.& Ro.in l.j.§.ſi is qui quadringenta,ff.ad S.C. Treb. eundē Ang.& in l.j.§.hæc ſtipulatio,col.ij.verſic.& ſi dictus hæres,& ibi Imo.col.iij.verſicu.item adde, inquantum Ang.dicit quòd ſi hæres,ff.ſi cui pluſquam per leg.Falci.Ro.in repet.§.ſimiliter,char.pen. verſic.ſed dubitatur nunquid,C.ad leg.Falci.Pet.Ferra.tit.for.libel.quo petit.hæred. ex teſta.in verbo,purè inſtituit,Alex.in l.Centurio,col.vij. verſic.& ex hoc infert. ff. de vulg. & pupil. An autem hæres petente fideicommiſſario,teneatur pro illius vtilitate facere inuentarium, vt id obiter dixerim,videbis apud Soc.conſil.lj.viſo teſtamento ſpectabilis viri,lib.iij.

9 ¶Sed & illud quoque huc facit,quòd quæ ſpeciali quodam iure,ac fauore,& priuilegio competunt hæredibus,vt id beneficium continuationis poſſeſsionis , non tranſeunt in fideicommiſſarios , vel vniuerſales,ſed remanent apud ipſos directos hæredes , vt videre licet in iure patronatus quod cōpetit dominis in liberos,atque etiam in iure patronatus eccleſiæ.Nam primum probatur,ex l.ſi patronus,la j.in prin.& ibi gl.ff.de bon.libertor.& gl.in l.ſciendum.ff.de verb.ſignifi.vti ex illis refert & ſequitur Iaſ.in l.precibus,col.xij.verſi. ſecunda vtilitas C. de impub. & aliis ſubſtitutio. Secundum voluit Bar.in l.quia perinde.ff.ad S.C.Treb.per illum text.qui probat iura ſepulchrorum non tranſire in fideicommiſſarium,quod & huc non modicum pertinet.& ſequitur Bal.in l.vlt.col.pen.verſi. ſi autem hęreditatem,C.de edict.diui Adria.tollend.& in l.cùm virum,col.vlt.verſi.nota quòd non cadit,C.de fideicomiſ.& Imo.qui dicit ſingula.& no.digniſsimum,in l.ſi patroni,in prin. & ibi Alexand.col.j.ff.ad S.C.Treb.& idem Alex.in l.Centurio,col.ix.verſic.primo,quia in ſubſtitutum,ff.de vulga.& pupil.ſubſt.& Iaſ.in d.l.precibus,vbi ſuprà.

*Fideicommiſſarij non habent ea,quæ hæredi iure ſpeciali cōpetunt.*

10 ¶Deinde fideicommiſſarius etiam vniuerſalis,non eſt propriè hæres,vt probant ll.de ea re loquentes,videlicet l.ſi filiusfamilias,§.j.ff.quod cum eo,qui in alie.poteſt.eſt geſt.eſſ.dicit.cum dicitur , effectu enim quodammodo hæres eſt,& l.poſtulante ſticho.§.& in huiuſmodi,ff.ad S.C.Trebel.cum dicitur,nam & quodammodo in partem hæreditatis , ſenatus recipi voluit fideicommiſſarium , & haberi hæredis loco,pro qua parte reſtituta eſſet ei hæreditas.& iterū,l.ſi hæres ab eo , in fine. prin. eo tit.ibi,hæredis vice fungi eum,cui fideicommiſſum relictum eſt.Nam hæ dictiones quodammodo,& haberi loco,& vice,ſunt improprietatis,& fictionis ſignificatiuæ,l.ſi me in vacuam,& ibi glo. in verbo,nec amittat.ff.de acq.poſſ.& l.in ſuis,ff.de lib.& poſth.& §.ſed ſui quidem hæredes , & ibi gl.in verbo,exiſtimantur,Inſtit.de hære.quali.& diffe. Bart.in l.ſi is qui emptore , col.iiij. verſic. ad hoc reſpondeo , & ibi recentiores , ff. de vſuc.& in l.ij.ff.ad SC.Macedonia. & in l.ſi maritus. §. legis Iuliæ,qui eſt primus,poſt prin.ff.de adulter.Bald.Ang.Imo.& recentiores in l.patris & filij,ff.de vulg.& pupil.cum ſimil.

*Fideicommiſſarius,nō eſt propriè hæres.*

11 ¶Et ita ſcilicet ꝙ fideicommiſſarius non dicitur propriè hæres,tenuit expreſsè Bald.in l.j. col.3.in 8. oppo.C.qui admit.dum dicit ꝙ fideicommiſſarius vniuerſalis , eſt ſimilis hæredi , per d.l.ſi filiusfamilias,§.j.ſed id quidē ſecundum quid,& non ſimpliciter,vt ibi bene declarat, & planius conſil. lxx. conceſsio fuit facta,col.2.ver.propterea iſtud nomen hæredis,lib.2.vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu.& Ang.d.conſi.135.& Anto.conſi.76.viſo puncto & quæſtione,in fi.Imo.in l. qui liberis, §. hæc verba,ff.de vulg.& pupil.Raph.Fulg.in l.qui cū tutoribus,col.j.ff.de tranſactio. Paul. Caſt. conſil.12. præſens conſultatio,col.2.verſi.præterea item,lib.2.Alex.qui alios multos citat,in l.j.§.de illo, & ibi quoque Soc.poſt prin.ff.ad S.C.Trebel.ipſe item Alex.in l.in ratione.§.id vulgo , col. pen. verſic.& appel.hæredis,eod.tit.idem Alex. & Iac.à S. Georg. in rub.C.de impub.& aliis ſubſtitutio. Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.lvj.verſi.ſed an appellatione hæredis,C.de fideicommiſ.Soci.in rub.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu.col.2.verſi.prima concluſio ſit , & conſil. 17. poſt conſilium ſupra ſcriptum, col.2.verſi.reſtat nunc reſpondere,lib.3.Iaſon in rub.ff.de lega.j.col.vlt.verſi.extra glo.poſſet , & ibi Aymo Crauetta.nu.37.Phil.Dec.conſi.lv.cuius ſuperſcriptio incipit,legitimatio infantis,col. vlt. & Chaſſe.conſil.lxvij nobilis & potens,col.xviij.nu.60.& 63.& ſeq.

*Fideicommiſſarius non propriè dicitur hæres.*

12 ¶Idcóque in materia pœnali,fideicommiſſarius non venit appellatione hæredis,vt ſatis probat tex. in l.ſi antequam,cum l.ſeq.ff.de S.C.Silla.& voluit Franc.Are.in l.j.col.ij.in fi.j.notabilis.& ibi etiam Soc.col.iij.verſi.confirmo hoc ratione,ff.de vul.& pup.& ipſe Soci.in d.l.j.§.de illo, in iij. concluſio. & rurſum in d.l.j.§.ſi is qui quadraginta,col.ij.verſi.quia licet,ff.ad S.C.Treb.& conſil.cxvj.in cauſa filiorum col.iij.verſi.confirmatur iſta reſponſio,lib.iij. Nec etiam in conditione dandi hæredi, l.qui hæredi.§.cum hæreditas ex Trebelliano.ff.de condi.& demonſt.Ang.& Pau. Caſt.in l.precibus, & ibi Iaſ.col.xiij.verſi.ſeptima vtilitas eſt, C. de impub. & aliis ſubſtitutio. Nec in alia materia ſtrictè interpretanda,idem Soc.in d.l.j.vbi ſuprà.ff.de vulg.& pupi.ſubſti.Iaſon in l.Centurio, col.xj. vltra ſcribentes,ff.eod.tit.niſi,inquit,aliàs actus redderetur inualidus.& Aymo Crauetta in rep.rub.ff.de leg.j.nume.38.

*Propterea non uenit in materia pœnali.*

13 ¶Nec in ſtatuto ſimpliciter loquente de hærede,vt voluit Phil.Dec.d.conſil.lv.& Chaſſen.d.conſil. lxvij.& alij plurimi,vt videre licet ex Bart.& aliis in d.l.de illo,ff.ad Senat. Conſult.Trebellianum. licèt nonnulli etiam diuerſæ ſint ſententiæ,ſuntque in illam rem quædam diſtinctiones , vt etiam ex iiſdem in eo loco videbis.

*Nec in ſtatuto ſimpliciter loquente de hærede.*

14 ¶Imò verò non venit fideicommiſſarius , appellatione inſtituti hæredis , ac nec ſubſtituti quidem propriè,cùm nec fideicommiſſum propriè dicatur ſubſtitutio,ſi credimus Nic.Mat. Bal. Sali. Paul.

*Fideicommiſſum propriè*

*non dicitur ſubſtitutio.*

Caſt.Corn.& Phil.Dec.in rub.ff.de impu.& aliis ſubſti.ex quibus ipſe Pau.Caſt. id dicit eſſe notandum ad ſtatuta, ſimpliciter loquentia de ſubſtitutione, vt in eis fideicommiſſum non comprehendatur,licèt Alex.in d.rub.& in rub.ff.de vulg. & pup. ſub.teneat contrarium quibuſdam rationibus, quibus reſpondet Phil.Dec.in priore illa rub.quanquam rurſus Franc.Cur.iunior ibi adhærens opinioni Alex.conatur Decij reſponſionibus,& rationibus reſpondere,vt per eos videre poteris.Super quo etiam vide Nicol.Bell.Supputationum lib.iij.c.xix.

*Nec in ſtatutis correctoriis & exorbitãtibus.*

15 ¶Illud tamen haud dubiè certum eſt,quòd in ſtatutis correctoriis, & exorbitantibus, cuiuſmodi id noſtrum eſt,vt diximus ſuprà in præfatione, nunquam venit fideicommiſſarius appellatione hæredis,vt ſcribunt Alex.Soc.& alij recentiores in d.§.de illo.& Fran.Cur.Senior,conſi. xxix.in regno Siciliæ,col.pen.verſi.venio ad ſecundum.

*Qui tenẽt hãc cõſuetudinem non habere locum in fideicommiſſariis.*

16 ¶Et vt priuatim ad id noſtrum ſtatutum accedamus,non deſunt qui nuncupatim dicunt non habere locum in fideicommiſſariis, videlicet Alex. conſil. lxxxij. incip. perſpectis his quæ ſupra ſcripto themate,per totum,præſertim col.ij.ver.ſecundo reſpondeo,& multis ſeq.lib.ij.quod repetitum eſt conſi.xl.lib.iij.& iterum conſ.lj.lib.vj.Fran.Cur.ſenior in addition.ipſius Alex.in d.l.j.§.de illo, ff.ad S.C.Treb.Iaſon latè,qui tamen eorum non meminit,conſi.cxlvj.redemptores,& cap.præſuppoſito ſine veri præiudicio, col.j.& ij.lib.iiij. vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in Senatu Mediolanenſi. Philip. Dec.in l.vlt.col.vij.verſic.ſed iſta concluſio,C.de edict.diui Adr.tollend. vbi dicit ſemper aliàs procedere in ſtatutis,& conſil.lxxxiiij.excellentiſsimi doctores,col.ij.ver. ſecundò quia non obſtat, & verſic.& vlteriùs circa hoc,& conſil.ccccl xvij. bene & conſultè,col.ij.verſ.in contrarium tamen indico,ver.non obſtat quòd aduerſarij.Iaco.à S.Georg.in l.ſi ſorori,verſi.ex hoc infero,C.de iure delib.Catel.Cot.in memor.inci.decreto Mediolanenſi, col.ij.ver. ex quibus omnibus.Claud.Aquen. in l.cum hæredes,in prin.ante medium,verſi.prædictum tamen ſtatutum,ff.de acq.poſſeſſ. Stepha. Bertr.conſil.xcvj.ex themate mihi exhibitæ conſultationis,colum.ij.verſic.quò verò ad id, lib.iiij. Anton.Corſe.in tracta.de poteſta.& excellentia Reg.in xxv.quæſtio. col. ij. intelligens tamen, niſi ſtatutum aliter diſponeret,vt Patauij,D.Boër.latè,deciſ.clvj.an fideicõmiſſarij, vbi dicit ita ter fuiſſe iudicatum in curia parlamenti Burdegalenſis.Anton.Rube.conſil.cxxj. dominus Ioannes, col.ij. verſic.ſed in caſu de quo agitur, Bart.Chaſſe.in commentar.conſuetud.Burgund.tit. *des ſucceſsions*, §.j.col.iij.verſic.item etiam fideicommiſſarij & conſil.xix.iuxta prædicta,in xij.dubio. per totum illud dubium.Ludo.Gozad.conſi.xciij.in cauſa Mutinenſi.col.ij.verſic.quartò cum in ciuitate.& nouiſsimè Carol.Molineus in additio.Alex.Alexan.dicto conſi.82.li.2.& Nico.Bello.Supputationum lib.iiij.cap.xix.multis rationibus innixus,ſed ea præſertim quòd id ſtatutum, non ſolùm eſt exorbitans à iure communi,ſed & illius correctorium.& ante hos omnes,ſi non oſcitanter legatur,Raph. Fulg.conſi.ccxxx.in quæſtione vertente inter ſpectabilem,poſt medium, verſic. prætereà cùm per ſtatutum,iunctis præcedentibus.

*Qui contrariũ tenent.*

17 ¶Scio tamen alios eſſe qui è diametro contrarium tenent, videlicet fideicommiſſariũ eſſe ſaiſitum ex huiuſmodi noſtro ſtatuto,& inter hos Pau.Caſt.conſil.clij.viſo puncto,& dubio.col.ij.verſic. ad ſecundum quæſitum,lib.ij.D.Bened.in repet.c.Raynucius.in verbo, mortuo itaque teſtatore, le ij. nu.74.de teſta.vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in curia parlamenti Tholoſani.Picus in l.vlt.ſuper glo. in verbo,ex parte.C.de edict.diui.Adria.tollen.Chaſſen.ſibi contrarius conſi.lxij. ex verbis in quadam ſubſtitutione appoſitis,col.pen.verſi.item & cùm ita.

*Quid ſi reſtitutio uerbalis illi facta fuerit.*

18 ¶Sed aduerte,quòd Pau.Caſt.dicto conſi.clij.loquitur in eo caſu, quo reſtitutio verbalis facta eſt fideicommiſſario vniuerſali.Nam ea,inquit,tantùm operatur in illo quoad iura vtilia, quantum aditio hæreditatis in hærede,quoad iura directa.l.facta in princ.& l.reſtituta.ff.ad S.C.Treb. & l.j.cum ibi not.poſt gl.ff.de fideicom.hæred.petit.Igitur cùm in hæredem directum poſt aditam hæreditatem,continuetur,& transferatur poſſeſsio quæ erat apud defunctum ex forma huius ſtatuti, conſequens eſt,vt & in fideicõmiſſarium vniuerſalem, reſtitutione verbali facta, transferatur & ipſa poſſeſsio:præſertim cùm nihil videatur eſſe quod queri debeat hæres, qui reſtitutionem eam fecit.

*De eadem re.*

19 ¶Verùm nec hoc caſu putarim transferri poſſeſsionem in fideicommiſſarium : nec iure quidem ciuili,cum verbalis reſtitutio poſſeſsionem non transferat,niſi tradita,& appræhẽſa poſſeſsione, cùm ſolis verbis poſſeſsio non transferatur,vt plenè not.in l.prædia.ff.de acqui.poſſ. niſi interueniat conſtitutum,ſiue precarium,vel retentio vſusfructus,aut alius ex his modis qui traduntur in l.iij.in prin. ff.eo.tit.& in ca.2.de conſuet.Nec ex hoc quoq; ſtatuto transferatur,cùm per mortem defuncti, vi illius tranſlata fuerit in hæredem,non in ipſum fideicommiſſariũ(vt diximus) neq; enim in vtrumque inſolidum transferri poteſt,vt diximus ſuprà in vj.declarat.nu.8.incip.& certè vt tandem.

*De eadem re.*

20 ¶Nec ſtatutum hoc noſtrum loquitur de tranſlatione,ſiue continuatione poſſeſsionis ab hærede in fideicommiſſarium,ſed tantùm à defuncto in hæredem;igitur nec hoc caſu poteſt habere locum l. iiij.§.toties.& ibi Bart.& alij,ff.de damno infect.cum aliis multis concord.à me collectis in repet.l.ſi vnquam.in verbo,libertis.nu.2.& ſequen.C.de reuoc.donatio. Et ita nuncupatim ex facto reſpondit Nicol.Bellonus,conſi.xlij.communiter in Italia,per totum,per multa illic allegata, quæ tu videre poteris.& idem quoque tenuit lib.4.Supputationum,c.19.

## DVODECIMA DECLARATIO.

*An hæc conſuetudo habeat lo cum in hærede cum beneficio inuentarij.*

1 ¶Duodecimò declara,vt procedat in hærede ſimplici : aliud enim videri in hærede cum beneficio inuentarij,qui ſcilicet vt videtur,non ſimpliciter,nec abſolutè hæres dicitur,ſed cũ ea qualitate, vel adiectione,



adiectione,cum beneficio inuentarij.Ex quo illud continuò ſequitur, eum non eſſe proprium hæredem,nec de eo debere,nec poſſe intelligi id noſtrum ſtatutum loquens ſimpliciter de hærede,l.j. §.j ff.de dona.& diximus plenè ſuprà in nona declaratione huius ſecundæ partis,num.11.ſed & hæc quoq; ratio,&ſeq.vbi etiã videbis id quoq; procedere in materia fauorabili.ne hîc iterũ repetamus.

*Hæres ſimplex & hæres cum inuentario in multis differũt.*

2 ¶Hincque videmus hæredem ſimplicem,& hæredem cum inuentario,non ſimiliter iudicari,ſed in multis differre. Nam vt id tibi ſummatim dicam, Iaſon poſt alios in l. vltim.§.j & ſi præfatam, qui eſt col.j.& ij.C.de iure delib.tibi ſigillatim ſeptem horum diſcrimina,& differẽtias poſuit. Et aliud quoque poſuit idem Iaſon in eadem l.§.in computatione.col.iij.verſic.pone ergo quòd iſte filius.& Steph.Bertr.conſi.ccciiij.viſis duobus publicis inſtrumentis.col.ij. verſic. cæterum quoad quæſita, lib.j.& alia quoque diſces ex gl.Bal.& Pau.Caſt.in l.ij.C.de repu hæred.& Pau.Caſt.in d.l.vlt.§.donec.C.de iure delib.& ex aliis vbique.

*Hæres cum beneficio inuentarij,nõ eſt proprie hæres,uide nu.8.*

3 ¶Et quòd hic hæres cum beneficio inuentarij non ſit propriè, & omnino hæres, videtur probare text.in d.l.vlt.§.ſi verò poſtquam. vbi ſi hic hæres diſtulerit facere inuentarium ſecundum formam ibi traditam,hæres eſſe omnimodo intelligitur.Ideóque gl.in d.l.vltim.§.in computatione.in verbo confundantur,circa medium,in verſi.ſed ſi vltra quartum,illum vocat quaſi hæredem, veluti improprium.Et dicit etiam ibi Bal.col.iij.verſi.ſecundò quæro,quid ſi eſt inſtitutus,quòd hic hæres non habet merum nomen hæredis.

*Hæres huiuſmodi,an comprehendatur in ſtatuto,uide infrà nu.8.& 9.*

4 ¶Ex quo etiam poſsit videri hinc manare, quod dicitur, ſtatutum vetans hæredem venire aduerſus inſtrumentum defuncti,non compræhendere hũc hæredem,cuius fundum ipſe defunctus alienauit,ſed eum poſſe non obſtante huiuſmodi ſtatuto, eum fundum ab emptore vẽdicare.Ita enim voluit gl.in d.§.in cõputatione.in illo verbo,confundantur.in fi.& ibi quoque Iaco.Bel.Fran. Tigr. Iaco.Butr.Bart.col.vlt.ver.venio ad vltimã quæſtionẽ.Bal.col.pe.ver.vlteriùs quærit gl. Alber.col. item pen.verſi.vlt.quæſt.Ange.col.ij.ver.in gl.fi.dic hæc vera.Sali.col.ij.ver.quæro, omiſsis quæ ſequuntur,Raph.Fulg.col.vlt.verſi.in ea ad fi.ibi,vt damnum,Pau.Ca.col.vlt.verſi.vltimò not. Alex. col.4.ver.in ea gl.ibi:ſed quid ſi ſtatutũ.Corn.col.vlt.ver.in ea. in fi.Pileus,Iac.à S.Geor.col.iij.verſ. in eadem gl.in fi.Iaſ.col.vlt.ver.in vltima parte gl.C.de iure de lib.Bart. dum ſe remittit ad eum locum in l.cùm à matre.& ibi Bald.col.vlt.verſ.vltimò quæritur.C.de rei vendic.Petr.Anch.& Imo. in c.j.ille,col.iij verſi.ſed hic incidenter.in fi.col.iij.ver.iuxta prædicta quæri poteſt, de teſtam. Idem Pet.Anch.conſ.vj.viſo themate quæſtionis.col.ij.verſ.& aduertendum quod dictum.

*Confirmatio opin. quæ non admittit hunc hæredem.*

5 ¶Et hæc opinio confirmari poteſt ex eo quod in noſtra Gallia,in qua eſt iſtud ſtatutum continuandæ poſſeſsionis defuncti in hæredem,nemini conceditur ſe hæredem dicere cum beneficio inuentarij, niſi priùs impetrata à principe huius rei gratia, vt & expreſsè cauetur conſuetudine Burgundionum,tit.*des ſucceſsions*, §.xiij.& non niſi etiam inuentario confecto.Quomodo ergo in eum poteſt continuari ea poſſeſsio? qui nondum eſt hæres mortuo defuncto, præſertim cùm nullum ſit hoc caſu noſtri ſtatuti medium inter mortem defuncti,& acquiſitionem huius poſſeſsionis, vt docuit Bald.loquens in caſu huius ſtatuti,conſil.cccxxx.ſtatuto,col.j.in iij.quæſt.lib.j.& diximus ſuprà in vj.declaratio.nu.9.tum etiam quia,vbi & alios citauimus.

*Hæres ſimplex,fauorabilior hærede cũ inuentario.*

6 ¶Adde quòd hęres ſimplex noſtris moribus Gallicanis, eſt multò fauorabilior hærede cum beneficio inuentarij,ille enim etiam ſi ſit vlterioris gradus, hunc repellit, vt voluit Maſuer.conſuetudinum Gallicarum ſcientiſsimus,in tit.de ſucceſ.& vlt.voluntat.§.item ſi ille qui eſt proximior:& hoc vt dicit fauore defuncti,creditorúmque & legatariorum.Eſtque eius rei expreſſa conſuetudo apud Melodunenſes,cap.cvij.Aurelianenſes,cap.cclix.Aruernienſes,tit. *des ſucceſsions*,cap.xxxviij.& ſeq. Borbonienſes,c.329.& ſeq.Marchienſes,c.248.Niuernienſes,tit.*des ſucceſsions*,§.28. & ſeq. Ideóque in his reſcriptis principum quæ in eam rem impetrantur, ſolet apponi ea clauſula, *pourueu qu'il n'y ait autre qui ſe porte heritier ſimple.* de qua clauſula videbis nonnulla apud Chaſſan.in d. §.iij. *des ſucceſsions* in gloſſ.j.

*Hæres ſimplex repellit hũc hæredem etiã proximiorem.*

7 ¶Ego tamen aliter cenſeo,nempe hunc hęredem cum beneficio inuentarij, eſſe ſaiſitum beneficio huius conſuetudinis:neque enim negari poteſt quin ipſe hæres ſit,nec illi eam appellationem tollere beneficium inuentarij nec cętera in fauorem hęredum introducta. Imò verò illi ampliores fauores tribuere,ne ſcilicet teneatur vltra vires hęreditarias,& alia quæ inde ſequuntur,deſcripta ab his quos ſuprà citauimus.nu.huius declarationis 2.incip.hincque videmus. Quomodo igitur quod introductum eſt fauore illius,poſsit aut debeat in eius odiũ retorqueri l.quod fauore.C.de legib.cum ſimil. ibi adductis. Aut quod ad augmentum à lege ſtatutum eſt,operetur diminutionem? l. legata inutiliter.ff.de leg.j.& l.cùm vinum.& ibi Alb.ff.de triti.vino & oleo lega.cum infinitis ſimul.

*Hic hæres propriè hæres eſt.*

8 ¶Et quicquid ſuprà dictum eſt,hic hæres qui fecit inuentariũ,tam propriè hæres eſt quàm qui non fecit,& talẽ illum lex appellat vbique.vt patet ex d.l.vlt.in prin.& in omnibus §.vbiq;.C.de iure delib.Nec contrariũ dixerunt,nec ſenſerunt ij quos ſuprà citauimus,loquentes in ſtatuto vetante, hęredem venire contra inſtrumentũ defuncti,ſed potius contrariũ dum dicunt, hęredem qui fecit inuentariũ non impediri,quominus ſuum fundũ vendicet:non ea quidem ratione innixi,quòd hic hęres impropriè ſit hæres(quod non prætermiſiſſent ſi ita intellexiſſent) ſed quia ſtatutũ debet intelligi ſecundum ius commune,ne hæres ipſe damnum indebitè patiatur. Ea enim eſt eorum ratio.

*Cõtra id quod dictum eſt ſuprà nu. 4.*

9 ¶Quanquam ſunt qui & in eo caſu dicunt etiam hunc hæredem,ſtante eo ſtatuto, non poſſe ſuam rem alienatam à patre vẽdicare ob id ſtatutum,quòd aliàs eſſet ſuperfluum, videlicet Pileus quæſt.

xxiij.incip.pater fundum.& Iaco.Ray.& Cyn.qui dicit omnes modernos cum eo conſentire, in d.l.vlt.§.in computatione.in v.quæſt.&ibi quoque Raymun.& Oldr.& Ioan.Fab.col.pen.totius l.verſ. ſed quid ſit eſt ſtatutum.& præterea Petr.Anch.in d.c.j.col.iij.verſ.ſed hic incidenter.ad fi.verſic.de teſtam.De qua re & nos latius dicemus in noſtro tractatu,cui titulus eſt,Nihil fruſtra.

*Hæres hic an comprehendatur in ſtatuto loquẽte de hærede.*

10 ¶Sed vtcunque ſit,intelliges vtroſque eſſe in ea opinione,vt hæres cum beneficio inuentarij compræhendatur ſub ſtatuto, niſi aliud ſit præter proprietatem vocabuli, vt non abs re ſcripſerit Firmianus in ſuo vberrimo lexico,in verbo,hæres propriiſsimè.nu.76.hæredis appellatione in ſtatuto venire hæredem cum beneficio inuentarij,per notata à Barto.Bal.& cæteris in dicta l.vlt.

*Hæres hic cõpræhenditur in confeſsione facta alicui pro ſe, & hæredibus.*

11 ¶Quod & hinc quoque facilè colligitur, quòd licet verba contractuum ſint ſtrictè interpretanda, ac propriè,l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.Tamen ſi feudum, vel emphyteuſis ſit conceſſa cuipiam pro ſe & hæredibus,admittitur hæres cum beneficio inuentarij, peræquè ac alius qui inuentarium non fecit,vt non obſcurè voluit Alex.conſi.xix.ſuper eo de quo quæritur, lib.5. nam vt ibi dicit in fi.illius conſi.inuentarium ab hærede factum,illud tantùm operatur, vt non teneatur vltra vires hæreditarias.& ſequitur Fran.Curt.ſenior,qui à nullo alio dicit fuiſſe tactum,conſ.lxxxiij. Deus pius Ieſus.col.v.verſi.ſed quid opus eſt tot ſuffragiis?

*Hic hæres ſimpliciter, hæres eſt.*

12 ¶Nec verum eſt,quod ſuprà in princ. diximus hunc non dici ſimpliciter hæredem, ſed ſecundum quid,ſcilicet cum ea adiectione,vel qualitate cum beneficio inuentarij. Nam & hic hæres ſimpliciter dicitur,& appellatur,vt patet ex d.l.vlt.in locis infinitis, C. de iure delib.vt iã ſuprà diximus.Et licet nonnunquam à noſtris interpretibus ita vocetur,non tamen fit,vt ea qualitas,ſiue adiectio tollat ſimplicem hæredis appellationem,ſed vt oſtendat hæredum alios eſſe cum inuentario,alios ſine inuentario:illoſque ſibi cautius quàm hos prouidere, vt qui non tenentur vltra vires hæreditarias: quippe qui faciendo inuentarium,vocatis creditoribus palàm exhibent,ac exponunt vires,ac facultates hæreditatis,omnémque fraudãdorum creditorum ſuſpicionẽ tollunt: quod non faciunt ij qui inuentariũ non faciunt,vt non immeritò non audiantur,nec eis credatur, ſi dicãt credita eſſe ſupra vires hęreditarias,cùm facultatẽ probãdi cõtrarij ſuſtulerint,bona occupãdo,nullo facto inuẽtario.

*Idem iuris eſt ſimplicis, & eius quod habet adiũctum, cùm eſt eadem ratio.*

13 ¶Et ſi admittamus vt dicatur hæres ſecundũ quid,tamen nõ obſtat,quominus cõpræhendatur ſub hac conſtitutione,cùm ſit eadẽ vtriuſq; ratio,quo caſu idẽ iudicamus de eo quod nominatur cũ adiuncto,ac de eo quod ſimpliciter profertur,ex ſentẽtia Pau.Ca.in l.ſerui electione.§.Labeo ait.ff. de leg.j.& Phil. Dec.in l.j.col.j.ver.ſed poteſt reſponderi.C.de ſucceſſ.edict.vbi id dicit not.Et bene facit quod tradit Ro.in ea ipſa l.j.col.ij.ver.& ex his fit.Et quia etiã huiuſmodi adiectio nõ ponitur ad differentiã ſubſtantialẽ,ſed ad differentiã terminorũ,id eſt, ad deſignandũ & diſtinguendũ vnũ ab altero,quo caſu non habet locum quod diximus,de differentia eius quod ſimpliciter dicitur,& eius quod ſecundũ quid,vt voluit Socin.con.xxv.viſo ſtatuto.col.ij.verſi.iſta concluſio probatur,libro 3.

*Reſpondet ad contraria.*

14 ¶Sed nec quicquam in contrarium facit text.in d.l.vlt.§.ſi verò poſtquam, cùm dicitur, hæredem non confecto inuentario,intelligi omnimodo hæredem.Nec glo.in d.§.in computatione. in verbo, confundantur.loquens de quaſi hærede.Nec quod Bald.ibi videtur voluiſſe,hunc non habere merum nomen hæredis.Nam quantum ad primum,non eò ſpectat, vt hæredes, qui non fecerunt inuentarium ſint magis hæredes,quàm qui fecerunt,vt ſatis declarat gl.ibi, in verbo, omnimodo.& ibi quoque docto.Nec ea gl.in verbo,confundantur. illud dicit quod ex ea diximus, ſed aliò reſpicit,vt ex ea videre eſt.Sed nec Bal.hunc negat habere merum nomen hæredis, ſed illud tantùm dicit,vbi fit inuentarium,conſiderari effectum,& vtilitatem,& non merum nomen hæredis:quod ſcilicet habet hæres qui fecit inuentarium.ita enim neceſſe eſt eum intelligere,& conſequenter illum tribuere merum nomen hæredi ei qui fecit inuentarium.

*Ad idem.*

15 ¶Quod autem poſtea dictum eſt,hunc non eſſe hæredem cum hoc beneficio, niſi prius impetrata à principe eius rei venia,& confecto inuentario,ita ſcilicet vt antè non poſsit dicere ſe ſaiſitum,nec tamen vllum eſſe medium inter poſſeſsionem defuncti,& hęredis,facilè diluitur.Nam hæres continuò poſt mortem defuncti, ipſo iure hæres eſt, & conſequenter poſſeſſor vi huius ſtatuti, etiam non impetrata principis venia,nec inuentario confecto.ſed non gaudet priuilegio inuentarij, niſi illis primùm cõpletis.Ideo interim non impeditur conuenire debitores hæreditarios,vt prodit Bart. in d.l.vlt.§.donec in fi.& ibi quoque Ange.in fi.Pau.Caſtr.col.ij.verſic. quærit hic Bart. & Iaco.à S. Georg.verſi.quæro vtrùm hæres.C.de iure deliber.& ipſe Bart.in l.vlt.col.ij.verſi. conceſſum priuilegium.& ibi item Ange.ad fi.verſ.ex prædictis apparet.C.de fruct.& lit.expen. Guido. Pap.deciſio. Delphin.ccccclxxj.aliqui doct.in iure ſcribentes,col.ij.verſi. ſed nunquid hæredes.D.Boër. deciſio. liij.inſuper in audientia,paulò ante medium.Vide tamen Angel.& Imo. in l.j.§.ſi ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.

*Ad idem.*

16 ¶Quod poſtremò dictum eſt,noſtris moribus hæredem ſimplicem, veluti abigere hæredem cum beneficio inuentarij,nihil huc pertinet,præſertim cùm huius rei ſit alia peculiaris ratio,vt diximus. Scio autem à nonnullis dubitatum fuiſſe,an ſi huiuſmodi hęres cũ beneficio vendiderit rem quampiam hæreditariam,ſit locus retractui,de quo tu vide Chaſſ.in comment.conſuetud. Burgund. tit. *Des retraicts*.§.j.in verbo,*Son heritage*,& conſi.xxij.conſuetudine cauetur,& Claud.Marlet.conſ.ſeq. deceſsit Catharina,col.pen.verſi.item & per quæ,& ſeq.vſque ad fin.conſi.

### DECIMATERTIA DECLARATIO.

1 ¶Sed maius dubium eſt (& id erit vice Decimætertiæ declarationis) an poſteaquam proximior ſe geſsit



*An hæres ſimplex remotior, qui proximiorem cum inuentario abigit,iuuetur hac conſuetudine.*

geſsit pro hærede cum beneficio inuentarij,alius remotior dicit ſe velle gerere pro hærede ſimpliciter,& ideo repellit proximiorem ex multis conſuetudinibus(vt diximus ſuprà in præcedenti declaratione,nu.6.incip.adde quòd hæres)Vtrum hic remotior erit ſaiſitus vi noſtri ſtatuti?quod videtur, quia cùm ille proximior,ſuperueniente hoc ſimplici,repellatur,& è medio tollatur,pro mortuo habendus eſt,perinde ac ſi non eſſet in rerum natura,l.pater filium.& ibi gl.ff.de inoff. teſta. & l.j.§ ſed & ſi patruus eor.qui erant in poteſt.ff.de coniug.cum emancip.lib.& l.2.§.ſed ſunt ſui.& ibi Bart.ff.ad SC.Tertul.cum aliis multis concor.à me collectis in tract.Primigeniorum,quæſt.lij. nu. 16.incip.quarta ratio.

*Inhabilis aliis non obſtat.*

2 ¶Imò verò hic ſimplex hæres,quamuis is ſit vlterior gradu,habetur tamen pro propinquiore, remoto illo propinquiore,veluti inhabili exiſtente ſimplici hærede.Neque enim aliis obſtat,qui inhabilis eſt.l.ſi poſt mortem.§.liberi qui contra tabulas.ff.de bon.poſſ.contra tab.Bald.in l. ſi quis prioris matrimonij.§. talem. C.de ſecun.nupt.vbi ex hoc decidit pulchrum caſum,& poſt eum Alex.in addit.Bart.in l.j.§.qui habebat.ff.de bono.poſſeſ.contra tabul.& in ſua diſput.incip.Sigiſmundus.in 3.dubio.col.j.cum aliis multis concord.à me congeſtis in illo ipſo tractatu Primigeniorũ,in 3. quęſt. per totum præſertim nu.5.incip.ego verò,& aliis multis ſeq.vſque ad fin.illius quæſt.

*Mediũ nil eſt inter mortẽ defuncti,& poſſeſsionẽ hæredis.*

3 ¶Sed vnum eſt,quod admodum obſtare videtur.Nam confeſtim mortuo defuncto, poſſeſsio quæ apud illum erat tempore mortis ipſius,tranſit in illum proximiorem tunc habilem ad ſuccedendũ, & ſimpliciter,& cum beneficio inuentarij,niſi alius ſuperueniret qui ſe ſimpliciter hæredem gereret.Quomodo igitur illa poſſeſsio defuncti,poterit in hunc poſteriorem, qui poſtea ſe gerit hæredem ſimplicem,tranſire?cùm nullum ſit medium inter mortem defuncti,& poſſeſsionem hęredis, vt expreſsè dicit Bald.in caſu huius noſtri ſtatuti loquens conſi.cccxxx.ſtatuto cauetur quòd conductor,col.j.in iij.q.lib.j.& latiùs diximus ſuprà in 6.declat.huius 2.partis,nu.9.incip.tum etiã quia nullum,& alibi ſæpe in hoc tractatu.

*Duo inſolidum rem eandẽ poſſidere nõ poſſunt.*

4 ¶Præſertim cùm ille proximior,qui ſe geſsit pro hærede cum beneficio inuentarij, fuit ſtatim ſaiſitus à morte defuncti,vt diximus in pręcedenti declaratione,ideo hic qui ſuperuenit,non poteſt ſe dicere fuiſſe retro ſaiſitum,cùm duo inſolidum eandem rem eodem modo poſsidere non poſsint, l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poſſ.& voluit Bal.in hoc eodẽ ſtatuto loquens conſ.454. quidã Ioannes deceſsit,ad fi.li.j.& alij quos tibi collegi in illa eadẽ ſexta declaratione,n.8.incip.& certè vt tãdem.

*Verba ſi diſpoſitioni nõ conueniunt, nec eius diſpoſitio locũ habet.*

5 ¶Nec poteſt hic hæres dicere ſe ſaiſitum,per expulſionem alterius proximioris, qui idẽ fuerat ſaiſitus,vt cuius non ſit hæres,ideo ab eodem repulſo,non poteſt continuari poſſeſsio in hunc repellẽtem,qui illius repulſi hæres non eſt:ex quo fit,vt in eo non poſsit habere locum noſtra conſuetudo, quæ loquitur de mortuo,& hærede illius.Ideo cùm verba conſuetudinis non huic conueniant, nec eius quoque diſpoſitio.l.dies cautioni.quæ eſt iiij.§.toties.& ibi Bart.& cæteri, ff. de damno infect. & c.indemnitatibus.§.ſed cùm eas.de elect.lib.6.gl.in c.quoniam.in verbo,qui ſimul.extrà, de vita & honeſt.cler.cum infinitis concor.à me adunatis in repet.l.ſi vnquam.in verbo,libertis.nu.2.incip. nam & vbi.C.de reuoc.donat.

*Ratio item in contrarium.*

6 ¶Niſi dicas,adueniente hoc hærede ſimplici,in eum confeſtim omnia iura hæredis, ab illo qui vt proximior,ſe hæredem cum beneficio inuentarij geſſerat,in hunc qui ſimplicem ſe gerit transfundi,vt in ſimili dicitur in l.1.in princ.ff.ad Trebel.& in alio caſu diximus in noſtro tractatu Retractuum tit.j.§.j.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,,nu.39.incip.nec dici poteſt. Sed tamen id vix ſummo iure obtinere poſſet,cùm nec poſſeſsio in caſu illius l.j.in fideicommiſſarium trãſeat, vt etiã latè diximus ſuprà,in decima declaratione huius ſecundæ partis.

*Ad idem.*

7 ¶Sed nec vnquam aliàs ipſo iure tranſeat poſſeſsio in alium, niſi in caſibus ſpecialibus à iure, aut conſuetudine introductis,inter quos hic non eſt,cùm non comprehendatur ſub hac noſtra conſuetudine.Credo tamen quòd ſi res veniret in controuerſiam, admitteretur hic hæres aduerſus alios extraneos occupantes res hæreditarias,ſed non aduerſus primum illum hæredem,præſertim ſi poſſeſsionem realem adprehendiſſet:ſuper quo vide quod in ſimilibus dicemus infrà, in tertia parte, declarat.4.nu.5.incip.in quo illud,& in 4.parte declarat.5.nu.23.incip.illud tamen fateor,& ſeq.

### DECIMAQVARTA DECLARATIO.

*An hæc cõſuetudo habeat locũ,in adoptiuo hærede.*

1 ¶Decimoquartò declara,an hoc ſtatutum habeat locum in filio adoptiuo hærede. Nam illud ſcire debes,filios adoptiuos ſuccedere de iure communi:vel ſolos,ſi nulli alij ſint legitimi, & naturales, vel cum illis,ſi qui ſunt.l.ſi te parens.C.de ſuis & legit.l.pen.§.& ſi quidem.C.de adop.Etiámque de iure auth.vt per Cyn.in auth.in ſucceſsione.C. de ſuis & legit.malè quã legit ſub tit.ad SC.Tertul. Idque etiam in Regnis,atque ita vt & aſcendentes,& vxorem excludant.Eíſque debentur alimenta, legitima,& quarta,vt latè ſigillatim deſcripſimus in repet.l.ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. nu.18.aduerte tamen,& multis ſeq.& in tracta.Primigeniorum,in lxxxiiij. q. vbi & alia multa huc pertinentia poſuimus.

*Sed in Gallia non ſuccedunt.*

2 ¶Verùm in Gallia ij non ſuccedunt,vt & priori loco diximus,nu.22.& poſteriori,num. 10. ex ſententia Maſuerij,in tit.de probat.verſi.item & ſi defunctus.& D. Benedict.in repetitio.c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.758.& nu.760.Sed quia non noſtris tãtùm Gallis cauere voluimus,ſed & aliis apud quod ius commune in ea re obſeruatur,vt ſcilicet adoptiui filij ſuccedãt, qui & ipſi hoc noſtro ſtatuto vtuntur,vt hæres ſit ſaiſitus. ſunt enim præter Gallos & alij plurimi, qui hoc iure vtuntur,vt diximus ſuprà in præfat.declarat.2.nu.3. incip. eſtque ſimile. Ideo & apud

illos putarim filium adoptiuum hęredem,eſſe ſaiſitum:eſt enim verè hæres,licet ſit fictus filius, vt plenè probauimus in d.l.ſi vnquam.vbi ſupra.nu.7.incip.ſed & Bal.

*Quid ſi cõſuetudo utatur uerbo naturæ.*

3 ¶Quod tamen ſemper intelligo,cùm id noſtrum ſtatutum,vel conſuetudo ſimpliciter loquitur de hærede,videlicet vt hæres ſit ſaiſitus.Nam aliquam adiectionem,aut qualitatem naturæ addat, videlicet proximior conſanguineus hæres,aut aliud quidpiam ſimile,non putarem adoptiuum intelligendum,cùm ſit nomen iuris,non naturæ.Et hîc etiam vide quę ſcripſimus in tractatu Nobilitatis, c.15.nu.5.extende ſecundò,& ſeq.

## DECIMAQVINTA DECLARATIO.

*An hæc cõſuetudo obtineat in iis qui non iure ſanguinis, aut teſtamenti ſuccedunt.*

1 ¶Decimaquinta declaratio igitur hæc erit,an noſtrum ſtatutum habeat locum in his qui non iure ſanguinis,aut teſtamenti ſuccedunt,verbi gratia(nam horũ nonnullos huc afferre nobis operæ precium viſum eſt)vir & vxor deficientibus legitimis,& teſtamentariis hęredibus ſibi inuicem ſuccedunt,l.j.ff.vnde vir & vxor.& l.j.C.eo.tit.ídque etiam expreſsè ex multis conſuetudinibus Francię, vt apud Pictauos,c.230.Etiámq; vir clericus,& vxor ipſius,vt voluit Odoffre.in ſumma,tit. de ſucceſs. ab inteſt. quẽ refert & ſequitur Albe.in d.l.j.& ibi quoque poſt eum Iaſon col.j.C. vnde vir & vxor.& de hoc eſt bonus tex.in c.ſi quis presbyter.C.de epiſ.& cler.Atque etiam ipſe vulgò conceptus,& vxor,Bal.in l.ſi qua illuſtris.circa medium. verſ.quæro quis ſuccedit.C.ad SC.Orphit.

*Vir & uxor ſibi ſuccedunt ſi deſint legitimi, aut teſtamentarij hæredes.*

2 ¶Imò verò & ſocer nurui,ſi vir non extat,& è diuerſo,ſi verum dicit Bald.in d.l.j.poſt mediũ verſ. item quæro ſi non extat vir.C.vnde vir & vxor.motus quòd nomen ſoceri à matrimonio deriuatur,l.cui etiam.§.affinitatis.ff.de poſtul.& ita dicit intelligi gl.in §.mariti.in verbo,poſtea in fi.Inſti. de nupt.quæ videtur voluiſſe agnatos viri,& vxoris ſibi inuicem ſuccedere excluſo fiſco.quam quidem gl.ad hoc ſummè extollit Nicol.Neapo.ibi,& Ioan.Plat.qui eam ſequitur,vti etiam Gui.Pap. in ſuis ſingul.ſing.78.incip.conſanguineus.

*De eadem re.*

3 ¶At eam gl.reprobant Io.Fab.& Ang.Aret.qui eam tamen dicit ſing.in dicto §.mariti. Verùm id illam non dixiſſe ad quod allegatur,ſed aliud quippiam tradit Iaſ.in d.l.j.col.2.verſ.nunquid autem in hac l.C. vnde vir & vxor.vt tibi videre poteris.Sed quicquid ſit,illam Bal. ſententiam reprobarunt Raph.Fulg.Pau.Caſt.Ro.Alex.Franc.Aret.Philip.Corne.Iaſon & Philip. Dec.in d. l.j. Sed & ipſemet Bald.in contraria ſententia fuit,in l.vlt.col.iiij.verſ.item quæritur an ſit inuenire.C.vnde legit.& Nicol.Peruſ.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.col.j.idq; optimis rationibus,vt & ibi videre poteris, & hanc ſequimur in Gallia.

*Tutor ſuccedit pupillo.*

4 ¶Item tutor ſuccedit pupillo,excluſo fiſco,ſecundum gl.in l.quò tutel.ff.de reg.iur.quam dicit ſing. Dyn.& ibi Alber.& Corn.qui illam ſequuntur in d.l.j.C.vnde vir & vxor.Sed & eam ſequitur Bal. ibi,& in l.ſi quis filio exhęredato.§.eius qui.paulò ante fi.ff.de iniuſto teſt.& in d.l.ſi qua illuſtris.circa medium.C.ad SC.Orphi.Matth.Afflict.in c.j.in verbo,bona vacantia.col.j.verſ.item tutor deficientibus.tit.quæ ſunt Regaliæ,lib.2.feud.

*Qui contrariũ tenent.*

5 ¶Sed contrarium tenuit Bar.in d.l.quo tutela.per l.nutritoribus.C.commu.de ſucceſ.quo in loco & idem tenuit ipſe Bart.& præterea Ang.Ro.& Pau.Ca.& iidem Ang.Rom,& Iaſ.in l. j. C. vnde vir & vxor.& Bald.ſibi contrarius in l.j.col.4.verſ.item quæritur cum tutor.C.vnde legit. & in l. cùm in eo.in fi.ff.de pact.Sed qui priorem illam opinionem ſequuntur,reſpõdent ad dictam l. nutritoribus.quòd loquitur in nutritore,qui non ſubiacet periculo,neque obligatur ratione malę adminiſtrationis.Sed huic rationi contrà reſpondet Rom.in d.l.j.cui item ibi reſpondet Cornę,qui tamen reliquit cogitandum,vti apud eos videre poteris.In Gallia autem ſcio obſeruari vt tutor non ſuccedat.

*Collegiũ ſuccedit ſodalibus eius collegij.*

6 ¶Præterea ſi qui eſt in aliquo collegio,moriatur ſine aliis hæredibus,ei ſuccedit illud collegium ante fiſcum,per d.l.ſi quis filio exhæredato.§.eius qui.ff.de iniuſto rup.fact.irri.teſta.vbi Bar. & Ang. not.quòd artifici morienti ſine hæredibus,ſuccedit collegium illius artis,& l.recuſare.§.item ſi municipes.ff.ad SC.Trebel.& l.j.C.de hære.decur.ex qua not.Bar.quòd ſi aliquis ex cõſiliariis cuiuſdã oppidi decedat ſine hærede,ſuccedit eorum ordo,excluſo fiſco. Sed & Bald. ibi not. quòd doctori ſuccedit vniuerſitas.& l.cornicularij.tit.de apparit.præſ.pręt.& priuil.§.huic ſanctioni. in verb. nullis ab inteſtato ſucceſſ.relict.C.lib.xij.per quam dicit Nico.Neapol.quòd ſcholaſtico morienti ſine hærede,ſuccedit vniuerſitas ante fiſcum.Et voluit in vniuerſum de omni collegio,Bald.qui tamen limitat in l.j.§.vlt.C.de conſtit.pec.Ang.in d.l.nutritoribus.C.commu.de ſucceſ.Mart. Lauden. in tracta.de principe.verſ.505.incip.collegium ſuccedit collegiato.& in tracta. de fiſco, verſ. ccxxxix. regulariter ab inteſtato.Iaſon in d.l.j.col.vlt.C.vnde vir & vxor.& Matth.Afflic. in conſtit. Siciliæ, incip.ſi quando contingit.in fi.

*Vniuerſitas ſuccedit doctori.*

*Eccleſia ſuccedit clerico.*

7 ¶Ad hæc eccleſia ſuccedit clerico,excluſo fiſco,& hoſpitale ipſum expoſito, Præfectus prætorio, ſuo præfectoriano,monaſterium ſuo monacho.Vt de primo eſt tex.in d.l. ſi quis presbyter. & ibi Bald.C.de epiſcop.& cler.& in §.interdicimus.in auth.de eccleſi.tit.& in §. ſi verò filij. in auth. vt cùm de appel.cognoſ.& in c.pen.& vlt.xij.q.v.& voluit etiam Inn.in c.cùm in officiis.col.2.verſi. ſi autem plures.& ibi Ant.col.ij.verſi.quid ſi in bonis propriis.& Imo.col.4.verſ.tangit etiam.de teſt. Bald.in d.l.ſi quis filio.§.eius qui.in fi.ff.de iniuſto teſt.Iacob.Are.in d.l.ſi quis filio exhæredato. ff. eod.& Bal.in d.l.j.C.de hære.decur.Marr.Laud.in d. tracta.de prin.verſ.420.nobiles ſuccedũt,in fi.

*Hoſpitale ſuccedit expoſito.*

8 ¶De ſecundo,ſcilicet de hoſpitali,Bald.in d.l.ſi qua illuſtris. col. 2. verſ. quęro quis ſuccedat. C. ad SC.Orphit.Sed hoc non admittit Pau.Caſt.in d.l.nutritoribus. C. commu.de leg. De tertio,id eſt, Pręfecto prætorio,eſt tex.ſing.in l.vlt.C.de apparit.pręfect.pręt. li.xij.

¶De



*Monaſterium ſuccedit monacho.*

9 ¶De quarto,id eſt monaſterio,eſt tex.in §.ſed & hoc præſenti.in auth.de ſanctiſs.epiſc. & auth. niſi rogati.C.ad SC.Trebel.& in c.in præſentia.de probat. Quanquam id obſeruatur in Gallia ex generali conſuetudine,vt monaſterium non ſuccedat monacho,nec monachus conſanguineis, teſte Maſuer.noſtrarum conſuetudinum peritiſsimo,tit.de ſucceſſ.§.item per conſuetudinem regni,eod. tit.de locato.§.item per ingreſſum monaſterij.& D.Bened.in repet.c.Raynucius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,nu.224.& iterum,nu.295.de teſtam. Et id expreſsè cautum eſt conſuetudine Meldunenſium,c.47.Senonenſium,c.63.Trecenſium,c.105.Caluimontenſiũ,c.88.Ambianenſium,c.42.Carnutenſium,c.102.Aurelianenſium,c.267.Turonenſium,tit.*Des ſucceſsions*,c.1.Cenomanenſium,c.266.& ſeq.Andegauenſium,cap.248.& ſeq.Pictauiẽſium,c.219.Aruernenſium,tit.*des ſucceſsions*, c.xij. & 2.ſeq. Borbonienſium , c.317.& ſeq.Blæſenſium,c.147. Engoliſmenſium,c.95. Burgundienſium,tit.*des ſucceſsions*,c.vlt.Valeſienſiũ, c.102.Marchienſium,c.229.Montargienſium, tit.*droictz de ſucceſsions*,c.18.Niuernenſium,tit.*de ſucceſsions* , c.18.& ſeq.Senlitenſium,c.171.Claromontenſium,c.154.Valeſienſium,c.91.Nam & id obſeruari apud Gallos in patria conſuetudinaria ſcribit Io.Gallus,quæſt.122.Sed non tantùm,vt iam diximus,Gallis noſtris ſcribere voluimus,ſed & aliis quoque apud quos monaſterium ſuccedit,ſi fortè & apud illos hæredes ſunt ſaiſiti.

*Qui nam alij ſuccedunt.*

10 ¶Sunt & alij quoque qui ſuccedunt,cum nulli alij ſunt relicti ſucceſſores,quos, vt id tibi obiter dicã,diſces ex gl.& docto.in d.l.j.C.de bonis vacan.lib.x.docto.in dicta l.j.C.vnde vir & vxor. Mart. Lauden.in dictis tractatibus ſuprà citatis,& Alex.conſi.xxxj.viſo titulo quæſtionis præmiſſæ, col. 2.verſ.ſed prædictis non obſtãtibus,& multis ſeq.li.j.quod iterum repetitur paucis immutatis, conſ. cxj.viſo themate quæſtionis pręmiſſę,lib.iiij.vti apud eos videre poteris.

*Bona uacãtia.*

11 ¶Sed non omittendum tamen duximus fiſcum,de quo iam ſæpe ſuprà diximus,qui ſaltem cæteris deficientibus ei ſuccedit,qui mortuus eſt in territorio,vel iuriſdictione ipſius,quæ nos bona vacantia nuncupamus,c.j.tit.quæ ſunt regal.lib.2.feud.& l.j.& l.ſi vacantia.C.de bon.vacan. & de incorporat.libro x.& l.j.§.diuus.ff.de iure fiſci.& Bart.in l.2.eo.tit.& in l.j. in fi. C.de ſumma Trinit.Pan. conſi.6.in quæſtione quæ vertitur inter reuerendum,col.ij.verſi.ex his infero,lib. 2. Alex. qui alios adfert dicto conſi.xxxj.col.j.& ij.lib.j.non omnem intelligi,qui habet territorium, vel iuriſdictionem,ſed tantùm fiſcum principis,vt ex illis intelliges.

*Manus mortua.*

12 ¶Quanquam,vt id obiter dicam,ex multis conſuetudinibus huius regni,id ad alios quoq; pertinet, vt videre licet ex Io.Fabro,in §.j.quib.mod.ius pat.pot.ſol.vbi id ius appellat manum mortuam. & Guid.Pap.deciſ.Delphin.xxxiiij.incip.de manu mortua.vbi & eam conſuetudinem dicit valere, & eſſe obſeruandam,poſt Hoſt.in ſumma,tit.de nat.ex lib.vent.§.vlt.ſed id eſt in tit.de agricol.qui illum confeſtim ſequitur,§.j.col.2.verſ. quid autem de conſuetudine. Et ea quidem conſuetudo eſt apud Pictauos,c.229.& ſeq.Caluimontanos,c.92.Victriacos,c.omnium 1.& c.3.Monſtrolios,c. 47. Aurelianos,c.255.Cenomanos,c.48.Andegauos,c.41.Boronios,cap.87.Marchios,c. 327.& ſeq. Laudanos,2.partis,c.26.

*Qui hæreditatem agnoſcant.*

13 ¶Eſt igitur quæſtionis,an ſint ſaiſiti ex hoc noſtro ſtatuto,vt hæredes legitimi, vel teſtamentarij, ſi hi ſint ſaiſiti,de quo ſatis ſuprà diximus in 7.declaratione huius 2.partis.Et certè ſi cõſuetudo ſimpliciter dicat hæredem eſſe ſaiſitum,ſine alia adiectione alterius qualitatis,nõ videtur quin iſti ſint ſaiſiti,vt qui ſunt hæredes.Nam omnia iura de his loquentia,dicunt illos ſuccedere,vt cæteros hæredes.Ideóque & illos dici hæreditatem agnoſcere,& eam fideicommiſſariis reſtituere,vt de fiſco, & collegio patet ex d.l.recuſare.§.ſi fiſco.& d.§.item ſi municipes.ff.ad Treb.per quem dicit Bal. in l.eam quam,col.2.verſ.ſecundò quæritur.C.de fideicom.legem eos facere hęredes. De viro autem & vxore dicit tex.in d.l.j.C.vnde vir & vxor.eos ſibi inuicem ab inteſtato ſuccedere.

*Fiſcus aliis deficientibus hæres eſt.*

14 ¶Sed vt iterum redeamus ad fiſcum,gl.in l.ex facto.§.vlt.ff.ad SC.Treb. dicit rarò accidere,vt quis decedat ſine hęrede,cum ſaltem fiſcus,ſi nullus alius ſit,hæres ſit.& illam gl.dicit ſing.Raph. ibi referente Alex.col.ij.neque enim habemus lecturas illius in eo loco.Et facit(vt illi dicunt) quòd ſi teſtator ita iuſſerit,quiſquis mihi hæres erit,det decem Titio,fiſcus qui bona vacantia occupauit,tenebitur ea decem dare Titio,& allegant l.filiusfamilias.§.2.ff.de leg.2.& quæ not.in d.l.recuſare.§.ſi fiſco.eo.tit.ſed & Pau.Caſt.in d.l.ex facto.§.vlt.in vna lectura not.ex ea gl.fiſcum venire appellatione hęredis.Nam & ipſe vocatur ex edicto pretoris,in vltimo capite:& ſic videtur vocari eodem iure,quo alij ſuccedunt ex præcedentibus capitibus.Hincque fiſcus habet petitionem hæreditatis, l. item veniunt.§.cùm autem.verſi.ſed ſi vacantia.ff.de petit.hæred.& dicemus poſtea plenius,nu.20. & ex his.Addit Alex.tex.in l.habere licere.ff.de euict.vbi appellatione etiam vniuerſalis ſucceſſoris,compærhenditur fiſcus. & ita,vt dicit,tenet Bal.in repet.c.ſi pater.col.xviij.de teſta.lib.vj.vbi & ipſe allegat dict.gl.in dicta l.ex facto.§.vlt.& tex.cum glo.in l.non intelligitur ex cauſa.ff.de iure fiſci.Et tu præterea adde quòd eam gl.in dicto §.vlt.dicit ſingul.Iaſon in l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de verb.oblig.

*Authoris ſententia in principali dubio.*

15 ¶Et ego quidẽ in ea ſum ſentẽtia,vt fiſcus(qui ita vt diximus)ſuccedit bonis vacantibus,vt pote nullis alijs hæredibus exiſtentibus,& vir & vxor qui ſibi inuicẽ ſuccedũt,& eccleſia,& collegiũ,& cæteri qui iure ſucceſſorio ex lege,vel cõſuetudine ſuccedũt,ſint ſaiſiti ex noſtro ſtatuto,quo mortuus ſaiſit vnũ ſimpliciter,aut viuum hæredẽ ſine alia adiectione,ſuntque in id quædam expreſſæ conſuetudines in fiſco,videlicet Trecenſis,c.91.& Caluimontenſis,c.78.& Burgundienſis, tit. *de main morte*,c.14.Nam & Maſuerius,tit.de ſucceſſ. §.itẽ ſi nulli ſuperſint, dicit dominũ hoc caſu gaudere

eodem

eodem iure,ac beneficio conſuetudinis,quo alij hæredes ab inteſtato, vbi tamen loquitur de alia conſuetudine.

*Quid ſi fiſcus bona accipit ex delicto.*

16 ¶At cùm fiſcus bona accipit ex delicto cuiuſpiam,quoniam ei bona illius fuerunt confiſcata, ſiue publicata,licet ille teneatur ad debita illius ante contracta,l.tutoris,quæ eſt 2.C.ad leg.Iuliam de vi pub.& l.ſi marito.in princ.& ibi doct.ff.ſolu.matri.Nam in illum tranſeunt omnes actiones actiuæ, & paſsiuę,Bal.in l.vlt.col.vlt.in xiij.q.ibi,veritas huius puncti.C.de contrah.empt.& in l.tam mandatori,col.j.verſ.ſed hic occurrit dubium.C.de nõ numer.pecu.& in d.l.ſi marito.in prin.vbi etiam Alber.& Roma.conſi.lxxiij.circa primum nulla videtur dubitatio,in primo dubio.& conſi.93. viſis quæ ſuperius conſulta ſunt.col.2.verſ.primò quia clarum eſt.& Martinus Lauden. in tract. de fiſco. §.227.per confiſcationem.Et primum quidem ſcilicet,actiones actiuas in eum tranſire, probatur in l.vlt.in fi.ff.de acquir.hæred.& in l.reo criminis.ff.de ſolu.& l.inter ſocerum.§.vlt.ff.de pact. dot. Secundũ in l.cum fiſco.ff.de SC.Sillan.& l.ij ff.de alim.& cibar. leg. & l.ſi debitori deportato. ff. de fideiuſſ.& doct.vbiq;.Hic tamẽ nõ eſt propriè hæres,nec per omnia,vt probat tex.in l.inter eos. §. vlt.ibi,vt hæredis,& ibi gl.Bar.& alij,ff.de fideiuſſ.Bar.in l.quoties col.j.verſ.venio ad ſecundũ, per eum tex.& ibi quoq; Ang.Imo.& Pau.Ca.ff.de nouat. Alex. qui alios adducit,d.conſ.31.col.j.lib.j.

*Nec tamẽ propriè eſt hæres, uide infrà, nu. 19.*

*De eadem re.*

17 ¶Propterea etiam dicit gl.in d.l.non intelligitur.§.cùm ex cauſa.quòd fiſcus in caſu publicationis, quaſi perſonam hæredis aſſumit,& ſequitur Bart.ibi,dum dicit,quòd habetur loco hęredis.& omnes propè vbique ita loquuntur,& inter cæteros Raph.Fulgo. in l.ſi quis poſthac.col.1. C. de bonis damnat. dum dicit quòd vicẽ hæredis obtinet.& expreſsius Bal.in l.ſcimus.in princ.in iiij.quæſt.C. de iure deliber.dicit quòd huiuſmodi fiſcus non eſt propriè hæres, ſed vindictæ cauſa ſuccedit. & idem Bal.conſi.cclxxxiij.præmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti.lib.1.& conſ.ccccxlviij.quæritur in primis,col.1.verſ.porrò nullũ eſſet dubiũ,li.1.& conſ.cciiij.longũ thema.col.ij.verſ.ex hoc ſequitur.lib. 3.vbi non obſcurè aliud ſentit in eo qui ſuccedit ex defectu aliorũ hęredũ,& cõſ.359.quemadmodũ Imperator.col.2.verſ.ſolutio videtur dicendũ,eo.lib.3.vbi dicit,quòd hic fiſcus eſt tanquã hæres anormalus.& dicto conſ.93.col.2.verſ.ſecundo quia & ipſe fiſcus.& Rom.qui illã gl.dicit ſing.dicto conſ.73.in 1.dubio.& Pan.conſ.29.in quæſtione præſenti.col.2.verſ.nec obſtat ſi dicatur,li.2.vbi & illud dicit,fiſcũ publicatione facta,non eſſe hæredẽ,ſed ſucceſſorẽ vindictæ,non per repręſentationem,ſed per anichilationem perſonæ,poſſéque illum dici tertium poſſeſſorem, & omnes vbique.

*Imò uerò non eſt hæres.*

18 ¶Imò verò dicit Bart.ſimpliciter in l.ſi conſtante.§.vlt.poſt princ.ff.ſolu. matri. quòd hoc caſu fiſcus non eſt hæres,per illum tex.& alios quos ibi allegat.& idem dicunt Bal.& Roman. poſt Iacob. Aret.ibi,quòd ſcilicet non eſt hæres re,nec nomine,quia non tranſit in eum inſtantia, vt ibi probatur,quod dicit Bald.alibi non reperiri.Ne longè ab his diſtat quod ibi poſt ipſum Iaco.& Dyn.ſcribit Alb.col.1.verſ.item nota quòd fiſcus.

*Hæres nõ deſinit eſſe is, cui indigno fiſcus aufert.*

19 ¶Nam & eo caſu,quo ſcilicet fiſcus aufert ab hærede indigno,ille cui aufertur,non deſinit eſſe hæres,vt probatur ex l.ex facto.§.Iulianus.ff.de vulg.& pupil.vbi & hoc not.Bald.& Imo. & poſt eos Franciſ.Aret.& Iaſon in 2.notab.ex quo(inquiunt ipſi Franc.Are.& Iaſon)apparet fiſcum non eſſe proprium hæredem,licet teneat locum hæredis, quoad debita onera legatorum.Hincque fit,vt illi ſubdunt,quòd iuſſus implere conditionem in perſona hæredis, puta, ſi dederit decem hæredi, non poteſt implere in perſona fiſci,vt not.voluit Bar.in l.qui hæredi.§.cùm hæreditas. per illũ tex. ff.de conditio.& demonſtr.Ex quo magis miror Bal.qui in l.vlt.col.7.verſicu.quæro an tacitè ſubſtitutus,ibi,idem in fiſco.C.de edicto diui Adriani tollen.dixit,fiſco,qui aufert ab indigno,competere remedium illius l.vlt.quod eſt ſingulare,ſi verum ſit.Eum tamen ſequitur Iaco.à.S.Georg. ibi, col.4.verſi.addit hic Bald.quod idem.

*Declaratio præcedentium.*

20 ¶Et ex his vides differentiam,quæ eſt inter fiſcum,qui ſuccedit bonis vacantibus, ex ſucceſſorio edicto:& eum qui bona accepit ex delicto alterius,& ſic ex cõfiſcatione,ſiue publicatione,vt ſcilicet hæres ſit,& dicatur,& quidem propriè,alter impropriè.quam differentiam expreſsè poſuit Bal. in l.ſancimus.§.cùm autem.col.ij.verſi.quæro quomodo poteſt eſſe.& ibi Raph.Fulg.col.j.verſi. in eadem,ibi,etiam fiſcus.C.ad Senatuſcon.Trebel.& non obſcurè,vt iam ſuprà diximus, dicto conſi. 204.lib.3.Alex.in d.l.ex facto.col.2.verſ.in ea,ibi,cùm ſaltem fiſcus.ff.eo. tit.Idque optimè confirmatur ex eo quod ſcribit Bart.in l.facultas.col.2.verſi.quæro qua actione.C.de iure fiſci.lib.x.quòd fiſcus ille qui ſuccedit in bonis vacantibus,agit petitione hæreditatis,l.1.& ibi gl. C. de his quib. vt indig.& l.in cognitione.ff.de Senatuſcon.Sillan.& d.l.item veniunt.§.præter hæc autẽ multa.in verbo pridie.ff.de pet.hær.& not.in l.prædonis loco intelligendus eſt.eo.tit.& ſuprà quoque diximus. At is qui bona accipit ex delicto,rei vẽdicatione tantùm agere poteſt,vt ibi,& l.Imperator.ff.eo. de iure fiſci.vel conditione,ex ea l.facultas,ac l.vnic.ff.de condict.ex lege.Et ad id bene facit quod ſcribit gl.dum ponit differentiam inter hos,in l.nouatio.in verbo tranſit ad hæredem,in fin.l. ff.de nouat.quam ſequitur Bart.conſ.clvij.ſuper his quæ ſuprà dicta ſunt,col.1.ad fi.

*Qui dicunt fiſcum nullo caſu eſſe hæredem, ſed bonorum poſſeſſorem.*

21 ¶Quanquam ſcio,ne & illud omittam,pleriſque videri,nec tunc fiſcum dici hæredem, cùm bona vacantia accipit,ſed bonorum ſucceſſorem,eſſéque differentiam inter hæreditatem,& bona vacantia:de quo,ne te hîc detineam,vide Barto.in rub.ff.de acquir.hæred.col.2. verſi. & ex hoc apparet. Pau.Caſt.in d.l.ex facto.§.vlt.col.1.ff.ad Senatuſconſ.Trebel.in alia lectura,quàm ex qua illum ſuprà citauimus,& in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante quæſtionem.circa mediũ.ff.de legat.j.& Corn. in l.1.col.iij.verſi.ceſſantibus tamen omnibus.C.vnde vir & vxor.conſi.cclxxviij.in cauſa vertente





inter liberatam.col.iiij.verſi.quin inſuper ſi fuiſſet.libro iiij.& conſi.cccxxiiij.eodémque vlt.cum in puncto,propè per totum,maximè col.4.verſi.& puto.eodem lib.iiij.quem tu omnino videas.Sed & tu ſuper eo quod diximus de petitione hæreditatis,vide eundem,conſi. clxxviij. in cauſa vertente, col.iiij.verſi.tamen dicunt,eod.lib.iiij.

22 ¶Sunt autem nonnulli eius ſententiæ,vt etiam fiſcus qui aufert ab indigno,vel cui ex delicto bona fuerunt publicata,eodem modo poſsit ea bona aſſequi,quo hęres extraneus,videlicet gl. vlt. ad fi. in l.j.C.de bon.lib.Ideóque illum teneri conficere inuentarium,& niſi fecerit,teneri vltra vires hęreditarias,de quo tamen tu vide Bart.in l.1.§.in bona.ff.de iure fiſci.& in auth.ſed cùm teſtator. inſerta l.in teſtamento.col.vlt.C.ad leg.Falcid.Bal.in l.vlt.C.de iure delib.Imo.in rub.ff.de acquir.hęred. poſt prin.verſi.& adde inquantum nulli.Rom.col.3.verſi.nonum dicunt.& latiſſimè Fran. Are. col.4.verſi.& quia Bar.hic.

*Qui dicunt fiſcum ſemper bona conſequi,ut hominẽ extraneum.*

23 ¶Quòd ſi,vt redeamus,conſuetudo,vel ſtatutum vtatur his verbis,*Le mort ſaiſit le vif, ſon prochain, ou plus prochain lignagier,ou plus prochain heritier:* Non videtur quo modo hi omnes poſsint ſtatuto compræhendi,hæc enim nomina,proximus,vel proximior,ſunt naturę,non iuris,& ſignificant eos qui nobis iuncti ſunt ſanguine,l.dudum.& ibi gloſ.in verbo,proximus.quæ exponit id verbum proximis,id eſt,conſanguineis,& hinc Bald.ibi in fin.ſcribit proximum intelligi per lineam ſanguinis, cum aliis multis concord.à me adductis in tracta.Retractuum,tit.j.glo.j.in verbo, *ou lignagier*, quæ eſt gloſ.9.nu.15.incip.proximi etiam hi.Et hinc proximitas pro conſanguinitate,l.capitis.& l.ſi ſpurius.ff.vnde cogn.& diximus etiam vbi ſuprà nu.16.incip.à proximo.

*Quid ſi cõſuetudo utatur uerbis naturæ, non iuris. Proximus naturæ nomen.*

24 ¶Illud autem non omittendum,quod peculiariter facit ad fiſcum,cui bona cuiuſpiam publicantur, etiam ſi fiat ipſo iure,licet tunc etiam ipſo iure dominium tranſeat in fiſcum non,tamen poſſeſsio, gl.vt à multis citatur,Bart.Ang.& Ro.in l.cõmiſſa.ff.de public.& vectig.alia gl.expreſsior in l. cùm duobus vicinis fundus.in §.ſi inter fratres voluntariũ.in verb.idem reſpondit ſocius.cum ſeq.verb. dominium inſulæ,& inferius.dominium dedit.ff.pro ſocio.Bal.in l.ſi quis in tantam.col. pen. verſi. nota quòd delictum.C.vnde vi.& in addit.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua.in xlvj. q. & conſil. ccclvj. præmittenda ſunt quædam.poſt prin.lib.iiij.Pet.Anch.in c.cùm ſecundum.col.1.de hæret. lib. vj.& diximus etiam in repet.l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur.nu.336.non poterit tamen,& ſeq.& iterum nu.388.incip.quadrageſimum octauum,licet dominium,& ſeq.

*Poſſeſsio ipſo iure nõ tranſit ad fiſcum.*

25 ¶Sed quod etiam ad monaſterium priuatim pertinet,vide quæ latè tractauimus in repet. d.l. ſi vnquam.in verbo,ſuſceperit liberos.nu.42.incip.ſimiliter nec aliàs.C.de reuoc. donat. an ſcilicet monaſterium reuocet donationem factam ab ingreſſo,ante ingreſſum monaſterij,ex quibus intelliges, an & quomodo,& quando monaſterium habeatur loco liberorum,vel hæredũ,& an propriè,an fictè.Sed quantum ad bona ipſius ingreſsi,videtur de hac re non eſſe diſputandum:quoniam ingreſſus cenſeatur ſe,& ſua bona monaſterio dedicaſſe,auth.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccleſ. ita vt non tãquam hæres ea bona capiat,ſed veluti ex dedicatione,ſiue donatione tacita;quæ res nihil huc pertinet.Et tamen hoc caſu non ſolùm dominium,ſed & poſſeſsio tranſit in monaſteriũ,vt latè oſtendimus ſuprà,in præfat.quæ eſt 1.pars,in vj.declar.nu.9.incip.& illius quidem tex.argumento.

*Monaſterium an reuocet donationem factã ante ingreſſum illius.*

26 ¶Sed quo ad hunc tractatum familiariter ſpectat,ſi quæ ſucceſsio ſiue hæreditas obueniat monacho,an hic monachus vel monaſterium loco monachi ſit ſaiſitum vi huius ſtatuti.Monachus enim de iure communi ſuccedit æquè ac ſi monachus non eſſet, atque iam vt ſuus hæres, ſi filius ſit, neque enim perdit iura ſanguinis,ſecundum Lapum allegat.cix. in quæſtione propoſita, & ſequen. & Pan.in c.quia nos de teſtam.Et iure ſanguinis ſuccedit.l.deo nobis,C.de epiſc.& cler.& c.118.q.j. Et iure ſuitatis potitur,Bart.in auth.ſi qua mulier.col.j.verſi.an autem minuatur.C.de ſacroſ. eccl. Bal. Ang.Pau.Caſt.& Alex.in l.ſub conditione.ff.de liber.& poſth.cum aliis multis concor. à me traditis in tractatu Nobilitatis,c.26.nu.8.inci.& ſanè monachus.& ſeq.Ex quibus & illud ſequitur eum eſſe ſaiſitum,ſi conſuetudo ei hæreditatẽ non tollat,vt verè apud nos tollit,vt diximus ſuprà nu.9.

*Monachus ut ſuus hæres ſuccedit.*

27 ¶Nec tamen omittendum eſt,quod ſpecialiter ad virum & vxorem pertinet,quòd hi inter ſe non ſunt propriè hæredes,quia de iure prætorio,tantùm vocantur per bonorum poſſeſsionem vnde vir & vxor,ergo hæredes non ſunt.§.quos autem ſolus vocat prætor.Inſtit.de bon.poſſ.& voluit Sal.in l.j.col.j.verſ.ſed caue quia vxor.C.vnde vir & vxor.Sed de hoc,an verborum poſſeſſor ſit propriè hæres,nécne,diximus remiſsiuè ſuprà,hac eadem declar.nu.6.ſed & alius eſt.

*Vir & uxor an inter ſe ſint propriè hæredes,an bonorũ poſſeſſores.*

## DECIMASEXTA DECLARATIO.

1 ¶Decimoſextò declara,vt noſtrum id ſtatutum non procedat in eo hęrede, qui rupto teſtamento conſequitur hęreditatem.Nam ita expreſsè voluit Claud.Aquen.in l.cùm hęredes.in prin.paulò ante medium,verſ.prædictum tamen ſtatutum,ff.de acq.poſſ.hac ratione motus,quòd hic non eſt verus hęres,ideo non habet locum id ſtatutum in eo,iuxta ea quę diximus ſuprà in 2.declar.huius ſecundæ partis,vbi & nos hunc allegauimus.

*An hæc conſuetudo obtineat in eo, qui rupto teſt.conſequitur hæred.*

2 ¶Sed id non facilè reciperem,niſi ſi ſtatutum hanc poſſeſsionem continuans,loqueretur de hęrede ex teſtamento tantùm.Nam ſi de hærede ſimpliciter loquatur,non video cur iſte non ſit, & dicatur verus hæres ab inteſtato,rupto ipſo teſtamento:neque enim aliter teſtamentum poſſet rumpere.Cæterùm nemo dubitat hęredem ab inteſtato compręhendi in hoc ſtatuto. An autem hęres ex teſtamento compręhendatur,non parum dubium eſt,vt patet ex his quæ diximus ſuprà in 7. declaratione huius ſecundæ partis.

*De eadem re.*

### DECIMASEPTIMA DECLARATIO.

*Fictio non trahitur ad caſū, ad quem ueritas trahi non poteſt.*

1 ¶Decimoſeptimò declara, procedere in hærede, qui aliàs poteſt verè poſſeſsionem acquirere, ſicut in alio qui non poteſt, verbi gratia, infans, & furioſus non poſſunt verè poſſeſsionem acquirere, quia affectum tenendi non habent, licèt maximè ſuo corpore contingant, l.j.§.j.ff.de acq. poſſ. Ideo cùm expreſsè & verè non poſſunt poſſeſsionem acquirere, nec etiam tacitè, & fictè id poſſunt, ne plus operetur tacitum, quàm expreſſum, & fictio quàm veritas: néve fictio trahatur ad caſum, ad quem veritas trahi non poteſt, contra l.qui ad certum.ff.loca.& l.Gallus.§.ſi eius.ff.de liber. & poſth. cum ſimil. in eam rem allegatis per Bart. in l.ſi is qui pro emptore.col.xij.verſi.ſequitur eius quod eſt impoſsibile.ff.de vſuc.& in l.eandē.ff.de duob.reis. Ang.& Imo. in l.ſub cōditione.ff.de ſolut. cū ſimil.

*An in infante & aliis qui poßidere non poſſunt, ualeat hæc cōſuetudo.*

2 ¶Proptereáque in non longè abſimili caſu, ex facto reſpondit Io.Pagalia. quem excellentiſsimum doctorem appellat Soci. illum referens, ſequénsque conſi.cxvj.ſpiritus ſanctus, & c.non poteſt negari.col.iiij.verſi.ad quartum & vltimum, lib.j. quòd ſtatutum quo cautum eſt, vt hæreditas ipſo iure cenſeatur adita, non procedit in infante, qui verè hæreditatem adire non poteſt, l.pupillus.ff.de acq. hære. nam ſine animo non fit aditio, l.gerit.& l.aditio.ff.eo.tit. Ergo, inquiūt, nec fictè, ea ratione quā ſuprà diximus. Tu autem adde, quod & ad hunc noſtrum caſum propiùs pertinet, quòd etiam poſſeſsio animo non quęritur. l.j.§.adipiſcimur.& ibi omnes ſcribentes.& l. 3. in princ.ff.de acq. poſſ. & latè diximus in noſtro tractatu Conſtituti, in 3.parte, limitat.30.nu.53. ego verò vt iudicium, & 2.ſeq.

*Infans, an trāſmittat hæreditatem non aditam, ad extraneos.*

3 ¶Et hanc quoque partem ea ratio tueri poteſt, quòd infans non trāſmittit hæreditatem patris non aditam, præſertim ad alios extraneos hæredes, ſi credimus Bal. in l.ſi infanti.col.iiij.verſ.quapropter ibi videtur.C.de iure delib. ídque per tex. ibi, verſi.ſinautem vel non ſit tutor, dum loquens de omnibus hæreditatibus vniuerſim, dicit eas ad infantes deuolutas, & non agnitas, perinde haberi ac ſi ab initio ad eum delatæ non eſſent. Verùm ne nimium huic rationi confidas, idem Bal. ſibi contrarius, contrarium tenuit in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit. vt eum referunt & ſequuntur Raph. Fulg. Alex.& Iaſ. in d.l.ſi infanti, & Steph.Bert.conſi. xxxviij. ponitur in facto quòd magiſter Huguetus, ad fi.li.2. ſuper quo nōnihil vide quę diximus ſuprà in 5.decl.nu.21. nec tamē illud omiſerim, & ſeq.

*Practica antiqua non relinquenda.*

4 ¶Sed quicquid ſit de ea re, tamen vſus antiquiſsimus, & practica obtinuit, vt ſcilicet infantes, furioſi, & omnes denique qui ex lege, vel conſuetudine ab inteſtato ſuccedūt, intelligantur eſſe ſaiſiti. Ideo & hoc tenendum, & obſeruandum eſſe arbitramur. Nam ab antiqua practica non eſt recedendum, vt dicit Bald. in l.illud.per illum tex.ff.de excuſ.tuto.& conſi.cxxxvj.præmiſsis duobus ſtatutis, verſ. præterea quando cauſa, lib 1.& Pet.Anch.conſi.clxxviij.viſis & diligenter inſpectis, col.1.verſ.quintò allegatur cōſuetudo. Et vera interpretatio à practica ſumitur, vt dicit ipſe Bal. in c.j.in prin. verſ. & ideo quando capiuntur.tit.de feudo ſine cul.non amit.lib.1.feud. Et practica maximè attendi debet, vt ſcribit idem Bal.conſi.cccclxxij ſtatuto communis Papiæ cauetur, col. 2. verſ. ſecundò non videtur.lib.j. ex quibus multa colligit Philip.Dec.conſi.xj.quoniam iudicantiū reſponſa, col.6.verſ. ad hoc fundamentum. Maria.Soc.iunior conſi.xxv.viſo themate.col.3.nu.12.lib.2. Sed ita tamen vt memineris alterius dicti Bal. in l.quicunque.§.j.per eum tit.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd. Erroneam practicam non eſſe ſeruandam. Et facit ad hanc declarationem: quod & nos dicemus in ſeq.

### DECIMAOCTAVA DECLARATIO.

*An hæc conſuetudo habeat locum in hærede ignorante.*

1 ¶Decimooctauò declara, veluti in conſequentiam præcedentis, vt hæc poſſeſsio tranſeat etiam in ignorantem hæredem, vt quia neſcit eum defunctum, cuius hæres eſſe debet, vel fortè ignorat ſe eſſe illius hęredem, putans alium proximiorem viuere, cùm mortuus eſſet, licet aliàs regulariter poſſeſsio non quæratur ignoranti, cùm ſine animo quæri non poſsit. l j. §. adipiſcimur.& l. 3. in prin.ff.de acquir.poſſ.& latè diximus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij, in tertia parte, limitat.30.nu.53.incip.ego verò, vt iudicium, & multis ſeq.

*Lex & ſtatutum poſſunt transferre dominium ipſo iure, ſimul.*

2 ¶Nam illud haud dubiè procedit, cùm tractatur de quęrenda nobis poſſeſsione, alterius hominis opera, & miniſterio: non cùm ſtatuti, aut legis, quæ in ea re (vt in cęteris omnibus) plus habet viriū, & potentię quàm homo: vel eo argumento, quod & huc proximè accedit, quòd lex & ſtatutum poſſunt transferre dominium, & poſſeſsionem ipſo iure, vt de primo eſt tex. in l. vlt. C. de ſacroſanct. eccl. cum ſimili. Et de poſſeſsione, in l.raptores.C.eodem.& diximus latè ſuprà in præfat. declarat. 6.nu.7.incip.& hęc poſterior. cum multis ſeq. Homo autem id facere non poteſt, Cyn.& Bald. in l. ea lege.C.de condict.ob cauſ. Bal. in l.traditionibus.in fi.C.de pact. Carol.Rui.conſi.50.ſuper eo de quo quęritur.nu.2.lib.iiij. cum aliis multis concor. à me adductis in repe.l.ſi vnquam.in verbo, reuertatur, nu.371.incip.33.licet lex. ſed quibus adde quòd ipſe Bal. de hoc noſtro ſtatuto loquens, conſil. 454.quidam Ioannes deceſsit, in fi.lib.j. dicit quòd factum legis, eſt potentius facto hominis, & magis immediatè operatur, vt dicit not.Inn. in c.pręterea requiſiſti.extrà, de appel.

*De eadem re.*

3 ¶Cùm igitur lex ipſo iure continuet poſſeſsionem defuncti in hęredem, ideóque nullum ſit tempus medium inter poſſeſsionem defuncti, & hęredis, vt tradit Bal.conſi.cccxxx.ſtatuto cauetur, lib. j.& diximus ſuprà in 6.declar. huius ſecundę partis, nu.9. incip. tum etiam quia. vbi & alios citauimus, conſequens eſt vt noſtrum ſtatutum, illico à morte defuncti transferat poſſeſsionem in hęredem, etiam ignorantem: aliàs eſſet aliquod medium tempus inter vtriuſque poſſeſsionem, ſcilicet à morte defuncti, ad ſcientiam hęredis, quo quidem tempore vacaret ea poſſeſsio.

*Lex in eo quod ipſo iure facit, non deſiderat ſcientiā hominis.*

4 ¶Nam & quod aliàs ipſo iure fit per legem, non deſiderat ſcientiam hominis, vt magna autoritate affirmat Bal. loquens in non abſimili caſu, conſ.ccccciij. cùm dictus conſultor, in 1.dubio, lib.iij. per l. apud



apud hoſtes.C.de ſuis & legit.& l.liber homo.§.vlt.ff.de ſtipu.ſeruo.& l.ex militari.§. vlt.& l. ſeq.ff. de milit.teſt.& l.multum intereſt.ff.de cond. & demonſt. & l. ſi pecuniam.§. ſi ſeruum. ff. de cond. cau.dat.cauſ.non ſecut.& l.eius qui in prouincia.in fi.ff.ſi cer.pet.

*Poſſeßio aliquando transfertur in ignorantem.*

5 ¶Et aliàs quoque videmus in nonnullis caſibus, transferri poſſeſsionem in ignorātem, vt in d.l.iij.§. item acquirimus.ff.de acquir.poſſ.& l.j.C.eo.tit. quod ſemper procedit in ea poſſeſsione, quæ plurimum iuris habet, & facti minimum, aut quæ etiam habet multum iuris, & facti: eæ enim haud dubiè ignorantibus quæruntur, vt tradit gl. in c.cum noſtris.in verbo, habet.de conceſ.præben. per l. ij.ff.pro ſolu.& d.l.j.ff.de acquir.poſſ.& alia iura, & ibi docto. inter quos Panorm.col.3. ſuper ea gloſ. declarat eam poſſeſsionem plurimum habere iuris, cùm ipſius iuris artificio procedit, cuiuſmodi hæc noſtra eſt. Et alia quoque plurima videmus quæri ignorantibus, ſicuti videre poteris in noſtro tractatu Nobilitatis, c.6.num.31. ex his clarè liquet, & duobus ſequentibus.

## TERTIA PARS EORVM QVAE RESPICIVNT perſonas defunctorum, quæ conſtat octo declarationibus.

### *Prima declaratio tertiæ partis.*

*An hæc conſuetudo habeat locum in hærede uſufructuarij.*

1 PRimò declara, non procedere in hærede vſufructuarij, reſpectu ipſius vſusfructus. Nam cùm ipſe vſusfructus non tranſeat ad hęredē, ſed finiatur morte vſufructuarij, ita vt cōſolidetur cū proprietate, §. finitur autē vſusfructus.cum ſeq.§.itē finitur.inſtit.de vſufruct. incipiátq; proprietarius habere plenam in re poteſtatē, vt ſcribitur in §.vlt.eo.tit. Conſequens eſt, vt hæres eius non conſequatur poſſeſsionem, ſed proprietarius qui ciuilem habebat, adipiſcatur & naturalem, alioqui non haberet plenam rei poteſtatem.

*Vſufructuarius, cenſetur ſe conſtituere poſſeſſorē nomine proprietarij.*

2 ¶Præterea is qui retinuit rei vſumfructum, videtur ſe conſtituere poſsidere nomine proprietarij, vt apertè voluit gloſſ. in l.quiſquis.C.de donat. dum dicit, & alij poſt eum, quòd continuò quàm quis voluit eſſe fructuarius, voluit alium poſsidere ciuiliter, & ſic eum poſſeſſorem fecit ſuo miniſterio, & allegat l.quod meo.ff.de acquir.poſſ.& l.quædam.ff.de rei vendi. quæ ſolent etiam allegari ad id quod per conſtitutum transfertur poſſeſsio, vt diximus in noſtro tractatu Conſtituti, in princ. nu.2. incip.igitur per huiuſmodi. Et id quoque expreſsè voluit Rapha.Co. in d.l.quod meo col.2.verſi.eſt & alius in l.naturaliter.in prin.col.1.verſi.præterea hoc poteſt probari.ff.eo.tit.de acquir.poſſ.& diximus etiam in dicto tractat. parte iij.limitatio.ix.num.12.incip.imò verò non ob aliud.

*Precarium finitur morte conſtituentis.*

3 ¶Ex quo illud quoq; confeſtim ſequitur, vt morte ipſius vſufructuarij finiatur illud conſtitutū, ſiue precarium, & ſic detentio, ſiue naturalis poſſeſsio, quæ erat apud eū, expiret morte ipſius, nec trāſeat ad hæredem, vt de precario dicimus, quod finitur morte conſtituentis, nec tranſit ad hæredem, niſi volente conſtitutario, l.cum precariò aliquid datur.§.j ff.de preca.& c.vlt.extrà eo.tit. gl. in l.ſi hominem.§.datur actio depoſiti.in verbo, ex contractu, reiq; perſecutione deſcendit. ff.depoſ. vel cōtra. cum aliis multis à me in hoc collectis, in illo eodem tractatu Cōſtituti, parte 2.amplia.13.nu.1.& 2.

*Qui tenent, hanc uſufructuarij poſſeſsionē non trāſferri in hæredem ipſius.*

4 ¶Et ita ſcilicet, vt ſtatutum non habeat locum in hærede vſufructuarij, reſpectu rei vſufructuariæ, voluit Raph.Co.con.clxxiij.Galuanus, col.vlt.verſi nec obſtat quòd poſſeſsio. vbi præterea dicit, quòd ſi fateremur hoc caſu, & ſimilibus poſſeſsionem naturalē, quam habet vſufructuarius, tranſire in hæredem ipſius, tamen ei adhuc eſſet præferendus proprietarius, poſsidens ciuiliter in poſſeſſorio, cùm naturalis poſſeſsio finita cauſa ipſius, ſit iniuſta, per ea quæ not. in l.clam poſsidere.§.vlt. ff.de acq.poſſ. præſertim cùm vſufructuarius naturaliter quidē poſsidet, non ſibi, ſed proprietario, vt video placuiſſe Iac.Rauen. in l.j.ff.eo.tit, & Guil.Cun. in l.licet.C.eo.tit. Bal. in addit. l.naturaliter. in prin.& ibi Raph.Co. Ludo.Ro.& Franc.Are.ff.de acq.poſſ. Et quanuis communis opinio ſit in contrarium, vt ſcilicet naturaliter ſibi poſsideat, non domino, vt per omnes cæteros in d.l. naturaliter. tamen ſatis eſt ad rationem quam diximus, vt naturaliter tantùm poſsideat, & proprietarius ciuiliter.

*Qui item ſunt huius opin.*

5 ¶Sed & idem quoque, & ſpecialius voluit Imo.conſi.xvj.incip.viſo caſu tranſmiſſo. vbi etiam dicit, quòd non obſtante huiuſmodi noſtro ſtatuto, poteſt proprietarius propria autoritate accipere poſſeſsionem illam naturalē, vt eam iungat ſuæ ciuili, per not. in d.§.vlt.& in c.olim cauſam.extrà de reſtit.ſpol.& not.per Bar. in l.iij.col.3.verſi.item quæro quid ſi in inſtrumento.& iterum, col.6.verſi.& prædicta vera quando.& iterum, col.8.verſi.ſed pone quòd debitor.C.de pignor. Nec per hoc incidit in pœnam l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& illum ſequitur Barb.conſi.lviij. ſapienter ſcripſit Pſalmiſta, col.xj.verſ.ex plus dicit quòd ſi penes.lib.2.& Iaſon conſil.cxlvij.præſens conſultatio. col.10. verſi.item vltra pręd.lib.2.& conſi.clij.vera & iuridica.col.1.lib.4.& Catel.Cot. in memor.incip.decreto Mediolanenſi, col.2.verſi.quartò pro declaratione.& D.Boër. in comment.conſuet. Bitur.tit. *des couſtumes concernans teſtaments*.§.vj.col.5.verſi.pręterea videtur quod etiam. & deciſ.clxxiij. cuius initium dominus vita functus.col.3.num.29.& ſeq.& Franc.Ripa, lib.1.Reſpon.ca.1.defuncto nouiſsimè Carolo, col.antep.nu.84.& Chaſſ. in comment.conſuet.Burgund.tit. *Des ſucceſsions*.§.j.gl.j. col.4.verſi.limita quartò.& nouiſsimè Carol. Molinęus vir certè optimus & doctiſsimus, in comment.conſuetud.Pariſ.tit.j.§ xxx.num.174.

*Vſufructuarius finito uſu-*

6 ¶Vide tamen interim, quid reſpondeas ad l.vti frui.in prin.ibi, quanquā enim, ff.ſi vſufruc.pet.& l.j. §.habet autē ſtipulatio iſta.ff.vſufruct.quēad.caueа. ex quibus non obſcurè colligitur vſufructuariū

*fructu, an poſſit expelli à proprietario propria autho ritate.*

finito vſufructu,non poſſe expelli per proprietariũ à quaſi poſſeſsione, ſed contra eum agi debere negatoria,vel ex cautione de reſtituenda re præſtita.Et ita per eos tex.expreſſe voluit glo.in c.licet epiſcopus.in verbo,te vocato.de præben.lib.6.& ibi quoq; Archid.ſuper eo.verbo.Ex quo planè liquet,illã quaſi poſſeſsionẽ quam habet vſufructuarius,quam naturalẽ vocamus,nõ tranſire ipſo iure in proprietarium finito vſufructu,ſed opus eſſe actione ad vindicandã,euicendam, reuocandam eam naturalem poſſeſsionẽ,in idq; vocandum eſſe vſufructuarium,aut eius hæredem,vt ei tradatur poſſeſsio,per l.vlt.C.ſi per vim vel alio modo.neq; enim licet rem etiam ſuam propria authoritate è manu alterius auellere.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& c.placuit vt quicunq;.16.q.6.& c.eũ qui.in ij.reſp.de præb.lib.6.Hæc propemodũ ea gl.quæ ſubdit idẽ eſſe in omnibus caſibus, quibus quis priuatur ipſo iure,ne tamẽ poſsit propria authoritate deturbari poſſeſsione,cũ qua trãſeunt omnes ibi.

*De eadem re.*

7 ¶Et ego certè id eſſe verum opinor,in caſu de quo loquuntur ille tex.& ea gl.& Archidiac. videlicet cùm finitur vſusfructus viuente ipſo vſufructuario.At ſi finiatur morte ipſius,ita vt cũ eo pereat naturalis illa poſſeſsio quã habet,vt ſcribit Bal.conſil.ccclvij.inci.dicta tenuta reuocanda eſt:& ipſo iure redeat ad proprietarium etiam ignorantem,vt dicit Bar.in l.ſi arrogator.col.4.verſi.ſed hodie videtur.ff.de adoptio.intelligatúrq; noſtrum ſtatutum de rebus ad hæredẽ tranſitoriis, vt dicemus in quarta declaratione quartæ partis.Conſequens eſt,vt nec habeat locum in hoc caſu.At ipſe Carol.Moli.vbi ſuprà,num.ab hinc ij.in fi.reprobat illam gloſſ. in d.c.licet epiſcopus. per illa Bart.& Bal.dicta,tu omnino illum vide ibi,& num.172.& 173.& quæ etiam latè diximus in repet.l. ſi vnquam in verbo,reuertatur.num.335.decimumoctauũ cum quis,& octo ſequent.C.de reuoc.donat.

*Quid ſi uſufructuarius alteri uendidit, qui rem diutius te nuerit.*

8 ¶Hanc autem declarationem amplia,vt licet vſufructuarius,alteri tertio rem vſufructuariam vendiderit,qui eam poſteà tenuerit etiam per triginta annos,mortuo tamen eo vſufructuario qui vendiderat,poteſt proprietarius,aut eius hæres facere ſe manutenere in ea re vendita, vt expreſsè tenet Chaſſen.in d.comment.conſuetud.Burgund.tit. *Des ſucceßions*,§.j.col.5.verſic. dico plus quòd etiam,ea ratione innixus,quòd ad quemcunque tranſeat illa naturalis poſſeſsio, ſemper remanſit ciuilis apud proprietarium, nec potuit vſufructuarius plus iuris in alium transferre quàm haberet: & mortuo vſufructuario,& ita ipſius iure reſoluto,reſolutum quoque ius eſt huius ceſsionarij,l.lex vectigali.ff.de pignorib.Nec potuit ipſe vſufructuarius interuertere poſſeſsionem proprietarij ſine facto,aut conſenſu illius.Et quod non eſt tranſmiſsibile ad hæredem,vti vſusfructus, nec ceſsibile quoque eſt,vt voluit Iaſon in l.j.§.vſufructuarius.ff.de oper.noui nunc.& in l.cùm ſecundum.C.de fideicom.Et cùm vſufructuarius dicatur procurator proprietarij,vt dicit Iaſon dicto §.vſufructuarius,ideo in eo habet locum.l.vlt.C.de acquiren.poſſeſ.

*De eadem re.*

9 ¶Et ego certè facilè in eius ſententiam deſcenderem, ſi vſufructuarius per conſtitutum,vel precarium,vel retentionem vſusfructus tantùm, non etiam realiter rem tradidiſſet, per ea quæ ſcripſimus in noſtro tractatu Conſtituti poſſeſſorij, parte ij.amplia.xx.& xxxiij.& iterum in iij. parte,limita.xiiij.At ſi realiter rem tradidiſſet alteri,qui per multos annos etiã realiter poſſedit, vereor ne proprietarius poſſeſsionẽ amiſiſſet.per l.iij.§.in amittẽda.iuncto alio §.ſeq. quòd ſi ſeruus.& l. peregrè.§.quibus.ff.de acq.poſ.& l.colonus.ff. de vi & vi arma. Tu tamen vide quæ in ſimili ſcripſimus in illo tractatu Conſtituti,in j.parte,num.14.ex ſupradictis,& iterum nu.28. ſed & ſecundo modo, & in ij.parte d.ampliat.xx.& in iij.parte,dicta limit.xiiij.ex quibus intelliges quid hîc dicendum ſit.

### SECVNDA DECLARATIO.

*An hæc conſuetudo procedat in hærede, naturaliter tãtum poßidentis.*

1 ¶Secundò declara generaliter,vt id ſtatutũ non habeat locum in hærede eius, qui naturaliter tantùm poſsidebat,neq; enim ea naturalis poſſeſsio, vi huius ſtatuti tranſit in hæredem illius, quin is qui ciuilem habet,poſsit propria autoritate,& naturalem accipere,per not.in d.l.clam poſsidere. §. vlt.& in aliis locis ſuprà in præcedenti declarat.num.5.allegatis. Nam & id generaliter voluit Imo. conſi.xvj.viſo caſu,nu.3.vbi & ad hoc hanc rationẽ adducit,quia hoc ſtatutum eſt exorbitans à iure communi:ideo debet reſtringi,& limitari,ne quis damnũ indebitè patiatur, per id quod legitur, & not.in l.ij. C.de noxal.& per Bart. in l. omnes populi.in vj.q.princ.ff. de iuſtit.& iure. Cui adde quantũ ad eam rationẽ ampliſsimè ſcripta à recentioribus,in l.vlt.§.in cõputatione.C.de iure delib.

*De eadem re.*

2 ¶Hanc autem Imo.in illo conſil.xvj.deciſionẽ,etiam in genere,vt & ille loquitur,ſequuntur Barb. dicto conſi.lviij.ſapiẽter ſcripſit Pſalmiſta,col.11.verſi.& adduco in terminis,lib.2.Iaſ.d.conſi.cxlvij. præſens conſultatio.col.10.in fi.lib.2.& rurſum conſil.lxxxv.quando habemus determinationem, col.vlt.lib.3.& d.conſil.clij.vera & iuridica.col.1.poſt prin.lib.4.& Ioan.Baptiſta in ſua diſput.incip. magnificus & excellens,col.3.

*Statutum loquens de poſſeßione defuncti, intelligitur de ciuili.*

3 ¶Et idem propemodũ,ipſo Imo.non citato,voluit Franc.Curt.Iunior conſil.cviij. ſacratiſsimæ &c. circa controuerſiam,col.8.verſi.confirmantur præmiſſa.& iterum conſil.cx.pro habenda clara reſolutione,col.8.verſi.nec obſtat quædã ſubtilis conſideratio.Nam ſtatutum, inquit loquens de poſſeſsione,in qua erat defunctus,intelligitur de vera,& ciuili poſſeſsione,vt ſignanter decidit Bald.in l.j. poſt prin.C.commu.de vſucap.vbi dicit quòd verbũ poſsidere ſimpliciter prolatum à lege, intelligitur de ciuili poſſeſsione,quia verba legis ciuiliter ſunt intelligenda,& quia ciuilis trahit ad ſe naturalem conſecutiuè:& quamuis etiã intelligatur de naturali,id tamen non eſt principaliter,l.clàm poſsidere.§.vlt.ff.de acq.poſſ.& iſtud eſt ſing.vt dicit ipſe Cur.qui ad hoc allegat quod ſcribit Bar.in l. naturaliter.§.nihil commune habet proprietas,col.5.verſi.quæro pro declaratione.ff.de acq.poſſ.& Frãc.Aret.in rub.eo.tit.col.2.ver.pro declaratione totius tit.& Feli.in c.cauſam.col.pe.de præſcrip.

TERTIA



### TERTIA DECLARATIO.

*Quid in hærede habentis tãtum ciuilẽ poſſeßionem.*

1 ¶Tertiò declara,vt è contrario ſi defunctus habeat tantùm ciuilem poſſeſsionem,vt proprietarius in re vſufructuaria, aut aliter, ea per huiuſmodi ſtatutum transferatur in hæredem, ita enim ſatis apertè voluiſſe videtur Bal.conſi.cccxxx.ſtatuto cauetur quòd conductor,col.2.verſi.conſidera aut colonus.lib.1. & apertius Alouiſius de Lucis,inter con.illius conſi.ccccxxxvj. quidam creditor habens plures,in multis locis eius conſi.lib.3.vbi dicit ita conſuluiſſe Vincentiæ,Ray. Forli.& Argentinum ipſius filium & Richar.Sali.& ei con.ſubſcripſit ipſe Bal.vt ibi videre poteris.& nihil omnino video quod ad id dubium poſsit facere.Et faciunt quæ ſcripſimus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij,in ij.parte,ampliat.21.

### QVARTA DECLARATIO.

*Quid in hærede commodatarij,& depoſitarij.*

1 ¶Quartò declara,vt id ſtatutum non procedat in hærede commodatarij,vel depoſitarij,neq; enim is hæres erit ſaiſitus,earum rerum quas defunctus habebat nomine commodati,vel depõſiti.Quando nec etiam ceſſante hoc ſtatuto,huiuſmodi hæres poſsit petere ſe mitti in poſſeſsionem earum rerum,ex l.vlt.C.de edi.diui.Adria.tol.vt expreſsè voluit Bal.in l.j.col.2.verſi.quæro an ſit vera, in fi.illius verſi.C.ſi de momenta. poſſeſsio. fuer.appell.per l.bona fides, ff.depoſ. quæ quantum ad id faciat,cæteri videant.

*Hic hæres an poteſt petere ſe mitti in poſſeßionem, uide numero 3.*

2 ¶Ego tamen id veriſsimum eſſe puto. Quo modo enim hæres, ex d.l.vlt. poteſt ſe petere mitti in poſſeſsionẽ,quam defunctus non habuit?aut ex huiuſmodi ſtatuto dicere, continuatã in ſe poſſeſsionem defuncti,quam(vt diximus)non habebat,ſed ſolam detentionem?poſſeſsio enim harum rerum commodatarum,& depoſitarum apud dominum remanſerat,l.in commodato.ff.commod. & l.licèt,§.rei depoſitæ,qui eſt vlt.ff.depoſi.& §.poſsidere,Inſti.de interdi. Ex quo generaliter poteris dicere,non habere locum id ſtatutum in hærede ſimplicis detẽtionis,videlicet coloni,& ſimilium.

*Poſſeßio rei cõmodatæ, & depoſitæ, manet apud dominum.*

3 ¶Sed aduerte tamen quòd Pau.Ca.in d.l.vltima,col.2.verſi.quarto requiritur, C.de edi.diui. Adri. tol.& Pet.Ferrari.in tit.forma libel.quo petit.hæreditas ex teſtamento,ver.quid igitur dices, tenẽt contra illud quod ſuprà diximus ex Bal.ſcilicet eam l.vltimam, habere locum in rebus quæ erant apud defunctum,non ſolùm iure poſſeſsionis,ſed detentionis,vt ſunt, inquit, res depoſitæ, & commodatæ:quia ſicut pro illis datur petitio hæreditatis,l.& non tantùm.in rub.ff.de petit.hæred.ita & eadem ratione beneficium illius legis.Idem autem ante ipſum Paulus voluerat de omni detentione generaliter loquens,gloſa ibi,in verbo,fuerũt,quam etiam ſimpliciter ſecuti ſunt ibi Bart.col.2. verſi.item oppono,dicitur hic,earum,Alberi.col.2.verſi.in verbo,mittatur in poſſeſsionem, & rurſum col.3.verſi.item oppono.quia in tex.Io.Fab.col.vlt.verſi. item dic quòd nedum veniunt,& Sali.col.4.verſi.nunc videamus de quinto,& Alex.col.8.verſi.in gl.in verbo, fuerunt, & Iac.à S. Georgio.col.8.verſi in fi.glo.quia gl.& Cornel.col.15.verſi.in gl.non ergo, Iaſon col.8.verſi.gl. in verbo, fuerunt.Et idem voluit Ang.in §.quadrupli,col.12.verſi.ex quo nota, Inſtit. de actio. & videtur voluiſſe Alex.dum citat eam gloſſ.& dictam l.& non tantùm,conſi.xxiiij.attentis his quæ in themate narrantur,col.1.lib.3.& Carol.Rui.conſi.cvij.quod incip.ſuperfluum eſt,in prin.lib.4.

*De eadem re.*

4 ¶Et bene facit quod ſcribit Innoc.in c.cùm in officiis.col.vlt.de teſt.quòd hæres non ſolùm poteſt occupare quæ poſsidet teſtator,ſed etiam ea quæ inuenit in hæreditate etiam commodata, & depoſita,per l.non ſolùm,ff.de acqui.poſſeſs.quæ id non dicit.ſed puto eſſe mendum, & voluiſſe allegare d.l.& non tantùm,ſuprà allegatam.Et quod etiam poſt alios tradit Carol. Rui. conſi.lj. ex his quæ proponuntur,col.1.lib.4.

*Authoris opinio.*

5 ¶In quo illud mihi videtur dicendũ quòd ſi res ab alio occupata fuerit,quàm ab eo qui commodauit,& depoſuit,poſterior opinio locum habeat,vt ſcilicet hæres vti poſsit aduerſus illum beneficio l.vlt.aut etiam beneficio noſtræ conſuetudinis.Aduerſus autem ipſum qui commodauit, vel depoſuit,minime poſsit,non magis quidem quàm defunctus ipſe ſi viueret,cùm ipſe ab illis veluti precariò detineret,vt in ſimili dicitur de interdicto,vti poſsidetis,in l.j.in prin.ff.vti.poſsid. in priori. verb. l.vti eas ædes de quibus agitur,nec vi,nec clàm,nec precariò,alter ab altero poſsidetis,&c. Et iterũ in §.vlt.quod ait prætor,nec vi,nec clàm,nec precariò alter ab altero poſsidetis.hoc eò pertinet vt ſi quis poſsideat vi,aut clam,aut precariò,ſi quidem ab alio,proſit ei poſſeſsio:ſi verò ab aduerſario, non debeat eum propter hoc quod ab eo poſsidet, vincere,&c.& quæ ſcribuntur in l.ſeq. & idem propemodum in l.j.C.eo.tit.& in l.j.ff.de itine.actúque priua.& in l.vlt.ff.de acqui.poſſeſ.

*Depoſitario, & commodatario competit actio furti.*

6 ¶Et etiam videmus his competere actionem furti, pro rebus depoſitis, aut commodatis, l. vlt.in princip.C.de furt.Atque etiam remedium redintegrandæ,vt voluit Spec.ti.de petit. & poſſeſſo.§.j. verſi. ſed nunquid depoſitarius, per tex. loquentem in pignore, in l.vlt.C.de præto. pig.& ſequitur Alex.qui & alios citat,in l.j.in prin.col.18.verſi.ſubdit.Imo.ff.de acqui.poſſeſ. Cui & tu adde Cy. in l.j.in iij.q.C.quor. bono. per text. qui in id eſt expreſſus,in l.j.§.quod autem ait prætor.ff. de vi & vi arma.

*Prædo agit redintegrandæ.*

7 ¶Et de prædone quoque vt ſcilicet pro his rebus poſsit agere remedio redintegrandæ, eſt tex. in eadem l.j.§.qui etiam à me vi.Et de colono,in l.vlt.eod.tit.legendo ibi,ages,vnde vi,non ager,vt legiſſe videtur Alex.qui eum tex.ad id allegat,in d.l.j.col.18.verſi.ad prædicta facit,ff.de acquir. poſſeſ.Sed & quod pro huiuſcemodi rebus agi poſsit quorum bonorum,voluit Petrus à Bel. Pertica in d.l.j. & ibi Cy. in d.q.iij.Bart. col.vlt.verſic.item differunt ſecundum quoſdam,& Sali. col. quoque vlt.verſi.item differunt ſecundum aliquos,C.quorum bonorum.

## QVINTA DECLARATIO.

*An ualeat in hærede eius, qui ſe cõſtituit poßidere pro al.o.*

1 ¶Quintò declara in conſequentiam præcedentium,vt idem ſtatutum nõ procedat in hærede eius, qui ſe conſtituerat poſſidere vel ſimpliciter,vel precario nomine alterius.ſi enim ſimpliciter, certum eſt omnem poſſeſsionem,& naturalem,& ciuilem tranſire in conſtitutarium:ſi precario, ciuilem tantùm:naturalem autem manere apud conſtituentem, vt latè diximus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij.parte j.nu.4.illud autem primo loco.Igitur ex primo nulla manet poſſeſsio apud defunctum,ideo nulla tranſire poteſt in eius hæredem. Ex ſecundo naturalis tantùm manſit apud ipſum defunctum,quæ quidem non tranſit in eius hæredem,vi huius ſtatuti, ſecundum ea quæ diximus ſuprà in ſecunda declaratione huius tertiæ partis.Et ita expreſsè in hoc caſu cõſtituti voluit Fran. Cur.iunior,conſ.cx.pro habenda clara reſolutione, col.8.retento igitur præmiſſo & ſeq. Sed tu tamen intellige ſecundum ea quæ latè diximus in d.tractatu Conſtituti,in ij.parte,in xiij.ampliatio.

## SEXTA DECLARATIO.

*An in hærede eius,qui iure familiaritatis poſſidebat.*

1 ¶Sextò declara etiam ex conſequentia præcedentium, vt id ſtatutum noſtrum non habeat locum in hærede,eius qui iure familiaritatis poſsidebat,aut vt verius loquar, detinebat, vt in hac ipſa ſpecie,ex facto conſultus reſpondit Franc.Curt.iunior d.conſi.cx.col.8.verſi. nec obſtat quædam ſubtilis conſideratio,per ea quæ eo eodem diximus ſuprà in iij.declarat.huius ij.partis,num.2.incip.& idem propemodum.

*De eadem re.*

2 ¶Cui adde tex.in l.qui iure familiaritatis, & ibi Iac.Are.Bart. Ange.Imo. Pau. Caſt. & alios, ff.de acqui.poſſ.ſ.& l.& habet ſummam æquitatem.§.hoſpites,& qui gratuitam.ff.de preca.& l.mulieri, ff.quib.mo.vſusfru.amitta.Bart.conſi.cxxj.in quæſtione domini Cioli, in ij.dubio. & Ang.in l.aſsiduis,col.7.verſi.in tex.ibi,mulier,C.qui potio.in pigno.habean. & Alex.conſil.lxxxviij. eximie domine,col.vlt.verſi.nec etiam his,lib.2.& conſi.cxxxiiij. attentis narratis in themate, col.2.verſic. & poſito quòd domina,lib.4.Maſuer.tit.de poſſeſſo.§.item ſoror ſimul habitans.Corne.conſil.xcj.in cauſa vertente, nu.v.verſi & huiuſmodi actus,lib.4. & conſil.cccxv.videtur in hac conſultatione, col.3.verſi.præterea dato quòd fuiſſet, eo.lib.4. Soci. conſil.cxxxj. in præſenti conſultatione, poſt prin.lib.1.Caro. Rui. conſil.lj.ex his quæ proponuntur, col.3.verſi.eſt ergo præmittendum. lib.4. Fran.Cur.iunior hoc declarans,conſi.clxviij.Sacratiſsimæ Trinitatis,col.pen.& Ludo.Goza.conſi. xcix.in hac cauſa paſſeſſoria,col.2.verſi.tertiò quoties,& rurſum col.vlt.verſi.quartò quotieſcunq;, Aymo Crauet.conſi.lxj.dominus Antonius,col.1.verſi.ſecundò reſpondeo.

## SEPTIMA DECLARATIO.

*An hæc conſuetudo procedat in hærede impuberis.*

1 ¶Septimò declara,vt id ſtatutum non habeat locum in hærede impuberis, ſiue ſtatutum loquatur de hærede ab inteſtato,ſiue ex teſtamento,vt expreſsè reſpondit Signo.loquens de ſtatuto Placẽtiæ,huic noſtro ſimili,conſi.clxxxviij. caſus continens inter cætera, col.2.verſi. præterea ad hoc vt habeat locum.Nam,vt inquit,is hæres,dici non poteſt hæres ex teſtamento, cùm impubes teſtari non poſsit,nec ab inteſtato,cùm is propriè non dicatur deceſsiſſe inteſtatus, qui inteſtabilis erat,l.j. in prin.ff.de ſuis & legit.Nec ſtatuta propriè intelligendo,vt debent intelligi habent locum in hæreditate impuberis,Ray.For.in d.l.j.& Guil.Cu.in l.j.C.quando Imperat. inter pupillos,& viduas. & in l.ij.C.qui teſta.face.poſſ.Hæc ille.

*De eadem re.*

2 ¶Ex illo autem text.in d.l.j.ff.de ſuis,& legiti. plurimi præter Signo.vbi ſuprà,& eos quos allegat, fuerunt in ea ſententia,vt ſtatutum loquens de inteſtato, non habeat locum in impubere, & alijs qui teſtari non poſſunt,quos inteſtabiles vocamus, & inter cæteros Petrus à Bel. per. & ipſe Guil. Cu.in ea ipſa l.j.ff.de ſuis & legit.Idem Pet.Iac.Ray.Cy.Bal.& Nico.Neapol.in l.inteſtato,per eum text.ff.de legiti.tute.Cy.in l.ij.in vltima quæſtio. & ibi Alber. in fi. & ſubobſcurè Bal. col.1.verſi.ſecundò quæro nunquid iſte,C.qui teſta.facere poſſ.ipſe Sign.latè conſil.vj. Titius in infantili ætate. & latiùs conſi.cj.infans deceſsit.Bal.in l.cùm antiquioribus,col.3.verſi.ſeptimò quæritur, & ibi Salice.in §.vlt.col.1.& ſequent.& latiùs Flori.& Raph.Fulg.col.2.verſi.in ea,ibi l.j.C.de iur.delib.idem Bald.in l.ſi is qui,in fi.C.ſi pendẽ.appel.mors interuen.& in l.ſi arrogator, col.pen.verſ.& adde tres concluſiones,ff.de adoptio.& in c.j.col.3.verſi.modò quæro quantũ,tit.de ſucceſsio. feud.lib.1.feud. & con.xij.caſus talis,ſtatuto ciuitatis Caſtelli,col.2.verſi.ſed poſito quòd hoc,lib.3.& con.ccccl.xxv. ſequendo communem,eo.lib.3.vbi hanc dicit eſſe communem opinionẽ. & conſi.xlvij.ſi tenemus opinionem illam,lib.4.vbi & hanc dicit eſſe communem opinionem doctor.Bononiæ.& conſi.lxj. de iure communi,col.1.in fi.eo.lib.4.& conſi.ccxxxij.impuberi filio, eodem lib.4.& conſil.lxxxiij. præmittendum eſt,col.2.verſic.item quia infans non propriè,lib.5.Ioan.Fab.in §.j.in prin.& ibi etiã Angel.Aret,col.1.& ſequent. & Chriſtopho. Porc. inſtit.de hæredit. quæ ab inteſta.defer. Nicola. Neapo.in l.impuberem,ff.ad S.C. Tertullia. Alberic. in prima parte ſtatutorum, quæſt. xliiij.item quæro ſtatutum,vbi refert Ray.Forl.dixiſſe ita fuiſſe determinatum,& iterum in iij.parte ſtatutorum,quæſtio.xxj.item quæro conſuetudo. Angel. in l. in teſtamento, la j. col.1.in iiij. notab. & ibi Raph.Fulgo.C.de teſtam.milit.vbi ipſe Angel.dicit ita fuiſſe cõſultum per collegium Peruſinum. & iterum ipſe Ange.in l.ij.C.de impub.& alijs ſubſtitutio.& conſi.ccxj.ex facto propoſito quinque eliciuntur,in v.eodémque vlt.dubio.Imo.in l. Centurio, col.9.verſi.circa paganum, ibi, & per hoc decidi poteſt quæſt.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitutio.& in cap.cùm tibi,ad fin.de teſta. Petr.Ancha.in repet.c.j.char.lxx.in paruis,verſi.quid dices de patruo,ibi,in quo cõſilio,de conſtitut.vbi dicit idem ſe conſuluiſſe,& plures alios Bononiæ.Rapha.Fulgoſ.conſi.xl.Dominicus teſtator,col.vlt.paulò ante finem

*Qui tenent ſtatutum loquens de inteſtato nõ habere locum in impubere.*



& iterum conſil.xlviij.quidam Petr.condidit teſtamentum,in ij.dubio & iterum conſi.clxv. in quæſtione propoſita ſecũdum ordinem,col.2.verſi.rurſus ſi huiuſmodi. Ro.conſi.cxcix. præſens ſtatuti particula,col.2.verſic.ſecundò quòd vbi. Alex.latè in l.generaliter,in princip.col.2.verſic.in glo.j.vlt.glo.cum multis ſeq.C.de inſtitutio.& ſubſti.& conſi.cxv.circa dubitationem,lib.2. & conſil.lxxix.Franciſcus,col.3.nu.5.& multis ſeq.lib.6.& conſil.clviij.abundè quidem, col.1.verſic. quòd autem non potuerit,eo.lib.6.& conſi.cliij.viſo themate ſupraſcripto,col.2.verſi. rurſus dictum ſtatutum,& ſeq.vſque ad finem lib.7.& conſi.ccxj viſo themate de quo, col.2. verſi. ſecundò reſpondetur,eo.lib.7.Ludo.Bolo.in j.addi.Matthæ.Marſ.in tracta.de ſucceſſ.ab inteſta.Philip.Deci.conſi. cccclxvj.ſtante ſtatuto Rauennenſi,col.1.2.& 3.& conſil.ccccclxiij. duo dubia,in j. dubio. & conſil. ccccccxvij.adeò plenè.Ludouic.Gozad.latè conſi.xxxv.breuiter agendo certum eſt. Albert. Brunus in tractatu ſtatutorum fœminas excludentium,in viij.artic.prin.q.xij.char.xxxv.col.verſi.& ſecundum prædicta.& Maria.Soci.conſi.cciij.caſus iſte,col.1.2.& 3.

*Qui tenent contrarium.*

3 ¶Sunt tamen multi,qui contrarium tenuerunt,aut ſaltem illam opinionem intelligunt,niſi communis vſus loquendi intelligeret,inteſtatum etiam pro eo qui teſtari non poteſt, præſertim quod ſcribitur in l.j.ff.de ſuis & legi.quòd licet propriè inteſtati non dicantur,qui teſtari non poſſunt,hos tamen pro inteſtatis accipere debemus.Et ita voluit Bar.in eo loco, vbi & hunc vſum loquendi talem eſſe confirmat ex ea ipſa l.j.quem quidem modum dicit præualere omni propriæ ſignificationi,l.librorum §.quod tamen Caſsius,ff.de leg.iij.& idem quoque ipſe Bar.in l.Centurio,col.4.verſ. quid ſi teſtator ſic conſtituit,ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& conſil.cxxxviij.hæc eſt copia. & cõſi.cxlj. ſtatuto vrbis veteris.

*Alij eiuſdem ſententiæ.*

4 ¶Et præter Barto.ipſum,Signo.ſibi(vt videtur)contrarius,conſi.ccxxv.in quæſtione, compræhenſa,verſi.ſecundò prætermitto,dum dicit de rigore verborum priorem opinionem eſſe veram, ſed hanc ex mente ſtatutorũ eſſe ſequendam.& Bal.in auth.prætereà,col.1.verſi. modò quæro.C.vnde vir & vxor.& conſi.cclxiiij.ſtatuto cauetur quòd ſi qua perſona, lib.1.vbi honorificã in hac re mentionem Signo.facit.& idem Bald.conſi.cviij.in ſucceſsione pupillorum,lib.2.& conſi. xxxvj.de iure communi, lib.4.& conſil.lvj.repetito conſil.cccxxxix. opinio communis eſt, eodem lib.4. & Ang. conſi.xxvj.ſtatutum excludens,& conſi.xcix.Petrus de vrbe veteri,per totum,& conſi.ciiij.ſtatuto Communis Burgi,etiam per totum.Cardi.Floren.conſi.cxj.factum ſic ſe habet,Iacobus quondam, in quarto eodémq; vltimo dubio.Petrus Ancha.ſibi contrarius in d.c.cùm tibi, col.vlt.in vij.quæſt. de teſta.& ibi quoque Barba.qui iſtud diſputat per xiiij.aut xv.col.& tandem dicit hanc opinionẽ amplectendam tanquam veriſsimum Apollinis oraculum.Idem Petrus Ancha.conſi.clxxvij.reuocatur in dubium.Paulus Caſt.in l.in ambigua,quam legit cum l.ſcire leges,col.2.verſi.tertiò colligitur,ff.de legib.& in d.leg.in teſtamento,la j.col.3.verſi.ex ſecunda parte,& ibi Romanus,qui ſe dicit ita conſuluiſſe & Senis,& Florentiæ.col.1.in vlt.not.C.de teſta.mili.& ipſe Paulus in d.l.generaliter in fi.princ.& ibi Corne.conſi.ij.verſi.vnde adducuntur.& Iacob.à ſancto Georg. col.1.verſi. in gl.j. inducitur,& Philip.Dec.col.2.verſi.not.ex iſto,C.de inſtit.& ſubſtit. & idẽ Paulus in l.ij. in prin. C. de impube.& alijs ſubſtit.& in d.l.cùm antiquioribus, in fi.& ibi Floria. & Ioan. Petrucius,& late Corne.C.de iure delib.& idem Pau.conſi.xlviij.præſuppoſito quodam ſtatuto. lib.1.Rom.conſ.iiij. ſententiam præfati conſultoris,& conſi.xxxij.viſa municipali conſtitutione.Panor.latè conſi.lxxv. quidam deceſsit,lib.1.Ang.Are.in d.§.j.Inſtit de hæred.quæ ab inteſta.defer.& in tracta.de teſta.in verbo,volens inteſtatus decedere,col.13.& in ſuo tracta.de ſucceſſ.ab inteſta. in glo. in verbo, pro perfectione materiæ,char.x.Barb.conſi.lxvij.illud in medium afferam,in j.dubio, li.iij.Corn.conſi. lxxv.quanquam videatur,col.5.in literis X.& Y,lib.1.& conſi.cccxxxvj.conſtat quòd de iure communi,propè per totum illud conſi.eo.lib.1.Alex.d.conſi.ccxj.lib.7.Soci.latè conſi.lxxxj. ſi in cauſa, col.3.verſi.ſolum reſtat,cum multis ſeq.lib.4.Fely.in procemio decretalium col.4.verſi.ad idem notabile.Georg.Nata.in tractatu de ſtatutis excludentibus fœminas, char.ix.verſic. circa quartum & vltimum.Matth.Affli.in d.cap.j.in prin.col.pen.verſi.deinde incontinenti,de ſucceſſ. feudi. Carol. Rui.latè conſi.l.circa primum dubium,in j.dubio,lib.3.& Georg.Nata.in repe.cap. quanuis, col.lvj. verſi.circa quartam,& ſeq.de pact.lib.6.Ioan.Baptiſta Caſtel. in additio reperto. Alberic. in verbo inteſtatus. Alcia.in l.inteſtatus,ff.de verb.ſigni.Paul.Pariſ.qui hanc dicit in puncto iuris veriorem,& communiorem,& amplectendam,conſi.xxij.licèt circa præſentem,lib.2.vbi & illud latiſsime omnium diſputat.& rurſum conſi.lxxxiiij.Ser.Martinus.col.3.verſi. ad reſolutionem dubij, eod.lib.2. Maria.Soci.conſi.vj.viſis themate & ſtatuto,conſil.v.nu.xxv.lib.1.

*An communis ille loquendi vſus probari debeat.*

5 ¶Ex quibus multi negant,non neceſſe eſſe probari hunc communẽ vſum loquendi,ſatis enim probari ex d.l.j.cùm ſcribitur(vt iam diximus) hos tamen pro inteſtatis accipere debemus, veluti is text.ſe referat ad eum loquendi modum:cùm(vt alij etiam dicunt) id non ſit ex communi vſu loquendi teſtificatũ,per d.l.ſed potiùs ex eiuſdem leg.declaratione:nam & aliàs videmus plurimas leges,& ff.& C.vſas eo verbo inteſtati,cum loquerentur de impubere,videlicet in l.diuus, & iterum in l.credendum eſt,quæ eſt vltima in ij.locis.ff.qui petant.tuto.& in l.pater filium,§.vlt.ff.ad l.Falci. & in l.ij.§.impuberem cui pater.& iterum,§.ſi mater hæreditatem.ff. ad S.C. Tertul. & d.l.in teſtamento,la j. & ibi Ange.in iiij. not. Saly.in vlt.not. Philip.Dec. in v.not. C.de teſta.milit. & d.l.ij.in princ.C.de impu.& alijs ſubſtit.& l.poteſt,& ibi Alex.& Franc.Are.ff de vulg.& pupil.

*Ad idem.*

6 ¶Sed ex his legibus maximè tibi annotanda eſt d.l.credendum,ff.qui petant.tutor.vt ex qua proba

tur, id etiam procedere, cùm inteſtatus poſitus eſt in conditione, licèt conditio ſemper ſit implenda in forma ſpecifica, per l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſt. ob idque etiam ille tex. fuit admodum in id quod diximus expenſus & commendatus ab Alex. qui eum dicit not. in d. l. generaliter, col. 2. verſi. quintò pro hoc videtur, C. de inſtit. & ſubſtit. & Fran. Are. qui item multum extollit, & dicit valde no. in l. j. col. 9. verſi. ſecundò quia ex quo hæres, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & in d. l. Centurio, col. 2. verſi. adde etiam in quantum Bart. dicit, eo. tit. & Iaſon qui illum dicit no. licèt, inquit, non allegetur ad id propoſitum, in d. l. poteſt, col. 2. verſi. adde etiam quòd conditio, eo. tit. & conſil. cxcvj. in prænotato themate, col. 6. verſi. non obſtat ſecundò, lib. 2.

7 *Ad idem.* *An intereſt dicas inteſtati, an ab inteſtato.*

¶Similiterq; ſunt leges vtentes his verbis, ab inteſtato, in ſucceſſione pupillorum, vt in l. qui duos. in princ. vbi Soc. in j. not. ff. de reb. dub. & in l. Lucius, ff. de vul. & pupil. & in l. ſciant, C. de legit. hæred. & in l. omnem, C. ad S. C. Tertul. Quanquam ſunt qui faciunt differentiam inter mentionem inteſtati, & hæc verba, ab inteſtato: vt ſcilicet illud non comprehendat pupillum, hoc comprehendat, & inter alios Sali. Fulg. & Corn. in d. l. cùm antiquioribus, C. de iure delib. idē Fulg. in d. l. generaliter, in prin. & ibi etiam Alex. col. pen. verſi. nunc venio ad ſecundum. & Corn. col. vlt. C. de inſtit. & ſubſtitut. & iterum ipſe Fulgo. d. conſi. xlviij. in ij. dubio. Corn. d. conſi. cccxxxxvj. col. vlt. lib. 1. Socin. latè conſi. xxxv. punctus ſuper quo, per totum illud conſi. lib. 3. vbi in fin. dicit eſſe hæreticū diſcedere ab hac opinione. & dicto conſi. lxxxj. lib. 4. & Iaſon conſi. cxxx. prima conſideratione. col. 1. verſic. nec obſtat ſi contra lib. 1. Carol. Ruin. conſi. xx. circa caſum de quo quæritur, col. vlt. verſi. nec etiā obſtat ſi dicatur, lib. 2. Ludo. Gozad. d. conſi. xxxv. col. 2. verſi. ſeptimò conſiderandum. Paul. Pariſ. d. conſi. xxij. in multis locis. Et Maria. Socin. iunior d. conſil. iij. col. 6. verſic. aliquando verò ſtatutum, lib. 1. & conſi. x. ſi in præſenti conſultatione, col. 1. verſi. aliquando verò ſtatutum, eo. lib. 1. Et facit quod conſuluit Calderin. conſilio ſexto, an ſtatutum quod ſimpliciter, ſub titul. de conſtitutionib.

8 *De eadem re.*

¶Sed quòd nihil inter hæc interſit, videtur voluiſſe glo. in d. l. cum antiquioribus, in verbo, fuiſſe, iuncto tex. & ibi Corn. col. pe. & Cy. in d. l. ij. C. qui teſta. fac. poſſ. Bar. in d. l. j. ff. de ſuis & legi. Alb. nō obſcurè in tractatu ſtatutorū, in iij. par. quæſt. cxxj. ſuprà citata. Ang. & Rom. in d. l. in teſtamento, C. de teſt. mili. Nico. Neap. & Bal. in d. l. inteſtato. ff. de leg. tut. idem Bal. in d. l. ſi is qui, C. ſi pend. appel. mors interuen. Ang. d. conſi. xcix. & d. conſi. ciiij. Io. Fab. in d. §. j. Inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defer. & omnium clariſsimè Car. Flor. d. conſi. xj. in vlt. dubio. Alex. ſibi contrarius, d. conſil. cxv. lib. 1. & Phi. Dec. d. conſi. ccclxvj. col. 2. nu. 5. & ſeq. & Caro. Rui. d. conſ. 50. col. 2. verſi. ſed præmiſsis, & iterū col. 4. verſi. & adhuc opinio, lib. 3. & Maria. Soci. d. conſil. xxiij. col. vij. nu. 19. lib. 3. & alij multi ex his quos ſuprà citauimus. Hanc enim, inquiunt, eſſe magis verborum, quàm rerum differentiam.

9 *De eadem re.*

¶Sed & in hoc ſunt qui diſtinguunt, an hæc verba, ab inteſtato, iungantur defuncto, ita videlicet, deceſsit, vel mortuus eſt ab inteſtato: an verò hæredi, ſcilicet ſucceſsit ab inteſtato: vt primo caſu, idē ſit ac ſi diceretur, deceſsit inteſtatus, vtpote quòd ea verba referantur ad ipſum defunctum: in ſecundo autem caſu, qui refertur ad hæredem, ſumus extra illud dubium, an pupillus dicatur inteſtatus, de quo per Bal. d. conſ. xxxvj. de iure communi, ibi, aliud eſt ergo, lib. 4. & Soci. in d. l. qui duos, in princ. per illum text. ff. de reb. dub. & Lud. Gozad. d. conſi. xxxv. col. 4. verſi. præterea aliter reſpondeo. & Paul. Pariſ. d. conſi. xxij. col. 14. verſi. ex quibus infero, & mult. ſeq. lib. 2.

10 *An interſit inter inteſtatus, & ſine teſtamento.*

¶Alij item diſcrimen faciunt inter inteſtatus, & ſine teſtamento. & inter hos, Imol. in d. l. Centurio, vbi ſuprà citauimus, ff. de vul. & pup. & Raph. Fulg. in d. l. generaliter, in prin. col. j. verſi. nota primò quòd non eſt. & Rom. in d. l. in teſtamento, le j. col. 3. verſi. aduertendum tamen, C. de teſta. milit. Sed contra hos eſt tex. in ea ipſa l. generaliter, & ibi gl. in verbo, ſine teſtamento, quæ eſt j. vbi omnes propè de hac re diſputant, vt ibi per eos videre poteris. & Paul. Pariſ. d. conſil. xxij. vbi ſuprà, num. lxxxvj. lib. 2.

11 *An inter pupillum, & aliū inteſtabilem.*

¶Alij quoque dicunt intereſſe inter pupillum, & alium inteſtabilem, vt videre licet apud Alex. qui id ſibi adſcribit, in d. l. generaliter, col. pen. & d. conſi. cxv. & Socin. d. conſi. xxxv. lib. 3. & Philip. Deci. d. conſil. ccclxvj. nu. 5. & 6. & conſi. ccccclxiij. duo dubia, col. 2. verſi. his relatis, & ſeq. Item alij, vt hoc iungam, dicunt intereſſe inter eum pupillum, cui pater teſtamentum fecit, vel ſecundas tabulas: & eum cui non fecit, de quo latè Paul. Pariſ. poſt alios multos, d. conſi. xxij. lib. 2.

12 *An referat ſtatutúmne ſit odioſum, an fauorabile.*

¶Sunt & poſtremò qui dicunt referre vtrum ſtatutum de quo quæritur, ſit odioſum, an fauorabile, ſiue ratione naturali ſubnixum, vt Bal. in d. l. ſi is qui, in fi. C. ſi pend. appel. mors inter. & in d. l. inteſtato, ff. de legi. tut. vbi etiam declarat quomodo intelligitur, an ſtatutum ſit odioſum, an fauorabile. & in d. c. j. tit. de ſucceſsio. feud. lib. 1. & conſil. cxlj. quæritur an pupillus, lib. 3. & conſi. lxxxiij. præmittendum eſt ad euidentiam, in fin. lib. 5. & alibi in omnibus propè locis ſuprà allegatis, licet alij plerique id indiſtinctè teneant.

13 *De eadem re.*

¶Vides igitur maximum inter eos omnes, qui de hac re locuti ſunt certamen eſſe: & ſi tibi lubet, videbis omnes multis, magniſque rationibus ſubnixos, quas tamen referre ſuperſedimus, contenti loca quibus id tractant tibi deſignaſſe, præſertim quòd earum bona pars nihil, aut parum ad noſtras de hac re conſuetudines pertineat. Nam & aliæ, & quidem maior pars earum loquuntur de hærede, quem dicunt eſſe ſaiſitum, & ſic haud dubiè pertinent ad hæredes pupillorum, & aliorum inteſtabilium: aliæ loquuntur de hæredibus ab inteſtato, quo certè caſu eſſemus in illa diſputatione, an inter inteſtatus, & ab inteſtato aliquid interſit, quantùm ad id de quo agimus pertinet, ſi tamen inteſtatus, non niſi de inteſtabili, id eſt, eo qui teſtari non poſsit, intelligatur.

¶Scio



14 ¶Scio autem in noſtra Gallia, ex communi vſu loquendi, doctorum, & aliorum, nihil inter hos intereſſe. Ideo vt concludam hoc caput, in caſu noſtræ conſuetudinis, putarim, & hæredem ab inteſtato, & pupilli, & alterius inteſtabilis eſſe ſaiſitum, & ita vtimur. Nec interim ſilentio prætereo D. Carol. Molinæum, qui huius eſt noſtræ opinionis, in addit. Alex. in dicto conſi. cxv. lib. 2. poſt relatas copioſiſsimè omnium opiniones. *Authoris opi.*

## OCTAVA DECLARATIO.

1 ¶Octauò declara, vt id ſtatutum procedat, etiam in bonis defuncti epiſcopi, aut alterius, in quibus hæredes ſuccedunt ex conſuetudine, ſemota illa controuerſia iuris communis, de qua latè per Imo. & alios in c. cum in officiis. de teſta. Bal. conſi. cccxiij. præmittendum eſt ad euidentiam. lib. 2. Pan. poſt antiquiores, in c. cùm eſſes. extrà, eo. tit. & latius in c. vt vnuſquiſque. de pecul. cler. & Ioan. Ana. conſi. lxxxvij. circa dubium de quo agitur, per totum, & ibi Ludo. Bologn. in additio. & Firmia. in tract. de epiſcopo, parte iiij. lib. 4. in multis locis. & Corne. conſi. cccxiij. videtur in præſenti conſultatione, per totum, lib. 3. & Socin. conſi. xcj. caſus ſuper quo. in j. dubio. lib. 1. & Nicol. Bello. qui alios multos citat, conſi. iij. curatus eccleſiæ. propè per totum. Cuiuſmodi conſuetudo eſt apud Trecēſes, c. cvj. Caluimōtenſes, c. lxxxvj. Victriacenſes, c. lxxxv. Pictauienſes, c. ccxx. Aruernienſes, tit. *des ſucceſsions*, §. lv. eodémque vlti. Borbonienſes, c. cccxx. Bleſenſes, c. cxxviij. Engoliſmēſes, c. xcvij. Marchienſes, c. cclviij. Niuernienſes, tit. *des ſucceſsions*, c. xxj. Senlitenſes, c. clxx. Valeſienſes, c. xcij. Britonenſes, tit. *des ſucceſsions*, qui eſt xxij. c. ij. Et hanc dicit generalem Franciæ conſuetudinem D. Cos. Guy. in §. item quòd ſi eccleſia. in verbo, acquiſitos. titu. de Annot. in pragmat. ſanctio. *An hæc conſuetudo habeat locum, in bonis defuncti epiſcopi.*

2 ¶Quæ quidem conſuetudo an valeat (vt id obiter dicam) diſces ex Inno. in d. cap. cùm in officiis. col. j. in verbo, remanere. & ibi Panor. col. 2. verſi. ſecundò fallitur, & alibi. de teſta. Bal. in c. vlt. col. 4. verſi. quæro nunquid valeat generalis. de conſuet. Panor. in c. cùm tibi. in j. not. de ver. ſign. & Roch. Curt. in repet. c. vlt. col. xvij. verſi. quartò infertur. de conſuetu. Et ex eo quod in ſimili tractat Ioan. And. in c. nemo poteſt plus iuris. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Calder. cōſi. ij. quis ſuccedere debet. col. j. ſub tit. de pec. cler. & Domin. in c. vlt. col. 3. ver. ad tertiam de quibus. de offi. ord. lib. 6. & Barb. in c. vlt. col. v. verſi. quando autē dicatur. de pecu. cler. & Corn. d. conſi. cccxiij. col. 2. ſub litera B. lib. 3. *An valeat conſuetudo ut ſuccedat.*

3 ¶His igitur locis (vt redeamus) & aliis eadem conſuetudine vtentibus, imò & aliis quoque in quibus hæredes ſuccedunt, ſecundum diſtinctionem iuris communis, ipſi hæredes ſunt ſaiſiti ex hac noſtra cōſuetudine, vt expreſsè dicit D. Boër. in comment. conſuet. Biturig. tit. *des couſtumes concernans teſtamens*. §. vj. col. vlt. & ante eum, licet non alleget, D. Bened. in repet. c. Raynucius. in verbo, mortuo itaque teſtatore. le 2. nu. 72. de teſtam. quod & dicit ſentire Ioan. Fab. in §. ſi viuo. Inſtit. de rer. diuiſ. Sed ne erres, lector amantiſsime, nullus eſt §. huiuſmodi in eo. tit. & credo. quòd voluit allegare, §. is verò. eo. tit. vbi ipſe Fab. col. j. quærit, an rectores, & prælati eccleſiarum faciant ſuos fructus beneficiorum, quos iam perceperunt ad inſtar fructuarij. quod videtur, inquit, ſed hoc iure nō eſt verum, cùm non tranſmittant ad hæredes. c. ad hęc. de teſta. & c. vlt. de offic. ordi. lib. 6. Si tamen eſſet alia conſuetudo, videtur, inquit, idem quod in alio vſufructuario: & nihil amplius dicit, quod ad hanc rem, de qua tractamus, propius accedat. *Redit ad principalem quæſtionem.*

4 ¶Et ego ſanè cenſeo hæredes epiſcopi, vel ſacerdotis hoc iure conſuetudinario vti, vt hæredes ſecularium: tum quia hæc generalis conſuetudo vbique eſt introducta, & approbata à clericis, ſimul & laicis, vt videre licet ex proceſſu verbali, quem vocant, earum conſuetudinum. Ideo & ea clericos ligat, vt voluit Bal. in c. cùm veniſſent. in ij. not. de eo qui mit. in poſſ. ſ. & ibi quoque Ioan. Lig. & Panor. etiam in ij. not. ita intelligentes eum tex. in quo Papa mandat decidi cauſas clericorum ſecundum conſuetudinem patriæ, & illum tex. dicit ipſe Bald. ad hoc multùm not. & idem etiam voluit idem Bal. in c. imperialem. col 3. verſi. quæro nunquid ſi ex conſuetudine. & ibi etiā Mart. Laud. col. vlt. verſi. & nota valere conſuetudinem. tit. de prohib. feu. alien. per Frid. Ioan. Ligna. in c. quod clericis. & ibi Franc. Are. col. vlt. de foro compet. Anto. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. pen. verſicu. ſi quæritur an ſtatuto. & ibi etiam Imo. col. 4. verſi. extra gl. tangunt hic docto. & Felin. col. 34. verſic. ſecundus caſus. & Philip. Dec. col. xx. verſic. non obſtant iura allegata, extrà de conſtitut. Imo. in c. ad noſtram. in j. not. per illum tex. & ibi Felin. col. 2. de probat. Panor. in c. cum cauſa. in 3. notab. per eum tex. à contrario ſenſu, de re iudic. & conſi. lxxij. circa primum breuiter. col. 2. verſi. preterea Papa. lib. j. Alex. conſi. ccxj. ponderatis his omnibus. col. j. lib. 2. Franc. Are. conſi. xlv. viſis articulis. poſt princ. Card. Alex. in c. 1. in fi. x. diſt. & in c. qui clericus. col. j. tit. ſi de feudo fuer. contro. inter dom. & agna. Roch. Curt. in repet. c. vlt. in j. limit xj. quæſt. de conſuetud. & neminem reperi (ſi non fallor memoria) qui contrarium dixerit, præter Barbat. conſi. lxv. referam in medium. col. antepen. verſ. nec eſt vera reſponſio aliquorum, lib. 4. vti etiam diximus in noſtro tractatu Retractuum, titu. j. §. j. glo. xiij. in verbo, *l'acheteur*, num. 2. *Conſuetudo communis clericorum, & laicorum ligat clericos.*

5 ¶Tum quia etiā aliàs clerici ligantur ſtatutis, & conſuetudinibus diſponentibus de ſucceſsionibus, ſiue reſpiciamus hęredes clericos ad eorum admiſsionem, vel etiam excluſionē, ſiue etiā defunctos clericos, vt ſcilicet in ſucceſsionibus eorum ſeruentur ſtatuta, & conſuetudines locorum, vt plenè diſſeruimus in noſtro tracta. de iure Primigenio. q. xliij. qua plenè tractauimus an conſuetudo primogenitos præferens, liget ſecundogenitum clericum. & q. ſeq. qua etiam tractauimus, an econtrario primogenitus clericus gaudeat ea conſuetudine. & iterum quæſt. ſeq. qua item quæſiuimus, an ea locum habeat in ſucceſsionibus clericorum defunctorum, vt ibi videre poteris. *Clerici ligantur ſtatutis, & conſuetudinibus diſponentibus de ſucceſsionibus.*

# QVARTA PARS EORVM QVAE RESPICIVNT res,quæ ſeptem declarationibus conſtat.

## *Prima declaratio quartæ partis.*

*Hoc non procedit in rebus quas defunctus non poßidebat.*

*Fictè tradere non poteſt qui uerè nō poteſt.*

1 PRimò declara, vt procedat in his rebus, quarum defunctus poſſeſſor erat tempore mortis ipſius. Nam ſi eo tempore nō poſsidebat,nec in eius hæredē tranſit poſſeſsio,neque enim in ſuum hæredem ſaiſire poteſt per ſuam mortem, de ea re,cuius ipſe ſaiſitus non eſt,dum moritur.l.traditio,ff.de acqui.rer.domi. & l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur.& ibi concordant.per gl.& Philip.Dec.Et ſi verè eam rem tradere non poteſt,nec fictè quoque poteſt.l.ſi filiusfamilias,& l.ſi ſeruus,ff.ſi cer.pet.& l.ij.& iij.ff.pro ſocio. Bal.conſil.clxvj. quod incip. à libello, verſi. ſed hîc eſt aduertendum,lib.4.& diximus in tractat.Conſti.poſſeſ.in iij.parte,limit.j.nu.3. incip.cuius ſententiæ, vt confirmaremus eam,multorum in ea limitat.à nobis citatorum opinionem, quæ negat per conſtitutum eius qui non poſsidet,transferri poſſeſsionem.

*Poſſeßio nulla continuari non poteſt.*

2 ¶Et id omninò perpetuum eſt,vt poſſeſsio quæ nulla eſt, continuari non poſsit,vt voluit Bart.in l. Celſus,col.pen.verſi.vel quando dicitur continuata,ff.de vſuc.prout illum citat Maria. Soci.iunior conſil.xviij.viſo themate ſupraſcripto,col.4.verſi.ad primum itaque fundamentum,lib.2.Et id quidem perſpicuum eſt,vel ſi nullam eius rei autoritatem haberemus, quomodo enim res quæ non eſt,continuari poteſt?

*Idem in interdicto quorum bonorum.*

3 ¶Nam & in ſimili videmus, quòd hæres non iuuatur beneficio l.vlt. C.de edi. diui Adria.tol. niſi in iis rebus quæ defuncti,tempore mortis,fuerunt,vt patet ex textu in d.l.vlt.ibi,eatum rerum quę teſtatoris, tempore mortis,fuerunt,vbi Bart.col.penult.verſi.ſecundus caſus, Albe.col.3. verſi.item oppo.quia in tex.Sali.col.4.verſi.nunc videamus de quinto,& Paul.Ca.col.2.verſi. quartò requiritur,& recentiores,& Roffred. in ſumma eiuſdem tit. verſi. ſed illud quæritur de eo quod dicit. Et idem in interdicto quorum bonorum, vt ſcribitur in l.ij.ibi, quæ cum moreretur, eius fuerunt, C. quor.bonorum.Cy.in l.j.in ij.q.& ibi Bart. col.vlt. verſi. ſed hoc interdictum, & Sali. etiam col.vlt. eo.tit.Et in petitione hæreditatis,l.item veniunt,§. item non ſolùm, ff.de peti. hæred. & latè Alex. conſil.clxxxiij.viſo puncto quæſtionis præmiſſæ,poſt prin.lib.5.Pet Ferr.ti.for.libel.quo petitur hæred.ex teſta.in verbo,iniuſtè occupauit, poſt prin.& Maria. Socin.iunior conſil.lxxvij. licet in præſenti,col.vlt.num.160.lib.1.

*Qui ita tenuerunt in caſu huius conſuetudinis.*

4 ¶Et ita in caſu noſtræ conſuetudinis voluerunt non obſcurè, Alouiſius de Lucis, inter conſil.Bald. conſi.ccccxxxvj.quidam creditor,col.2.lib.3.Rap.Fulg.ſi non oſcitanter legatur,conſil.cxciiij. proponitur quòd domina Antonia,col.2.verſic. etſi dicatur, iuncto verſic. quinimo illud fortiùs. Alex. conſil.lxxxiij.viſa facti narratione, col.1. verſic. quia reſpondeo, lib.2.iuncto eo quod ſcribit, col.2. verſi.& cum iam ante.Iac.à S.Georg.in l.ſorori,verſi.aliam pulchram limitationem,C.de iu.delib. vbi id dicit pulchrum,mirabile & perpetuò menti tenendum. Iaſ.conſil.cxlvij. præſens conſultatio, col.7.verſi.ſed præmiſsis non obſtantibus,lib.2.Gui.Bene. omnium expreſsiſsimè in repet.c. Raynucius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.num.72.& 77.& Fran.Cur.iunior conſil.cviij.Sacratiſsimæ Trinitatis,&c.circa controuerſiam,col.5.verſic. nec obſtat etiam præmiſſæ concluſioni. & conſi.cx.pro habenda clara reſolutione,col.8.verſi.retento igitur præmiſſo.& conſil.clxviij. Sacratiſsimæ,& c.habita diligenti conſideratione,col.vlt.in prin.& D.Boër. deciſio. clxxij.dominus vita nunc functus,col.3.nu.14.Et ante hos videtur voluiſſe Oldra.conſil.cxxxix.ad habēdam aliqualem notitiam,in vij.dubio,& in ſimili ſtatuto huic noſtræ conſuetudini,voluit Signo. conſil.ccl.ſuper dubiis ſeu quæſtionibus,col.1.in fi.verſi.ſecundò ex tenuta.

*Declaratio.*

5 ¶Quod tamen intelligendum eſt,ſi defunctus omnem poſſeſsionem amiſiſſet, ita vt nec naturalē, nec ciuilem tempore mortis ſuæ habuiſſet,vt quia rem vendidiſſet,aut aliàs alienaſſet, & poſſeſsionem omnem tradidiſſet,vel quia etiam animo ciuilem non retinuiſſet, cum ab alio ſpoliatus naturali poſſeſsione fuiſſet.Quod ſi hanc ciuilem retinuiſſet,fuiſſetque intra tempus intentādi remedij, poſſeſſorij retinendę,hæres ipſius in quem tranſlata eſſet ea ciuilis poſſeſsio,vi huius ſtatuti (ſecundum ea quæ diximus ſuprà in iij.declaratione iij.partis)poſſet intentare id remediū aduerſus eum qui eam poſſeſsionē,etiam ante mortem illius occupârat,vt ipſe defunctus potuiſſet, modò is ſit intra annum turbatæ poſſeſsionis,vt dicemus in ſimili,in v.parte,declar.iij.nu.14.incip.& ita certè.

### SECVNDA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo non procedit in re,cuius poßeßio cohæret perſonæ.*

1 ¶Secundò declara,vt id ſtatutum generaliter non procedat in re, cuius poſſeſsio cohæret perſonæ. nam cum huiuſmodi res non veniat in portionem hæreditatis, vt not. in l. item videndum, ff.de peti.hæred.eadem ratione non debet intelligi tranſire poſſeſsio.Nam ea iuris eſt regula,vt licet hæres aliàs ſuccedat in omne ius defuncti,non tamen ſuccedat in ius perſonale,l. hæres in commune, ff.de acq.poſſeſ.vnde & ſtatutum transferens ipſo iure poſſeſsionem defuncti in hęredem,ita quoq; debet intelligi,cùm recipiat interpretationem à iure communi,per no.in d.l.vlt.§.in computatione, C.de iure delib.& in l.ij.C. de noxal. & in c. cum dilectus, de conſuetu. Et ita nuncupatim voluit Raph.Commen.conſi.clxxiij.Galuanus,col.vlt.& ſequitur Iaſon d.conſi.cxlvij.præſens conſultatio, col.x.verſi.item vltra prædicta,lib.2. Fran.Cur. iunior in l.vlt.col.pe.verſi. ſecundò reſtringitur,C. de



de edict.diui.Adri.tollen.& Anto.Rube.conſi.cxxj. dominus Ioannes,col.1.

*Iura perſonalia, non egrediuntur perſonam.*

2 ¶Et certè id minimè dubium eſt,cum aliàs ſemper iura perſonalia,perſonam non egrediantur, ſed cùm ea extinguantur,nec tranſeant ad hæredes,l.quia tale,ff.ſolu.matri.& l.in omnibus cauſis,& l. priuilegia,ff.de reg.iur. & c.priuilegium.cod.tit.lib.6.cum concord.adductis per glo.& doct. in illis locis,quibus adde c.hinc eſt,circa medium,xvj.quæſt.j.

### TERTIA DECLARATIO.

*Hæc conſuetudo non procedit in re,cuius poſſeßio erat apud defunctū ui precarij.*

1 ¶Tertiò(& hæc quidem proximè accedit ad præcedentem declarationem) hanc conſuetudinem generalem declara,vt non procedat in re,cuius poſſeſsio erat apud defunctū vi precarij.Nam cum precarij virtus non tranſeat ad hæredes,l.cum precariò aliquid,§.j.ff.de precar.& id ſtatutum, ſiue decretum ſiue etiam conſuetudo debeat ita interpretari, vt minus lædat ius commune quàm fieri poteſt,d.l.ij.C.de noxal.& d.c.cùm dilectus,de conſuet.ideo debet intelligi, quando poſſeſsio erat apud defunctū ex cauſa de ſui natura tranſitoria ad hæredes quia ſicut ad eos tranſit virtus ipſius cauſæ,ita videtur ſtatutum voluiſſe quod tranſiret ipſa poſſeſsio, ſed virtus precarij non eſt huiuſmodi.Ita expreſsè voluit Alex.cōſi.cliij.circa litem vertentē inter filios,col.1.ver.& poſito quòd virtute,lib.6.quē ſequitur Chaſſan.conſ.lix.ex viſione proceſſuum,col.pen.verſi. item etiā vt conſtat.

*Declaratio.*

2 ¶Attende lector,quia ſi intelligas de hæredibus concedentis,id eſt,conſtitutarij (ita enim eum voco ad cuius commodum fit conſtitutum,de quo & Alex.in d.conſi.loquitur)non eſt verum id conſtitutum non tranſire ad hæredes,cum tex.ſit expreſſus in contrarium in d.l. cum precario, §.j.& in l.quæſitum eſt,§.j.& in l.cùm precariò quis rogat,eo.tit.& in c.vlt.extrà,eod.quoque tit.& latè diximus in noſtro tractatu Conſtituti poſſeſſorij,in ij.parte, in xij. ampliat. Et ratio Alexandri eum deficit in caſu de quo loquitur.Ideo contrarium eius quod dicunt ipſe Alexan.& Chaſſan.in precario,expreſsè tenuit Alouiſius de Lucis, valentiſsimus doctor, & aduocatus Vincentinus, vt eum Appellat Bald.inter conſilia ipſius Baldi conſi.ccccxxxvj.quod incip.quidam creditor habens plures,col.1.& 2.lib.3.& ibi quoque Baldus in addit. eiuſdem conſi. & dicit ipſe Alouiſius ita conſuluiſſe in ciuitate Vincentiæ Raynucium,Forli.Richar.Sali.& Argenti.

### QVARTA DECLARATIO.

*Nec in re ad hæredes non tranſitoria.*

1 ¶Fateor tamen(& hæc erit pro quarta declaratione)quòd ſi poſſeſsio erat apud defunctum,ex cauſa ad hæredes non tranſitoria,huiuſmodi poſſeſsio ad eos non tranſiret, per illam Alex. rationem, quæ optima eſt,ſed malè ad caſum precarij aptata. Et ipſius rationem generaliter, ſine mentione precarij refert,& ſequitur Catel.Co.in memor.incip.decreto Mediolanenſi,col.2.in prin.

*Hæres hæredis,uenit appellatione hæredis.*

2 ¶Et ad hoc optimè facit quod in ſimili dicitur,quòd licèt appellatione hæredis,veniat hæres hæredis.l.hęredis appellatio,& l.ſciendū,ff.de verb.ſignifi.& latè diximus ſuprà,in v.declarat.ij.partis,id tamen nunquā obtinet in re,quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad hæredes, de quo habes text. & exemplum in l.antiquitas,C.de vſufruct.& voluit ipſe Alex.in l.Gallus,§.etiam ſi viuente parente,col.3.verſic.vnum tamen non omitto, ff. de libe. & poſth. & l.in annalibus,C.de legat.& Catel. Cota in memoria.incipien.hæredis appellatione comprehenditur,in ij.limitatio.vbi dicit hinc fieri,quod ſingu.dicit Bald.in l.vlt.col.2.in vj.oppoſitio.C.de hære. inſtit. quòd ſi quis acquiſiuit feudum,vel emphyteuſim pro ſe,& hæredibus,intelligitur tantùm de proximis hæredibus,nō de hæredum hæredibus: quod & ſequitur,& dicit etiam ſing.Iaſon in d.l.in annalibus, in fi.vbi tamen id reprobat,vt & nos diximus in d.v.declaratio.ij.partis.

### QVINTA DECLARATIO.

*An hæc conſuetudo habeat locum in feudalibus.*

1 ¶Quintò declara,vt id ſtatutum non habeat locum in rebus feudalibus, vt expreſsè voluit Raph. Comen.conſi.clxxiij.Galuanus,col.vlt.verſi.nec obſtat quòd poſſeſsio,ea ratione adductus, quam & nos ſuprà ex eodem adduximus, in prima declaratione tertiæ partis, quia vaſallus naturaliter tantùm poſsidet,vt dicit gl.in l iij.§.ex cōtrario,in gl.j.poſt prin.ibi,item de re data,& in l.ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum,in verbo dominium,verſi.ſed qui ſunt qui ciuilem habent, ff.commo.& Iaſ.d.conſi.cxlvij.vbi nuper citauimus,lib.2.& latè conſi.clij.vera & iuridica,per totum illud conſi. lib.4.Fran.Cur.iunior conſi.cviij.Sacratiſsimæ,&c.circa controuerſiam, col.7.verſi. ſed quod fortius.& conſi.cx.pro habenda clara reſolutione,col.9.verſi.prætcrea militat,vbi id dicit ſing. & in d. l.vlt.col.pen.vbi ſuprà,de edict.diui.Adria.tollen.vbi tamen dicit id non procedere in dubio, quia etiam in dubio feudum cenſetur eſſe hæreditarium, vt declarat Bal.in c.j.tit.an agnat. vel fil. cum allegatis per Alex.conſil.x.ponderatis his quæ in themate,col.3.lib.3.& alibi ſæpe.

*Alij qui idem tenent.*

2 ¶Sed & illud,videlicet,quòd hoc ſtatutum non habeat locum in huiuſmodi bonis feudalibus, præter ſupradictos voluit Catel.Cot.vbi tamen videtur eſſe ſubdubius, in memor.incip. decreto Mediolanenſi,col.2.verſi.nunquid autem hoc decretum,& Anto.Rub.conſi.cxxj. dominus Io.col.1.& iterum col.3.verſi.ex pręmiſsis igitur,ruſúmque col.vlt.verſi.& ſi dicatur.& Paul. Pariſ.conſil.omnium j.viſa facti narratione,col.25.verſi.& quia decretum iſtud,qui eſt ſub nu.159.l.j.

*Statutum de dote lucranda non habet locum in feudis.*

3 ¶Ad hanc autem opinionem fulciendam adducit Iaſ.in d.conſi.clij.lib.4.has rationes, nam id ſtatutum eſt correctorium iuris cōmunis,quod & nos ſuprà diximus in præfatione,declaratio.iij.nu.2. inci.ego verò conſtanter, & ſeq.iura autem correctoria,vel exorbitantia, quæ generaliter aliquid ſtatuunt,non obtinent in feudis,niſi de eis expreſſam mentionem faciant, quod ex eo videre licet, quòd ſtatutū loquēs de dote lucranda,nō habet locū in feudis c.j.§.quāuis, & ibi Bal.tit.de inueſti. de re alie.fac.Bal.in c.j.tit.an maritus ſuccedat vxor.in beneſi. Alex.& alij in l.j.C.vnde vir & vxor.

¶Cui

*Ad idem.*

4 ¶Cui quantum ad id, adde alios id ipſum quoque ſcribentes, ſcilicet ipſum Bal.in auth. res quæ, col.2.verſi.quæro ex forma ſtatuti,C.communia de legat.& in c.j.in prin.col.3.verſi.quæro an conſuetudo,& ibi Car.Alex.col.6.verſi.eiuſdem initij,tit.de prohib.feud.aliena.per Frid.lib.2.Iaco.Aluarot.in eo ipſo c.j.§.callidis,& in d.c.j.& ibi quoque Marti.Laud.& Car. Alex.d.tit. an marit. ſucced.vxor.in benefic.& ipſum Aluarot.in c.j.in prin.& ibi etiam Mart. Laud.tit.de inueſti. quã Tit. accep.à Semp.lib.2.feud.eundem Mar.Laud.qui dicit ita publicè ſe diſputaſſe,in d.c.j.§.quanuis,& ibi Car.Alex.d.tit.de inueſt.de re alie.fac.Barb.in rub.de rebus eccle.non alienan. char.pen.verſic. decimoquintò facit.Franc.Are.in l.ij. col.2.verſi. debes etiam ſcire, & ibi quoque Fran.Rip. col.4. num.19.ff.ſolut.matri.ipſe Iaſon in l.j.col.6.verſiculo,nota etiam quòd iſtud,C.de ſumma Trinitate,vbi ad hoc dicit eſſe ſing.tex.in dicto §. quamuis, & Albertus Bru. in dicto tractat. ſtatutorum fœminas repellentium,in xxiij.quæſtio.viij.artic.

*Lex 1.& auth. præterea, C. unde uir & uxor. non habent locum in feudis.*

5 ¶Subiungit autem Iaſ.vt ad eum redeamus,d.cõſi.clij.quòd diſpoſitio l.j.& auth.præterea,C.vnde vir & vxor,non habent locum in feudalibus,ſecundum Rom.& Alex.in vtroq; loco. Cui item hoc adde,de priori eſſe bonum text.in d.cap.j.tit.an maritus ſucced.vxor.& ibi Bal.qui eum no.ad limitationem dicti tit.C.vnde vir & vxor,& alij,& idem etiam voluiſſe ipſum Iaſ.in eadẽ illa l.j. col.2. in vj.fallen.& ibi quoq; Philip.Dec.col.3.verſi.ſexto & vltimo.Bened.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.81.verſi.quartò fallit de teſta.& Steph. Bertr.conſi.lix.incip. voluiſſem pro ſecuriori reſponſione,in xiij.eodémque vltimo dubio, lib.2.

*De eadem re.*

6 ¶De poſteriori verò,ſcilicet de d.auth.præterea,eſt etiam tex.in dicto §.quamuis, ſuprà ſæpius citato,& voluit item ipſe Iaſon in eadem auth.præterea,col.3.verſi.limita tamen, & ibi Fran. Pep. in repetitio.in fi.& Mart.Lauden.& Cardi.Alex.in c.j.§.donare,vterque in fi.titu.qualiter olim feud. alienar.poter.lib.2.feud.

*Feuda non comprehenduntur in ſtatutis, deferentibus lucrũ ſuperſtiti coniugum. Nec in ſtatutis facientibus,uirum & uxorẽ communes in acquiſitis.*

7 ¶Quibus proximum eſt quod voluerũt Bald.Aluar.& Card. Alex.in d.c.j.an mari.ſucce.vxor.per eum tex.quòd huiuſmodi feuda non comprænhenduntur in ſtatutis,ex quibus ſuperſtes coniugum, lucratur certam partem bonorum alterius primi mortui,quod & ipſum voluit ipſe Bal. in c.j.col.3. verſi.quæro an conſuetudo quæ diſponit.tit.de prohi.feud.ali. per Frid.

8 ¶Et quod etiam tradidit Bened.in repe. d.c.Raynutius in d.verb.& vxorem nomine Adelaſiam, nu.787.quòd conſuetudo, vel ſtatutum faciens, virum & vxorem communes in acquiſitis, factis conſtante matrimonio,non habet locum in feudis acquiſitis,per d.c.j an mari.Imò illud perpetuum eſt in omni ſocietate,vt ſcilicet,ſocius qui durante ſocietate acquiſiuit feudum, non teneatur illud communicare alteri ſocio,vt pulchrè conſuluit Alex.conſi.xlviij. diligenter proſpectis, col.2.verſi. ſed his non obſtantibus,lib.2.Sed id in Gallia non ſeruamus,in qua feuda ſunt patrimonialia,vt dicemus infrà num.25. Et id etiam tenet Chaſſaneus in commentariis conſuetudinum Burgundiæ. tit. *Des droicts appartenans à gens mariez*,§.ij.gl.vlt.col.3.verſi.limita iſtam conſuetudinem.

*Nec in reſcriptis.*

9 ¶Subdit item ipſe Iaſon dicto conſil.clij.in reſcriptis ſimpliciter impetratis, non comprænhendi res feudales,niſi de illis facta ſit ſpecialis mentio:id enim ſignanter(vt ipſe loquitur)dicit voluiſſe Bald. in c.cùm ordinem,col.2.verſi.iſtud capi.eſt argumentum,quòd non valet,de reſcrip.arg.illius text. ſed melius faceret tex.in c.ex parte B.circa medium,de for.compet.Cui item adde,idem ſcripſiſſe Philip.Dec.in d.c.cùm ordinem,col.1.& ipſum Iaſ.qui id dicit ſingul. conſil.ccxxiiij. principale dubium,lib.2.& conſi.lxx.ſuper vtraque,col.pen.verſi.confirmo & ſecundò,lib.3.

*Nec in generali poteſtate legitimandi.*

10 ¶Præterea,vt inquit idem Iaſon d. conſi.clij. in generali poteſtate legitimandi, non venit facultas legitimandi ad feuda,vt no.voluit Signor.conſi.ccxxiij. quidam dominus Ioann llus, quem refert, & ſequitur Card.Alex.in c.per venerabilem,§.quod autem, char.xj.ver.quæro ſextò principaliter, qui filij ſint legit.& idem ſimpliciter tenet Alex.conſi.clx.viſa legitimatione facta de domina Marmorina,col.1.lib.2.Sicuti etiam ſimpliciter legitimati,non intelliguntur legitimati,ad feuda, niſi nominatim dictum ſit de feudis,c.naturales,cum glo.approbata per doctor.tit.ſi de feud.fuer. controuer.inter dom.& agnat.lib.2.feud.

*De eadem re.*

11 ¶Hæc Iaſon,ſed cui adde quantum ad facultatem legitimandi,Soc.conſi.iij in cauſa domini, col.3. verſi.ſecundò quod dicta,lib.3.niſi tamen, vt dicit, ex verbis colligeretur de voluntate principis. & Guid.Pap.deciſio.857.in generali.eundem Iaſ.d.conſil.lxx.col.4.verſi. hoc tamen non obſtat,lib.3. Phil.Dec.in l.j.col.2.verſi.ad prædicta,ff.ſi cer.peta.in lectur.Piſa.& conſil.lxxvj.licèt in caſu, col.1. & iterum vlt.& conſi.ccclxxxix.viſa longa ſerie,col.2.verſi.eodem modo videtur. Fran. Ripan. in l.j.col.8.num.53.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.Licèt non placeat Lancel.Gal.in lib.2.col.3.verſi.ex hac concluſione,ff.de verb. obligat. innixo autoritate Soci. dicto conſi.3.lib.3. qui tamen (vt diximus) contrarium tenuit.

*De eadem re.*

12 ¶Quantum autem ad legitimationem ipſam,addes illud ipſum quod dictum eſt,voluiſſe Hoſtien. Ioan.Calder.Ant.& Card.Floren.in c.lator,extrà,qui filij ſint legit.Oldra.conſi.ccxlvij.factum tale eſt:quidam rex,in vltimo dubio.Bal.conſi.cxxix.ad euidentiam,in prin.lib.3. Cald.conſi.v.an naturalis,tit.de feud.Petr.Ferra.tit.for.libel.quo agit.ad reuo.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.2.ver. vide,quæritur,Steph.Bertr.conſi.cxij.viſis quibuſdam,nu.25.lib.2.ipſum Lancel. Gali.in d.l.ij.col.3. verſi.limita modo,de verb.oblig.Anto.Rub.qui alios citat,conſi.xxxiij.circa dubium,col.1.

*Feuda non comprehenduntur in generali renunciatione.*

13 ¶Addit & ipſe Iaſ.vbi ſuprà,feuda nõ contineri in generali renunciatione,niſi de illis ſpecialis mentio facta ſit, ſecundum Bald.in auth. in ſucceſsione, ad fi. C. de ſuis & legi. arg.l. de creationibus, C.de



C.de Silen.& decurion.lib.12.Nec item in generali alienatione bonorum,niſi item ea ſint expreſsè nominata,per tex.no.in d.c.in generali,tit.ſi de feu.fuer.contro.inter domi. & agn. & in c.j.ad fi.tit. de ca.qui cur.vend.an intellig.benef.vendid.lib.2.feud. & tandem concludit ex illis omnibus, huiuſmodi ſtatutum,ſiue decretum continuans ſimpliciter poſſeſsionem defuncti in hæredem, non habere locum in feudis,cùm de illis mentio ſpecialis facta non fuerit.

14 ¶Tu autem ad illud primùm de generali renunciatione,adde ipſum Bald.in c.j.col.3.verſ.ſed quid ſi filius viuo patre.& ibi Iacob.Aluaro.col.pen.verſi.item addit,tit.an agn.vel fil.def. poſſ.ret.feud. repud.hæred.lib.2.feud.eundẽ Bal. conſi.ccccxxxvij.quædam puella fuit dotata,col.vlt.lib.1.Mart. Lauden.in d.c.in generali,tit.ſi de feu.fue.cõtro.Frãciſ.Aret.qui id dicit no.in l.qui ſuperſtitis, col.5. verſi.iterum in renunciatione,ff.de acq.hæred.Soci.conſi.lxxiiij.ſuper controuerſia, col.2.verſi.iiij. concluſio,lib.3.Card.Alexan.in cap.j.tit.de eo qui finem fec.agna.de feud. pater.lib.2. Carol. Rui. conſi.xxiiij.ſuper his,col.j.nu.4.lib.j.Iaſ.in l.Gallus,§.quidam rectè,col.pen.in prima lect.ff. de libe. & poſth.vbi id dicit ſing.& conſi.xcvj.dominus Bonioannes,in fi.lib.j. & conſi.ccvij. in præſenti, in prin.lib.ij.quibus locis dicit de hoc eſſe bonum tex.in dicto c.j.tit de eo qui finem fec.agna.& conſil.vij.pro reuerendiſsimo,col.v.verſi.ſecundò facit,lib.iij.Phil.Dec.in d.l.j.ff.ſi cert.pet.& d.conſil. ccclxxxix.vbi ſuprà,& Catellia.Cotam in memo.incip.feudum debet.& Matth.Afflic. in conſtitu. Sicil.incip.hac edictali.col.pen.verſi in eadem,ibi,voluit quidam. *Idem de generali renunciatione.*

15 ¶Ad alterum de generali alienatione, adde glo.in dicto c.j.& ibi Card. Alex. col.ij.in j.no.d.c.de cap.qui cur.vend.Mart.Laud.& eundem Card in cap.j. vtrunq; in fin.tit.de inueſti. de re.alie.fact. Alex.latè conſi.xvj.viſo dicto themate,col.ij.verſi quod autem ad bona,lib.ij.& conſi.clxviij.requiſitus, col.ij.verſi. fortificantur prædicta, lib.ij.quod iterum repetitur conſil.xx.lib.v.& Ludo. Goz. conſil.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.ix.num.51. *Idem de generali alienatione.*

16 ¶Proindéq, nec in generali donatione bonorum,feudum continetur,Guid. Pap.conſi.ccxiiij. circa materiã.col.iiij.verſi.ſed in caſu,& rurſum col.vj.verſi. ſed reſtat aliud, & conſil.ſeq.vertitur quæſt. col.j.& conſi.ccxviij.indubitanter,col.pen.verſi.ad octauum.Vti nec conſequenter in generali hypotheca,ſiue obligatione bonorum.Spec.in tit.de pignor. in prin. verſi. vlt. Bal.in c.j.in prin. col.j. verſi.ſed nunquid ſi contrahat,& ibi Mart.Laud.& Card.Alex.vtrunque col.ij.verſi.nota ſecundũ, tit.de prohib.feud.alien.per Frid.lib.ij.feud.Paul.Caſt.in l.tutor,§.vlt.ff.de pign.act.Rom.in l.ſi conſtante,in prin.ff.ſolu.matri.Alex.d.conſi.xvj.col.vlt.lib.j.& conſi.clxviij.requiſitus,col.ij.verſi.fortificantur prædicta,lib.ij.quod repetitur conſi.xx.lib.v.& idẽ Alex.conſi.ij.ex narratis, in prin,lib.iiij. & conſil.cxxiiij ſuper primo,col.iij.eo.lib.iiij.& conſil.xlj.viſo themate, col.j lib.vj.quod & repetitum eſt conſi.xcv.eo.lib.vj.& Guid.Pap.in omnibus ferè conſi.ſuprà citatis,Iaſ. conſil.vj.cuius initium,exhibentur,col.viij.verſi.nec obſtat ſi diceretur, & col.vlt.verſi. non obſtat tertium, l.b.iij.& Matth.Afflict.in d.conſti.Sicil.incip.hac edictali,vbi ſuprà,col.pen. *Feudum non comprehenditur in generali donatione.*

17 ¶Nec ſimiliter comprænhenduntur ſub diſpoſitione auth. res quæ, C.com.de legat. per d.c.j.§. donare,& ibi Bald.& cæteri d.tit.qualiter olim feud.alie.pot.cum concor. adductis à Iaſo. in d. auth. res quæ,col.viij.verſi.an autem res prohibita,& col.xj.verſi.vj.limita. & conſil.lxxxix. aggredior, col.iiij.verſi.ſecundò quia dicta,lib.j.de quo etiam vltra eum per Guid. Pap.d.conſil.ccxiiij.col.v. verſi.& pro hoc facit,& col.ſeq.verſi.& alibi dicit.& d.conſi.ccxviij. vbi ſuprà. Nec etiam in fideicommiſſo generali Dy.& Bart.in l.ſi patroni,in prin.ff.ad S.C.Trebel.Bal.in l.cùm virum, col.vlti. verſi.extra quæro,C.de fideic.niſi inquit eſſet hæreditarium, & Marti. Laud.in c.j.in fi. tit.de lege Corra.lib.ij.feud.Latè Alex.id declarans, conſi.xcj. ponderatis his,col.viij. quo ad ſecundum,lib.j. Iaſ.in præludiis feudo. col.xiiij. num.46. an autem feuda, & Laur. Sylua, conſil.xxx.facti quæſtio, col.iiij.verſi.quinto pro eadem opin.Nec in mandato quoque generali. Matth.Affli. in conſtitutio. Sicil.incip.ſi quando fortè,col.ij.in ij.no. *Nec ſub diſpoſitione authen. res quæ.*

18 ¶Denique id generale eſt,vt nec in quauis diſpoſitione generali,feuda compræhendantur ſine ſpeciali,& expreſſa earum mentione,ſatis videtur voluiſſe Signor.dicto con.ccxviij.quidam dominus, & clariùs Bal.autoritate Iac.Ardizo.conſil.ccvij.quæſtio eſt ſpurius, col.j.lib.ij.& Card. Alex.in d. c.j.tit.de inueſti.de re.alie.fac.& in d.c.generali,tit.ſi de feu.fuer.controuerſ.inter dom.& agna.Philip.Dec.conſi.cxxxix.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando fœmina,veluti ſcilicet feudorum natura ſit omnino à cæteris bonis aliena, vt & nos quoque diximus in noſtro tractatu Retractuum, tit.j.§.j.in gl.iij.in verbo, *aucuns biens*,ſed hîc repetenda duximus, ob id quod Iaſ.d.conſil.clij.lib.iiij. hanc noſtram deciſionem tractans,omnes neruos intenderat,vt ipſum probaret. *Nec in alia quauis generali diſpoſitione.*

19 ¶Et in hanc quoque partem facit,quod ſcribit Bart.in l.item videndum,§.vlt.ff.de peti.hære. quòd feuda non veniunt in petitione hæreditatis:neque enim feuda deferuntur iure hæreditario, niſi ex forma inueſtituræ aliter appareat,vt tradit.Alex.conſi.xix.quod incip. ſuper eo de quo quæritur.ferè per totum,lib.v.& vtrunque ſequitur Maria.Soc.iunior, conſi.lxv.cùm in præſenti caſu, col.vij. num.17.lib.j.& iij.Sed nos de hoc latiùs alibi tractauimus. *Nec in petitione hæreditatis.*

20 ¶Contrarium tamen,vt ſcilicet id ſtatutum habeat locum etiam in feudalibus,expreſsè tenuit Maſuer.tit. de feud.§.item ſucceſſor ſingularis, & expreſsius, §. ſequ. incip. item ſuccedens, & Guil. Brolhius in ſtilo curiæ Parlam. tit. de feud. §. item de conſuetudine, & ſeq. Bened. in repeti. cap. Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num.180.& iterum in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.nu.70.& 71.de teſta.& præſupponit Phil. Dec.conſil.ccccIxvij.incip. bene & conſultè, col.2. *Qui tenẽt hoc ſtatutum habere locũ in feudalibus.*

col.2.verſi.& iſta etiam videtur procedere,iunctis præcedentibus,dum loquens de decreto Mediolanenſi,huic noſtro ſtatuto ſimili,dicit etiam filiam debere conſeruari in poſſeſsione bonorũ feudalium patris,donec agnati qui prætendunt filiam non debere ſuccedere, de iure ſuo potiori doceant,quando & ipſa,ceſſante dicto ſtatuto,poſsit petere ſe mitti in poſſeſsionem omnium bonorum patris,etiam ſi quædam dicantur eſſe feudalia,donec id cognitũ fuerit,per c.j.§.inter filiam,& ibi Andr.Iſer.Bal.Marti.Laud.Iac.Alua.& Card.Alex.& iterum §.defuncto milite,d.tit. ſi de feud. fuer.controuer.inter domi.& agn.& ita quoque not. gl.in d.c.j.in gl.j.in fi. & ibi Bal.de controuer. inter maſcul.& fœmin.de benefic.lib.2.feud.

21 *De eadem re.*

¶Quod & ipſum tenet Io.And.poſt Guid.Suſ.in addit.Spec.tit.de teſt.§. ſequitur,col.pen.verſic.ſed pone.P.deceſsit,in addition.incipien.dubitatur etiam,per dictum §.inter filiam.& idem quoq; Ioan. Andr.in additio.ipſius Specul.tit.de feud.§.quoniã.verſi.xxj.in addit.incip.ceſſante,dum ſe remittit ad Spec.vbi ſuprà.& id pro no.refert & ſequitur Alex. in l.vlt.col.vlt.verſic.aliud no.dictum, & ibi etiam Iaſ.qui id dicit mirabile,col.antepen.verſi.nota,& vltra Bal.& Fra.Curt.iunior, col.pen.verſi. quæro quid ſi aliquis.C.de edict.diui. Adri. tollen. & ipſe Dec. conſil.ccccxxiiij.proponitur quòd magnifica domina,col.2.verſi.& iſta cõcluſio,vbi & id dicit procedere nõ ſolùm in dubio,ſed etiã cùm conſtat bona eſſe feudalia,donec aduerſarius probauerit de ſuo iure potiori.& idem quoque Dec.d.conſil.ccccclxvij.col.2.verſi & iſta concluſio.& conſi.ccccxcviij. viſo caſu propoſito, col.1.& conſil.cccccLxxxviij.viſo puncto,& dubiis,col.2.verſi.& prædicta concluſio.Fra.Cur.iunior in tractat.feudor.in tertia parte,quæſt.xxj.char.xxv.col.1. & conſil.xxx. habita diligenti conſideratione, col.3.nu.10.& conſil.xlj.præſupponitur in facto,col.3.verſi.præmiſsis tamen minimè obſtantibus.& conſi.cviij.circa controuerſiam vertentem,col.4.verſi.minùs etiam obſtat.Matth. Affli.deci. Neapolit.cxvj.vtrùm diſpoſitio col.1.Albert.Bru.conſil.j.circa primum articulum, col.1.& 2.verſic.ſed maior reſidet.& col.3.ad idem facit,& Ioan.Camp.conſi.ſeq. viſo themate tranſmiſſo, col.2.verſic. quo verò ad aliam,& verſi.tertiò,in hoc patrimonio.& idem Brun. conſil.xviij. in cauſa vertente, col.3.verſi.eſt bene verum.& Ludouicus Gozad.conſil.vj.prima facie videtur,col.pen.verſi. ex iſtis ſequitur, & iterum conſi.ſequent.in hac cauſa poſſeſſoria,col.2.nu.10.& 11.vbi & hoc dicunt nõ ſolũ procedere in filia,ſed & in alia quacunq; fœmina hærede.& conſil.x.cuius eſt initiũ in hac cauſa illuſtriũ,vbi id duobus modis declarat.Paul.Pariſi.conſil.xxij. Illuſtriſsimã dominam, col.10.nu.65. lib.1.& conſi.xlj.optimum ius,col.1.eo.lib.1.& nouiſsimè Nicol.Bello.conſil.x.in cauſa caſtri,col.vlt. & Maria.Soci.conſil.lxxv.quanquam vt audio,col.7.nu.28.lib.1.& conſil.lxxvj.cùm diebus elapſis, col.22.nu.95.eod.lib.1.& conſil.lxxvij.licet in præſenti,poſt princ.eod.lib.1.

22 *Agnatus manet in poſſeſsione feudi, pẽdente quæſtione ſit ne nouũ, an antiquum.*

¶Cui & tu adde Albe.in l.cùm miles,in fi.ff.ex quibus cauſis maior.& tex. in d.c.j.ſi de feud. fuer. controuer.inter dom.& agn.vbi ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agnatos vaſalli, qui deceſsit ſine filiis:domino cõtendente eſſe feudũ nouum,agnato antiquum: agnatus ipſe debet manere in poſſeſsione rei,pendente huiuſmodi cõtrouerſia,& donec dominus oſtenderit id feudũ eſſe antiquum.Quod bene facit contra eos qui vulgò dicunt,hæredẽ vaſalli nunquam eſſe ſaiſitum aduerſus dominũ,nec virtute quidem huius ſtatuti,de quo poſtea dicemus,nu.vlt.huius declarat.

23 *Poſſeſsio rerũ feudalium an tranſeat in hæredem.*

¶Quid,quòd poſſeſsio rerum feudalium à vaſallo defuncto, ipſo iure & continuò tranſit in hæredem,etiam ceſſante hoc noſtro ſtatuto,ſi vera eſt multorum ſententia, quos tibi adduximus ſuprà in præfat.in iiij.declar.num.1.ſed & illud ſcio, & ſequent. atque etiam in noſtro tractatu Primigeniorum in xl.quæſt.num.96.incip.& cum hæc ſemper. Et licet etiam ſint nonnulli, qui id non admittunt,vt & nos diximus ſuprà,etiam in præfatio.declar.iiij.num.4. incip. ideóque vt nec in feudis,& ſeq.tamen illi loquuntur de mero iure communi feudorum,& nonnulli eorum aliud eſſe dicunt,ſi ſit ſtatutum de quo hîc tractamus.Et tamen hæc diſputatio ſatis oſtendit, poſſeſsionem rerum feudalium faciliùs tranſire in hæredes,quàm aliarum rerum.

24 *De eo quod dictum eſt ſuprà, nu.20.& 21.*

¶Scio autem Iaſonem in d.conſil.clij. col.2.verſic. ergo ex prædictis,lib.4. dubitaſſe de illo dicto Spec.in d.tit.de teſta.ſuprà allegato,propter ea quæ ſuprà ex ipſo diximus. Quanquam poſtea ſubiungit illud dictum poſſe procedere,quando filia vult mitti in poſſeſsionem bonorum feudalium, quæ fuerunt patris,ex diſpoſitione iuris communis,& ſic ex diſpoſitione l.vlt.C.de edict.diui.Adri. tollen.Aliud,inquit,ſi prętenderet ius ex diſpoſitione huius ſtatuti,continentis ius ſpeciale derogatorium iuris communis.Et aliter quoque illi dicto reſpondet,vt ibi videre poteris:neque enim admodum huc pertinet.Sed quod ad caſum d.l.vlt.de edict.diui. Adria. tollen. priuatim ſpectat,vide Alber.ibi,col.4.verſi.ſed nunquid mittetur in poſſeſsionem.

25 *Feuda apud nos patrimonialia.*

¶Sed vtcunq; ſit,certè apud nos minimè dubium eſſe debet,quibus feuda ſunt patrimonialia,& hęreditaria,& poſſunt liberè vendi & obligari,teſte Io.Fab.in §.j.poſt prin.Inſtit.de rer.diuiſio.& in §. j.poſt prin.de empt.& vendi.& in §.item Seruiana, col.13.verſi. quid de ipſo feudo, & ibi poſt eum Iaſ.nu.116.Inſt.de actio.& eod.Fab.in §.vlt.Inſti.de aſsign.liber.vbi ex hoc dicit,quòd feuda in hoc regno cõpræhenduntur ſub generali obligatione bonorum,& rurſum in auth.ingreſsi,col.vlt.C.de ſacroſ.eccle.& Iacob.Beluiſ.in c.j.tit.quibus cauſ.& mod.feud.amitta.lib.1.feud.Pet.Iacob.in tit.de prohib.feud.per Frid.quod incip.imperialẽ.§.callidis,col.3.verſi.item fallit,quia hodie de conſuetudine.& iterum d.tit.de mod.quib.col.5.verſic.hodie verò ſic obſeruatur. Ioan.Ray.in d.c.imperialem,§. habito, col.47. in paruis, ver.quæro nunquid per hoc quod dicitur,d.tit.de prohibit. feud. alie.per Frider.Io.Berber. in ſuo viatorio iuris, tit.de feud. Guid. Pa.deciſ. Delphin.lix. ſecundum vſus



vſus.& deciſi.cxxxiij.ſed Depoſito.& deciſ.ccxcvij.conſtitutiones.& conſi. clxxvij.pro diffinitione, col.iiij.verſic.vel aliter,& iterum col.vj.verſic.& ſi dicatur,& rurſum col.antep.verſic. nec obſtat in hoc.& conſi.xviij ſuper caſu,col.iij.verſ.ſed cùm hodie.& conſi.cxiiij.circa materiam,col. pen.verſ. & ſi dicatur,vbi id declarat,& conſil.ſeq.vertitur quæſtio,col.ij.verſic. & ſi dicatur.& conſil.ccxviij. indubitanter.col.pe.verſi.& licèt aliqui,quibus locis dicit id non obtinere in Delphinatu. & Iaſ.qui hoc in vniuerſum dicit obſeruari,citra montes,in l.de quibus, col.xix.verſic.tamen vltra montes,ff. de legibus.Et in regno quoque Neapolitano,vt videre licet in conſuetudine Neapolitana incip. & ſi teſtator,in verbo,diſponat.& Matth.Afflic.in deciſio.Neapolita.cxl.tene mẽti.Nam & illic vtuntur plurimis moribus,& conſuetudinibus Galliæ,vt videre licet ex eorum conſtit.

26 *Feuda patrimonialia, ſortiuntur naturã bonorum hæreditariorum.*

¶Conſtat autem feuda patrimonialia,& quæ nos hæreditaria vocamus,ſortiri naturam aliorũ bonorum hæreditariorum,& eodem iure cenſeri,vt videre eſt ex Bald.in l.j. in xxxiiij.quæſtio. ff. de rer.diui.& in l.cùm virum,col.vlt.C de fideicommiſſ.Alex.poſt alios multos in l.ſi patroni, in prin. col.iij.verſ.ex gl.inducitur,ff.ad SC.Treb.& Phil.Dec.in l.j.col.iij.verſ.ſextò & vltimò.C. vnde vir & vxor.de quo tamen vide gloſam,& Bart.in l.item videndum , §. vlt. ff. de pet. hæred. & ipſum Bart.in l.ſi patroni,in prin.Et vide ad horum confirmationem quæ dicemus inferiùs in ſeq. declarat.nu.v.eodémque vlt.

27 *Hæc conſuetudo non impedit manus iniectionẽ domini, pro debitis cliẽtelaribus.*

¶Illud tamen fateor,quòd ſi per mortem defuncti vaſalli ſint debita quædam iura clientelaria domino,cuiuſmodi ſunt multa ex noſtris conſuetudinibus:aut etiam debita ante mortem ipſius,nondum tamen exſoluta,& tempus exſoluendi aut aliter ſatisfaciendi fuerit tranſactum,poterit dominus ſuam manum iniicere in feudum aut fructus illius,ſi ius iniectionis ex conſuetudine ei permittitur,donec ei ſatisfactum fuerit:non obſtante hac poſſeſsione conſuetudinaria,aut alia quauis etiam corporali & actuali:ſed per hoc non priuatur hæres vaſallus poſſeſsione feudi,ſed etiam retinet, inſtar eius quod de ſequeſtro no.in l.intereſſe puto,& ibi plenè doctor.ff.de acq.poſſ.& per Cy.Bart. & alios in l.j.C.de prohib.ſequeſtra.pecu.Bar.& Bal.in l.licèt.ff.depo.& no.in clemen.j.de ſequeſtr. poſſ.& fructu.nam ea manus domini iniectio,eſt veluti quædam ſequeſtratio.

28 *Hæres uaſalli, an ſit ſaiſitus aduerſus dominum.*

¶Et id fortaſſe anſam præbuit,vt plærique dicerent hæredem vaſalli non eſſe vi huius conſuetudinis ſaiſitum aduerſus dominum donec fuerit per eum inueſtitus,licèt ſit cõtra alium vt per Bened. in repet.d.c.Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le 2.nu.lxx.& iterum nu.lxxvij.& Chaſſen.in conſuetudines Burgund.tit. *des ſucceſsions*, §.j.col.iiij.verſ.primò,vt non habeat locum,& D. Io.Sainxon,in commentariis conſuet.Turonenſi.tit. *comment hommage ſe doibt offrir à ſon ſeigneur*, §.j.col.j.& de hoc eſt expreſſa conſuetudo apud Claromontenſes,art.cxlj.Id enim ſecundum præcedentia intelligi debet,vt ſcilicet hæres ſit ſaiſitus aduerſus omnes,etiam dominum, niſi aliter diſponeret conſuetudo.Id tamen non impedire,quominus ipſe dominus manũ in feudũ iniiciat,ob res ſibi debitas ante,vel poſt mortem defuncti.Cæterùm ſuper hac tota declaratione vide & quæ dicã in ſeq.declaratione.& quæ diximus in noſtro tractatu Conſtituti poſſeſſorij,parte iij.limit. item iij.

SEXTA DECLARATIO.

1 *An hæc conſuetudo habeat locum,in rebus emphy.*

¶Sextò declara,vt id quoque ſtatutum locum non habeat in rebus emphyteuticis,in quibus hęres emphyteutæ non ſaiſitur ex huiuſmodi ſtatuto,vt placere video Raph.Com.conſil.cxxxiij. Galuanus,col.vlt.verſi.nec obſtat quòd poſſeſsio,qui & ea ratione mouetur , quam ſuprà ex eo diximus in præcedenti declaratione,atque etiam in j.declar.iij.partis,in quibus locuti ſumus de vſufructuario,& feudatario,quoniam ſcilicet emphyteuta naturaliter tantùm poſsidet,ex ſententia gl.in l.iij.§. ex contrario,in gl.magna,poſt prin.ibi item de re data in emphyteuſim , & ibi quoque Bart. col. j. verſi.ſecundò contra Dy.& alibi ſæpe in d.§.& ibi etiam Ang.ad fi.Paul.Caſt.col.j. verſi. prima eſt quòd habeat.Alex.col.iiij.verſic.ſed adhuc contra,& cæteri omnes,ff. de acquir. poſſeſſor. & eiuſdem gloſſ.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum, in verbo, dominium , poſt prin. verſicu. ſed qui ſunt,ff. commod.

2 *Emphyteuſis, & feudum , in multis æquiparantur.*

¶Et hanc ſententiam confirmant multa,ex his quæ diximus in præcedenti declarat.præſertim quia feudum de quo ibi locuti ſumus,& emphyteuſis in multis æquiparantur , ita vt ab vno ad alterum paſsim à noſtris argumentum ſumatur,vt videre licet ex infinitis noſtrorum dictorum locis,citatis à Nic.Eueral.in locis legalibus,in loco à feudo ad emphyteuſim , & è contrario. Et quòd etiam ex nonnullorum ſententia non transfertur poſſeſsio rei emphyteuticariæ per conſtitutum. Nam huius opinionis inter cæteros fuit Chaſſ.conſil.vij.viſis themate,col.vij. verſic.ad hoc eſt clara reſponſio, vbi idem dicit de re feudali.Ergo multò minus tranfertur ex huiuſmodi ſtatuto,cùm in conſtituto interueniat aliquid quod vicem traditionis habet,hîc nihil præter nudam ſtatuti diſpoſitionem.

3 *Qui tenẽt hãc conſuetud.*

¶Verùm & rei quoque emphyteuticariæ transferri poſſeſsionem in hæredem,vi huius ſtatuti , expreſsè tenuit D.Bened.in rep.c.Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore, le ij.nu. 71. de teſt. & non obſcurè Corn.conſil.clxvj. circa primum conſultationis articulum , col.vlt.verſi. ſed deſcendo ad id quod à me quæritur, lib. j. dum loquens de ſimili ſtatuto huic noſtro, reſpondit quempiam hæredem non vti beneficio huius ſtatuti , in re quapiam emphyteuticaria ( nam de ea nominatim loquitur ) non iqudem quòd res eſſet huiuſmodi,ſed quoniam alius iam appræhenderat poſſeſsionem , ſecundum ea quæ dicemus infrà in tertia declaratione v.partis,& aliis quibuſdam rationibus illic ab eo deſcriptis.

4 *Emphyteuti-*

¶Et nos idem dicendum cenſemus , quod ſuprà de feudo diximus , præſertim quòd etiam in hoc

*cariæ res, in hoc regno patrimoniales, & hæreditariæ.*

regno,res emphyteuticariæ ſunt patrimoniales, & hæreditariæ, & de his peræquè diſponimus ac de cæteris rebus noſtris,vt etiam ſcribit Ioan.Fa.in §.adeo,col.j.Inſtit.de loca. Et quicquid dixerit Chaſſan.conſi.vij.in his transfertur poſſeſsio per conſtitutum,vt in cæteris rebus,vt videre licet ex Oldr.conſi.cxxxix.ad habendam aliqualem notitiam,in ix.dubio.& Pet.Anchar.conſi.lxiij.motiua iudicis,in tertio dubio.& ipſemet Raph.Co.in leg.quanuis.§ j.ff.de acq.poſſ.& in illo ipſo conſ.173. vbi ſuprà,& aliis multis,quos tibi collegi in tractatu Conſtituti,in iij.par.in iij.item limitatio.

*Retractus habet locũ in rebus emphyteuticis*

5 ¶Et videmus,quòd ius retractatus à conſuetudine,vel ſtatuto introductum, aut vt Itali vocant,ius congrui,habet locum etiam in hiſce rebus,atque etiam in feudalibus,vt vtraſq; nunc coniungamus. Vt de primis voluit Alex.conſi.xxvij.viſo themate,col ij.verſic. quantum autem ad ſecundum, lib. vj cum aliis multis concordant.à me adductis in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gl.iij.in verbo, *tecuns biens*,num.1.& 2.De ſecundis Ioan.Fab.in §.j.poſt princ.Inſtitution.de emptio. & venditione, cum aliis quoque concordant.à me citatis in illa eadem gloſa nuper citata,nu.10.verùm Ioannis.

SEPTIMA DECLARATIO.

*An hæc cõſuetudo habeat locum in rebus incorporalibus*

1 ¶Septimò declara,vt id ſtatutum,ſiue conſuetudo habeat locum etiam in rebus incorporalibus, ita ſcilicet vt eorũ poſſeſsio,ſiue quaſi poſſeſsio tranſeat in hæredem,de qua re loquens Fran.Aret.in l. iij.in prin.col.iiij.verſi & quia hic gl.enumerat.ff.de acq.poſſ.dicit ſe tractauiſſe in l.j.in prin.ff.eo.an in rebus incorporalibus ſit dare poſſeſsionem ciuiliſsimam, ( ea eſt quæ transfertur per huiuſmodi conſuetudinem,vt diximus ſuprà in præfa.declar.vij.nu.3.incip.imò & ciuiliſsima ) quæ transfertur ipſo iure ſine aliquo actu vero,vel ficto.in qua quidem l. j. is loquitur de huiuſmodi poſſeſsione ciuiliſsima,in col.ix.verſi.ſed quæritur circa iſtam,ſed nihil ibi dicit, an ea habeat locum in rebus incorporalibus.Verùm col.xij.verſi.quęrit etiam hic,tractat poſt Bar.ibi,an ſit dare poſſeſsionem ciuilem in rebus incorporalibus:& decidit poſſe,per multa quæ is ibi allegat,quæ tu per te videre poteris.de quo etiam tractat idem Aret.in l.iij.in prin.col.iiij.verſ.ſed dubitatur,eod.tit.in quibus locis diſtinguit inter iura incorporalia,perſonalia,& realia,vt & tu apud eum videre poteris.

*Conſtitutum transfert poſſeſsionẽ in his rebus.*

2 ¶At in noſtro tractatu Conſtituti poſſeſſorij,in ij parte,ampliation.xxxij.latè docuimus in huiuſmodi rebus incorporalibus,tranſire poſſeſsionem per conſtitutum,& precarium,quæ ſunt fictæ,& ciuiles traditiones.ibi vide,atque etiam in xxx.ampliatio.nu.21.incip.intelliges tertiò,& ſeq. vbi etiam videbis horum incorporalium quaſi poſſeſsionem,facilius dari per fictiones, quàm corporalium.& iterum in iij.parte eiuſdem operis,limita.j.nu.9.incip.ex quibus Philip.& ſeq.

*L.ult.C. de edict. D. Adria. tol. an habeat locum in his rebus.*

3 ¶Sed vltra ea quæ ſcripta ſunt in dictis locis,ſcio fuiſſe quæſitum,an l.vlt.C.de edic. diui Adria. tollen.quæ inducit priuatum, ac peculiare remedium pro hæredibus, ad adipiſcendam poſſeſsionem rerum hæreditariarum,habeat locũ in rebus incorporalibus,de quo vide gl.ibi,in verbo, legitimo, paulò ante fi.Pet.à Bella Pert.Cy.in vlt.q.Aſbe.col.antep.verſi. item quærit gloſa nunquid beneficium.Io.Fab.col.vlt.verſi.ſed non datur, Bar.col.ij.verſi.oppono eodem modo,Bal.col.pen.ver.nonò quæritur, per totam eam quæſtionem,Sali.in fi.Raph.Fulg.col antep.verſ.in eadem,ibi,§.fi.niſi corporalia Paul.Caſt.col.pen.verſi.in quæſt.vlt.Alex.col.x.ver.in ea,ibi quia in hac re,& Corn.col. pen.verſi.in ea,ibi incorporalia.Rofred.in ſuma,tit.de edicto Di.Adria.tollen.verſic.vltimò quæritur quid differant.& Ioan.Andr.in addit.Spec.tit.de teſta.§.ſequitur col.pen.verſ.ſed pone ſi deceſſit,in addit.quæ incipit,dubitatur etiam Bal.aut quiſquis is eſt inter conſil. illius, dum loquitur de quaſi poſſeſsione,con.cxlii.j.multa ſunt conſideranda.in prin.lib.iij. Sed quicquid ſit in aliis caſibus, id tamen ſcio obſeruari apud nos, vt etiam incorporalium poſſeſsio, aut quaſi poſſeſsio tranſeat in hæredes ipſo iure,vt corporalium,vi huius noſtræ conſuetudinis.

## QVINTA PARS EORVM QVAE SPEctant ad poſſeſsionem, quæ conſtat ſex declarationibus.

*Prima declaratio quintæ partis.*

*Qui fictam,& impropriam dicu.t.*

1 PRimò declara, vt hæc poſſeſsio quæ transfertur in hæredem, ſiue in eum continuatur ipſo iure ſine alia appræhenſione, ſit ficta & impropria, non vera ac propria, vt conſtat ex multis quæ iam ſuprà diximus: & ita eam expreſsè vocauit Guil.Cu.in l.ab emptione,ff.de pact.& Bal.in auth.defuncto, col. ij.verſic.tertia quæſtio de inueſtitura,C.ad S.C. Tertullia. & in rub. C. de cauſa poſſeſ. & proprieta.colum.ij.verſic.quæro ſtatuto, & iterum verſic. ſed pone quòd iſte, & ibi quoque Barb.in rep.c.ar.xxij.verſi.opportunè ſe offert & idem Bal.in rub.de conſuetud. colum. ij. verſicu.conſuetudo poteſt transferre, & in c. item cùm quis, colu.j. de reſtitut. ſpoliato.dum dicit hanc eſſe fictionem, præſertim ante aditam hæreditatem. & conſil. cccxxx. ſtatuto cauetur quòd conductor,colum.ij.verſic.& ideo videtur.Alexand.conſil.xxxvij.in cauſa mota per Angelum,col. ij.verſic.ſed alia inſuper,lib.j.& conſil.lxxxij.perſpectis his quæ in themate,col.ij.verſic.nec ad hoc obſtat, lib. ij. quod iterum repetitur conſil. xl. lib. iij. atque iterum conſil.lj.lib.vj.& Barba.conſil. lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta,col.antep.verſic.item quòd continuetur,& iterum col.ſeq.verſi. & ex iſtis ſublatum eſt,& ver.etſi quiſpiam,li.ij.Baptiſta Caſtel.in ſua diſpu.incip. magnificus & excellẽs, colum.ij.verſic.primò quia pars,col.v.Guid.Pap.in ſtatuto Delphi.incip.ſi quis per literas,in verbo, poſſeſsio,



poſſeſsio col.pen.verſi.item quòd illa ficta.Iacob.à S.Georg.in l.ſi ſorori, num.iiij. C.de iure delib. Matth.Afflict.in c.j.col.ij.verſi.an autem talis ficta,tit.de controuerſ.inter maſcul. & fœminam, de beneſ.lib.ij.feud.Phili.Dec. conſil.lxxxiiij.excellentiſsimi doctores,col.j.& conſil.ccccl xvij.bene & conſultè, etiam col.j.Andr.Alciat.in tractatu præſumptio.in j.parte,præſumptio.iij.col. pen. verſic. & facit quod not.

*Alij quoque.*

2 ¶Sed & huius quoque ſententiæ,non obſcurè videtur fuiſſe Maſuer.tit.de poſſeſſorio,§.item aduertendum quòd dominus,dum ibi in hæc verba ſcribit, Aduertendum (inquit) quòd dominus directus non cadit à poſſeſsione, quam habet percipiendi certos annuos cenſus, ſeu redditus, propter ſolam ceſſationem,niſi præceſſerit contradictio:& iſta propriè non eſt vera ſed quaſi poſſeſsio quę etiam dicitur ſaiſina, quæ habet plurimum iuris. Et ideo per conſuetudinem hæres dicitur poſſeſſor,& poſſeſſor per appræhenſionem de facto. Vides enim Maſuer. facere differẽtiam inter veram poſſeſsionem & quaſi poſſeſsionem,quam ſaiſinam vocat, quæ plurimum habet iuris: & hanc tribuit hæredi ſaiſito ex huiuſmodi ſtatuto, vel conſuetudine. Simplicem autem id eſt veram poſſeſsionem non tribuit,niſi & ipſe eam de facto appræhendat.

*Quid inde ſequitur.*

3 ¶Et ex hoc illud conſequens facit Baptiſta Caſtel.vbi ſuprà,in priore loco, quòd ſi quis veluti hæres agat poſſeſſorio,ratione iſtius poſſeſsionis fictæ illi ab hoc ſtatuto tributæ, poterit contra eum opponi exceptio dominij,ſiue proprietatis,ſicuti & aliàs in fictis poſſeſsionibus,l.inuaſor, & ibi doctor.C.vnde vi,& l.vlt.C.eo.tit.& per Bar.in l.ſi de vi.ff.de iudi.Hactenus Caſtel. Et id quidẽ ſi verum ſit,eſt admodum & ſing.notandum,vtpote quod ſæpe vſu euenire poſsit in practica.Sed tu hîc tamen vide quæ dicam infrà in v.declara.vj.partis,prin.vbi id priuatim tracto.

*Qui tenẽt hãc poſſeſsionẽ eſſe ueram.*

4 ¶Nec tamen id omnino indubitatum eſt,vt hæc poſſeſsio ſit ficta:quando Socin. doctor vtique admirandus,in repe.l.rem quæ nobis,col.viij.in v.q.prin.verſ.quarto & vltimo conclude.ff.de acquir. poſſeſ.contrarium teneat, ſcilicet hanc poſſeſsionem ita quæſitam vi huius conſuetudinis, eſſe veram:licèt fictè per eam conſuetudinẽ transferatur,vt in ſimili,de conſtituto,not.Bart. vti eum Soci. allegat,in l.quod meo,in prin.ff.de acq.poſſeſ.vbi tamen id non dicit,ſed in aliis multis locis, vti & alij plurimi,quos tibi congeſsi in noſtro tractatu de iure Conſtituti,in ij.parte ampliatio.j.

*Vera poſſeſsio quæritur ſine actu corporeo.*

5 ¶Nec ſolus Soci.in ea opinione fuit:nam & ante eum idem voluit Barb.in c.ij.col.antepen. verſ.ſed dubito vtrùm,de conſuetudine.& præterea Benedict.in repe. c. Raynucius, in verbo, mortuo itaque teſtatore,le ij.num.72.de teſt.Carol.Rui.conſi.xviij.primò & principaliter,col.vlt.lib.j. Philip. Dec.conſi ccccl xvij.bene & conſultè.col.iij.verſi.& circa prædicta verba.& nouiſsimè Franc. Ripa. Reſponſor.c.j.incip.defuncto nouiſsimè Carolo,num.87.& ſeq. Et idem ante hos omnes expreſsè tenuit Anton.conſi.xx. nulla mulier, paulo ante fi. vbi & illam quoque rationem adfert.& videtur quoque tenuiſſe Bald.ſibi in hoc contrarius in c.contingit,col.j. per eum text. ibi, verus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor, extrà de dol. & contuma. dum dicit, quòd vera poſſeſsio quæritur ſine actu corporeo,& id dicit mirabile.

*Vera poſſeſsio ex lege,ipſo iure transfertur.*

6 ¶Et certè ibi eſt optimus tex.quòd vera poſſeſsio à lege,ipſo iure transfertur,vt ex eodem quoque expendit Card.Flor.ibi,poſt medium,verſ.ex hoc videretur.Barb. conſil. lj. ſcripſit ſapientiæ fons, col.xxiij.verſi.& ſi quiſpiam opponat,lib.j.Sed & in id item eſt alius text.non minùs clarus, & apertus in l.raptores.C.de epiſc.& cler. quæ iterum collocatur ſub ti. de raptori.virgi. qui quidem hanc poſſeſsionem quæ ſcilicet quæritur mero iure,& nullo actu corporeo, aut alio adminiculo interueniente,appellat pleniſsimam,vt & in j.loco annotat Bar.Ex quo illud confeſtim ſequitur,veram eſſe & omnino perfectam, cùm plenum id dicatur, & multò magis pleniſsimum, cui nihil omnino deeſt ad perfectionem,vt per illum text.expendit ipſe Bal.in c.licèt de vitanda, in princ.extrà, de electio.& Rapha.Com.conſi.clxxxvij.dominus Conſignorus,verſi.pro parte affirmatiua, cum aliis multis concordant.à me congeſtis in repet.l.ſi vnquam,in fi.nu.10.quid autem.Ex quo intelligis,an omnino accedendum ſit Alex.qui conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col.iiij.verſi. fortificantur prædicta,lib ij.dicit hanc poſſeſsionem non eſſe plenam.

*Continuatio præſupponit eaſdem qualitates.*

7 ¶Et huius quoque poſterioris ſententiæ eſt optima ratio,præter eam quam ſuprà ex Anto.& Soci. diximus,quámque adducit Phil.Dec.d.conſ.ccccl xvij.vbi ſuprà. Nam cùm ſtatutum, ſiue conſuetudo talis ſit mortuus ſaiſit viuum,quod perinde eſt ac ſi diceret,quòd poſſeſsio defuncti tranſit, & continuatur in hæredem, cuiuſmodi verbis in eam rem vtuntur ſtatuta Italiæ, de quibus diximus ſuprà in præfatione quæ eſt 1.pars declara.2.nu.3.inci.eſtq; huic ſimile.& ſequen.Certè ex hoc apertiſsimè intelligitur,eandem eſſe defuncti,& hæredis poſt mortem illius,poſſeſsionem:alioquin non tranſiret,ſiue continuaretur ea poſſeſsio de vno ad alterum: & illa continuatio ſiue tranſitio præſupponit eaſdem qualitates in re continuata,vt præter Decium ſatis probatur in l.item quæritur, §. qui impleto,ff.de loca.& in l.in rebus,§.vlt.ff.de precar.cum ſimilibus.

*Quorũdam in hac re diſtinctiones.*

8 ¶Qua in re Clau.Siſel.Aquen.in l.j.in prin.col.v.verſic.bene fatendum eſt, ff. de acquir.poſſ. in ea eſt ſententia,vt reſpectu poſſeſsionis naturalis, hæc poſſeſsio ita tranſlata per conſuetudinem, ſine aliquo actu naturali,ſiue corporeo,non ſit vera:ſed reſpectu ciuilis vera ſit,cùm ſit introducta de iure ciuili,ſiue ſtatutario,quod eſt ſpecies iuris ciuilis:ſitq; in poteſtate legis, vel ſtatuti, etiamſi vtatur verbis impropriis,vt operetur verum effectum, ex ſententia Bart. in l. ſi maritus, §.legis Iuliæ,ff.de adulter.cum aliis concord.à me traditis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.92.incip. at verba inquies,& ſeq.& à me ſuprà,parte ij.declar.vj.nu.7.& ſeq.

9 *Alia diſtinctio.*

¶Aliter autẽ in hoc diſtinguit Barb. in d.c.ij.col.viij.nu.xlv.de conſuetud. Nam aut alius eſt in poſſeſſione,aut nemo:vt primo caſu poſſeſſio quæſita hæredi ſit ficta : ſecundo autem vera : & allegat ad hoc doctrinam(vt ipſe dicit)traditam à ſcribentibus,in d.c.cùm veniſſent,de reſtitut.ſpolia.quòd per ſolutionem penſionis factam authoritate concedentis, ſi præcedat titulus habilis ad translationem dominij,transfertur poſſeſſio,quando alius non eſt in poſſeſſione,aliàs ſecus,de quo & nos diximus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij,parte iij.limitatio.1.nu.21.incip. nam & videmus & ſeq. Verùm an alterius poſſeſsio impediat transferri poſſeſsionem in hæredem, dicemus latè infrà hac eadem parte,declaratio.tertia.& diximus etiam ſuprà in quarta parte,declarat.prima.

SECVNDA DECLARATIO.

1 *An hæc poſſeſſio poſſit tráſferri per conſtitutum.*

¶Secundò declara ( & hoc dependet ex præcedenti declaratione) vt is hæres qui vi huius conſuetudinis,poſſeſsionem ipſius defuncti acquirit & retinet,non poſsit eam per conſtitutum, vel precarium,aut aliam fictam traditionem in alium transferre:nam aliàs concurrerent ficta poſſeſsio, & ficta traditio.quod fieri non poteſt,vt expreſsè tenuit Guil.Cu.in d.l.ab emptione , de pact. & in l.licèt,C.de acq.poſſeſ.nam nec aliàs poſſunt concurrere duæ fictiones,vt diximus ſuprà ſæpius.

2 *Qui tenent non poſſe.*

¶Et ita quoque expreſsè,& in caſu noſtræ conſuetudinis voluit Bal.in d.rub.de cauſa poſſeſ.& propriet.col.ij.verſi.ſed pone quòd iſte hæres.& Barba.conſil.viij.ſapienter,col.xvij.ſub.nu.37.lib.ij. & Catellia.Cot.dum illos allegat,memor.incipi.decreto Mediolanenſi, col. vlt. verſic. item nunquid poſsit hæres.& Chaſſan.in comment.conſuet.Burgund,tit.*des ſucceſsions*,§.j.gloſ.in verbo, *ſaiſit*, & diximus etiam in noſtro tractatu Conſtituti,parte iij.limitat.iiij.Sed hoc omnino dependet ex eo, quod diximus in præcedenti declaratio. an ſcilicet hæc poſſeſsio ſit ficta, an vera. nam ſi ficta ſit, certè id procedit:ſi vera,minimè.

3 *Verè autem transferri poteſt.*

¶Et ex iis potes intelligere , non dubium eſſe apud illos quos citauimus : quin hæc poſſeſsio poſsit verè in alium transferri , quod & ipſum expreſsè voluit Alouiſius Luſius , inter conſil.Bald.conſil. cccccxxxvj.quidam creditor,col.j.& iterum,ij.& etiam diximus in noſtro tractatu Retractuum, tit. j.gl.iij.nu.31.incip.xxxv.

TERTIA DECLARATIO.

1 *An hæc conſuetudo procedat,ſi poſſeſsio ſit per alium occupata.*

¶Tertiò declara,vt id ſtatutum procedat,niſi poſſeſsio eſſet per alium occupata , antequam hæres adiret:nam tunc non poteſt illa poſſeſsio ad alium fictè tranſire , per huiuſmodi ſtatutum : nec aliter quoque , niſi primùm interueniente conſenſu , aut facto illius, penes quem ea poſſeſsio eſt,per text.in l.quanuis,ff.de acquir.poſſeſ.licèt ſecus ſit , quando actus verus traditæ poſſeſsionis interuenit,l.iij.§.quòd ſi ſeruus,ff.eo.tit.

2 *Aſpectu non tráſfertur poſſeſsio rei ab alio occupatæ.*

¶Et ideo dicit Panor.in c.ij.col.pen.verſi.item intelligo,extrà, de conſuetud. quòd oculo, ſiue aſpectu,& verbo,tum demum transfertur poſſeſsio, quando alius non eſt in poſſeſsione , quia per illam traditionem fictam non poteſt priuari tertius ſua poſſeſsione,quod dicit no.voluiſſe Compoſtel.& facit,inquit,tex.in l.quod meo,§.ſi venditionem,ff.de acq.poſſ.Sed & facit,vt id addas,quòd à pluribus traditum eſt,conſtitutum nihil prodeſſe in re quæ ab alio poſsidetur, vt videbis apud Bart. in ea ipſa l.quod meo,in prin.col.vlt & ibi Albe.Alex.& Claud. Aquen. cum aliis propè infinitis concordan.à me collectis in tracta.Conſtitut.in iij.parte,in j.limit.nu.2.incip.& hoc alij.

3 *Lex non fingit in præiudiciũ alterius,cui ius eſt quæſitum.*

¶Nam & aliàs nunquam fingit lex in præiudicium alterius,cui ius iam eſt quæſitum, l. ſtipulatio de dote,ff.de iure dot.& l.ſi inſulam.§.vlt.ff.ſolu.matr.& voluit gl.in c.quia circa,de priuileg.Docto. in l.hac edictali,§.his omnibus,C.de ſecun.nup.Bal.in c.contingit,col.j.verſic. ibi verius mirabile eſt. de dol.& contumac.Card.Floren.conſil. cv. conſilium redditum,col.iiij.verſic. item retrotrahitur. Pet.Anc.conſi.cvj.dubitatur,circa medium.Bar.& alij poſt eum in l.ſi is qui emptore.ff. de vſuc. Idque propemodũ eſt quod dicimus, fictionẽ ipſam non retrotrahi in præiudiciũ alterius , cui ſcilicet medio tempore ius eſt quæſitum , vt & nos diximus in tracta. Retrac. titu.j.§.j.in gloſſ.x.in verbo, *dedans l'an*,nu.68.incip.eſt autem generale,& in noſtro tractatu Primigeniorum, in xxxiiij.q. nu.18. incip.12.fictio omnino.

4 *Poſſeſsio continuatur in hæredem quo ad vſucapionem.*

¶Et videmus in ſimili,quòd licet aliàs poſſeſsio defuncti,de iure communi cõtinuetur in hæredem, etiam ſi eam non appræhenderit poſt mortem illius,quoad vſucapionem complendam,l. nũquam, §.vacuam, & l. ceptam, ff. de vſuca.tamen hoc non procedit, ſi poſſeſsio fuerit per alium medium tempore occupata,l.qui cùm pro hærede,§.vlt.ff.de vſucap.pro emp.& voluit gl.in l.cùm miles, in verbo,quaſi coniunctim,in fi.ff.ex quib.cauſ.maio.& Cy.poſt Dy.in l.j.col.ij.in iij.oppoſ.C. de vſuc. transfor. Nam non poteſt fieri acceſsio poſſeſsionis, quæ & ipſa medio tempore fuit per alium occupata,l.Pomponius,§.quæſitum,ff.de acq.poſſ.& ibi concord.in gloſſ.Medium enim impertinens, impedit extrema coniungi,c.per tuas,de cond.appoſ.cum aliis multis concord.adductis à Io. Andr. in c.ſine culpa,col.iij.verſi.de ſecundo ſcilicet,de reg.iur.lib.vj.in Mercur.

5 *Medius actus impertinẽs, impedit ratihabitionem retrotrahi.*

¶Vti etiam in ſimili,actus medius,& ipſe impertinens impedit fictionem:quod hinc patet,quòd impedit ratihabitionem retrotrahi,gl.in l.ſi indebitum,§.j.& ibi Bar.qui eam admodum no.ff.rem rat. hab.idem Bar.in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem,ff.de adul.& Bal.in l.vlt.C.ad S.C.Macedon. Atque legitimationem, cùm bona fuerunt interim alij quæſita, vt per Bart. & alios in l. Gallus,§.& quid ſi tantùm,ff.de liber.& poſth.& ibi concord.per recentior. Quibus adde quæ & nos in eam rem ſcripſimus,in repe.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.64.incip.ſed in dubium, & in noſtro tractatu de iure Primigeniorum,in xxxiiij.q.nu.7.incip.legitimatio non trahitur.

¶Vti



6 ¶Vti & cætera quæuis alia,ſiue ſit collatio,ſiue reſtitutio,ſiue confirmatio,vt & nos diximus,& probauimus in d.noſtro tractatu Primigeniorum,in eadem quæſtione xxxiiij.nu. viij.incipien.& id quidem,& latius in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gl.x. in verbo, *dedans l'an*,nu.lxviij.incipien. eſt autem generale. Nam & vti diximus generale eſt , vt ſemper actus medius impediat coniunctionem extremorum, l.Paulus,aliàs,bonorum,ff.rem rat.hab.&c.quamuis,de reſcrip.lib.vj.

*Et coniunctionem extremorum.*

7 ¶Et ita nuncupatim in ſpecie noſtræ conſuetudinis , vt ſcilicet ſi poſſeſsio fuerit ab alio occupata, nihil operetur fictio ipſius noſtræ conſuetudinis, vt poſſeſsio cenſeatur continuata in hæredem,tenuit Signor.conſil.clxxxviij.caſus continens,col.j.Bal.in dicta rub.de cauſa poſſeſsio.& propriet.colum.vlt.verſi.ſed nunquid alius,vbi dicit quòd tunc corporaliter poſsidens eſt citandus, & expreſſiſsimè omnium Raph.Co.in d.l.Pomponius,§.quæſitum,& ibi Iaſon col.j.& Claudius Aquen.ff.de acquir.poſſeſsio. vbi dicunt,quòd actualis,ſiue realis alterius appræhenſio impedit huiuſmodi continuationem fictam,à ſtatuto inductam.& idem Raph.Co.in l.cùm hæredes,in prin. & ibi quoque Alex.qui id dicit no.ſi verum eſt,& ſic dubitat,col.j.verſi.vnum verbum non omitto , & Claudius Aquen.ff.de acq.poſſeſsio.Barb.qui id dicit ſingul.in repe.rub.C.qui admitti.char.xj.col.iij. verſic. vndecimò adduco.& in c.ij.col.viij.nu.45.& alibi ſæpe in eod.cap.de conſuetudin. & conſil. lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta,col.xj.verſic.capio aliam dubitationem,& col.xij.verſic. modò aggrediendo,& iterum,col.xiij.verſi.& ſi dicatur,lib.ij.& Alex. conſil. lxxxij. perſpectis his quæ in themate, col.ij.verſic. nec ad hoc obſtat, lib.i.quod repetitum eſt conſil.xl.lib.iij. & iterum conſil.lj.lib.vj. & idem Alexand.conſil.lxxxiij.viſa facti narratione , col.j. verſic.quia reſpondeo , eodem illo lib. iij. & conſil.cliij.circa litem vertentem,col.ij.verſic.item in propoſito noſtro,eod.lib. vj. Calca. conſil. lxxvj.imprimis eſt videndum , col.iij verſic.nec obſtat quod dicitur , vbi multos ſuperiorum allegat.Socin.conſil.xlix.in cauſa epiſcopi,col.vlt.lib.iij.vbi ad hoc allegat d.gloſſ.quam dicit not. in dicta l.cùm miles,ff.ex quibus cauſ.maior.quæ loquitur in alio caſu, vt diximus, ſed huic tamen proximo.Iaſon qui hoc reputat valde ſingul.in l.ſi ſorori,col.j.verſi.limita tamen valde ſingul.C.de iure deliber.vbi dicit ſe id habere de facto,& eſſe notandum,& vtile ad excluſionem dicti ſtatuti , & de hoc eſſe gloſſ.ordinariam in d.l.cùm miles,quam miratur non fuiſſe ab aliis allegatam,quia fortè non viderat Soci.vbi ſuprà.idem Iaſon conſi.cxlvij præſens conſultatio,col.vj.verſic.nec obſtat ſi diceretur,& iterum col.vij.verſi.ſed præmiſsis non obſtantibus.lib.ij. & conſil. cxlviij. viſo proceſſu cauſæ,col. pen.verſ.& primo quòd iſtud,lib.iiij.Carol.Rui.conſ.xxv.circa primum,col.iij.nu.v.lib. iiij.Phil.Dec.in l.vlt.col.ij.verſi.& iterum ſi forenſis,& iterum col.x.verſic.ſecunda concluſio, & ibi quoque Franc.Curt.iunior,col.pen.verſic.ſecundò quæritur,C.de edict.diui Adr.tollen.& ipſe Dec. conſi.cccclxvij.bene & conſultè,col.ij.verſi.ſimiliter in directo.Matth.Afflic.in c.j.§.ſecundum, col. vj.nu.40.tit.de feud.cognatio.Io.Baptiſta Caſtel.in d.ſua diſput.inci.magnificus & excellens,col.iij. verſic.primò quod non potuerunt.Ant.Corſe.in trac.de poteſta. regia,quæſt.xxv.col,j.Fran. Curt. iunior,conſi.cviij.ſacratiſsimæ Trinitatis,&c.circa controuerſiam,col.v.verſ.nõ obſtant etiam præmiſſæ concluſioni,& conſi.cx.pro habenda clara reſolutione.col.viij.verſic. retento igitur præmiſſo.& conſi.clxviij.ſacratiſsimæ,&c.habita diligenti conſideratione,col.vlt.verſ.ſecundò reſpondeo. Catellia.Cot.qui hoc quoque dicit ſingul.in memori.incip.decreto Mediolanenſi,col.j.ver.ſed inter aliam.Zazius conſi.x.cùm quondam,col.v.verſi.ſed ponamus,D.Sainxon in comment. conſuetud. Turonenſium.tit.*des ſucceſsions*,§.ij.in gl.j.paulò ante ſi.Paul.Pariſ. conſil j. viſa facti narratione,col. xxv.nu.58.lib.j.& conſi.liiij.in iſto iudicio poſſeſſorio,col.vj.ver.prout etiam dicimus lib.iij. Anto. Rub.conſi.cxxj.dominus Ioannes,col.ij verſi.ſecundò id quod dicitur.& aliis ſequent.

*Qui tenẽt hãc poſſeſsionẽ ab alio occupatã, non continuari in hæredẽ.*

8 ¶Quinetiam ex facto reſpondit Philip.Corn.conſil. clxvj.circa primum conſultationis articulum, col.pe.ver.his tamen non obſtantibus,lib.j.quòd decretũ,ſiue ſtatutum Camerini,quo cauetur proximiorem defuncti ab inteſtato,poſſe propria autoritate res per eum poſſeſſas occupare,intelligendum eſſe de poſſeſsione vacante,non etiã poſtquam alius appræhenderit poſſeſsionem:neq; enim veriſimile eſſe,decretum permiſiſſe quenquã priuari de facto poſſeſsione, etiã de facto appræhenſa.Nam nec prædo debet ſpoliari ſua poſſeſsione,etiã à ſpoliato, ſed eſt tuendus in ſua poſſeſsione, l.colonus,& l.cùm fundum,ff.de vi & vi arma.&c.in literis,de reſtit. ſpol. Et eũ nuncupatim refert, & ſequitur Phil.Dec.in dicta l.vlt.col.ij.ver.& etiam ſi decretum,C.de edic.diui Adria.tol.Et idem ante eos conſuluit Bal.cuius illi non meminerunt,conſi.ccccliij.quia domina Catherina,lib.iiij.

*De eadem re.*

9 ¶Verùm contrarium eius quod ſuprà diximus, vt ſcilicet occupatio alterius, non impediat hanc poſſeſsionem ex huiuſmodi ſtatuto,vel conſuetudine,non obſcurè tenuiſſe videtur Bal.ſibi contrarius,in rub.de cauſ.poſſeſ.& proprietat.col.iij.verſi.quæro ſtatuto communis,dũ dicit quòd ſi ſtante hac conſuetudine,vel ſtatuto,quòd poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem , ſi alius poſſeſsionẽ corporalem acceperit,non poterit ab ea deiici,quanuis hæres poſsideat fictè,per l.j.§.neceſſariò, ff. ſi mulier vent.nomine.Vides igitur Bal.ſentire,nihil impedire occupationem alterius , hanc noſtri ſtatuti fictam poſſeſsionem,ſed id tantùm facere,vt citandus ſit qui occupauit.Qua in re illũ nuncupatim ſequitur Alex.conſi.lxxxij.perſpectis his quæ in themate,col.ij.verſ.nec ad hoc obſtat, lib. ij. quod con.iterum repetitur,conſ.xl.lib.iij.& conſi.lj.li.vj.Et idem Bal.conſil. ccccliiij. quidam Ioannes deceſsit,per totum,præſertim in fi.lib.iij.cùm dicit,quòd cùm ſtatutum faciat hæredem immediatè à morte defuncti poſſeſſorem impoſsibile eſt quòd alius in poſſeſsione concurrat,quia factum legis eſt potentius facto hominis,& magis operatur,vt no.Inno.in c.præterea requiſiti,extrà de ap-

*Qui tenent contrarium.*

pellationib.& eſt impoſsibile quòd duo poſsideant inſolidum,l.ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff.commo.Hæc ille,quem ſæpius in hoc opere citauimus.

10 *Alij.* ¶Et idem quoque etiam non obſcurè voluit Ioan.Fab.in §.ſui autem.col.ij.ver.& poteſt dici,Inſtit. de hæred.qual.& differ.& Petr.Anch.conſi.cxlvj.in prædicta quæſtion.in princ.quod tamen poſtea declarat.& Imo.ſi non negligenter legatur,con.16.viſo caſu tranſmiſſo,vbi & ex hoc dicit,hũc hæredem propria autoritate occupantẽ,non cadere in pœnam,l. ſi quis in tãtam, C.vnde vi.& Raph. Fulg.illa eadem poſtrema ratione,con.ccxxx.in quæſtione vertente inter ſpectabilem, poſt mediũ, ibi,præterea cùm per ſtatutum.& apertiſsimè Maſuer.tit.de poſſeſſ.§.item dato quòd ille.

11 *Alij.* ¶Et præter hos,Iaſon ſibi contrarius,col.lxxxv.quando habemus,col.vlt. lib.iij. vbi addit hanc rationem non efficacem,quia ſi aliter diceremus,redderetur huiuſmodi ſtatutum illuſorium, contra l.ſi prætor,in prin.ff.de re iudi.& c.commiſſa,§.porrò, de electio.li.vj.ibi ne ſtatutum fiat ludibrio, debitóque fruſtretur effectu.Cui adde quòd ſtatutum etiam odioſum, & pœnale,ita intelligi debet, ne ſit illuſorium,vt probatur ex gl.in c.quanquam,§.vlt. in verbo aliter factas, & ibi Archidiac.Io. And.& Domi.de vſur.lib.vj.& plenè diximus in noſtris legibus Connubialibus,in glo.iiij.in verbo, *contracter*,in x.quæſtio.verſi.alioquin.

12 *Alij.* ¶Idem præterea voluit ipſe Iaſon conſi.cxlvj.præſuppoſito ſine veri præiudicio,col.j.& ſeq. lib. iiij. vbi ita dicit fuiſſe iudicatum à ſenatu regio Mediolanenſi, aduerſus quoſdam fideicommiſſarios, qui propria autoritate occupauerant poſſeſsionem rerum hæreditariarũ.& Phil.Dec.conſi.lxxxiiij. excellentiſsimi doctores,col.ij,verſic.& vlterius circa hoc.& conſi.cccclxvij. bene & conſultè, col. vlt.verſi.non obſtat quod continuatio,vſque ad fin.conſi.& D.Bened.in repet.c.Raynucius, in verbo,mortuo itaque teſtatore,le ij.nu.27.& iterum nu.77.& Chaſſan.in commentar. conſuetu. Burgund.tit.*des ſucceſsions*,§.j.gl.item j.col.pen.verſic.quintò limita,in additio. illius limitationis. & Nicol.Bello.conſil.xxxv.conſultus de modo.nu.8.& lib.Supputationum iiij.c.xv.in fi.

13 *Alij.* ¶Et ſatis voluiſſe videntur ij qui dicunt, hæredi in caſu huius ſtatuti competere interdictum retinendæ poſſeſsionis, aduerſus eum qui hæreditatem occupauit, quos videbis infrà in prima declaratio.ſextæ partis.Et bene facit quod in re non admodũ diſsimili ſcribit Signor.cõſ.cclxij.in themate præſuppoſito,col.ij.verſ.item ex quo,& verſ.præterea cùm lex municipalis,vt ibi videre poteris.

14 *Poſterior opi. ſeruatur. Eius declaratio.* ¶Et ita certè in noſtra Gallia vtimur,ſed id velim intelligas, vt hæres intra annum eius occupationis,poſſeſsionem interdicto,aut alio legitimo modo ſibi reuocet. Nam ſi id tempus anni labi ſinat tacitus,hanc poſſeſsionem amittit,nec amplius admittetur ad remedium poſſeſſorium, ſed neceſſe ei eſt ad petitorium veluti ad extremum auxilium confugere,vt videre licet ex Maſuer.in d.tit. de poſſ.§.item dato quòd ille,& ita vtimur.Et de hac re eſt expreſſa conſuetudo apud Cænomanos, c. cclxxxix.& Andegauos,c.cclxxij.Pictauos,c.ccxiij.

15 *Limitatio prioris opi.* ¶Quòd ſi ſequaris priorem illam opinionem , quæ dicit noſtrum ſtatutum non habere locum, ſi poſſeſsio fuerit ab alio occupata,eam intelliges procedere,quando ille alius licitè, & legitimè adeptus eam poſſeſsionem fuerit,non etiam ſi illicitè.Ita enim expreſsè voluit Catel. Cot. memor. incip.decreto Mediolanenſi,col.ij.ſed intelligi debet,vbi ad hoc allegat Iaſo.d.conſi.cxlvj.conſi.j.lib. iiij.& Phil.Dec.d.conſi.cccclxvij.col.quoque ij.Cui adde ipſum Iaſ.conſi.lxxxv. quando habemus, col.ij.verſi.limitatio ergo,lib.iij.

16 *Alia.* ¶Intellige ſecundò, vt licèt alius occupauerit ea tamen occupatio non tollit poſſeſsionem hæredi à ſtatuto delatam, ſed id tantùm facit, ne ipſe hæres propria autoritate illum occupatorem deiiciat, ſed illum in ius ad hoc vocare debet.ita enim loquitur Bal.in d.rub.de cauſ.poſſ.& propriet.col.vlt. verſi.quæro ſtatuto communis Mediolani.& Alex.d.conſi.lxxxij.perſpectis his,col.ij. verſic. nec ad hoc obſtat,& multi ex iis quos ſuprà citauimus,verſic.vij.incip. & ita nuncupatim. & ſatis voluiſſe videtur Pau.Caſt.l.ſi ſorori,C.de iure delib.dum dicit, quòd licèt autoritas huius ſtatuti faciat hæredem poſſeſſorem iuris,non tamen facti.

17 *Alia.* ¶Intellige tertiò ſecundum Claud. Siſel.Aquen.in d.l.Pomponius refert, §. quæſitum eſt ſi primus hæres.ff.de acq.poſſeſsio. vt ſcilicet prior illa opinio procedat, quando poſſeſsio fuit appræhenſa per alium ante aditam hæreditatem,in quo etiam caſu conſuluit,vt ipſe dixit Alex.d.conſil.lxxxiij. lib.ij.ſecus(ait ipſe Claudius)ſi poſt aditam hæreditatem.& idem voluit ipſe Claud. in l. cùm hæredes,in prin.eod.tit.dum ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in d.§.quæſitum. & illum ſequitur Ant. Rube. d.conſi.cxxj.col.ij.verſi.ſed quod facit difficultatem,& iterum,col.vlt.ad fin. & ante omnes Signor. d.conſi.clxxxviij.caſus continens,col.j.& ij.Sed aduerte quòd Alex.in d. conſil. loquitur de poſſeſsione appræhenſa ante mortem defuncti.vt diximus in 4.par.decla.1.num.3.inci. & ita in caſu,quod certè in eo caſu minimè dubium eſt.Atſi poſt mortem,nihil refert antè ne,an poſt aditam hęreditatem fuerit occupata,neutro etiam modo poterit obeſſe hæredi.

18 ¶Intellige quartò, vt ea prior opinio procedat,niſi ſtatutum continuans poſſeſsionem in hæredem, procedat vlteriùs,diſponendo poſſeſsionem ab alio interim occupatam, nullius eſſe momenti,cuiuſmodi eſt ſtatutum Mediolanenſe.Nam tunc poſſeſsio ab alio occupata, non impedit huiuſmodi continuationem,vt non obſcurè videtur voluiſſe Alex.conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col.ij. ver. nec dicatur pro parte,li.ij.dum diſtinguit inter eum qui poſſeſsionem occupauerat ante mortem defuncti,& eum qui poſt mortem.& apertiùs Iaſ.conſi.lxxxv.quando habemus,col.ij.verſi. vnũ refragari videtur & ſeq.lib.3.& dicto conſi.cxlvj.col.j.lib. 4. & Paul. Pariſ. conſil.xlj. optimum ius,col.ij. verſi.



verſi.ceſſant enim iſta,iunctis præcedentibus,lib.j.Et idem propè eſt quod diximus ſuprà, verſic. xv.quod ſi ſequaris.

QVARTA DECLARATIO.

1 ¶Quartò declara,vt per huiuſmodi ſtatutum tranſeat poſſeſsio defuncti in hæredem, ſi modò tamen interuenerit quiſpiam qualiſqualis actus,vel appræhenſio,cuiuſmodi fuit in caſu c. 2. de conſuet. Ita enim expreſsè voluit Barb.conſ.lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta,col.xij.verſi.& plus dicit,& col.ſeq.verſi.item ſtatutum illud reſtringitur,itémque col.ſeq.verſ.itẽ illud dictum, li.12. ad hoc allegans inter cętera,quod non obſcurè voluit Pet.Anc.in d.c.2.ſtatim poſt princ.quòd niſi in caſu illius c.interueniſſet actus ille corporalis,de quo is tex.loquitur, ſcilicet modicum terræ poſitum in altari,aut alius ſimilis, non potuiſſet transferri poſſeſsio,etiam ex lege,ſtatuto, vel conſuetudine. *An ad huiuſmodi conſuetudinem,requiratur qualiſqualis actus.*

2 ¶Et hoc quoque nuncupatim voluit Baptiſta Caſtel.in d.ſua diſputat.incip.magnificus & excellẽs, col.2.verſ.tertiò etiam notabiliter,atque iterum col.4.verſ.item ſtatutum illud,vbi tamen nullam Petri Ancharani, & Barbat.mentionem facit,ſed alios allegat,qui tamen id non dicunt, vt apud eos videre poteris.

3 ¶Sed & ante illos idem videtur voluiſſe Bald.in l.j.in princ.C.com.de legat.dum dicit legem, aut ſtatutum non poſſe transferre poſſeſsionem nudo animo,niſi interueniat aliquis actus repræſentatiuus ipſius poſſeſsionis,iuxta dictum c.2,de conſuet.& per alia quæ ibi allegat,vti etiam ex eo diximus ſuprà in præfat.quæ eſt prima pars, declarat.6. nu.j.incip.ſed vt redeamus. Et idem voluerunt alij,quos & nos citauimus in nu.ſeq.Verùm nos contrarium tenuimus poſt alios multos, nu.quoq; ſeq.cuius initium eſt,contrariũ tamen,& multis ſeq.vbi & tu reperies Barb.ſecũ hac in re pugnantẽ.Et facit quod & nos ſcripſimus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij,in ſecunda parte,ampli.4. *Authoris ſententia.*

QVINTA DECLARATIO.

1 ¶Quintò declara,vt ea poſſeſsio quæ erat apud defunctum,ita tranſeat in hęredem, vt quoad habitum,id eſt habitualem qualitatẽ habeatur pro poſſeſſore,ſed non eſt eadẽ poſſeſsio quoad actualem effectum ipſius poſſeſsionis,niſi appræhenſa fuerit.Nam cùm poſſeſsio facti ſit, & cum defuncto deſierit,quia mors omnia ſoluit,quomodo ea poſſeſsio quæ iam in rerum natura non eſt,in hęredem continuari poterit?Hæc Zazius in epit.feud.parte 6.char.v.Idque eſt vt ſubdit,quod eleganter & ſubtiliter ſenſit Bald.in c.j.tit.de conuent.inter domi.& fidel.de inueſtit.feud.li.j. dum loquẽs de continuatione poſſeſsionis vaſalli in filium,de qua & nos locuti ſumus ſuprà in præfatio. declaratio.4.nu.j.incip.ſed & illud,& multis ſeq.dicit eam continuationem intelligi in qualitate, non in ſubſtantia poſſeſsionis;quaſi diceret poſſeſsionem in ſui ſubſtantia non cõtinuari in filium, ſed qualitatem habitualem,quæ facit,vt pro poſſeſsione habeatur. *An ſit eadem poſſeſsio quæ defuncti fuit.*

SEXTA DECLARATIO.

1 ¶Sextò declara,vt noua hæc poſſeſsio non ſit naturalis,ſed artificialis,& ciuilis, vt diximus ſuprà in præfatio.quæ eſt j.pars,declara.vij.nu.j.incip.vocatur autem.& ſeq.ideo non poſsit hæres vi huius ſtatuti,expellere corporaliter poſsidentem ſine pœna,l.ſi quis in tantam, C.vnde vi, vt voluit Pet.Anc.in c.2.in j.not.de conſuet.loquens in caſu illius c.Et ita eum refert,vt ſequi videatur Barb. ibi,col.6.nu.36.& Bapt.Caſtel.loquens in caſu noſtræ conſuet.in ſua diſput.incip.magnificus & excellens,col.3.verſi.tertiò etiã notabiliter.Sed id dependet ex eo,an qui ciuiliter poſsidet,poſsit propria autoritate expellere eum,qui naturaliter poſsidet,ſine metu d.l.ſi quis in tantã, quod videtur, vt ſępius diximus ſuprà hoc eodẽ tractatu,atq; etiã in alio loco noſtro tractatu Cõſtituti poſſeſſorij. *An hæres poſsit expellere poſsidentem corporaliter.*

## SEXTA PARS EORVM QVAE PERTInent ad iudicia,quæ conſtat nouem declarationibus.

*Prima declaratio ſextæ partis.*

1 PRIMO declara,vt ſi hæres qui vi huius conſuetudinis poſsidet,turbetur, poſsit ad tutandam ſuam poſſeſsionem intentare remedium retinendæ poſſeſsionis,Ioan.Fab.in §.ſumma,ad fi.Inſtit.de interd.& iterum in §.retinendæ, col.iij. verſi.ſed quæritur nunquid ſucceſſor,eo.tit.& in §.ſui autem, col.1. in fi.Inſti. de hæred.quali.& differ.vbi ita dicit ſeruare conſuetudinem.Gui.Pap.deciſ.Delph. 552.materia poſſeſſorij,col.2.verſi.& in hac materia dicti ſtatuti,& iterum verſi. circa primum.& Bene.in repe.c.Raynucius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le 2.nu.72.de teſta. Caro.Ruin.conſi.xviij.primò & principaliter,col.vlt.li.j.& omnes vbique. *An hic hæres poſsit intentare remediũ retinendæ poſſeſsionis.*

2 ¶Nemo enim vnus omnium,qui de hac re ſcripſerunt,contradicit,ídque optima ratione. Nam & aliàs ſemper pro ciuili poſſeſsione,cuiuſmodi hæc eſt,vt ſuprà diximus in pręfatione quę eſt j.pars, declar.vij.nu.2.incip.ſed & hæc poſſeſsio,datur id interdictum retinendæ poſſeſsionis,vt no.per gl. & alios in l.clàm poſsidere,§.qui ad nundinas,qui eſt vlt.ff.de acqu. vel omitt. poſſeſsio. & gl.in l. quemadmodum nulla poſſeſsio.eo.tit.& optimè facit tex.in §.poſsidere,Inſti.de interdict. & id (vt diximus) minimè dubium eſt,ideo nec hîc diutius immorabimur.

SECVNDA DECLARATIO.

*An adipiſcēdæ*

1 ¶Secūdò declara,vt licèt aliàs interdictum adipiſcēdę poſſeſsionis non ei detur qui poſsidet, vt no. in l.j.in fi.ff.quor.bonor.tamen in hoc caſu,hæres qui vi huius conſuetudinis poſsidet, poteſt intentare id interdictum,ſiue aliud remedium adipiſcendæ poſſeſsionis,cuiuſmodi eſt interdictum quorum bonorum,& remedium l.vlt. C. de edicto diui Adria. tollend. vt ſcilicet petat ſe,qui eſt in ea poſſeſsione,mitti in realem,ſiue naturalem,aut corporalem poſſeſsionem. Nam(vt id obiter dicam) poſſeſsio naturalis,corporalis quoque dicitur in l.debitor. §.vlt.ff.de pignor.actio.& l. quod ſeruus. & l.ſi id quod.§.vlt.ff.de acquir.poſſeſsio.& l.vlt.C.de fund.patri.lib.xj.& c.cùm aliquis,extrà de re iudic.& c.quod autem.de iure patro.

*Poſſeßio naturalis, dicitur corporalis.*

2 ¶Et ita vt ſcilicet poſsit hic hæres intentare remedium adipiſcendæ,voluit Petr.à Bella pertic.in l. ea lege,& ibi quoque Cyn.Col.j.verſ.& iſtud eſt argumentum,& Bal.col.iiij.verſ. modò venio ad quæſtiones,& Salic.col.6.in 4.oppoſit.verſi.& ex hoc dicit hic,C.de condict.ob cauſ.idem Petr. in l.j.& ibi quoque Sali.in fi.per illum tex.C.de donat.quæ ſub mod.Bald.in auth.defuncto, col.ij. in iij.quæſtio.ibi,& olim in quibuſdam dominiis,C.ad SC.Tertulli.in rubri.de conſuetud.col. ij. verſ. conſuetudo poteſt transferre.

3 ¶Et idem quoque voluit ipſe Bald.in rub.extrà de cau.poſſeſsio.& propriet.col.pe. verſ. quęro ſtatuto communis Mediolani,& in c.cùm quis,col.j.extrà de reſtit.ſpoliator.Raph.Comen. conſ. 43. in quæſtione Franciſci,ad finem.Pau.Caſt.Alex.Iac.à S.Georgio,& Iaſ.in l.ſi ſorori,ille ad finē, alter poſt medium, Iac.nu.iiij.hic col.j.in j.Fallen.C.de iure delibe.Alex.in l.cùm hæredes, in princ. col.j.ff.de acquir.poſſ.& in l.in ſuis,col.iiij.verſi.vbi autem ſtatutum,ff.de libe.& poſth. & conſ. 82. perſpectis his,col.ij.verſi.nec ad hoc obſtat,& verſ.facit quod notat, lib.ij.quod conſ. vt ſæpe aliàs diximus,repetitur conſi.xl.li.iij.& conſi.lj.lib.6.& item Alex.conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col. iiij.verſ.fortificantur prædicta,lib.2.Firmia.in tract.de epiſcop.li.iij.parte j.paulò ante fin. Barb.in c. ij.col.pen.in princip.de conſuetud.& conſ.lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta,col.xj.ver.capio aliam dubitationem.lib.2.Iaſ.in d.l.vlt.col.4.verſ.ſic in ſimili ſtante ſtatuto,& ibi Philip.Dec.col.viij.verſ.& eodem modo in hærede,C.de edict.diui Adria.tollen.ipſe Dec. conſ. lxxxiiij. excellentiſsimi doctores,col.j.& conſ.cccclxvij.bene & conſultè,col.j.Ioan.Baptiſt. Caſtel. in ſua diſputat. incip. magnificus & excellens,col.6.verſ.ſed poſſet dici D.bened.in repet.c.Raynucius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le j.alicubi,& iterum,in eodem verbo,le 2.nu.lxxxj.de teſt.vbi id dicit ſing.Matt. Afſli. deciſi.Neapo.ccxcix.rex Ferdinandus,nu.19.Claud.Aquen.in l.j.in princ.col.v.verſ.bene fatendum eſt,ff.de acquir.poſſeſsio.Anton.Corſe.in tracta.de poteſtat.& excellen.reg.in xxv.quæſt. col. j.Catel.Cot.d.memor.incip.decreto Mediolanenſi,ſtatim poſt princ.Fran.Ripa,in l.j.§.hoc interdictum,col.iiij.verſ.alia ratione,ff.quor.bonor.& in repetitio.l.vlt.in xxxix.quęſtio verſ.& hac ratione,C.de reuocand.donat.& lib.j.reſponſor.cap.j.defuncto,nu.80.& multis ſeq.Nicol.Bello.conſ.35. conſultus de modo,col.iij.num.8.

4 ¶Mouētur hi primùm quòd veritas,& fictio bene concurrunt,& qui tutus eſt fictione, poteſt veritatem implorare,licèt non è contrario,per tex.quem Bald.in d.rub.de conſuet. dicit no. in l. apud Iulianum.§.1.ff.ad Trebel.Item licet ſtatutum faciat hæredem poſſeſſorem iuris,non tamen facti, nec effectu illo reali.Ideo poteſt hæres petere ſe in eam facti poſſeſsionem immitti, vt in ſimili poteſt emptor,cuius nomine venditor conſtituit ſe poſsidere,& ita poſſeſsionē iuris nactus,petere nihilominus,vt ſibi tradatur corporalis facti poſſeſsio,vt per Bal.Ang.& Pau.Ca.in l.ab emptione.ff. de pact.cū aliis multis cōcor.à me collectis in d.tract.Conſtit.poſſ.in j.parte nu.x.inc.at quicquid ſit.

*Rationes illorum. Conſtitutarius poteſt petere, ut ſibi tradatur corporalis,poſſeßio.*

5 ¶Nam & ſimiliter videmus:quòd licet dominus non poſsit rem propriam condicere,præterquam à fure,l.vlt.ff.vſufructua.quemadmo.caue.id intelligitur de vero domino,nam qui fingitur eſſe dominus,poteſt à quocunque rem ſuam condicere,per d.l.j.C.de donatio.quæ ſub mod.& l.qui mortis cauſa,ff.de donatio.cauſa mort.

*Dominiū,tranſit in legatariū ipſo iure.*

6 ¶Et etiam in ſimili videmus quòd in legatarium tranſit dominium ipſo iure,ſine traditione,l.ſi tibi homo,§.cùm ſeruus legatur.ff.de leg.j.& l.à Titio,ff.de furt.cum ſimil.& ideo poteſt agere rei vendicatione ad rem ſibi legatam.l.j.C.commu.de lega.Et tamen poteſt etiam agere actione perſonali,per d.l.j.& §.ſed noſtra,Inſti.de lega.& hoc quia non habet verum dominium,ſed fictum,alioqui non poſſet agere perſonali,§.ſic itaque.Inſti.de actio.

*Is tamē poteſt agere actione perſonali.*

7 ¶Præterea quòd per id ſtatutum introductum eſt in fauorem hæredis,vt in eum transferatur poſſeſsio ipſo iure,non ei debet nocere,l.quod fauore.C.de legibus,& inducta ad augmentum non debent trahi ad diminutionem,l.legata inutiliter,ff.de leg. j. cum ſimilibus cum his quæ dicam infrà in vij.parte,declaratio.j.Et per hoc diluitur quod in princ. diximus interdictum, ſiue aliud remedium adipiſcendæ poſſeſsionis,non ei dari qui poſsidet;quia illud verum eſt in eo qui plenè, veréque,realiter,& de iure communi poſsidet.

*Inducta ad augmentum, non trahuntur ad diminutionem.*

8 ¶Quanquam & tu quoque ad ea dicere poteris,competere remedium d.l.vlt. C.de edi. diui Adri. tol.quod ipſum eſt adipiſcendæ poſſeſsionis,hæredi poſſeſſori, petenti ſuam poſſeſsionem confirmari,ac defendi,vt per Cy.in d.l.vlt,col.vlt.verſ.item quæro,pone,Alb.col.antep.verſ. item quæritur ſi hæres,Bar.col.iij.verſ.item quærit gl.Bald.circa prin.Alex.col.xj.verſ.vltimò tene menti,Iaſ. col.3.ſicut in ſimili,Phil.Dec.col.xiiij.verſ.& ad ſupradicta,C.de edi.diui Adr.tol.Cy.poſt Iaco.Butrig.in l.j.ad fi.& ibi Ang.per eum tex.quo nullū dicit meliorē eſſe,& Iaſ.col.2.verſ.ex ſecunda parte.C.

*l.ult. de edicto Diui Adr. tol. competit hæredi etiam poſſeſſori.*

te.C.



te,C.de Carbonia.edict.Bart.in l.iij.§.miſſum,per eum tex.ff.de Carbonia.edict.& in l.de pupillo, §.qui opus,poſt gl.ibi,& ibi quoque Alex.ff.de ope.no.nunc.& in l.j.§. ſatiſdatum,per eum text. ff. quo.legat.Bal.in l.j.in 2.addit.col.ij.verſ.ſi ſemel miſſus.ff.de pet.hæred.& in l.j. col. j. circa mediū, C.com.de legat.Guid.Pap.deciſio.Delphi.cxxxij. ſed probato illo errore, col.ij. verſi. vtrùm autē beneficium, vbi ita dicit fuiſſe iudicatum. & iterū deciſ.ccxix.edictum diui Adria.in princ. & Ludo.Goz.id.conſi xciij.in cauſa Mutinenſi, col.2.verſ.nonò cùm iam fuerit. & Pau. Pariſi. conſi xlj. primum ius,col.3.verſi.meritò igitur ipſa,lib.j.& Maria.Soci.iunior conſ.xcvij. viſo puncto, col. ix. verſ.& licèt per prius,lib.2.Licèt contrarium ſentire videatur Guil.Cu.in l.licet.col.vlt.C.de acqu. poſſeſ. & Pet. Ferra.tit.for. libel. quo petit hæredi. ex teſta. in verbo,& realiter,col.j.

9 ¶Et facit quod in ſimili ſcribit Bar.in l.vti frui,§.verùm autem,in fi.ff.ſi vſusfru.peta.quòd Comes qui poſsidet caſtrum,poteſt petere ſe declarari Comitem,ad confirmationem ſuæ poſſeſsionis. Et quòd item in ſimili ſcribitur in l.in libello,§.ſi quis ſeruum,ff.de capt.& poſtli.reuer. Et quod denique prodidit Nicol.Bello.ſupputationum iuris ciuilis lib.j.c.xix.poſſeſſori competere actionem rei vendicationis,vt declaretur dominus ad confirmationem ſuæ poſſeſsionis.

*Comes poſſidens, poteſt petere ſe declarari Comitem.*

TERTIA DECLARATIO.

1 ¶Tertiò declara,vt non ſolùm poſsit hæres intentare remedium retinendæ, aut adipiſcendæ poſſeſsionis ſeparatim,ſed & vtrunque ſimul,diuerſis tamen reſpectibus:ſcilicet retinendę,reſpectu ciuilis poſſeſsionis,quæ eſt apud eum vi huius ſtatuti,& adipiſcendæ,reſpectu naturalis poſſeſsionis, aut detentionis exiſtentis penes alium.Vt in ſimili dicitur de interdicto retinendæ poſſeſsionis, & rei vendicatione.per gl.& docto. in l.ſi de vi,& in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acquir. poſſ. & in l.ordinarij,C.de rei vendi.cum ſimil.

*An utrunque & retinendæ, & adipiſcēdæ.*

2 ¶Et ita expreſsè,& in hoc caſu,ne autoritate deficiamur, cum ex facto contigiſſet, reſpondit Pau. Caſt.conſi.lxxviij.cuius initium eſt,videtur dicendum,dictum actorem.verſi.his tamen non obſtātibus,li.2.Sed & alibi quoq; idē Pau.Caſt.videlicet conſ.234.incip.in cauſa appellationis.col.2.verſ. ſed ſuſtinēdo cauſam,li.2.conſuluit in alio caſu,quòd ratione eiuſdē rei,poteſt ſimul intētari vtrūq; illud interdictum retinendæ,& adipiſcendę poſſeſsionis,reſpectu diuerſarum illarum poſſeſsionum.

*De eadem re.*

QVARTA DECLARATIO.

1 ¶Quartò declara,vt hic hæres ſic ſaiſitus,antequam appræhenderet realem poſſeſsionem,non poſsit intentare remedium recuperandæ poſſeſsionis,cùm ei competat(vt diximus)adipiſcendæ,per l. j.C.quo.bo.Et quia id interdictum recuperandę ei tantùm competit qui vi poſſeſsione deiectus eſt, l.j.in prin.ff.de vi & vi arma.& §.recuperandæ.Inſt. de interdict. cum ſimilibus. At hic non poteſt violenter deiici ex hac ficta ciuili poſſeſsione,vt manifeſte patet ſenſui,& voluit glo.in l. j. in §. interdictum autem hoc,ff.de vi & vi arma.quæ dicit duo eſſe neceſſaria,vt id interdictum competat, ſcilicet quòd is verè poſsideat qui deiicitur.& quòd verè poſſeſsionem amittat.id quod etiam voluit Alber.in d.l.j.§.deiicitur,eo tit.& Fra.Cur.ſenior conſi.lxxj.ſuper controuerſia,col.ij.verſ.quartum etiam addit.

*An recuperādæ.*

2 ¶Atque ita expreſsè in caſu noſtræ conſuetudinis voluit Bald.in auth.defuncto, col.2. verſi. tertia quæſtio,C.ad SC.Tertulli.Alex.in l.in ſuis,col.3.verſ.vbi autem ſtatutum dictauit,ff.de lib.& poſth. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem antiquorum,& modernorum,& conſ. xxxvij. in cauſa mota per Ang.col.ij.verſ.ſed alia inſuper ratione,lib.j.& conſ.83.viſa facti narratione, col. v. verſic. confirmo per id,lib.2.& conſ.clxiij.circa id de quo quæritur,col.vlt.verſi.nec obſtat ſtatutum, lib. vj.Barb.conſ.lviij.ſapienter ſcripſit Pſalmiſta,col.xiij.verſ.modò aggrediendo libellum,li.2.Firmia. in tract.de epiſ.in j.parte prin.lib.3.in lvj.quæſtio.ad fi.verſ.& ſcias quòd dicta,& Soc.conſ. xlix. in cauſa epiſcopi,col.vlt.verſ.nec prædictis obſtat,lib.3.Iac.à S.Georg.& Iaſ.qui dicit ſignandum,in l. ſi ſorori,ille paulò ante fi.hic col.ij.verſi.ſecundò limita & ſigna,C.de iure delib.& idem Iaſ. conſil. xxj.quatuor principales,col.vlt.verſ.ſecundò motiuando,lib.3. Carol. Ruin. conſi.xxv. circa illud, col.3.nu.5.lib.4.Franciſ.Curt.Iunior in l.vlt.col.pen.verſ.quinto quæritur,C.de edict.diui Adri.tollen.Ioan.Baptiſta Catel.in ſua diſput. incip. magnificus & excellens, col.ix. verſ.imò dico. Matth. Afflic.in c.j.in prin.col.iij.verſ.ſed pulcrum eſt dubium.tit.ſi controuer.inueſti.& in c.j.col.2.verſ.& adde quòd ficta poſſeſsio,tit.de controuer.inter maſcul.& fœm.& in conſti.Siciliæ incip. circa violentiarum,col.ij.in iij.not.vbi alios in id citat,qui tamen id non dicunt,& in deciſ. Neapol. ccxcix. rex Ferdinandus,col.4.verſ.ex his ſequitur, vbi ita dicit fuiſſe iudicatum per ſacrum regium conſilium.Fran.Curtius iunior conſi.cviij.ſacratiſsimę,& cætera circa controuerſiam, col. vj. verſ. & prædictam concluſionem.Zazius in epito.Feud.parte 6.char.v.verſ.quibus conſecutus eſt. & conſ. x.cùm quondā,char.v.verſi.ſed ponamus.Alciat.in tracta.præſumpt.in tertia parte.nu.10. vbi hanc dicit eſſe communē ſententiam.Pau.Pariſ.conſ.cj.viſa facti narratione,col.xiij.nu.159.lib.j.& Hiero. Grat.conſ.lxx.ex multitudine allegationum nu.7.iuncto nu.15.& 16.lib.2.

*De eadem re.*

3 ¶Contrarium tamen,vt ſcilicet huic hæredi vi huius ſtatuti poſsidenti, detur etiam remedium recuperatorium,non obſcurè ſenſiſſe videtur ipſe Bal.ſibi in hoc contrarius in l.j.ad fi.C. de appellat. dum ſcribit,quòd filio ſpoliato ea poſſeſsione quę erat apud patrem,non obſtat exceptio dominij, quæ aliàs non obſtat agenti interdicto recuperandæ poſſeſsionis, quia ipſe non videtur ſpoliatus, ſed tantùm adipiſci,per l.vlt.C. vnde vi. nam non eſt verum quòd exiſtentia ſui hæredis transferat poſſeſsionem ipſo iure,niſi appræhendatur,per d.l.qui hæredes,ff.de acq.poſſeſsio. Vides ergo Bal.

*Qui cōtrariū.*

id ſenti

id ſentire,quòd ſi ipſo iure transferretur poſſeſsio in hæredem ſine appræhenſione,vt fit per huiuſmodi ſtatutum,poſſet ipſe hæres agere interdicto recuperatorio,nec ei obſtaret exceptio dominij. Sed de hoc poſtremo poſtea dicemus.

*Alij.*

4 ¶Verùm quantum ad principale noſtrum inſtitutum,vt ſcilicet competat hoc caſu interdictum,de quo tractamus,expreſsiùs voluiſſe videtur idem Bald.in rub.de cauſ. poſſeſ.& propriet. col. vlt. & ibi etiam Fran.Ripa,col.vj.verſ.ciuiliſsima poſſeſsio.& rurſum idẽ Bal.in c.item cùm quis, col.j.de reſtit.ſpolia.vbi dicit in caſu noſtræ conſuetudinis, competere interdictum quaſi recuperandæ. & rurſum conſi.cxlj.præmiſsis verbis,col.2.verſi.nam dicta miſsio,lib.j. vbi idem dicit. & Ioan. Fab. quem tamen nonnulli allegant pro contraria parte,in §.ſui autem,col.j.verſi. in eadem gloſ. Inſtit. de hæred.qualit.& differ. vbi ita dicit ſeruare conſuetudinem Franciæ. & Antonius Graſſus inter conſi.Calca.conſi.lxv.præſuppoſita veritate,col.iij.verſ.competit etiam quintum. & latè Socin. ita tamen dubitans,vt in hanc opinionem incliner,in repet.l.rem quæ nobis, col. viij. in quinta quæſt. prin.verſ.quartò & vltimò conclude,ff.de acqui.poſſeſ.Aufrer.in commentar. ſtili Curiæ parlam. tit.de prouiſione,modíſque petendi,& faciendi ipſam,in fi.Iaſ.ſibi contrarius, conſi.lxxxv.quando habemus,col.j.lib.3.& conſi.cxlvj.redemptoris,& c.præſuppoſito,col.j.lib.iiij.Phili. Dec. conſi. 84. excellentiſsimi doctores,col.2.verſi.præterea tale ſtatutum.Anto.Corſe.in tract.de poteſtat. & excellent.reg.quæſtio.xxv.col.j.D.Bened.in repet.c.Raynutius, in verbo mortuo itaque teſtatore, le 2.nu.72.Claud.Aquen.in l.cùm hæredes,in prin.col.j.verſ.itẽ non video,ff.de acqu.poſſeſsio.Fran. Rip.in l.j.§.hoc interdictum,col.iiij.verſ.alia ratione iſtud,ff.quor.bono.& repeti. d. l. vlt. in xxxix. quæſtio.in fi.C.de reuocan.donat.& lib.j.reſponſor.cap.j.defuncto,nu.48.& multis ſeq.& D. Boër. in conſuetudin.Biturig.tit.*des couſtumes concernans teſtaments.* §.vj.col.3.& Chaſſen.conſ.xix.nobilis dominus Antonius,in xij.dubio,col.eiuſdem.j.& Paul.Pariſ.ſibi contrarius,conſi. xlj. optimum ius, col.iij.verſ.prout & tertiò ceſſant,lib.j.Nicol.Bello.conſi.xxxv.conſultus,col.3.nu.8.Et ita ſcio ſeruare conſuetudinem Franciæ ſuntque in id quædam particulares conſuetudines, vt apud noſtros Pictones,cap.ccxiij.

*Conſtitutario competit recuperandæ, etiã ante realẽ poſſeſsionem.*

5 ¶Et ita in ſimili,vt ſcilicet remedium recuperatorium competat ei,in quem fictè tranſlata eſt poſſeſsio per conſtitutum,vel precarium,etiam ſi non fuerit adeptus realem & corporalem rei poſſeſſionem,voluit Bald.in rub.C.de contrah.emp.in x.q.& Matth. Afflic. deciſio. Neapol. ccxcix. rex Ferdinandus,nu.xcj & diximus in noſtro tracta.de iure Conſtituti poſſeſſorij,parte prima,nu. lxix. incip.à quo non longè,& parte ij.ampliat.xj.vbi etiam docuimus aliàs ſemper id remedium competere poſsidenti.

*Interdictũ recuperandæ datur pro ciuili poſſeſsione.*

6 ¶Nec videtur obſtare huic opinioni quod dictum eſt, ei non competere interdictum recuperãdæ cui adipiſcendæ competit.Quia adipiſcendę non ei competit,niſi ipſe velit,nec per hoc impeditur, quin recuperandæ iuuetur:præſertim cùm hæc poſſeſsio vera ſit,vt ſuprà diximus in j.declar.v.partis.& propterea non obſtat quod ſuprà dictum eſt de ficta poſſeſsione. Nec negari poteſt quin ſaltem hæc poſſeſsio ſit ciuilis,& ciuiliſsima,vt latè ſupra diximus in præfa. quæ eſt j. pars, declar. vij. nu.incip.ſed & hæc poſſeſsio,& ſeq.pro qua quidem ciuili poſſeſsione datur interdictum recuperãdæ,l.j.§.deiicitur is qui poſsidet.& §.ſiue autem corpore ſiue animo.ff.de vi & vi arma. Guid. Pap. deciſ.Delph.ccclvj.quos & quot effectus.col.j.verſi.quartus eſt.

*Diſtinctio quorundam.*

7 ¶Nec tamen omiſerim quod de hac re ſcribit Fran.Ripa.in l.j.in prin.col.x.& nu. 37. ff. de acquir. poſſ.volens concordare illas diſcordes ſententias,quòd prior opinio procedit,quando ſtatutũ transfert poſſeſsionem in hæredem ipſo iure,abſque traditione vera,vel ficta. Poſterior, quando ipſum ſtatutum fingit interueniſſe traditionem,vel apprehenſionem,nam vbi lex id fingit, debet talis ficta traditio,ſiue appræhenſio idem operari quod vera,l.adoptio, ff. de adopt. & l. ſi filiusfamil. ff.ſi cert.peta.Ego verò hanc diſtinctionem magis verbalem eſſe puto,quàm realem:nam cùm lex, vel ſtatutum ſimpliciter transfert poſſeſsionem ipſo iure ſine alio actu,ſatis videtur fictè transferre, vt apertè ſentiunt Cyn.& Bald.in l.ea lege,C.de condict.ob cauſ.& Franc. Areti. in l. j. in princ.col.x. verſi.tu verò pro intellectu,ff.de acq.poſſ.& aliàs ſæpe diximus in hoc tractatu.

*Declaratio prioris opi.*

8 ¶Si tamen ſequi malis priorem opinionem,quæ negat huic hæredi remedium recuperandę poſſeſſionis,eam intellige cùm poſt mortem defuncti quis vi occupauit poſſeſsionem.Quòd ſi ante mortem ipſius,vi occupauit poſſeſsionem quam defunctus habebat,poterit hæres,& quilibet ſucceſſor vniuerſalis,ſi ſit intra annum ſpoliationis,agere vnde vi.vt voluit gl.in c.cùm ad ſedem, in verbo, interdictum,poſt prin.extrà de reſti.ſpol.arg.l.j.§.quia atrocitatem facinoris.interdictum hoc.ff. de vi & vi arma.& c.ſignificauerunt,de teſtibus.vbi eſt bonus textus,ibi,illæ quibus ipſæ ſucceſſerant, inde fuerunt violenter eiectæ,& ibi quoque gl.in verbo,ratione,& Imo.in 3 not.Anto. col.3. verſic. gloſ.j.tangit,& Panor.in 3.not.

*Ratio declarationis.*

9 ¶Nam ratio quare hæres non poteſt agere vnde vi,contra eum qui occupauit poſt mortẽ,ex priori opinio.hæc eſt(vt diximus) quòd id interdictum ei tantùm competit qui vi deiectus eſt: hæres autem,vt illi inquiunt qui fictè tantùm poſsidet,non poteſt dici vi deiectus,quæ ratio ſi quid momenti habet,non habet locum,cùm defunctus qui verè poſsidebat,vi deiectus eſt:Ideo vti illi competebat hoc interdictum,ita hæredi illius,ad quem tranſeunt omnes actiones actiuę & paſsiuæ.l. pactũ, ff.de pact.& l.ea lege,C.de condict.ob cauſ.& l.veteris,& ibi doct.C.de cont.& com.ſtipula.cum ſimi.Tu tamen vide Matth.Afflict.hîc malè ſibi conſtantem in c.j.§.ſciendum,in fi.tit.de feud.cogni.

QVINTA



QVINTA DECLARATIO.

*An huic hæredi obiici poſsit exceptio dominij.*

1 ¶Quintò declara,vt huic hæredi agenti ad poſſeſsionem vel adipiſcendam, vel retinendam, vel recuperandam,non poſsit à reo conuento obiici exceptio dominij, vt ſi reus excipiat ſe dominum eſſe,nec defunctum dominum fuiſſe,nec conſequenter actorem nec eius hæredem. Nam primùm ſi hæres agat ad recuperandam poſſeſsionem,id minimè dubium eſt,per l.ſi maritus,ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.ſi quis ad ſe fundum,C.ad leg.Iul.de vi publ.& ibi Ang.non ſemel,& l.ſi de vi,& ibi gl.in fi.& doctor.ff.de iudici.& c.j.& c.literas,de reſtit.ſpoliat.& gl.in c.ſuper cauſa.ij. q.v. & omnes propè in l.vlt.C.de edict.diui Adr.tollen.& Dy.in cap.qui ad agendum,col.j.de reg. iur. & omnes vbique.

*Spoliatus ante omnia reſtituẽdus.*

2 ¶Et id oſtendit eſſe veriſsimum Bald.tribus optimis rationibus,in l.j.col.vlt.verſ.extrà quęro vtrũ exceptio,C.de appellatio.Primùm quia ſcilicet violentia elidit dominium opponentis, per tex. (licèt ad hoc nihil alleget)in l.ſi quis in tantam,C.vnde vi.Deinde quia ſpoliatus ante omnia reſtituẽdus eſt,d.l.ſi quis ad ſe fundum,C.ad leg.Iuli.de vi pub.Etiam prædo (vt id illi addas) c. ex literis, de reſtit.ſpoliat.iuncto c.vlt.de ord.cognittio.Denique vt ad Bal.redeamus,quia ex dolo, non debet ſpolians conſequi præmium poſsidendi,l.itaque fullo,ff.de furt.vnde niſi purgetur vitium, non debet audiri ſuper proprietate,l.cùm ſeruum,ff.de ſer.fugit.

*Quid ſi retinendæ.*

3 ¶Si autem hæres agat ad retinendam,multò minus audiri debet,cùm plus iuris, plus ponderis, & momenti in retinendo eſt,quàm in recuperando,arg.l.patre furioſo,ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. & c.quemadmodum,de iureiurand.cum ſimilib.Et id quidem, ne autoritate hac in re careamus, expreſsè voluit Bal.in d.c.j.ante medium,verſi.ſed quid ſi opponẽs,extra de reſtit.ſpoliat.per no.in c.audita,eod. tit.

*Quid adipiſcẽdæ.*

4 ¶Si verò ad adipiſcendam agat hæres,& tunc,vt nonnullis placet,non amittitur exceptio dominij, ſed debet reſeruari in petitorio.l.vlt.C.quo.bonor.& voluit etiam Bal.in d. c.j. vbi ſuprà, de reſtit. ſpoliat.& alij multi,licet id aliis dubium ſit,vt per gl.Hoſt.& alios in d.c.j.de reſtit.ſpoliat. & gloſ.in d.c.literas,in verbo,primi,eo tit.& per Bal.& alios in d.l.vlt.C.de edic. diui Adr. tollend. & in d.l. vlt.C.quor.bon.& ipſum Bald.in l.j.col.2.verſ.quæro an de iure Canonico,C.ſi de momenta. poſſ.

*Redit ad principale dubium.*

5 ¶Tamen hoc caſu in quo loquimur,tale remedium ex hoc noſtro ſtatuto competens ita participat effectum recuperandæ,vt nec ea exceptione dominij repellatur,vt expreſsè dicit Bald.in d.rubr.de cau.poſſeſ.& proprie.col.vlt.verſ.& nota quòd edictum.Et ita illum refert & ſequitur Phil.Dec.dicens id eſſe ſing.d.conſil.lxxxiiij.excellentiſsimi,col.2.verſi.præterea tale ſtatutum & D.Benedict. in d.c.Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore,le 2.nu.81.vbi id dicit elegans.& Matth.Afflic. deciſio.Neapol.ccxc.rex Ferdinandus,col.vlt.& Anto.Corſe. in tractat. de poteſtat. & excellentia reg.in xxv.quæſtione,col.1.& Ludo.Gozad.conſ.xciij.in cauſa Mutinenſi,col.2. verſi. quintò cum iam ipſo iure.& Paul.Pariſi.conſi.xlj.optimum ius col.iij.verſi.prout & tertiò ceſſant,lib. 1. & diximus in præcedenti declaratione.

*De eadem re.*

6 ¶Verùm aduerte quòd Bald.in d.rub.de cauſ.poſſeſ.& prop.non ſimpliciter manſit in illis verbis, ſed ſtatim ſubiunxit conſiderandum eſſe,an id ſtatutum veniat ad ampliandum ius cõmune,quod tribuit remedium adipiſcendæ,& tunc idem eſt in ampliante,vt in ampliato,arg.l. inter ſocerum & generum.§.cùm inter,ff.de pact.dotal.Cui quantum ad hanc rationem, adde quæ nos latè ad hoc collegimus in noſtro tractatu Retractuũ,tit.j.§.j.gl.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura coſté*,nu.51. incip.nam & hæc acceſsio.& multis ſeq.Aut vt ſubdit Bal.vt ad eum redeamus, venit de per ſe (vt ipſe loquitur)de nouo diſponendum,& tunc non aſſumit aliquam qualitatem à iure communi, cui non cohæret,quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio,l.ſi maritus,C.de donat.inter vir.& vxor.

*Diſtinctio.*

7 ¶Et ideo conſiderandum eſt in ſtatuto Mediolanenſi (de eo enim loquitur) an loquatur de ſcripto hærede:& tunc quia concernit ſcriptum,videtur factum ad imitationem,l.vlt. C. de edi. diui Adr. tol.& eodem modo debet procedi ſummariè ratione cõiunctionis legis,& ſtatuti,argum.l.Gallus, §.ille caſus,in difficili eſt.& §.ſi eius,ff.de libe. & poſt.& l. ſi ita ſcriptum. eo tit. Aut verò ſtatutum ſimpliciter loquitur de hærede & non de ſcripto hærede, & tunc quia non concernit ſcripturam, ſed veritatem,& realitatem,vt ſit verus hæres,ita etiam vt in cauſa inteſtati habeat locum:& tunc non mandabitur ſtatutum executioni ſuccinctè,nec velo leuato,ſed diſputabitur de proprietate iuris hæreditarij,& admittetur quæſtio contrarij dominij ſaltem ſimpliciter, & idem dicemus quod in interdicto quorum bonorum,in l.vltima,quor.bon.Hæc ibi.

*De eadem re.*

8 ¶Idem autem Bal.in d.l.j.col.vlt.vbi ſuprà, C.de appel. poſteaquam dixit id quod ſuprà diximus, verſ.huius declar.2.incip.& id oſtendit ſcilicet quòd agenti interdicto recuperandæ poſſeſsionis, non obſtat exceptio proprietatis, poſtea in verſ. quid ergo dices, quærit an filio hæredi ſui patris, poſsit ea exceptio obiici.Et dicit illum agere recuperandæ interdicto non poſſe, cùm in eum non tranſeat poſſeſsio ipſo iure,per l.j.§.Scæuola,ff.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fue. & alia ſimilia iura, quę & nos ſuprà citauimus,in præfati.quæ eſt j.pars decla.3.nu.2.incip.ego verò conſtanter.Ex quibus planè ſentire videtur,quòd ſi poſſeſsio ipſo iure in eum tranſiret,& ſic poſſet agere recuperandæ remedio,non ei poſſet obiici exceptio dominij.At Baptiſt.Caſt. in ſua diſput. incip. magnificus & excellens,col.2.verſ.primò quia pars,tenet in caſu noſtræ cõſuetudinis, admitti exceptionẽ proprietatis,vti & nos alicubi ex eo diximus ſuprà in prima declar.quintæ partis,nu.3. & ex hoc illud.

9 ¶Sed quid ſi reus ab hærede conuentus,exceptionem proprietatis obiecerit,nec hæres ei oppoſuit

ad hoc

*Quid ſi reus obiicit dominium, nec eum hæres repellit.*

ad hoc illum non eſſe admittendum, atque reus ipſe poſtea probauerit dominium. Et tunc certè valet proceſſus: & ſi conſtet de dominio rei, repelletur hæres, vt aliàs ſemper hoc caſu, per tex. in c. j. ibi, conſentiente illo, & ibi Bald. circa medium, verſ. ibi. conſentiente illo, dicens id eſſe notatu dignum, & omnes propè ſcribêtes, de reſtitu. ſpoliat. & voluit etiam Iac. Are. in l. incerti. C. de interd. Bart. in d. l. naturaliter, §. nihil commune, col. x. verſ. ſecundò quæro vtrùm in caſibus, ff. de acquir. poſſeſ. vbi alia multa allegat, & in l. ſi quis ad ſe fundũ, & ibi Ang. col. pen. verſ. ſed hoc fallit in pluribus caſibus, C. ad leg. Iul. de vi pub. & Bal. loquens in caſu huius ſtatuti, ſiue conſuetudinis, conſil. cxlj. præmiſsis verbis, col. iij. verſ. ſecundo præmitto, li. j. vbi dicit ad hoc eſſe tex. no. & vnicum. in d. c. j. tit. de reſtit. ſpol. & ſic debere intelligi quod not. in l. ſi de vi, in fi. magnæ gl. ff. de iudi. & Phil. Dec. etiam de hoc noſtri ſtatuti caſu loquens, d. conſi. lxxxiiij. col. ij. verſi. tertiò & vltimò. Ludo. Gozad. conſ. xciij. in cauſa Mutinenſi, col. ij. verſ. ſextò etiam ſi fuerint. & Paul. Pariſ. qui alios citat. conſ. lij. dominus Hieronymus, col. pen. verſ. tamen his non obſtantibus. lib. iij.

10 *De eadem re.*

¶Quanquam his videtur contradicere Bal. in l. ordinarij, col. vlt. verſi. quid de ea quæſtione, ibi ego credo quòd non ſit, C. de rei vend. dum dicit, quòd niſi appareat de conſenſu heredis agentis recuperatorio, vt ei opponatur exceptio dominij, ſiue proprietatis, nihil ei oberit, etiam ſi non expreſsè oppoſuerit, aut contradixerit. Hæc enim, inquit, eſt potiùs allegatio iuris, & eſt ex propria natura ipſius interdicti recuperandæ, & reſpõdet ad quedã quæ in contrariũ facere videbãtur. Et ita quoq; in caſu noſtri ſtatuti expreſsè voluit Pau. Pariſ. conſ. xlj. optimum, col. 3. verſ. & in ſimili idem ipſe, li. j.

11 *Quid ſi hæres contradixerit, & tamen reus admiſſus fuerit.*

¶Sed quicquid ſit, illud certum eſt, quòd ſi heres agens contradixerit, & nihilominus reus admiſſus ſit ad probationem dominij, non illi obſtabit: quia id magis factum fuiſſe videtur ad iuſtificandum poſſeſsionem de qua agebatur, quàm vt ſuper dominio pronuncietur, vt etiã dicit Bal. in l. poſt ſententiam, col. ij. verſ. venio ad ſecundũ, C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. Nam illud ſciendũ eſt, quòd (vt & ipſe dicit) in æqualitate probationis poſſeſsionum vtriuſque partis, is obtinere debet in poſſeſsione, qui probat dominium, vt etiam voluit Bart. in l. ſi duo, in prin. col. vlt. verſ. ſed ſi vterq; probat, ff. vti poſsid. & idẽ Bal. in d. l. ordinarij, col. pe. verſ. ſed iuxta prædicta, C. de rei vendi. & cõſ. 420. verba principis, col. vlt. li. 1. & conſ. clxj. proponitur quod per commune, ad fi. lib. 3. & conſ. 468. qualiter probentur, paulò ante fi. eo. lib. vj. & conſi. cccclxxxix. in cauſa vertente inter capitulum, ad fin. eod. lib. iij. & in ſua diſputatione incip. accuſatus de vi turbatiua, col. vlt. verſic. tertio modo quia in pari. Raph. Fulg. in l. j. col. v. verſi. in ea ad fin. quando vterque, C. vti poſsid. vbi dicit hunc eſſe ſolum caſum, in quo interdicto vti poſsidetis probatur de dominio. & conſ. cxciiij. proponitur quòd domina Antonia, col. vlt. verſi. & poſtremò ſi qua foret. Corn. conſi. xcj. in cauſa vertente inter dominum, col. ij. in litera C, lib. 4. & doctò. vbique.

12 *Titulus antiquior facit præſumi antiquiorem poſſeſsionem.*

¶Sed & probatio dominij, ſiue tituli antiquioris (vt & id quoque addam) facit præſumi antiquiorẽ poſſeſsionem, vt voluit Iacob. Areti. in l. quoties, & ibi Cyn. in vlt. queſt. col. ix. verſi. ſeptimò quero, C. de rei vendicatio. & Bald. qui id extollit in d. l. poſt ſententiam, vbi ſuprà, ff. de ſent. & interl. & in l. ſiue autem. §. ſi duobus, & ibi quoque Angel. ff. de Publicia. in rem actio. idem Bald. in c. cæterum, col. 2. verſ. ſed qui ſi vterque, de reſcript. & in d. c. licèt cauſam, colum. vij. verſi. item ex antiquitate, de probatio. & in capit. ſi facta. colum. j. verſi. nec vnum omitto, tit. ſi de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. vbi id dicit not. dignum, & in dicta diſputatione incip. accuſatus de vi turbatiua, col. vlt. verſ. tertio caſu quando vterque, vbi id dicit not. dignum. & Alex. in l. j. poſt princip. verſic. item facit quòd primo emptori, C. de edict. diui Adria. tollen. Quę res etiam facit vt cæteris paribus obtineat in poſſeſsione, per not. in d. locis.

13 *Proprietatis articulus admittitur in cauſa poſſeſsionis.*

¶Propter eáque Iacob. Butrig. in d. l. incerti, dicit, quòd vbi contenditur de poſſeſsione, admittitur articulus proprietatis. nam iudex debet admittere omnes probationes, ſiue faciant plenam, ſiue ſemiplenam probationem: ſiue iudicium, ſiue etiam adminiculum faciant. & ſequitur ipſe Bald. in d. l. ordinarij, vbi ſuprà, qui hæc dicit notabilia, & in d. c. licèt cauſam, col. pen. verſ. ex prædictis apparet, de probat. vbi & illud dicit petitionem dici pertinentem, non ſolùm quæ directè & principaliter facit ad cauſam, ſed & quæ qualitercunque adminiculatur etiam leui præſumptione, dicitque id eſſe elegans.

14 *Articulus quãtumlibet pertinẽs ad cauſam admittitur.*

¶Cui & illud addendum putauimus, quòd aliàs admittitur articulus, quantumlibet vel modicum pertinens ad cauſam, per tex. in c. quoniam, quod eſt iij. in verbo, aliquid, & ibi ipſe Bal. qui eum tex. dicit ad id eſſe ſingula. & ibi quoque Philip. Dec. in j. not. extrà de teſtib. & ita etiam voluit Bal. qui dicit menti tenendum, in l. ad probationem, la j. in tertio not. C. de proba. & in l. cùm virum, col. j. C. de fideicom. & in l. vlt. col. 2. verſ. quartò requiritur, ff. de feri. & in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, col. 2. verſ. vltimò nota, & ibi etiam Iaſ. qui alios citat, col. 2. in 2. not. ff. de iureiur. vbi Bal. & ad hoc allegat quod ſuprà diximus de dominio probato in poſſeſſorio, & Ang. Aret. in §. ſi quis agens, col. iiij. verſ. ex his infertur etiam quòd articulus. præſertim ibi. tu addas quandoque, Inſtit. de actio. & Stephan. Bertran. conſi. cxcviij. quamuis articuli, circa medium, lib. 3.

15 *Minimũ quodque uni additũ uincit alterum.*

¶Nam & videmus, quòd aliàs rebus exiſtentibus paribus, minimum quodque vni additum, alterum vincit, vt per Bartol. Bald. & alios in d. l. ſi duo patroni, in prin. per gl. ibi, in verbo, habiturum, ff. de iureiuran. & Ang. qui eam gl. dicit ſing. in repet. l. ſciendum, col. pen. verſ. deſcendo ad præſumptionem, ff. de verb. oblig. vbi per eam dicit, quòd probationibus paribus exiſtentibus, iudicatur pro eo qui



præſumptionem habet pro ſe, cum concord. latè adductis per Iaſo. in dicta l. ſi duo patroni in princ. col. j. in iij. notab.

16 *Authoris ſententia.*

¶Attende lector, quia ſi reus conuentus ſimpliciter allegat ſe dominum pro omni exceptione, vt repellat hæredem actorem, non eſt admittendus, ſi actor contradicat. Quod ſi ſe proponat poſſeſſorem & dominum, ad tuendam poſſeſsionem quam ſibi dicit cõpetere, tunc ſi etiã actor contradicat huic allegationi dominij ſibi non præiudicat, quin obtineat, ſi oſtendit defunctum fuiſſe poſſeſſorẽ rei controuerſæ tempore mortis ipſius, etiam ſi reus probaret dominium. Nam ea allegatio & probatio dominij facta fuiſſ: videtur ad iuſtificandam poſſeſsionem, niſi & ipſe reus probaret etiam poſſeſsionem contrariam æqualibus cum actore probationibus: nam tunc ob probationem dominij reus obtineret, ſecundum ea quæ diximus in verſ. ab hinc ij. Vide tamẽ in hac declaratione omnes eos quos citaui in præceden. declarat.

SEXTA DECLARATIO.

1 *An appellari poſſit à ſententia pro hærede lata.*

¶Sextò declara, vt ſi ſit lata ſententia pro hærede vi huius noſtri ſtatuti, appellari non poſsit, vt tandem poſt multa hinc inde allegata reſpondit Bald. conſi. cccxxx. ſtatuto cauetur quòd conductor, col. j. verſ. tertiò quæritur, & multis ſeq. vſque ad fi. lib. j. & conſ. ſeq. ſuper prædicto puncto. niſi tamen, inquit, verteretur in dubium, an hæres eſſet, licèt etiam poſt multa item adducta videatur in contrariam ſententiam inclinare ipſe Bald. in conſi. cxlj. pręmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti Mediolani, eo. lib. j. & idem tenuit ipſe in rub. de cauſ. poſſ. & propr. ante fi. Illum autem in duobus prioribus locis citat, & nihil diffinit Catel. Cot. memo. incip. decreto Mediolanenſi, col. ij in fi. verſic. nunquid autem appellari poſsit. At idem voluit Ant. Corſe. in tract. de poteſta. & excellent. reg. in xxv. quæſt. col. ij. in princ.

2 *An à ſententia lata ex l. ult. de edict. diui Adr. tol. appellatur.*

¶Eſt autem gl. in l. vlt. in verbo, miſſus eſt, poſt princ. C. de edict. diui Adria. tollend. quòd à ſentẽtia lata in caſu illius legis appellari non poteſt, per l. quiſquis, C. quo. appella. non recip. vbi eſt bonus tex. vti etiam eſt in l. vlt. ff. de appellat. recip. & §. ſunt & quorum, ſecunda quæſt. vj. & idem voluit. Cyn. in d. l. vlt. col. vlt. verſi. inde quæritur, & ibi quoque Bart. col. ij. verſ. venio ad tertiam particulã, & iterum verſ. quandoque tempore primi iuſſus. Alb. col. iiij. verſ. oppono ad literam, dum dicit, Io. Fab. col. vi. verſ. ſed an poteſt appellari, Sali. in §. ſi autem, in fi. Paul. Ca. col. pe. verſ. item oppo. quod in iſto, Lud. Bolog. qui eã gl. dicit ſing. & Iac. à S. Georg. col. pe. verſ. in ea gl. ibi, nec etiã appellare, & Iaſ. col. pe. verſ. in ij. par. opponitur, & Philip. Dec. col. antepen. verſ. in gl. in verbo, miſſus. & prętere a Bal. conſ. cciij. pronunciatum fuit lib. iiij. vbi poſt multa hinc inde allegata, dicit de rigore iuris appellari non poſſe, ſed ex æquitate iuris canonici poſſe ex euidenti & iuſta cauſa. & Paul. Caſt. conſ. xxxix. quòd à ſententia, lib. j. Petr. Ferra. in tit. for. libel. quo petit hære. ex teſtat. ſuper verbo, quare cum prædicta vera ſint, in fi. & iterum in verbo, per veſtram diffinitiuam ſententiam. Guid. Pap. in cõment. ſtatuti, ſi quis per literas, in verbo per literas, col. penul. verſ. ſed an à miſsione. & Pau. Pariſ. conſ. liiij. in iſto iudicio poſſeſſorio, col. antepe. verſ. circa verò dubia lib. ij.

3 *Declaratio.*

¶Id autem limitat Iac. à S. Georg. vbi ſuprà (neque enim id pretereundum mihi viſum fuit) niſi ſententia proferretur verbis negatiuis, puta ſi iudex pronunciaret actorem non eſſe mittendum in poſſeſsionem: tunc enim appellari poſſet, in id allegans ſtupendum vt ipſe dicit) & elegans dictum Ang. in d. l. quiſquis, vbi dicit ita ſe practicaſſe, ſicuti etiam dicit ipſe Iac. itidem practicaſſe in ſacris audientiis generalibus.

4 *Limitatio.*

¶Sed id quod dictum eſt non admitti hoc caſu appellationem, nõnulli intelligunt, niſi ex iuſta cauſa, & ea quidem expreſſa appellaretur, vt voluit Bart. in d. l. vlt. col. j. verſi. ſequitur ne teſtamentum aperiatur, ff. de appellat. recipien. in id citans Io. And. in c. j. extrà de offic. deleg. & idem quoque voluit Bald. in d. l. quiſquis, poſt princ. C. quand. appella. non recip. & in l. j. col. ij. verſ. denuò quero cum quid, & iterum verſ. quero nos diximus, C. ri de momen. poſſ. fue. appel. & conſ. ccxvij. verba libelli, col. vlt. verſ. aduertendum tamen eſt, lib. ij. & conſ. cxliij. quanquam pleniſsimè ſit allegatum, in fin. l. b. iij. ex quibus & iis quæ allegant, facilè intelliges id ſemper procedere in omnibus caſibus in quibus appellari prohibetur. Bal. autem d. conſ. cciij. lib. iiij. in fin. ita demum dicit procedere, ſi de illa iuſta cauſa appareat ex actis cauſæ, per not. Inno. in c. paſtoralis. de offic. deleg.

5 *Appellare an & quando liceat in cauſis poſſeſſoriis.*

¶Aliàs autem in vniuerſum an & quando liceat de iure communi appellare in cauſis poſſeſſoriis, vide text. in d. l. j. & ibi gl. Cyn. Bar. Bald. Alb. Ang. Salic. & omnes, C. ſi de momenta. poſſeſsio. fuerit appella. & in l. j. & ibi Alex. & late Philip. Dec. col. ij. in iij. not. C. de bonor. poſſ. ſecundum tab. & in c. ex conqueſtione. & ibi Bald. col. ij. de reſtitu. ſpoliator. & c. ſignificauerunt, de reſtit. ſpol. & c. ſuper eo, le ij. cod. tit. & c. ei qui appellat. § de poſſeſsione. & ibi Archid. ij. quæſt. vj. & pariter gloſſ. in cap. cùm ad ſedem, in verbo, interdictum, verſ. & not. per hanc decretalem, & ibi Ioan. And. & latè Pan. col. penul. verſi. vlterius expediendo, & alij, de reſtit. ſpoliator. Inno. in c. vlt. poſt mediũ, de ope. noui. nunc. Spec. tit. de appella. §. in quibus verſi. ſextò non appellatur, & verſi. ſed nunquid condemnatus. Cyn. Bald. & Albe. in l. incerti, C. de interd. Bart. & Ang. Aret. in l. vlt. §. iuſſus, ff. de appel. eundem Bart. in l. j. col. ij. verſ. poſſumus etiam dicere, & ibi Ang. Aret. ff. de appellat. recip. Fede. Senen. conſ. lxxvj. quod incip domino auditori. Bald. in d. l. poſt ſententiam, col. ij. & iij. in multis locis, C. de ſenten. & interl. & in c. paſtoralis, §. præterea, colum. ij. verſ. itẽ non appellatur, & ſeq. de offic. deleg. & d. conſ. cxlj. præmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti, col. ij. verſi. & ad euidentiam, lib. j & conſ. cluj. nouum dubium, eod. lib. j. & conſil. ccclxxix. ſequitur quod anno domini, col. vlt. verſ. circa primum,

eod.lib.j.& conſi.ccxvij.verba libelli,ad fin.lib.2.& conſil.cccxxj.ad euidentiam prætermittendum eſt.col.j.verſi.modò in omnibus iſtis.lib.3.& conſi.ccx.punctus infraſcripti conſilij,in iij. eodémque vlti.dubio,lib.v.Ange.conſi.xlvj.ſtatuto ciuitatis,col.2.verſi.ſed à ſententia.& conſi.cvij. dicta conſtitutio.col.2.verſic.non obſtat quod ita.Salic.in l.momentaneæ.verſic.ſed tunc quæro.C. vnde vi. Rapha.Fulgoſ.conſi.cxlv.quoniam plurimæ.in ij.dubio.Imo. conſi.lv.in caſu præmiſſo.col.2. verſi. circa primum.Panor.in c.vlt.col.4.verſi.vltimo colligitur.de iudic.conſi.lv.in cauſa quæ ad præſens vertitur.lib.2.Alex.conſi.2.conſideratis his de quibus in themate,col.vlt.verſi. quantum autem eſt. lib.3.& conſi.xcix.viſis proceſsibus cauſæ.col.1.lib.v.& Corne.conſi.cxc.ad euidentiam,in literis,E. & F.lib.j.& conſi.x.præſuppoſito ſtatuto,col.j.& ij.lib.4.Calcag.conſi.lxxxij.quia in cauſa, per totũ, & Iaſ.in l.patre furioſo.col.3.verſicu.primò facit.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & latè conſi. clxxxvij.circa primum articulum.col.j.lib.ij.& Philip.Dec.conſil.lxxxij.cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando à ſententia per totum.

6 *Quid in regno Franciæ.*

¶Ego autem ſcio in hoc regno,appellationem in omnibus cauſis poſſeſſoriis admitti, ſed ita tamẽ, vt ſi à ſententiis ſequeſtrationis,vel recredentiæ,quam vocant ( Budæus noſter vindicias appellat ) vel redintegrationis appelletur, hæ tamen executioni mandabuntur , non obſtantibus huiuſmodi appellationibus,& ſine præiudicio earum,dando tamen cautionem quantum ad recredentiam , & redintegrationem,ex noſtris ordinationibus regiis, quas appellant.

7 *Appellatio an ſimpliciter tollatur, an ut ea non obſtante ulterius procedatur, intereſt.*

¶Multum autem refert (vt tibi obiter dicam ) an ſimpliciter appellatio tollatur , ſiue prohibeatur, vel amoueatur,an quandoque,vt licet videre ex l.j.ff.de offi.præfe.præto.& l.j.in prin.& §.ſeq.ff.à quib.appel.non lic.& c.ſuper eo.de offic.deleg.& aliis caſibus deſcriptis ab Azo.in ſumma,tit.de appel.recip.Spec.tit.de appel.§.in quibus.poſt princ.verſi.primò igitur & multis ſeq.& à Ioan.And.in dicto cap.paſtoralis.col.2.in verbo,reſpondemus.de offi.deleg.vt quando apud nos cauſæ quædam à principe committuntur quibuſdam iudicibus,vt iudicentur in vltimo reſſortu ( vt vocant ) & ſemota omni appellatione.An verò dicatur ſententiam eſſe exequendam,nõ obſtante appellatione, vt fit in multis caſibus,in noſtris ordinationibus regiis nuncupatim comprehenſis.

8 *De eadem re.*

¶Nam quid inter hęc interſit,videri poteſt ex Inn.in c.vlt.de no.oper.nunt.Bar.in d.l.2.col.3.verſi. præterea vides quòd ſi omittatur.ff.de appel.recip.Bal.in l.2.col.vlti.C.de epiſco.audien.& in d.l.j. col.j.verſi.quarti dicunt.C.ſi de moment.poſſeſ.Panor.in d.c.cùm ad ſedem.col.pen.de reſtit.ſpol. & conſi.clxij.in cauſa quæ ad præſens vertitur.Iaſ. in dicto conſi.clxxxvij.col.3.verſi.ſecundò quòd per appellationem.& verſi.tertiò pro eadem parte.lib.2.

9 *Appellatio in dubio eſt permiſſa, niſi expreſſè prohibeatur.*

¶Nec illud tamen omiſerim,in dubio ſemper appellationem eſſe permiſſam,niſi expreſsè reperiatur prohibita, gloſ.in l.qui reſtituere.in gloſ.vlt.ad fi.& ibi Bal.& Angel.ff.de rei vendi.& gloſ. in §. audient.in verbo,perimendis,per eum tex.in auth.de iudicibus.Bart.in d.l.2.col.2.verſi.quæro quæ eſt ratio.C.de appel.reci.Bal.qui priorem illam glo.dicit not.in d.l.j.col.3.verſi.& nota quòd in materia.C.ſi de momen.poſſeſ.& valde not.Imo.conſil.cxlij.in caſu præmiſſo.col.j.verſi.nec obſtat ſi dicatur.Socin.conſi.xxxix.capio primum.in prin.lib.4.Iaſon in dicto cõſi.clxxxvij.col.3.verſi. confirmantur prædicta.lib.2.

10 *Appellationẽ eſſe admittendam in dubio, pronunciandum eſt.*

¶Nam & in dubio pronunciandum eſt,appellationem eſſe admittendam,gloſ.in c.vt debitus.in verbo,rationabili cauſa.de appel.Innoc.vt à multis citatur,in c.dilectus.le 2.de reſcri.Barto.in l.j.col.2. ff.nihil noui pendente appel.Bal.in l.properandum.§.ſin autem reus.col.2.verſic.vlteriùs not. quòd verus.C.de iudic.Ange.in l.quoniam iudices.C.de appel.Cardin.Floren.in clem.j.in ij.q.de dolo & contum.Atque etiam in dubio appellationi deferendum eſt à iudice , per l.ſciendum. ff.de appel. recit.Spec.in tit.de appel.§.nunc dicamus.verſi.& iterum verſi.dicunt autem quidam. Archid. in c. cordi.& in c.ſi à iudice.de appel.libro 6.Ioan.And.Anto.& alij in d.c.vt debitus.eo.tit. & ipſe Ioan. And.in d.c.paſtoralis.vbi ſuprà,& ibi quoque Bal.in §.præterea.col.j.verſic.in dubio enim.de offic. deleg.Idem Bal.in l.de ſtatu.C.de teſta.Alex.conſi.cxiij.viſo themate.col.j.lib.v.Socin.conſi. cxcv. circa primum conſultationis articulum.col.3.verſi.pręterea in re dubia.lib.2. Vt etiam in dubio appellationem non eſſe deſertã iudicandum,Pau.Caſt.in l.j.per illum tex.& ibi quoque Rom.& Alex. ff.ſi quis caut.quod not.dicit Dec.dicto cõſi.xxviij.col.2.verſi.4.& vlti.& conſi.ccclvj.in cauſa dominæ,poſt prin.& conſi.ccccccxxiiij.viſis his quæ plenè,in fin.

### SEPTIMA DECLARATIO.

1 *An hæres petens ſe confirmari in hac poſſeßione, ſuſtineat partes rei.*

¶Septimò declara,vt ſi etiam hæres petat ſe confirmari in hac poſſeſsione,virtute huius ſtatuti aduerſus eum qui fortè eum turbat in ea poſſeſsione,aut aliter eum impedit, ne poſsideat , is tamen partes defenſoris ſuſtinere cenſeatur,cùm ipſe hoc ſtatuto poſſeſſor eſſe præſumatur,& alter partes actoris,vt expreſsè tenuit Bal.conſi.ccccliij.quidam Ioannes deceſsit.circa medium.lib.j.per tex.in l.liberis.§.vlt.ff.de liber.cau.& nuncupatim ſequitur,& dicit not. Iaſ.conſi.lxxxv. quando habemus determinationem.col.j.verſi.item ſicut ſcriptus. lib.3.

2 *De eadem re.*

¶Quibus adde quod idem quoque Bal.ſcripſit in non longè diſsimili caſu,in l.poſt ſententiam. col. vlt.verſic.quæro nunquid ille qui petit.C. de ſent.& interloc.omn.iudic. quòd qui petit confirmationem poſſeſsionis,dicitur reus,non actor,vt dicit voluiſſe gl.in l.j.in prin.in verbo,fiat.ff.de Carb. edict.de quo & nonnihil videre poteris per Bart.& Alber.in l.3.§.miſſum.ff.eo.tit.Idem autem Bal. conſi.clxxvij.ad euidentiã eſt pręmittendum.col.j.verſi.ſi verò obſcurũ.lib.3.ſcribit quòd in poſſeſſorio,ſi vtraque partiũ dicat ſe poſsidere,is pro reo habetur,qui corporaliter poſsidet,& aduerſarius pro actore.



pro actore.dicta l.liberis.§.vlti.ff.de liber.cau.niſi,inquit, reus qui ſe opponit,opponendo intelligatur ſpoliare agentem,vt quia eſt colonus finito tempore locationis,vel emphyteuta qui cecidit emphyteuſi, vt ibi per eum.

*Quid in uniuerſum in rebus ſimilibus.*

5 ¶Sed ita tamen , ne excidat quod aliàs tractari ſolet,an ſemper is qui ad iudicium prouocat, partes actoris ſuſtineat,præſertim ſi petat tolli quodpiam impedimentum ei factum, vel aliquid nullum eſſe contendat,vel aliàs: & quid etiam in poſſeſſoriis,vt proinde ſcias an ſit recipiendus,& an onere probandi grauetur,& ad alios quoque fines. Super quibus ne te diutius detineam ( ſi hæc omnia ſigillatim tractarem ) vide tex.in l.de pupillo.§.qui remiſsionem. & ibi Pau.Caſtr.& rurſum in §. ſi procurator.& ibi gloſ.in verbo,defenſoris. Iaco.Aret.Oldra.Barto.Bald.Imo.Rapha. Com. Roma.ipſum Pau.Alexan.& Iaſo.ff.de noui oper.nunc.gloſ.in l.duo iudices.in gloſ.j.& ibi Bartol.Ange.Imo.Paul.Caſt.& latè Alex.ff.de re iudic.gloſ.in cap.dilectus.in verbo, excommunicationis. & ibi Bal.col.2.verſic.opponit gloſ.de reſcrip.& in cap.licet cauſam.in verbo,poſsidere. verſicu.item ſi conſtat.& ibi Bald.col.7.verſi.gloſ.dicit hîc quòd ille vincet,de probat.& gloſ.in cap.j.quod incip.in nomine D. N. Ieſu Chriſti.§.eligatur autem de ipſis.in verſi.nec aliqua ſuper hoc ei audientia.xxiij.diſt.Innoc.Anton.& Panorm.in c.cùm inter.de except.Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap.dilecto.de verbo.ſignific.& in c.quod ad conſultationem.de ſenten.& re iudic.& in c.dilecti.& ibi quoque Anto.Imo.& Panor.de excep.Specu.titu.de contuma.§.vlt.verſi.ſed pone quòd diceret.& ibi etiam Ioan.And.in addit.& ipſum Ioan.And.in c.j & ibi Domi.de reſcri.lib.vj.Bar.& Ang.in l.non cogendum.§.j.ff.de procura.Ange.Rapha.Fulgo.Pau.Caſt.in l.de die.§.tutor.ff.qui ſatiſd. cogan.& conſi.cx. cuius initium eſt,nota quòd in duplicibus.

### OCTAVA DECLARATIO.

*Hæres an id ius huius conſuetudinis alteri cedere poßit.*

1 ¶Octauò declara,vt hæres id ius continuatæ poſſeſsionis , & intentandi remedia, quæ pro ea illi competebant alteri cedere non poſsit,tanquam id ius ipſius perſonæ ita cohæreat , vt in alterum cedi non poſsit, per id quod ſcribit Bal.conſi.clxxxvj.cuius exordium eſt , quia allegationes.col.3. verſic.dicet aliquis,bonor.poſſeſ.lib.j.quòd poſſeſſorium iuris alteri cedi non poteſt, per tex.in l.3. §.acquirere.ff.de bon.poſſ.vbi probatur bonorum poſſeſsionem non tranſmitti:ex quo ſatis ſequitur,nec eam cedi poſſe, cùm quòd tranſmiſsibile non eſt,nec ceſsibile quoque eſt, l.ſi ex pluribus. & ibi Dyn.Bar.& alij,ff.de admin.tuto.cum aliis concord.à me collectis in tracta.Retractuum,tit.j. §.xxvj.gl.j.nu.44. incip. tertiò bonorum poſſeſsio.

*Qui contrarium.*

2 ¶Verùm contrarium,cùm id dubium ex facto contigiſſet,reſpondit Anto.de Lucis doctor, & aduocatus Vincentinus valentiſsimus , inter conſil. Bal.qui ita illum vocat,conſil.ccccxxxvj. quidam creditor habens plures debitores,col.2.verſic.quanquam ſupradicti facti, & ſeq.lib.3. cui conſi. ſubſcripſit ipſe Bal.ibi per multas rationes,quas inibi vterque adducit , vt ibi videre poteris , & diximus etiam in dicto tracta.Retractuum,dicto §.xxvj.in gloſ.3.nume.31.incipien.trigeſimoquinto ciuilis poſſeſsio. Nam & aliàs videmus ciuilem poſſeſsionem alteri poſſe cedi, & per actum etiam fictum , & ciuilem transferri, vt & nos latè docuimus in tractatu Conſtituti poſſeſſorij. parte ij. ampliatio. xxj.

*Ceßionarius non eſt ſaiſitus , niſi hæc poſſeßio trãſlata fuerit.*

3 ¶Illud tamen poſſet dici , quòd ſi hæres ſimpliciter transferat hæreditatem alteri , hic ceſsionarius non poſsit dicere ſe ſaiſitum,niſi hæres in illum hanc poſſeſsionem transtulerit , vt etiam expreſsè voluit Anton.Rube.conſi.cxxj.dominus Ioannes Bernard.col.3.verſicu.ex præmiſsis igitur concludam.Et hoc quidem veriſsimum eſt.Nam nec is qui verè,& realiter poſsidet,cedendo rem transfert poſſeſsionem,vt patet ex l.ſi ager.ff.de rei vendic.& l.quoties.C.eo.titu. & l.traditionibus. C.de pact.cum ſimil.

### NONA DECLARATIO.

*An pendente lite inter hæredem, & aliũ, debeat hæreditas ſequeſtrari.*

1 ¶Nonò declara,vt hæc poſſeſsio ſit adeò fauorabilis & priuilegiata,vt pẽdente lite inter hęredem, & alium ſuper poſſeſsione,ea non debeat ſequeſtrari,ſed manere apud ipſum hæredem , licet aliàs facilè in huiuſmodi cauſis poſſeſſoriis præſertim retinendæ , quæ ſolent in hoc noſtro regno frequentius intentari,licet aliàs facilè,& ex primo ac minimo quoque dubio accedatur ad ſequeſtrationem,ita enim multis ac magnis rationibus interrogatus reſpondit Pau.Pariſ.conſi.xlj. optimum ius,col.4.verſi.nec audiendi ſunt aduerſarij,& multis ſeq. lib.j.

*De eadem re.*

2 ¶Et id quidem veriſsimum eſſe credo,vt ſcilicet non temerè deturbetur hæres commodo poſſeſsionis ſibi ſtatuto delatæ,pendente lite:niſi ſit alius qui ſe etiam prætendat eſſe hæredem , aut ſolum, aut pro portione, contra alterum.Nam tunc ſi res ſit dubia,an ſcilicet alter litigantium ſit hæres,& proinde poſſeſſor ex hoc ſtatuto,interim donec amplius liqueret de iure alterius , ad ſequeſtrationem hæreditatis veniendum eſt , vt in cæteris his cauſis poſſeſſoriis , neque enim hîc alter altero fauorabilior eſt ob hoc ſtatutum , cùm dubium ſit vter eorum hæres ſit, & ita ſolet iudicari. Sed cùm primùm ius alterius apparet eſſe potius , vindiciæ, id eſt ( vt vulgo vocamus ) recredentia ſolet ei adiudicari , ſecundum not.in l. vlti. C. de edicto diui Adriani tollendo.

# SEPTIMA PARS MISCELLANEORVM,

quæ quinque declarationibus conſtat.

## *Prima declaratio ſeptimæ partis.*

*An alius cõtra hæredẽ poſsit uti hac conſuetudine.*

1 PRimò declara, vt id ſtatutum procedat in fauorem ipſius hæredis, vt ſcilicet poſsit ſe dicere ſaiſitum aduerſus alium, ſi velit. Quòd ſi alius id allegaret aduerſus ipſum hæredem, id certè non procederet, vt expreſsè voluit Lauren. Calcan. loquens de ſtatuto Cremenſi huic noſtro ſimili. conſil. lxxvj. primò eſt videndum quæ actio, col. 3. verſi. nec obſtat quod dicitur, ibi præterea illud ſtatutum: hac ratione motus, quòd id ſtatutum factum eſt in fauorem filiorũ, vel aliorum hæredum, l. quod fauore. C. de legib. cum ſimil. Igitur, inquit, quatenus tendit ad eorum læſionem, non debet continuari in eos poſſeſsio: quatenus autem tendit in fauorem, dicitur continuari, ne inducta ad vnum effectum, operentur contrarium, l. legato generaliter. ff. de lega. j. credo quòd voluit allegare, l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. neque enim prior illa quicquam facit.

*Epiſcopus liberatur patria poteſtate, ad ſuũ cõmodum.*

2 ¶Vnde, ait, dicit Nicol. Neapol. in l. item in poteſtate. ff de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ibi Barto. quòd licet filius epiſcopus liberetur à patria poteſtate, auth. ſed dignitas epiſcopalis. C. de epiſco. & cler. tamen illud procedit, quando eſt vtile ipſi filio, ſecus autem ſi id cederet in incõmodum ipſius. Et ideo ſi ſit conſtitutio regia, vt filiusfamiliàs conſtitutus in poteſtate patris, gaudeat certo aliquo priuilegio, filiusfamiliàs epiſcopus eo gaudebit, ac ſi eſſet in poteſtate conſtitutus. Et facit, inquit, quod not. Bart. in l. j. C. de dignit. lib. 12. quòd ſi ſtatuto nobilis delinquens perdit nobilitatem, intelligitur quoad quæ ſibi ſunt commoda, & honorifica, ſecus ſi damnoſa. Et quod ſcribitur in l. actione. §. qui ſocietate. ff. pro ſoc. quòd ſocius qui deſinit eſſe ſocius ratione delicti, deſinit quidẽ quoad commoda, non quoad incommoda.

*Ad idem.*

3 ¶Hæc ille, cui adde primùm ad id quod dicit de filiofamiliâs epiſcopo, idem voluiſſe Guil. Curt. Cyn. & Bal. in d. l. item qui in poteſtate. & alia multa ſimilia quæ nos adduximus in noſtro tractatu Nobilitatis. cap. 6. nu. 47. ſi quem princeps, & quatuor ſeq. Et ad id etiam quod poſtea dicit de nobili delinquente, idem voluiſſe ipſum Bart. Ang. Ioan. à Plat. in l. j. C. de infamib. lib. x. & Roma. qui id dicit ſingul. in l. ſi exhæredatus. §. ſub diuo. ff. de Senatuſcon. Silla. cum aliis multis concord. huius rei. & ſimilib. à me quoque adductis in eo ipſo tracta. Nobilitatis, cap. 24. num. 7. intellige tertio, & multis ſeq. per totum illud cap.

*Beneficia legis iis tãtum proſunt, qui uti uolunt.*

4 ¶Eandem quoque illam ſententiam Calca. (nulla tamen illius facta mẽtione) expreſsè tenuit Fran. Rip. lib. j. Reſponſ. c. omnium j. defuncto nouiſsimè Carolo, col. antepen. verſi. non obſtat itaque prima ratio, illa etiam ratione ſuffultus, quòd beneficia legis, & conſuetudinis recipiunt eam conditionem, ſi is in cuius fauorem fuerunt conceſſa, eis vti velit. l. vlti. C. de execut. rei iud. & l. debitoribus. & ibi Alex. & alij, ff. de re iud. & l. vniuerſa. & ibi latè Iaſ. C. de precib. impe. offer. & l. ſcimus. in prin. iuncta gl. C. de inoffi. teſta. & facit l. inuito. ff. de reg. iur. Hincque vt ſubdit, eſt regula, quòd quilibet renunciare poteſt ſuo fauori, l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. cum ſimil.

*Mulieri quæ ſe obligauit ſine ſolennitate, obiici id nõ poteſt ab eo qui cum ea contraxit.*

5 ¶Hæc autem præter illos confirmari poſſunt, ex eo quod pulchrè reſpondit Paul. Caſt. conſi. xcj. in cauſa appellationis. col. 3. ver. ſecundò dicitur non fuiſſe facta, lib. j. quòd ſi ex ſtatuto, mulier nõ poſſit ſe obligare ſine quapiam ſolennitate, ea tamen ſine ea ſolennitate ſe obligauerit, poterit eadem id ſtatutum allegare contra alios, vt obligationem ſubuertat: alij autem contra eam non poſſunt, in cuius fauorem factum eſt, per not. in l. his conſequenter. ff. famil. erciſc. & alia quædam quę ibi alleg. Et idem quoque voluit ipſe Pau. conſi. cxix. videtur dicendum ſuper primo, in ij. dubio. lib. 2. per d. l. quod fauore. & l. non eò minus. C. de procur. vbi ſententia lata pro minore, ſine curatore, valet.

*Minor poteſt ſi uelit ſeruare contractum à ſe factum ſine ſolennitate.*

6 ¶Nam & aliàs, vt id illi addas, poteſt minor ſi velit, approbare contractum venditionis à ſe factum ſine ſolennitate, & cogere emptorẽ ei ſtare, & pretium venditionis reſtituere, l. cùm interdictę. C. arbit. tute. ex qua not. Bal. quòd cõtractum nullum, ob fauorem alicuius poteſt ille approbare, & allegat etiam ad hoc tex. in l. Iulianus. §. ſi quis colludente. & §. ſeq. ff. de act. emp. quem & ad hoc dicit ſing. Bal. in l. dolum. in fi. C. de peric. & cõmo. rei vend. & not. Pet. Anch. in c. quàm ſit. col. j. de elect. lib. 6. Et illud quoque de minore tradiderunt Raph. Fulg. & Alex. in l. cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de trãſact. ipſe Alex. in addi. Bar. in l. cùm lex. in vlt. addit. ff. de fideiuſ. Matheſil. not. clvj. no. quòd ſi minor. & Soci. conſi. lxxx. præſens conſultatio, col. j. verſi. ad hanc obiectionem. lib. 4.

*Et ſimiliter eccleſia.*

7 ¶Et idem dicitur de eccleſia, quæ alienauit ſine conſenſu epiſcopi, vt ipſe epiſcopus, ſi poſtea velit, poſsit cogere eum qui cum eccleſia contraxit, vt ſtet contractui, per c. ſi qua de rebus. xij. q. ij. quem tex. ſic intelligit gl. poſt Hug. doctorem antiquum, in c. j. in verbo, ſede vacante. ante fi. extrà, ne ſede vacante. & ibi quoque Hoſt. Ant. & Panor. per illum tex. dicit ad hoc eſſe menti tenendum, & eam gl. eſſe not. Imo. Hoſt. Io. And. Cald. Flor. Panor. qui id dicit notandum, & omnes cęteri in c. j. extrà de his quæ fiunt à præla. Anto. in c. ſi quis presbyterum. col. j. de reb. eccl. non alien. & conſi. xxij. viſis punctis. col. j. ad fi. Raph Fulgo. & Iaſ. in d. §. eam tranſactionem. Matheſil. d. not. clvj. Alex. in addit. Bar. in d. l. cùm lex. Guid. Pap. deciſio. Delphin. clix, duodecima concluſio, poſt prin. Philip. Dec. qui alios multos citat, in c. quæ in eccleſiarum. col. 3. verſi. addatis tamen quòd ſi alienatio. de conſtitut. Carol. Ruin, conſi. xj, viſo compromiſſo. col. 3. nu. 6. lib. 4.

¶Quòd



*Dolũ qui paſſus eſt in contractu, ſi uelit cogit aduerſarium ut ei ſtet.*

8 ¶Quòd ſi contractus bonæ fidei ſit dolo alterius initus, is qui dolum fecit, nullum dicere non poteſt aduerſus eum, cuius fauore nullus eſt, gloſ. in l. iuriſgentium. §. Prætor ait pacta conuenta quæ neque dolo malo, & ibi quoque Bal. Ang. & Iaſ. ff. de pact. gl. in l. in cauſæ cognitione etiam, quæ eſt ij, in princ. & ibi item Bal. in l. iij. lect. ff. de minorib. gl. in d. l. eleganter. in princ. in verbo, nullam. & in verbo, ipſam. verſi. item ad quid. & ibi Bart. & Bal. in prior. lect. col. 2. verſi. in eadem gl. ibi, §. ſeruũ. ff. de dolo malo. & gl. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nupt. & in l. tranſactionem. & ibi Iaſ. C. de tranſact. Feder. Senenſ. conſi. lxxxix. puto agenti exceptionem. Bal. in d. l. quòd fauore. col. 2. per eum tex. C. de legib. & in l. j. col. 2. verſic. ſed hìc quæro. C. plus valere quod agit. niſi inquit, lex præcisè reſiſteret actui per d. l. à diuo. & ibi gl. ſing. C. de ritu nupt. & idem in d. l. dolum. C. de commo. & peri. rei ven. & in l. ſi res. §. ſi mulier. per eum tex. ff. de iure dot. Anto. dicto cõſi. xxij. Panor. in c. cùm dilecti. col. 2. verſi. item cape aliam. de emp. & ven. Pau. Caſt. conſi. ccxcv. ſi dicta pignora. col. j. lib. 2. Iaſ. in d. §. eam tranſactionem. Feli. in c. dilectus. le 2. col. v. verſi. tertiò facit. de reſcri. & in c. tuis quæſtionibus. col. j. de teſtib. Caro. Rui. conſi. cxcviij. viſo ac prælecto. col. 6. nu. 12. lib. 1. D. Io. Igne. in l. contractus. col. xxxiiij. verſi. nunc reſtat articulus. & multis ſeq. ff. de reg. iur.

*Cõtrahens uerè cũ ſimulante, poteſt eum cogere ſtare contractui.*

9 ¶Cuius rei argumento Bal. & Salic. in d. l. j. col. vtrique ij. ille verſic. ſed hìc quæro: hìc verſic. quæro vnus ex contrahentibus. C. plus valere quod agit. ſcribunt, quòd ſi vnus tantùm ex duobus contrahentibus ſimulabat, ille qui non ſimulabat, ſed verè & ex animo contrahebat, poterit cogere illum ſimulatorem, vt ſtet contractui, velit nolit: niſi tamen aliàs lex ei contractui reſiſteret. Id enim generale eſt, vbicunque contractus annullatur fauore alicuius, ſi is velit, ſtabitur contractui, nec contra eum poterit ab alio ea nullitas allegari. Ita enim ex facto reſpondit Barto. conſil. clix. viſa quadam conſtitutione. col. 3. verſi. tertiò videndum eſt. Ad quod etiam faciunt quæ idem tradit in d. §. ſi quis colludente & ſubobſcurè in l. ſi ſpontaneos. C. de decur. & fil. eor. lib. x.

*Decretum irritans, nõ operatur contra eum cuius fauore poſitum eſt.*

10 ¶Ex quibus & illud quoque fit, vt irritans clauſula decreti nullitatem non operetur, niſi is velit, ad cuius fauorem poſita eſt, vt voluerunt Ioan. Mona. Ioan. And. Lap. Domin. & Philip. Franc. in c. 3. de præben. lib. 6. Domin. poſt Imo. in c. ſtatutum. §. cùm vero. col. 4. verſic. nota tamen ex gl. de reſcrip. lib. 6. Domin. Bened. in repe. cap. Raynutius. in verbo, in eodem teſtamento relinquens. le j. nu. 91. de quo tamen vide Feli. in c. cùm dilecta. col. xiiij. verſ. ſed quicquid dicatur. de reſcri. & quæ ſcripſimus in repe. l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. nu. 321. incip. illud autem omnino. C. de reuo. dona.

*Contractus nullitas, ob cõtrauentionem allegari non poteſt à contraueniente.*

11 ¶Ad hæc ſi in contractu conuentum expreſsè fuerit, quòd ſi vnus ex contrahentibus contrauenerit conuentis, contractus ſit nullus: & poſtea vnus eorum contrauenerit, poterit nihilominus alter ſi velit, ſtare contractui, & cogere aduerſarium vt adimpleat, vt ex facto reſpondit Petr. Anch. conſil. cxlj. ſuper prædicto dubio. vbi idem dicit conſuluiſſe Dyn. conſi. incip. in quæſtione quæ vertitur. & ſequitur Feli. in d. c. dilectus. le 2. vbi ſuprà de reſcrip. & in d. c. tuis quæſtionibus. de teſtib. Et per hęc tenuimus in noſtro tractatu Legum connubialium, in gl. 7. in verbo, *de ſon mary*, in x. q. mulierẽ quę ſine conſenſu viri (qui ex conſuetudine requiritur) contraxit, poſſe cogere eum qui ſecum contraxit, ſtare contractui: nec è contrario, poſſe illum cogere eam mulierem, ei ſtare.

*Teſtamentum ob præteritionem, tunc demum nullũ eſt, ſi præteritus uelit.*

12 ¶Denique licet teſtamentum in quo filius præteritus eſt, ſit nullum ipſo iure, ita vt filius eo non obſtante ſit hæres, per iura vulgata, hoc tamen intelligitur ſi filius ipſe velit, l. filio præterito. & ibi glo. & omnes, ff. de iniuſto teſtam. & l. maximum vitium. §. ſancimus. C. de liber. præterit. gloſ. in l. ſcimus. in princ. C. de inoffic. teſtam. cum infinitis propè concord. à me adductis in repet. l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. num. 13. ſimile eſt autem. C. de reuocan. donat. vbi & id exemplo comprobaui ex antiquitate repetito.

*Fiſcus ab indigno nolens nõ aufert.*

13 ¶A quo non longiùs diſtat quod in ſimili dicitur, fiſcum qui poteſt ab indigno hęreditatẽ auferre, & ita faciens tenetur ſatisfacere creditoribus, l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. & l. ſi marito. in prin. ff. ſol. matr. cum ſimilib. id tamen intelligitur, ſi ipſe fiſcus velit auferre, aliàs non tenetur acceptare, & ſoluere debita hæreditaria, ſed apud indignum ipſum manet hæreditas, vt voluit gloſ. in l. ea ſola. ff. de reg. iur. quam dicit ſingu. & mirabilem Bal. in l. eam quam. col. v. verſi. de prædictis autem bannitis. C. de fideicom. & Roma. in l. j. ad fi. ff. de acquir. hæred. Martin. Laud. in tract. de fiſco. §. ccxxvj. ſi fiſcus autem velit. & Iaſon in l. re coniuncti. num. 120. ff. de leg. iij. & in l. j. col. j. verſi. octauo & vltimo, vbi tamen pungit in contrarium, C. de hæred. inſtit. & in l. j. col. 4. verſi. prædictã regulam limita, C. quando non peten. part. & eſt ad hoc bonus tex. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante queſtionem de familia. col. 1. in 2. not. ff. de lega. j. vbi id ex eo not. Alex. in fi. & Iaſ. col. j. in ij. notab. vti & fecerat Bal. in l. etiam. in vlti. oppoſit. C. ad leg. Falcid. Miror autem Dec. in d. l. ea ſola. hæc non niſi obiter, & ſummis (quod aiunt) labris attigiſſe.

*Hæres præſumptus, an habetur pro hærede, niſi expreſſe aliud declaret.*

### SECVNDA DECLARATIO.

*Filius iuris præſumptione ſuccedit patri. Filij ipſo iure ſuccedunt patri.*

1 ¶Sed hac in re, & id erit vice Secundæ declarationis, fuit aliquando dubitatum in noſtra curia Parlamenti, an hęres qui non vult vti beneficio ſtatuti, de cuius viribus tractamus, teneatur id expreſsè declarare, aliàs habeatur pro hærede, & eo quidem ſaiſito ex hoc ſtatuto: ita vt creditores defuncti aduerſus eum agere poſsint, & præſertim ſi ſit filius, nam de filio illic agebatur, quod nonnulli exiſtimabant propter hanc cõſuetudinem, quæ ei ipſo iure continuo poſſeſsionem quærit, & quia etiã ex præſumptione iuris, filius ſuccedit patri, gl. in §. j. verſi. vt autem. in verbo, parentes. in auth. vt qui res min. oblig. hab. perhib. Bal. in l. apud hoſtes. col. vlt. C. de ſuis & legit. vbi eam gl. dicit ſingu. & in c. j. col. j. tit. an agn. vel fil. Rom. & Alex. in l. neceſſarius. ff. de acq. hære. ipſe Alex. in l. ſi cùm dotem.

§.tranſgrediamur.col.v.verſic.in hoc articulo.ff.ſolu.matri.Iaſon in l.non hoc. col.1. C. vnde legit. Franciſ.Ripa in l.quod te. col.xix. nu.58.ff.ſi cer.pet.Nam & filij ipſo iure parentibus ſuccedunt, l.ſi mater. & ibi Bald. in princ. & alij C.de ſuis & legiti. Cui ſuccinit illud Diui Pauli ad Galatas 4. ſi filius eſt, & hæres quoque eſt,relatum à gloſ.in l.1.C.ſi minor ab hære.ſe abſtin. & in d.l. neceſſariis.ff. de acquir. hæred.

*Suus hæres an præſumatur adiiſſe, ita ut creditoribus teneatur.*

2 ¶Verùm in ea ſum ſententia, vt niſi filius,aut alius proximior ſe immiſcuerit hæreditati, vel aliter ſe hæredem declarauerit, non cogendum tanquàm hæredem ſoluere creditoribus. Nullus enim noſtris moribus Gallicanis hæres eſt,niſi qui hęres eſſe vult, ita enim (veluti prouerbio) dicere ſolemus, *il n'eſt heritier qui ne veult*. Nec quis tenetur id expreſsè declarare, per tex.expreſſum in d. l.j.C.ſi min.ab hæred.ſe abſti.vbi ita ſcribitur, Si vos paternæ hæreditati non immiſcuiſtis,ob eam rem teſtificatio neceſſaria non fuit,cùm fides veritatis,verborũ adminicula non deſideret, vbi glo. in verbo,ob eam rem.in princ.not.ea.l. reprobari quorundam opinionem, qui dicebant ſuum hæredem præſumi adiiſſe, & teneri ſtatim creditoribus. & eſt etiam ferè ſimilis text.in l.ei qui. ff. de acquir. hæred.

*Repudiatio hæreditatis fit ſola & nuda deſtinatione.*

3 ¶Et alibi ſcribitur repudiationem hæreditatis fieri ſola,& nuda deſtinatione.§.item extraneus hęres teſtamento.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.vbi gloſ.dicit non opus eſſe hoc actu extrinſeco declarari.Et propterea per tex.in d.§.pen.dicit Bart.in l.gerit.ff.de acquir.hæred.quòd repudiatio hęreditatis fit ſolo animo,& illum ſequuntur Angel.& Franc. Aret. ibi, qui id dicunt, repudiationem hæreditatis fieri,ſola mentis deſtinatione aliter non declarata,quoniam obligationem non inducit. & Panor.in c.1.de ſolu.& Barb.conſi.v.bene etenim cuncta geruntur.in princ.lib.3.& conſi.xlj.immortalem & omnipotentem Deum.col.pen.verſ.quia ad hoc reſpondeo.lib.4.Et facit quod ſcribit Bal.conſi.cccvj.ſententia lata.lib.3.& conſi.clxxxij.citatio facta.in 3. dubio.lib.4.& conſi. ccxcviij. caſus ſic proponitur, ad finem lib.v.

*Aditio, & repudiatio à pari procedunt.*

4 ¶Ex quo & plerique fuerunt in ea opinione,vt quia repudiatio,& aditio à pari procedunt.l. is poteſt.ff.de acquir.hæred.& l.vlt.§.ſimili quoque.C.de iure delib.ideo & aditio fit etiam ſolo animo, vt dicit gl.in l.pro hærede.in prin.in verbo,animi.ff.de acquir.hæred.per tex.in d.l.gerit.eo.tit.& in l.ſi auia.C.eo.quoque tit.& alia gl.in l.potuit.in verbo,& voluntas.C.de iure delibe.& in l.cùm hæredes.in prin.in glo.j.ff.de acquir.poſſ.per tex.in §.vlt.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.Signor. conſil. clv.quæſtio diſputanda.col.6.verſic. quæro in his,per l.2.ff.de offic.procur.Cæſar.& l.recuſari.ff.de acquir.hæred.& idem Signor.loquens in caſu noſtri ſtatuti, conſil.clxxxviij.caſus continens.col.2. verſi.cùm ex ſola.vbi & ad hoc allegat l.pro hærede.in prin.ff.de acq.hæred.& voluit etiam Ioan. Fab.in §.vlt.poſt med.per tex.ibi,Inſtit.de hære.qualit.& differ.Ange.in l.gerit.& Barb.dicto conſi. v.col.3.verſi.præterea faciat.lib.3.Pet.Ferra.in titu.forma libel.quo petit.hære.ex teſta.in verbo, purè inſtituit.col.1.Corne.conſi.lxxv.diu poſt conſilium.col.2.verſic.item pondero,lib.2.per tex.optimum,in l.ſi auia. C.de iure delib.

*Qui contrariũ tenent.*

5 ¶Quanquam ſunt qui in hoc vltimo tenent contrarium,vt videlicet ad aditionem hæreditatis,nõ ſufficiat ſolus animus,niſi aut verbis,aut facto declaretur.ita enim voluit gloſ.ſibi contraria, in d.l. gerit.& in l.multum.ff.de acquir.hæred.& in §.extraneus.in verbo, nuda. Inſtit.de hæred. qualit.& differ.Bart.Alex.& Franc.Are.in l.pro hærede.& in d.l.gerit.& ibi omnes poſt eum, præter Ange. & idem Bart.Bal.& Salic.in d.l.potuit.C.de iure delib.Bart.in d.l.ſi auia.Bal.in l.ſi certis annis.col. vlt.C.de pact.& in l.j.col.xj.verſi.circa octauum.C.qui admit.& in l.cùm antiquioribus.col.j.verſic. & per hoc infero.C.de iure delib.& in l.dos à patre.ad fi.C.ſolu.matr.& Rapha.Fulgoſ.in l.ij.ff.de interrog.actio.& Barba.ſibi contrarius,dicto conſi.xlj.col. pen. vbi ſuprà citauimus,lib.4. & Franc. Aret.conſi.clx.in præſenti conſultatione. verſi.quod autem videatur.

*Hæréſne ſit an non, cogitur dicere is qui in id conuenitur.*

6 ¶Sed quicquid ſit de ea re,illud tamen minimè dubium eſt,cogendum eſſe eum,qui ob id nuncupatim conuenitur,vt declaret hæréſne ſit,an non,& pro qua parte id ipſum facere velit, ſed ita tamen,vt ei,ſi petat,detur tempus ad deliberandum,l.j.in fi.& l.ij.ff.de iure delib.& expreſsius in l.ſi curatores. C.eo.tit.cum aliis ſimilibus adductis per gloſ.

*Filius hæres eſt ſi uelit, aliàs minimè.*

7 ¶Sed redeundo ad noſtrum principale inſtitutum,quod ſuprà diximus,filium ipſo iure & iuris pręſumptione eſſe hæredem patris,id certè ipſum fateor,ſi velit,vt ſuprà diximus,id eſt, ſe talem declarauerit,vel ſe immiſcuerit:aliàs enim nõ tenetur creditoribus,vt ex eo patet quod ſcribunt Bart. Salic.Paul.Caſtr.& Philip.Corne.in d.l.ſi mater.C.de ſuis & legit. intelligentes illud quod ſuprà diximus filios ipſo iure eſſe hæredes parentum,ſi velint, aliàs ſecus.

*Creditori incumbit onus probandi filiũ eſſe hæredem.*

8 ¶Hincque illud fit,vt creditori incumbat onus probandi filium eſſe hæredem,quòd ſcilicet ſe immiſcuerit:non filio,quòd abſtinuerit.d.l.j.& ibi gl.C.ſi minor ab hęred.ſe abſtin.& l.j.C.de iure delib.& expreſsè voluit gl.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.in verbo,extiterit.& ibi Bar.col.j.verſ. quæro cui incumbit.& Bal.col.item j.verſi.quærit gl.vtrùm,Ange.col.2.verſi.in gl.ſuper verbo,extitit.Imo.qui hanc dicit eſſe cõmunem opinionem,col.j.verſi.in fi.gloſ.Pau.Caſt.col.j.verſi.in vlti. gl.Alex.qui & hanc dicit eſſe communem,col.pen.verſi.in gl.in verbo,extiterit.ff.ſolu.matr. & alia gl.in l.neceſſariis.& ibi Dyn.Bart.Alber.& alij.ff.de acquir.hæred.& alia item in l.ſiue ingenua. cui eſt coniuncta l.ita demum mater.aliàs, ita tamen.§. quid ſi pater.ff. ad Senatuſcon. Tertul. Dyn.& Bal.in l. filio.in fi.ff.de lega.j.& Cyn.& Pau.Caſt.in l.ei qui ſe.ff.de acquiren.hæred.Bal.in l.ſi filius qui patri.col.2.verſ.in tex.ibi,liberare.& ibi Imo.col.j.verſi.nota tertiò quòd hic videtur.ff.de vulg.





& pupil.ſubſtit.ipſe Bal.in l.2.ff.de condict.fur.in lectura antiqua,ibi, nota quòd ſuus & neceſſarius. & in l.2.C.ne fil.pro pat.& in l.apud hoſtes.col.2.verſi.item ſequeretur.C.de ſuis & legit.& in l.j.ad fi.C.commu.de leg.& conſi.cccciiij.prima ratio.lib.3.& conſil.cccvj.ſententia lata,eo.lib.Barba.in c. ex præſentium.col.j.verſi.& pondera,per eum tex.quem dicit meliorem totius iuris,de pignor. vbi & ad hoc dicit ſingul.illam gloſ.in d.§.tranſgrediamur.& idem Barb.in c.j.in j.not. de ſolut. vbi & illam gl dicit ſing.& Iaco.à S.Georg.in l.ſi fratris.in j.not.C.de iure delib.dicens, aliud eſſe, cum filius vt hæres agit:neque enim neceſſe eſt eum probare ſe immiſcuiſſe hæreditati, per eum text.& in l.j.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.Et id credo veriſsimum,licet nonnulli teneant contrarium. Aliàs è diametro id pugnaret,aduerſus illos textus apertiſsimos, qui dicunt, nudam voluntatem ſufficere ad repudiationem.

*Reſponſio ad hanc noſtram conſuetudinẽ.*

9 ¶Nec ad id quicquam officit hæc noſtra conſuetudo, quæ ipſo iure ſaiſit hæredem. Neque enim quantum ad qualitatem hæredis,aliquid addit noſtra conſuetudo ad ius commune: nam non magis eſt hæres is qui debet ſuccedere propter hanc conſuetudinem,quàm ſi nulla talis eſſet conſuetudo:quia in hęredem vel ex teſtamento,vel ab inteſtato tranſit dominium ipſo iure,etiam nõdum appræhenſa poſſeſsione,ſi hæres eſſe velit.l.cùm hæredes.in prin.cum glo.j ff.de acq.poſſ.cum ſimi. potéſtque propriâ authoritate poſſeſsionem appræhendere, vt ibi etiam nota.& diximus ſuprà in præfat.declarat.viij.nume.1. Illud autem addit noſtra hæc conſuetudo, vt etiam poſſeſsio tranſeat, etiam ſi velit:neque enim tranſit ſi nolit,vt ſuprà diximus & probauimus.

## TERTIA DECLARATIO.

*Teſtator poteſt legatario permittere, ut propria authoritate poſſeſſionem capiat.*

1 ¶Tertiò declara,vt licet aliàs de iure cõmuni teſtator poſsit legatario, aut alteri facere poteſtatem appræhendendæ poſſeſsionis propria autoritate,per tex. (ſecundum vnum intellectum) in l. Titia cùm teſtamento.§.j.& ibi gl.Bar.Bal.Imo.qui illum tex.dicit ſing.ff.de leg.2.Albe.qui eam glo.negat alibi eſſe,in l.j.§.j.in fi.& rurſum in §.quod ait.ff.quorum leg.Bar.in l.nemo poteſt.col.2.verſicu. quæro an teſtator facere poſsit quòd legatarius,& ibi cæteri recentiores.ff.de leg.j.& idem Bart.in repet.l.3.in 2.q.princ.C.de pign.& in l.legitimus.in princ.col.j.verſi.quæro vtrùm in quolibet.ff.de legit.tut.Ioan.Fab.in §.vlt.circa fi.Inſtit.de leg.vbi addit,quòd poteſt adiicere pœnam,ſi hæres impediat.Bal.in l.j.col.3.verſi.in gl.j.C.commu.de leg.cum aliis multis ac propè infinitis concor. à me collectis in conſuetud.Picta.tit. *de teſtamens*. §.iiij.qui omnium eſt,ccix.vbi & id multis rationibus confirmaui,& præterea docui id in teſtamento minùs ſolenni fieri poſſe,non ſolùm expreſsè,ſed tacitè,& id quidem multis modis.

*Tamen id moribus noſtris facere non poteſt.*

2 ¶Tamen ſtante huiuſmodi conſuetudine,moribus noſtris Gallicis, id nõ admitteretur,etiam ſi teſtator pœnam adiiceret,quod & multis noſtris conſuetudinibus expreſsè cautum eſt,& inter cæteras Picta.d.c.ccix.& Sanctonenſi,c.ix.Cuius etiam conſuetudinis meminit Io.Fab.in §.alteri.col.j.in paruis.verſi.ſed ſi conſuetudo dicat.Inſtit.de inuti.ſtipu.& Bened.in c.Raynutius. in verbo,mortuo itaque teſtatore.le 2.nu.72.& D.Boër.in comment.conſuet.Biturig.tit. *des couſtumes concernans teſtamens*, col.3.& Chaſſan.conſi.xix.nobilis dominus Antonius,in xij.dubio,col.eiuſdem j.nu.47.

## QVARTA DECLARATIO.

*Hæres ſi amittat poſſeſsionem, an poſsit dicere ſe ſaiſitum.*

1 ¶Quartò declara,vt ſi hic hæres qui ſemel ſaiſitus fuit vi huius conſuetudinis,cadat ab hac conſuetudinaria poſſeſsione,non poterit ampliùs poſtea ſe dicere ſaiſitum vi huius conſuetudinis,vt in ſimili diximus de hærede,qui miſſus fuit in poſſeſsionem,beneficio l.vlt.C.de edicto diui Adria.tol. ſi ea poſſeſsione cadat, non ampliùs admittendus eſt ad beneficium eius legis, vt poſt alios antiquiores voluit Cyn.ibi,col.vlt.verſi.adhuc quæro,pone quòd miſſus eſt,per l.quòd ſi in diem.§.non ſolùm autem à debitore.in j.reſpon.ff.de petit. hæred.

*Poſsidens realiter an ille iuuetur.*

2 ¶Vti etiam is qui in poſſeſsione reali eſt,non poteſt implorare illud beneficium, vt tueatur ſe per iudicem,vt poſt Odofred.voluit idem Cyn.vbi ſuprà,verſic.ſeq.& iterum in l.j.in ſexta eadémque vlti.quæſt.C.de Carbon.edicto.vbi tamen dicit,quòd poteſt petere,vt defendatur in ſua illa corporali poſſeſsione,quam adeptus eſt,l.j.C.vti poſsid.& arg.ff.de vi & vi arma.per totum tit. Sed tu de hoc vltimo vide Bal.in d.l.j.in prin.C.de Carbo.edict.& Alex.in d.l.vlt.ad fi.& ea quæ diximus ſuprà,in ſexta parte,ſecunda declaratione,verſi.vlt.incip.quanquam & tu.

*De eo quod dictum eſt de hærede, qui iterum petit ſe mitti in poſſeſsionem.*

3 ¶Quod autem ad primum attinet,videlicet de hęrede,qui cecidit à poſſeſsione ſemel adepta,idem etiam expreſsè voluit Albe.in ea ipſa l.vlt.col.antepen.verſi.item quæro ſi ſcriptus miſſus fuit. vbi & ad hoc dicit melius facere tex.in §.adipiſcendę.in fi.Inſtit.de interdict.& Pet.Iaco.in tit.de fideicom.hæred.petit.col.2.verſi.item ſi fuiſſet realiter.& Ioan.Fab.in d l.vlt.col.2.verſi.item nec hęres. per l.quòd ſi in diem.in princ.ff.de petit.hæred.& Salic.in ea ipſa l.vlti.col.2.verſic.ſecundò quæro quid de fideicommiſſario.& Rapha.Fulgoſ.col.antepenul.verſi.& vltima differentia. ibi, & addit quòd ſi hæres.& Iaco.à S.Georg.col.3.verſi.ſed iuxta hoc quærit ipſe Fulg.in l.ſi ſorori.C.de iure deliber.& Petr.Ferra.in titu.forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtam.in verbo,ac etiam realiter.in princ.& idem quoque ante hos voluit Spec.quem ipſe Alber.citat,in titu.de teſta.§.ſequitur. verſic.quid ſi miſſus in poſſeſsionem.

*An autẽ poſsit iterũ intentare petitionem hæreditatis.*

4 ¶Et ſimile eſt,quod voluit glo.in c.j.in glo.j.ad fi.de confeſſ.lib.7.hæredem qui ſemel adeptus eſt poſſeſsionem hæreditatis,ſi ea ceciderit,non poſſe tamen intentare petitionem hæreditatis, quam ſequitur Alex conſi.lxxxix.viſo puncto & inſtrumentis.poſt prin.lib.2.& conſi.clxxxiij.viſo puncto quæſtionis præmiſſæ.col.j.verſi.ſed pręmiſsis nõ obſt.& verſi.ſimiliter videmus.li.v.& cõſi.clxxxv.

in cauſa appellationis col.2.verſi.quia reſpondet.eo.lib.6.quibus locis dicit eam not.& conſil. clij. in cauſa & lite,poſt princ.lib.6.& Iaſ.qui eam ſolennem & multum notandam dicit in d.l.vlt.col.3. verſi.ſecundò intellige.C.de edicto diui Adria.tollen.& conſi.cxij.viſo longo.col.pen.verſicu. circa concluſionem.lib.4.

*Quid de fideicommiſſario.*

5 ¶Et idem voluit alia gloſ.loquens de fideicommiſ.in l.vlt.& ibi Bar.in prin.qui id dicit not.& Rapha.Fulg.poſt princ.ff.de fideicom.hæred.petit.quam & ipſam quoque ſequitur Pau. Caſtr.conſil. clxix.viſo quodam proceſſu,circa medium,lib.1.& Corn.conſi.cliiij.principalis difficultas. col. vlti. ver.& petitio hæreditatis.lib.4.& Alex.dicto conſi.clxxxv.lib.6.& Socin.qui & id not.dicit, conſi. cxxij.in cauſa dominæ Iacobæ,col.2.verſi.ſecundò reſpondeo,lib.4.& Iaſ.qui & eam not. dicit, in d.l.vlt.de edicto diui Adria.tollen.& dicto conſi.cxij.lib.4.& Maria.Socin.iunior, conſil.xlvij. viſo prædicto puncto,col.pen.nu.23.lib.2.Et bene facit tex.in §.adipiſcendæ.verſi.ideo autem. Inſtit. de interdict.& l.1.§.veteres.ff.de acquir.poſſeſ. vbi per adeptionem poſſeſsionis res deſinunt eſſe hæreditariæ, cum ſimilib.

*De eo quod ſuprà dictum eſt d.l.ulti.de edi. diui Adr.tol.*

6 ¶Sed tu tamen ſuper eo quod diximus,hæredem ſemel miſſum in poſſeſsionem ex d.l.vlti.de edi. diui Adria.tollen.ſi cadat ea poſſeſsione,non poſſe ampliùs vti eo beneficio, vide alios contrarium tenentes,ſcilicet Bal.in addit.Spec.vbi nuper citauimus,& conſi.xij.quidã D.Matthæus.col.2.verſi. alius paſſus eſt,lib.7.quod conſi.repetitur conſi.ccclxxxvj.lib.5.& ipſe Bal.conſi.xiij.ſuper eo quod quæritur.col.j.verſi.quintò quæritur.lib.j.& conſi.clxxxvj.quia allegationes.col.vlt.ver.& hoc præſuppoſito.eo.lib.1.Nam & hoc,inquit,videmus in familiæ herciſcundæ iudicio,quod imitatur naturam petitio.hæred.l.j.ff.famil.herciſ.& Alex.in d.l.vlt.col.4.verſic.ſed iuxta prædicta quærit. dicto tit.de edicto diui Adria.tollen.

*Redit ad principale dubium.*

7 ¶Sed quicquid ſit de ea re,tamen fieri non poteſt,vt qui ſemel amiſit poſſeſsionem hanc, quę à ſtatuto illi data erat,eandem cenſeatur habere ex eodem ipſo ſtatuto. Non magis quàm qui amiſit poſſeſsionem,quam ex conſtituto habebat,eandem habere dicatur, etiam ſi res peruenerit ad conſtituentem,vt latè diximus in tractatu de iure Cõſtituti poſſeſſorij,in ſecunda parte,ampliat.5. Verùm ſi vterque ſit intra tempora recuperandæ poſſeſsionis amiſſæ,id eſt intra annum,poterit eandem interdicto recuperatorio repetere, vt & nos latè alibi diximus.

QVINTA DECLARATIO.

*Hæres an ſit ſaiſitus aduerſus executores teſtamenti.*

1 ¶Quintò declara,vt etiam hæres vi huius ſtatuti,vel conſuetudinis,ſit ſaiſitus aduerſus executores teſtamenti,vt ſcribit D. Boër.in cõſuetudinibus Biturig.tit. *des couſtumes concernans teſtamens.* §.vj. col.pen.verſi.ſed quid in teſtamento.& D.Chaſſan.in commentariis conſuetud. Burgund. titu. *des ſucceſsions,* §.j.col.iij.vbi id dicit ita fuiſſe iudicatum. Nam executor debet accipere per manum hæredis,l.nulli.verſic.j.iuncta gloſ.in verbo,exigendi.& ibi Ioan.Fab. col.2.verſi.item quæritur an poſsit.C.de epiſc.& cler.Spec.tit.de inſtr.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.item ſunt quædam. Ideóque Bal.in l.id quod pauperibus.col.6.in xv.q.C.de epiſc.& cleri.negat pertinere ad officium executoris,introducere hæredem in poſſeſsionem,quia hæres non debet capere è manu executoris,argu.l. ſed ſi ſub conditione.circa fi.in verbo,in ratione ſui,ff.de hæred. inſtit.

*Executor habens poteſtatẽ uendendi, non poteſt transferre poſſeſsionem.*

2 ¶Et hæc vſque adeò vera ſunt,vt etiam executor habens poteſtatem vendendi à teſtatore ſibi datam,non poſsit transferre poſſeſsionem in emptorem,inuito hærede poſsidente,vt dicit Bal.in d.l. id quod pauperibus.col.pen.verſi.decimooctauò quæro,quia niſi hæres diſcedat à poſſeſsione,non amittit dominium,nec poſſeſsionem,arg.l.fiſtulas.§.fundum.ff.de contrah.emp. Et ſi quis,inquit, dicat ſufficere emptorem mitti in poſſeſsionem,licet non conſtituatur verus poſſeſſor.l.ſi fundum.& ibi gl.ff.de fundo dot.in promptu eſt reſponſum,quia ea l.loquitur,cùm dominus vendebat: hîc autem, cùm eius miniſter,arg.l.ſi quis prohibuerit.ff.de publ.quam tamen non reperi.Agat igitur emptor contra hæredem,& conſequetur poſſeſsionem,l.qui vniuerſas.§.item cùm emptor.ff.de acqui. poſſeſ.neque enim poteſt executor per vim expellere hæredem de poſſeſsione,l.non eſt ſingulis.ff. de regu.iur. Hæc ille.

*Conſuetudines in eam rem.*

3 ¶Scio tamen ex multis conſuetudinibus huius regni,executores teſtamentorum eſſe ſaiſitos aduerſus hæredes,ſed diuerſimodè,vt videre licet apud Pariſienſes,cap.xciij. Meldunenſes, ca.33. Melodunenſes,c.xcv.Senonenſes,ca.lxxxviij.Trecenſes,c.xcix.& ſeq.Caluimontenſes,cap.xc.& ſeq.Victriacenſes,cap.cvj.& ſeq.Carnutenſes,c.xc.Aurelianenſes,ca.ccxxviij.vbi Pyrrhus nihil dicit. Cenomanenſes,cap.ccxcj.Andegauenſes,cap.cclxxiiij.Pictauienſes,c.ccvij. Borbonienſes,cap. ccxcv. Bleſenſes, cap.clxxvij. Engoliſmenſes, cap.cxiij.Rochellenſes, cap.lxviij.Niuernenſes,titu. *de teſtamens,* ca.ij.Altiſsiodorenſes, tit. *de teſtamens,* §.viij.Senlitenſes, cap.cxlviij.Claromontenſes, cap. cxxxiiij. Valeſienſes,cap.clxxj.Montargienſes,tit. *de donations teſtamentaires,* §.v.Niuernenſes, titu. *de teſtamens,* §.ij. & multis ſeq.

*Executor, ultra diſpoſita in teſtamento manum admouere non poteſt.*

4 ¶Omnes tamen hæ conſuetudines propemodum intelliguntur, vſque ad concurrentiam relictorũ. Nam nec aliàs iure communi,executor poteſt manum admouere bonis ipſius teſtatoris, vltra diſpoſita in teſtamento,vt non obſcurè probatur ex authen.hoc ius porrectum.l.iubemus.§. emptore verò.ad fi.ibi,inſpecta ipſius qualitate,& quantitate,& onere,cum gloſ.in verbo, onere, & Bartol. colum.2.verſicu.quæro quid eſt hoc dictum,C.de ſacroſanctis eccleſ.& idem Barto.in l. alio.col. 4. verſicu. quæro an exhibitis. ff. de aliment.& cibar.legat.& expreſsius Bald. in l. vlti. §. ſin autem legata.C. de bonis quæ liber. per text.in l. Lucius. ff. de exercito. actio. Et bene facit quod

ſcribunt



ſcribunt Barto. & alij in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudica. & Panormit.in cap. quod ad conſultationem. de re iudic. & Docto.vbique.

*Hæres nõ admittitur ad executionem teſtamẽti aduerſus executores.*

5 ¶Et licet multa ex illis conſuetudinibus,dicant non eſſe admittendum hæredem ad dandum cautionem de exequendo teſtamento,vt executores amoueat ab executione, id quod iuris eſſe videtur,cùm cenſeatur eſſe electa induſtria perſonę,ideo nec tranſire poſsit ad hæredem,vt etiam dicit Bal.in l.id quod pauperibus.col.2.verſi.octauò quæro an officium.C.de epiſ.& cler.per gloſ.in l.tutela.in verbo,ad alium.ff.de tutel.& l.cui bonis.ff.de cura.furio.tamen poſſunt ipſos præuenire conſeſtim exequendo,ita vt non poſsint ampliùs executores idipſum facere,vt not.Spec.qui tamen ſuper hoc diſtinguit,tit.de inſtru.editio.§.nunc verò aliqua.verſi.de primo quæritur.& Bart.in l.cùm quidam.C.de fideicom.liber.Bal.loquens de executore legali,in d.l.nulli.col.2.verſi. deinde not.C. de epiſ.& cler.& in l.hęreditas.§.ſi defuncto monumentum.in fi.l.in verſi.quamuis.in verbo,ad monumentum faciendum.ff.de petit.hæred.in 2.lectu.vbi omnino vide, & in l. ſi quis ſeruum.§. certam. in fi. ff. de leg.

*Executoribus teſtamenti cõpetit beneficium l.ult. de edicto D.Adr. toll. pro relictis pauperib.*

6 ¶Illud autem non mihi prætermittendum viſum eſt,quod huc nonnihil pertinere videtur, quod à Bart.ſcriptum eſt poſt alios antiquiores,in l vlt.col.4.verſ.quæro quid in epiſcopo.C.de edicto diui Adria.tollen.quòd executoribus teſtamenti in quo inſtituti ſunt pauperes,competit beneficium illius l.vt ſe petant mitti in poſſeſsionem hæreditatis:vt etiam epiſcopus,legitimis teſtamentorũ executionibus deputatus,arg.l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.& cler.& idem voluerunt in ea ipſa l.vlti.Albe.col.7.verſi.quæritur etiam ſi in teſtamento,Bal.col.quoque 7. verſic. idem in epiſcopo. Ange.col.vlt.verſi.item competit hoc beneficium.Salic.col.2.verſi.quæro quartò ab extra, quid ſi eſſent.Alex.col.4.verſi.quid in epiſcopo legitimo.Iaſon col.v.verſi.ſubdit Bar.quòd etiam,Philip. Dec.col.8.verſi.& ſubdit Bart.quòd beneficium,Iaco.à S.Georg.col.4.verſicu.nunc quæro quid in epiſcopo.Franc.Curt.iunior.col.x.verſi.quintò quærit.Bart.& ipſe Bal.poſt Iac.Butrig.in d.l. ſi quis ad declinandam.col.3.verſi.iuxta hoc quæritur an epiſcopus,& ibi quoque Salic.col.2.verſicu.nota quòd epiſcopus.& idem Bal.in addit.Spec.tit.de teſta.§.ſequitur.in fi.Alex.conſil.iiij.videtur inſpectis his.col.8.verſi.ſi autem dixerit.lib.2.Ange.Aret.in §.quadrupli.col.13.verſi.veniamus ad ſecundum. Inſtit.de actionib.

*Legata piis cauſis debẽtur hæreditate nõ adita.*

7 ¶At illæ noſtræ conſuetudines vlterius progrediuntur,vt ſcilicet executores ſint ſaiſiti,etiam ſi pauperes non fuerint inſtituti hæredes,ſed quod plus eſt,aduerſus ipſos hæredes.Nec tantùm in relictis ad pias cauſas,in quibus maior fuiſſet ratio fauore piæ cauſę,cùm etiam ex multorum ſententia legata piis cauſis,debeantur hæreditate non adita,vt videre licet ex Spec.& Ioan. And. in addi.illius tit.de inſtru.edit.§.nunc aliqua.verſi.ſed pone quòd eo teſtamento,Bar.& Bal.in lect.& repe.Salic. Fulg.Franc.Aret.& Iaſ.in vtraque lectu.in l.1.C.de ſacroſan.eccl.cum aliis, & propè infinitis cõcor. à me collectis in priuilegiis piæ cauſæ.Sed & ſimpliciter,& generaliter vſque ad concurſum omniũ legatorum,vt videre potes in his conſuetudinibus quas ſuprà tibi deſignaui.

*Exequi teſtamenta, ſemper eſt fauorabile.*

8 ¶Quod ob eam fortè cauſam conſtitutum eſt,quòd exequi teſtamenta,etiam ad non pias cauſas, ſemper eſt fauorabile,& pium.§.ſi verò expreſsim deſignauerit.in verbo,ſed ſolummodò piè agendo,in auth.de hæred.& Falcid.quem ita expendit.Bar.in l.nemo poteſt.col.2.verſic.eſt alia perſuadens.ff.de legat.j.& in auth.ſed cùm teſtator,col.1.C.ad leg.Falcid.Bal.in l.j.in ij.lectu.col.v.in 3.q. verſi.ſolùm ſic diſtinguitur.ff.de lega.ij.Cardin.Florent.poſt alios antiquiores in clem.j. in iij.q. de teſtam.Panor.in c.pe.col.2.verſi.in gl.ſuper verbo,mandatum.extrà eo.tit.per tex.in l.j.C.de ſacroſanct.eccl.& c.tua nobis.eo.tit.de teſta.Barba.in eo ipſo c.tua.col.xj.ſub nu.20.& iterum col.ſeq.ſub eod.nume.Corne.conſi.ccij.circa præſentem conſultationẽ,col.pe.verſi. nec obſtant adducta. lib.2. per tex.in l.cùm quidam.C.de neceſſ.ſer.hæred.inſtit.& Iaſ.in l.qui liberis.§.hæc verba.col.pe.verſi. cogita ſi poſſes ſaluare.ff.de vulg.& pupil.

*Epiſcopus poteſt exequi teſtamenta, in relictis piis, & aliis non improbatis.*

9 ¶Et ante hos Hoſtien.in dicto c.tua nobis.col.2.in verbo,per locorum epiſcopos.de teſtam.vbi ex hoc dicit,quòd epiſcopus poteſt ſe immiſcere executioni teſtamentorum,non ſolùm reſpectu relictorum piis cauſis,ſed & quorumcunque non improbatorum,per c.Ioannes.eo.titu. dicuntur enim piæ voluntates defunctorum,non ſolùm ratione locorum,& relictorum ad pias cauſas,ſed ad quaſcunque alias,& quoad omnia generaliter:pium enim eſt quicquid diffiniunt teſtatores,modò nõ ſit contra legem,& dicitur pia ea voluntas,qualiſcumque ſit:nam pium eſt vt ſeruetur,l.j.C.de ſacroſanct.eccl.& c.vltima voluntas.§.ſed alius.xiij.q.ij.quæ latè reaſſumit,& confirmat Barba.in d.c.tua nobis.col.xj.verſi.nota ibi piis voluntatibus.

*Teſtator defunctus, miſerabilis perſona.*

10 ¶Et de ea re etiam loquens Panorm. in cap.ſi hæredes.colum.2.verſicu.item intereſt iudicis. eodem titu.de teſta. illud præterea dicit, quòd teſtator ille defunctus eſt miſerabilis perſona,cùm ſit deſtitutus omni auxilio,& iam aliud velle non poſsit, l.j. C.de ſacroſanct. eccleſ. Sed quod priuatim pertinet ad relicta facta ad ſoluendum, & ſatisfaciendum creditoribus, dicit Vital. Nemau. in repet.cap.Ioannes.in iij.notab.per eum tex.ea cenſeri eſſe ad pias cauſas.Pro quo facit quod ſcribit Bald.in dicta l.id quod pauperibus.in ix.quæſtio.C.de epiſco. & cleric.executores ad id deputatos, poſſe etiam exoluere debita naturalia tantùm. Cæterum è Theologis ſcholaſticis Richardus lib. 4.ſententiar.diſtinct.xxxv.quæſt.4. articu.v. tradit dilationem executionis teſtamenti,non parum nocere animæ teſtatoris, & illi contrà prodeſſe celeritatem, duabus potiſsimùm rationibus, quas ibi videre poteris.

¶Haud

*Executores poſſunt agere cõtra hæredes pro piis cauſis, non pro cæteris rebus.*

11 ¶Haud dubiè autem executores in relictis nuncupatim ad pias cauſas, vel alimenta, ſunt multò fauorabiliores, quàm in cæteris, plúsque potentiæ & facultatis habent, quod vel ex eo inter cætera videre licet, quòd hi executores pro cæteris rebus agere non poſſunt contra hæredem, per l Lucius. §.j.ff.ad S.C.Trebel.& l.filio.§.matri ſuæ hæredi.ff.de adim. lega. Pro legatis autem ad pias cauſas poſſunt, per l.nulli.& ibi Bal.in j.not.Ioan.Fab.col.2.& Pau.Caſt.C.de epiſ.& cler.gl.in l.ſi quis Titio.in princ.& ibi Bart.col.2.verſi.quæro an executor.ff.de lega.2.gl.in d.l.Lucius.§.j.in verbo, non poſſe.& ibi item Bart.ff.ad Trebel.Inno.Hoſt.Ioan.And.Panor.& cæteri in d.c.Ioannes.de teſtam. Spec.tit.de inſtru.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.& ſcias huiuſmodi executores.& ibi Io.And. in addit.Bal.in l.id quod pauperibus.col.3.verſi.quartò quæro an fideicommiſſarius.Ceo.tit.& in d.l.hęreditas.§.ſi defuncto.col.2.verſi.ſeptimo.ff.de petit.hæred.in 2.lect.Card.Florent.in clem.j.in xiij.q. de teſtam.Alex.conſi.clxx.circa primum dubium.poſt prin.lib.2.& conſi.lj.in caſu præſenti occurrit, col.v.verſi.circa ſecundum dubium, lib.7.& Franc.Aret.in l.j.col.vlt.in xv.priuilegio piæ cauſæ. C.de ſacroſanct.eccleſ.

*Mandatum tutoris & prælatis morte eorũ finitur.*

12 ¶Et ex eo quoque quod licet aliàs mandatum tutoris, aut prælati morte eorum re integra finiatur, l.ſi per epiſtolam.ff.de acquir.hæred.& clem.vlt.de procur.& aliàs ſemper finiatur mandatũ morte mandantis.l.2.§.ſed ſi quis.ff.de donat.vbi Bart.id latè tractat.& l.mandatum.& ibi quoque Bal. C.manda.tamen mandatum executoris ad pias cauſas, eius morte non finitur etiam re integra, per tex.not.in clem.exiit.§.in eo verò caſu.de verb.ſignifi.quem ad hoc expendit, negátque alibi reperiri Bal.in auth.ſi qua mulier.col.vlt.verſi.quartò nota quòd illud.C.de ſacroſanct.eccle.& Roma. qui & illum tex.dicit ſingul.conſi.cxix.in prima concluſione, & idem voluit ipſe Bal.in d.l. mandatum.col.3.verſi.ſed contra hoc opponitur, per tex.in l.ſi ego.§.j. ff.de iure deliber. & latiùs quoque dicemus in priuilegiis piæ cauſæ.

*Executores poſſunt legatũ eis relictũ propria autoritate capere.*

13 ¶Aliud quoque eſt quod etiam nonnihil facit pro illis conſuetudinibus, quæ ſaiſiunt executores. nam teſtator dando executores, videtur illis feciſſe ius accipiendi propria autoritate legatum, aut fideicommiſſum ei eodem teſtamẽto relictum, vt voluit Ioan.And.poſt Iaco.Aret. in addit. Spec. de inſtrum.edit.§.nunc verò aliqua.verſic.xxix.ſed pone, per l.nulli.ibi, habeat exigendi licentiam. C.de epiſ.& cler.& l.ſi quis ita.ff.de leg.2.& l.Lucius.ff.ad Senatuſcon.Trebel.& idem illis nõ memoratis voluerunt Bal.Ange.Salic.& Pan.Caſt.in l non eſt dubium.& ibi quoque Alex. ad fi.qui illos memorat, & Iaſon in 2.limitat.C.de legib.ex quibus Bal.allegat prætereà not.in l.de his.C.de furt.& Ang.l.pen.coniuncta gl.C.quando decre.opor.non eſt.& l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſ. & cler.Et id quoque ipſum voluit Alex.in l.Paulus reſpondit his verbis, poſt prin.ff.ad Senatuſcon. Trebel.Iaſon in l.j.in prin.col.antepe.verſi.item adde bene facere.ff.de acquir. poſſeſ. Philip. Dec. conſi.ccccxxiiij.proponitur quòd magnifica domina.col.3.nu.16.& conſil.cccclxxvj. concluſionem ſuperius firmatam, paulò ante fi.& Paul.Pariſ.conſi.liiij.in iſto iudicio, col.v.verſi.& idem admittitur.lib.3. Ex quibus intelligis executorem poſſe ſibi ſoluere, de quo tamen nos aliquando dubitari vidimus in noſtra curia.

*Executores ad diſtribuendum pauperibus, habentur loco hæredis.*

14 ¶Eſt & aliud quoque, quòd executores dati ad diſtribuendum inter pauperes, habentur loco hæredis, per c.cùm tibi.ſecundum vnum intellectum, & ibi Innoc.& alij poſt eum, de teſtam. Roffre. in tit.de actio.ex teſta.verſi.item quid erit quod ſæpe contingit.Spec.tit.de inſtru.editio.§.nunc aliqua.verſi.item pone quòd aliquis non inſtituit, qui eſt ſub num.27.Bar.in l.hæreditas ad ſtatiũ, quæ eſt.ff.de hæred.inſtit.& iterum in l.illa inſtitutio.col.vlt.verſi.quæro quid ſi dicat.eo.tit.& in l.Centurio.col.v.verſi.contrarium eſt verum.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& in d.l.ſi quis ad declinandam. verſic.item nota quòd epiſcopus, & verſi.item dico de executore.C.de epiſco.& cler.& in l.ſi quis Titio.col.2.verſicu.aduerte tamen quòd quandoque.ff.de lega.2.& in l.alio hærede inſtituto.col.3. verſi.quæro igitur primò.ff.de alim.& cibar.lega.per d.l.ſi quis ad declinandam.& idem Bart.conſi. xxv.viſo teſtamento gentilis, in primò dubio, & conſi.clxxxij.Titius condidit teſtamentum.col.2. verſi.præterea ſicut executor.& in ſua diſput.incip.filium adultum.Bal.in auth.licet patri ſine legit. prole.inſert.l.humanitatis.in prin.C. de natur.liber. & in l. precibus.col.antepen. verſi.præterea quando teſtator.C.de impub.& aliis ſubſtit.& Benedict.Cap. conſi. xxv.cùm de pluribus quæratur.col.3.verſic. circa tertium. & Alex.dicto conſi.lj.vbi ſuprà, lib.7. Sed id magna pars illorum intelligit, ne decipiaris, quando nullus alius eſt hæres inſtitutus.

ANDREAE



# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI CONSILIARII TRACTATVS,

## De Iure conſtituti poſſeſſorij:

## AMPLISSIMO CARDINALI GVISIANO REMENSIVM ARCHIEPISCOPO,

ANDREAS TIRAQVELLVS S.

CVM anno ſuperiore dedicandis meis commentariis de Nobilitate, & Iure primigeniorum Henrico Chriſtianiſſ.Regi noſtro, veluti totius nobilitatis principi, atque autori, mecum cogitarem, ad eámque rem viri alicuius primarij gratiam mihi ineundam putarem, tu vnus occurriſti, Cardinalis ampliſsime, quem meritò patronũ mihi aſciſcendum exiſtimaui. Ea enim eſt in te cùm doctrina, & eruditio, tum vitæ ſanctitas atque humanitas, vt omnes boni, literarúmque ſtudioſi, certiſsimum ſibi in te præſidium conſtitutum arbitrentur. Itaque cùm vt librum illum meum Regi offerre, ac exhibere non grauareris, literis rogaſſem, tanta abs te, támque propenſa humanitate ſum exceptus, vt non librum ſolùm ipſum, ſed & autorem quoque in tuam fidem ſuſceperis: ídque ea modeſtia, atque animi candore feceris, vt dando beneficium accipere videri volueris: neque tibi ſatis fuerit, & me & librum meum principi obtuliſſe, ni etiam & nos graui ac locupleti tuo teſtimonio ornares. Qua ex re etſi me tantum tibi debere arbitrabar, quantum nec referre, nec verbis aſſequi, nedum prædicando illuſtrare poſſem: tacitus tamen tantam humanitatem, ac beneuolentiam præterire nõ potui: nihílque mihi antiquius eſſe putaui, quàm vt aliquo munuſculo ac quaſi pignore, meam in te voluntatem, animúmque tanti beneficij nec immemorem eſſe, nec vnquam fore teſtarer. Ex noſtris igitur lucubrationibus libellum hunc, qui De Iure conſtituti poſſeſſorij inſcriptus eſt, in manus ſumpſi, quem aliquot antè diebus, ex infinitis propè Iuris vtriuſque locis, quorundam noſtrorum forenſium hominum non parui nominis hortatu collegeram, eúmque ſub tuo nomine in publicum emittere, tuæque amplitudini ac dignitati nuncupare viſum eſt. Neque interim vereor, ne cui fortè mirum ſit, me de iis rebus ad te ſcribere, quæ ad Ius noſtrum Ciuile, vsúmque forenſem comparata eſſe, & potiſsimùm pertinere videntur: neminem enim latere arbitror, quanto ſtudio ac labore in eo noſtro Iure ſis verſatus, adhibitis etiam ad eam rem doctiſſ.hominibus, & tanta pręterea

quotidie

quotidie huiuſce diſciplinæ documenta,in auguſtiſsimo illo Regio cõſeſſu prębes,vt verè illud dicere poſsim,quod olim Traiano Neratius Priſcus:quod Antonino Pio,Marcellus:alteri AntoninoPhiloſopho,Sceuola Seruilius: Seuero,Vlpianus, Paulus,Pomponius, ampliſſ. viri ſummis Imperatoribus, id te ac etiam multò maiora Principi noſtro præſtare poſſe ac ſolere. Taceo raras illas, & eximias animi ingeniíque dotes, cum ſumma nobilitate,quam parẽs vterque ex Regia ſtirpe duxit,cõiunctas,vt nulla liberalis ſit diſciplina,nulla ingenuo,aut certè ciuili homine digna,quam non modò non attigeris,ſed cuius ſolidam ,ac abſolutam cognitionem non ſis aſſecutus. Quis ignorat quo ſucceſſu te ab ipſa pueritia in vtriuſque linguæ facultate exercueris? Quid de Theologia, ac rebus ſacris dicam? in quibus perſcrutandis quantum olei,ac operæ impenderis,indieſque magis ac magis elabores,& virorum doctiſsimorum conſuetudo, & præcipuè illa tua de his rebus diſſerendi vis,atque copia declarat. Iam verò quis eſt,qui paulùm modò te audierit,qui non variam illam hiſtoriarum cognitionem, omniũ temporum atque ætatum non laudet,ſuſpiciat,admiretur? Taceo incredibilem morum integritatem,in eo præſertim flore ætatis, ſummã manſuetudinem, atque humanitatem in tanta rerũ,ac fortunarum amplitudine,vt aditu nemo facilior,in congreſſu nemo ſuauior, nemo denique ad bene de omnibus promerendum paratior,aut propenſior eſſe poſsit,vt tu,quæ tua ſit dignitas,ſolus ignorare, imò potius in quo animi tui magnitudo poſita ſit, intelligere videaris: vt quantò tu genere,ac nobilitate excellis,tantò te omni virtutum genere velis eſſe pręſtantiorem.Mitto reliquas,ſed infinitas quę in te relucẽt virtutes:neque enim eo,vt te laudaremus,conſilio,hęc à nobis inſtituta eſt oratio,ſed me cepit vel incendit iſtarum virtutum admiratio,vt in eum ſermonem neſcio quo pacto prolapſus,hucuſque tẽperare mihi non potuerim.Habes igitur, Cardinalis illuſtriſſ. mei in te animi qualecunque teſtimonium, opuſculum videlicet tibi dicatũ:cuius ęditionem in aliquot adhuc dies proferre conſtitueram , vt ei veluti auctuarium, adiungi poſſet alter quidam libellus,quem incudi propediem tradituri ſumus,quò munus hoc noſtrum in iuſtioris voluminis formam excreſceret : verùm id per quotidiana quorundam hunc efflagitantium conuitia,qui nimio ipſius teneri deſiderio videbantur,minimè licuit. Quare munuſculum hoc noſtrũ quale quale eſt,quod tamen perinde erit vt acceperis,primùm offerentis animus apud te commendet:deinde tui candoris erit,è puſillo amplum,è mediocri eximium,adſpirante lætiori tui fauoris aura,reddere:& ſi affirmare non dubitem,permulta in hoc opuſculo tractari,quæ cum ampliſſimis quorundam voluminibus ( abſit verbo inuidia ) poſſint non immeritò conferri. Celſitudinem tuam , præſul ornatiſſime , patriæ ſtudiis diutiſſimè ſeruet incolumem Chriſtus Optimus Maximus.

INDEX



# INDEX LIMITATIONVM AD AMPLIATIONES TRActatus de Iure conſtituti poſſ.Andr. Tiraquelli.


PRima limitatio procedit,cum cõſtituens rem de qua agitur poſsidet tempore ipſius conſtituti, quo non poſsidente,nec poſſeſsionem transferre poteſt. pag.209

ij. Conſtitutum,collatum poſt mortem conſtituentis nullum eſt. 209

iij. Conſtitutum non transfert poſſeſsionem in re emphyteuticaria. 212

iiij. Conſtitutum transfert poſſeſsionẽ,cum conſtituens verè poſsidet,ſecus ſi fictè tantùm. 213

v. Non transfert poſſeſsionem,ſi alia interuenit fictio. ibid.

vj. Conſtitutum ſolum ſine titulo non transfert poſſeſsionem. 214

vij. Vt conſtitutum valeat,neceſſariò debet eſſe titulus iuſtus,vtilis,validus & efficax. 215

viij. Conſtitutũ transfert poſſeſsionẽ cum apponitur ſuper contractu vero,non in ſimulato. 225

ix. Non operatur vbi eſt præſumptio fraudis,vel ſimulationis. 226

x. Non operatur in conſtitutione vtente verbo accipiendi. 229

xj. Nec vbi lex requirit realem traditionem. 229

xij. Nec cum res eſt apud conſtitutarium ignorante conſtituente. ibid.

xiij. Conſtitutum transfert poſſeſsionem , cum dominus poſsidens facit illud, ſecus ſi eius procurator ſimpliciter conſtitutus. 230

xiiij. Conſtitutum coloni conductoris,ſerui,& aliorum per quos poſsidemus, non transfert poſſeſsionem. 231

xv. Tutoris & curatoris conſtitutum non transfert poſſeſsionem. 233

xvj. Prælati conſtitutum non transfert poſſeſsionem. 234

xvij. Conſtitutum iudicis,vel ſui viatoris, inducens viatorem in poſſeſsionem,eam non transfert. 234

xviij. Conſtitutum non inutile ei qui incapax eſt poſſeſsionis. 236

xix. Conſtitutum non prodeſt,niſi in re certa ratione quotæ,vel loci. 237

xx. Non procedit conſtitutum in reſolutione contractus,reali traditione conſummati. ibid.

xxj. Conſtitutarius qui intra 10.ann.negligit accipere realem poſſeſsionem,amittit eam. 238

xxij. Precarium appoſitum in contractu conductionis,non transfert poſſeſsionem. 240

xxiij. Nec procedit conſtitutum ſi ſimul in eodem contractu appoſitum fuerit ſimplex conſtitutum,& precarium. ibid.

xxiiij. Ex præcedentibus reſultans , procedit , niſi ſimul ſimplex precarium, & affictus in eodem contractu apponerentur. ibid.

xxv. Conſtitutum inter perſonas prohibitas non operatur. 241

xxvj. Non procedit in conſtitutione pœnali loquente de traditione. 241

xxvij. Ex hac poſſeſsione non poteſt dominus ab emptore petere laudimia, ſeu laudas & ventas,vt vulgò dicunt. 242

xxviij. Licet per conſtitutum cenſeatur poſſeſsio tradita,talis tamen traditio non facit vt emptor qui nondum pretium venditionis ſoluit debeat vſuras pretij. ibid.

xxix. Reſoluta cauſa,reſoluitur conſtitutum. 243

xxx. Conſtitutum non transfert poſſeſsionem in abſentem antequàm ratum habuerit. 244

xxxj. Notarius vi notæ non poteſt apponere in contractu conſtitutũ , niſi à partibus ſit expreſsè conuentum,& ſi fecerit,nil proderit. 258


P

# DE IVRE CONSTI-
# TVTI POSSESSORII
## PRIMA PARS.

1 *Conſtitutum aliud quā hoc noſtrum.*

HOC noſtrum conſtitutum ideo poſſeſſorium vocamus: quoniam aliud eſt conſtitutum noſtris Iuriſconſultis notius, de quo in tit.ff.& C.de conſtit.pec.& in §.in perſonam.Inſtit.de action. cùm videlicet quis conſtituit ſe id quod debetur daturum,facturúmve pro ſe,vel aliis, quod Græci κατατάξαδς vocant, vt videre licet ex Demoſthene,ἐν τῷ κατὰ θεοκρίνου. Et de hoc conſtituto Bal.tractatum peculiarem fecit. Sed hîc aliud conſtitutum tractamus,cùm ſcilicet vendens, donans, aut aliter concedens,rem quam ipſe vendit,donat,aut aliter concedit,ſeſe conſtituit poſsidere,vel ſimpliciter,vel precario eius nomine,cui ea conceditur,quem Cōſtitutarium vocare poſſumus, & deinceps ſæpe vocabimus: ſicut & depoſitarium, mandatarium, legatarium,commodatariū,dicimus.Hic enim eſt inter alios modos fictos quos vocamus, quibus transfertur poſſeſsio,ſine alia rei traditione,ſigillatim deſcriptos à gloſſ.& doct.in l.iij.in princ.ff. de acquir.poſſ.& in cap.ij.de conſuetu.Qui quidem modus omnium cæterorum eſt frequentiſsimus, & in deciſionibus cauſarum forenſium vſitatiſsimus tam apud noſtros Gallos, quàm Italos, & cæteras gentes:vt videre licet ex ſcriptis à noſtris interpretibus, tam in lect.ordin. quàm conſi.& tractatib.Ideóque nobis priuatim tractandum inſtituimus:ſed ita, vt facilè ex his quæ hîc leges,intelligere poſsis multa,& ad alios id genus modos pertinere. Hunc autem tractatum in tres partes diuidimus.Prima pars conſiſtit in viribus ipſius conſtituti. Secunda in ampliationibus, quas vocant. Tertia in limitationibus,quas item appellant.

*Cōſtitutum de quo hîc tractatur.*

*Cōſtitutarius.*

*Conſtitutum fictus modus tradendæ poſſeſsionis.*

2 *Cōſtituto trāſferri poſſeſsionem.*

¶Igitur per huiuſmodi conſtitutum transferri poſſeſsionem in conſtitutarium,ab omnibus paſsim dicitur,& in id vbique citatur.l.quædam mulier & ibi gloſſ. Bart. Ange. & alij ff.de rei vendi. & l. quanuis.§.j.& ibi ipſe Ange.ff.de acquir.poſſ.& l.quod meo.in princ.& ibi Barto.& alij, eo. tit.& l. interdum.etiam in prin.& ibi quoque Bar.& Alex.eo.titu.& l.certè.§.j.ff.de precario. & c. cùm veniſſet.& ibi gl.fi.& omnes doct.de reſtit.ſpol.Et voluerunt etiam glo.& doct.in d.l.iij. in prin. ff.de acq.poſſ.gl.in §.interdum.Inſtit.de rer.diuiſ.& in d.c.ij.& ibi item docto.de conſuetud. Hoſt. Ioan. And.Pan.& alij in c.vlt.de preca.Oldr.conſi.cclxxviij.licet quantum,col.2.ad primum,Spec.tit.de empt.& vend.§.j.verſi.& nota quòd expreſsè,& ver.ſed quid ſi in inſtrumento continetur. Archi. in c.ij.col.2.in verbo,tenere.de reb.eccl.non alien.lib.6.Bar.in l.ſi ager.ff.de rei vend. Bal.in l. licet. col.1.ſtatim poſt princ.C.de acquir.poſſ.& in l.nec ex vera.col.1.verſi.item fallit ſi venditur, eo.tit. & conſil.cxcviij.ad intelligentiam. col.1.verſi. quartò inſpiciendum eſt,lib.1. & conſil. ccccxxxviij. præmittendum.col.2.eo.lib.1.& conſil.cccclxxviij.quidam Franciſcus eodē lib.1. & conſi. cccclxvj. ad intelligentiam,col.1.verſi.tertia inſpectio.lib.5.Ange.conſi.ccxviij. viſa narratione. col.vlt. Rap. Com.conſil.clxxiij.Galuanus.col.2.alter Rapha.Fulg.conſil.cxcj.in cauſa Iacobi. ad fi. Paul.Caſtr. conſi.clxxj.in caſu præſenti,in prin.lib.2. & conſil.cclxj. viſis & conſideratis.col.2.eod.lib.2. Alex. conſi.xcij.perſpectis his quæ in themate,col.2.verſi.quod autem in poſſeſſorio.lib.1.& conſi.xxviij. viſo & præhabito,col.1.verſi.nec prædictis,& iterum ver.& præterea fateor,lib.2.& conſi.ij.ex narratis.col.2.verſi.item quia licentia.lib.4.& conſi.cxxj.viſis & ponderatis.col.1.lib.5. & alibi ſæpe in locis propè infinitis.Franciſ.Aret.conſi.xxj.ſi diligenter.col.2.verſi.amplius.Corne.conſi.xv.ex quo dictus.col.3.verſi.quia per precarium,lib.1.& conſi.cvj.licet in hac,col.2.in litera G.eo.lib.1.& conſi. xiij.circa primum.col.1.eodem lib.1.& conſi.cxxvij.primo aſpectu,col.1.lib.2.& conſil.cclxxx.viſis quibuſdam.col.2.lib.3.Socin.conſi.cclij.in cauſa magnifici.col.5.verſi.ex quibus inferendo. lib.2. & omnes propemodum,quos in hoc opere citabimus.

3 *Ratio quare ex conſtituto.*

¶Cuius rei rationem dicit gl.in d.l.quædam mulier.in verbo,poſſeſsionem.ff de rei ven.hanc eſſe, quia ita conſtituens ſe alterius nomine poſsidere, ſibi ipſe mutat cauſam poſſeſsionis. Quæ ratio non placet Ang.ibi,poſt prin.qui aliam aſsignat,quia ſcilicet rei ſuæ non conſiſtit precariū l. certè. §.vlt.ff.de precar.& l.neq; pignus.ff.de reg.iur.Ideo ita ſe conſtituendo poſsidere precario nomine alterius,transfert dominium,quod transferre non poſſet,niſi tradita poſſeſsione, per l.traditionibus. C.de pact.ex quo ſequitur eàm cenſeri eſſe tranſlatā.Quæ & ipſa(inquit)ratio eſt,quare per vſusfructus retentionē,vel conductionē etiam transfertur poſſeſsio:quia nec rei quoq; ſuæ vſusfructus,aut

conductio



conductio eſſe poteſt.d.l.neque pignus,cum ſimi.Quanquam priorem illam rationē ſequatur Imo. in l.iij.in prin.col.1.verſi.iſte caſus eſt valde exorbitans.ff.de acquir.poſſ. Sed illam rurſus impugnat Alex.ibi col.2. verſi. & dicit Imo. quia inquit, tex. in d.l.quod meo. dicit quòd non mutat cauſam poſſeſsionis,ſed deſinit poſsidere.

4 ¶Illud autem primo loco dicendum eſt,non modicum intereſſe inter ſimplex conſtitutum ſine precario,& conſtitutum cum precario:quia per illud transfertur omnimoda poſſeſsio ciuilis, & naturalis:ita vt penes conſtituentem nihil remaneat præter nudam,& ſimplicem detentionem ſiue detentationem.Per hoc autē ciuilis tantùm poſſeſsio transfertur, naturalis autem apud cōſtituentem remanet.l.& habet.§.eum qui precario.ff.de preca. Bar. in d.l.interdum.in princ.& ibi ferè omnes poſt eum,ff.de acquir.poſſ.& in l.creditores.col.3.ver.item quæro quid ſi in inſtrumento,& rurſum col.6.verſi.& prædicta vera,iterúmque col.8.ver.ſed pone quòd debitor. C. de pign.Bal.in l.ij.in j. quæſt.C.de vſur.vbi ex hoc dicit emptorem,in quem tranſlata eſt poſſeſsio ex precario,non teneri ad vſuras.& in l.quiſquis. ad fi.C.de don.& conſil cccclxxxij. magnifici.col.3.verſi. quintus paſſus. lib.1.Ang.conſi.ccclxxiij.viſis inſtrumētis.col.1.Antonius,& Imo.in d.c.vlt.col.1.de preca. Idē Imo. in d.c.ij.col.3.verſi.item aduerte quòd & ſimpliciter.de conſuet. Manſuer. tit. de poſſeſſ.§. item eſt differentia.Raph.Com.in d.l.quod meo.col.2.ver.eſt etiam alius ff.de acquir. poſſ. vbi ex hoc dicit,quòd conſtituens ſimpliciter non poteſt priuare dominum poſſeſsione: precario autem conſtituens poteſt.idem Raph.in d.l.interdum.§.vlt.eo.tit.Pau.Caſt.in l.ab emptione.in fi.ff. de pact.& in l.j.col.1.C.quādo liceat ab empt.diſce.& conſi.x.ſi vera ſunt,col.1.& 2.lib.1.Alex.in l.j.§.ſi vir vxori. col.3.verſi.per hoc decidi poteſt.ff.de acquir.poſſ.& in d.l.quod meo. in prin.col.3.verſi. in quæſtionibus poſitis.eo.tit.& conſi.xxvij.viſo libello.col.2.verſi.nec prædictis.lib.1.Ange.Aret.in d.§.actionum.col.5.verſi.aduertas tamē.inſtit.de actio.Cepol.conſi.criminal.conſi.iiij.viſa querela.col.2.ver. prima eſt,vbi id dicit not.Corn.conſi.lv.viſis.col.2.lib.3. & Barb.in d.c.ij.col.antepen.verſic. not.ex ea,quòd & conſtitutio,de conſuet.& in d.c.vlt.col.pen.de precar.Pet.Ferra.in titu.forma poſitionū actoris,in verbo,item quòd præſcriptus.col.2.verſi.quid autem ſi in inſtrumento.& verſi.ſed quid ſi conſtituit.& in tit.forma libelli,in cauſa venditionis,in verbo,conſtituens.Soci.in d.l.iij.§.ex contrario.col.2.verſi.ij.not.ff.de acqui.poſſ.vbi rationem reddit, cur qui precario rogauit poſsidet naturaliter,licet commodatarius nullo modo poſsideat. Iaſ.conſi.cxlvij.præſens. col.8.verſi. quòd autem poſſeſsio.lib.2.Stephan.Bertran.conſi.ccxxxviij.contra donationem. nu.2.li.& conſi.lxxiij.viſo caſu.lib.3.& Thomas Fer.cautel.xlviij.& ſi quis vendit,col.3.verſi.ſecundo verò caſu.

*Conſtituti ſimplicis, & cum precario differentia.*

5 ¶Sed hoc intelligendum,niſi aliter conuentum ſit inter contrahentes,vt ſcilicet ex precario,vtraq; poſſeſsio tranſeat in conſtitutarium,vel ex ſimplici conſtituto altera tantùm, vel quòd etiam nulla ex vtroque tranſeat. Id enim fieri poſſe probat, dicta l.& habet.§.eum qui.& ibi gloſ. in verbo, à poſſeſsione.Alber.& alij,ff.de preca.& dicta l.certè.§.j.eod.tit. & l.in rebus.§.j.eod. quoque tit. & l. Pomponius.§.ſi is qui.& ibi Bart.ff.de acquir.poſſ.& gl.§.hodie.in verbo,nec clam. verſi. & diſtingue.Inſtit.de interdict.gloſſ.in l.ſi quis ante.in verbo,nouiſsimè.& ibi Ro.in ij.not.ff.de acquir.poſſ. Bart.in d.l.iij.vbi ſuprà.C.de pign.Corn.conſi.viij.circa primum,col.2.verſi.ſecundò poteſt intelligi.& ſeq.lib.2.Franc.Are.in l.interdum.in princ.col.1.ff.de acquir.poſſ. Philip. Dec.in l. contractus. col.5.verſi.& hoc videtur procedere.ff.de reg.iur. Nam & aliàs in ſimili dicitur nullam in creditorem tranſire poſſeſsionem,cùm id à partibus expreſsè conuentum eſt,glo.in l.ſi ſeruus.& ibi Bald. qui eam annotat.C.quod cum eo.& Franc.Aret.qui eam gl.dicit ſing.in l.qui pignoris. col.2. ff.de acquir.poſſ.

*Quid ſi aliter ſit conuentum.*

6 ¶Super quo illud non omittendum ducimus,quod à Bart.ſcriptum eſt in dicta l.interdum.in princ. ff.de acquir.poſſeſſ.multum intereſſe,an quis ſe conſtituat precario poſsidere ab alio, an verò pro alio.Nam primo caſu nullam illum poſſeſsionem ſibi retinere, ſecundo naturalem:& ſi vtrunque dicat,ſcilicet,ab illo & pro illo,nullam quoque poſſeſsionem ſibi retinere, ſed manere ſimplicem rei cuſtodem.Quod dictum refert,& elegans dicit Bald.in rub.extrà de præſcrip. col.2.verſi.ſecundo quæro.vbi tamen idipſum reprobat:ea enim verba eſſe intelligenda ſecundum naturam precarij,cui adiiciuntur:aliàs enim fruſtrà diceret precario.Et hoc verius eſſe puto.

*An differant poſsidere ab alio, & pro alio.*

7 ¶Ex illa autem differentia ſimplicis cōſtituti,& precarij,illud fit,vt cùm venditor teneatur tradere poſſeſsionem emptori,l.ij.& iij.& l.emptorē.§.j ff.de actio.empti.& c.cùm Ioannes.de fide inſtrum. cum ſimil.ſintq; multi in ea opinione,vt hac traditione liberetur,qui ſe conſtituit poſsidere nomine emptoris,nec poſsit poſtea ipſe emptor agere ad huiuſmodi traditionem, ſed tantùm poſsit agere rei vendicatione,vel Publiciana in rem actione,aut interdicto,vti poſsidetis.quæ fuit ſententia gloſ. Bart.Bal.Ange.Salyc.Fulg.Iaco.à ſancto Georg.& Iaſ.qui dicit perpetuò notandum, in dicta l. ab emptione.ff.de pact.Bal.dum eam gloſ.citat,quā dicit ſingul.dicto conſi.cccclxxxij.vbi ſuprà,lib.2. Salic.qui & eam quoq; dicit ſingul.in l.traditionibus.in princ.C.de pactis. Angel.Are. qui eam dicit notab.in dicto §.actionum.col.5.ver.quæro ſit inſtrumentum.& ibi quoq; Iaſon col.20.verſi.vnum circa prædicta.Inſtit.de action.Idem Ange.in §.j.in fi.Inſtit.de emptio.& vendit.vbi id dicit notandum in practica.Alex.qui illam item dicit ſingul.in l.Pomponius.§.ſi is qui precario.col.3.ver. quid econtra quando venditor.ff.de acquir.poſſeſsio.vbi dicit ſingul.gloſ.in dicta l.ab emptione.Matheſil.not.lxvij.nota quòd venditor.& iterum not.clxxj. nota vnam doctrinam, vbi id dicit mirabile. Corne. conſil.cclxvij. quanquam videatur, col.vlti.lib.3. & conſil.ccxcvij.in conſiliis. col.2. verſic.

*An liberetur traditione poſſeſsionis,qui ſe conſtituit poſsidere.*

P 2

& ante omnia.eodem lib.3.& Ludo.Bolo.conſilio lxxij. A.Bononienſis.col.2.verſi. per hanc enim. Guid.Pap.conſi.cxcij.ex facti narratione.in fi.Iaſon in l.apud Iulianum.§.ſi Titius.col.3.in vij.notab. ff.de legat.j.vbi eam gloſ.dicit notab.& in l.cætera.in princ.col.pen.eodem tit.& Franc.Purpur.in l. certi condictio.in princ.colum.12.verſi.limitat tertiò.ff.ſi cert.pet.

*Quid ſi precario.*

8 ¶Hoc tamen intelligunt pleriq; eorum,qui etiam citati ſunt in præced. verſi.quando venditor conſtituit ſimpliciter nomine emptoris poſsidere:ſecus ſi precariò,neq; enim tunc liberatur,quin poſsit conueniri ad tradendam naturalem poſſeſsionem,ad hanc ſententiam referentes gloſ. in l. Iulianus §.ex vendito.in verbo,poſſeſsionem.ff.de actio.emp. Et idipſum præterea voluit Bal. in l.j.col.1.C. quando liceat ab empt.diſced.& in l.j.C.de vſucap.pro dona.& in cap.j.col.2.verſi. inueſtitura autē. tit.quid ſit inueſt.Ioan.Barbe.in ſuo viatorio iuris, tit.de empt. & vend.col.2. verſi. ſecundò autem caſu.Alex.& Iaſ.in d.l.Pomponius.§.ſi is qui precario.ille poſt princ.hic in fi.ff.de acquir.poſſeſ.

*De eadem re.*

9 ¶Sed nec deſunt qui ſimpliciter affirment, venditorem liberari à traditione, conſtituendo ſe precariò poſsidere nomine emptoris:quaſi nihil interſit, conſtituat ſimpliciter, an precariò. Ita enim voluit Alexand.conſi.xxvij.viſo libello.col.2.verſi.nec prædictis obſtat,lib.1.vbi aliud dicit eſſe,ſi è diuerſo poſtea quàm venditor tradidit rem emptori,ipſe emptor conſtituat ſe poſsidere à venditore,quouſque venditori precium ſolueretur:tunc enim non videtur perfectè tradita emptori,cùm venditor reuocare poſsit precarium,& ita rem auocare.atque ita dicit loqui gloſ.in dicta l.Iulianus. §.ex vendito.Et idem vt ſcilicet liberetur venditor per precarium,voluit Corne. dicto conſi.liij.in hac cauſa,col.1.verſi.& in contractu.lib.2.& conſi.xl.viſo proceſſu.col.2.verſi.adeò quod per clauſulam.lib.4.& Vital.Camb.in tractatu clauſularum,charta.xxj.in paruis.in clauſula, & conſtituit ſe precario.col.8.verſi. item operatur dicta clauſula. & Matthe. Afflict. in dicto cap.1.col.3.verſic.ſed aduerte,quia inquantum,tit.quid ſit inueſtit.

*An autem liberetur à traditione facti.*

10 ¶At(quicquid ſit de hoc poſtremo dicto,) ſunt enim qui dicunt,quòd licet per ſimplex conſtitutū, aut ſi ſequaris poſtremam ſententiam,per precarium liberetur venditor à traditione iuris, non tamen à traditione facti,ſcilicet ab actuali ſiue reali poſſeſsione,ſiue(ſi malis)detentatione , quam & ipſe tenetur tradere,non obſtante conſtituto,vel precario.Ita enim voluerunt ipſi Bal.Ang.& Pau. Caſtr.in d.l.ab emptione.ad id quoque referētes glo.in dict.§.ex vendito.vbi & id tenet Pau.Caſt. ante fi.& Alex.qui hanc dicit eſſe communem opin.conſi.xxviij.viſo & præhabito,col.2.verſi.plus etiam dici poteſt.lib.2.Corne.qui & hanc dicit communem, conſi.cccxliij.in cauſa vertente, col.3. verſi.nec huic deciſioni,& ſeq.lib.1.vbi & id dicit ſe tenere in d.l.ab emptione.ſed eius lect.in eo loco non vidi.Cepol.in l j.C.de vſucap.pro dona. Per.Ferra.in dicto tit. forma libel.in cau. vend. in verbo,ad tradendum.quæ eſt pen.Guid.pap.deciſ.Delphin.101.ſi quis rem.circa medium.& iterum deciſ.cccccix. venditor domus. Carol.Ruin. conſil.xciiij. diligenter. col.1.lib.1.Philip. Dec.conſil. cclxxxj.viſo puncto.col.2.verſi.nec huic promiſsioni.Et ita quoq; teneo,licet Bart. & Raph.Fulg. in d.l.ab emptione.& nonnulli alij ex his quos ſuprà citauimus,contrarium tenuerint.

*Quid ſi promittatur traditio poſſeßionis uacuæ & liberæ.*

11 ¶Illud autem minimè dubium eſt,quòd ſi is qui ſe conſtituit,vel ſimpliciter,vel precario poſsidere nomine alterius,promittat præterea tradere poſſeſsionem vacuam,& liberam,non liberatur per huiuſmodi conſtitutum,cùm teneatur poſſeſsionem ipſam realem liberam & vacuam tradere , ne illa verba promiſsionis ſint ſuperflua,vt tradit ipſe Corn.dicto conſi.cccxliij.col.3.verſi.& hanc partem.lib.1.& iterum dicto conſi.liij.in hac cauſa,col.2.verſi. tamen ad hoc reſpondetur, lib.2. quod quidem con.datum eſt ſuper eadem ſpecie,qua & præcedens,& ad illud ſe refert,vt ibi videre poteris.& Carol.Rui.dicto conſi.xciiij.col.1.

*Simplex conſtitutū poſterius præfertur precario primo.*

12 ¶Sed & ex illa differentia ſimplicis conſtituti,& precarij,illud quoque procedit, vt ſi quis primùm ſe conſtituat poſsidere precario nomine creditoris,deinde ſe conſtituat ſimpliciter poſsidere nomine alterius,cui rem ipſam vendit,in hunc emptorem tranſit omnis poſſeſsio , & dominium , vel vſucapiendi conditio:& creditorem poſſeſsione priuat, licèt ſecus eſſet , ſi primùm conſtituiſſet ſe ſimpliciter poſsidere nomine illius creditoris : ita enim voluit Iacob. Butr. in.§.ſed iſtæ. Inſtit.de actio.& Bart.in l.Celſus.col.4.verſi.ſed pone quòd debitor.& ibi quoque Imo.col.2.ver.item adde inquantum dicit, & Roma. col.quoque ij.verſi. ſecundò inquantum.& Alex. in addit. ipſius Bart. Fran.Bal.in repet.col.28.verſi.ſucceſsiuè.Bar.ff.de vſucap. vbi tamen ipſe Bart. obſcurè nonnihil loquitur,Bal.qui id dicit not.dignum,in l.nullo.in fi.C.de rei vend.De qua re tamen loquens Paul. Caſtr.non diſtinguens inter conſtitutum,& precarium, dicit ſemper creditorem priuari poſſeſsione,in l.quanuis.§.j.ad fi.ff.de acqui.poſſ.Sed tu vide quæ de his dicam plenius infrà in hac j. parte, num.34.at illud,& plenius in 14.limitat.num.7.ſuper hoc tamen,& 3.ſeq.

*Declaratio eius quod dictū eſt, ex ſimplici cōſtituto trāſferri etiam naturalem poſſeſſionem.*

13 ¶Cæterùm quod ſuprà diximus,ex ſimplici conſtituto ſine precario transferri etiam naturalē poſſeſsionem,nedum ciuilē,intelligit mirabiliter Alex.in d.l.interdum.col.3.verſi.hoc tamen ſanè.ff.de acquir.poſſ.vt ſit verum quando venditor,tunc cùm facit conſtitutū,eſt in fundo, quem ſe conſtituit poſsidere nomine emptoris,& ita illum poſsidet,& ciuiliter animo, & naturaliter corpore. At ſi in fundo non eſſet,ita vt ciuiliter tantùm illum poſsideat.l.clam poſsidere.§. qui ad nundinas.eo. tit.tunc per huiuſmodi conſtitutum transferetur tantùm ciuilis illa poſſeſsio,quā habebat, non etiā naturalis,quam non habebat,per l.quanuis.§.j.eo.tit.& per ea quæ latè dicemus infrà in j. limitat. tum demū conſtituentē transferre poſſeſsionē,ſi is tēpore cōſtituti poſsideat, vt ibi videre poteris. Si tamen ipſe conſtituens haberet colonū in fundo,tunc cū per illū retineat naturalē poſſeſsionem,

licèt



licèt ipſe non ſit in fundo.l. ſi de eo.§.j.& l. ſi colonus.eo.tit. etiam eam poſſeſsionem naturalem transferret.Hæc Alex.ſolus omnium,quos nunc memoria ſuggerit. Sed tu hîc tamen vide quæ dicam infrà in iij.ampliatio.

14 ¶Ex ſupradictis autem conſtat,vt plurimùm vtilius eſſe ſimplex conſtitutum quàm precariū : cùm ex illo vtraque poſſeſsio,& ciuilis,& naturalis tranſeat,ſaltem cùm conſtituens,vel eius colonus eſt in fundo,ſecundum illam Alex.ſententiam:ex precario autem ſemper ciuilis tantùm transfertur, niſi aliter conuentum ſit,vt etiam ſuprà diximus.Tamen interdum è diuerſo vtilius eſt precarium quàm conſtitutum,vt primò apparet ex eo quod poſt Iacob.Butr.voluit Bart. in l.creditores. in lectu.ad fi.& iterum in repet.in iiij.quæſt.ad fi.C.de pign. quòd quando per precarium eſt tranſlata poſſeſsio,non poteſt conſtituens interuertere poſſeſsionem ciuilem illius , cuius nomine ſe conſtituit precario poſsidere,nec tradendo alteri illum ſua poſſeſsione priuare,per l.ſi de fundo.cum ibi not.ff.de vi & vi arma. Ad quod vltra illos bene facit gl. in l.iij.§.vnde vi.eo.tit. & in l.vlt. in fi. ff. vſusfruct.quemadmo.cauea. & in l.vnica. C. vti poſside. At quando per ſimplex conſtitutum fuit tranſlata poſſeſsio,tunc ſi conſtituens,qui rem detinet,eam alteri tradat,priuat illum cuius nomine ſe poſsidere conſtituerat,vtraque poſſeſsione ciuili,& naturali, per l.iij.§.quòd ſi ſeruus. & l. peregrè.§.quibus explicitis.ff.de acqui.poſſ.Tamen quantum ad primum habemus glo.tenentem contrarium in d.l.interdum.§.vlt.eo.tit.quam communiter ſequuntur doct.ibi,& Bart.Imo.& alij,quos citauimus ſuprà verſi.abhinc ij.& dicemus plenius infrà in xiiij.limitat.

*Precarium aliquando utilius conſtituto.*

15 ¶Item etiam alio caſu vtilius eſt precarium,quàm conſtitutum,ad ea ſcilicet,quæ not.in l.ſi de eo.§. ſi fortè.ff.de acquir.poſſ.vbi ſi confeſtim quàm ſciuerim meam naturalem poſſeſsionem vacare, quia mortuus eſt is qui ſimpliciter conſtituerat ſe meo nomine poſsidere, & per quem ideo naturaliter poſsidebam,negligo eam adipiſci,perdo & ciuilem quoque,per l.quanuis.eo.tit.& not. Bart.in d.§.ſi fortè.vbi declarat.At in precario ſecus:nam etſi is qui precariò conſtituerat poſsidere,moriatur,& ita ſcio naturalem vacare,& ab alio etiam occupatam,non per id tamen videor illam negligere,vt quæ mea non erat:& ita ciuilem,quæ apud me erat nō perdo, vt colligitur ex d.§. ſi fortè. vbi & ipſe Barto.& alij.Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infrà in xxj.limitat.

*An per negligentiam perdatur ciuilis, uel naturalis poſſeßio ex conſtituto uel precario.*

16 ¶Sed redeundo ad principale noſtrum inſtitutum,à quo tamen nō longius diſceſsimus, ex eo,quod ſtatim in princ.huius operis diximus,poſſeſsionem transferri ex ſimplici conſtituto, vel precario: vel ciuilem,vel vtranque,ſecundum ea , quæ etiam ſuprà diximus.Illud fit , vt cùm ex multorum ſententia non cōpetat actio Publiciana ex ſimplici cōtractu,niſi & traditio interueniat,vt not.in l.j. in fi.ff.de Publ.in rem actio.Certè ſi conſtitutū,vel ſimplex,vel cū precario interuenerit,ſatis eſt,vt ea actio cōpetat:vt ex facto reſpondit Raph.Fulg.conſi.cv.quædam domina Lucia.col.3.verſi.cæterū & ſi quis.& iterū conſi.cxlj.le j.(nam duo ſunt eiuſdē nu.)incip.in cauſa,quę vertitur,in ij.dubio.

*Cōſtitutum & precarium faciunt, ut actio Pub. cōpetat.*

17 ¶Et cum nemo ſine poſſeſsione vſucapere poſsit.l.j.§.per ſeruum qui in fuga.ff. de acqui. poſſ. & l. ſine poſſeſsione.ff.de vſucap.& l.ſerui & filij.§.vlt.ff.de furt.& c.ſine poſſeſsione. de regul.iur.lib.6. cum concor.ibi adductis.In id ſufficit conſtitutum,vel precarium,quod & ipſum transfert præſcribendi conditionem Iac.But.in §.ſed iſtæ.inſtit.de actio.Bar.in l.Celſus.col.2.ver. quæro, vtrùm debeam.& ibi Fran.Balb.in repet.col.22.verſi.ſecunda concluſio.ff.de vſucap.Bal.in l.nullo.in fi.C.de rei vend.vbi dicit id not.dignum,& in l.j.circa medium,C.de vſucap. pro dona. Per.Anch. conſil. ccccxix.in cauſa,col.2.Alex.conſil. lxxxiij.viſo proceſſu, col.3. verſic.vlterius etiam videtur. lib.6. Guid.Pap.deciſ.ccclvj.quos & quot effectus.col.j.verſi.ſecundò, & in ſtatuto , ſi quis per literas.in verbo,poſſeſsio.col.4.verſi.ſecundus effectus.

*Conſtitutū & precarium ſufficiunt ad uſucapionem.*

18 ¶Sed tu tamen lector optime , ne id putes vndequaque indubitatum eſſe , hîc omnino vide Alex. Franc.Are.Iaſ.& Claud.Aquen.in d.l.Pomponius.§.ſi is qui precario.ff.de acquir.hær. & quod voluit gl.in d.c.ſine poſſeſsione.de reg.iur.lib.6.quòd huiuſmodi ciuilis poſſeſsio non ſufficit ad præſcriptionem.quam ſequitur & commendat Panor. in c.contingit. de dolo & contu. vti eos allegat Barb.qui eam gl.dicit valde ſing.in cap.ij.col.8.verſi.capio nunc aliud,extrà de conſuet. Sed nec ea glo.nec Pan.id dicunt,ad quod Barb. allegat. Et contrarium expreſſe voluit Dyn. in d.c.ſine poſſeſsione.col.penul.verſi.dico igitur reaſſumendo,per l.ſerui & filij.§.vlt.ff.de furt. & l.in acceſsione. ff.de diuer.& temp.præſcrip.& l.j §.per ſeruum qui in fuga.ff.de acq.poſſ.licet (vt ipſe Dyn. ſubdit ) ſola naturalis non ſufficiat, per l.acquiritur.§. vlt.ff.de acquir.rer. dom. & l. Celſus. §. Iulianus.ff.ad exhi.& l.j §.pen.ff.de acquir. poſſ. & alia quæ ibi allegat , quæ tu ipſe per te videre poteris. Sed & quòd ſola poſſeſsio ciuilis ſufficiat ad præſcriptionem,tenuit Bar.in l.j.in prin.col.3.ver.item aptum producere.ff.de acquir.poſſ.per d.§.per ſeruum qui in fuga.& l.qui fundum.in prin.ff.de acqui.poſſ. vbi & illud idem eſt de naturali,ſed illud de ciuili declarat, vt ibi per eum videbis. Et idem voluit ipſe Bart.in l.iij.§.ex contrario.col.1.ver.venio ad glo.eo.titu.& ibi etiam Franc. Aret.col.3.verſic.in ea gloſ.ibi,omnis,vbi hanc dicit communem opin.

*Ciuilis poſſeßio an ſufficiat ad præſcriptionem.*

19 ¶Fit item,vt ſi venditor conſtituerit ſe poſsidere nomine emptoris , non poſsint contrahentes ſolo diſſenſu,diſcedere à venditione ipſo iure,niſi res ipſa retradatur , cùm iam tradita fuerit per huiuſmodi conſtitutum,gl.in d.l.ab emptione.in gloſ.vl.& ibi Bar.col.2.ver.not.& tene menti,Bal.col.2. verſi.tertiò quærit,& Iaco.à ſancto Geor.col.2.verſi. concludit ergo iſta. ff. de pact. Idem Bal.in l.j. col.1.verſi.ſed quæro,quid ſi venditor.& ibi quoque Saly.col.2.verſi. item quæro,quid ſi vēditor.& Pau.Caſtr.C.quando liceat ab empt.diſce.idem Paul.conſi.clxxiij.præſuppoſitis his de quibus poſt

*Solo conſenſu non diſceditur à uēditione cū conſtituto.*

*An autem ſuffiпиat retraditio per conſtitutum.*

princ.lib.2.Ange.Aret.in §.hoc,amplius,qui eſt vlt.col.j.verſi.quid autem ſi venditor. Inſtit.quib. modis tolli.oblig.vbi tamen dicit,in id ſufficere retraditionem etiam per conſtitutum, vel precarium,vti in prima traditione facta fuerat.id quod etiam voluit Franc.Are.in l.qui pignoris.in fi.ff. de acq.poſſ.& conſi.xxj ſi diligenter.col.2.verſi.amplius in caſu noſtro.& Barb.cõſi.xlvij. pręclarè ſcripſit.col.antepe.verſi.nec obſt.cùm reſpondetur.lib.2.& ſentiunt cæteri,pręſertim Sal.vbi ſuprà.

*An pro retraditione ſufficiat conſtitutum,uel precarium.*

20 ¶An tamen illud verum ſit,vt neceſſariò requiratur retraditio,vel realis,vel certè conſtitutia, ſiue precaria,vide quæ de ea re ſcribam inferius in 29.limitat.num.5.ſed huic limitationi. Quid autem ſi primùm fuerit res tradita realiter,an pro retraditione ſufficiat cõſtitutum,vel precarium,an verò opus ſit vt retradatur realiter,videbis infrà in 20.limit. Quid item ſi non ipſe venditor conſtituit ſe poſsidere nomine emptoris,ſed econtrario emptor venditoris,vide Albe. poſt Gul. Cun.in d.l.j.in prin.C.quando lic.ab empt. diſce.

*Prior poſſeſſione,licet poſterior titulo, præfertur.*

21 ¶Sed & illud fit,vt cùm res duobus ſeparatim vendita eſt,is ſit pręferendus,cui primùm eadem res tradita fuerit,etiam ſi ſit poſterior titulo.l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de actio.empti. & l.quoties.C. de rei vind.& l.qui tibi.C.de hæred.vel actio.vend.& l.qui tibi.C.de his qui à non domi.manum. Ideo ſi quis vni primùm vendiderit,& eius nomine ſe poſsidere conſtituerit:deinde & alteri quoque vendiderit & ei naturalem poſſeſsionem tradiderit, primus ille ob conſtitutum præferendus eſt,vt voluerunt Guid.Suz.Alber.Franc.Are.qui id dicit ſingul.& Iaſ.in d.l.quoties.idem Suz.in l. vlt.& ibi quoque Iaſ.col.pen.verſi.ex iſtis verificatur.C.de ſacroſan.eccl.Oldr.conſi.cxiiij.factũ eſt tale,quædam mulier.& eius diſcipulus Ioan.Andr.qui magiſtrum nõ memorat (vt illi ſolenne eſt) ſed Suz.tantùm,in addit.Spec.tit.de empt.& vendit.§.j.verſi.& nota,quòd expreſsè,in addit.incip. hîc dubitatur.Bar.non obſcurè conſi.lxxiiij.Petrus vendidit,& alio conſil. incip.Ioan. Antica,vt à multis citatur,ſed id conſi.reperire non potui.Bald.in rub.C.de contrah.empt.& vend.in xvj.q.& conſi.cxcviij.ad intelligentiam.col.j.verſi.quartò inſpiciendum.lib.j.quod repetitur conſi.cccclxvj. lib.v.& idem Bal.conſi.ccccxxx.præmittendum eſt,eo.lib.j.& conſi.ccccxiiij.factum tale eſt, quædam domina.lib.2.ſi tamen id conſi.eius ſit.& conſil.ſeq.illa ſolennitas,quod haud dubiè ipſius eſt, & conſi.ccclxix.venditor conſtituit. lib.v.Alber.in rub.C.de donat.col.1.& 2.& in l. quod meo.in princ.ff.de acquir.poſſ.Signor.ſubobſcurè conſi.ccxvij.factum ſic ſe habet,quidam nomine Titius, col.v.verſ.venio ad primum.Ange.conſi.cvj.ſuper dicto facto,in fi.& cõſi.clxvij.viſo dicto libello, etiam in fi.& conſi.ccclxxxvij.conſultatio prædicta,poſt princ.Ant.in c.cùm veniſſet.col.3. verſi.& nota,quòd ſi aliquis.de reſtit.ſpol.& in d.c.2.col.3.verſi ideo eſt per hoc.& ibi quoque Pan.col.vlti. verſi.quintum exemplum.de conſue.& idem Panor.conſi.xcj.quò ad primum.col.pen.verſi.ex his ſatis.lib.j.Pau.Caſt.conſi.xcv.viſis actis.lib.2.Alex.conſi.xiiij.circa primum.ad fi.lib.j.& conſi.xxv. viſo teſtamento.col.vlt.lib.3.quod repetitur conſi.clvj.lib.7.idem Alex.conſi.xcij. viſo & opportunè.col.2.verſi.fortifico.lib.v.& conſi.ccxxviij.ponderatis.col.1.lib.6.& conſi.lxxviij.in cauſa. ad fin. lib.7.& inter conſi.Franciſ.Curt.Senioris conſi.xxij.Titius.col.j.vbi ex hoc,in pulchro caſu conſuluit Corne.conſi.viij.circa primum.col.2.verſi.tamen his non obſtant.& iterum col.ſeq. verſicu.ex quibus patet.lib.2.& conſi.ccxv.videtur.col.2.ver.inſuper & ſi.d.Ioan. lib.4.Fran.Are.qui id extollit in d.l.quod meo.in prin.col.2.verſi.reperitur & ſextò.ff.de acquir.poſſeſ.Ioan.Barbe.in Viatorio iuris,tit.de empt.& vendit.col.9.verſi.ſed pone quòd venditor.Vital.Camba.in tract.Clauſularum, in clauſu.conſtituti.col.vlt.Barb.conſi.viij.ſapienter doctiſsimus,col.xv.verſic.& adduco quod voluit,lib.2.Maria.conſi.xviij.proſequendo,col.x.ver.vlterius, & eius filius.Barthol. Socin.conſi.liij.in præſenti.in fi.lib.1.& conſi.ccxxxix.præſentis,col.penult.verſi.nec refert.lib.2.quod repetitur conſi. ccxxxj.lib.4.Guid.Pap.deciſ.Delphin.112.an dicta curia,vbi id dicit ita obſeruari.Iaſ.conſi.xcij.facti præſentis contingentia.col.4.verſ.ſextò ad idem,lib.1.& conſi.vj.exhibentur,col.8.verſi. videretur ergo,lib.3.Fabia.in tract.de emp.& vend.in x.eadémque vlt.q.prin.col.2.Philip.Dec.in d.l.contractus.col.6.verſ.ex ſupradictis infertur.ff.de reg.iur.& cõſi.ccxxvj.magiſter.col.1.& cõſi.ccxxxix. primò,col.5.verſi.hoc reſponſum.& conſi.ccxlvij.in cauſa magnifici Baronis,col.1. & conſil. cclj.in cauſa magnificæ dominæ.col.3.verſi.tertiò principaliter.& conſil.ccccij.cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando ceſsionarius,col.3.nu.9.& conſi.ccccxxxij.cum ſit.Caro.Ruin.conſil.liij.Ieſu Chriſti. poſt princ.lib.1.& conſi.lxxxj.prima donatio.col.2.num.6.eo.lib.1.& conſi.clxxij.non eſt dubium. col.4.num.18.eodem lib.1.& conſi.clxxvij.viſis & intellectis.col.2.nu.3.eodem lib.1.& conſi.vj.primò eſt videndum.col.6.nu.16.lib.3.Stepha.Bertran. conſi.cvij.etiam, col.1.lib.2.& conſi. cclxxviij. bona,ante fi.lib.3.& conſi.ccciiij.donatio,per totum,eo.lib.3.& conſil.cccxix. ſi tempore. eod.lib.3. Matth.Afflict.in c.1.§.ſi facta.col.2.ver.item quæro princeps.tit.ſi de feudo fuer.contro.inter domi. & agna.& in c.1.col.1.nu.5.tit.quid iuris ſit ſi poſt ali.feu.vaſal.recu.Catel.Cotta.memo.incip.poſſeſſio ciuilis,ante fi.vbi ita dicit vidiſſe ſe obſeruari à collegio iudicum Mediolani.Hippol.Marſil.in l. qui duobus.in 3.limitat.ff.ad leg.Corn.de falſ.vbi id dicit ſing.& ſingu.lxxxij.volo,in 3.limit.vbi & id ſing.dicit Franc.Rip.lib.3.reſpon.cap.8.in cauſa Quintellæ,in prin.Thomas Ferra.caut.48.ſi quis vendit.col.2.verſi.primum.Ferdin.Loaz.in repet.l.filiusfamil.§.diui.col.3.verſic.vnum tamen.ff. de leg.1.Lud.Gozad.conſi.xiiij.primò facit,col.1.nu.5.& conſi.xxiiij.quæritur,an Dauid Hebræus. col. vlt.& conſi.xxviij.videtur prima facie,col.pen.verſic tertiò nec etiam.& conſi.lv.quæritur,cum facta fuerit.poſt prin.Maria.Soc.iunior conſi.xviij.viſo themate,poſt prin.lib.2.& Marc.Mantua. cõſi. cclvj.viſo proceſſu mihi tranſmiſſo.col.2.num.11.& ſeq.

¶Et



*Qui contrarium tenuerunt.*

22 ¶Et id quidem omnino verum eſt,nec aliquem reperi, qui contrarium diceret, præter Dyn. in d.l. quod meo.vti illum refert,nec tamen ſequitur Alber.ibi.& neſcio quem Iac.de Gandabia , vti etiã eum refert Guid.Pap.deciſ.xxij.fuit inter nos , vbi videtur eum ſequi. & dicta deciſio.cxij.vbi eſt prioris ſententiæ, vti ſuprà diximus. Sed quid hi facerent aduerſus tot proceres iuris prudentiæ? Niſi tamen & alia eſſent,quæ facerent præſumi fraudem,vel ſimulationem in priori illa venditione facta cum cõſtituto,iuxta ea quæ nos latè tractabimus infrà in x.limit.vbi intelliges magis pręſumi fraudẽ,vel ſimulationẽ aduerſus tertiũ ex huiuſmodi ficta traditione, quã ſi vera interueniat.

*Donatio inter uiuos fieri poteſt in teſtamento.*

23 ¶Ad illam priorem,& communiorem ſententiam facit,quod ſcribunt Alber.in dicta rub.C.de donat.col.1.verſi.quid ſi faciens.& Ange.conſi.ccxviij.viſa narratione, in iij. eodémque vltimo dubio. Ille enim dicit,quòd cùm donatio inter viuos poſsit fieri in teſtamento,l.aſsignare.§.vlt.ff. de aſsig. liber.gloſ.& doct.in l.hæredes palã.§.vlt.ff.de teſta.& latè diximus in noſtris legib.connub.in glo.v. in verbo,*contracter*,num.101.intellige ſecundò,& ſeq.Si teſtator donat inter viuos rem quampiam, quam ſe conſtituit poſsidere nomine donatarij:& poſtea etiam inter viuos,alteri eandem donet,& actualem poſſeſsionem tradat,erit ille potior, cui ita in teſtamento donauit cum conſtituto. quod admodũ commendat,& ſequitur Iaſon in d.l.quoties.col.4.verſi.imò fortius inuenio.C.de rei vendic.Hic autem ſcilicet Ange.dicit,quòd ſi venditor ſeſe conſtituerit poſsidere nomine emptoris,is nullum poſtea pactum,nullam conuentionem,nullam repudiationem poterit facere in præiudiciũ ipſius emptoris,per text.quem dicit expreſſum,in l.ſi per fundum.ff.quemadmo.ſeruit.amit.

*Poſterior conſtitutarius,præfertur priori emptori cui res non eſt tradita.*

24 ¶Et quemadmodum præfertur ille prior,cui etiam priùs res fuit tradita per conſtitutum,poſteriori cui res actualiter tradita eſt:ita & poſterior,cui conſtitutum factum eſt,præfertur priori, cui ſcilicet priùs vendita eſt,nec tamen poſſeſsio tradita eſt:æquè ac ſi ipſi poſteriori res fuiſſet realiter tradita, vt expreſsimus,& in hac ſpecie conſuluit Iaſon conſil.v.ſtrenui.col.2.verſic.quartò facit, quia poſito, iuncto eo,quod poſtea ſcripſit,col.7.verſi. non obſtat dum quartò. lib.3. & ſatis videntur voluiſſe omnes,quos ſuprà citauimus verſic.xxj.ſed & illud.

*Prior emptor à quo retentus eſt uſusfructus, præfertur poſteriori cui res realiter tradita eſt.*

25 ¶Et hæc quidem omnia confirmantur ex eo, quòd cùm per retentionem vſusfructus transferatur poſſeſsio ciuilis in proprietariũ,vti per precariũ,& ob id maximè,quòd retinens ipſum vſumfructũ, videtur ſe cõſtituere poſsidere nomine illius,vt dicemus infrà in 9. limit.nu.12.imò verò. Ideo ſi is qui vendidit,vel donauit,& ſibi vſumfructũ retinuit,poſtea alteri vẽdit,vel donat,& realiter tradit, prior ille pręfertur huic ſecũdo,cui realiter tradidit.Bal.cõſi.199.iſtud ſtatutũ.lib.4. Ang.cõſi.xliiij. ſi emãcipatio.in princ.Paul.Caſtr.cõſi.cccclxxv.ne ſub æquiuoco.col.vlt.lib.1.Alex.cõſi.xiiij.circa primũ dubium,ad fi.lib.1.Iaſ.cõſi.vj.primum dubiũ, col.9.verſi.ſecundò dicta prima donatio, lib.3.

*Qualiſcunque traditio etiam clandeſtina, & iniuſta à domino facta transfert dominiũ.*

26 ¶Adde & quod ſingul.ſcribit Bal.conſi.cccclxxviij.quidam Franciſcus condidit.col.2.verſi. modò ſic eſt in propoſito,lib.1.poſteaquam locutus eſt de prædiis donatis , & traditis per conſtitutionem precarij,dicit qualemcunque traditionem ſufficere ad tranſlationem dominij,ſiue transferatur naturalis,& ciuilis poſſeſsio:ſiue ciuilis tantùm,ſiue naturalis tantùm etiam.clandeſtina, nedum iuſta, quando ea traditio fit à domino,per tex.quem dicit ſingularem in l.ſi fundum.ff.de fundo dota.

27 ¶Sed hæc velim intelligas,quæ diximus de re duobus vendita,& alteri per conſtitutum,vel retentionem vſusfructus tradita:vt ſcilicet is,cui ita fuit tradita,alteri præferatur etiam priori titulo , cui res tradita non fuit,aut poſtea tradita:ſi precium venditionis ſoluerit,aut de eo fidem fecerit. Aliàs enim ſecus,nam cum tali caſu,id eſt,precio non ſoluto,aut fide eius non habita,etiam ſi vera traditio interuenerit,non transferatur dominium.§.venditę quoque res.Inſtit.de rer.diuiſ.& ſatis innuit d.l.quoties.C.de rei vendic.in illis verbis,ac precium exoluiſſe.& l.apud Celſum.§. ſi à Titio. ff.de doli mali excep.Eadem ratione imò fortiori,nec iſta,quæ fit per fictam traditionem, transferret dominium,vt expreſsè voluit Ioan.And.in dicto tit.de emptio.& vendit.vbi ſuprà,& Bal.in dicta rub. de contrah.empt.in xvj. quæſt. & Guid. Pap. dicta deciſ.cxij. Fabia.à monte S. Sauini. in tract. de empt.& vendit.in 9.eadémque vlti.quæſt. col.2.verſi. tertiò notat,ſub num.6. Iaſon in d.l. quoties. col.4.verſi.limitat tamen.de rei vendic.Phil.Dec.in l.contractus.col.4.verſi. ſecundò fallit.ff.de regul.iur.& Matth.Afflic.in d.§.ſi facta.col.2.vbi ſuprà,tit.ſi de feu.fuer.contro. inter dom.& agna.& non obſcurè in cap.j.col.6. verſic. item precarium non habet.tit. de feu. dat.in vic.leg.commiſſ.& Marc.Mantua.dicto conſi.cclvj.viſo proceſſu.col.2.verſi.item quòd eidem.

*Sed an conſtitutarius præferatur in poſſeſsione, ei cui poſt realiter eſt tradita.*

28 ¶Sed & ſecundo modo intelliges,vt ſcilicet is,cui priùs res eſt tradita per conſtitutum , præferatur alteri,cui poſtea realiter eſt tradita,quantum ad dominium rei, non autem quantum ad poſſeſsionem:nam confeſtim quàm is,qui ſe conſtituit poſsidere nomine Titij,rem alteri verè tradit,priuat Titium ea poſſeſsione,per l.colonus.ff.de vi & vi arma.& l.iij.§. in amittenda. verſi. quòd ſi ſeruus. & l.peregrè.§.quibus.ff.de acquir.poſſ.Et ita expreſsè voluit Alber.in d.l.quoties.C. de rei vendic. qui & idem ſubdit in colono,qui primùm ſe conſtituit poſsidere nomine vnius, & poſtea conſtituit nomine alterius,cui quantum ad id vix accederem,propter ea quæ dicam infrà in xiiij.limit.

*Maritus in dote habet priuilegium ne conueniatur , niſi inquantum poteſt.*

29 ¶Hinc item fit,vt dicamus,quòd cum maritus in reſtitutione dotis habeat priuilegiũ ne conueniatur,niſi inquantum facere poſsit.l.maritum.ff.ſolu.matri.& l.patronus.§.item maritus.ff.de re iudic. Etiam ſi res ipſa dotalis ſit apud eum,per tex.not.in l.filiofamil.la ij.& ibi Dyn.qui eum dicit not.& Barto.qui negat alibi ita bene reperiri.ff.ſolu.matr.Niſi ſi maritus ipſe eam rem ſemel vxori tradiderit:nam id faciens videtur renunciare illi priuilegio:ita vt ſi poſtea res ipſa dotalis ad eum perueniat,cogi poterit,vt integram reſtituat,nec vti poſsit illo priuilegio,l. nam & maritus.ff.de condi.

indeb.& quod in ſimili traditur in auth.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid.Certè ſi maritus ab initio dotem capiens,& eam promittens reddere ſoluto matrimonio,ſeſe conſtituat in eum caſum poſsidere nomine vxoris, peræquè eſt, ac ſi eam verè tradidiſſet, ideo nec vti poterit eo priuilegio, vt not.voluit Bal.in d.l.filiofamil.la ij.ante medium,& ibi quoque Paul. Caſtr.col.2.

*Idem in donante.*

30 ¶Et in ſimili cùm donans non conueniatur,etiam niſi inquantum facere poteſt,cùm aduerſus eum agitur actione perſonali ad tradendam rem donatam,l.cùm ex cauſa.ff.de re iudi.Sed ſi ſemel rem tradiderit,ita vt liberatus ſit ea actione,per not.per glo.& doct.in auth.ſacramenta puberum, C. ſi aduer.vendi.& in l.cùm fundum.in fi.ff.de contrahen.empt. Poſteáque res ipſa ad donantem ſorte quadã reuerſa fuerit, eámq; donatarius ab eo vendicet,non poſsit donans vti eo beneficio,ne conueniatur,niſi inquantum facere poteſt,per l.Neſennius.§.fundum.in fi.ff.de re iudic.Si ab initio donans ſe conſtituerit poſſeſſurum nomine donatarij, qui poſtea rem ipſam ab eo petit, non poterit donans vti eo beneficio,non magis quàm ſi rem ſemel realiter tradidiſſet.Nam & id expreſsè voluerunt ipſi Bal.Ang.& Roma.d.l.filiofam.la ij.ff.ſolu.matr.& Alex. qui id dicit ſingul.in d.l.Neſennius.§.fundum.ff.de re iudi.& ibi quoque Iaſon in j.not.& iterum in fi.

*Pactum de non alienando non impedit dominij translationem.*

31 ¶Ex his quoque proficiſcitur,quod magna autoritate affirmarunt Odoffr.Dyn.Barto.Paul.Caſtr. Alex.& Claud.Aquen.in l.qui abſenti.§.j.ff.de acqui.poſſ. quòd & ſi per pactum de non alienando, non impediatur dominij tranſlatio.l.ea lege.C.de condict.ob cauſ.etiam ſi dictum fuerit, quòd re alienata ea redeat ad priorem dominum,per iura ab illis allegata.Tamen ſi vltrà fuerit dictum, vt is in quem ea lege res transfertur,conſtituit ſe nomine cedentis poſsidere, ſi eam rem alienauerit, continuò ſecuta alienatione dominiũ redit ad illum priorẽ cedentem, nec valet alienatio. Et idem tenent ipſi Odoff.& Iac.Are.in l.vlt.& ibi Cyn.col.1.verſi.circa l.iſtam,& Io.Fab.in verbo,permiſerit.C.de reb.ali.nõ alie.Bar.in l.filiusfam.§.Diui.col.4.ver.aliud remediũ,& ibi Iaſon in j.lect.col.13. verſi.quartò & vltimò,& iterum in ij.lectu.col.17.verſi. tertiò fallit.ff.de leg.j. idem Bar.in d.l.qui abſenti.§.j.col.2.ff.de acquir.poſſ.Pet.Iac.tit.de condict.ex lege,quæ pro re dona.compe.col.5.verſi. ſi quis autem velit.vbi poſteà limitat,vt & nos ſtatim dicemus.Ange.conſi.ccxliij.multi,poſt princ. Paul.Caſt.in l.nemo.C.de pact.Raph.Com.conſi.cxc.eodémq; vlt.filiusfam.col.2.Ange.Are.in §. item ſi quis.col.antepen.Inſtit.de actio.Guid.Pap.deciſ.ccccclxix.per pactum,poſt princ.Fabian.in tracta.de empt.& vendit.in quarta parte,princ.col.antepen.verſi.tertiò fallit.

*Qui contrariũ tenuerunt.*

32 ¶Et nemo,ni fallor,id negat,præter Raph.Co.ſibi contrariũ in d.l. qui abſenti.§.j. de acqui. poſſeſ. hac tantùm ratione motum,quòd conſtitutum collatum in tempus futurum nõ operatur, niſi quatenus voluntas ipſius conſtituentis concurrit in futurum, per ea quæ in ſimili dicit Bal.in rub.C. de contrah.empt.in xxj.q.Sed tu de dicto Bal.in eo loco,vide quæ plenius dicam infrà in xxiij.amplia. ver.xij.porrò ſi priorẽ,& ſeq.& ex ibi dictis intelliges quid ad hanc Raph.rationẽ reſpõderi poſsit.

*Prior opi uera modò conſtituẽs poßideat.*

33 ¶Sed id tamen,quod diximus in priori opin.intelligendum eſt,modò is, qui ita ſe conſtituit poſsidere,ſit poſſeſſor ipſius rei eo tempore,quo eam alienat in alterum.Aliàs enim non impedietur huiuſmodi alienatio per eum facta,vt nuncupatim voluit Pet.Iac. loco allegato ſuprà, ver. abhinc 2. Quaſi ſcilicet non ſufficit,vt tunc cùm conuenit de non alienando, & ſi alienet conſtituit ſe poſsidere &c.poſsideat rem de qua agitur,quod haud dubiè neceſſarium eſt, vt latè dicemus infrà in j. limitat.Niſi & ipſe quoque poſsideat tunc,cùm poſteà alienat.

*Quid in eccleſia conſtituẽte.*

34 ¶An autem & illud procedat in eccleſia,quæ ſe conſtituit poſsidere pro alio, vt ſcilicet poſteà alienare non poſsit, & quomodo, (id enim nolui prætermittere) intelliges ex Cardin. Flor.in repet.c. perpendimus.col.14.verſi.in hoc tamen.extrà de ſent.excom.& Barb.in repet. rub.de reb.eccl.non alien.in ij.dubio,col.eiuſdem dubij xv.verſi.pro parte ergo affirmatiua.

*Quid ſi in obligatione interuenit conſtitutum,& deinde etiam in venditione cuiuſpiã rei obligatæ.*

35 ¶At illud hîc quæri poteſt,ſi pro debito obligaui omnia bona mea, & ea conſtitui poſsidere nomine creditoris,poſteà vendo rem quampiam ex ipſis bonis meis,& eam me quoque conſtituo poſsidere nomine emptoris,an per prius conſtitutum impediatur dominij tranſlatio in hunc emptorem. Et certè Bart.in l.qui pignoris.ff.de acquir.poſſeſ.poſt Iaco. But.in §. ſed iſtæ. Inſtit. de actio. dicit, primùm videri eam tranſlationem impediri, per l.quanuis.§.j. eo. tit. Tandem ſe remittit ad eius ſcripta in l.Celſus.ff.de vſuc.quo in loco.col.3.verſi.ſed pone,quod debitor, diſtinguit. vtrùm debitor ſe ſimpliciter conſtituerit poſsidere nomine creditoris, an cum adiectione precarij: vt primo caſu impediatur,per d.l.quanuis.§.j.ff.de acquir.poſſeſ.ſecundo non impediatur per d.l.interdum.§. vlt.eo.tit.Bal.autem in l.nullo.ad fi.loquens de ſecundo illo caſu,concordat cum Bar. de quo & nos diximus ſuprà num.12.ſed & ex illa,& dicemus plenius infrà in xiiij.limitat.vt ibi videre poteris.

*Venditor qui habet facultatem rei reſtituendæ,an præciſè teneatur tradere.*

36 ¶Ex eodem fonte manat,quòd licet aliàs dubitetur,vtrum venditor qui habet facultatem rei reſtituendæ teneatur eam præciſè tradere.Nam gloſ.poſt But.Io.Axo.& Hug. in l.j.in verbo, agitur.ff. de actio.empti.negat illum teneri,ſed ſatis eſſe vt præſtet intereſſe ſingulare, licet communis opin. ſit in contrarium,vt per Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in princ.col.16.verſi.ad tertiũ venio. & ibi quoq; latè Ro.col.19.verſi.& vlt.videndũ,& alios,ff.de ver.oblig.Bal.in l.ſi traditio.in j. quęſt. C.de act.empti.& in l.contractus.col.1.C.de fide inſtrum.cum ſimil.Tamen ſi is ſe conſtituerit poſſidere pro emptore,tunc haud dubiè tenebitur præciſè ad rem ipſam tradendã quia res effecta eſt emptoris per tranſlationem poſſeſsionis,ex huiuſmodi conſtituto,vt not. voluit Bal.in l.j. col.pen. verſ.ſed ad vnũ aduerte.C.de ſenten.quę pro eo quod intereſt,id quod ſequitur Ro.in d.l.ſtipulationes nõ diuiduntur.col.21.ver.ſecũdò limitat.& Iaſ.qui dicit ſing.in §.actionũ.nu.147.Inſtit.de actio.

¶Hinc



*Creditor non poteſt propria autoritate expellere debitorem facto reſiſtentem.*

37 ¶Hinc quoque eſt, quòd licet creditor qui ex conuentione, poteſt propria autoritate ingredi rem ſibi obligatam,ex l.iij.C.de pignor.tum demum ſolùm id facere poſsit, ſi debitor aut non reſiſtat, aut ſolo verbo reſiſtat,vt per multa dicit Bart.ibi in repet.in iiij.quæſtio.princ.quem omnes vbique ſequuntur:tamen ſi vltrà huiuſmodi conuentionem debitor ſe conſtituerit poſsidere pro creditore ſimpliciter,aut precario,tunc quia apud creditorẽ eſt vtraq; poſſeſsio,cùm ſcilicet eſt ſimplex cõſtitutũ:aut certè ciuilis,cum eſt precariũ:ſi debitor facto reſiſtat,vim facit creditori,qui ideo poteſt in continenti per vim ingredi.Nam id faciens magis dicitur defendere ſuam poſſeſsionem, quàm occupare,vel aggredi,vt in ſimili not.in l.cùm ſecundũ,& in l.qui poſſeſsionem.ff.de vi & vi arma.

*De eadem re.*

38 ¶Et ita expreſsè voluit ipſe Bart.poſt Iac.Butr.in d.l.iij.in ij.quæſt.princ.poſt prin.& ibi quoq; Saly. col.4.verſi.ſed quid ſi vltrà interueniſſet.C.de pignor. & Bal.in l.ij.col.5.in x. quæſt.C. de ſeruit.& aqua.Pet.Anch.in c.potuit.col.4.ver.in alia materia.de loc.& conſi.cclxiij.ſubtiliter. in fi. Roma.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acqui.poſſ.Vital.Camb.in tract. Clauſularum,char.21.in clauſ.conſtituit ſe precariò.col.7.ver.& nota diligenter.Pau.Caſt.conſi.xliij.videtur dicendum, poſt prin.lib.1.Franc. Are.in l.ſi ex ſtipulatione.col.2.ver.addit hîc dominus.ff.de acquir.poſſ.Alex.cõſi.lxxxij.perſpectis his.col.3.verſi.& per conſequens,lib.2.quod repetitur conſi.xl.lib.3. Corne.conſi.cclxxx.viſis quibuſdã,col.3.ver.ſed ſecundò reſpondetur iunctis præcedentibus,lib.3.Guid.Pap.generaliter loquẽs, deciſ.Delph.ccclvj.quos & quot effectus.col.1.ver.tertius,& iterũ ver.ſeptimus.& in ſtatuto,ſi quis per literas,in verbo,poſſeſsio.col.5.ver.ſextus,quia habens.Iac.à S.Geor.in repe.auth. qui rem.col. 11.ver.do.Pe.C.de ſacroſ.ecc.Lud.Gozad.con.xlij.in caſu propoſito.col.2.ver.ſecũdò principaliter. & ante hos omnes gl.à nullo eorũ expenſa in l.cum creditor.& ibi Ang.ff.de fur.Et huic opin.accedo,licet contrarium tenuerint Bal.& Pet.Anc.ſibi contrarij,ille in l. nec ex vera,col.1.ver. item fallit ſi venditor.C.de acq.poſſ.hic.conſi.cclxxiiij.ad declarationem,col.2.verſi.item etiam.

*Quid,ſi creditor prius iudicem adiiſſet.*

39 ¶Sed id tamen intelliges,vt ſcilicet creditor hoc caſu poſsit propria auctoritate, aduerſus debitorẽ reſiſtentem ſuam hanc poſſeſsionem occupare.Niſi tamen ipſe creditor iudicem priùs adiiſſet, & iudicium aduerſus debitorem intentaſſet: nam tunc non poterit ampliùs propria auctoritate ſibi ius dicere vi illius conſtituti,vt expreſsè voluit Bal.in d.l.ij.in x.q.ff.de ſeruit. & aqua. quia ex quo, inquit,elegit viam iudicij,videtur fuiſſe meticuloſus,& ad viam facti redire non poteſt.l.de pupillo. §.meminiſſe.ff.de ope.nou.nunti.& arg.l.ſi mulier.§.vlt ff.quod me.cau.ibi,quam viam ego elegero, hæc mihi pateat.& quod no.in l.ij.C.de iure emphy.& ne iudicium inchoatum ſit ludibrio, ſitque in poteſtate vnius idipſum euertere,arg.l.ſi quis rem in ratione ſui.ff.de arbit.

*De eadem re.*

40 ¶Et quanquam illa prior ratio Bal.quòd ſcilicet hic tanquam meticuloſus amiſerit poſſeſsionem, multis non placeat,vt videre licet ex modernis in l.clam poſsidere. §. qui ad nundinas.ff. de acqui. poſſ.& Fran.Are.in l.ſi de eo.§.ſi fortè,col.5.ver.ſed remanet dubium, eo.tit.& Alex.in l.j.§.operis, in j.no.ff.de ope.no.nunc.Tamen eam Bal.deciſ.propter alias rationes ſequutus eſt ipſe Franc.Are. in d.§.qui ad nundinas,col.antep.verſi.j.niſi ciuiliter,& ibi Clau.Aquen.col.4.verſi.hanc tamen concluſionem,& ipſe Clau.in d.l.de pupillo.§.meminiſſe,ante fi.ff.de op.no.nun. & Iaſ. in d.l.ij. col.35. verſi.quid autem ſit. C.de iur.emphy.Philip.Dec.conſi.cxlvj.cuius ſuperſcri. incipit, dubia de quibus,in ij.dubio,vbi ſimiliter declarat.& conſi.cccc.viſo eleganti conſilio,col.pen.verſi.iiij.reſpondetur.& Carol.Rui.conſi.cxxvij.viſa facti narratione,col.3.verſi.& idem reſpõdendum,lib.5.Et idem voluit Ang.Areti.in §.actionum, col.7.verſi. nec obſtat, ſi dicatur, Inſti. de actio. Nam & idem in non longè diſsimili caſu voluit ipſe Bal.in l.ædem,col.3.verſi.iij.quæro. C.loca.& in l.j.col.1. verſic. item no.quod ab executione.C.de exe.rei iudi.& Ang.in rep.l.nemo carcerem,poſt medium,ver. item an poſsit capi.C.de exa.trib.lib.x.Alex.conſi.cxxx.in cauſa Strazarolorum.col.5.verſic. & ſic ex iſto infertur,lib.4.& Hiero.Gratus conſi.lxxvj.in præſenti cauſa,col.1.verſic. quantùm verò ad Laurentium,lib.2.& Franc.Ripa.in d.§.meminiſſe.col.2.num.7.

*De eadem re. Bal. ſibi malè conſtans.*

41 ¶Hîc mirari licet Bal.ingenium adeò ſibi malè conſtans, vt in omnibus propè iuris articulis contrarium,& ex diametro ſibi reperias:id quod præterquàm quòd in aliis multis iam tibi aperui, hîc quoque videre licet:nam huius contrarium idem conſtanter aſſeruit in d.l.ij.col.2.ver. ſed an proprietarius.C.de iure emphy.cuius in eo loco ſententiam veriorem ſibi videri putat Alex.in l.quemadmodum,col.1.ff.de acquiren.poſſ.nam extra iudiciarium,inquit remedium minimè excludi per iudiciarium,vt ibi per eum videre poteris.& vide quæ dicam infrà num.lxix.an autem poſsit.

*Quid ſi proteſtatus fuerit, ius ſibi ſaluum fore.*

42 ¶Sed illud pro conſtanti dicunt nonnulli, quòd ſi is, qui viam iudiciariam ſecutus eſt, proteſtetur, ſaluam ſibi manere viam facti,manebit ei ſalua,vt expreſsè voluit Alex.d. conſil.cxxx.col.5. verſi. quia reſpondeo,lib.4.& con.ſeq.in cauſa,& lite vertente,col.vlt.ver.accedit, quia in prima.Iaſ.in d. l.ij.col.35.verſi.iſtud tamen limita.C.de iure emphy.per multa ab eis allegata de viribus proteſtationis,& Claud.Aquen.in d.leg.de pupillo.§.meminiſſe, ad fi.& ibi quoque Fran.Rip.col.4. verſi.is autem qui poteſt.ff.de no.ope.nun.

*Pactum ingrediendi propria auctoritate nõ tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

43 ¶Ei autem quod diximus verſi.ab hinc iiij.conſimile eſt,quòd licèt id pactum ingrediendi propria auctoritate non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem debitoris,præſertim ſi debitum non ſit liquidũ, vt per gl.& doct.in d.l.iij.C.de pign.tamen ſi debitor,qui id pactum fecit,adiecit conſtitutum ſimplex aut cum precario,poterit huiuſmodi pactum exerceri in ſingularem ſucceſſorem etiam reſiſtentem,etiámq; ſi debitum non ſit liquidum,ſicuti eadem illa ratione,quam in d.verſi.adduximus, voluit Bart.in d.l.iij.in iiij.quæſt.princ.in fin. ibi ſed pone, quòd debitor, & ibi quoque Salic.col.8.

verſi.

verſi.quæro octauo.C.de pign.Bal.conſi.lviij.quidam accuſatus, lib.5.Imo.in c.potuit, col.13.verſi. nota etiam quando emphyteuta,de loca.Paul.Caſtr. conſi.x. ſi vera ſunt, col.2.verſi. ex his etiam dico,lib.1 Franc.Aret.conſi.xxj.ſi diligenter,& maturiùs,col.pen.in iij.dubio,vbi etiam dicit id pro cedere contra eccleſiam.Alex.conſi.lxxxv.ponderatis his,col.2.lib.6. & conſi.clxxxv. in cauſa, & lite coram dominis,col.2.ver.præterea etiam poſito,eo.lib.6.Soci.conſi.lxxxij. ſuper quæſtionibus, col.2.verſi.quinta concluſio,lib.3.Guid.Pap.d deci.ccclvj.verſi ſeptimus eſt. Alber.Bru.conſil.xciij. in cauſa & lite,col.2.verſi.inſuper conſtat.Ludo.Gozad.conſi.xxviij.videtur prima facie, col.3.ver. præterea quanuis, ſub num.15. & conſil.xlij.in caſu propoſito,col.1.& iterum col.2.verſic. ſecundò principaliter,rurſúmque col.pen.verſi.non obſtat quartum.& conſi.xcv.prima facie,num.8.& 9.

44 ¶Imò verò ſunt qui in ea ſunt ſententia,quòd licèt dictum non ſit expreſsim,vt liceat ingredi propria auctoritate:Tamen ſi fuerit appoſitum ſimplex conſtitutum aut precarium, licebit creditori id facere,vt voluit Bald.in l.j.C.de ſeruo pignor. dat. manu. per l. ſi ſeruus. C.quod cum eo. & idem Bal.in l.pen.C.de pigno.acti. Saly.in d.l.iij.col.4.verſi. ſed quid, ſi vltrà interueniſſet. C. de pigno. per gl.in l.cùm creditorem.ff.de furt.& Alex.qui id dicit no.conſi.lxxxiij.viſo proceſſu, col.1.lib.6. vbi ita dicit ſe aliàs Bononiæ tenuiſſe in publica diſputat.& iterum conſi.clxxxv.in cauſa,& lite ver tente coram dominis,col.2.verſi.prætereà etiam poſito,eo.lib.6.

*Imò in id ſufficit conſtitutum aut precarium ſine pacto.*

45 ¶Sed hæc intelligenda ſunt,primùm ſecundum Pa.Caſt.d. conſi.x.lib.1.cum creditor id facit continuò quàm tranſlata eſt poſſeſsio in ſingularẽ illum ſucceſſorẽ:nam tunc videtur poſſeſsionẽ ſibi interuerſam veluti recuperare , quod in continenti licet, l.qui poſſeſsionem.ff. de vi,& vi arma.ex interuallo autem non licet,præſertim aduerſus reſiſtentem.l.iij.§.cùm igitur,eo.tit.Et idem quoque reſpondit,nulla Pau.mentione facta, Caro.Rui. conſi.cxxvij. viſa facti narratione, col.2.verſic.ſed præmiſsis non obſtantibus,lib.5.vbi idem dicit voluiſſe Iac.Bu.in d.l.iij.C.de pign.& ſic intelligere Bart.ibi.Et addit hanc rationem,quòd ſi debitor ipſe , ante conſtitutum à ſe factum fuiſſet expulſus,non potuiſſet ex interuallo ſuam poſſeſsionem auctoritate propria recuperare, ſiue expulſor reſtitiſſet,ſiue non ſed ſolùm incontinenti,per d.§.cùm igitur,& not. per Bart.in l.j.C. vnde vi.& in l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ.Ergo nec ipſe conſtitutarius cui ius i ſum debitor ceſsit,idipſum potuit,cùm plus iuris ab eo accipere non potuerit , quàm quod habebat.l.traditio,in prin.ff.de acquir.rer.dom.& l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.

*Sed an ex interuallo id liceat.*

46 ¶Porrò Matthe.Affl.ct. in conſtit. Siciliæ.incip.pacis cultum, col.7.verſi.iiij.fallit,tenet non licere omnino id pactum exercere cõtra ſingularem ſucceſſorem,cùm creditori factum eſt ſimplex precarium.Neque enim id impedire,quin debitor eum priuet poſſeſsione , conſtituendo ſe poſsidere nomine illius tertij , ex ſententia Bar. in l.Celſus, col.4.verſic.ſed pone, quòd debitor.ff.de vſuc.de qua re diximus ſuprà num.12.ſed & ex illa,& iterum num.34.at illud hîc.& dicemus quoque infrà in xx.ampli.nu.2.& quamuis id ſit.Sed aduerte,quia ſi etiam vera ſit illa Bar.deci. vt priuetur creditor poſſeſsione illa,quam ex ſimplici precario obtinebat,non tamen ex hoc ſequitur, eum non poſſe illam recuperare,præſertim incontinenti,etiam ſi in illum tertium fuiſſet tranſlata vera,& realis poſſeſsio,ex omnium ſententia,vide infrà in xxj limita.

*Qui dicunt cõtrarium in ſimplici precario.*

47 ¶Intellige ſecundò,vt ſcilicet conſtitutarius,poſsit id conſtitutum contra tertium poſſeſſorẽ exequi, niſi hic tertius habeat hypothecam ſpecialem,aut certè generalem,ſecundum alteram opi.in re,de qua eſt controuerſia.tunc enim hic tertius expelli non poterit,vt expreſsè voluit Caro.Rui.conſil. cxxvij.viſa facti narratione,col.4.verſi.tertiò confirmatur,lib.5.per id,quod in ſimili ſcribit Bar.in l.filiofa.l.ij.§.vlt.ff.ſolu.matr.& in l.j.§.quod autem.ff.de ſuperfic.quòd quamuis ſingularis ſucceſſor non teneatur ſtare colono.l.emptorem. C.loca. fallit tamen ſi colonus habeat hypothecam in re conducta.Et in id ſaltem omnes conueniunt,vt expelli non poſsit,donec ei plenè ſatisfactum ſit. Ita igitur in hoc caſu deiici non poterit hic tertius habens hypothecam,iiſdem rationibus, quibus illi mouentur,quæ & hic locum habent.

*Quid, ſi tertius poſſeſſor habeat hypothecam.*

48 ¶Quid autem,ſi iſte tertius non habeat cauſam à conſtituente,vel colono, ſed ab alio? An tunc liceat domino,vel conſtitutario eum propria auctoritate expellere? vide Bar.qui tenet poſſe,in l.j.§. neceſſariò,per eum text.ff.ſi vent.nomine,& in l.peregrẽ.§.quibus.ff.de acqui. poſſeſ. Et Bald.contrarium tenentẽ in l.certa eſt forma,in fin.C.vt in poſſeſ.lega.per gloſ.in l.j.interdictum.ff. vti poſsi. Et Roman.in d.§.quibus,col.vlt.verſi.ſed circa quintum,dicentem eam.glo.non loqui de deficiente,ſed turbante,& tandem concordantem eas contrarias opi.vt ibi videre poteris.

*Quid, ſi tertius habeat cauſam ab alio.*

49 ¶Hinc etiam fit, quòd cùm donationes inter virum & vxorem,& inter patrem & filiumfa. non confirmentur morte donantis,niſi priùs rei poſſeſsione tradita,vt de primo dicitur eſſe tex. quem omnes vbique in id citant,in l.Papinianus.ff.de dona. inter vi. & vxo. De ſecundo in l.ij. vt etiam ibi intelligunt Bar.& alij.C.ſi quis alteri,vel ſibi.Sanè in eam rem ſatis erit,ſi donans ſe conſtituerit poſsidere pro donatario,vt de primo voluit Ang.in l.ij.in j.no.C.de inoffi.donat.Raph.Co.con.xl. quidam filio,col.vlt.Berber.in viatorio,tit.de donati.inter vir.& vxo.ver.ſed quæritur,nunc donatio.Alex.conſi.vij.viſo inſtrumento donationis, col.1.lib.6. vbi & idem dicit de retentione vſufructus,& conſi.clij.in cauſa,& lite coram dominis, col.2.verſi. ſecundò reſpondetur, eo.lib.6. Cæpo. cauſa.ciuil. conſil.viij.caſus ſuper quo, col.3. verſi. præterea interuenit. Barb.aut quiſquis is fuit in addi.Bal.in c.ſi quis,in fi.tit.de feud.dat.in vic.legis commiſ.Soci.in l.j.§.ſi vir vxori, col.pen.verſi. quarta,& vltima concluſio.ff.de dona.inter vir.& vxo,Philipp,Deci. conſi.ccij. vt præſens conſultatio,

*Donatio inter virum, & uxorem non confirmatur morte ſine traditione.*



tio,col.4.verſi.tertiò etiam fundamento.& Steph.Bertr.conſi.ccxxxiij.ponitur in facto,num.1.lib.1. & conſi.ccxxxviij.circa donationem,in j.dubio, lib.3.Ioan. Lup.in repe. rub. de donat. inter vir.& vxo.§.lxxvj.col.1.num.2.& Pau.Par.conſi.lx.pro reſolutione,col.pen.num.17.lib.3.

50 ¶De altero ſcilicet, donatione inter patrem, & filiumfa. voluit Bal.conſi.ccccxxx. præmittendum eſt,paulò ante fi.lib.1.Ang.in d.l.ij.C.de inof.donat.& in auth. de immẽſis donat. collat. in fil.verſi. ſed tunc quæro.& conſil.xliiij. ſi emancipatio, in prin. vbi & idem dicit de retentione vſufructus. Pau.Caſt.conſil.ccclxl.circa bona,col.2.verſi.ad quod dico,lib.1. Cæp.in l.vlt. col.18.verſi. item hoc procedit.C.de vſuca.pro donat.Soci.conſi.cxv. videbatur,col.1.lib.4.vbi & ipſe de vtroq; loquitur, ſcilicet conſtituto,& retentione vſuſfructus.Philip. Deci.conſi.ccxxxix. primò non videtur, col.1. ver.præthereà ex quo.Ferdin.Loaz.in repet.l.filiusfa.§.diui,nu.84.ff.de legat.j.Barthol.Chaſſ.conſil. vij.viſis themate,col.7.verſi.ad hoc eſt clara reſponſio.

*De eadem re.*

51 ¶Idque eſt,quod à multis traditur,in huiuſcemodi donationibus ſufficere aliquid , quod pro traditione habeatur,vt morte confirmentur.Ita enim nuncupatim voluit gl.in l.ij.& ibi Cin. Bar. Bal. Alber.& Ang.C.de dot.cau.non nume. ex quibus ipſi Bart.& Bal. dicunt id eſſe mirabile. iidem Bart.& Bald.& præterea Salic.in d.l.Papinianus, vbi dicunt ſufficere fictam traditionem, Bal.in c. cùm contingat,col.pen.de iureiu.& conſi.ccclxj.maritus, col.1.lib.1.& conſil.lxvij. punctus talis eſt, ante fi.lib.5.Ang.conſi.5. Andreas, col.vlt.& d.conſil.xliiij.Raphael Co.d. conſil.xl.Pau. Caſt. in d. conſi.ccclxv.lib.1.& conſi.lxxv.notandum eſt quòd præfatum, in fi.lib.2.& conſi.lxxxij. in iſta donatione,col.vlt.lib.2.Florianus in l.quæ pater,col.3.in fi.ver.vnum nota circa hoc.ff.fami.hercif.Ro. conſi.cclxxvij.non eſt dubium,poſt prin.Cornæ.conſi.cxxiiij.licet in hac,col.1.lib.4.Hiero.Zanet. inter con.Soci.conſi.vj.licet adiicere,col.2.ver.non obſtant,lib.4.Iaſon, qui illã dicit reputari ſing. in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.4.verſi.contra iſtud.ff.de acquir.poſſeſsio.

*In huiuſmodi donationibus ſufficit aliquid quod pro traditione habeatur.*

52 ¶Nec tamen hîc omnes conueniunt,quando nonnulli teneant contrarium,videlicet, non ſufficere his caſibus fictam traditionem.In quibus eſt Maſue.tit.de donati.§. item donatio facta. Paul.Caſtr. Alex.& Iaſon in ij.lect.in l.j.§.ſi vir vxori,& alij multi,quos tibi latè cõgeremus infrà in vij.limitati. num.14.ex quibus illud,& ſeq.Sed nihil horum opinionem moror,cùm habeamus tex.expreſſum, in donatione viri & vxoris,ſufficere poſſeſsionem precariam,in l.cùm hic ſtatus §. ſi maritus.ff.de donat.inter vir.& vxo.Quanquam gl.ibi in verbo precariam , aliter videtur interpretari eum textum,de quo & nos latiùs dicemus in d.vij.limitati.verſi.xxj.ſed quid hîc.

*Qui contrariũ tenent.*

53 ¶Nec interim tamen hinc diſcedendum putauimus,prius quàm tibi illud obiter dixerimus, quod à paucis animaduerſum eſt,probatum non videri ex d.l. Papinianus,ff. de donat inter vir. & vxor. requiri traditionem in huiuſmodi donationibus,vt morte confirmentur:ſed tantùm promiſsionem donandi,ex qua agi non poteſt contra hæredem mariti,qui promiſerat : etiam ſi in ea promiſsione perſtiterit vſq; ad mortem:tanquam,ſcilicet,ſimplex promiſsio donandi non confirmetur morte, vti donatio confirmaretur:aliud enim eſt donatio,aliud promiſsio donandi,vt videre licet ex Ioan. Fab.in §.alij,col.2.verſi.quid ergo ſi quis,Inſtitu.de donat.cum aliis multis concord. à me congeſtis in tract.Retractuum,tit.ij.in fi.num.48.nunc ſe offert : vt aliud vendere , aliud promittere de vendendo,& alia ſimilia,quæ & tu ibi videre poteris,nu.42.ſed quorſum hæc,& multis ſeq.Vt non ſine ratione nonnulli exiſtimarint d.l.Papinianus,requirentem (vt omnes ex eo tex.colligunt) traditionem ad mortis confirmationem,intelligi de promiſsione,etiam munita ſtipulatione , & inter cæteros Bar.& Salic.ibi.gl.& Cin.in d.l.ij.C. de dot. caut. non nu. & expreſsiſsimè omnium Bal.conſil. ccccxvij.caſus talis eſt,lib.1.Pet.Anch.conſi.lxxvj.per modum conſilij,col.1.verſi.ex quibus verbis. Pau.Caſt.conſi.cxxxviij.dicta donatio,col.vlt.lib.1.de quo & nos diximus.d.nu.48.

*Intellectus l. Papinianus ff. de dona. inter uir. & uxor.*

54 ¶Ex iis itẽ fit,quòd licèt aliàs excuſsio bonorũ debitoris requiratur,ante quàm creditor agere poſſit contra tertiũ poſſeſſorẽ,auth.hoc ſi debitor.C.de pignor.cùm ſi.Tamen ſi ipſe debitor cõſtituerit ſe bona ſua poſsidere pro creditore,& quædã ex eis poſteà alteri vẽdiderit, & tradiderit;poterit creditor nulla bonorũ debitoris diſcuſsione facta,tanquã ſua poſſeſsione priuatus,rectà agere cõtra hunc tertiũ,ad reuocandam ſuam illam poſſeſsionẽ,quam ipſe ex huiuſmodi cõſtituto obtinebat, per condictionẽ ex l.vlt.C.de acquir.poſſeſſ.vt ibi per eum textũ,in verbo, vel quiſpiam alius,& gl. in verbo,cuiuſcunq; rei,& iterũ in verbo,generetur, voluerunt Iac. Bu.& Bald. in prin. qui id dicit perpetuò menti tenendũ,& Ange.in lect.Padua.col.1.qui id dicit obſeruari Bononiæ.rurſúſq; idem Iacobus But.in l.exitus,& ibi quoq; Bald.Ang.Imol,Rapha.Co.Rom.& Alex.ff.eo.tit. & ipſe item Iacob.But.in d.authen.hoc ſi debitor,ad fi.& ibi quoq; Flori, & idem Iac.Bu.in l.vlti. cum auth.ibi poſita,& etiam Petr.Anc.in ſuis reportatis,quæ vocant.C.de actio.& obligat.Bart.in l.nomẽ quoq;. C.quæ res pig.obli.poſſ.Bal.in l.j.col.2.verſi. quæro,quid, ſi debitor conſtituit. C. de reuoc. quæ in fraud.credi.& in l.j.in fi.ff.pro ſoci.& in c.cùm veniſſet,in fi.de reſti.ſpoli. & in c.j.tit. de contro. inueſti.inter do.& empto.& inter conſ.illius, Alouiſius de Lucis, conſil.ccccxxxv. quidam creditor, lib.3.& ibi quoq; ipſe Bal.in ſubſcriptione illius con.in fi.Ange.in l.ait prætor.§.j.ff.quæ in fraud.credi.& in l.ij.§.hac actione,l.ij.ff.vi bono.rapto.vbi dicit hoc inuentum fuiſſe ab Vberto Bobi. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.Rapha.Co.in l.quod meo,in prin. col.vlt.ad fi.ff.de acquir.poſſ.alter Raph.Fulgo.conſi.cciiij. Titius,in fi.Rom.conſi.clxxxix.ſtante primo quæſito,ad fi.vbi id dicit procedere durante conſtituto.& iterum conſi.cccxcij.circa primum, col.2.verſi.quin tò præmittendum, vbi id dicit ſing. Petr.Ferra.in tit.forma reſponſ. in actio.hypo.in verbo, exceptione

*Conſtitutum facit,ne requiratur excuſſio.*

ptione excuſsionis,col.3.verſi.item ceſſat excuſsio ſi debitor vt fit. Franciſcus Aret.conſi. cxxvij.in cauſa dominæ Antoniæ,col.2.verſi.item in inſtrumento. Cornæ.conſi.ccxxviij.excogitabam,lib.2. & conſi.lv.viſis,col.2.verſi.præterea licèt remedium,lib.3.& conſi.lxxxv.videtur prima facie,col.1. lib.4.Alex.in l.ſæpe,quæ eſt pe.col.16.verſi.ſecundariò datur.ff.de re iud.& conſi. cxxxvij. in cauſa & lite vertente inter Lanzalotum,col.2. verſi.tertiò etiam oſtenditur, lib.2.& conſi.lxxiij. punctus talis eſt,col.vlt.lib.5.& conſi.lxxxiij.viſo proceſſu agitato,col.1.lib.6.& conſi.lxxxv.ponderatis iis, in prin.eod.lib.6.& conſi.cliij.circa litem,in prin.eo.lib.6. & conſi.clxxxv. in cauſa & lite vertente coram dominis,col.2.verſi.præterea etiam poſito,eo.lib.6.Ange.Are.inter conſi.ipſius Alex.conſi. cxxxviij.Lanzalotus,col.2.verſi.tertiò in d.inſtrumento,lib.2.idem Ange. Aret. qui id dicit ſingu. in §.item ſi quis in fraudem,col.5.verſi.adde prædictis,quòd vbi debitor,& ibi Iaſ.char.x.in paruis, verſi.tertiò limitatur,Inſti.de acti.Cæpol.caute.lvij.in præcedenti.Vital. Camba.in tractatu clauſularum,in clauſula,conſtituit ſe precariò,col.vlt.verſi.item precarij conſtitutio.Guid.Pap.deciſi.Delphi.ccccxxxij.ſuprà q.col.3.verſi.item.d.authen.& conſi. cix. domini de Parlamento , col.2. Franc. Gre.ſing.lxj.volo tibi dare.Philipp.Deci.conſi.xxvij.exceptio cedendarum. ad fi.Matth. Afflict. in c.j.§.ſi facta,col.3.nu.25.tit.ſi de feu.fuer.cont.inter do.& agn.& deciſ.Neapol.xl.caſus eſt iſte,col.5. verſi.videamus an ſit.& iterum deci.cxxxix.magna fuit,col.2.verſi.& ideo dicendũ. Hippo.Marſi. in repe.in rub.de fideiuſſor.nu.21.& ſingu.clviij.hodie cõmuniter. Bene. Barz.in tractatu diſcuſsio. in xiiij.quæſt.princ.Franc.Balb.qui & id dicit ſing.in repe.l.Celſus,col.29.ver.circa huiuſmodi quæſtionem.ff.de vſucap.Carol.Rui.conſi.clxxij.circa primum,col.1.nu.3.lib.9.& conſi.lxxvij.ad ea quę proponuntur,col.2.verſi.dubium igitur,lib.5.Matth. Afflict.in c.ſi facta,col.3.num.25.tit. ſi de feud. fuer.contr.inter domi.& agna.Steph.Bertrand.conſi.ccclxxix.non potuit,col.2.lib.2. & conſil.ccx. legitur in inſtrumento,lib.3.Boëri.qui dicit ita fuiſſe iudicatum in curia Burdigalenſi, deci.clxxxij. & per ſupradicta,ad fi.Celſus Hugo in tractatu clauſularum,nu.cclvij. omnia bona. Ludo. Gozad. conſi.xlij.in caſu propoſito,col.3.verſi.3.quotieſcunque.& Hiero. Grat. conſil.xlij. licèt primò rem dubiam,col.2.verſi.ſecundò principaliter,& ſeq.lib.2.& Fran.Ripa in rub.ff.de interdict.col.3.verſi. circa ſecundum,& iterum verſi.circa vltimum.

*Si modò ſimplex ſit, & nõ cum precario.*

55 ¶At id nonnulli intelligunt procedere,cùm ſimplex conſtitutum,ſine precario interuenerit,ſecus ſi cum precario,ob id quòd(vt ſuprà diximus) ſimplex conſtitutum transfert omnem poſſeſsionem, & ciuilem,& naturalem:cum precario,ciuilem tantùm , ſecundum ea quæ diximus ſuprà num.4. illud autem.Ita enim voluiſſe videtur Raph. Co.in d.l.exitus, & apertiùs Barb. in c.vlt. col.pen.de precar.& Corne.d.conſi.lv.quo loco nuper citauimus,lib.3.per tex.in d.l.vlt.ff.de acquir. poſſeſſ. in qua exprimuntur illi,qui nullo modo poſsident & ſubditur clauſula generalis , vel alius quiſpiam, quæ debet intelligi de alio ſimili,qui ſcilicet nullo modo poſsidet, ex natura illius dictionis , alius, quæ implicatiua eſt ſimilitudinis,glo.in l.ſi fugitiui,& ibi doc.C.de ſeruis fugit. & in l. quidam relegatus,in verbo, amicis.ff.de reb. dub. de quibus poſteà dicemus. Tandem tamen ipſe Cornæ. de hoc dubitat,propter multos ex his quos ſuprà citauimus,qui idem tenent in precario,vt in ſimplici conſtituto.De quo tu omnino vide Franc.Rip.vbi ſuprà,in fi.præced.verſi.

*Qui & in ſimplici conſtituto tenent contrarium.*

56 ¶Quid,quòd ſunt qui ſimpliciter tenent,id nullo pacto procedere , nec in ſimplici quidem conſtituto,ſcilicet Fran.Aret.in d.l.exitus,col.2.verſi.ſecundus caſus eſt:nam(vt ipſe dicit) d.l.vlt.non loquitur,nec habet locum,quando detinens noſtro nomine,verè tradit alteri poſſeſsionem : quia tũc nobis haud dubiè præiudicat,vt dicunt glo.& Doct.ibi.& in leg.ſi colonus.ff.de acquirend. poſſeſſ. Sed loquitur ea l.vlt.quando quis negligentia,vel dolo dimittit poſſeſsionem,vt alius eam occupet: quo caſu non perditur ciuilis poſſeſsio , ſed naturalis tantùm , pro qua agit condictione ex d.l.vlt. Cùm igitur leges veteres dicant,quòd detinens noſtro nomine poteſt nobis auferre poſſeſsionem tradendo alij,nec inducant aliud remedium contra poſſeſſorem,ſed tantùm contra tradentem,per l.Pomponius.ff.quibus mod.vſusfruct.amit.non videtur ea lex vlt. loqui in hoc caſu.

*De eadem re.*

57 ¶Quòd ſi quis,inquit,dicat,nouũ illud remediũ condictionis ex d.l.vl.habere locum & in hoc caſu:quia non agatur de correctione iuris antiqui,ſed de extenſione noui remedij,quod de iure antiquo non erat productum,ſítq; eadem vtriuſq; ratio.l.à Titio.ff.de verb.obli.& l.non poſſunt, & ibi not.ff.de legibus.Huic reſpondendũ dicit,quòd vbi ille, cui facta eſt traditio, certò ſciebat tradentem eſſe ſimplicem detentorem,& non poſſeſſorem, illa obiectio poſſet admitti. & item fortè ſi ſcire debebat:eſt enim tunc capiens in dolo,vel in lata culpa,& ideo ſimiliter tenebitur ex d.l.vlt.

*Dolus maior in committendo, quàm in omittendo.*

58 ¶Et id quidem(vt ille ſubdit)confirmatur : quia ex parte illius detentoris alij rem tradentis, maior eſt dolus,quando eſt adhibitus in committendo,ſcilicet tradendo rem:quàm in omittendo,ſcilicet negligendo,vel dimittendo.l.ſi ex cauſa.§. nunc videndum, & ibi no. ff. de dolo malo. Cui adde (quantum ad hanc rationem,)gl.in l.ſi mora.ff.ſol.mat.& ibi Bal. qui eam aureis literis ſcribendam dicit, Imo. Pau.Caſt. & Fran.Rip. & aliam gl.in l.ij.ff. de S.C.Sil. quam ſin. dicit ipſe Bal.in rub.de treug.& pace,in prin.& aliam quoque expreſsiorem in l.lege Cornelia in verbo,cædẽ admiſiſſent. ff.eo.tit.de S.C.Silla.& è Theolo.Alex.Hales in ij.parte ſummæ.q.cxxx.mẽbro vj.& iiij.ſeq.mẽbr. & Diuum Tho.2.2.q.lxxix.art.iiij.& alterum Diuum Bonauen.lib.2. ſenten.di.iiij.arti.j.q.j. & latiſſimè alicubi dicemus.Et hoc caſu (vt redeamus ad Areti.)procedit communis illa opinio.

*De eadem re.*

59 ¶Sed vbi ille,qui recepit rem ex traditione,poteſt probabiliter ignorare tradentẽ , poſsidere nomine alterius,non eſt eadem ratio extendendi d.l.vlt.ad caſum noſtrum:nam in ead.l.ille,qui occupat poſſeſsio



poſſeſsionem vacantem,nemine ſibi tradente,in culpa eſt l.vlt. C. vnde vi. quæ culpa ceſſat in hoc caſu,cùm quis tradit,vel realiter,vel per conſtitutum propter probabilem errorem l.vlt.& ibi not. ff.de adul.Hæc propemodum Fran.Aret.quem ſequitur Io.Monteſe.in rep.l. ſi is qui pro emptore, char.pe.col.ij.ff.de vſucap.& Hiero.Gratus conſil.xxxvj.viſo proceſſu,ac diligenter,ad fi.lib.j..

*Reſponſio ad rationes Fran. Aret.*

60 ¶Cui ſtatim occurrit Claudius Aquen.quem Seiſſellum ſæpe voco in d.l.exitus.col.j.verſi.ſed Are. hìc expreſsè,dicens quòd licèt d.l.vlt.non habeat locum in noſtro caſu,quantùm ad id, vt retineatur poſſeſsio ciuilis per dominum , tamen quantùm ad hoc , vt ſubueniatur domino , qui perdidit poſſeſsionem,vt eam recuperet,locum habere debet,ar.l.colonus,& l.cùm fundum. ff. de vi , & vi arma.de quo tamen pollicetur ſe dicturum in l.peregrè.§.quibus.ff.de acq.poſſ.quo in loco idẽ concludit poſt alios multos,vt ibi videre poteris.Et ita non obſcurè manet in cõmuni opi.Pro qua etiã facit vltra illum,quòd ſi conſtitutarius poteſt vi,& propria auctoritate tertium, qui rem occupauit, rectà deiicere,& ſuã ſibi poſſeſsionẽ aſſerere,ac vindicare poteſt, vt diximus ſuprà nu.42. ei autem quod diximus & ſeq.Quãtò magis id poteſt,intẽtato iudicio aduerſus hũc tertiũ:arg.d.l.3.C.de pig.

*Alij opi. illius contrariæ*

61 ¶Nec ſolus tamen fuit Are.in ea opi.aduerſus illam communem ſententiam.Nam & eiuſdem quoque opi.fuit Barb.conſi.xxviij.ſcripſit belliſsimè,col.j.& ſeq.lib.j.Eam enim inquit,eſſe regulam generalem,vt creditor agere non poſsit contra tertium,niſi prius excuſſo debitore.per d.authen. hoc ſi debitor.C.de pigno.nec ei regulæ obeſſe d.l.vlt.C.de acq.poſſ. Ea enim nuncupatim loquitur in ſeruo,procuratore,colono,& inquilino,qui non poſsident,ſed tantùm detinent nomine,ac ad commodum,& vtilitatem domini.Ideóque ſi interuertunt poſſeſsionem domini,poteſt idem dominus rectà intendere condictionem ex ea.l.vlt.non excuſſo ſeruo,procuratore,colono,inquilino : quia in alium tranſtulerunt id quod detinebant ad vtilitatem domini : ideo non mirum , ſi non ſit neceſſe eoſdem transferentes diſcutere. At hìc loquimur in debitore , qui licèt transferat poſſeſsionem per conſtitutum,vel precarium:tamen creditor conſtitutarius ſibi non poſsidet ſimpliciter, ſed debitori,& ad eius vtilitatem.l.ſerui nomine.ff.de vſucap.& l.ſciendum.§.creditor. ff. qui ſatiſd. cog.& dicemus infrà in 29.limita.nu.8.ſcio autem.

*De eadem re.*

62 ¶Nec debet,vt ille ſubdit,ea.l.iuris communis correctoria,aut certè exorbitans trahi ad alios caſus, ſiue perſonas,quàm de quibus locuta eſt,per iura vulgaria illic ab eo citata,quæ non neceſſe eſt huc aliter afferre.Præſertim cùm eadem lex loquatur de domino,cùm dicit, nihil penitus domino præiudicij generetur.At certum eſt creditorem non eſſe dominum,ac nec poſſeſſorem quidem, vt diximus.ergo in eo non poteſt habere locum d. l. loquens in domino. Nec enim lex , aut quæuis alia diſpoſitio poteſt trahi ad caſus,aut perſonas quibus verba ipſius adaptari non poſſunt.l.4.§.toties.ff. de dam.infec.cum aliis multis cõcord.à me adductis in repe.l.ſi vnquam,in verb.libertis, nu.2.nam & vbi.C.de reuo.don.Etiam ſi verba diſpoſitionis,(vt hoc quoque addas) pro maiori parte conuenirent,ex ſententia Hiero.Grati,conſi.lxiij.ex themate,col.ij.ver.quintò confirmatur,lib.j. per not. à Iacob.But.Sal.& Fulgo.in l.mancipia.C.de ſer.fugi.cum ſi.

*De eadem re.*

63 ¶Nec obſtat,vt dicit idem Barb.quòd ea.l.poſt eos,quos ſuprà diximus,ſcilicet ſeruum,procuratorem,colonum ſubiungit , vel quiſpiam alius, quibus verbis innituntur plurimi , quos pro contraria parte adduximus. Nam per huiuſmodi verba non poſſumus alias perſonas intelligere, quàm ſimiles præcedentibus expreſsis,per tex.quem dicit valde ſing.in d.l.ſi fugitiui iuncta gloſ.vl .C.de ſer. fugit:vbi cùm tex.dixiſſet,aut metallo dentur,aut qualibet alia pœna afficiantur,addit gl.ſimil.Cui adde & aliam gloſſam in d.l.quidam relegatus in verbo,amicis.ff.de reb.dub.& in c.ſedes,de reſcri. & Bald.conſil.cccxcv.pro domino Dinaldo.col.ij.verſ.certè conſiderentur.lib.ij. vbi dicit hanc dictionem ſignificare ſimilitudinem qualitatis,cum diuerſitate ſubſtantiæ. Et id quidem probè nouit Diuus Hieronymus in apologia contra Rufinum.Miror,inquit,te hominem prudentiſsimum , non intellexiſſe cõpoſitionis artẽ meæ.Quando enim dico,ita tamẽ vt non iuxta aliã hęreſim omnes in vna ætate poſiti ſint,id eſt omnes in angelos reformẽtur:oſtẽdo & ea,de quib.diſputo,eſſe hęretica.

*De eadem re.*

64 ¶Quòd ſi quis præterea obiiciat eam l.vlt.non ſolùm loqui de domino,ſed & de eo quoque , circa quem negligenter,vel doloſè alius verſatus ſit,vt,ſcilicet,non tantùm in domino, ſed & in alio procedat.Sciat & huic obiectioni reſponderi ex aliis verbis eiuſdem legis,quæ ſunt huiuſmodi,per quẽ licentia eſt nobis poſsidere corporaliter.nam ex his verbis intelligis eam l.loqui in eo, qui ſimpliciter poſsidet per alium.Creditor autem(quod iam diximus)non poſsidet ſimpliciter,nec ſibi , ſed ad vtilitatem debitoris.Cæterum ea.l.ad fi.ita loquitur domino rei,vel ei, qui ad eam detinẽdam præfatas tranſmiſerit perſonas.Et ſic non poteſt intelligi in debitore alienante , qui non eſt tranſmiſſus ad detinendum:ſed in eo tantùm intelligitur,qui erat ſolùm detentor,& qui doloſè,vel negligenter tranſtulit poſſeſsionem in alium.Debitor autem nõ eſt ſimplex detentor.ſed percipit,& fructus ſuos facit:& propriè,ac effectualiter,vt ipſe loquitur,poſsidet, cùm fructus ſequantur poſſeſſorem.l. litibus.C.de agri.& cenſit.lib.xj.cùm ſi.Hæc ferme Barb.

*An ſuperior opi. procedat, mortuo conſtituente.*

65 ¶Verùm vtcumque ſit, illud tamen non omittendũ ducimus,Ro.d.conſ.clxxxix.ſuper primo quæſito,paulò ante fi.illud quod ſuprà diximus ex communiori noſtrorum calculo, ſcilicet creditorem conſtitutarium,agere poſſe contra tertium,debitore non excuſſo,intelligere , vt procedat durante conſtituto,vel precario,non etiam eo finito,per mortem conſtituentis,per l.cùm precariò.§.precarij.ff.de preca.& c.vlt.extrà,eo.tit.Et idem voluit Corn.conſ.cxc.ad euidentiam præmitto,col.j.ver. item eſt præmittendũ,lib.j.Iaſ.qui id ſing.dicit in d.§.item ſi quis in fraudẽ,char.x.in paruis , verſic.

tertiò limitatur,ad fi.Inſti.de actio.& Hiero.Gratus conſil.xiij.viſis elegantiſsimis dubiis,col.iiij.ver. ad quintum reſpondetur,lib.ij.Et bene facit quod ſcribit Ang.in d.l.vlt.col.item vlt. verſi.tu autem ſequendo,C.de acq.poſſ.per l.ſi de eo.§.j.ff.eo.tit.

*De eadem re.*

66 ¶Tamen contrarium ex diametro tenuit Claudi.Aquen.in d.l.exitus.ff.eo.tit.quia licèt, inquit, finiatur precarium morte rogantis,non tamen extinguitur actio nata ex eo contractu, vt dicit glo.in d.§.precarij.Nec ſimiliter finiri poteſt actio,quæ ſemel competit creditori ad recuperãdam poſſeſſionem.Imò licèt accipiens precarium,decederet, nulli tradita poſſeſsione, tamen concedensnon amitteret poſſeſsionem,niſi in appræhendenda naturali poſſeſsione negligens fuerit, vt etiam no. in d.l.ſi de eo.§.j.Sed tu hîc omnino vide quæ dicã infrà in xiij.amplia.vbi latè tracto,an precarium finiatur morte conſtituẽtis.& rurſum in xxj.limita.ex quibus facilè intelliges, quid hîc dicendũ ſit.

*Quid, ſi ſtatutum ſit ut fiat excuſsio.*

67 ¶Sed & ſecundò modo intellige,& ſing.vt ſcilicet,agi poſsit contra tertium poſſeſſorem nõ excuſſo debitore,niſi tamen ſtatuto cautum eſſet,vt fieret excuſsio,ante quàm agi poſsit contra tertium: nam licèt id ſtatutum non exprimat,etiamſi interuenerit clauſula conſtituti,tamen ita debet intelligi,vt non obſtante ea clauſula debeat fieri excuſsio,vt ſcilicet in forma, & ad vnguem ſeruetur ſtatutum.Ita enim ſolus omnium,quorum nunc memini,voluit Alex.d.conſil.lxxxiij.viſo proceſſu,ad fi.li.vj.allegãs.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac.& l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verbo.oblig.& c.cum dilecta,de reſcri.& no.à Bald.& Imol.in l.j.ff. de lib. & poſth. Cui & aliam rationem addere potes, quòd ſtatutum ita debet intelligi,vt aliquid addat iuri communi,ex plurimorum ſententia, quos tibi latè cumulaui in noſtro tra.Retractuum,tit.j.§.ix.gloſſ.ij.nu.56.contrarium tamen,de quo & nos copioſiùs dicemus in noſtro tractatu,cui titulus erit, Nihil fruſtra.

*Vendens rem alienã furtum non committit niſi tradat.*

68 ¶Sed & ex iiſdem fontibus illud exit,quòd cùm furtum dicatur contrectatio rei alienæ,l.j.ff.de fur. ideóque fieri non poſsit ſine contrectatione,l.poſsideri.§.ſi rem.ff.de acquir.poſſ.proptereáque quis ſimpliciter vendendo rem alienam furtum non committit,niſi eam tradiderit,vt voluit gl. not.in l. item ſi res,in prin.in gl.magna,ad medium.& ibi Bar.ff.de alie.iudici.mu.cauſ.fac.& gloſſ.in l.ſi ſeruum veſtrum.C.de furt.Ideo ſiquis vendit ſcienter rem alienam,& ſe conſtituit poſsidere pro emptore,furtum committit,vt voluit Salic.in d.l.ſi ſeruum veſtrum.& ſequitur,& dicit no. Iaſ. in d. §. ſi rem.col.ij.in ij.lect.Sed tu hîc omnino vide quæ dicam in xxvj.limitatione,nu. 3.item cùm ſcienter,& iterum nu.7.quantùm verò ad ſecundam.

*Spoliare cenſetur qui non reſtituit ei cui cõſtituerat illius nomine poſsidere.*

69 ¶A quo non longè illud diſsidet,quòd ſi is qui ſe conſtituit, vel ſimpliciter, vel precariò poſsidere nomine alterius,nolit ei cui ita conſtituit,rem reſtituere,cenſetur eum ſpoliare : poterítque contra eum agi remediis aduerſus ſpoliatores competentibus.l.vlt.ver.& contra,vbi Bar.no.ff.de precar.& l.non ab re,& ibi etiam Bart.& Bald.C.vnde vi.gloſſ.in l.ſi pignore,in verbo,tenetur.ff.de pign.act. & latè Matthe. Afflic.qui alios citat,in deci.Neapol.xl.caſus eſt iſte referẽte domino,nu.14.& in c.j. §.ſi facta,col.ij.verſi.adde ad prædicta.tit.ſi de feud.fuer.contro.inter dom.& agnat.Ad quod etiam vide quæ dicam infrà in xj.ampliat.

*An autẽ poſsit propria auctoritate expelli.*

70 ¶An autem poſsit illum propria auctoritate expellere dubitatum eſt,id enim negat Inno. in c. bonæ,le ij.in verbo,requiſitis,de poſtul.prælat.quia negatione,inquit,fit res dubia. At Bal.in l.ij. col.v. in x.quæſt.C.de ſeruit.& aqua.id Inno.dictum tum demum eſſe verum dicit, ſi de eo penderet iudicium à ſpoliato intentatum:nam cùm actor elegit viam iudicij, videtur fuiſſe meticuloſus, & ad viam facti redire nõ poteſt,vt ex eo etiam diximus ſuprà nu. 39. ſed id tamen. Atſi non erat controuerſia in iudicio mota,negatio verbi nihil operatur,quominus vetus poſſeſſor ſibi ius dicere, & poſsidere poſſet.l.ſi ſeruus.C.quod cum eo.Niſi poſſeſsio ſit interuerſa.l.colonus & l.cùm fundum. ff.de vi,& vi arma. Hæc ille,quem & tu vide in l.ij.col.ij.verſi.quæro,an dominus,& in l.j.ſeq.quæſt. C.de iure emphyt.& quæ diximus d.verſi.ſed id tamen & ij.ſeq.

*Conſtitutũ non præſcribit cõtra conſtitutarium.*

71 ¶Illud quoque ex eo fit, quòd ſi venditor conſtituerit poſsidere rem venditam pro emptore, nunquam currit præſcriptio contra hunc emptorem,quandiu is qui ita conſtituit,eam rem tenet, iuxta l.malè agitur.C.de præſc.xxx.vel xl.an.Et ita quidem reſpondit Bal.conſi.ccclxix.venditor ſe conſtituit,ad fi.lib.v.& ſequitur Fabia.à monte S.Sabini,qui tamen illud conſi. non deſignat, in tractatu de empt.& venditi.in vj.quæſt.prin.col.xiiij.eiuſdem quæſtio.verſ.ſecundò quia non currit.Cui adde quod idem voluit ipſe Bald. in d. §. ſi facta, col.ij. verſic.pone vendo tibi,& ibi poſt eum Matth. Afflict.qui id dicit no.col.iij.nu.21.d.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter do.& agna. & Barb. in c. vlt. col. pen.de preca.Sed tu hîc vide quæ dicam infrà in xx.limitat.

*Miſſus in poſſeſsionẽ bonorum debitoris, oblata ſatiſdatione cedit poſſeſsione.*

72 ¶Et illud autem, quòd ſi quis miſſus fuerit in poſſeſsionem bonorum debitoris cõtumacis,pro modo debiti,& expenſarũ,ſecundum l.cum proponas.C.de bonis auctor.iud.poſsiden.& c. quoniã frequenter.§.ſin autem ſuper extrà,vt lite non conteſ.is debeat recedere à poſſeſsione, oblata ſatiſdatione,quia ſic ſatisfactũ eſt iuri.Hoc tamen minimè procedit ſi debitor ſe conſtituerit poſsidere precariò pro creditore.Nã & ſi tunc propter obſeruandum iuris ordinẽ,deberet extra poſſeſsionẽ mitti:tamen ſtatim deberet etiam in poſſeſsionem reponi,arg.l.cùm debitoris, C.de iudic.& c.cũ dilectus,de cauſ.poſſ.& proprie.Ita enim voluit Bal.in d.§.ſin autẽ ſuper,col.vlt.ver.ſed hîc quæro ecce.

*An uẽditor moratus qui teneatur ad fructus, teneatur fundum colere.*

73 ¶Sed & illud,quod ab eodem Bal.ſcriptum eſt in l.traditio,col.iij.in ix.q.C.de act. empt. dum quærit,quia in ea lege dicitur,quòd venditor poſt moram traditionis tenetur ad fructus,an venditor teneatur colere fundum venditum, antè quàm tradat? & ſi id non faciat, teneatur ad fructus, ac ſi coluiſſet? Et diſtinguit, nam aut venditor obtulit rem emptori,& poteſt negligere culturam ipſius.

l.ſi mor



l.ſi mora.ff.ſolu.mat.& l.ſi venditor ex hæreditate.ff.de actio.empti.Aut non obtulit:& tunc refert, an ſit in facultate emptoris colere, quia venditor ſe conſtituit precariò poſsidere nomine illius, & idem dicendum eſt:aliàs ſecus,arg.l.venditor.ff.de acti.empt.loquentis de cuſtodia.Et id dictũ pro ſing retulit Alex.in l.ſi ſeruum Sticum.col.ij.verſi.in gl.in verbo,non faciendo.ff.de verb.oblig.

74 ¶Salic.quoque de hac re loquens in l.poſt perfectã,verſi.ex his habes,C.eo.tit.de act. empt. ſi venditor,inquit,ſimpliciter,id eſt,ſine precario conſtituerit ſe poſsidere pro emptore,& ita ſit liberatus actione ex empto,per not.in l.ab emptione.ff.de pactis.& diximus ſuprà nu. 7. ex illa autem, manétq; apud eum tantùm ſimplex rei detentatio,& cuſtodia, nullámque habet ipſius adminiſtrandæ poteſtatem, ideo ad ipſius culturam non tenetur,cùm in nulla ſit mora per iura ſuprà allegata,quæ & ipſe citat.Sunt tamen,ne id omittam, qui tenent ſemper eſſe periculum emptoris, qui non petit rem ſibi tradi,vt per Bart. Alex.& alios in d.l.ſi ſeruus Stichum.& doct.in d.l.ſi mora. *De eadem re.*

75 ¶Denique & illud,quod cum dubium ſit,an valeat donatio omnium bonorum præſentium,& futurorum,quoniam ea,(vt nonnullis placet)aufert liberam teſtandi facultatem: & ſunt multi eius ſententiæ,vt non valeat ſi proceſſum ſit ad traditionem:quoniam dominiũ tranſtulerit, nec poſsit poſtea quicquam de illis teſtari, ideóq; & ſi interuenerit conſtitutum,vel precarium,non valebit:quoniam poſſeſsionem tranſtulerit, abs ſeq; abdicarit omnem diſponendi facultatem.Ita enim voluit Ang.in l ſtipulatio hoc modo concepta, col.ij.verſic. quinimo & hîc do.& ibi quoque Imol.col.iij. verſic.& propter hoc dicit,non ſemel,& Rom.col.vj.verſi.dicitur autem dominium. Alex. col. vij. verſi.Rom.hîc circa hoc.ff.de verb.oblig.& apertiùs idem Ang.conſil.clxxix.viſis prædictis inſtrumentis,col.iiij.verſi.concludo igitur.& verſ.vbi autem interueniſſet. *Donatio omnium bonorum præſentiũ, & futurorum non ualet cum interuenit conſtitutum.*

76 ¶Vt tamen non prætermittam,quod à Paul.Caſt.ſcriptum eſt in l.j.§.ſi rem depoſitam. ff. depoſit. quòd cùm is,qui rem depoſitam vendidit, & eam poſteà redemit in cauſam depoſiti, teneri eum depoſiti,etiam ſi ſine dolo malo res perierit,quia ſemel dolum commiſit,cùm vendidit, vt ibi ſcribitur.In quam rem tamen requiritur traditio,aliàs non incideret in eam pœnam, ſecundũ gl. Bart. & alios ibi.Certè in hoc ſufficit traditio facta per conſtitutum,vel precarium, vt ibi dicit ipſe Paul. Caſt.Quod nota ad ea quæ dicam infrà in xxvj.limitat. *Depoſitũ uendens,& tradẽs & poſtea redimẽs tenetur de poſiti.*

77 ¶Nec quod à Bal.traditum eſt conſ.cccclxxviij.quidam Franciſcus,col.ij.verſ & modò ſic eſt, lib.j. quòd licèt conditio in contractu appoſita impediat effectum ipſius contractus ante eius conditionis euentum.l.hæc venditio,in prin.ff.de contrah.empt.& l.grege.§.ſi ſub conditione. ff. de pig.cum ſi. Tamen nulla conditio impedit principium eſſentiæ contractus,ſi ventum eſt ad traditionem, per l. ſub conditione.ff.de ſolut.& l.j.§.j.ff.pro dote.In quam rem,ait,ſufficit etiam ſimplex precarium, ſiue qualiſcunque traditio,per tex.ſing.in l.ſi fundum.ff.de fund. dota. de quo & nos diximus in noſtris Retractibus tit.j.§.j.gl.ij.in verbo, *a vendu* nu.30.quòd ſi prior. *Conditio impedit effectũ contractus.*

## SECVNDA PARS.

*Prima ampliatio.*

1 AMplia multis modis hanc noſtram principalem ſententiam,qua dictum eſt transferri poſſeſsionem ex conſtituto ſimplici, vel cum precario.Primò quidem, vt licet conſtitutum,vel precarium ſit actus fictus,& ficta traditio,vt no.gloſſ. in l.ab emptione,in verbo,conſtituantur.& ibi doct.ff.de pact.& Bartol. in l.ſi is qui pro emptore,col.pen.in vij.eademq; vlti.quæſt.verſic. quid dicemus. ff.de vſucap. & & in l.certè.ff.de preca.& Bal.in l.vnic.C.de ſuffrag.& in l.j. C. de vſuca. pro donato.& in c.cum veniſſet,col.i.verſ.ibi cùm is poſsidebat,de reſtit.ſpol.Corn.conſi.cccxliij. in cauſa vertente,col.iij.verſi.verba autem prædicta.lib.j.& conſi.viij.circa primum,col.ij.verſi. ficta autem, lib.ij.& notat.in l.quod meo,in prin.& in l.interdictum.ff.de acquir.poſſ.cum infinitis ſimilibus. *Cõſtitutum & Precarium, fictus tradendi modus.*

2 ¶Licèt igitur(vt repetam)conſtitutum,& precarium ſit ficta traditio:tamen ex eo transfertur vera, ac propria poſſeſsio,ac ſi vera traditio interueniſſet,per tex.nota.in d.l.certè.§.j.ibi, propriè poſsidere videor, & ibi Bar.& Raph.Co.qui expreſsè notat, & idem Bart.in d.l.ab emptione, in fi.& ibi quoque Bald.ad fid.Ang.Raph.Fulg.ff.de pactis.& idem Bart.in d.l.ſi is, qui pro emptore, vbi ſuprà,& ibi etiam Imo.col.vlt.verſi.circa quintam & vltimam.& Iaſ.col.lxxij.verſ.ſecunda concluſio, vbi dicit ſing.in id tex.in d.l.certe,col.antepen.verſic.tertiò pro iſta opin.Bald.qui & eum tex.dicit ſing.in l.vnic.§.ne autem,verſi.item nota quòd in omnibus.C.de cadu.tol.& in l.j.col.ij verſi. decimò quæro.C.quan.lice.ab empt.diſce.& in l.j.C.de acq.poſſ.vbi in addi. ex illo text.no. quòd licèt modus acquirendi ſit fictio,acquiſitum tamen eſt veritas,& ſubſtantia.& in c.j.§.item inueſtitura.tit. de not.feud.Io.And.in addi.Spec.tit.de empt.& vend.§.j.verſi.& not.quòd expreſsè, in addi. incip. hîc dubitatur.Salic.in l.j.ad fi.C.per quas perſo.nob acqu.Ang.conſi.cccxxxix.Sempronius, in prin. Io.Bapt.Petrus gener Bart.in tract.de arbitr.lib.j.c.xj.in fi.Antonius in d.c.cum veniſſet,col.iij.ver. & nota,quòd ſi aliquis,& ibi Pan.col.iij.verſi.de quo multùm,de reſti.ſpol.Idem Ant.conſi l.xxxiiij. caſus emphyteuta vẽdens.& ipſe Pan.in c.ij.col.vlt.ver.ſextum exemplum,in fi.de conſuet.vbi & illũ tex.in d.l.certè,dicit no.Pau.Caſt.Rom.& Alex.in d.l.quod meo,in prin.ff.de acq.poſſ.Ang.Aret.in d.§.per traditionem,col.j.ver.ſed tu aduertas,Inſt.de rer.diui.& in §.actionum,col.v.verſ. quæro,ſit *Ex eo tamen trãsfertur uera poſſeſsio, ex multorũ opin.*

Q 2

inſtrumentum.vbi dicit ſin.& ibi quoque Iaſ.ch.xiij.in paruis,verſic.item diligenter aduerte,Inſt.de actio.Alex.conſil.lxxxiij.viſo proceſſu,col.ij.in fi.l.vj.repetito inter conſil. Fran.Cur.Senioris,conſi. xxij.Corn.conſil. lxxxix.viſo ſuprà ſcripto,col.ij.verſi.cùm itaque,lib.iij.& conſil. clxxxiij. licèt diſcuſſa,col.iij.verſic.nec ob.ſi dicatur lib.iij.& conſil.ccxvj.in cauſa vertente,col.j.eo.lib.iij.& conſil. ccxxxv.videtur in hac conſultatione,col.ij.verſic.videamus itaque,ad fi.eius verſi.eo.lib.iij.& conſ. xl.viſo proceſſu,col.ij.verſi.his tamen non ob.in fi.eius ver.lib.iiij.Barb.in c.ij.col.antepe.verſic.ſed dubito vtrum,de conſuet.vbi id dicit generale in omni poſſeſsione,quæ per actus fictos quæritur.& conſil.viij.ſapienter,col.xv.ver.& adduco lib.ij.Gui.Papa deciſ.Delph.356. quot & quos effectus, in primo effectu,in fi.& in ſtatuto,ſi quis per literas,in verbo,poſſeſsio,col.iiij.ver.ſecundus effectus.& conſi.cxcij.ex facti narratione,in fi.Soc.& Iaſ.in vtraq; lect.in l.j.§.ſi iuſſerim venditorẽ.ille quidem col.j.hic ij.ver.quid tenendũ.ff.de acq.poſſ.& idem Iaſ.in l.generaliter,in j.not.eo.tit.in ij.lect.& in l. ſi quis ante,poſt prin.eod.quoque tit.etiam in ij.lect.& conſi.cxlvij.præſens conſultatio,col.viij.ver item per conſtitutum,lib.ij.& conſil.cxlviij.viſo proceſſu.col.ij.verſic.itẽ non eſt probatum, lib.iiij. Card.Alex.in c.j.§.callidis,col.j.tit.de prohibit.feud.ali.per Frid.Iac.à S.Geor.in tract.feu.in verbo, & cũ pacto de non alienando,col.ij.verſi.ex hoc infertur,in fi.Carol.Rui.conſil. ccxxiiij.proſequendo,col.ij.nu.iiij.lib.j.Phil.Dec.in l.contractus,col.v.verſi.& notandum eſt.ff.de reg.iur.& conſil.cliij. in effectu quæritur,col.ij.Fran.Balb.in repe.l.Celſus,col.xxviij.verſi.ſucceſsiuè quæritur, ibi, & pro intellectu.ff.de vſuc.& in tract.præſcripti.in iij.parte.iij.partis.prin.in iij.q.verſi.& nota quòd poſſeſſio.Steph.Bert.conſil.clxxiiij.ex progreſſu,col.j.lib.ij.& Fran.Ripa lib.j.reſpon.c.j.nu.88. Alcia. in l. alienatum,in prin.de verb.oblig.Fran.Loaz.in repe.l.filiusfamil.§.Diui.char.xv.verſi.vnum tamen. ff.de legat.j.Et id eſſe generale in omnibus fictis traditionibus,vt,ſcilicet,ex illis vera poſſeſsio trãſferatur,tradit Ro.in l.traditionibus,col.j.C.de pact.per l.prædia,& ibi not.per Bar.ff.de acq.poſſ.

3 *Alij text.id probantes.*

¶Et ad hoc quoque præter d.l.certè.§.j.ff.de preca.quæ ſolet in id quotidie allegari,facit tex.in d.l. quod meo,in prin.ff.de acq.poſſ.in illis verbis, is poſsidet. in quibus quidẽ verbis illud animaduertendũ,quod dicitur,poſsidet,quod eſt verbũ veritatis,non autẽ dicitur,poſsidere videtur,vt etiã ibi adnotarũt Bar.in fi.Pau.Ca.Ro.& Alex.ſtatim poſt prin.Et alius tex.in d.c.cũ veniſſet,in fi.de reſti.ſpo.vbi ita ſcribitur,cùm is poſsideat,cuius nomine poſsidetur.Et in c.ſi diligẽti,de præſcr.ibi is poſſidere dicitur,cuius nomine poſsidetur. Quos etiã textus in id expendit Iaſ.in d.l. generaliter. ff.de acq.poſſ.qui ob id dicit poſt Soc.ibi,quod verbum videtur, quo is tex.vtitur, non ſemper denotat fictionem.& idem Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore,col.lxxij.verſi.adde in quantum.ff.de vſucap.

4 *Et hæc poſſeſſio comprehẽditur ſub ſtatuto loquente de poſſeſsione.*

¶Proptereáq; multi ex his,quos ſuprà verſ.ab hinc ij.citauimus, expreſsè, & veluti conceptis verbis voluerunt,eam poſſeſsionem ita,vt diximus, tranſlatam, ſcilicet per conſtitutum ſimplex, vel precarium, comprænendi,intelligíque ſub ſtatuto ſimpliciter loquente de poſſeſsione:veluti ſit vera,& propria poſſeſsio : aliàs enim in ſtatuto non compræhenderetur. Eius enim ſententiæ inter cæteros fuit Ang.Aret.in d.§.actionum,quibus locis ſuprà citauimus,Inſtit.de actio.& Guid. Pap.in d.ſtatuto,ſi quis per literas,vbi ſuprà,dum loquitur in materia ſtatutaria.

5 *Qui contrà teneant hãc poſſeſsionem eſſe fictam*

¶Nec defuerunt tamen, qui cõtrarium dicerent, videlicet huiuſmodi poſſeſsionem conſtitutitiam, ſiue precariam,non eſſe veram ac propriam,ſed fictitiam, & impropriam. Nam & id voluit Alex. ſibi contrarius in addi.Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore.& Barb.conſil.lviij.ſapienter dixit Pſalmiſta, col.pen.verſi.& ex iſtis ſublatum eſt,lib.ij.& Iaſ.ſubobſcurè in d.l.ab emptione,in fi.ff.de pactis:quo in loco,atque etiam in d.§.actionum,Inſtit.de actio.dicit hanc quoque partem tenuiſſe Bald. in d.l. vnic.C.de ſuffrag.& in d.l.j.C.de vſuca.pro donat.idémque videri voluiſſe Bart.in d.l.Titia,col.vlt. verſi.quid ſi do fundum meum pro arris.ff.de verb.oblig.Licèt tamen ipſe Bart.ibi,nec voluit, nec voluiſſe viſus eſt,vt qui nihil de hac re priuatim dicat,præterquam quòd conſtitutum, non ſufficit in eo caſo de quo loquitur,& de quo poſtea dicemus in x.limitatione iterúmque in xxvj.limitat.nũ. 4.denique qui arras.Nec item Bal.in dictis locis id voluit,ſed illud tantùm, quod conſtitutum eſt ficta traditio,quod & ex eo, & aliis multis diximus ſuprà nu.ab hinc v. & nemo negat. Sed an ex eo transferatur vera an ficta poſſeſsio,non aperit in illis locis.

6 *Intellectus l. certe.§ 1.ff. de precar.*

¶Illud tamen dixerim,illum text.in d.l.certè.§. j. ff. de prec. quo omnes innituntur ad probandum hanc poſſeſsionem eſſe veram & propriam, vix ad id quicquam facere. Nam illud tantùm dicit, quòd ſi procurator meus,me mandante,vel ratum habente,precarium rogauerit,ego precariò proprie habere dicor. Hæc enim ſunt verba eius legis quæ nihil aliud ſignificãt, quàm quòd ſicut is rogauit precariò,habet,vt dicitur in l.ij.in prin.& in l.in rebus.§.meminiſſe,eo.tit.cùm ſi.ita & is cuius nomine procurator precariò rogauit quaſi dicat nihil intereſſe,an tu per te precariò roges,an alius te mandante,vel ratum habente. Et ita ſcienter intelligit eum tex.Bald.in d.c.j. §. item inueſtitura, tit.de nouis feudo.vbi tamen loquitur de nuntio.& in c.bonæ.col ij.verſic.Bert.colligit, de appella. vbi per eum text.dicit,quòd in iis, quæ ſunt facti,& per alium plenè acquiruntur, is qui per alium poſsidet,ipſe verè intelligitur poſsidere,non per fictionem,id eſt,(vt clariùs intelligas)ipſe peræquè verè poſsidet,ac ſi ipſemet in poſſeſsione eſſet,ac rem detineret. Et idem quoque Bald.in tracta. de pact.s,char.vij.col.ij.verſi.iuxta hoc quæro,& conſi.ccxxiiij.decretum,col.ij.lib.j.& iterum conſil. ccxlij.quia veritas ſtat,col.ij.eod.lib.j.& Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore,in d.verſi.ſecunda cõcluſio. Et(quod plus eſt)ſatis ex his intelligis eum textum non loqui de eo,cui factum eſt precarium, ſed è diuerſo de eo qui facit : qui ſcilicet rogat precariò,& ita transfert poſſeſsionem in eum cui facit, &

tamen



tamen poſsidet.de quo & tu vide quæ dicam infrà in hac eadem parte ij.in xxvj. amplia. nume.2. hanc autem ſententiam.

*De eadem re principali.*

7 ¶Porrò pro poſteriore illa opin.quæ dicit, hanc poſſeſsionem tranſlatam per conſtitutum, vel precarium eſſe fictam,videtur facere text.in d.l.generaliter,ff.de acq.poſſ.cuius hæc verba ſunt, generaliter quiſquis omnino noſtro nomine nobis volẽtibus ſit in poſſeſsione,velut procurator, hoſpes, amicus,nos poſsidere videmur,nam verbum illud videmur,ex ſua propria, & natiua natura fictionem denotat.l.j.§.deieciſſe.iuncta gl.in verbo,videor.ff.de vi,& vi arma.& l.ſingularia ff.ſi cer.pet. & l.ſi quis fundum.ff.de contrahend.empt.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.Fran.Aret.con. cxxxiiij.eximie domine,col.ij.& docto.vbiq;.Niſi diceres poſt Soci.& Iaſ.in d.l.ſingularia, vt etiam ſuprà diximus,quòd in eo loco id verbum,eſt expreſsiuum veritatis,vt ſæpe aliàs eſt,vti etiam not. Bar.in d.l.is qui pro emptore.ff.de vſuc.Vel etiam vt dicit idem Soc.quòd fictio ibi denotetur, reſpectu poſsidendi:quia quod fit ab hoſpite,conductore,conſtituente precariò, aut procuratore nomine domini,non dicitur dominus verè facere,licèt verè poſsideat:ſed fictè facere videtur, vt not. in d.§.deieciſſe.Mihi verò.(vt verum fatear)vix probabile eſt,vt ex ficto actu traditionis poſſeſsionis,vera,ac propria poſſeſsio transferatur. Nam quomodo quod fictũ eſt,operari & producere poteſt verum,& proprium effectum?quod item fictum eſt,dare rem non fictam?arg.l.traditio.ff.de acquir.rer.domin.Tamen alia opinio communior eſt.& eam etiam ſequi ſolemus.

SECVNDA AMPLIATIO.

*Confeſsio conſtituti transfert poſſeſsionẽ, ut & ipſum conſtitutum.*

1 ¶Amplia ſecundò, vt hæc ſibi locum vendicent, non tantùm cùm quis ſe conſtituit poſsidere pro alio,ſed & cùm confitetur ſe id facere:etiã ſi id aliter non faciat:quia per huiuſmodi ſimplicẽ confeſsionem,non ſecus atque per ipſum verum conſtitutum,transfertur poſſeſsio.Id enim voluit glo. no.in d.l.ab emptione,in verbo,conſtituantur,poſt princ.& ibi Bald. qui eam dicit ſing. in vtraque lect.Ang.Raph.Fulg.Ludo.Bolo.in nouis interpre.Iaſon,& Iacob.à S. Geor.ff.de pactis. idem Bal. in l.j.circa medium,& Cæpol.col.vlt.C.de vſuca. pro donat. ipſe Bald.in l.traditionibus, col.j.C.de pactis,& in l.cùm falſa.col.j.verſi.tertiò oppono.poſt Cin.ibi in iiij.quæſt.C.de iur.& fac.igno. & in l.ij.col.viij.verſi.ſed quid ſi quis.C.de ſeruit.& aqua.& in l.j.col.vlt.C.quan.lice.ab emptio. diſcedẽ. & in l.vnic.col.xv.verſ.quæro,ſi coram iudice.C.de confeſ.vbi & illam dicit ſing.& in l. licèt, col.j. & ibi quoque Ang.col.item j.C.de acquir.poſſ.& idem Bal.in l.cùm nemo,col.ij eod.tit.& in l. vlt. col.pen.in viij.q.C.de edict.Diui Adri.toll.& in c.bonæ.le ij.verſ.ille qui precariò,de poſtul. prælat. vbi & illam dicit ſing.& conſ.cccxcvij.caſus talis eſt,lib.j.& con.cclxvj.in cauſa Petri,verſic.prætereà gl. dicit,lib.iij.Alber.in l.error,col.2.verſi.quando autem noceat.C.de iuris, & facti igno.Raph. Co.in d.l.quod meo,col.2.verſi.& circa primum.ff.de acq.poſſ.Alex.in d.l.interdum,in prin.col.vlt. ff.eod.tit.Ang.Aret.in §.per traditionem,col.j.verſi.ſed tu aduertas Inſti.de rerum. diui Barb. in c. vlt.col.pe.de precar.Vitalis Camb.in tracta.clauſul.§.enunciatiua verba confeſsionis,col.ix.Lafran. Oria.in repe.c.quoniam contra falſam,in materia teſtium, quo loco de probatione poſſeſsionis diſſerit,de proba.vbi & illam gl.dicit ſing.Ludo.Bolo.qui & illam dicit ſing.in ſuo repert.text.& gloſſ. ſing.in verbo poſſeſsio.Steph.Bertr.conſi.4.parum refert.nu.16.lib.2.& conſil.222. olim fuit, nu.6. lib.3.& bene facit quod ſcribit Spec.tit.de confeſſ.§.nunc videndum,verſ.ſed quid,ſi confiteor.

*De eadem re.*

2 ¶Et quanquam ea gl.à multis pro ſing.citatur,vt patet ex iis,quæ diximus:tamen eſt alia ei omnino ſimilis,in l.ij.in verbo,tradita.C.de acqui.poſſ.vbi Bal.ipſe,qui inter cæteros illam priorem vbique dicit ſing.& Ang.eam adnotant,& eam quoque Angel.dicit ſing.in eo, vt iſta confeſsio poſsidendi nomine alterius,ſimpliciter operetur tranſlationem poſſeſsionis,etiam ſi dictio,precariò,adiecta nõ fuerit.Ex quo ſatis intelligis verum eſſe,quod à Catone Sacco,legum interprete celeberrimo dictũ fuiſſe refert Barb.alicubi,in tit.ff.de verb.oblig.illum debere ſuperare memoriam Themiſtoclis,ſiue Mithridatis,qui textum aut gl.dicit ſingulares.

*Quid, ſi quis cõfiteatur aliũ poſsidere.*

3 ¶Sed(ne tu hîc decipiaris lector amantiſsime)hæc velim intelligas procedere,quæ diximus de confeſsione conſtituti,cùm ſcilicet quis confitetur poſsidere nomine alterius:ita enim ſemper locuti ſumus.Secus,ſi quis ſimpliciter fateatur alterum poſsidere, cùm ipſe qui fatetur, poſsidet : nec enim per huiuſmodi confeſsionem perdit poſſeſsionem,quam habet:nec in eum, quem fatetur poſsidere,eam transfert,ſecundum Bald.ipſum in d.l.vnica.quo loco ſuprà citauimus. C. de confeſ. & in l. cùm falſa, in fi. C. de iur.& fact.igno. Neque enim aliàs falſa confeſsio immutat rei veritatem, d.l. cùm falſa.& l.aſſumptio.ff.ad municip.Ex qua noſtrates illud aſſumunt, propter noſtrum affirmare,vel negare,nihil mutatur in re.Quod Ariſtotelis eſt ex libro περὶ ἑρμηνείας, vt alibi monuimus. Et facit l.prædia,& ibi not.ff.de acquir.poſſeſ.Secùs tamen,ſi quis diceret,ego pro te poſsideo, tunc enim transfertur poſſeſsio,vt voluit Bal.conſi.ccccxxxij.magnifici viri,col.vlt.verſ.quatuor paſſus, lib.j.vbi ad hoc dicit gl.ſing.in l.ab emptione.ff.de pactis.

TERTIA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ trãſfert poſſeſsionem etiam rei abſentis.*

1 ¶Amplia tertiò,vt procedat,etiam ſi res quam quis conſtituit poſsidere nomine alterius, ſit abſens, cùm fit conſtitum,vt non obſcurè voluit Spec.tit.de emp.& vendi.§.j.verſi.& nota, quod expreſsè, ibi, nota quòd ſi res.& Anton.in c.cùm veniſſet,col.2.verſi.ex quibus patet,de reſtit.ſpol.dum dicit, quòd per inſtrumentũ non probatur poſſeſsio,niſi interueniat actus conſtituti,vel niſi fiat in re præſenti,apertè innuens alterum ſufficere.Raphaël Co.in d.l.quod meo,col.2.ver.ſecundò reſtat.ff. de acq.poſſ.Imo.in l.prædia,ad fi.ff.eod.tit.& conſil.lvij.viſo quodam inſtrumento, paulò ante mediũ.

& expreſsiſsimè Pet.Feria.in tit.for.poſiti.actor.in verbo,item quòd præſcriptis, col.ij.verſ.nec iſto caſu.& Iaſon qui nullum horum memorat,in l.ſtipulationum aliæ.§.ſtipulatio,col.vltim.ff. de verb. obligat. Et Vitalis Camba.in tractatu clauſula.char.xxiij.in clauſula,conſtituit ſe precario,col.vij.in paruis,verſic.item ſecundum.& ſatis omnes videntur voluiſſe,dum ſimpliciter dicunt,per conſtitutum transferri poſſeſsionem,nulla præſentiæ,aut conſpectus rei mentione facta.

*Sola rei præſentia in cõtractu operatur traditionem.*

2 ¶Et id quidem haud dubiè veriſsimum eſt.aliàs enim hæc clauſula conſtituti,ſiue precarij, ſemper eſſet ſuperuacanea,& inutilis:nihilque omnino operaretur, niſi id operatur ſine rei conſpectu, vel præſentia.Nam ea ſola præſentia rei,dum contractus conficitur,id operatur, vt poſſeſsio tradita eſſe cenſeatur l.j.§.ſi iuſſerim.ff.de acq.poſſ.& l.quod meo.§.per venditorem,eo.tit. gl.& doct.in l.iij. in prin.ff.eo.tit.& in c.ij.de conſuetud.in quibus duobus poſtremis locis,enumerantes modos fictos transferendæ poſſeſsionis,hoc veluti differentes ponunt:ſcilicet conſtitutum,ſiue precarium:& conſpectum,ſiue præſentiam rei.& Bar.Ang.& Salic.in l.ij.C.de acq.poſſ.Quod tamen intelliges ſecundum ea,quæ diximus ſuprà in prin.nu.13.cæterùm quod ſuprà,ſi modò Alex. ſententiam ibi adductam,veram eſſe putes.

*Clauium traditio an transferat poſſeſsionẽ rei abſentis.*

3 ¶Ex quibus vix accederem ſententiæ gl.in l.j.in prin.in verbo,qui primi.ff.de acquir. poſſ.quæ non obſcurè vult, vt poſſeſsio tum demum transferatur clauium traditione ( is eſt vnus ex fictis modis tradendæ poſſeſsionis,per l.clauibus.ff.de contrah. empti. ) cùm contrahentes ſunt in conſpectu rei venditæ:quam quidem gl.ita intelligunt & ſequuntur Bar.Raph.Co.Rom.Soci.& Fran.Ripa.ibi.& Alb.in eadem l.j.§.ſi iuſſerim.col.j.verſic.hîc autem,vt prædixi,eod. tit.& iterum l.iij.in princ.col.j. verſi.nam,in §.ſi iuſſerim,eo.tit.Ioan.Platea.in §.interdum,quem legit cum §.venditæ,col.ij.verſic. quartò not.Inſtit.de rer.diuiſi.Anton.in d.c.ij.col.iij.verſi.ſecundum ſignum,& ibi Imol.col.ij.verſi. in eadem gl.ibi,vt per claues,Panor.col.pen.verſi.ſecundum exemplum,& Barb.col.antep.verſi.in eadem gl.ibi,per claues, de conſuet.Nam & contra illos apertè tenent Imol. ſibi contrarius, Paul. Caſt.qui dicit priorem illam opinionem eſſe truffam.Alexa.Iaſ.& Claud.Aquen.in d.l.j. & Philip. Dec.conſil.lvj.in cauſa appellationis,col.ij.verſi.alter etiam deponit.

*Inſtrumentorũ traditio an operetur translationem poſſeſsionis rei abſentis.*

4 ¶Sicuti & contra gl.in l.j.in verbo,& traditis.C.de donat.quæ videtur voluiſſe, traditionem inſtrumentorum tum demum transferre poſſeſsionem,ſecundum tex.ibi:quando fit,re donata præſenti, per d.l.clauibus,& ibi apertiùs Bal.& And.Iſer.in c.j.in princip.tit.quid ſit inue.Contra(inquam) illam ſententiam tenent Cin.Ang.& Salic.in d.l.j.Alex.in l.iij.in prin.col.ij.verſic.alia eſt limitatio. ff. de acq.poſſ.Soci.conſ.lv.viſo inſtrumento,col.ij.verſi.quartò,lib.iiij.Tum quia(vt omnes inquiunt) eſſet violare tex.in d.l.j.tum quia(vt dicit Alexan.)ſuperuacua eſſet traditio inſtrumentorum,quando fieret in re præſenti:quia ſolus aſpectus ſufficit,vti & nos diximus ſuprà.

QVARTA AMPLIATIO.

*An neceſſe ſit abiicere à ſe poſſeſsionẽ, ut conſtitutũ trãſferat poſſeſsionem.*

1 ¶Amplia quartò, vt non neceſſarium ſit ad transferendam poſſeſsionem per conſtitutum, vt conſtituens abiiciat à ſe poſſeſsionem,quam ipſe habet,cùm facit conſtitutum , & poſtea illam appræhendat nomine conſtitutarij,vt quidam antiquiores tenebant,& inter cæteros Franc.Aret. non ille, qui auorum noſtrorum memoria floruit,ſed alter multò vetuſtior, vt à nonnullis citatur : nam ſatis eſt præambulus,vt noſtri vocant,actus apprænhenſæ anteà poſſeſsionis , iunctus cum conſtituto , vel precario,abſque eo,quòd alius actus corporalis interueniat.Ita enim voluit Bar.in d.l.quod meo, in prin.col.2.ver.ſed contra hoc videtur,& ibi Raph.Co.qui tamen aliter declarat,col.2.ver.ſecundò reſtat videre.ff.de acq.poſſ.Anto.in c.2.col.3.ver.aduerte canoniſta,& ver.vnum tamen aduerte,de conſuet.&in c.cùm veniſſet,col.pe.ver.ſi non poſsideret,& ibi Imola,qui id dicit cõmuniter teneri, poſt medium,ibi,quid autem ſi in inſtrumento,& Panor.col.3.ver.& ad id quod dicitur, de reſtitut. ſpoli.Super quo etiam vide quæ dicam infrà in xxj.amplia.nu.2.quanquam contra id.

QVINTA AMPLIATIO.

*Quid ſi conſtitutarius cecidit poſſeſsione, & res ad conſtituentem peruenerit.*

1 ¶Amplia quintò,adeò per conſtitutum transferri poſſeſsionem, vt ſi cõſtitutarius rei poſſeſsionem realem appræhenderit,deinde ea ceciderit,& poſteà ad conſtituentem poſſeſsio redierit , ſtatim ex eo cenſebitur ipſe conſtitutarius iterum poſsidere,vi illius conſtituti:etiam ſi ipſum conſtitutum ita factum fuerit,donec conſtitutarius realem poſſeſsionem appræhendiſſet. Ita enim ſing. voluit Bal. qui dicit Dy.ita determinaſſe,in c.j.§.ſi facta,col.j.ver.pone,vendo tibi,tit.ſi de feud.fuer.cont. inter dom.& ang.neque enim ea res iudicatur ex actu momentaneæ poſſeſsionis,ſed permanentis, arg. l.legatum.ff.de ann.leg.& l.Plotiana. ff. de iure codicill.Et illum ſecutus eſt Matth.Affli.in d.§.ſi facta,col.3.ver.& dicit hic.& Barb.in c.vlt.col.1.de preca.Et id confirmat quod ipſe Bald. dixit in d.§. c.ſi facta,ver.præcedent.incip.extrà quæro pone,& alia plurima à me collecta in repet.l.ſi vnquam, in verbo,ſuſceperit liberos,nu.181.huc quoque vergit,& multis ſeq.C.de reuoc.donati.

*De eadem re.*

2 ¶Illud autem dictum Bal.dicit ſing.de eius tamen veritate dubitans Franc.Areti.in d.l. quod meo, col.ij.verſi.& quia hîc dicitur,ff.de acq.poſſ.Et de eo quoque multùm dubito,præſertim in terminis ipſius Bal.cùm ſcilicet conſtitutum ita factum eſt,vt diximus,donec & cætera:nam videtur id conſtitutum expiraſſe,cùm primùm is realem poſſeſsionem appræhenderit, ex natura illius dictionis, donec,quæ importat limitationem temporis, ſiue diſpoſitionis ad tempus factæ, per l.ſi id quod.§. vlt.ff.eo.tit.vbi & id no.ipſe Franc.Aretin.& no.in l.vlt. C.ad Tertul.cum ſi.& aliis quæ diximus in trac.Primigeniorum.q.liij. nu.23.ſed hoc limitabis.

*De eadem re.*

3 ¶Sed & ſi fuerit conſtitutum factum ſine ea clauſula , donec, & cætera, idem videtur dicendum: quia



quia cùm conſtitutum ſit ficta traditio, ea debet expirare adueniente vera traditione. l. filio quem pater.ff.de li.& poſth.Et ita expreſsè,& in hoc caſu conſtantiſsimè tenuit Claud.Aquen.in d.l.quod meo,in fi.Et ad hanc opi.faciunt not.per gl.& doct.in l.inter caſtellianum.ff.de arbit.& per Bart. in l.ſi fideiuſſor.§.j.ff.de legat.j.cum concord.ibi adductis à recentioribus,& à me latiſsimè,in rep. d.l. ſi vnquam,vbi ſuprà nu.191.hanc quoque partem,cum multis ſeq.

SEXTA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ trãsfert poſſeſsionem, etiã eius rei quam per aliũ tenemus.*

1 ¶Amplia ſextò,vt non ſolùm poſſeſsionem,quam per nos ipſos tenemus,ſed & quam per colonũ, ſeruum,eum qui precariò rogauit,procuratorem,& alios id genus retinemus,in alium per huiuſmodi conſtitutum transferamus,ex ſententia gl.in l.j.§.non autem,in verbo retineo. ff. de vi, & vi arma.quam ſic intelligit,ſequitur,& dicit ſingul.Bart.ibi,verſi. contra oppo. vbi & hoc quoque dicit procedere,etiam ſi animus coloni ad id non concurrit,& ipſe Bart.in l.quod meo,in princip. col.ij. verſic.quædam eſt poſſeſsio,& ibi etiam Raph.Co.col.iij.verſ.ſed reſtat dubium,& Alex.ff.de acq. poſſeſſ.Hoſtien.& Io.And.in c.vlt.ille in verbo,inuito domino:hic in verbo,domino,iuncto text. & ibi apertiùs Petr.Ancha.paulò ante fi.Pan.col.ij.verſ.ſed oppo.contra tex.& verſ. nota bene ex prima ſolutione,& Barb.col.quoque ij.qui id dicit menti tenendum,extrà de preca.Bald.qui eam glo. dicit ſing.& menti tenendam,in l.cùm teſtamentum.C.de iuris & facti igno. & in c. cùm veniſſet, col.j.verſ.quæro,an dominus,& ibi etiam Pet.Anc.in fi.Antonius col.iij.verſ.item ſi ciuilem,de reſti.ſpoli.vbi ipſe Antonius dicit & id procedere,etiam ſi colonus ignoret , imò & ſi contradicat ipſe. Bald.in rub.de præſcripti.col.2.verſ.ſed quid ſi res mea , vbi & id dicit no. & procedere etiam colono ignorante.Ang.in l.vlt.ad fi.C.de acq.poſſ.Alex.qui & eam gl. dicit ſing.in l.peregrè.§.quibus, col.2.verſ.eſt & nonus caſus.ff.eo.tit.Corne.qui & illam dicit ſing.conſi.vj. in præſenti diſceptatione,col.vlt.lib.iij.& Vital.Camba.in tracta.clauſul.char.xxj.in clauſula, conſtituit ſe precariò , col. ij. verſi.item hæc clauſula.

SEPTIMA AMPLIATIO.

*Promiſsio traditionis poſſeſsionis,non impedit uim conſtituti.*

¶Amplia ſeptimò,vt per conſtitutum appoſitum in contractu transferatur poſſeſsio,etiam ſi in ipſo contractu dictum fuerit,quòd poſſeſsio realis & corporalis tradetur per conſtituentem vel ſimpliciter,vel intra aliquod tempus : neque enim id impedit , quominus iam ſtatim per conſtitutum, non expectata illa reali traditione,ſit tranſlata poſſeſsio,quantum ad iuris effectum. id enim quod dictum eſt de corporali traditione,dictum videri ad maiorem executionem, & perfectionem contractus. Et ſic debet inſtrumentum intelligi,& declarari,ne contradicat,c.inter dilectos.§.cæterùm, de fid.inſtru.& ne incontinenti videatur ſe corrigere.Hæc Phil.Dec.conſi.lvj.in cauſa appellationis, col.vlt. verſic. nec obſtat quòd non videtur.Cui adde pro vltima ratione text.in l.non ad ea. ff. de cond.& demon.Adde,inquam,quod ſuprà diximus in j.par.nu.10.at quicquid ſit , venditorem qui ſe conſtituit ſimpliciter,vel precariò poſsidere pro emptore,nihilominùs teneri ad realem rei traditionem.ex quo facilè intelligis per promiſsionem eius rei non impediri vim conſtituti.

OCTAVA AMPLIATIO.

*Conſtitutum transfert dominium etiam directum.*

1 ¶Amplia octauò,vt per huiuſmodi conſtitutum,vel precarium appoſitum in contractu transferatur poſſeſsio,& conſequenter dominium,quod non niſi traditione transfertur.l.traditionibus.C.de pact.Et dominium quidem directum,nedum vtile,perequè ac ſi vera & realis traditio interueniſſet. Ita enim expreſsè voluit Anto.in c.2.col.3.verſ.teneas quòd primus,de conſuet.& iterum in c.cùm veniſſet,columna penult.verſi.& not.quòd ſi aliquis,de reſt.ſpoli.ea ratione motus , quòd & ſi hic actus traditionis ſit fictus,tamen ex eo transfertur vera poſſeſsio.l.certè.§.j.ff.de preca. de quo nos latè diximus ſuprà in j.ampliatione.

*In dubio ex contractu trãsfertur dominiũ utile tantùm.*

2 ¶Illud tamen ſciendum eſt,quòd vbicunque transfertur dominium ipſo iure ex contractu , in dubio transfertur vtile,& non directum,caſus eſt ſing.ſecundum Salic.in auth.donationem.C.de iure dot.& voluit etiam Fran.Are.in l.ſi non.ad fi.C.de iure dot.qui & ad id dicit bene facere text. in l. vlt.iũcta gl.C.de ſacroſ.eccle.& in l.j.C.de donat.quæ ſub modo.Nam directum non ita facilè auellitur ſicut vtile.l.iij.& ibi no.ff.pro ſocio.

NONA AMPLIATIO.

*Conſtituti uis non impeditur pacto ut conſtituẽs poſsit pro ſe retinere.*

1 ¶Amplia nonò,vt procedat etiam ſi conſtituens,vel ſimpliciter,vel precariò expreſsè pactus ſit,vt fundum quem ita ſe conſtituit poſsidere pro alio,poſsit pro ſe retinere,& poſsidere ad vitam , aut ad aliquod tempus:nam nihilominùs transfertur poſſeſsio per id conſtitutum : nec aliqua in ea re eſt repugnantia , quæ impediat vim ipſius conſtituti , vel precarij,vt per multa ex facto reſpondit Corn.conſ.viij.circa primum conſultationis articulum,col.j. & ij. lib. ij. Et vide tamen quæ dicam infrà in xxij.limitat.& ſeq.

DECIMA AMPLIATIO.

*Cõſtitutũ prioris inſtrumenti ad quod poſterius refertur, cenſetur repetitum.*

1 ¶Amplia decimò , vt etiam procedat , cum inſtrumentum ſe refert ad aliud, in quo erat appoſita clauſula conſtituti vel precarij.Nam licèt in hoc poſtremo referente,ea clauſula non fuerit expreſsè repetita,tamen transfertur poſſeſsio vi conſtituti in primo illo inſtrumento relato appoſiti , vt expreſsè voluit Paul.Pariſ.Cardinalis meritiſsimus , conſi. clxxij.in cauſa illorum,col.1.lib.iiij.per l.ſi ita ſcripſero,& ibi Bart.ff.de cond.& demon.& l.ait prætor.§.ſi iudex,& ibi quoque Bart.ff.de re iudi.quibus probatur relatum eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus , de quo nos latiſsimè diximus in noſtris legibus connubialibus,in gl.v.in verbo,*expres*,nu.182.vndecimum genus , cum

multis ſeq. Et idem ante illum voluit Fran. Aret. cuius ipſe non meminit, conſi. xxj. ſi diligenter & maturiùs, col. ij. verſ. præctereà poſito. vbi & id quoque dicit procedere, etiamſi à primo contractu diſceſſum eſſe videatur per ſecundum, per ea quæ ibi dicit, vt videre poteris quod multùm notandum eſt, vix enim alibi reperies.

VNDECIMA AMPLIATIO.

*Conſtitutarius poteſt intentare remedium recuperandæ poſſeßionis.*

1 ¶Amplia vndecimò, ita transferri poſſeſsionem in cõſtitutarium, vt ſi is fuerit ſpoliatus, poſsit intẽtare remedium recuperandæ poſſeſsionis, non minùs quàm ſi plenam & realem poſſeſsionem habuiſſet, vt per l. vlt. C. de acq. poſſ. voluit Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in 16. quæſtio. & Ioan. Fab. vt à nonnullis citatur. licèt in meo codice non reperi, in §. fur, Inſtit. de hæred. quali. & differ. & Matthe. Affli. deciſio Neap. 299. rex Ferdinandus nu. 91.

*Poßidenti ciuiliter competit interdictũ recuperandæ.*

2 ¶Nam & aliàs poſsidenti ciuiliter tantùm competit interdictum vnde vi. l. j. §. deiicitur. ff. de vi, & vi arma. & voluit Guido Papa in deciſio. Delphinali cccl vij. quos & quot effectus, col. j. verſic. quartus eſt. Quod & eò voluit dicere, vt intelligas iſtud procedere etiam in precario, ex quo ciuilis tantùm poſſeſsio transfertur, vt diximus ſuprà in prin. nu. 4. illud autem. Et tu quoque ſuper hac ampliatione vide quæ dixi ſuprà in j. parte, num. 68. à quo non longè. Et quæ item ſcripſimus in tractatu, *Le mort ſaiſit le vif*, in iiij. declar. vj. partis.

DVODECIMA AMPLIATIO.

*Conſtituti uis an tranſeat ad hæredes conſtitutarij.*

1 ¶Amplia duodecimò, vt etiam huius conſtituti, vel precarij vis maneat, mortuo conſtitutario: neque enim finitur morte illius, ſed tranſit ad hæredes ipſius. vt ſcilicet ab eis precariò habere quoque videatur conſtituens, æquè ac à defuncto primo conſtitutario, per tex. expreſſum in l. quæſitum eſt. §. quod à Titio, qui eſt j. ff. de precari. & l. cùm precariò aliquid §. j. eo. tit. & l. cùm precariò quis rogat, eo quoq; tit. & c. vlt. & ibi doct. extrà eo. tit. Et facit l. Lucius, & ibi Pau. Caſt. ff. de don. & voluit idẽ Pau. in l. Attilius Regulus, circa mediũ, eo. tit. dũ cõciliat eam l. cũ d. l. Lucius, poſt gl. in ea. l. Attilius. & Bart. in l. cẽteſimis, col. iij. verſ. & ideo hìc inſurgit, & ibi quoque Alex. col. vlt. verſi. ſi autem dixiſſet. & Iaſ. col. v. verſ. ſecundò quærit Bart. ff. de verb. obliga. Imo. conſil. xxvj. in caſu præmiſſo, viſis, & conſideratis. Philip. Dec. in l. & quia, quam legit cum l. more maiorum, col. vlt. verſ. in quarta quæſtione. ff. de iuriſdi. om. iudi. & in l. contractus, col. v. verſ. & licèt precarium, ff. de reg. iur. & doctores vbique. Quò etiam ſpectat illud Ciceronis in oratione pro Aulo Cecinna.

*Ciceronis locum.*

Qui colonus habuit cõductum de Ceſennia fundum, cùm idem ex eadem conductione fuerit in fundo, dubium eſt, quin ſi Ceſennia tum poſsidebat, cùm erat colonus in fundo, poſt eius mortem hæres eodem iure poſsiderit?

*De eadem re.*

2 ¶Contrà tamen videtur conſtitutum ſiue precarium factum ad commodum cõſtitutarij non tranſire ad hæredes ipſius, præſertim quantum ad poſſeſsionem, niſi de illis expreſſa mentio facta fuerit in conſtituto. Nam poſſeſsio ſuapte propria natura non trãſit ad hęredes l. cum hæredes, in prin. ff. de acq. poſſeſ. & l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuer. cum aliis multis concordantiis à me collectis in tractatu, *Le mort ſaiſit le vif*, poſt prin. Ideo niſi de hærede mentio facta fuerit, non comprehenditur. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. obliga. Et ita in hac ſpecie nuncupatim, cum ex facto incidiſſet, reſpondit Alex. conſi. cliij. circa litem vertentem, col. j. lib. vj. quem ſequitur Bart. Chaſſ. conſ. lix. ex viſione, col. pen. verſi. item etiam vt conſtat, & ante eos Paul. Caſtr. cuius neuter meminit, conſ. lix. viſo puncto, col. ij. verſ. item nec etiam obſtat, lib. j. per l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acq. poſſ. vbi quod per colonum poſsideo, hæres meus, niſi nactus ſit poſſeſsionem, non poterit poſsidere, quod quidem pugnare videtur cum eo, quod ſuprà diximus ex Cicerone.

*Quid in caſu ſtatuti transferentis poſſeßionem in hæredẽ.*

3 ¶Idque obtinere videtur, etiam ſi ex ſtatuto poſſeſsio defuncti ipſo iure continuatur in hæredem, cuiuſmodi eſt generalis Franciæ conſuetudo: quia nec tunc hæc poſſeſsio conſtitutitia ſiue precaria tranſit in hæredem conſtitutarij, ſiue eius qui precariò conceſsit, vt no. dicit Alex. d. conſ. cliij. col. j. verſ. & quanuis referatur, li. vj. Nam tale, inquit, conſtitutum debet ita intelligi, vt minus lædat ius cõmune, quàm fieri poteſt. l. ij. C. de noxa. & c. cum dilectus, de conſuetudi. Et ideo, vt ſubdit Alex. debet id ſtatutum intelligi, quando poſſeſsio erat apud defunctum, ex cauſa de ſui natura ad hæredem tranſitoria. De quo tamen vide quid dicam in d. tractat. *Le mort ſaiſit le vif*, in xij. declaratione, vbi non accedo huic opinioni Alex. aliorum ſententiam ſecutus, quos ibi videbis.

*Sẽtentia authoris.*

4 ¶Sed quantum ad ius commune pertinet, ſemoto illo ſtatuto (vt tandem meum iudicium interponam) non video quid reſponderi poſsit illis tex. ſuprà citatis, qui expreſsè dicunt, precarium non ſolui morte concedentis, quem nos vbique conſtitutarium vocamus, etiámque ſi de hæredibus ipſius nulla mẽtio facta fuerit, vt expreſsè dicit tex. in d. l. cum precariò quis rogat. Quod autem dictum eſt, poſſeſsionem non tranſire ad hæredes poſsidentis, niſi ea ab illis apprehenſa fuerit, in promptu reſponſum eſt: quòd hæres ſatis accepiſſe videtur per colonum ipſum inhærentem poſſeſsioni nomine hęredis, vti etiam defuncti: quam quidem poſſeſsionem ipſe ſolo animo interuertere non poteſt, l. vlt. C. de acq. poſſ. cum ſimi.

5 ¶Et propterea ipſe Alex. in d. §. quod per colonum, ſtatim poſt princ. poſtquam ex eo tex. notauit id quod ſuprà ex eo diximus, poſſeſsionem defuncti non tranſire in hæredem, niſi eam apprehenderit: ſubdit illud eſſe clarum, vbi defunctus poſsidebat animo, & corpore ſuo: ſed ſi animo ſuo, & corpore alieno puta per colonum, acquiritur hæredi, ſi colonus contineat poſſeſsionem nomine hęredis,



redis, vt ibi in verſ. ſed quod pro emptore. Quod intelligit, gl. ibi etiam ſi defunctus poſsidebat animo, & corpore alieno. putà per ſeruum ex cauſa peculiari, iuxta l. iij. §. ſaltus, in fi. ff. eo. tit. quia tunc acquiritur poſſeſsio exiſtens apud ſeruũ hæredi domini, ſine alia appræhenſione, ex ſententia Ang. & Imol. in d. §. quod per colonum. & in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. vbi etiam gl. in verbo, non habere. Et bene, inquit, facit l. quia ſeruo, in fi. ff. de actio. & oblig. & l. pe. ff. de capti. & poſtli. reuerſ. Hæc ipſe Alex. quem refert & ſequitur Matthæus Afflic. deci. Neapo. clxiij. Gabriel, col. ij.

DECIMATERTIA AMPLIATIO.

1 ¶Amplia decimotertiò, vt neque è diuerſo per mortem conſtituentis, id eſt, eius qui precariò rogauit, & ſic conſtituit poſsidere nomine emptoris, vel alterius domini, extinguatur, ſiue ſoluatur poſſeſsio ciuilis, & naturalis, cum eſt ſimplex conſtitutum: aut ciuilis, cùm eſt cum adiectione precarij: Licèt precarium ipſum finiatur, quantùm ad hæredem eius conſtituentis, cùm ipſi duntaxat, non etiam hæredi eius conceſſa ſit poſſeſsio ſiue detentatio, vt ſcribitur in d. l. cum precariò aliquid datur. §. j. ff. de preca. & in c. vlt. & ibi omnes, eo. tit. & voluerunt multi è noſtris vbique. & inter cæteros gl. in l. ſi hominem. §. j. in verbo, contractu, in fi. ff. depoſi. Bart. in l. libertus. §. patris. ff. ad municip. Sign. conſi. ccxvij. factum ſic ſe habet, quidam nomine Titius, col. v. verſ. præte. eà illud, ea ratione motus, quia cum conſtitutarius poſsideat animo, & corpore conſtituentis, iuxta l. quod meo, in prin. & l. iij. §. ſaltus, ff. de acq. poſſ. conſequens eſt vt deſinat poſsidere morte illius cuius animo & corpore poſsidebat, per l. ſi id quod, & l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. eod. tit. & l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtl. reuer. in illis verbis, manentibus iiſdem perſonis in poſſeſsione.

*Conſtituti uis an extinguatur morte conſtituentis.*

2 ¶Et idem quoque voluit Ioan. Ray. in tracta. Suitatis, col. 2. verſi. non obſtat vlterius. Paul. Caſt. in l. Attilius Regulus, circa medium. ff. de don. Ro. conſi. clxxxix. ſtante primo quæſito. ad fi. Corn. conſ. cclxxx. viſis quibuſdam, col. vlt. lib. iij. Philip. Dec. conſi. cccc. viſo eleganti conſilio, col. pen. verſ. ij. reſpondetur, dum dicit, poſſeſsionem, quæ fit per conſtitutum, eſſe interruptam per mortem conſtituentis, ita vt nec in hæredem tranſeat. Ideóque non poſſe conſtitutarium rem propria auctoritate occupare. & Matthæ. Affli. deciſ. Neapol. cccxxxv. pro deciſione, col. iij. nu. 5. & Ant. Rube. in repe. l. non ſolùm. §. morte. col. ix. verſi. ſed aduerte. ff. de no. ope. nuntia.

*De eadem re.*

3 ¶Quod non ita ſanè accipiendum eſt, vt conſtitutarius priuetur ſua poſſeſsione per mortem conſtituentis, vt ſcienter declarat Claud. Aquen. in l. exitus. ff. de acq. poſ. per no. in d. l. ſi de eo. §. ſi fortè. & Lud. Gozad. conſ. xlij. in caſu propoſito, col. vlt. verſi. non obſtat conſilium. & Aymo. Crauetta, conſ. cvij. Anto. Cofferi, verſ. ſed præmiſsis, & dicemus latiùs inf. in xxj. limit. nu. 9. ſed hæc omnia, & ſeq. Sed illud eò ſpectat, vt hæres ipſius conſtituentis, non poſsit ampliùs inhærere illi poſſeſsioni, ſiue detentioni, niſi dominus ei permiſerit aut expreſsè, aut tacitè, illum ſcilicet relinquendo in illa poſſeſsione vel detentione rei: nam tunc videtur illi redintegrare precarium defuncto factum, ſiue tunc id ſit nouum, ſiue antiquum, de quo diſputat gl. loquens in caſu præced. amplia. in l. quæſitum eſt. §. quod à Titio, in verbo, ab hærede, & ibi Ang. ff. de preca. & in l. certè, in prin. in gl. j. in fi. eo. tit. & Ant. Rube. in d. repe. d. §. morte, col. ix. nu. 63. & ſe. Quod aliter hìc non ducimus diſcutiendum, quoniam nihil ad vim, & effectum poſſeſsionis, de qua tractamus, pertinere videtur.

*De eadem re.*

4 ¶Sed hinc illud eſt, quòd licet precarium finiatur tempore, quod illi præſcriptum fuerit, ſi tamen poſt illud tempus dans patiatur poſsidere eum, qui ad illud tempus precariò rogauerat, intelligitur rurſus precariò concedere: atque ita ille rurſus precariò poſsidebit poſt illud tempus, ex tacito domini conſenſu, vt eſt tex. expreſſus in l. in rebus. §. item qui precarium, & ibi Bar. in j. no. ff. de preca. Ideóque Dyn. & Alber. ibi, id conſilium dant domino, ſi nolit ſuum conſtituentem poſt illud tempus poſsidere, vt id illi denunciet: aliàs enim illum videri conſentire. Et ſimile videmus in colono, ſiue conductore ad tempus, quem ſi poſt id tempus patiatur dominus manere in re conducta, cenſetur reconductio facta. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de locat.

*Precarium tacite cõtinuatur poſt tempus illi præſtitutũ.*

5 ¶Hucque propius pertinet, quod ſcribitur in l. cùm in plures, in fi. prin. ff. eo. tit. de loca. hæredem, coloni, quanuis colonus non ſit, nihilominus domino poſsidere, & in l. cùm hæres. ff. de diuer. & tẽpor. præſcri. vbi ita ſcribitur. cum hæres in ius omne ſuccedat, ignorantia ſua defuncti vitia non excludit, veluti cum ſciẽs alienum, vel precariò poſſedit: quanuis enim precarium hæredem ignorantem non teneat, vſucapere non poterit, quod defunctus non potuit. Et in l. ij. C. de precario, ſcribitur, hęredem eius, cui precario vti conceſſum eſt, teneri ad reſtituendam poſſeſsionem. Et in l. neque fructuarium. C. de vſufruc. neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum vſumfructum habet, neque ſucceſſores eius vlla temporis ex ea cauſa tenentes præſcriptio munit.

*Hæres coloni domino poßidet.*

6 ¶Quo in loco Pau. Ca. auctoritate eius l. & d. l. cuius hæres, dicit, quòd ſi is, qui poſsidebat precario nomine, mortuus eſt: & hæredes eius per xxx. annos & vltrà etiam precarium ignorantes poſſederunt proprio nomine, non propterea rem ipſam præſcripſerunt: nam cum defunctus eo nomine tenuit, cenſentur hęredes eius eodẽ modo tenuiſſe, licèt tenuerint vt domini. quia, non ſuperueniente noua cauſa, non interuerterunt poſſeſsionem domino repoſcente: ſicut defunctus non potuiſſet ſibi mutare cauſam poſſeſsionis. l. nemo. C. de acq. poſſ. & ita dicit ſe conſuluiſſe. Et illum citat, & ſequitur Fran. Balb. in tract. præſcrip. in iiij. parte iiij. partis prin. q. xj. col. 2. verſ. ampliatur prædicta concluſio. & ſeq. vbi ex eo colligit hanc no. (vt ipſe dicit) concluſionem, quòd clauſula conſtituti vel precarij paſsiuè tranſit ad hæredes conſtituentis, quod dicit bene notandum ad materiam l. quod meo, in prin. ff. de acq. poſſ. Et his concinit, quod ſcribit Pau. iuriſcõſultus, ſi is eſt, libro ſententiarum

*De eadem re.*

recept

receptarum.v.tit.vj.Hæres,inquit,eius qui precariam poſſeſsionem tenebat,ſi in ea manſerit,magis dicendum eſt clàm videri poſſediſſe:nullæ enim preces eius videntur adhibitæ, & ideo perſecutio eius rei ſemper manebit nec interdicto locus eſt.

*Quid ſi conſtitutarius diu neglexerit.*

7 ¶Scio tamen nonnullos eſſe in ea ſententia, vt ſi poſt mortem conſtituentis hæres eius, aut alius quiſpiam rem occupauerit,& conſtitutarius diutiùs ſteterit abſque eo quòd appræhenderit poſſeſſionem naturalem,perdit poſſeſsionem quam habebat:ſiue ſciuerit rem vacare,ſiue ignorauerit ab alio occupatam,per tex.in l.ſi de eo.§.ſi fortè,iunctis ibi not.per Bart.& alios ff.de acqu.poſſ.Et ita voluit Pet.Anch.in cùm veniſſet,in v.no.de reſt.ſpolia.Corn.conſ.cclxxx.viſis quibuſdam,col.vlt. verſ.ſi autem probatum,li. iij.& Caro.Rui.expreſsè loquens de tempore x.annorum,conſ.ccxxvij. viſa facti narratione,col.v.verſ.tertiò dicitur quòd etiam,li.v.Sed tu tamen interim vide quę ſcripſi ſuprà in j.parte.nu.65.verùm vtcunque,& ſeq.& latiùs ſcribemus infrà in xxj.limitatione, ex quibus intelliges planius,quid de hac re dicendum ſit.

*De eadem re. principali.*

8 ¶Sed ex his tamen quæ iam diximus,intelligis non verum eſſe,quid Sign. & Deci. (pace tantorum virorum dixerim)ſcripſerunt in conſ.ſuprà nu.1.& 2.huius amplia.citatis:præſertim cum ratio Sig. manca ſit & mutila.neque enim conſtitutarius poſsidet ſolo corpore conſtituentis, ſed & ſuo quoque,vt etiam no.in locis ab eo & alibi ſuprà citatis.Ideo licèt animus conſtituentis mortui deſinat eſſe,non tamen ipſius conſtitutarij,quo retinet ſuam poſſeſsionem ciuilem,quam habebat.Ideo nec vera eſt ratio ipſius Decij dicentis,interruptam eſſe poſſeſsionem cõſtitutarij,cùm eam etiamnum retineat animo,niſi poſtea eam neglexerit, vt diximus verſ.præced. & dicemus latiùs in d. xxj. limita.Et nihil præterea allegat,quam Ang.in l.quanuis.§.j.verſ.& ex hoc duo,& ibi Alex.ff. de acq. poſſ.& ipſum Alex.conſ.lxxxij.perſpecto,col.3.li.ij.qui nihil de hac re dicũt,ſed illud tãtùm, quòd nõ trãsfertur poſſeſsio ex cõſtituto poſt mortẽ conſtituentis collato,de quo & nos ſuprà diximus.

DECIMAQVARTA AMPLIATIO.

*Conſtituti uis an tranſeat in tertios poſſeſſores.*

1 ¶Amplia decimoquartò,vt vis huius conſtituti,ſiue precarij tranſeat non ſolùm in hæredes conſtituentis defuncti,ſed & in alios tertios poſſeſſores, vt planè conſtat ex ſcriptis à Bart. in l.iij. in iiij. quæſt.prin.in fi.ibi,ſed pone,quòd debitor,& ibi Saly.col.viij.in viij.qu.de pign.& aliis multis, quos tibi citaui ſuprà in j.par.nu.43.ei autem quod diximus.Sed quomodo id intelligatur,& quãto tempore iſti tertij poſſeſſores poſsint præſcribere aduerſus conſtitutarium,intelliges ex his, quæ diximus d.nu.43.& ſeq.& in præcedenti amplia.verſ.vij.ſcio tamen.& quæ dicemus inf.in xxj.limit.

DECIMAQVINTA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ an in cõtractibus cõditionalibus operetur.*

1 ¶Amplia decimoquintò,vt conſtitutum ſiue precarium rransferat poſſeſsionem non ſolùm in actu ſiue contractu puro,ſed etiam in conditionali:verbi gratia,Donat quis fundum alteri, eiúſque nomine conſtituit ſe poſsidere,ſi ipſe donatarius quippiam fecerit,aut ſub alia conditione:nam continuò,impleta conditione,tranſiuit poſſeſsio & dominium rei donatæ in donatariũ conſtitutarium, vt per multa decidit Guid.Papa.deci.Delphin.cclxviij.quidam donauit.& clanculum deci.522.Titius bona ſua donauit.& Steph.Bertra.conſ.ccliiij.vidi proceſſum,nu.v.lib.j.& Caro. Rui.conſ.136. primò videtur,col.1.nu.2.lib.j.

*De eadem re.*

2 ¶Et ante hos,licèt non allegent,Oldrad.conſ.cxxxix. ad habendam aliqualem notitiam, columna tertia,verſ.tertium erit.Petr.Ancha.conſi.ccxxxj.ſuper pluribus,col.ij.verſ.pręterea aduertendum. Alexan.qui ſolum Oldra.citat,conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col.ij.verſ.& in propoſito, lib.ij.& iterum conſ.cliij.circa litem,col.j.verſ.denique dictum precarium,lib.vj.& Phili.Dec.conſ.ccxlvij. in cauſa magnifici Baronis,col.j.verſ.nec obſtat huic concluſioni.Quod intelliges ſecundum ea,quę dicam in ſeq.amplia.

*Conſtitutũ ſimpliciter appoſitum in actu cõditionali, eſt conditionale.*

3 ¶Sed illud hîc nolui omittere,quod ab Angelo ſcriptum eſt conſ. ccclxx. viſis inſtrumentis, col.j. verſ.primò,quia procurator,iunctis his quæ ſcribit col.vlt.verſ.reſtat nunc reſpondere,quòd ſi conſtitutum ſit appoſitum in venditione conditionali,id quoque ipſum cenſetur eſſe conditionale: nec aliter ex eo transfertur poſſeſsio,quàm impleta conditione appoſita in ipſa venditione,quod etiam non obſcurè voluit Alex.d.conſi.lxxxiij.col.iij.verſ.& ſubdit,lib.iij.& Philip.Dec.d. conſil. ccxlvij. col.ij.verſ.& iſta concluſio.& Hiero.Gratus conſ.lxix.cùm ſermones,col.ij.verſi.nec ob.ſi dicatur. lib.1.Ludo.Gozad.conſil.28.videtur prima facie,col.pen.verſ. præterea & vlti. Nam & aliàs ſemper conſtitutum ſequitur naturam principalis actus,vt latiſsimè dicemus infrà in vij.limit. Imò & quæuis alia traditio l.ſed interim.§.ſi vxor,le 2.ff.de donat.inter vir.& vxo.

*Et ſi dicatur: quòd ſit purũ nullus tamen eſt effectus ante impletam conditionem.*

4 ¶Imò verò & ſi exprimeretur,vt conſtitutum appoſitum in contractu conditionali eſſet ſimplex, & purum,videretur id conſtitutum interim,pendente adhuc conditione poſita in principali contractu,nullum eſſe,& inefficax:quia id nullius eſt effectus,niſi præcedat cauſa habilis ad transferẽdum dominium,& poſſeſsionem,ſecundum gl.in l.quod meo,in prin.& ibi Iac.Are.& Alber.ff.de acqui. poſſeſſ.cum aliis multis concord.à me collectis infrà in vj.limitat.iterumque in ſeq.At ante euentum conditionis nulla ſubeſt cauſa habilis,cùm interim contractus ſit in pẽdenti:igitur nec interim conſtitutum eſt efficax.Et ita nuncupatim reſpondit Fran.Ripa,lib.iij.Reſpon.c.xx.eodémque vlt. incip.licèt Decius.Super hac autem ampliatio.vide quæ dicam in d.17.limit.

DECIMASEXTA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ trãsfert poſſeſsionem, etiam in actu cuius effectus ad aliquod tempus ſuſpenditur.*

1 ¶Et quod ſuprà diximus de actu conditionali,idem intellige de actu puro illo quidem, ſed cuius effectus poſt aliquod tempus ſuſpenditur:exempli cauſa,dono aut vendo tibi rem quampiam, ea tamen



tamen lege,vt poſt mortem meam tantùm,vel poſt decem annos re ipſa fruaris. Id enim ita poſſe fieri etiã contractu inter viuos conſtat ex l.j.C.vt actio.ab hæredibus,cum ſi.à me collectis in trac. Primigeniorum,in 6.quæſt.nu.33.quinetiam poteſt.Si igitur ita vendidero,& conſtituero me poſsidere tuo nomine,transfertur poſſeſsio:nec poſſum interim alteri donare,aut vendere, licèt effectus tranſlatæ poſſeſsionis differatur in dictum tempus.Ita enim expreſsè ex facto reſpondit ipſe Oldr. conſ.cxiiij.factum eſt tale,quædã mulier.Et id erit pro decimaſexta ampliatio.Et vide tamen quæ dicam in ſeq.amplia.& præterea in ij.limitat.

DECIMASEPTIMA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ conditionale, uel ad diẽ in contractu puro operatur traditionem.*

1 ¶Amplia igitur decimoſeptimò,non ſolùm cùm contractus principalis eſt conditionalis,vel ad diẽ: ſed etiam cùm ipſe contractus eſt ſimplex & purus,ſed conſtitutum eſt conditionale, vel ad diem. Nam & id conſtitutum valet,& ex eo transfertur poſſeſsio conditione impleta,vel die cedente, vt voluit idem Old.d.conſ.cxxxix.in tertio,rurſumque in vij.dubio.& Sign.conſ.ccxvij.factum ſic ſe habet,quidam nomine Titius col.iiij.verſ.ex prædictis oritur.Albe.in l.vlt.col.ij.verſ.ſic.ſed quis erit effectus.C.de pact.Alex.qui nullum horum citat,conſ.lxxxv.ponderatis his de quibus, col.j.lib. vj. & conſ.cliij.circa litem,col.j.verſ.denique dictum precarium,eo lib.vj.Philip.Dec.qui ſolum Oldr. memorat,in l.contractus,col.iiij.verſ.item notandum eſt.ff.de reg.iur.& d.conſ.ccxlvij.in cauſa magnifici,col.iij.vbi ſuprà,& dicemus quoque poſtea in ij.limit.nu.14.ſecundò intellige, vt procedat.

*Poſſeſsio ſub conditione tradi poteſt.*

2 ¶Nam & aliàs poſſeſsio,ne de hoc dubites,ſub conditione tradi poteſt.l.qui abſenti.§.j.& l.ſi me in vacuam,in fi.ff.de acq.poſſ.& c.olim,de reſtit.ſpolia & voluerunt D.à.Rot.deciſione 577. quidam expectans,in antiquis.& Iac.à S.Georg.qui illũ j.tex.dicit ad hoc no.in l.certũ eſt,ad fi ff.ſi cert.pet. & doctor.vbique.Atque etiam ad tempus.l.ij.C.de donat.quę ſub.mod.& l.vlt.C.de lega.& vtrunque voluit Maſuer.titul.de poſſ.§.item nota,quòd poſſeſsio.Hincque illa diſputatio,an per traditionem feudi ſub cõditione,ſi domino placuerit,vel alia,priuetur vaſallus feudo, ac ſi ſimpliciter rem tradidiſſet,de quo per Bal.in c.j.§.hoc quoque,col.vlt.verſ.ſed pone quòd vẽditor.tit.de ſucceſsio. feudi,& eundem Bal.conſ.ix.factum tale eſt anno domini,col.ij. verſic.cùm autem non adeſt, lib.j. quod iterum repetitur conſ.clxxxviij.lib.iij.& ipſum Bald.conſ.xcv.mortuo,eodem lib.iij.

*Quid ſi ante euentum conditionis conſtituens mutet uoluntatem.*

3 ¶Et has quidem tres poſtremas ampliationes ita quoque amplia,vt poſſeſsio hęc conſtitutitia continuò transferatur,exiſtente conditione,vel die:etiam ſi conſtituens poſt conſtitutum,& ante euentum conditionis,vel diei mutaret voluntatem:neque enim id obeſſet ad illius poſſeſsionis tranſlationem, vt liquidò colligitur ex dictis Bart.& aliorum in d.l.qui abſenti.§.j.ff. de acq. poſſ. & expreſsè voluit Claud.Aquen.in l.iij.§.incertam,ad fi.eodem tit.per l.cùm nemo.C.eo.tit.Et bene ad id faciunt quæ dicam in xxxij.ampliat.nu.14.at contra id expreſsè,& ſeq.Et id pręterea,quòd contractus conditionalis dicitur perfectus l.neceſſariò.§.ſi ita res venierit.ff.de peri.& cõmo.rei vend. ita vt ab eo non liceat alteri contrahentiũ altero inuito diſcedere,vt dicit gl.ibi,& in l.j. in prin. C. eo.tit.& latiùs diximus in tracta.Retractuũ,tit.j.§.j.gl.ij.in verbo,*a vendu*,nu. 27. verùm in diuerſã.

*Et quid ſi etiã ante euentum conditionis res fuerit alteri uendita,& tradita.*

4 ¶Verùm hanc ampliationem ſimúlque xv.intelliges tum demum procedere,ſi res ſit integra.Nam ſi ante euentum conditionis res fuerit alteri vendita,& tradita,ei ius quæritur: quod per euentum conditionis non tollitur.neque enim ea conditio retrotrahitur in illius pręiudicium,cui interim ius quæſitũ eſt, cũ extremũ à quo non ſit habile,iuxta not.à Bar.in l.ſi is qui pro emptore,col.iiij. verſ. idem ſi inhabile extremum.ff.de vſuca.per l.bonorum.ff.rem rat.hab.Cui adde & alium text.non deteriorem in d.l.neceſſario.§.quod ſi pendente.ff.de peri.& commo.rei vend.

*De eadem re.*

5 ¶Adde & tu eundem Bar.qui eiuſdem eſt ſententiæ in l.quoties,in fi. ff.de nouat.& in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem,verſ.vel aliter.ff.de adulte.& in l.res aliena,in prin.ff.de pign.acti.& Spec.tit. de oblig. & ſoluti.§.j.verſ.item pone.Bald.in l.ei qui.C.de tempo.appell.Pan.poſt Ant.in c.cùm veniſſet,col. ij.de reſtit.ſpolia.Alex.conſ.xxv.viſo teſtamento,col.ij.verſ.præterea poſito.Corn.conſ. cx. in iudicio,col.pe.li.ij.Iaſ.in l.quoties,col.xj.verſ.tertiò pone quæro.C.de rei vendic.& ante hos omnes gl. ordi.in l.ſi indebitum.§.j.& ibi quoque Bar.ff.rem rat.hab.

*Conditio non retrotrahitur in præiudicium alterius.*

6 ¶Nam & id regulare eſt & perpetuum,vt cõditio nunquam retrotrahatur in præiudicium alterius, Hoſti.in ſumma tit.de condit.appo.§.quæ conditio,col.ij.verſ.quid ſi contraho cum vna. & Colle. in c.ſuper eo,in prin.eo.tit.Bald.in l.j.col.vlt.per eum tex.& ibi quoque Saly.col.item j.C.an ſer. ex ſuo fac.Alex.qui id dicit ſing.conſ.228.ponderatis,col.ij.li.vj.Philip.Dec.in l.ſi pecuniam,col.vlt.ff. ſi cert.peta.vti nec alia quæcunque,vt plenè diximus & probauimus in d.tracta.Retractuum, tit.j. §.j.in gl.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.70.ex quo illud fit,& ſeq.

*De eadem re principali.*

7 ¶Et ita vti ſuprà diximus,nuncupatim & in hac ſpecie noſtri conſtituti conditionalis, ex facto reſpondit Alex.conſ.cliij.lib.vj.& voluit Philip.Dec.in d.l.contractus,col.vj.verſ.ſextò limitatur.ff.de reg.iur.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,vt certè conſuluit d.conſ.247.col. iij. verſ. nec obſtat quòd poſt talem,& ſeq.vbi & alia quædam allegat,quæ ibi videre poteris.& Hiero.Gratus d.conſ.lxix. col. ij. nu.xj.li.j.& iterum conſ.lxxv.quanuis ſi prius,in prin.li.2.& Ludo.Gozad.conſ.xxviij. videtur prima facie,col.vlt.& Mar.Mantu.conſ.cclvj.viſo proceſſu,col.3.nu.xx.& ſeq.& ante eos Sign. conſil. ccxvij.col.v.verſ.venio ad primum.Et vide quæ dicam in xxx.limi.nu.2.ex quo illud,& multis ſeq.

*Quid tamen ſi alteri fuit fictè tãtùm tradita.*

8 ¶At hoc tamẽ declarabis duobus modis.Primò vt procedat,ſi res fuerit alteri reipſa tradita:ſecùs, ſi fictè,verbi gratia,per aliud conſtitutum,vel per conductionem ab alio receptam. Nam tunc non fit præiudicium ei,cui poſſeſsio quærenda eſt eueniente conditione,vt expreſsè & in illo caſu conductio

ductionis,cùm ea ſpecies ex facto contigiſſet,conſuluit Pet.Anch.conſ.ccxcj.ſuper pluribus, col.iiij. verſ.item apparet,per l.quamuis.§.j.ff.de acq.poſſ.& c.cùm veniſſet, de reſtit. ſpol. Cui adde quæ dicam in xiiij.limitat.ex quibus etiam intelliges quomodo & id intelligi debeat.

*Quid ſi poſt mortem conſtituentis cõditio eueniat.*

9 ¶Intelliges ſecundò,vt procedat,modò conditio adimpleatur ante mortem conſtituentis. Nam ſi id poſt mortem contingeret,videretur id conſtitutum collatum eſſe poſt mortem, ideóque per ipſum non poſſe transferri poſſeſsionem,cùm tunc conſtituens non ſit futurus poſſeſſor,vt iam mortuus,per ea quæ dicam inferiùs in ij.limit.Et ita in hoc caſu voluit Sign.d.conſ.ccxvij.col.v. verſic. poſtquam decedente Titio,vbi ad hoc multa allegat,vt ibi videre poteris.& Alex. conſ. cliij. circa litem vertentem inter filios,col.j.verſi.denique dicitur,lib.vj.& Phili.Dec.d.conſ.ccxlvij.colum.iij. verſ.vlterius etiam.& Ludo.Gozad.conſ.xcix.in hac cauſa poſſeſsiua,col.iij.verſ. nonò non poteſt. Et hoc quoque ſatis videtur eſſe de mente Oldra.d.conſ.cxxxix.in iij.dubio, iuncto v. Quanquam contrarium voluit ipſe Dec.ſecum hac in re apertè pugnans in d.l.contractus,col.vj. verſ. item notandum,ibi,& eodem modo.ff.de reg.iur.vbi ad hoc allegat Old.d.conſ.vbi tamen contrariũ ſentit,vt diximus.De quo vide quæ dicam in d.ij.limit.nu.14.ſecundò intellige.

DECIMAOCTAVA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ nudo pacto appoſitũ transfert poſſeſsionem.*

1 ¶Amplia decimooctauò,vt etiam conſtitutum & precarium habeat vim transferendæ poſſeſsionis,cùm appoſitum eſt in nudo pacto.Id enim expreſsim & veluti verbis conceptis magna autoritate affirmat Bal.in l.j.circa medium,verſ.quæritur ergo vtrũ ex eo, & ibi quoque Barthol. Cepo. col.vlt.verſ.extrà gl.C.de vſuc.pro donat.Quod vix alibi reperies.

DECIMANONA AMPLIATIO.

*Atque etiã in contractibus innominatis.*

1 ¶Amplia decimononò,vt id item locum habeat non ſolùm in contractibus nominatis,ſed & in innominatis vt & voluit idem Bal.omnium ſententiarum tam locuples,vt nulla vnquam ei defuerit, vt ſæpe alibi diximus,in eadem l.j.illo eo.verſ.quæritur ergo,iuncto verſ.preced.de vſuc.pro donat. nec memini me vſquam alibi legiſſe.

VICESIMA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ poſſidentis naturaliter, tantùm naturalem poſſeſsionem trãsfert.*

1 ¶Amplia vigeſimò,(vt perſonas conſtituentium attingamus,)vt procedat in conſtituente habente tantùm poſſeſsionem naturalem,vt ſcilicet,per eius conſtitutum transferatur ea poſſeſsio naturalis, quam ipſe habet,vt expreſsè voluit Bart.in l.interdum.§.vlt.verſ.ſed quæro aliquis naturaliter, & ibi etiam Alex.col.ij.verſ.iuxta prædicta.ff.de acq.poſſ.& Raph.Co.conſ.liiij. Leonardus, col.j. & conſ.clxxij.Galuanus,col.vlt.verſ.nec obſtat,quòd poſſeſsio,& Ant.in c.cum veniſſet,col.iij.verſic. inquantum ſuprà,de reſtit.ſpoli.Et hoc ſatis probatur per ea, quæ dicam infrà in 33. ampliatio. de vſufructuario,qui naturaliter tantùm poſsidet,vt probat tex.in l.naturaliter,in prin.ff.de acq.poſſ.

*De eadem re.*

2 ¶Et quanuis id ſit dubium in ipſo vſufructuario,cùm nonnulli teneant contrarium,vt ibi dicemus: tamen id non tantum dubij fortè habet in aliis naturaliter tantùm poſsidentibus,in quibus non habent locum rationes eorum,qui id negant procedere in vſufructuario.Et id quidem videre licet in eo,qui ſe conſtituit poſsidere nomine creditoris,in quo ciuilem tantum in eum poſſeſsionem tranſtulit, naturalem autem retinuit,vt latè diximus ſuprà in princ.nu.iiij illud autem.Si igitur hic debitor,qui ita ſe conſtituit precariò poſsidere pro creditore,rem poſtea alteri vendat, & ſe nomine illius poſsidere conſtituat,in hunc transfert naturalem illam poſſeſsionem quam habebat: & conſequenter priuat illum ſuum creditorem ciuili,quę erat acceſſoria eiuſdem naturalis,per l.peregrè.§. quibus,iuncta d.l.interdum.§.vlt.ff.de acq.poſſ.vbi id voluit Bart.poſt Din.ibi,& etiam Imo.& Ro. in l.Celſus vterque col.ij.ille verſ.item adde inquantùm dicit,hic verſic.ſecundò inquantùm. ff. de vſuca.De quo & tu vide quæ ſcripſi ſuprà in prin.nu.xij.ſed & ex illa,& iterum num.xxxiij. at illud hîc:itemque nu.45.porrò Matthæ.& infrà in xiiij.limit.verſ.vj.tertiò intellige, & iij ſeq. ex quibus intelliges quid hîc dicendum ſit.

VICESIMAPRIMA AMPLIATIO.

*Cõſtitutũ poſsidentis ciuiliter,poſſeſsionẽ ciuilẽ trãsfert.*

1 ¶Amplia viceſimoprimò,vt item procedat in conſtituente habente tantùm ciuilem poſſeſsionem, vt & eandem transferat in alium per conſtitutum,vt etiam voluit Bart.in d.l.interdum.§.vlt.verſic. ſed quæro,aliquis naturaliter,& ibi quoque Alex.col.ij.verſ.iuxta prædicta.& idem Bart.in l. quod meo,in prin col.ij.verſ.ſecundò pone,& ibi item ipſe Alex.col.v.verſ.quærit Bart.quia hæc,& omnes ferè ibi,per tex.in l.quædam mulier,ff.de rei vendi.qui,vt dicit Bart.loquitur in eo, qui ciuiliter tantùm poſsidebat,vt qui non erat in fundo.Et idem voluere Pet.Anch.& Imo.in c.vlt.ext.de precari.Anto.in c.cùm veniſſet,col.iij.verſi.in quantùm ſuprà,de reſtitut.ſpoli.Raph.Co.conſ.54.Leonardus,col.j.Corn.conſ.clxxiij.in præſenti,col.v.verſ.cùm per precarium.li.ij.Caro.Rui.conſ. 177. viſis,& intellectis,col.ij.nu.iij.lib.j.

*De eadem re.*

2 ¶Quanquam contra id facere videtur gl.in d.l.quod meo,in verbo,miniſterio,cum id verbum ita exponit,id eſt,actu,& voluntate:tanquam,ſcilicet,non ſufficiat voluntas poſsidentis ciuiliter,qui ſe conſtituit nomine alterius poſsidere,niſi aliquis actus corporalis interueniat. Sed ad hoc reſpondet Bart.quòd actus,qui à principio interuenit, cum ipſe conſtituens primùm appræhendit poſſeſsionem pro ſe,ſufficit vt tunc conſtituens transferat poſſeſsionem,& ſatis nunc interuenire videtur, vt & nos quoque diximus ſuprà in iiij.ampliatione.

*Ratificatio apprehenſionis*

3 ¶Vt etiam in ſimili videmus, vt ille ſubdit, quòd ſi quis ſine mandato appræhendat poſſeſsionem pro altero,ſatis eſt,vt poſteà ille,cuius nomine appræhenſa eſt,ratũ habeat,ſine interuentu alterius actus



actus corporalis,per l.cõmunis ſeruus.§.j.ff.eod.tit. Nam ille primus actus appræhenſionis præſtat adminiculum ad acquirendam poſſeſsionem ei qui ratum habet.Et hinc quoque videmus, quòd ſi poſsidens conducit poſſeſsionem ab alio,videtur facere illum poſſeſſorem.l.ſi quis ante,& l.qui bona fide,in prin.ff.eo.tit.Et tamẽ ibi non interuenit actus corporalis ad appræhendendũ poſſeſsionẽ.

*poſſeſsionis operatur poſſeſsionẽ ſine alio actu corporali.*

*De eadem re.*

4 ¶Igitur eadem ratione(vt ille ſubiungit) ſi per ſimplex conſtitutum facio me poſſeſſorem nomine alterius,quanuis ciuilem poſſeſsionem tantum habeam,eam in illum transfero. Hæc ille,quem ad verbũ propè refert, & ſequitur Alex. in d. l. quod meo.Et licèt hæ rationes non omnino placeant Raph.Co.in d.l.quod meo,& Fran.Aret.in d.l.interdũ.§.vlt. tamen aliis rationibus ſequuntur principale dictũ ipſius Bart.de quo & tu vide Claud.Aquen.in d.l.quod meo,col.j.verſ. ſed quærit Bar.

VICESIMASECVNDA AMPLIATIO.

*Conſtitutarius transfert poſſeſsionem ui alterius conſtituti.*

1 ¶Amplia viceſimoſecundò,& hoc cum præcedente bene conuenit, vt is, qui vi conſtituti poſsidet, quia ſcilicet emptor conſtituerit ſe poſsidere nomine illius,poſsit & in alterum etiam per conſtitutum transferre eiuſdem rei poſſeſsionem. Ita enim conſuluit Alouiſius de Lucis valentiſsimus doctor,& qui ita vocatur inter conſi.ipſius Bald. conſil. ccccxxxvj.quidam creditor habens plures debitores,col.ij.verſi.nam primò præſupponitur,lib.iij.vbi idem dicit etiam conſuluiſſe Raym.Forli. Argent.illius filium,& Richar.Salic.& illi conſi.ſupſcripſit Bal.ibi.

VICESIMATERTIA AMPLIATIO.

*Eccleſia & prælati ui conſtituti traſferũt poſſeſsionem.*

1 ¶Amplia viceſimotertiò,vt procedat in eccleſia,& prælatis eccleſiaſticis conſtituentibus ſe poſsidere nomine alterius,vt ſcilicet per eorum conſtitutum transferatur poſſeſsio,quæ apud illos eſt: ſcilicet naturalis tantum,ſi naturalem tantum habeant:ciuilis quoque,ſi ciuilem habeant, vt no.voluit Matheſ.no.clxvij.nota,quòd ſi tutor.Et id quidem in eccleſia minimè dubium eſt, vt ſatis probant tex.in c.cum veniſſet,& ibi palàm ſentiunt omnes,præſertim Ant.& Pan.de reſtit.ſpol.Card. Flor. in repe.c.perpendimus,col.14.verſi.in hoc tamen.de ſenten.exc.& Barb.in repe.rub.de reb. eccleſ. non alie.in ij.dubio.Sed quo ad prælatos priuatim pertinet,vide quæ dicam infrà in xvj.limitat.

VICESIMAQVARTA AMPLIATIO.

*Teſtator conſtituẽs,an trãſferat poſſeſsionem.*

1 ¶Amplia viceſimoquartò,vt procedat in teſtatore, ſe conſtituente poſsidere in teſtamento pro altero,non tantùm reſpectu actuum inter viuos in ipſo teſtamento factorum,vt fieri poſſunt, per no. in l. hæredes palam.§.vlt.ff.de teſtam.cum multis aliis concor. à me fuſiſsimè cõgeſtis in noſtris legibus connubialibus,in gl.v.in verbo,*contracter*,nu.101.intellige ſecundò,& ſeq. in quibus haud dubiè per cõſtitutum illic appoſitum transfertur poſſeſsio,vt expreſsè conſuluit Oldr.con.114. factum tale eſt,quædam mulier.& Alberi.in rub.C.de donat.col.j.Imol.in c.ij.col.j.verſic. not. quòd vbi in actu,de conſuet. Nam & is actus inter viuos in teſtamento factus retinet vim, & naturam contractus,nec teſtamenti vim,aut naturã recipit,vt per Bart.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff. de leg. iij.Bal.in l.ſi auia,in prin.C.de iure delib.& diximus latiùs in dictis legib.connubi.vbi ſuprà.

*Et quid in actibus ultimæ uoluntatis.*

2 ¶Non tantùm igitur(vt id repetamus)conſtitutum in teſtamento factum, transfert poſſeſsionem in actibus inter viuos inibi factis, ſed & in actibus quoque vltimæ volũtatis,videlicet in inſtitutione hæredis,& legatis. Nam teſtator conſtituens ſe poſsidere nomine hæredis,vel legatarij, in eos trãſfert poſſeſsionem,vt ſing.voluit Bal.in c.j.col.vlt.verſi.ſed ecce Imperator,extrà de confir. vtil. vel inutil. is enim poteſt,vt ipſe dicit,tradẽdo mortem præuenire,per l.Lucius Titius teſtamento.ff.de leg.ij.vbi eſt tex.in id optimus,quem & ipſe Bal.Ang.& Pau.Ca.ibi ad id expẽdunt,& præterea idẽ Bal.poſt Bar.in l.legatum eſt,eo tit.& in l.ſi eum ſeruũ.§.inter virum.ff.de dona.inter vir & vxor.& in l.filiũ col.7.verſi.quartò no.C.fami.herc.& in l.2.col.2.verſi.ſed iuxta prædicta quæro.C. de iure dot.& in l.j.col.vlt.verſi.vnũ ſcias.C.ſi quis omiſ.cau.teſta.vbi & illud dicit, quòd tunc legatum accipit naturam donationis cauſa mortis propter traditionem,de quo tamen vide Din. Bar. & ipſum Bal.in d.l.legatum eſt.& rurſus eundem Bald.in l.vlt.C.de vſur.& fructi. leg. vbi etiam dicit huiuſmodi legatum redigi ad inſtar donationis cauſa mortis:& legatarium lucrari fructus à tẽpore mortis,imò fortè inquit,à die traditionis. Et iterum repetit ipſe Bal.in l.1.col.4.verſi.item competit. C. com.de leg.& in c.2.circa medium,verſi.nota in tex.quòd poſſeſsio,& ibi Barb.col.3.de conſuetud. Ang.in l.filiam fratribus.& ibi quoque Alex.ff.ad S.C.Trebel.Barthol.Cæpol.in l.irritam, quæ eſt vlt.col.xvij.in paruis verſi.ſextusdecimus caſus. C.de vſucapi.pro donat.vbi dicit ſing.eum text. in d.l.Lucius.Iaſ.in l.iuſtè poſsidet.col.pen.verſi.quintò facit.ff.de acq.poſſ. dum allegat Bal.in d.c.j.& idem Iaſ.in l.nemo poteſt,col.7.ver.tertiò quærit.ff.de leg.j.in j.lect.& in l.quoties,col.vlt.C.de hęred.inſtit.Phil.Dec.loquens de fideicommiſſo,conſil.lxxxiiij.excellentiſsimi doctores,col.ij. verſic. ſecundò quia non obſt.& conſil.ccccxxiiij. proponitur quòd magnifica domina,col.iij.nu.15.Steph. Ber.conſ.lviij.ſufficiẽter,ante fi.lib.ij.Matth.Afflict.deci.Neapol.cclxxv.teſtator.Bart.Chaſſan.con. lxj.ex verbis,col.pen.verſi.ſed quia ibi.& Franc.Ripa.qui & illud dicit de tranſitione legati in donationem cauſa mortis,in l.j.nu.13.ff.quor.bono.

*De eadem re principali.*

3 ¶Et ad hoc quoque nonnulli præter illum textum in d.l.Lucius,allegant d.l.legatum eſt.ff.de leg.ij. & l.cùm quis decedens.§.qui teſtamento.ff.de leg. iij. quæ quidem ll. non admodum facere videntur.Sed bene facit quod voluit gl.in cle.dudũ.§.verùm,in verbo,datis,de ſepult.& quod de donatione cauſa mortis dicitur,in l.cum quis.ff.de condi. ob cauſ. cùm ſi. quódque ſcribit ipſe Bald. in l.ex teſtamento,ad fi.C.de fideicommiſ.& in c.ij.ante fin.tit.de feud.dato in vicem leg.commiſ. in quib. locis Bal.loquens de conſtituto facto in teſtamento,non ipſum improbat ob id, quòd factum eſt in

teſtamento ſed ex eo quòd fuit appoſitum in teſtamento inualido,& reprobato,tanquam & ipſum conſtitutum inualidum ſit,vt teſtamentum in quo poſitum eſt, de quo nos latiùs dicemus in vij. limit.nu.16.nec hinc longè diſtat.

*De eadem re.*

4 ¶Noluimus tamen antè quàm hinc diſcedamus,illud prætermittere,quod Bald. in d.c.j.de confirmat.vtil.vel inutil.non id ſimpliciter dixit,ad quod ſuprà poſt alios multos citauimus. Sed illud quidem dicit,non valere precarium à teſtatore factum , quia nemo rem ſuam precariò rogare poteſt, vt eſt tex.licèt non alleget,in l.neque pignus. ff. de reg.iur. Tamen legatarius ob id precarium poterit,mortuo teſtatore,ingredi poſſeſsionem rei legatæ,ea ratione,quam nos ſuprà ex eo diximus. Et ita illud ipſius dictum ſequitur,& dicit egregium Iaſ.in l.nemo,col.vj. verſic. ſecundò adde.ff.de legat.j.in priore lect.& iterum in poſteriore,col.ix.verſi.ſecundò amplia. & in l. iuſtè poſsidet , col. pen.in prin.ff.de acq.poſſ.in ij.lec.& in l.hæreditas.C.de hær.inſti.

*Teſtator poteſt facere poteſtatē accipiē di legatum, & fideic. propria authoritate.*

5 ¶Illud autem planum eſt(vt id obiter dicam ſi quis fortè dubitet) poſſe teſtatorem dare facultatem legatario,& fideicommiſſario ingrediendi poſſeſsionem rei legatæ , aut fideicommiſſariæ propria autoritate,per l.Titia cùm teſtamento.§.j.& ibi gl.Bart.Bal.& Imo.qui eā dicit ſing.ff.de leg.ij.cùm ſi.à me latè collectis in commentariis conſuetudinum Pictauicarum,tit.*de teſtamens*,§.iiij.in gl. ij. in verbo,*ne vienne à l'heritier*,nu.3.fallit tamen primò.Idq; etiam tacitè , vt & ibi quoque copioſè diximus,nu.v.verſi.amplia ſecundò , & multis ſeq. Licèt multæ conſuetudines Galliæ repuguent , non facientes id ius teſtatori.

*Quid ſi teſtator cōſtituat ſe poßidere poſt mortem ſuam.*

6 ¶Sed nec id item omittendum ducimus , id quod ſuprà diximus , teſtatorem transferre poſſeſsionem,per huiuſmodi clauſulam conſtituti,intelligendum eſſe ſecundùm ea quæ infrà à nobis dicentur in ij.limit.ſcilicet ſi ſe conſtituat iam ex eo tempore,quo teſtatur,poſsidere nomine hæredis,vel legatarij,vel fideicommiſſarij.ſecùs ſi ſe conſtituerit poſſeſſorem poſt mortem ſuam : tunc enim id conſtitutum omnino eſſet inutile,inualidum,& inefficax,vt ibi latè dicemus.

7 ¶Sed nō intempeſtiuè quæremus,an cùm teſtator rem legatam tradidit, poſsit huiuſmodi legatum reuocare,& fructus ab ipſo legatario perceptos,quod ipſum intelliges ex Oldr.d.conſ.114.& Bar.& aliis in l.legatū.ff.de leg.2.Pau.Ca.conſi.393.ſubſtitutio,li.1.& aliis relatis à Catel.Cot.memor.incip. conſtitutum,verſi.confirmo per iſtud.& memor.incip.legatū factum à teſtatore.& Bened. in reper. c.Raynutius,in verbo,teſtamentum,le ij.col.ij.Aymo.Crauet.poſt Crot.in rep.rub.ff.de leg.j.nu.138. & quod priuatim ad fructus pertinet,vide quæ de fructibus donationis cauſa mortis ſcripſimus , in repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur.nu.278.incip.poſtremò quia cùm titulus.

VICESIMAQVINTA AMPLIATIO.

*Conſtitutū collegij an operetur translationem poſſeßionis.*

1 ¶Amplia viceſimoquintò,vt etiam procedat non ſolùm in certa,& ſingulari quapiam perſona ſeſe conſtituente poſsidere nomine alterius,ſed etiam in vniuerſitate,cōmunitate,ſiue collegio id ipſum faciente.Nam & per id conſtitutum etiam transfertur poſſeſsio, vti expreſsè conſuluit ex facto interrogatus Bal.conſil.ccccxxxviij.præmittendum eſt ad euidentiam:col.ij.verſic. & ad euidentiam præmittendum eſt,lib.j.Et ad hoc facit quod ſuprà de eccleſia diximus in xxiij.ampliati.

VICESIMASEXTA AMPLIATIO.

*Conſtitutū factum procuratori, an trāsferat poſſeßionem.*

1 ¶Amplia viceſimoſextò eorum reſpectu,quibus fit conſtitutum,vt non ſolùm id procedat, cum fit conſtitutum domino,ſed etiam cum fit procuratori eius,nomine ipſius.verbi gratia , vendo tibi vt procuratori Titij, & conſtituo me poſsidere nomine illo tuo procuratorio. Nam tunc etiam transfertur poſſeſsio in Titium dominum.Ita enim voluit Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col. antepenul. verſ.ſeptimò & vlt.& ibi Iaſon plenè char.pen.verſi.quintò principaliter,cum multis ſeq.ff.de vſuc. & idem Bar.in l.ab emptione,ad fi.& ibi quoque Bald.etiam ad fi.in vtraque lect.Ang.Imol.& Iac. à S.Georg.col.iij.ff.de pactis.idem Bar.in d.l.certè.ff.de precari.Bal.in d.l.j.col.ij.verſi.decimò quæro.C.quando lice.ab empr.diſced.& in l.vnic.§.ſin autem,in fi.C.de cadu.tol.& in c.j.§.item inueſtitura,tit.de feud.not.& in c.j.§.ſi facta,col.ij.ver.pone vendo tibi,tit ſi de feud.fuer.contr.inter do. & agna.& vt à multis citatur,conſi.inci.caſus talis eſt,quidam nomine Matthæus,ſed illud non potuit reperire Salic.in l.j.in fi.C.per quas perſo.nob.acq.Imol.in l.j.in fi.prin.& ibi quoque Raphaël Cor. col.pen.ver.ad hoc concludit,Rom.col.item pen.verſi.vlteriùs inquartū dicit Alex.col.pen. verſ.ex iſto dicto.& Iaſ.col.pen.verſ.adde ſecùs eſſe.ff.de acq.poſſ.& rurſus idem Imo.Rom.& Alex.& prętereà Franc.Aret.& Soci.in d.l.j.§.per procuratorem,quem Roma. legit cum §.hæc quæ de ſeruis, eo.tit.& Raphaël Co.& Pau.Ca.in l.quarundam,eo.quoque tit. Alter.Raphaël.Fulg.in l.j.C.eo. tit. Rom.in l.qui mihi donatum,col.ij.verſi.reſponde , quòd ſi hoc,ff.de donati.& in l.quod meo,in iij. no.& ibi Alex.col.j.ff de acq. poſſ.Cor.conſil.50.videtur in hac conſultatione,ante fi.lib.j. vbi dicit non eſſe tutum ab hac opi.in practica recedere.& iterum conſil.cxvij.multa eſſent, poſt princ.lib.ij. Barb.ſubobſcurè in c.ij.col.antep.verſi.in ea gloſſ.ibi,per claues,de conſuetud.Guid.Pap.dec. Delphi.cxij.in dicta curia,paulò ante fi.Socin.conſil.ccxxxix.punctus conſultationis,col.vlt.lib.ij. Vital. Camba.in tracta.clauſularum,char.xxj.in paruis in clauſula,conſtituit ſe precariò,&c.col.iij. verſic. ſi verò ipſe procurator,Iaſ.in l.quoties,col.iiij.ver.quintò principaliter.C.de rei vendi.Steph.Bertr. qui hanc dicit eſſe communem opi.conſil.cxxx.ponitur in facto , ante fi. lib. iij.Lancelo. Galiau.in rep.rub.ff.de verb.oblig.col.xlj.verſ.item ex prædictis.Lud.Gozad.con.xv.videtur prima facie.col. ij.verſi.tertiò,imò iſtud eſt.& iterum conſ.xvj.in hac cauſa,col.ij.nu.12.& quiſquis is eſt,qui addi.ad Salic.fecit,in l.traditionibus,in prin.C.de pactis,& ante hos non obſcurè videtur voluiſſe Ioa. And.

à nullo



à nullo tamen illorum citatus,poſt Din.conſ.xxxij.in addi. Speculatoris tit. de confeſsi. §. nunc videndum.verſi.quid ſi confiteor tuam eſſe.

2 ¶Hanc autem ſententiam adiuuant tex.in d. l. certè.§. j. ff. de precar. nam licèt is loquatur de caſu contrario,ſcilicet in procuratore , qui pro domino ſe conſtituit poſsidere nomine alterius , vt diximus ſuprà in prima ampliatione,verſic.vj.illud tamen dixerim : tamen eadem videtur eſſe ratio in eo,cui tanquam procuratori alter conſtituit,arg.illo à reciprocis,ſiue correlatiuis,quod fortiſsimum eſt in iure l.vlt.& ibi abundè Bar. Bal. Ang. & alij. recentiores & inter alios Iaſ.qui adducit multos concor.C.de indict.viduit.vti & ipſe facit in l.ſi priuſquam,col.pen. ff. de no. ope.nunci. & in auth. quas actiones,col.vij.verſ.tertiò principaliter.C.de ſacro.eccle.& conſ.cxij.in primis,col.j.ver.& in primis,lib.ij.Quid tamen dicendum ſit in procuratore conſtituente,vtrùm ſcilicet tranferat poſſeſsionem,videbis infrà in xiij.limitatione. *Probatio ex tex.*

3 ¶Sed vt principale noſtrum propoſitum proſequamur , ad eam quoque ſententiam affertur d.l.j.§. per procuratorem.ff.de acq.poſſ.vbi per procuratorem nobis acquiritur poſſeſsio.& d.l.quod meo. §.j.eo.tit.vbi procurator alienæ poſſeſsioni præſtat miniſterium.& in d l.quarundam, eo quoq; tit. vbi tantum operatur ficta traditio facta procuratori,quātum ea quæ facta eſt domino. dicitur enim ibi,nihil intereſſe inter vtranque,& ad hoc eum tex.expendit Raph.Co.ibi.& id quoq; probat tex. in c.accedens,de præb.vbi per inueſtituram(quæ & ipſa ficta traditio eſt.c.j.tit.quæ ſit inue.cùm traditio eſt,neque enim ſemper eſt,vt per Cano.in c.2.de conſuet.& in c.j.de reg.iur.lib.6.& Bal.in l.j. C.de donat.cùm ſi.)per inueſtituram,inquam,factam procuratori transfertur poſſeſsio in dominū. *Ad idem.*

4 ¶Atqui ſunt & alij multi contrariæ opinionis , vt ſcilicet per conſtitutum factum procuratori , non transferatur poſſeſsio,in quibus eſt Pet.à Bel.Per.& Bart.ſibi cōtrarius in l.j.C.per quas perſo. nob. acqui.Guil.Cun.in d.l.ab emptione,in fi.& ibi quoque Alber.col.2.verſ.quærit Guil.aliam.ff.de pactis.& idem Guil.in l.licèt,col.xj.C.de acq.poſſ. Bal. ſibi quoque contrarius , ſed ſubobſcurè in d.c. cùm veniſſet,col.j.ver.ibi,cùm is poſsideat,de reſti.ſpolia.& apertius in tract.de pactis,char.vij.col. ij.verſi.iuxta hoc quæro.Ang.in d.l.j.§.per procuratorem.ff.de acq.poſſ & in d.l.ſi is qui pro emptore,ante fi.& ibi etiam Imo.col.vlt.qui id dicit ſibi verius videri , licèt in d.l.ab emptione , cum Bar. tranſiſſet. & Paul.Caſt.in d.l.j.§.ſi iuſſerim , in fi.& iterum in d.l quod meo,in fi.ff.de acq.poſſ.Alex. ſibi item contrarius in addit.Bart.in l.qui mihi donatum,in fin.ff.de donati.Barb.latè conſil. viij. ſapienter doctiſsimus,col.xiiij.verſic.capio nunc aliud.& col.ſeq.lib.ij. *Qui contrarium tenent.*

5 ¶Horum ſunt plurima fundamenta:ſed hæc duo ſunt præcipua,ſcilicet l ea quæ ciuiliter.ff. de acq. rer.domi.vbi dicūt probari non poſſe,per procuratorem domino immediatè quæri, niſi per actum naturalem,& non ciuilem.Cuius autoritate Bar.in d.l.j.C.per quas perſ.dicit,quòd ideo per pactum legis commiſſoriæ , vel additionis in diem non quæritur dominium , vel poſſeſsio per procuratorem,quia is actus eſt ciuilis,per quem procurator quærere non poteſt domino,per d l.ea, quæ ciuiliter.& idem dicit per eandem.l.ipſe Bar.in l.qui mihi donatum,in fi.ff.de donati.& Ang. in d.l.j.§. per procuratorem.ff.de acq.poſſ. *An ex pacto legis cōmiſſoriæ , uel additionis in diem quæratur poßeßio per procuratorem, uide nu.7.*

*Reſponſio.*

6 ¶Sed ad id reſpondent alij,quòd ea.l.quæ vtitur verbo,generaliter,non debet intelligi , vt neceſſariò requiratur actus naturalis,vt procurator quærat domino:alioquin ei contradiceret d. c. cum veniſſet:ſed ita debet accipi,vt id plerunque fieri ſolet.Item quòd ead. l. poteſt intelligi in iis quæ naturaliter acquiruntur,id eſt,per inſtrumentum naturale regulariter acquiri conſueuerūt.nam ea regulariter quæruntur per liberā perſonam,non autem quòd,vt fiat acquiſitio, ſit ſemper neceſſarius actus corporalis,quia etiam ſufficit animus.d.l.certè.§.j.ff.de precari.Vel, vt alij dicunt)ea l.loquitur in iure,quod ſolùm per actum ciuilem quæritur,putà per ſtipulationem, aut alium ſimilem contractum:ſed hîc communiter fit per actum naturalem,ſcilicet per contractum emptionis,& venditionis:licèt contingat,quòd actus ciuilis cōſtituti,ſuppleat materiam actualis traditionis:vnde primordialis natura diſpoſitionis eſt attendenda,l.item veniunt.§.cùm prædixerimus.ff.de peti.hær. & no. gl.in l.certi condictio,in prin.ff.ſi cert.peta. Vel denique,vt alij,quòd traditio facta per conſtitutum, non eſt ſimpliciter ciuilis,ſed etiam naturalis,quia ſubrogatur in locum naturalis traditionis, d.l.j.§. ſi iuſſerim.ff.de acq. poſſ. At ſubrogatum cenſetur eſſe idem cum eo , in cuius locum ſubrogatur.l. Publius.§.Titia.ff.de condi.& demon.cùm ſi.Ex quo Bar.& alij.in l.poſtulante,per illum tex. ff. ad S.C.Treb.dicunt ſtatutum loquens in caſu vero,procedere etiam in caſu ficto ſubrogato in locum veri,vti etiam tenet Pan.in c.j.col.j.de arbit.

7 ¶Quod autem dicit Bar.in d.l.qui mihi donatum.ff.de donati.de pacto legis commiſſoriæ , & additionis in diē,certè illi contradicūt gl.& Bal.in d.l.j.C.per quas perſo.nob.acqui. Imo.qui hoc latè tractat in d.l.qui mihi donatum,col.ij.verſi.extra gloſſ.in quantum,& ibi Rom.col.ij.verſi.vlt. adde inquantum,& Alex.in additio.ipſius Bar.idem Imol. in l. ſtipulatio iſta §.ſi ſtipuler, col.pen.verſic. item adde circa quintam.& ibi item ipſe Rom.col.antepen.verſi.item inquantum dicit , ff. de verb. obligat.idem Rom.in l.j.§.hæc quæ de ſeruis. verſ.& deinde infert.ff.de acq.poſſ.Vital. Camb.in d. tractatu clauſula.vbi ſuprà nu.1.vti per eos videre poteris. *De eo quod ſuprà nu.5.*

8 ¶Alterum fundamentum eorum,qui contrarium tenent,id eſt,quia ſi priorem opin. admitteremus, concurrerent duæ fictiones,ſiue ſpecialitates,contra l.j.C.de dot.promiſ.cum ſi. Sed ad hoc reſpondet Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,quòd hîc non ſunt duæ fictiones , quia licèt traditio ſit ficta , tamen poſſeſsio eſt vera,& propria , per d.l.certè.§.j.de precario. Sed hoc ex eo dependet , quod ſu- *Alterum fundamentum eorum qui contrà tenent.*

prà tractauimus in j.ampliatio.an ſcilicet hæc poſſeſsio ſit vera,an verò ficta.

*Fictiones duæ concurrunt diuerſis reſpectibus.*

9 ¶Verùm quicquid ſit de ea re,poteſt dici duas fictiones hîc concurrere diuerſis reſpectibus, videlicet fictionem traditionis per conſtitutum,vel precarium,quod nemo negat:& fictionem repræſentationis domini per procuratorem:quia quod facit procurator nomine domini, non videtur dominus propriè facere,vt ſatis probatur ex l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar.& l.ſi pater, & ibi gloſſ.in verbo,ipſe feciſſe.ff.quæ in frau.cre.Din.in c.qui per alium.ff.de reg.iur.Bar.in d. l. ſi is qui pro emptore, in v.quæſt.prin.verſic.venio ad ſecundum ,& ibi Imo.char.vlt.de vſuca. cum concord. adductis ab Alexand.conſil.lxv.viſa quadam conſtitutione,col.ij.lib.iiij.& à me in legib.connubia.in glo.iiij. in verbo,*conſentement*,nu.27.& hoc quidem.

*Et quãdo procedunt ex diuerſis fontibus.*

10 ¶Ideo vel hîc dicendum eſt non verum eſſe,duas fictiones ſimul non poſſe concurrere:nam & contrà poſſe,probant alia multa iura adducta à Bart.in d. l. ſi is qui pro emptore, col. penult. verſic. in contrarium ſic arguitur:aut ſi verum eſt regulariter,vt plerique omnes dicunt,intelligitur , quando procedunt ex eodem fonte:quòd ſi ex diuerſis,ſecùs,per l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.& alia iura allegata ab ipſo Bar.qui & id ipſum tradit in eodem loco,& prætereà in l.gerit,col.vlt.ff.de acquir.hæred. cum concord.adductis à Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore,in fi.Hæ autem duæ fictiones procedunt ex diuerſis fontibus:altera enim reſpicit venditorem , qui eam traditionem fictam facit : altera ipſum procuratorem repræſentantem factum domini.

*Si tendant ad commodũ diuerſarum perſonarum.*

11 ¶Quanquam & ad hoc illud dici poteſt,tum demum duas fictiones ortas ex diuerſis fontibus poſſe concurrere,quando tendunt ad commodum , & vtilitatem diuerſarum perſonarum : nam ita propriè loquitur d.l.ſingularia,vt eam declarat Bart.in d.l.ſi is,qui pro emptore,col.pen.verſi.ij. caſu, & ibi quoque Iaſon col.item pen.ver.ſed ad iſtud.nam in ea ipſa l.ſingularia, pecunia fingitur data mihi fauore debitoris,vt ſit à me liberatus:deinde videtur à me ad te profecta fauore mei creditoris, vt te habeam ex mutuo in tantum obligatum. Niſi in hoc noſtro caſu diceres ſecundum ipſum Iaſonem,quòd etiam venditor liberatur per conſtitutum,ab obligatione tradendi rem venditam , ſecundum gl.in d.l.ab emptione.de quo nos latè diximus ſuprà in j.parte,num.7. ex illa autem,& iij. ſeq.Sed tu hîc vide quæ dicam inferiùs in iij.limita.

*Duæ itẽ fictiones concurrũt ad producẽdũ unum & eundem effectum.*

12 ¶Sed & illud quoque dici poteſt,poſſe duas fictiones concurrere ad producendum vnum , & eundem effectũ,vt eſt nonnullorum ſententia ita intelligentiũ d.l.ſingularia,& l.licèt.§.quoties.ff.de iur. dot.licèt ſecùs eſſet.ſi ageretur de producendis diuerſis effectibus circa idem,vt in d.l.j. C. de dot. promiſ.& in l.ſi ſeruus cõmunis.§.ſeruus capto,& ibi gl.ff.de ſtipul.ſer.Et ita voluit Ro.in d.l. ſingularia,col.j.in vlt.no.vbi tamen ſubiungit de hoc eſſe dicendum , vt per Salic.& ipſum Rom. in d.l.ſi is qui,pro emptore.At hîc de vno tantùm effectu quærimus,ſcilicet,acquirendæ poſſeſsionis.

*Alia tertia opinio,ut per conſtitutũ factum procuratori,et non domino, quæratur poſſeßio.*

13 ¶Cæterùm Io.Plat.in §.ex his itaque,ad fi.Inſtit.per quas perſo.nob.acquir.fuit hic in noua quadam opinione, vt ſcilicet per conſtitutum factum procuratori, & alios huiuſmodi actus fictos,non quæratur poſſeſsio domino,ſed procuratori,vt dicit ſcribi ab Angelo in l.per procuratorem. C. de acq. poſſ.vbi tamen nihil dicit Ang.in meo codice,nec hoc verum puto:nam procuratoris animus non eò fertur,vt ſibi quærat,ſed domino:ideo nec ſibi quærit , cùm poſſeſsio ſine animo non quæratur. l.j.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſ.& dicemus latiùs in xxx.limit.nu.53.ego verò, & ij. ſeq.nam & ſi eò animus ipſius ferretur,non tamen ſibi quæreret:tum quia non ei intendit quærere conſtituens , per ea,quæ dicam in ſeq.verſi.tum quia nullus contractus præcedit nomine ipſius procuratoris:ſed domini,cuius nomine ipſe contrahit : ex quo ſequitur non poſſe ex conſtituto in illum transferri poſſeſsionem,per ea,quæ dicam infrà in vj.limitati.

*Quid ſi conſtituentis animus erat conſtituere procuratori nomine proprio.*

14 ¶Quòd ſi ſequaris primam opin.quæ communior eſt,eam intellige,ſi conſtituens gerebat in animo poſsidere nomine illius procuratoris,cui eſt factum conſtitutum,tanquam procuratori domini , ſecùs in nomine proprio illius.Nam tum etiam ſi procurator intelligeret recipere nomine ipſius domini,tamen in eum non transferretur poſſeſsio vi huius conſtituti. cum id nec in poſſeſsione,quidẽ reali fieret.l.res ex mandato.ff.de acq.rer.domi.& l.pignori.§.vlt. ff. de vſucap. Et id multò magis, ſi neuter intendebat,vt quæreretur domino,etiam ſi procurator emeret propter mãdatum, & contemplatione illius.l.qui mihi donatum,& ibi gl.& doct.ff.de don.& gl.& doct.in l.j. C. de acq. poſſ. Et id expreſsè in conſtituto reſpondit Corn.conſi.vj.videtur in præſenti conſultatione,col.ij.verſic. & licèt per conſtitutionem precarij.lib.ij.vbi ſubdit poſt Bar.& Pau.Caſt.in d.l.qui mihi donatum, in dubio non videri animum quærendi domino,niſi ſit expreſſum.

*Sed quid ſi procurator nuncupatim accepit nomen procuratoris.*

15 ¶Quod poſtremum tamen (ne id omittam) ita intelligo, ſi ſimpliciter contraheret , non aſſumpta qualitate procuratoris , quia in dubio quis facere quicquam videtur nomine proprio , non alieno.l. Papinianus,& ibi gl.& Alber.ff.mand.cum aliis multis concor.à me collectis in tractatu Retractuũ, tit.j.§.x.gl.j.nu.3.ego cenſeo:Secùs,ſi aſſumpſerit titulum procuratoris alterius.nam tunc pro illo, ſiue nomine illius,cuius ſe dicit procuratorem,facere videtur,etiam ſi aliter non exprimat.l.vlt. ff. de inſtit.act.quæ quidem loquitur de inſtitore:ſed eam Bar. ibi trahit ad procuratorem. Et de procuratore quoque voluit gl.in l.quacunque,in verbo,procurator.ff.de procurat. cum aliis quoque concord.à me congeſtis vbi ſuprà,nu.5.ſed id intelligas,& ſeq.

*Quid ſi conſtitutũ dirigitur in dominũ abſentem.*

16 ¶Secundò intellige illam primam communem opin.cum conſtitutum dirigitur in ipſum procuratorem nomine domini,non etiam ſi in ipſum dominum abſentẽ : putà, ſi ego domum vendo Titio procuratori Mæuij,& eã me conſtituo poſsidere nomine ipſius Mæuij domini:tũc enim id conſtitutum non



tum non valet,nec transfert dominium,& poſſeſsionem in Mæuium, per l.quæcunque gerimus.ff. de actio.& obli.& no.à Bar.in l.j.in fi.prin.ff.de iure fiſci.de quo & tu vide latiſsimè per Rom. conſi. ccccxlj.præſens inſtrumentum,in j.& ij.dubio.

*Notarius debet ſibi ſtipulari pro emptore, & non ipſi emptori.*

17 ¶Nam & in notario ſtipulante pro emptore , aut donatario,vt ſcilicet,ſtipulatio concipiatur in perſona ipſius notarij ſtipulantis pro ipſo emptore,& non in perſona ipſius emptoris, voluerunt Guil. Cu.Bar.& Bal.in l.nec ei.§.eorum ff. de adopt.Ang.Aret.in §.cùm autem , colum.ij.verſic. quæro, quando tabellio , Inſtitut.de adopt.& in §.ſerui autem,colum.j.verſicu.quæro qualiter tabellio , Inſtit.de iur.perſon.Matth.Afflict.qui alios citat , in conſtitut.Siciliæ incip.baiulos,colum.xiij.verſicu. limita tertiò.

*Syndicus debet ſibi ſtipulari pro uniuerſitate,non ipſi uniuerſitati.*

18 ¶Et id nuncupatim in ſyndico quoque ſtipulante,& conſtitutum recipiente, vt ſcilicet , id recipiat nomine domini, id eſt,vt fiat conſtitutum ipſi ſyndico,nomine ſyndici non vniuerſitatis , reſpondit Corn.conſil.cxvij.multa eſſent diſcutienda,col.4.verſi.ponderandum eſt,eo.lib.2. de quibus & tu vide gl.Bart.Imo.& alios doc.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verb.oblig.& Bal.in l.j.col.2.verſi. circa primum.C.per quas perſo.nob.acqui.

VICESIMASEPTIMA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ factum negotiorũ geſtori, trãſfert poſſeßionem.*

1 ¶Amplia viceſimoſeptimò,vt id etiam procedat,cùm fit conſtitutum negotiorum geſtori:nam & tunc ex eo transfertur poſſeſsio,in eum cuius negotia gerit,ſecuta ratihabitione, vt nuncupatim, & in hac ſpecie reſpondit Din.conſil.xv.hoc capite,quæſtio talis eſt,nam ratihabitio, inquit , æquiparatur mandato l.vlt.C.ad S.C.Macedo.& c.ratihabitionem,de reg.iur.lib.6. Refert, & ſequitur Iaſon in l.ſi is qui pro emptore,col.antepen.verſi.contrarium.ff.de vſuca.Et idem non obſcurè voluit Bart.cuius Iaſon non meminit.conſil.ccvj.inter procuratorem. Sed id intellige, vt poſteà dicemus in xxx.limitatione,de notario ſtipulante nomine alterius abſentis.

VICESIMAOCTAVA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ quoque factũ ſeruo.*

1 ¶Amplia viceſimooctauò,vt id ſimiliter procedat, ſi fiat conſtitutum ſeruo : nam per huiuſmodi conſtitutum transfertur poſſeſsio in dominum ipſius ſerui.Id quod minimè dubium eſt,cùm tex.in id expreſſum habeamus in l.qui à ſeruo.ff.de actio.& oblig. vbi gl.id intelligit procedere , non ſolùm ex cauſa peculiari,ſed & dominica,per l.quod ſeruus,& l.ſi me in vacuam.ff.de acqui.poſſeſſ.

VICESIMANONA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ itẽ factũ eccleſiæ.*

1 ¶Amplia viceſimononò,vt procedat etiam cùm fit conſtitutum eccleſiæ, videlicet cùm quis conſtituit ſe poſsidere nomine eccleſiæ.nam & tunc in illam transfertur poſſeſsio, & conſequenter dominium , vt expreſsè voluit Bart.in auth.ingreſsi,col.2.verſic. ſed quæro circa hoc vnum, C. de ſacroſ.eccle.

TRICESIMA AMPLIATIO.

*Conſtitutũ factũ primo, & ſecundo donatario an uim habeat in ſecundum.*

1 ¶Amplia trigeſimò,vt etiam in ſecundum donatarium , nedum in primum tranſeat hæc poſſeſsio conſtitutitia:verbi gratia,Petrus donat Paulo rem quampiam, quandiu vixerit , & poſt eius mortem,Andreæ,iuxta l.quoties.C.de dona.quæ ſub mo.& eorum nomine ſe conſtituit poſsidere.Certè non ſolùm in Paulum primum donatarium transfertur poſſeſsio vi huius conſtituti,ſed & in Andream poſt mortem Pauli.ſi credimus Phil.Dec.qui ita multis rationibus tenuit,conſi.ccxxxix.primò non videtur,col.3.verſi.memini me,cum multis ſeq.vſque ad fi.eius conſi.

*De eadem re.*

2 ¶Verùm contrarium ex diametro tenuit Guid.Pap.Deciſ.Delph.512. Titius bona ſua donauit , his rationibus motus:quoniam dominium,& poſſeſsio fuerunt tranſlata in primum donatarium vi illius conſtituti:ideo non potuerunt ab eo,vel eius hæredibus auferri , ſine eorum voluntate, l. ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſſ.& l.quoties.C.de preci.imper. offer. Sed hæc ratio non admodum mihi placet,quia ab initio iſtius donationis primus donatarius,cui ea lege res ita donata eſt,conſenſum præſtitit,vt in alterum donatarium dominium & poſſeſsio transferretur,cùm illam ea lege acceptauit.nam vel totam eam refutare,ac renuere:vel totã,vti ea facta eſt, acceptare debuit.l.Gaius. ff.de manumiſ.cum aliis multis ſimilibus à me cumulatis in tractatu Retractuum, tit.ij. in fin. nu.4. huc quoque ſpectat.& ſeq.Ideo nihil hîc eſt,quòd morari debeamus aliam huius donatarij, vel hæredum voluntatem.

*De eadem re.*

3 ¶Ideo ipſe Guido aliam reddit rationẽ,quia adueniente conditione,qua res donata eſt ſecundo donatario,non poteſt fieri retrotractio reſpectu ipſius poſſeſsionis,ad tẽpus quo donatio facta eſt : quia hoc tẽpore conditionis impletæ,donator non iam rem ipſam poſsidet : & ideo nõ poteſt transferri poſſeſsio per illud ipſius conſtitutũ,per ea quæ notat Ang.in l.quamuis.§.j.ff. de acq. poſſ. cum aliis infinitis concor.à me adductis infrà,in j.& ij.limit.Et ſi aliter,inquit Guido, diceremus, ſequeretur illud abſurdum,vt ſcilicet dominium eiuſdẽ rei eſſet ſimul penes duos in ſolidum , contra l.iij.§ .ex contrario.ff.de acq.poſſ.& l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculũ.ff commod.Et tandem reſpondet ad d. l.quoties.C.de don.quæ ſub mo.quæ videbatur huic ſententiæ aduerſari,vt ibi per eum videbis.

*De eadem re.*

4 ¶Nec ſolus fuit Guid.Pap.in hac opi.nam & idem quoque , eo non memorato, conſuluit ex facto Steph.Bert.conſi.cclxxvj.Chriſti,& c.viſo caſu mihi exhibito,col.2.nu.4.lib.1.nam,inquit,eo tempore conſtituens,non eſt futurus poſſeſſor,quæ eſt poſterior ratio Guid. Et ante vtrunque iſtud reſpondit Corn.conſi.clxxiij.in præſenti ſtipulatione,col.5.in fi.verſi.ſed nihilominus hoc nõ obſtante,lib.2.Et ſecundum hanc ſententiam fuit nuper iudicatum in noſtra decuria Senatus Pariſienſis, die ix.Martij anno domini 1548.inter magiſtrum Ioannem Burgeſium,& Ioannem Chazereum.

TRIGESIMAPRIMA AMPLIATIO.

1 *Conſtitutũ etiã reſpectu uniuerſitatis bonorũ operatur.*

¶Amplia trigeſimoprimò, vt vis huius conſtituti obtineat, non ſolùm in tranſlatione rei cuiuſpiam ſingularis, ſed etiam in alienatione, & obligatione vniuerſitatis bonorum: vt ſi ego dono, vendo, obligo vniuerſaliter omnia bona mea, vel quotam bonorum, & conſtituo me poſsidere nomine emptoris, donatarij, vel creditoris. Licèt enim aliter ea bona non exprimantur, tamen transfertur poſſeſsio, vt voluit Iac. But. in auth. hoc, ſi debitor. C. de pigno. Bar. in l. qui pignoris. ff. de acq. poſſ. & in l. Celſus, col. iij. verſic. ſed pone quod debitor. ff. de vſuc. Bal. in l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem. C. de donat. trahens illum textum loquentem de retentione vſusfructus in donatione vniuerſali, ad conſtitutum, dicitque illum textum eſſe ad hoc notandũ. & in l. nullo, ante fi. C. de rei vendi. Angelus conſil. cvj. quædam mulier, in fi. iunctis præcedentibus. Raph. Com. in l. quod meo, col. vlt. verſi. item poſſet dubitari. ff. de acq. poſſ. Ang. Are. in §. actionum, col. vj verſi. quæro iam eſt menſis, & verſi. ſeq. Inſt. de actio. & Iaſ. in l. iij. §. incertam, col. vlt. verſi. ſextò no. ff. de acq. poſſ. & conſil. cxlvj. præſens conſultatio, col. ix. verſi. quia dico, lib. ij. Matth. Affli. deciſi. Neap. 139. magna fuit dubitatio. col. vlt. verſi. dicebant quidam. Lancel. Galiau. in repe. rub. ff. de verb. oblig. col. xlj. verſ. item ex prædictis. Et hoc quoque ſatis voluerunt omnes, quos in ſeq. ampliat. citabimus.

2 *Qui tenẽt contrarium. Horũ rationes.*

¶Tamen Laur. Calca. primus, & nullo (quod ſciam) præeunte, conſil. xxix. in Chriſti, & c. magnificus dominus Rolandus, col. iij. verſi. quantum verò ad conſtitutum, auſus eſt, & is quidem ſolus, tenere contrarium, his propemodum rationibus. Primùm enim, ait, vt transferatur poſſeſsio per conſtitutum, neceſſaria eſt illius ſcientia, cui acquiri debet, vt voluit gl. j. in l. quod meo. ff. de acq. poſſeſſ. Cui (quantum ad id) adde quod & nos dicemus infrà in xxx. limitat. verſi. liij. ego verò vt iudicium, & multis ſeq. Sed in huiuſmodi conſtituto generali, is cui fit ipſum conſtitutum, veriſimiliter non habet ſcientiam omnium rerum.

3 *Ad idem.*

¶Item quia nec conſtituens tradere, nec accipiens acquirere poteſt quod incertum eſt, l. locus. ff. de acq. poſſ. & l. emptor, & ibi no. ff. pro empt. incertæ enim rei poſſeſsio acquiri non poteſt, l. iij. §. incertam. ff. de acq. poſſ. id quod propè incidit in priorem rationem. nam poſſeſsio acquiri non poteſt ſine animo eius cui quæri debet, l. j. §. adipiſcimur, & ibi doctores, & l. iij. in prin. ff. de acq. poſſeſſ. & dicemus pleniùs in verſi. nuper allegato. Animus autem ad ignorata applicari non poteſt: ergo nec eorum poſſeſsio acquiri poteſt.

4 *Ad idem.*

¶Denique vt redeamus ad Calca. illud confeſtim abſurdum ſuboritur, ſi id recipimus: nempe quòd is, qui huiuſmodi conſtitutum fecit, ſi ſpolietur rerum ſuarum poſſeſsione, aut in ea turbetur, nullum poterit intentare interdictum. Et illud quoque, quòd ille ita conſtituens nunquam poterit præſcribere contra creditorem, etiam per xl. annos: quoniam contra poſsidentem nulla currit præſcriptio, vt no. gl. in §. item Seruiana, in verbo, nihil intereſt, Inſtit. de actio. Subdítque Calca. quòd ſi doctores has rationes cogitaſſent non eam ſententiam ſecuti fuiſſent: quam veluti aliud agentes, & in tranſcurſu, ac nulla animaduerſione, ſed id deliberatè tenuerunt, imò magis præſuppoſuerunt, vt ipſe loquitur.

5 *Reſponſio ad eas rationes.*

¶Verùm hæ Calca. rationes non tanti mihi eſſe videntur, vt illos à priori ſententia dimouiſſem. nam prima non neceſſariò concludit: nõ enim impoſsibile eſt, licèt difficile ſit, ſcire omnes alterius facultates. Iſtudq; eſt magis quæſtio facti, quàm iuris: nec requiritur ſpecialis ſcientia rei, vt ipſius poſſeſsio acquiratur, ſed ſufficit in genere: alioquin nunquam acquireretur rei non viſæ poſſeſsio: quod falſum eſt. Et aliàs videmus ſcientiam, vel cogitationem genericam, vt ita loquar, ſiue in genere, ſatis eſſe, l. qui iure militari, & ibi Bald. & Ang. ff. de milit. teſt. & voluerunt Petr. Din. & Bart. in l. ſub prætextu, la ij. C. de tranſac. Bart. in l. ſi de certa, circa medium, eod. tit. cum infinitis propè concord. à me congeſtis in repet. l. ſi vnquam, in præfatione, num. 78. horum præcipuum, cum duobus præceden. verſi. C. de reuo. dona. Et faciunt quæ dicemus inferiùs in ſeq. ampliatione, in qua loquemur de conſtituto appoſito ſuper rebus futuri.

6 *Reſponſio.*

¶Secunda autem ratio Calca. in idem quod iam diximus recidit. At quod tertio loco dictum eſt, facilè dilui poteſt. Nam & ſi conſtituens non poſsit intentare interdictum aduerſus eum, cui conſtituit, poteſt tamen aduerſus alium: vt eſt tex. expreſſus in l. qui precariò. ff. de precar. & l. j. §. vlt. cũ l. ſeq. ff. vti poſsid. cum ſimil. Et præthereà hæc ratio nihil mouet, quando & ea, ſi conſideranda eſſet, haberet locum in conſtituto rei particularis: & tamen non impedit poſſeſsionis tranſlationem.

7 *Reſponſio.*

¶Aliud abſurdum eadem ratione nihil obeſt, cùm etiam in conſtituto rei ſingularis procederet. Et quia etiam is, cui factum eſt conſtitutum, per lapſum decennij perdat poſſeſsionem, niſi eam realiter appræhendat, vt voluerunt Bal. Io. Caſtel. Signo. Homo. & alij plerique inter conſ. ipſius Bal. con: cl. caſus actualiter, lib. ij. Sed tu tamen de hoc vide quod dixi ſuprà in xiij. amplia. nu. 7. ſcio tamen, & quæ latiùs dicã in 21. limita. Vt interim ſcias Mediolani ſtatutũ eſſe, ne ex cõſtituto generali omniũ bonorum transferatur poſſeſsio, vt videbis apud Fran. Cur. Iunior. conſ. cviij. Sacratiſsimæ Trinitatis, col. 3. verſi. ex præmiſsis remanet, lib. 2. vbi declarat quomodo id ſtatutum ſit intelligendum.

TRICESIMASECVNDA AMPLIATIO.

1 *Conſtitutũ etiã in bonis futuris, trãsfert poſſeßionem.*

¶Amplia triceſimoſecundò, vt huiuſmodi conſtitutum, ſiue precarium habeat vim transferendæ poſſeſsionis non ſolùm in bonis præſentibus, & iam quæſitis, ſed & in futuris quoque, & quærendis: vt ſi quis donet omnia ſua bona præſentia, & futura, atque ſe conſtituat poſsidere pro donatario, nã tunc ex huiuſmodi conſtituto, transfertur poſſeſsio bonorum illorum futurorum, tum cùm erunt





acquiſita, ſicuti & nunc præſentium. Ita enim voluit Iacob. Butr. in d. l. vlt. & ibi quoque Bart. in fin. qui tamen nonnihil nutat, & Salic. etiam in fi. C. quæ res pigno. oblig. poſſ. & idem Bart. conſ. lxxvj. punctus talis eſt, pater filio emancipato donauit. Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in xxj. quæſt. & in d. l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem. C. de donat. Ang. vt à multis citatur in l. j. in princ. ff. de pigno. ſed id non dicit in meo Codice, nec vllo modo loquitur de conſtituto. ſed id quidem voluit conſil. clxxix. viſis prædictis inſtrumentis, col. iiij. verſ. vbi autem interueniſſet. & in ſua diſputatione incip. in refulgenti deliciarum palatio, col. iiij. verſ. ſed incidẽter quæri oportet. Salic. in l. ij. circa med. verſ. quæro vendidi Titio. C. de contrah. empt. Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ad fi. & ibi Alex. col. vij. verſ. & præſupponitur, ff. de verb. oblig. Raph. Com. conſ. liiij. Leonardus, col. ij. Alex. in l. iij. §. incertam, col. iij. verſ. extra gl. inducitur, & ibi quoque Fran. Aret. col. ij. verſ. dicit etiam dominus meus, & Soci. qui dicit hanc eſſe communem opin. col. ij. verſ. & iſta inducuntur, & iterum col. vlt. verſi. quinta & vltima, & Iaſ. in vtraque lectu. ſcilicet in priori, col. ij. & in poſteriori, col. vlt. & Clau. Aquen. verſ. & inducuntur prædicta, ff. de acqu. poſſ. idem Alex. conſ. lxxxv. ponderatis, col. vlt. verſ. nec inſiſto, lib. vj. vbi & hanc dicit eſſe communem opi. Ang. in §. actionum, col. v. verſ. hinc ſumpta occaſione, Inſtit. de act. Barb. in c. vlt. col. pen. verſ. ſed vtrùm iſtud, extrà de preca. Soci. conſ. xj. in cauſa dominæ Catharinæ, verſ. non omitto quod Iacobus, li. iij. Io. Petr. in l. ab emptione. ff. de pact. Iaſon conſ. cxlvij. præſens conſultatio, col. ix. verſ. nec dicatur quòd tale conſtitutum, lib. ij. vbi & hanc item dicit communem opi. Vital. Camb. in tracta. Clauſularum, in clauſula conſtituti, col. pen. verſi. item hæc clauſula conſtituens, Carol. Rui. conſ. clxxvij. viſis, & intellectis, col. ij. num. 3. lib. 1. & iterum conſ. cxxvij. viſa facti narratione, col. iiij. verſi. præthereà incertitudo, lib. v. Matthę. Afflict. deciſ. Neapo. xxxvij. quædam Altruda, col. iij. verſ. ſed in contrarium. iterúmque deciſ. cccxxxv. pro deciſione, col. iij. verſ. aut quis obligat, vbi dicit ita iudicaſſe ſacrum conſilium Neap. And. Alcia. in l. ſubſignatum. §. vlt. ff. de verb. ſign. & in l. vlt. in verbo, neque donationes, col. ij. C. de pact. & Franc. Ripa in l. j. col. j. verſ. ampliatur tertiò. ff. de pigno. Anto. Neguſa. in tract. de pign. in ij. parte, ij. membro, col. j. num. 3.

*Huius opi. rationum fundamenta.*

2 ¶Horum ſunt multæ rationes, quibus ad id dicendum innituntur. Primùm enim id probare videtur textus in d. l. quamuis, in prin. ff. de procur. vbi ſi me conſtituo poſsidere precariò ancillam quãpiam, extenditur id precarium ad partum naſciturum. Quem tex. ad hoc adnotauit Imo. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. Sed huic rationi facilè reſponderi poteſt: nempe quòd in caſu illius legis illud futurum, ſcilicet partus, eſt acceſſorium rei præſentis, ſcilicet ancillæ: imò eius pars eſſe dicitur, l. j. §. ex hoc edicto. ff. de ventre inſpic. Ideo nihil mirum, ſi ipſum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis. l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & ibi concor. aut (vt veriùs dicam,) ſi pars ſuũ totũ ſequatur. l. quę de tota. ff. de rei vend. cum ſim. Alia autẽ bona futura quę ſcilicet poſt conſtitutum acquiruntur, nihil habent cõmune cum præſentibus, nec ab illis vllo modo depẽdent.

*Alia ratio.*

3 ¶Ideo & huius opi. ſectatores alias rationes afferunt, hãc, ſcilicet, quæ in ſimili verſatur. Nam quamuis id, quod nõdum eſt in rerum natura, non poſsit in diſpoſitionẽ acquiſititiam deduci. §. at ſi quis, Inſtit. de inut. ſtipul. tamen ſi re ipſa deductum fuerit, tunc diſpoſitio illa acquiſititia incipit operari effectum acquiſitionis, cùm primùm illud incipit eſſe in rerum natura. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & l. & quæ nondum. ff. de pign. & l. j. ad fi. ff. de condit. & demonſt. & l. interdum. ff. de acq. hæred. & §. ea quoque, Inſtit. de legat.

*Alia ratio.*

4 ¶Et hanc quoque rationem afferunt, quæ depromitur ex d. l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem C. de donat. vbi per retentionem vſusfructus bonorum vniuerſalium transfertur eorundem poſſeſsio. quem tex. & nos ex Bal. adduximus ſuprà in præceden. ampliat. Igitur ſi bonorum vniuerſalium, conſequenter & futurorum, vt plurimi etiam eum tex. intelligunt. Item, inquiunt, nulla lege prohibitum eſt fieri conſtitutum reſpectu bonorum futurorum: ergo permiſſum eſſe videtur: quia quæ prohibita non ſunt, permiſſa eſſe cẽſentur. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cauſ. maio. & l. magiſtratus. ff. ad municip. & vtrobique gl. quæ afferunt concordant. & præterea gl. in l. qui reſtituere, in glo. vlt. ff. de rei vend. quam in ſuo caſu dicit ſingu. Bal. conſ. cxlj. præmiſsis verbis, col. ij. verſ. conſidera quòd appellatio, lib. j. Sed ad priorem illam rationẽ dicunt ij, qui ſunt alterius opi. quos ſtatim citabo, eum tex. in d. §. ſed ſi quidem, nihil exprimere de futuris, ideo ex eo id non probari ad quod citant. Ad poſteriorem dici poteſt, id ſatis prohibitum eſſe per rationes, quas mox afferemus.

*Permißũ cenſetur quod nõ eſt prohibitũ.*

5 ¶Sunt igitur plurimi alterius ſententiæ, vt ſcilicet, conſtitutum non operetur tranſlationem poſſeſsionis in bonis futuris: & inter hos Dynus in l. hæredes palàm. §. vlt. ff. de teſta. Bal. ſibi contrarius, in l. j. §. vlt. quem legit cum l. ſeq. ff. pro ſocio, in lectu. antiqua, per gl. ibi, quam dicit ſing. & idem Bald. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & ibi etiam Angel. ſibi item contrarius, col. ij. verſ. quinimo & hìc doct. ff. de verb. oblig. idem Bal. in c. cùm veniſſet, paulò ante fi. de reſtit. ſpol. vbi & huius rationem reddit, quia non poteſt alij prius poſsidere, quàm ſibi. & conſi. cccxxxvij. in primis videndum eſt, col. j. lib. j. & conſ. clxvj. à libello, verſ. ſed hìc aduertendum, lib. iiij. Ipſe Angel. in l. vlti. col. quoque vlt. verſ. ego aliàs dixi. C. de pact. Petr. Vbal. in repet. l. cùm duobus. §. Papinianus, char. ix. verſi. circa quartam partem. ff. pro ſoc. Roma. in d. l. iij. §. incertam. ff. de acq. poſſ. & in l. quamuis. §. j. verſ. & hoc facit, eo. tit. Corn. conſi. cclij. primò videndum eſt, col. ij. verſi. item dato, quòd omnia bona, & iterum col. iiij. verſ. & hoc etiam confert, lib. iij. Bartol. Cæpol. qui id dicit ſing. in l. irritam, quæ eſt vlt. colum. xviij. in paruis, verſi. & adde prædictis: C. de vſucap. pro donat. Guid. Pap. conſ. ccxiiij.

*Qui cõtra tenent, futurorũ non quæri poſſeßionem ex conſtituto.*



GRANADA

circa materiam,col.iij.verſ.item licèt quia per talem. Bart.Chaſſ.conſ.39.pro deciſione,in ij.dubio, in fi.Matthæ.Afflict.deciſ.Neapo.cccxxix.magna fuit,col.iij.verſ. & hæc vera ſunt.

6 ¶Et horum item ſunt plurimæ rationes.Nam futura nondum poſſeſſa verè tradi non poſſunt, vt quæ nondum poſsideantur ab eo,qui tradere vult per conſtitutum. nemo enim dat quod non habet,l.traditio.ff.de acq.rer.domi.cum ſimi.debet enim eſſe aliquod corpus,quod tradi queat,l.quòd ſi nulla,ff.de hæred.vel act.vend.Et cùm id verè fieri non poſsit,nec fictè quoque poteſt:cùm fictio non poſsit plus operari,quàm veritas,l.liber homo.ff.de ſtipul.ſeruo.& l. lectio. §. ſi is. ff. de noxa. actio.& l.adoptio.ff.de adopt.cũ ſim.Ex quo fit,vt quãuis ex contractu ſocietatis trãſferatur dominiũ rerum præſentiũ,quia videtur interueniſſe ficta quædã & tacita traditio : non tamen futurorũ, l.j.§.vlt.cum l.ſeq.iuncta gl.vlt.& l.j.ff.pro ſocio.Et maximè quòd gl.in d.l.ij.videtur æquiparare illam tacitam traditionem,quæ ex ſocietate fit,precario,vel conſtituto.

*Societas non transfert dominium rerum futurarum.*

7 ¶Sed ad hanc rationem poteſt reſponderi,& ad id primum quod primo loco dictum eſt,per huiuſmodi conſtitutum non continuò transferri poſſeſsionem rerum futurarum, cùm eas conſtituens nondum habeat,ſed tunc cùm incipit habere & poſsidere,ipſum conſtitutum quod in tempus conferebatur,vires transferendi aſſumere,vt paulò mox dicemus. Et ad id quod continenter dictum eſt de ſocietate,id reſpondent,quòd in huiuſmodi contractu illa ſimplex,& tacita traditio non compræhendit bona futura,vt patet ex l.ſi quis ſocietatem,ff.pro ſocio.Hîc autem conſtitutum expreſſè interponitur ſuper bonis futuris.

*Reſponſio ad eas rationes.*

8 ¶Quòd ſi quis aduerſus hanc reſponſionem inſurgat,dicátque ſocietatem omnium bonorum eſſe eius naturæ,vt reſpiciat communicationem etiam futurorum,nedum præſentium,l.iij.§.cùm ſpecialiter.ff.pro ſoc.ergo actus ineundæ ſocietatis qui habet vim conſtituti (vt dictum eſt) pariter reſpicit præſentia,& futura,vt æqualis ſit determinatio.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupi.Huic reſponderi poteſt,ipſum actum ineundi ſignificare bona præſentia & futura quæſita nomine ſocietatis, eſſe communia,per d.§.cùm ſpecialiter:ſed bona futura quæſita nomine proprio, eſſe communicanda, l.ſi ſocietatem vniuerſorum,& l.ſi fratres.§.ſocium vniuerſa,eod.tit. Ex quo & alia ſolutio infertur: quia ex fictione eſt,vt actus ineundæ ſocietatis,prout habet vim tacitæ traditionis,extendatur ad futurũ tẽpus,quo bona quæruntur,& eſſet alia fictio,vt mediante(vt noſtri loquuntur)illo actu transferatur poſſeſsio:& ſic concurrerent duæ fictiones,contra no.in l.j.C.de dot.promiſ.cum ſimi.

*Replicatio.*

9 ¶Sed & ad hanc poſteriorem opi.illud adducitur , quòd conſtitutum non transfert poſſeſsionem, niſi conſtituens tempore conſtituti poſsideret,etiam ſi poſtea poſsideat:vt latè dicemus infrà in j.limit.præſertim verſ.xij.tertiò amplia.Præterea res futura incerta eſt ratione quotæ , & loci. nemo enim certò ſcit,quam rem quæſiturus ſit,neque vtrum pro parte,an in totum:ideòque nec eius poſſeſsio transferri poteſt.d.l.iij.§.incertam,& l.locus.ff.de acqu.poſſ.& id præſertim per conſtitutum, vt latè dicemus infrà in xix.limit.

*Alia ratio.*

10 ¶Sed ad illud primum ſatis reſponſum eſt ex præcedentibus:quibus tamen addes quæ & nos dicemus in d.j.limitat.verſ.xiiij.verùm huius contrarium,& ij.ſeq.Ad ſecundum quod de incertitudine eſt,reſponderi ſolet,eam incertitudinem ceſſare,cùm primùm bona ſunt poſteà quæſita:ſicut dicimus,quando quis emit fructus naſcituros.nam ipſis poſteà natis non dicitur empta res incerta.l. interdum in prin.ff.de verb.oblig.& l.nec emptio.ff.de contrahen empt. Is autem , qui ſe conſtituit poſsidere bona futura pro altero,videtur tunc ſe poſsidere pro illo conſtituere,cùm ea fuerint quæſita,quo tempore res certa eſt reſpectu quotæ,& loci. Et id tempus, in quod conſtitutum refertur, inſpici debet,l.ſi eum.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.in tempus in princ. ff. de hæred.inſtit.& nos quoque dicemus infrà in iij.limit.nu.3.

*Reſponſio.*

*Tempus in quod actus refertur inſpicitur, non ipſius actus.*

11 ¶Præterea & illud quoque reſpondere poteſt ad eam incertitudinem , quòd licèt ab initio ſit quædam incertitudo reſpectu rerum particularium,eſt tamẽ certitudo reſpectu vniuerſi,tam bonorum præſentium , quàm futurorum : quæ facit vt bonorum vniuerſalium præſentium transferatur poſſeſsio:quod minimè dubiũ eſt,vt patet ex iis,quæ diximus in præcedenti ampliatione,licèt ſit quædam incertitudo reſpectu particularium in vniuerſis compræhenſorum. Et aliàs ſufficit generalis certitudo,arg.l.qui iure militari.ff.de teſta.milit.vt etiam diximus in ea præced.ampliat.verſ.verùm hæ Calc.rationes.In dictis autem legibus quæ à poſſeſsione reiiciunt incertitudinem,erat incertitudo reſpectu rei particularis,nec erat certitudo in vniuerſo.

*Alia reſpõſio.*

12 ¶Porrò ſi priorem opin.teneas,quæ communior eſſe videtur , & quam in practica ſequi ſolemus: eam intelliges primùm ex ſententia Bal.in d.rub.C.de contrah.empt.in xxj.q.vt procedat, quando ille,qui ita conſtituit,poſteà acquirit bona illa futura eo animo,vt acquirat conſtitutario. ſecùs eſt, ſi eo animo,vt ſibi,non illi acquirat.Tum quidem primum per text.quẽ ad hoc dicit not.in l.actione.§.quòd ſi quid poſt,ff.pro ſocio:tum quòd in quærendis poteſt quis præiudicare ei,cui acquirere debuit,per tex.in l.vlt.C.de acqu.poſſ.Cui adde quantum ad hanc poſteriorem rationem,multa in eandem ſententiam congeſta à Barb.conſ.xlj.illud afferam,col.xvj.verſ.item eſt ponderandum, & ſeq.lib.1.& Felyn.in c.quę in eccleſiarum,col.xix.verſ.& iſta conſideratio,de conſtit.& Iaſ.conſ.236. an rex Romanorum,col.iiij.lib.ij.Phili.Dec.in l.ſeruus.C.de pact.& conſi.cclxix.conſultus, col. iiij. verſ.& hoc præſertim,& à me in commentariis conſuetud.Picta.tit.ij.§.vlt.in gl.iiij.

*Quærenda facilius tolli quã quæſita.*

13 ¶Sed & idem quoque in hoc noſtro caſu tenuit ipſe Bal.in d.l.actione,§.renunciare , per tex.in d §. quòd ſi quid poſt quem etiam dicit no.Et vtrobique dicit idem reſpondiſſe Franc.Tigr.ſuum præceptorem,

*De eadem re.*



ceptorem,monétque menti tenendum eſſe.Et idem præterea tenuit Rap.Com.in d.l.quod meo,in princ.col.vlt.paulò ante fi.ff.de acq.poſſ.& Franc.Aret.in d.l.iij.§.incertã,col.ij.vbi ſuprà citauimus, & ibi quoque Soc.col.vlt.verſ.tertia difficultas,& Claud.Aquen.verſ.hanc tamen concluſionẽ , vbi ad hoc alleg.tex.in l.j.§.per procuratorem eo.tit.vbi per procuratorem tum demum nobis acquiritur poſſeſsio,ſi ea mente id fecerit.& Ludo.Bolog.in l.ſi à Titio.ff.de rei vend.in nouis interpret.

14 ¶At contra id expreſſè tenuit Sali.in d.l.ij.col.j.circa medium,in verſi.quæro vendidi Titio. C. de contrah.empt.& in d.l.actione.§.quod diximus.ff.pro ſoc.ea ratione innixus,quia eo momẽto quo conſtituens ſibi quærit,conſtitutum vires recipit in quæſito:nec poteſt ipſe conſtituẽs mutare propoſitum & renunciare rei quæſitæ inuito conſtitutario,arg.l.ſicut.C.de act.& oblig.& l.in commodato.§.ſicut.ff.de commod.Licèt è diuerſo ipſe conſtitutarius ei renũtiare poſsit.l.Lucius.ff.de don. & l.cùm precariò,ff.de preca.Et hanc quoque partem ſecutus eſt Alex.in d.§.incertam, paulò ante fin.& Antonius Cochus inter conſi.Socin.conſil.lxxvij.repetito,in fi.lib.iiij.& Barb.in c.vlt. col.pe. de precario.

*Qui contrà tenent.*

15 ¶Ad contrarias autẽ rationes reſpondet Salic.vbi ſuprà primùm ad d.l.actione.§.quòd ſi poſt,quòd ibi certè ſocietati renuntiatur.quod fieri poteſt:at conſtituto non poteſt,vt dictum eſt.In d.autem l. vlt.C.de acq.poſſ.colonus,nec ſibi nec alij vult quærere.Sed hîc ſibi vult quærere:& ſibi quidẽ quærendo,in conſequentiam quærit conſtitutario ex contractu præcedenti.à quo reſilire non poteſt inuito eo,cui ex eodem contractu quæri debet.id eſt,vt aliter dicam,quis poteſt alteri præiudicare in quærendis,dum ſibi non acquirit:ſed ſibi quærendo non poteſt,& id credo verius.

*Contrariarum rationũ reſpõſio.*

16 ¶Quod tamen intelligit idem Alexan.in d.§.incertam,in illis ipſis terminis,in quibus ſuprà locuti ſumus,cum ſcilicet acquirit animo ſibi acquirẽdi,non conſtitutario.Id enim facere non poteſt,quin conſtitutario acquirat,vt diximus,ſecùs,ſi acquireret ea mente,vt alteri extraneo acquireret : tunc enim præiudicaret ipſi conſtitutario,per l.j.§.& quæ de ſeruis,& §.per procuratorem.ff.de acq.poſſ. quod & non obſcurè videtur voluiſſe ante eum Salic.in d.l.ij.de contrah.emp.dum reſpondet ad l. vlt.C.de acq.poſſ.vt diximus in præcedenti verſi.

*Quid ſi conſtituens , animo alteri quærat quàm ſibi.*

17 ¶Sed quicquid ſit illis in caſibus,tamen in dubio ſemper præſumerem hunc conſtituentem acquiſiuiſſe,animo quærendi conſtitutario,tum argum.l.meritò,ff.pro ſocio,& l.qui iure familiaritatis,& l.ſeq.in prin.ff.de acquiren.poſſe.cum ſim.& quod tradit Bar.in l.gerit,col.v.verſ.affirmo primùm. ff.de acquir.hæred.tum etiam quia non præſumitur mutatio voluntatis,l.eum qui.ff.de probat.& c. maiores,extrà de Baptiſ.Et ita nuncupatim voluit in hoc noſtro caſu.Raph.Co. in d.l.quod meo, in prin.ff.de acq.poſſ.Io.à monte Sperello in l.ab emptione.ff.de pact.Franc.Aret.in d.§. incertam, col.vlt.verſ.ſed in dubio.& ibi quoque Soc.col.item vlt.verſic.quarta difficultas. & Ang. Aret.in §. actionum,vbi ſuprà,Inſtit.de actio.

*Conſtituens in dubio quærit conſtitutario.*

18 ¶Intelliges ſecundò primam illam opin.qua ſcilicet,dictum eſt,conſtitutum etiam in bonis futuris operari poſſeſsionis tranſlationem,quando ipſum conſtitutum expreſſè appoſitum eſt ipſis rebus futuris.Quòd ſi apponatur ſimpliciter omnibus bonis,nulla expreſſa futurorum mentione facta,id certè ad ea non trahitur,vt apertè videre licet ex Iaco.Butr.& aliis in d.l.vlt.C.quæ res pign. oblig. poſſunt.& nuncupatim voluit Franc.Aret.in d.§.incertam,in fi.& Iaſ.in l.ſi ſocius.col.j.ff.ſi cert.pet.

*Quod procedit cùm expreſſè conſtitutum ſit de futuris.*

19 ¶Sed hoc tamen ita temperandum eſt,ſi apponitur huiuſmodi conſtitutum ſuper alienatione rerũ ſimpliciter.nam ſicuti alienatio etiam omnium bonorum non compræhendit futura, niſi ea quoque expreſſa fuerint,per l.ſi ita legatum.ff.de auro & arg.leg.& l.vlt.§.j.ff.de leg.ij.cum ſim.Ita nec conſtitutum etiam ſimpliciter appoſitum ſuper ea alienatione,nempe quòd reguletur ſecundum naturam principalis contractus,in quo apponitur,arg.l.vlt.§.j.ff.de conſtit.pecu.& dicemus latiſsimè infrà in vij.limitatione.nu.25.hùcque ſpectat, & multis ſeq.

*Sed hoc ita ubi de alienatione agitur.*

20 ¶Quòd ſi conſtitutum ipſum apponatur ſuper obligatione bonorum ſimpliciter,tunc certè trahitur ad bona futura,vt ipſa obligatio,ſuper qua appoſitum eſt,per d.l.vlt.C.quæ res pig. oblig. poſſunt.ſi modò vera eſt ea opinio,quæ dicit conſtitutum trahi ad futura:quam nos ſecuti ſumus.Et id nuncupatim voluit Iacob.Butr.in ea ipſa l.vlt.& Rom.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, col. vlt. verſi.circa quod ſciendum,de verb.oblig.vbi id dicit tenere,licèt ipſe aliter tenuerit in d. l. iij.§. incertam.ff.de acquir.poſſ.& Ang.Aret.in d.§.actionum.col.v.verſ.hinc ſumpta occaſione, Inſtit. de actio.& Soc.in d.§.incertam,col.ij.verſ.aduerte tamen.& bona pars eorum,quos ſuprà citauimus in prin.huius amplia.

*Secus de obligatione tantũ.*

21 ¶Ex his ſatis intelligis id ſemper procedere cùm in diſpoſitione compręhenduntur futura,vt etiam conſtitutum in ea appoſitum in iis operetur,verbi gratia,in inſtitutione hæredis quæ ad bona futura trahitur,per l.ſancimus.& ibi Pau.Caſt.qui eum tex.dicit ſing.C.de teſtam.Io. Crotus & Aymo Crauetta in repet.rub.ff.de leg.j.ille in ij.quæſt.hic nu.63.Et in ſubſtitutione,vt reſpondit Bal. conſ. cxcvj.ſuper eo quod quæritur,col.vlt.lib.4.Et in legato vniuerſali,vt probat tex.in l.pen.& ibi glo. & doct.ff.de fund.inſtr.& in l.quoties.§.vlt.cum gl.ff.de vſufruct.& l.nam quod,§.vlt.& ij.ll. ſeq. ff. ad Senatuſcon.Trebel.Bart.in l.ſi ita,col.pen.ff.de auro & arg.leg.Igitur ſi conſtitutum appoſitum fuerit in iis rebus,vt fieri poteſt,vt diximus ſuprà,in xxv. amplia. operabitur id conſtitutum etiam reſpectu bonorum futurorum in eiſdem compræhenſorum.

*An de alia diſpoſitione quæ trahitur ad futura.*

22 ¶Intelliges tertiò eandem ſententiam,quæ trahit conſtitutum ad futura , vt non procedat in quaſi poſſeſsione iurium,ſiue nominum futurorũ.Nam etſi eorũ quaſi poſſeſsio transferri poſsit ex conſtituto,

*An autem id procedat in*

*quaſi poſſeßio ne iurium futurorum.*

ſtituto,vt poſteà dicemus in 34.ampliatione , non tamen futurorum, vt expreſsè voluit And. Alc. legum interpres doctiſsimus ſimul & elegantiſsimus in l.vlt.in gl.neque donationes,col.ij. verſ.ſed tamen nec hoc.C.de pact.arg.l.ei à quo.ff.de vſucap.& quod dicit Bart.in l.cùm falſa. C. de iur. & fact.igno.Et facit quod ſcribit Barb.conſ.viij.ſapienter doctiſsimus,col.xviij.verſ.cùm ergo non ſit, lib.ij.quòd difficilius quæritur quaſi poſſeſsio rerum incorporalium per actus ciuiles.

*Poſſeßio rerũ incorporalium ſola ceßione, & patientia quæritur.*

23 ¶Tamen (vt dicam quod ſentio)neque ille textus quicquã ad id facit:nec de hac re loquitur Bart. vbi ſuprà:nec video rationem vllam differentiæ inter poſſeſsionem rerum corporalium ,& quaſi poſſeſsionem incorporalium,quantùm ad hanc rem pertinet:niſi quòd hæc faciliùs quæritur,ſcilicet ſimplici ceſsione,& patientia,vt dicit gl.in l.vlt.C.quan.fiſc.vel priua.& in l.vlt.ff.de dona. cum aliis concor.à me collectis in tractatu Retractuum.tit.j.§.j.gl.vij.in verbo *ou autres choſes*,nu.12.Nec horum alia traditio requiritur ad dominij tranſlationem,vt tradit Bal.in l.traditionibus,paulò ante fi.C.de pact.& in l.j.etiam ad fi.C. com. vtriuſque iudicij. & alij quos citat & ſequitur Alex. conſil. clxxxiiij.in cauſa & lite inter Nigrixolum,col.ij.verſ.vltra prædicta,lib.vj.Proptereáque Inno. in c. in literis,in verbo,priùs,col.j.de reſtit.ſpol.& Floria.in l.ſeruitutes,la iij.col.iij.verſ.quid autem ſi eſſet conſuetudo.ff.de ſeruit.Si,inquiũt,per fictiones datur poſſeſsio rei corporalis, multò fortiùs incorporalis,per quædam iura allegata ab ipſo Floria.Et bene etiam facit quòd tradunt Bal. & Ang. in l.licèt,ille,col.ij.verſ.per inueſtituram,& ſeq.hic col.j.verſ.& prædicta vendicant.C.de acq. poſſ. & quod diximus in tractatu,*Le mort ſaiſit le vif*,in vij.declaratione iiij.partis, qua docebimus ſtatutum quod transfert poſſeſsionẽ in hæredẽ,habere locũ in quaſi poſſeſsione rerũ incorporaliũ, licèt ea poſſeſsio ſit trãſlata,ſit aliatum omniũ ciuiliſsima,& fictiſsima,vt ex eodem tractatu conſtabit.

*An conſtitutũ futurorũ trahatur ad bona poſtea ab hæredibus quæſita.*

24 ¶Intelliges quartò,vt procedat in bonis futuris , per ipſummet conſtituentem poſteà acquirendis: non etiam in iis,quæ per ipſius hæredes acquirentur,etiam ſi id expreſsè dictum fuerit:quia ſcilicet quis obligauit bona ſua,& hæredum præſentia & futura,& ſe conſtituit ea poſsidere nomine creditoris,nam licèt id conſtitutum valeat,& habeat vim ſuam reſpectu bonorum futurorum ipſius , vt ſuprà diximus,non tamen ſuorum hæredum:quia huiuſmodi conſtitutum eorum reſpectu conferretur ad tempus,quo eſſet mortuus,& quo ideo conſtituens non erat poſſeſſurus , per ea , quæ latè dicam infrà in ij.limit.Et hoc expreſsè voluit Matth.Afflict.deciſ.Neapol.cccxxxv.pro deciſione, col.iiij.verſ.aut debitor obligauit.

## TRICESIMA TERTIA AMPLIATIO.

*Conſtitutum operatur in translatione vſusfructus rei ſuæ.*

1 ¶Amplia tricesimotertiò,vt procedat non ſolùm in tranſlatione poſſeſsionis proprietatis , ſed & vſusfructus ſuæ rei:verbi gratia,concedo alicui vſumfructum mei fundi , & me conſtituo eius nomine poſsidere.Licèt enim ea naturalis poſſeſsio,quæ debet eſſe penes vſufructuarium , nunquam fuerit apud me dominum fundi,vt per Bart.in l.j.in prin.v.quæſt.princ.ff.de acquir.poſſ.tamen per huiuſmodi conſtitutum transferatur naturalis poſſeſsio,quæ antè non erat,vt voluit idem Bart. in l.quod meo:in prin.col.vlt.verſ.quid ſi alicui concedo vſumfructum,& ibi quoque Alex.col.v.verſ. ſubſequenter,quærit,eod.tit.vbi hæc dicunt probari in l.quiſquis,& l. ſi quis argentum. §. ſed ſiquidem.C.de dona.prout eas inducit ipſe Alex.Et idem quoque tenuit idem Bart.in l.interdum.§.vlt. per illum tex.& ibi quoque Raph.Co.& Franc.Aret.ff.de acquir.poſſ.Bal.in rub.extrà , de præſcri. col.ij.verſ.ſed pone vſufructuarius.Ant.in c.cùm veniſſet,col.iij.poſt verſ.non obſtat,& iterũ in rep. c.vlt.col.ij.verſ.ſed eſt dubium,de cau.poſſ.& proprie.Raph.Co.conſi.clxxiij.Galuanus,col.vlt.vbi loquitur de fructuario,& emphyteuta.Carol.Rui.conſi.lvij.quò ad ea,col.ij nu.4.lib.j. & conſ. 148. caſus eſt,col.ij.nu.5.eod.lib.j.Franc.Ripa.in c.cùm eccleſia Sutrina, col. xiij. verſic.quartò oppo. de cauſa poſſeſ.& propriet.

*Qui contrariũ dixerunt.*

2 ¶Contrarium tamen è diametro tenent ipſi Alex.& Fran.Aret.ſibi contrarij,ille in d. l. interdum: §.vlt.col.vl.hic in d.l.quod meo,in prin.col.pe.moti multis magníſq; rationibus, quas apud eos videre poteris,ne hìc iterum repetam.Sed & tu quoque vide Claudium Aquẽſem in d.l. quod meo. col.ij.verſ.item quærit Bart.quid in eo.ff.de acquir.poſſ.

*Quid ſi uſufructuarius donat uſumfructum, quẽ habet in re alterius, & ſe conſtituit poſſeſſorem.*

3 ¶Sed(vt vides)hi loquuntur,quando ipſe dominus proprietarius donat alteri vſumfructum rei ſuç, & eò ſpectant rationes eorum. Sed quid ſi vſufructuarius alteri concedit ſuum vſumfructum: aut quia id facere non poteſt,commoditatem ipſius,quod vtique facere poteſt,l.neceſſariò.§. vlt.ff.de peri.& commod.rei vend.conſtituítque idem vſufructuarius ſe poſsidere eundem vſumfructum, aut commoditatem ipſius,ſiue etiam rem vſufructuariam nomine eius,cui cedit,an per huiuſmodi conſtitutum transferatur poſſeſsio naturalis, quam ipſe vſufructuarius habet. Et transferri negat Guid.Pap.in ſtatuto,ſi quis per literas,in verbo poſſeſsio, col. iij. verſ. circa hoc quæro. Et pro eius ſentẽtia facit quòd in iuribus inſeparabilibus à perſona non cadit fictus titulus,nec ficta traditio. l.ſi vſusfructus.ff.de nouat.& §.finitur,Inſtit.de vſufructu.

*De eadem re.*

4 ¶Sed id non omnino inſeparabile eſt à perſona,cuius commoditas ſeparari & cedi poteſt , vt ſuprà diximus:nec video quid aliud impediat hanc naturalem vſufructuarij poſſeſsionem transferri per conſtitutum,cùm id perpetuum ſit,vt fieri poſsit,per ea quæ ſuprà diximus in xx. amplia. vt etiam aliarum rerum incorporalium,vt dicemus ſeq.amplia.

## TRICESIMAQVARTA AMPLIATIO.

*Conſtitutum operatur in omnibus iuribus incorporalibus.*

1 ¶Amplia igitur & tricesimoquartò,& generaliùs,vt procedat in omnibus iuribus incorporalibus, vt ſeruitutibus,iuriſdictione,& aliis id genus:quorum quaſi poſſeſsio etiam per conſtitutum transfertur,



fertur,ex ſententia Inno.in c.in literis,col.vlt.de reſtit.ſpo.Bar.in d.l.quod meo,in prin.col.vlt. verſ. ſed quid ſi concedo & ibi quoque Rap.Co.in fi.Alex.col.vj.verſi.quærit Bart.ſum dominus,& col. ſeq.verſ.item dicit quòd quando,& Franc.Aret.qui id latè diſputat,col.pen.verſ.tertiò nunquid.ff. de acquir.poſſ.Bal.in rub.extrà,de præſcript.col.ij.verſ.ſed an ſi habeo.Ant. in c.cùm veniſſet , col. vlt.verſ.hæc procedunt in rebus.de reſtit.ſpoliat.& in repet.c.vlt.col.ij.verſ.ſed eſt dubium,de cauſ. poſſ.& proprie.Petr.Anch.in c.ſine poſſeſsione,col.xxiiij.quæ eſt in char.vlt.in prin. verſic. quærò etiam vtrùm poſsit,de reg.iur.lib.vj.Raph.Co.conſ.liiij.Leonardus,col.j.Corn.conſ.cvj.licèt in hac, poſt prin.& iterum paulò ante fi.ipſius conſ.verſ.nec dictum capitulum.Guido.Pap.in d.ſtatuto, ſi quis per literas,in vèrbo,poſſeſsio,verſic,an per conſtitutum.Soci. conſil. clxxxvij.in controuerſia, quæ vertitur.col.v.verſ.tertiò probatur.lib.ij.Et id planè probatur in l.ij.§.vlt. cum l.ſeq. & in l. & habet.§.precario.ff.de precar.

*Conſtitutio loquens de poſſeſſ. habet locum in quaſi poſſeſ.*

2 ¶Et bene facit quod diximus ſuprà in xxxij.amplia.nu.23.tamen vt dicam.Et quòd aliàs conſtitutio loquens de poſſeſsione,habet locum in quaſi poſſeſsione rerum incorporalium.vt voluit glo. in c.ſine poſſeſsione,ad fi.de reg.iur.lib.vj.& doct.vbique.Idque etiam ſi ſit pœnalis , quæ aliàs ſtrictè interpretanda eſt,ex ſententia gl.quam omnes ſequuntur,in l.ſi quis in tantam, in verbo,rerum.C. vnde vi.trahentis eam legem loquentem de poſſeſsione,ad quaſi poſſeſsionem rerum incorporaliũ. Etiam ſi ſit ſtatutum,& ipſum quidem pœnale,quod ideo ſtrictè quoque interpretandum eſt : tum quòd ſtatutum eſt,tum etiam quòd pœnale,vt videre licet ex Bal.loquente de ſtatuto puniente turbantem poſſeſsionem,in c.licèt cauſam,in fi.de probat.per tex.in l.nam poſteà,§.item ſi iurauero,ff. de iureiur.vbi Iaſ.col.vlt.in v.notab.id dicit multum not.& Franc.Aret.in rub.ff.de acqui.poſſ. col. vlt.verſ.illud autem.& conſ.xxx.viſo themate,col.antepe.in iiij.dubio,& Franc.Rip.lib.ij. Reſpon. conſi.viij.duo tantùm,col.iij.verſi.nec dicatur quod diſpoſitio.& diximus etiam in noſtris legibus connubialibus,in gl,v.in verbo,*contracter*,in xj.quæſt.nu.123.nam & videmus, & iterum num. 130. quòd autem ſuprà,& ſequenti.

*An conſtitutũ operatur in iuribus quæ quis in ſuas res conſtituit.*

3 ¶Sed hæc intellige,cùm pro huiuſmodi iuribus,quæ quis in alios habet , conſtituit ſe ea poſsidere nomine alterius:verbi gratia,ſi quis vendat iuriſdictionem,quam in alios habet:aut ſeruitutẽ quam habet in fundo alterius & ſe eam conſtituit nomine illius poſsidere, ſiue quaſi poſsidere:tunc enim transfertur ea quaſi poſſeſsio,quam in iis rebus habebat. Sed ſi aliquod huiuſcemodi ius in ſuo ipſius fundo conſtituat aut vendat,& id conſtituat poſsidere ſe nomine ceſsionarij,non in eum transfert quaſi poſſeſsionem illius rei quam antè non habebat:quia rei ſuæ ſeruitus cõſiſtere non poteſt. Ita declarat Bart.in d.l.quod meo,in iiij.quæſt.& ibi quoque Alex.col.vj.verſi.quærit Bart.ſum dominus,& col.ſeq.verſ.idem dicit Bald.in d.rub.extrà de præſcript.vbi ſuprà Ant.in d.c.cum veniſſet,col.vlt.de reſtit.ſpol.& in d.c.vlt.col.ij.verſ.ex prædictis infertur,de cauſ.poſ. & proprie.& Fran. Rip.in d.c.cùm eccleſia Sutrina,col.xiij.verſ.quartò oppo.eod.tit.Et interim vide , quæ dicam infrà in j.limit.verſ.ix.ex quibus Philip.& ſeq.

*Conſtitutum ſubmittentium iuriſdictioni alterius,an trãsferat quaſi poſſeßionem.*

4 ¶Sed hìc quæri ſolet,ſi aliqui ruſtici ſe ſummittant alterius iuriſdictioni,& ſe id ius conſtituant poſsidere nomine eius,cui ſeſe ſummittunt,an transferant in eum id ius iuriſdictionis.Super quo Bar. (cum quo omnes tranſeunt)in d.l. quod meo,col.vlt.verſi.ſed ſi ruſtici , dicit , quòd ſi hi, qui ita ſe ſummittunt,& conſtituunt,ſunt ſubditi alterius iuriſdictioni,quàm eius cui ita ſe ſummittunt,& cõſtituunt,non in eum transferunt quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis.& ita planè fateor. Et idem planè ſenſit Inno.in c.dilectus,extra de capel.mona.& in c.olim inter,de reſtit.ſpoliat.& facit l.ſi coloni,C.de agric.& cenſit.lib.xj.Et huius aperta eſt ratio,quam affert Fran.Aret in d.l.quod meo, col. vlt.quia iſti ruſtici,quam ipſi poſſeſsionem non habent,in aliũ transferre non poſſunt. l. nemo plus iuris.ff.de reg.iur.maximè in præiudicium alterius.l.id quod noſtrum,eod.tit.

*Et quid ſi antè nullius iuriſdictioni erant ſubditi.*

5 ¶Vides autem Bart.vbi ſuprà,non aperire,quid dicẽdum ſit,Si ruſtici nullius iuriſdictioni ſubſunt, an ſe ſubmittentes alteri,& ſe conſtituentes poſsidere nomine illius , in eum transferant quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis in ipſos conſtituentes.Niſi ſi quis dicat id tacitè voluiſſe,cùm dicit, eos qui ſubſunt alterius iuriſdictioni , nihil agere , ſi ſe ſubmittant alteri,& ſe conſtituant pro eo poſsidere: quaſi velit ſecus eſſe,ſi alterius iuriſdictioni priùs non ſuberant.Quod ipſum apertè voluit Bald.ita intelligens Inno.in dictis locis,in l.ij.col.viij.verſ.ſed quid ſi quis facit.C.de ſeruit.& aqua,& allegat not.in l.ab emptione.ff.de pactis,& in d.l.quod meo. ff.de acquir.poſſ. tanquã & ita intelligat illud Bart.quod ſuprà citauimus ex d.l.quod meo.

*De eadem re.*

6 ¶Verùm Franc.Aret.huic ſe opponit,in illa ipſa l.col.vlt. verſ. circa tertiam quæſtionem , dicítque Bald.non id animaduertiſſe,quod dicit ipſe Bart.in d.l.quod meo,quòd ſcilicet per ſolum conſtitutum,non accedente vſu,in iſtis iuribus incorporalibus non poteſt transferri poſſeſsio. Et quia cùm apud ſubditos non eſt vſus iuriſdictionis,non poteſt dici,quòd ipſi vtendo poſsint quærere poſſeſsionem.Sed in caſu Bald.vt ſubdit Aret.præſupponitur,quòd illa communitas erat in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis.Vnde ex quo per conſtitutum ſolum quaſi poſſeſsio non fuit tranſlata,remanſit apud eos.Et ſic videtur,quòd poſsint vti iuriſdictione nomine eius quem recognouerant. Sed contra id,inquit,facit,quia volendo transferre quaſi poſſeſsionem in alium,licèt non potuerint, perdiderint tamen ſuam,per tex.in eadem l.§.j.Sed ad hoc dicit poſſe reſponderi, quòd ſi quaſi poſſeſsio vacabat,iſti vtendo iuriſdictione nomine eius,pro quo conſtituerant,acquiſiuère poſſeſsionem illi, ſcienti quidem,& acceptanti.l.qui vniuerſas.§.quòd per colonũ.ff.eo.tit.& tangit Bart.in d. l. quod meo,

meo,in vlt.q.& tandem declarat,an & quando populus liber poſsit ſe alteri ſubiicere,& concedere iuriſdictionem in ſe,vt ibi videbis.neque enim id ad hunc locum pertinet.

### TRICESIMAQVINTA AMPLIATIO.

1 *Conſtituti ius, etiam in ſpiritualibus.*

¶Amplia triceſimoquintò,vt non ſolùm per conſtitutum transferatur poſſeſsio rerum temporaliũ, ſed etiam ſpiritualium,in quibus cadit poſſeſsio ſiue quaſi poſſeſsio : verbi gratia , ſacerdotiorum, quæ nos vulgò beneficia appellamus,decimarum,& aliarũ huiuſmodi rerum.Ita enim voluit Ant. in c.cùm veniſſet.col.vlt.verſ.hæc procedunt,de reſtit.ſpolia.& in repet.c.vlt.col.xj.verſic. ſecundò per hoc deciditur,de cauſa poſſ.& proprie.vbi & idem dicit de iure patronatus eccleſiæ , & de iure eligendi,& ſimilibus.Sed id,quod dictum eſt de beneficiis,intelligit ipſe Anto.ſi ſuperioris auctoritas interuenerit,per no.in c.quæſitum,de rer.permutat.

2 *Inſtitutio beneficij in cõſpectu ipſius trãsfert eiuſdem poſſeſsionem.*

¶Et hoc quoque,vt ſcilicet ipſorum beneficiorum tranſeat poſſeſsio per conſtitutum,voluit Ludo. Gomeſ.in commentariis regularũ Cancellariæ in xxiiij.regula,Innoc.viij.col.j.Et bene facit quod ſcribit Panor.in c.cùm Bertoldus,col.ij.in ij.not.de ſentent.& re iud.quòd ſi inſtitutio beneficij fit in præſentia ipſius beneficij,transfertur poſſeſsio ſine alia reali traditione. Hic enim ( vt ſæpe aliàs diximus in hoc tractatu)ponitur inter modos fictos tradendæ poſſeſsionis,vt conſtitutum.Illud autem minimè dubium eſt,id procedere in rebus eccleſiæ,vt non obſcurè probatur in d.c.cùm veniſſet,& ibi omnes doctores,vt diximus ſuprà in 22. ampliat.

3 *Sed neceſſe eſt conſtitutarium eſſe capacem.*

¶Sed hoc tamen,quod diximus in hac ampliatione , intellige procedere, modò is,cui fit id conſtitutum, ſit capax eius poſſeſsionis,vel quaſi poſſeſsionis,quam in illũ trãsferre volumus.Quid enim ſi clericus conſtituat ſe poſsidere beneficium,ſiue decimas nomine laici,transferétne poſſeſsionem in eum?Et certè non transferet,cùm is ſit incapax huiuſmodi iurium,vt expreſsè dicit Ant.in d.repet.d.c.vlt.col.xj.verſ.idem in exiſtente.de cauſ.poſſ.& propriet.

4 *Et idem in cæteris rebus.*

¶Et id quidem generale eſt in omnibus cæteris rebus,quæ ab aliis poſsideri non poſſunt iure , aut natura repugnante.Quid enim,ſi pater conſtituat ſe poſsidere ius paternitatis , ſiue filiationis , aut maritus ius maritale in alium?nunquid eos conſtituet in poſſeſsione iuris paterni , aut maritalis ? Et non conſtituere tradit ipſe Antonius vbi ſuprà.Ex quo etiam fit, vt cùm ſine poſſeſsione præſcribi non poſsit,l.j.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de acq.poſſ.& c.ſine poſſeſsione de reg. iuris.lib. vj. cum ſimilib.Ideo nec filiatio præſcribi poteſt,Bal.in l.vnica.C.quan.non peten.partes,& diximus in tractatu Primigeniorum in xxx.quæſt.nu.9.Et de hoc quoque dicam infrà in xviij.limitat.

### TRICESIMASEXTA AMPLIATIO.

1 *Conſtitutũ habet uim etiam in feudalibus.*

¶Amplia igitur triceſimoſextò,vt non ſolùm liberarum rerum,ſiue allodialium, quas vocant , ſed & feudalium tranſeat poſſeſsio per conſtitutum,vt ſatis intelligere videtur Bald.loquens in materia feudali,in c.j.col.ij.verſ.inueſtitura autẽ,tit.quid ſit inueſti.& expreſsè Raphael.Com.conſ. clxxiij. Galuanus,col.vlt.Matth.Affli.in c.j.§.ſi facta,col.ij.verſ.item quæro princeps,titulo,ſi de feud.fuer. controuer.inter domin.& agnat.& alij multi à me citati infrà in xxvj.limit.vbi tracto , an vaſallus cadat feudo tradendo per conſtitutum,ac ſi ipſe verè tradidiſſet.

2 *Vſusfructus retentio in feudis transfert poſſeſsionem.*

¶Et facit quod in non longè diſsimili tradit idem ipſe Matth.Afflict.in d.c.j.col.2.verſ.ſed vlteriùs ſciendum eſt,tit.quid ſit inueſti. quòd in feudis transfertur poſſeſsio per retentionem vſusfructus, quæ vt alibi dicam,ſcilicet in ix.limitat.nu.12.imò verò,eſt veluti quoddam genus conſtituti, ponitúrque inter fictos modos tradendæ poſſeſsionis à lege,in l. iij.in princ.ff.de acq.poſſeſ.& Cano.in c.ij.de conſue.Et idem dicit ipſe Matth.in c.j.in xiij.notab.col.vj.nu.56.verſic.an autem.l. quiſquis. tit.de prohib.feud.ali.per Fede.reprehendens Andr. Iſer.qui videbatur voluiſſe contrarium in c. j. tit.qui ſucceſ.tene.

3 *Qui contrariũ tenuerũt in conſtituto.*

¶Licèt quantùm ad ipſum conſtitutum,de quo principaliter tractamus,contrarium eius quod diximus,voluit idem Matth.Afflict.ſibi è diametro contrarius eodem loco,quod magis mirum eſt, videlicet in d.c.j.col.iij.verſ.ſed an precarium,& rurſum verſ.poſſet tamen ſaluari,tit.quid ſi inueſt. & iterum in c.j.col.xxj.nu.124.verſ.item fallit in feudis,tit.de feud.dat.in vic.leg.commiſ. Et idem ſimiliter voluit Chaſſa. conſil.vij.viſis themate,col.7.verſ.ad hoc eſt clara reſponſio,& conſi.viij.ſuper duobus.col.viij.nu.36.Et ab hac parte ſunt plurimi,quos tibi citabimus infrà, in illa xxvj. limit. nu.2.ſi ergo.Et vide etiam quæ dicam in iij.parte in tertia limitatione.

### TRICESIMASEPTIMA AMPLIATIO.

1 *Conſtitutum uim ſuam retinet etiam in reciproca diſpoſitione.*

¶Amplia triceſimoſeptimò , vt procedat etiam in reciproca diſpoſitione videlicet ſi duo ſibi mutuò donant bona ſua vel eorum partem,ſcilicet ſuperſtiti eorum,& ſic conſtituant poſsidere nomine ipſius ſuperſtitis per id conſtitutum transfertur poſſeſsio in ipſum ſuperſtitem.Old.conſil. 139. ad habendam aliqualem notitiam,col.2.verſi.tertium erit,iunctis præcedentibus.& Alex. conſ. 83. viſa facti narratione,col.iij.verſ.quod autem poſſeſsio,lib.iij.

### TRICESIMAOCTAVA AMPLIATIO.

1 *Conſtitutũ in pignore quoq; ſuã uim trãslatiuã exercet.*

¶Amplia triceſimooctauo,vt procedat etiam in pignore,vt ſi quis pignus conſtituat ſuper fundo,& ſe conſtituat poſsidere nomine creditoris,nam tunc etiam transfertur poſſeſsio , vt videre licet ex iis,quæ diximus ſuprà in prima parte,nu.12.incip.ſed & ex illa,& nu.34.at illud hîc.Quod & confirmat gl.loquens de retentione vſusfructus,in l.j.§.vlt.ff.de reb.eor.quam eandem gl.dicit ſing.Bald. in c.per tuas,in fi.de donat.nam & vſusfructus retentione ideo transfertur poſſeſsio , quòd ex ea cenſetur eſſe factum conſtitutum,vt nos alibi diximus.





# TERTIA PARS.

## *Prima limitatio.*

HACTENVS ampliationes ( quas noſtri appellant ) poſuimus, nunc ad limitationes , quas & ipſi vocant , accedamus , quibus peractis totum hunc tractatum abſoluemus.

*Conſtitutũ inutile,ſi conſtituens non poſsidet.*

1 ¶Limita igitur primo noſtram regulam , qua diximus hoc noſtrum conſtitutum transferre poſſeſsionem,vt procedat, quando conſtituens tempore ipſius conſtituti poſsidet rem de qua agitur. Quòd ſi non poſsidet , eius poſſeſsionem non transfert,per text.qui ad hoc ſolet allegari,in l.quamuis.§.j.& ibi gloſſ.in fi.Angel.Rom.Raph. Co. Alex.Franc.Aret.& Claud.Aquen.& omnes ferè doctores.ff.de acq.poſſ.vbi ipſe Alex.dicit ad hoc facere textum in l.traditio.ff.de acqui.rer.domin.vbi traditio eius rei,quam non poſsidemus , à nobis fieri non poteſt. Ex quo intelligis,& id procedere etiam in vera traditione,& in c.olim,& iij.ſecundum intellectum Doct.de reſtitution.ſpoliat.in id quoque allegatur à noſtris. l. vltim. §. j. ff. ad S.C.Velleia.

*Ad idem.*

2 ¶Et hoc alij propè infiniti præter illos voluerunt,videlicet gloſſ.in l.ij.in verbo, tradita. & ibi quoque Bald.& Ang.ad fi.C.de acq.poſſ.Oldr.conſi.cxiiij.factum tale eſt,quædam mulier. Alb. in rub. C.de donat.col.j.verſi.quid,ſi faciens. Petr.Iacob.tit.de condict .ex lege quæ pro re donat.compet. col.v.verſi.ſi autem quis.Bart.in l.quædam mulier,& ibi quoque Bal.in vtraque lect.& Ange. col.j. verſi.attende tamen.ff.de rei vendic.idem Bart in l.quod meo,in prin.col.vlt.verſ. ſed iuxta prædicta,& ibi etiam Albe.in prin.Alex.col.vj.verſi.an autem intelligatur,& Clau.Aquen.col.vlt.ff.de acquir.poſſ.ipſe Bart.conſi.ccvj.inter procuratorem,paulò ante fi.lib.j.Bald.& Salic.in l.j.C.quan.lice. ab empt.diſce.idem Bal.in l.ſiue autem,§.j.ff.de Publ.in rem act.& in rubr.C. de contrahen. empt. in vj.q.& in l.j.§.in ſocietate.ff.pro ſocio.& in §.per traditionẽ,in fi.Inſt.de rer.diuiſ.& conſ.cccxxv. dubitatur primò,col.j.lib.j.& conſi.cclxxv.caſus coram reuerendo,ante fi.lib.ij.& con.clxvj.à libello,verſi.ſed hîc eſt aduertendum,lib.iiij.Sign.conſi.lxxv.in quæſtione vertente inter nobilẽ virum. col.iij.in ij.locis.Salic.in l.j.C.de reſcind.vend.Ang.conſi.clxvij.viſo dicto libello,in fi.& conſi.cccv. in quæſtione vertente inter Antonium,col.j.verſ.item non obſtat,& conſil.ccclxxxvij. conſultatio, col.j.Pet.Anch.& Imo.in c.vlt.de prec.idem Anch.conſ.cxxxiij.ſatis inaduertenter,poſt med.Ant. in c.ij.col.iij.verſic.aduerte Canoniſta,& ibi Imo.col.ij.in fi.verſi. in ea gl.ibi vult poſsidere,de conſuet.idem Ant.in c.cùm veniſſet,col.iij.verſi.quandoque vltra titulum,& ibi idem Imo.col.j. verſi. quid autem ſi in inſtrumento,de reſti.ſpol.& idem Anto.in repe.c.vlt.col.xj.verſi.ſed & dubium, de cauſ.poſſeſ.& proprieta.Alex.conſ.x.viſo proceſſu poſt prin.lib.iiij.Ang.Are.in §.hoc amplius,col.j. in fi.Inſt.quib.mod.tol.oblig.& in §.actionum,in materia emptionis,& venditionis,verſi. quæro an in obligatione.Inſtit.de act.Neapoda.ſuper conſue.ciuitatis Neapolit.tit.de empt.& vend. in j. conſuet.in verbo,tradita viſa,col.iiij.Fran.Are.in l.interdũ,in prin.col.vlt.ff. de acq. poſſ.Corn. conſil.v, viſo proceſſu,col.vj.ver.tamen hoc non obſt.lib.ij.& conſi.xvij.viſo primo themate,col.pe.verſi. & licèt in eccleſia.eo.lib.ij.& conſil.liij.in hac cauſa,col.ij.ver.tamen ad hæc,eodem lib.ij.& con.cxvij. multa eſſent,in prin.eo.lib.ij.& conſ.lxxxix.viſo ſupraſcripto,col.v.verſi.ſextò videtur,lib.3. & con. clxv.profectò,col.j.in fi.eo.lib.3.& conſ.clxxxiij licèt diſcuſſa ſit,col.iij.ver.non obſtat ſi dicatur, eo. lib.3.& conſ.ccxcvij.in conſiliis,col.ij.ver.verũ tamen eſt,eo.lib.3.& conſ.xl.viſo proceſſu,col.ij.ver. ponderato,lib.4.& conſ.cx.licèt prohibens,col.ij.verſi.his tamen non obſtantibus,li.4. Vital.Camb. in tract.Clauſularum,char.xxj.in clauſula,conſtituit ſe precariò, &c.col.ij.verſic. illud quod dicitur. Petr.Ferra.in tit.for.poſit.actoris,in verbo,item quòd præſcriptus,col.ij.verſi.quid autem , ſi in inſtrumento.Barb.in c.ij.col.xxj.verſi.ſed pro certo,& iterum col.antep.ver.no.extrà, quòd ſi conſtituo,de conſuet.& in c.vlt.col.pe.de preca.& con.xlj.illud afferam,col.iiij.verſ.& ſi quiſpiã opponat, lib.j.vbi dicit ad hoc ſing.d.gl.in d.l.ij.C.de acq.poſſ.Matheſila.notab. lxvij. nota quòd venditor.& iterum not.clxxj.nota vnam doctrinam. Guid.Pap.in ſtatut.Delphi,incip.ſi quis per literas , in verbo,poſſeſsio,col.ij.verſi.& vltra iſtum vbi & idem dicit de retentione vſusfructus, rurſumq; in dec. Delp.ccclvj.quos & quot,in prin.Lanfr.Oria.in rep. c. quoniam contra falſam , in materia teſtium, quo loco de probatione poſſeſsionis differit,extrà de prob.vbi dicit ſin.ad hoc gl.in d.l.quamuis.§. j.Io.Berb.in ſuo viatorio iuris.tit.de do.inter vir.& vxo.verſi.ſed quæritur nunc donatio.Soc.conſi. lxxix.licèt pendeat iudicium,col.vlt.ad fi.lib iij.Lud.Bol.conſ.lxxij. Bono.col.ij.verſi. ex alio etiam capite.Iaſ.in l.ab emptione,col.antep.ver.ij.limit.& ibi Iac.à S.Geor.col.iij.verſi.prædicta intelligatis,ff.de pact.& idem Iaſ.in l.j.col.pe.ver.& licèt,ff.de acq.poſ.in ij.lect.& in l.iij.§.in amittenda,col. iij.verſ.ego ibi tetigi,ff.eo.tit.in vtraque lec.& in l.quoties,col.4.verſi.limitat tamen.C.de rei vend. & conſi.cxlviij.viſo proceſſu cauſæ vertentis,col.ij.verſ.item non eſt probatum,li.4.Caro.Rui.con. xlvj.viſa facti ſerie,col.ij.nu.5.lib.4.& conſ.liiij.viſo proceſſu,col.x.lib.4.conſ.cxxvij.viſa facti narratione, col.iiij.verſi.nec obſt.quòd hæc li.v.Phil.Dec.in l.contractus,col.vij.verſ.primò quando poſſeſsio.ff.de reg.iur.& conſ.cclj.in cauſa magnificæ dominæ Claudiæ,col.iij.verſ.tertiò principaliter, & conſi.cclxxxj.viſo puncto,col.ij.verſ.& iſta concluſio.Steph.Bertr.conſ.xij.inſpecto proceſſu,nu. 16.lib.j.& con.xxx.lecto,nu.7 & 10.& ſeq.eo.lib.j.& conſ.xxxiiij.ex quæſitis,in viij.dubio,eod. lib.j. & conſ.ſeq.viſis,nu.10 eo.lib.j.& conſi.cclxxxvj.ex venditione,eod.lib.j.& conſi.cccij.deliberando,

co.li.j.& con.cccxlvij.duabus,nu.9.eo.li.j.& conſil.clxxiiij.ex progreſſu,poſt prin.lib.2.& conſi.188. Chriſti,&c.viſo caſu,in j.dubio, eod. lib.2.& conſil.ccxlv.ponitur in facto,ad fin. eodem libro ij.& conſil.ccc.nobilis,col.j.eod.lib.ij.& conſi.lxxxv.etiam ſi allegationes,col.j.lib. iij. & conſil. clxxxv. quamuis donatio,nu.5.& 6.eo.lib.3.& conſi.ccxxxviij.contra donationem,nu.2.eo lib.3.& conſ.323. etiam ſi libellus,nu.2.eo.lib.3.& con.lxxvj.dudum,col.2.lib.4.& conſ.cxxx.vidi inſtrumentum,col. j.eo.lib.4.Matth.Affli.dec.Neap.xxxvij.quædam Altruda,col.3.& deciſ.xl.caſus eſt ille,col.3. verſi. item cum probantur,& dec.335.pro deciſione,col.2.verſ.ſed in contrariam partem.Catel.Cota memor.incip.poſſeſsio ciuilis.Bened.in repe.c.Raynutius.in verbo,mortuo itaq; teſtatore,le 2.nu. 78. de teſta.Hiero.Gratus.conſi.cxvij.videtur prima facie,col.2.verſ.quartò reſpondeo, lib. 1.& conſil. xlij.licèt primus,col.1.& Mar.Mantua.conſi.cclvj.viſo proceſſu,col.2.nu. 16. & alij plurimi quos citabimus infrà nu.8.& omnes vbique.nemo enim vnus huic ſententiæ contradicit.

*Ratio illius ſententiæ.*

3 ¶Cuius ſententiæ optima certè ratio eſt,quam iam vides,ex eo quod diximus nu.1.Nam quî poteſt conſtituens qui non poſsidet , ſuo conſtituto in alterum transferre poſſeſsionem quàm non habet? d.l.traditio.ff.de acq.rer.domi.& l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.&c.Dalbertũ.1.q. vij.cum aliis concord.adductis à gl.& Phil.Dec.in d.l.nemo.Quod ex Platone eſt in ſuo Sympoſio, vt alibi ſæpe diximus.Et cùm is verè tradere non poſsit quod non habet,nec fictè quoque poteſt.l.ſi filiusfamil.& l.ſi ſocius.ff.ſi cert.petat.& l.ij.& iij.ff.pro ſoc.quas in id expendit Bald.d.conſi.clxvj.lib.iiij.

*Et id quoque procedit in retentione vſusfructus.*

4 ¶Et ita etiam propterea id obtinet non tantùm in conſtituto,ſed & in cæteris quoque fictis modis poſſeſsionis transferendæ,vt in retentione vſusfructus:Nam & hic ponitur inter illos modos à glo. & doct.in l.3.in prin.ff.de acq.poſſ.per l.quiſquis.C.de donat. & ſæpe aliàs ſuprà diximus. Per hanc igitur vſusfructus retentionem,tum demum transfertur poſſeſsio,ſi retinens poſsideat,non aliàs:vt expreſsè ex facto contingenti conſultus reſpondit Corn.d.conſi.cx.vbi ſuprà,lib.4.& Steph. Bertr. conſ.cclxxvj.viſo caſu mihi exhibito,col.2.verſ.nec opponat aliquis,lib.j.

*Et in traditione clauium.*

5 ¶Et idem quoque in traditione clauium,quæ & ipſa quoque ponitur inter illos modos,per l. clauibus.ff.de contrah.empt. vt, ſcilicet,tum tranſeat poſſeſsio,ſi eas tradens poſsideat: non ſi alter poſſideat,vt voluit Oldr.conſi.ccix.in cauſa hoſpitalis,in 1.dubio.& Alb.in l.1.§.iuſſerim,ad fi.ff.de acq. poſſ.D.à Rot.deciſ.clxviij.in nouis,prout eos allegat,& ſequitur Socin.conſi.cxxxj.in præſenti conſultatione,col.3.verſi.nec me mouet,lib.1.& Lafran.de Oriano in tractatu, de depoſitionibus teſtiũ, char.antepen.verſi.conſequenter eſt videndum,ſub num.126.& Franc.Ripa in d.l.1.in prin. colum. xv.verſic.ſtat igitur prima.ff.de acq.poſſ. Et benè facit,quod ſcribit ipſe Socin.ibi,col.vij. verſic.ſecundò aduerte,& ſeq.

*Et in traditione quæ fit ex aſpectu rei.*

6 ¶Similiter cùm rei quæ in conſpectu ipſius venditur cenſeatur trãſlata poſſeſsio,d.l.j. §. ſi iuſſerim. de acq.poſſ.& diximus ſuprà in 3.amplia.nu.2.& id quidẽ.& hic quoque ponitur inter fictos modos tradendæ poſſeſsionis per gl.& doct.in d.l.3.in prin.ff.eo.tit.Id quoq; tum demum transfert poſſeſſionem,ſi res poſsideatur à vẽditore,aliàs ſecùs,vt probat tex.in d.l.3.§.Neratius,&ibi Bar.ff.de acq. poſſ.& ita nuncupatim voluit.Pan.loquens de inueſtitura,quæ fit in cõſpectu rei,in c.autoritate, col. 2.verſ.inueſtituta autem.extrà,de iuſti.& Raph.Co.de eadem re loquens conſ.cxxxvij.conſultus vt infraſcriptis,col.1.Rom.in l.certi conditio.§ depoſui,col.1.verſi.aliquando volo poſſeſsionem, & ibi quoque Franc.Aret.col.2.verſ.in contrariũ tamen facit.ff.ſi cer.per. Idq; dicit ipſe Aret. paulò pòſt procedere in omni ficta traditione,per tex.fin.in l.ſi fundum.ff.de fundo dot.& no. per Bar. Bald.& alios in l.cùm res.C.de prob.Et id quoque dicit affirmaſſe Anto.in c.cùm ad ſedem.de reſtit. ſpol.

*Nec ſemper aliàs cum poſſeſsio eſt ab alio occupata.*

7 ¶Et certè id generale eſt,& perpetuum,vt etiam diximus ſuprà in hac eadem limitatione num.4.& ita etiam,vt per hoſce actus,& quoſcunque alios fictos non transferatur poſſeſsio,ſi ea ſit ab alio occupata,vt expreſsè voluit Alexand.conſ.lxxxij.viſa facti narratione.col.1.ver.quia reſpondeo, quòd ſtatutum,lib.2.quem ſequitur Fran.Cur.Iunior conſi.cx.pro habenda,col.8.ver.retento igitur,lib.2. & Franc.Ripa.in d.l.1.in princ.col.16.verſ.contrà Bar.in fi.eiuſdem verſic. ff.de acq. poſſ. Omnium enim(quantum ad id pertinet)eſt vna eadémq; ratio,quam diximus ſuprà,num.3.cuius ſententiæ.& bene faciunt,quæ ſcripſi in tracta.*Le mort ſaiſit le uif*.in vij.declarat.

*Allegans conſtitutum ſuccũbit,niſi probet poſſeſsionẽ cõſtituentis.*

8 ¶Ideóque(vt redeamus ad inſtitutum) is qui allegat rem ſibi quæſitam ex conſtituto,ſuccumbit,niſi & ipſe alleget,& probet eum qui conſtituit,poſſediſſe tempore conſtituti. Et idem de retentione vſusfructus,& cæteris his modis dicere poteris.Sed de conſtituto expreſsè voluit Bal.in d.l.ſiue autem.§.1.ff.de Public.in rem actio.per c.inter dilectos , in fi.de fide inſtru.Ang. qui id dicit menti tenendum,Imo.Alex.& Franc.Aret.in d.l.quãuis.§.j.ff.de acq.poſſ.vbi ipſe Ang.dicit,ita ſe obtinuiſſe, idem Ang.in d.l.quædam mulier,vbi ſuprà,ff.de rei vend.& in d.l.2.C.de acq.poſ.& d.con.305.Pet. Anch.d.con.133.Corn.d.conſi.54.lib.2.& d con.ccxcij.lib.3.Alex.in l.quod meo,col.6.verſi.ſit ergo cautus de acq.poſſ.& d.conſil.x.lib.4.& præterea conſil.cviij.viſo proceſſu cauſæ principalis , col. 2. verſic.nec etiam puto,eodem lib.3.Matheſila.dicto.not.clxxj.Lauren.Calca.conſi.xxix.magnificus, col.7.verſic.præterea quando.Franc.Aretin.in l.interdum,ad fi.prin.ff.de acq.poſſ.Ange. Aret.in d. §.actionum,col.v.verſic.hinc ſumpta. Vital.Camb. vbi ſuprà.Barb. conſil.lxij.illud afferam, col.vj. verſic.nec obſtat cùm dicitur,lib.iij.Carol.Ruin.conſil.cxliij.viſis,col.iij. verſic. nec obſtat conſtitutum,lib.1.& conſil.xlvj.viſa facti ſerie,col.2.num.5.lib.4.& conſi 54.viſo proceſſu,col.1.eod.lib. 4.& conſil.lxxv.quantum,col.4 nu.6.lib.v.Matth.Afflict.d.deciſ.xl.vbi ſuprà.Philip.Dec.conſil.ccxlvij. in cauſa magnifici.colum.2.verſicu.non obſtat quod ſuprà dictum eſt , & conſil. cccc. viſo eleganti conſil.



conſi.col.pen.verſi.primò quòd habeo.Franc.Balb.in repet.l.Celſus,col.xxix.verſi.addo circa prædicta.ff.de vſucap.Stepha. Bertra.d.conſi.xij.lib.j.& d.con.30.eo.lib.j.& d.conſ.cccij.eo.lib.j.& dicto conſ.cccxlvij.nu.eod.lib.j.& præterea conſi.clxiij.ſi libellus,nu.12.lib.ij.& d.conſi.clxxxv.lib.iij.& d. conſi.cccxxiij.eod.lib.ij Franc.Ripa in rub.ff.de interdict.col.iij.verſi.& hæc eſt ratio.& Hiero.Gratus conſi.lxix.cùm ſermones,col.j.verſi.xij.ſecundò conſiderandum,lib.j.& conſi.xciiij.in cauſa excellentiſsimi,col.iij.verſicu.tertiò reſpondeo,eodem lib.j.& conſilio,cxvij.videtur, col.ij. verſiculo, quartò reſpondeo,eodem libro j.& Ludouic.Gozad. conſilio , lxiiij.in caſu propoſito.col.ij.verſicu. octauò non ſufficit.

*Secundus donatarius præfertur priori habenti conſtitutum.*

9 ¶Ex quibus Phil.Dec.d.conſil.cclj.col.iij.verſi.tertiò principaliter,dicit vnum, quod mihi mirãdum viſum eſt,& à nullo alio,quod ſciam dictum , Quod ſi quis actionem ſiue nomen donet , & ſe conconſtituat poſsidere nomine donatarij,& poſteà id ipſum alteri donet , hic priori præfertur. Nam donans,inquit poteſt ante traditionem alteri obligare.l.vlt.§.Lucius.ff.de dona.& no.Bart.& Ioan. Plat.in d.l.j.poſt gl.ibi,in verbo,perfectam.C.de rei vend.Et cùm nomen donatum eſt , poteſt donans extinguere donationem, recipiendo ſolutionem,non obſtante prima donatione, l. nomen. C. quæ res pign.oblig.poſſ.Nec dici poteſt,vt ſubdit , quòd vi conſtituti fuerit tranſlata poſſeſsio:quia conſtitutum non operatur,niſi cùm donans poſsidet.At donans non poſsidet nomen,vel actionem: quia huiuſcemodi iura incorporalia non poſsidẽtur.l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acq.rer.do.& §.incorporales,Inſtit.de reb.corpo.& incorpo.Vbi eiuſcemodi res traditionem non recipiunt. Et nuncupatim de nominibus debitorum voluit Alex. conſi.xvij.requiſitus,col.ij.lib.j.

*Quaſi poſſeſsiò uenit appellatione poſſeſsionis.*

10 ¶Hęc Decius,cui,neſcio,an cæteri accedent.Ego verò omnino aſſentiri non poſſum,quia licèt hæ res verè non poſsideantur,tamen haud dubiè quaſi poſsidentur,vt etiã dicit gl.in d.l.ſeruus.§.j. quæ ad hoc multa iura affert,& nemo contradicit. Ita vt etiam iura loquentia de poſſeſsione,habeãt locum in quaſi poſſeſsione horum iurium incorporalium,c.præſentium,de teſtib.lib.vj. vbi etiam gl. in verbo,poſſeſsione exponit id verbum,id eſt,quaſi poſſeſsione , quia de incorporalibus agebatur. Et ibi quoq; Archidiaco.Io.Andr.Domin.& Phil.Franc.qui ex hoc not.non vitiari libellũ in incorporalibus,concludentẽ ad reſtitutionem poſſeſsionis.Et probatur ex eo text.ſpoliationem cadere in rebus incorporalibus,atq; in eis competere poſſeſſorium:vt etiam probatur in c.cùm eccleſia,& ibi Io.Andr.de cauſ.poſ.& propriet.& c.olim,le iij.de reſtit.ſpolia.& c.reintegranda.iij.q.j. Et quia etiã videmus in nominibus debitorum cenſeri rem traditam per ceſsionem , vt not.per gloſſ.in l.vlt. C. quan.fiſc.vel priua.& Bart.in l.ad eum.ff.de dona.& in l.Seia,in fi.ff.de donat.cauſ.mort.& in l.j.col. pen.verſi.quæro,quæ ſit differentia.C.de actio.& obligat.cum aliis multis concord. à me traditis in tractatu retractuum,lib.j.§.j.in gl.in verbo,*& autres choſes*,nu.12.hinc quoque fit.& rurſum in §.vj. gl.j.nu.9.nec obſtat quòd primo.Ideóque & nos ſuprà in xxiiij.ampliatione latè docuimus in huiuſmodi incorporalibus,transferri quaſi poſſeſsionem per conſtitutum.

*Conſtituens nõ poſsidens, non trãsfert poſſeſsionem etiam ſi detineat.*

11 ¶Hanc autem primam limitationem,qua diximus per conſtitutum non transferri poſſeſsionem,niſi conſtituens tunc poſsideat,amplia multis modis. Primo vt procedat,etiam ſi ipſe conſtituens, qui non poſsidet,rem tamen detineat:neque enim is transfert poſſeſsionem per ipſius conſtitutum : vt expreſsè voluit Bart.in d.l.quod meo,in prin.col.vlt.verſi.ſed iuxta prædicta. & ibi quoque Alexan. col.vlt.verſi.vtrum ſicut per conſtitutum.ff.de acq.poſſ.& Bald.in d.rub.C.de contrahend. empt.& vend.in xvj.q.Anto.in c.cùm veniſſet.col.pen.verſi.ſi non poſsidet de reſt.ſpol.Iaſ.in l.j.in prin. col. xviij.verſi.quærit Bart.an detentatio,vbi id dicit no.& iterum col.pen.verſi.& licèt do.ff. de acquir. poſſ.Phil. Dec.d.conſil. cccc. quo loco ſuprà citauimus. Vide tamen quæ dicam in quarta declaratione huius limitationis.

*Etiam ſi conſtituens id faciat nomine domini poſsidentis.*

12 ¶Secundo modo amplia hanc limitationem , vt procedat etiam ſi non poſsidens , qui ſe conſtituit alterius nomine poſsidere,id faciat conſentiente domino poſsidente.neq; enim id ita faciens transfert poſſeſsionem,cùm id ſuo nomine faciat,non autem nomine poſsidentis,vt not.per multa conſuluit Cornæ.d.conſil.v.lib.2.& iterum d.conſ.clxxxiij.lib.3.Alibi autem abundè probauimus,aliud eſſe aliquid facere,aliud facienti conſentire,in noſtro tractatu Retractuum,titu.ij.in fi.in v. q. Quid autem,ſi nomine ipſius poſsidentis id faceret?dicemus infrà in xiij.limit. & tu quoque interim vide quæ ibi dicam nu.11.ſed & hæc,& ſeq.& in xiiij.limit.nu.2.ſed hoc quinque modis.

*Etiam ſi conſtituens poſteà nãciſcatur poſſeſsionem.*

13 ¶Tertiò amplia,vt etiam ſi conſtituens,qui non poſsidebat tempore conſtituti , poſtea nanciſcatur poſſeſsionem,ea non propterea transferetur vi illius præcedentis conſtituti,vt non obſcurè ſentiũt Angel.& recentiores in d.l.quamuis.§.j.ff.de acquir.poſſeſſ.& omnes quos ſuprà citauimus in prin. huius limitationis.& iterum verſ. ab hinc v.& expreſsè,& veluti verbis conceptis Bald.in d.l.j.col.j. & ibi quoque Salic.col.vlt.C.quand.liceat ab empt.diſcedere.& idem Bal.d.conſ.clxiij.col.ij. verſi. ſed hîc eſt aduertendum,lib.iiij.Maſuer.titu.de poſſeſſo.§.item ſi non dominus per not.in l. tutor. §. ſi quis.ff.de ſuſpect.tuto.Ang.Are.in d.§.vlt.col.j.in fine,Inſtit.quib.mod.tolli.oblig.Fran.Aret. in d. l.interdum,in princip.col.vlt.verſic.ſcias quòd per conſtitutum.ff.de acq.poſſ.& in d.l.quamuis. §.j. col.ij.verſi.primus eſt,ibi,ſecundò poteſt,eo.tit.& ibi quoque Claud.Aquen.col j.& iterum ij.vbi & hoc quoque intelligit,etiam ſi in tali conſtituto eſſet clauſula,ex nunc prout ex tunc, & econtrariò. & Matthæ. Afflict.d.dec ſ.cccxxxv.num.4.Et ad hoc citat Bald.vbi ſuprà , gloſſ. quæ & hoc ſentit etiam in vera traditione,in l.ſi à Titio,in gloſſ.vlt.ff.de rei vendic. quam & ad hoc expendit, & dicit ſingularem Franciſc.Aretin.in d.l.quamuis.§.j.& Ludouic.Bolog.in d.l.ſi à Titio, in nouis inter-

pret.& in ſua tabula text.& gloſſ.ſing.in verbo,conſtitutum,verſic.ij.

*Contrariũ tenentes.*

14 ¶Verùm huius contrarium tenet,aliud tamen agens,Bal.conſi.cclxvij.in cauſa Petri,verſi.prætereà gl.dicit,lib.3.Corn.idipſum de induſtria,& ex compoſito tractans,conſi.cclxxx.viſis quibuſdã, col. iiij.verſi.nec etiam obſtat ſi quis,lib.3.vbi tamen nullum alium citat pro ſua illa ſententia, nec contra illam,ſed id tantùm pro ea dicit, quòd licèt conſtituens non poſsideret tempore conſtituti, habebat tamen animum precariò poſsidendi:qui quidem animus non præſumitur mutatus tunc cùm poſteà quærit poſſeſsionem,ſed eundem habere præſumitur.l.eum qui.ff.de probat.Hæc ille.

*Cõfirmatio poſterioris opin.*

15 ¶Cui & tu adde,quòd is qui tradit titulum,ex eo quòd nunc vellet transferre poſſeſsionem,ſi eſſet penes eum,præſumitur etiam velle,quòd à quocunque poſteà emens,ab eo acquirat poſſeſsionem, de volũtate ſua acquiratur,quaſi ipſe eam tradiderit.l.eius rei,cum l.ſeq.& ibi per Bar.ff.de rei.vendic. Eadem etiam ratione hic videtur dicendum, vbi quia conſtituens transferret poſſeſsionem tempore conſtituti, ſi eam haberet.ideo videtur perſeuerare in ea voluntate, reſpectu poſſeſsionis poſteà ſuperuenientis: quia ſola voluntas quæ durat per quam quis vult acquirere alteri, transfert nouam poſſeſsionem per conſtitutum præcedens, vt ſatis amplè docuimus ſuprà in xxxij. ampliatione,verſi.xij.porrò ſi priorem,& v.ſeq.vbi videre poteris.

*Habilitas contrahentis ſuperueniens actum confirmat.*

16 ¶Adde,inquam,ad hanc ſententiam confirmãdam,quòd cùm quid fit ab eo qui non eſt dominus, aut aliàs habilis ad id faciendum,ſi poſteà ſuperueniat dominium,poſſeſsio, aut alia quæuis qualitas,quæ eum habilem reddat,id eſt.talem qui potuiſſet id facere,ſi eam qualitatem habuiſſet, actus ille iam ab eo factus ſumit robur,& effectum,per d.l.ſi à Titio, ff. de rei vendic. vbi gloſſ.in verbo, peteres.not.ex ſuperuenienti dominio,confirmari alienationem præcedentem,& l.rem alienam.ff. de pigno.actio.& l.cùm rem alienam.ff.de act.empt.& l.cùm res.C.ſi aliena res pigno.data ſit, cùm aliis concord.à me collectis in legibus connubialibus,in gl.viij.in verbo, *de ſon mary*, in xj.q.in prin. & ſeq.verſ.Et ſiquis dicat,aliud eſſe in dominio,aliud in poſſeſsione, videat quæ dicam infrà in ſeq. limit.verſi.vij.incip.quòd ſi quis.

*Authoris ſententia.*

17 ¶Ego verò in ea ſum ſententia, vt quantum ad ipſum conſtituentem, qui non poſsidebat tempore conſtituti,ſed poſtea incipit poſsidere,is non poſsit impugnare poſſeſsionem eius cuius nomine anteà ſe conſtituerat poſsidere:ne eius commodo cedat dolus,aut fraus ipſius,qui ſi.bticuit ſe nõ poſſidere:imò (vt verius loquar,)declarauit ſe poſsidere,id conſtitutum ita faciendo,quod aliter facere non poterat.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſoluto matrimonio cum aliis concordant. à me collectis in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gl.ix.in verbo, *en lignager*,nu.67.denique. At ſi de præiudicio tertij ageretur, cui fortè interim ius eſt quæſitum, ego priorem ſententiam ſequerer. Ad quæ omnino vide quæ dicam infrà,verſiculo,viceſimoſecundò hoc,& iiij.ſequent. Et vide etiam Franciſc. Aretin.in dicta l.quamuis.§.primo,qui nititur reſpondere quibuſdam rationibus, quas pro poſteriori ſententia adduximus.

*Non procedit in antiquis.*

18 ¶Sed hanc primam limitationem quatuor modis,nec iis quidem contemnendis, declarabis. Primò vt non procedat in antiquis,in quibus ſufficit nunc eum poſsidere, cuius nomine alter olim ſe poſſeſſurum conſtituerat,licèt nunc non probetur ipſum conſtituentem tempore conſtituti poſsidere: vt ſingul.conſuluit Socin.conſil.clxxxvij.in controuerſia,col.v.verſi.tertiò probatur, lib.ij.vbi dicit & hoc videre voluiſſe Panorm.in c.cùm nobis, de præſcript.cùm ille dicit in col.iij.ver.item poteſt probari per viam conſtituti,quòd poſſeſsio temporis immemorialis, poteſt probari per inſtrumentum conſtituti.Quod debet intelligi vt dicit ipſe Socin.ſine alia probatione poſſeſsionis cõſtituentis:aliàs eius dictũ eſſet friuolum,nam eadem eſſet difficultas in probatione poſſeſsionis ipſius conſtituentis.Vnde Panor.inquit:intellexit ſatis eſſe probari conſtitutum propter antiquitatem,& difficultatem probandi:nam & aliàs ratione difficultatis probationis ſufficit veriſimilis, ſiue præſumpta probatio.l.non omnis,§.à barbaris,ff.de re milit.cũ infinitis concord.At non eſt veriſimile,nec præſumendum,venditorẽ ſe conſtituiſſe poſsidere nomine emptoris niſi ipſe fuiſſet in poſſeſsione,cùm ad id teneretur.l.cùm de indebito.ff.de probat.& quia aliter mendax fuiſſet & deceptor, quod non præſumitur.l.meritò,ff.pro ſoc.Et ad hoc quoque alia quædam allegat,quæ tu ipſe videre poteris.

*Idq; etiã quantum ad tertiũ.*

19 ¶Nec in eo tantùm loco id voluit ipſe.Soci.quando & alibi quoque idem voluit, ſimul declarans, quòd tempus,hoc caſu dicatur antiquum,ſcilicet conſil.cvj.libenti animo col.j.lib.ij. vbi & hoc dicit habere locum,etiam quantum ad tertium,nedum quantum ad conſtituentem. quod nota ad id quod ſuprà dixi,verſi.ab hinc ij.& dicam etiam in verſi.ſeq.Et voluit item Philip.Dec. conſil.ccccij. cuius ſupraſcriptio incipit,an & quando ceſsionarius,col.iij.ver.nec obſtat,quòd non apparet,vbi & ad hoc allegat Pau.Ca.conſi.lxxxj.in cauſa quæ vertitur inter reuerendiſsimum,lib.ij. Et idem denique voluit Hippo.Marſil.ſingul.cccccxxj.ille qui vult fundare. & Chaſſ.in commentariis conſuet. Burgund.tit.*des ſucceſsions*,§.j.col.iij.verſi.limita tamen iſtud.

*Non procedit quantũ ad conſtituentem & ipſius hæredes etiam in recentibus.*

20 ¶Secundò hoc declara,quod dictum eſt,neceſſe eſſe probare conſtituentem poſsidere tempore cõſtituti,vt procedat quò ad tertium,cum,ſcilicet, agitur de præiudicio tertij:nam quò ad ipſum conſtituentem,vel eius hæredes,ſiue eorum præiudicium, ſatis eſt conſtitutum ipſum, ſine alia probatione poſſeſsionis ipſius, etiam in rebus recentibus, vt not.Bald.in l.ſiue autem.§.j. ff. de Public. in rem act.& vt à nonnullis citatur in l.vlt.col.pen.in viij.quæſt.C.de edict.diui Adr.tol.Ang. in l.quædam mulier, circa medium, verſicu.item attende.ff.de rei vendic.& in l.quamuis.§.j ff de acq. poſſ. Franciſc.Aretin.qui id dicit ſingul.in d.l.interdum,in ſi.prin.ff.eodem tit.Socin.d.conſil.clxxxvij.in

contro



controuerſia,col.v.verſi.ſecunda ratio,lib.ij.& d.conſil.cvj.col.j.lib.iij.& Franc.Purpur.in l. is, apud quem,col.xvj.nu.102.pro quo facit.C.de eden.& Carol.Ruin.conſ.xlvj.viſa facti ſerie.col.viij.num. 13.lib.iiij.Claud.Aquen.in d.l.quod meo,col.vlt.ff.de acq.poſſ.& Hiero.Gratus,conſ.xlij.licèt primò rem dubiam faciebat,col.ij.verſic.quartò reſpondeo, lib. ij. vbi & idem dicit, quantùm ad tertium habentem cauſam à conſtituente per rationes ibi allegatas.

21 ¶Nam & videmus in ſimili,quòd licèt locatio,atque etiam ſolutio pẽſionis,ſiue mercedis,non probet poſſeſsionem aduerſus tertium poſſeſſorem,vt per Bart.qui id dicit tenẽdum menti,Imol.Alex. & Franc.Aret.in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acq.poſſ.eundem Barto. & omnes in d.l. quamuis.§.j.ff.eod.tit.Bald.in d.l.quædam mulier.in prima lect.ff.de rei vendic.& in l.vlt.col. antepen.verſi.octauò quæritur.C.de edict.diui.Adria.tollen.& in c.cùm veniſſet,col.ij.verſi.oppo.quòd per receptionem,de reſtit.ſpoliat.Panormita.in c.cùm Bertoldus,col.pen. verſic.nunc capiendo, de ſentent.& re iudica.Corn.conſi.cccxv.videtur in hac conſultatione, col. pen. verſic. prætereà dato, lib.iiij.Alexand.qui multos textus citat,vt per eum videre licet,conſil.x.viſo proceſſu,col.j. lib. iiij. & doctor.vbique. *Locatio non probat poſſeſsionem contra tertium.*

22 ¶Tamen probat contra conductorem,ſiue colonum,aut alium ſoluentem penſionem,l. litibus, & l. domini prædiorum.C.de agricol.& cenſit.lib.xj.& c.cùm veniſſet,& ibi expreſsè Bald.col.ij. verſi. oppono quòd per receptionem,& Panor.col.iij.verſ.& per hoc ſolue,de reſtit.ſpolia. idem Bald.in d.l.quædam mulier.& ibi quoque Ang.col.ij.verſic.hîc reſtat videre.& ipſe item Bald.in d.l.c. cùm veniſſet,vbi ſuprà,de reſtit.ſpoliat.& conſil.cccxxx. ſtatuto cauetur, in j. dub.lib.j.& idem quoque Ang.in d.l.quamuis.§.j.& ibi Alex.col.ij.verſ.item ſolutio mercedis.ff.de acq.poſſ.Ro.in d.§. quod per colonum.poſt med.Philip.in c.inter dilectos.de fide inſtr.Socin.vbi ſuprà, in prædicto verſic.& iterum conſi. xj.in cauſa dominæ Catharinæ,col.ij.verſic. prætereà inter partes,lib.iij Carol.Rui.d. conſi.cxlvj.nu.7.in fi.lib.iiij.Lãfran.de Ariadno in tract.de depoſitionibus teſtium, char. antepen. verſic.conſequenter eſt videndum,ſub nu.128.& ſeq.& Ludo.Gozad.conſil.xciiij. an illuſtriſsimus, in fi.Et facit quod ſcribit Cyn.in l.deſiderium.C.depoſit. *Probant tamẽ contra conductorem & ſoluentem penſionem.*

23 ¶Sed hoc quod diximus de præiudicio tertij,vt ſcilicet,conſtitutum factum ab eo, qui nõ poſsidebat,non ei præiudicet.Intellige tamen, niſi iſte tertius haberet cauſam poſteriorem ab ipſo conſtituente:tunc enim ei præiudicabit,æquè ac ipſi conſtituenti,ſi ipſe perſpexiſſet. vt & de conductore, & ſoluente penſionem,de quibus nuper locuti ſumus,voluit Socin.d.conſi.xj.col.j. verſic.& pro prædictorum,lib.iij.& ante eum Bal.in d.c.cùm veniſſet, vbi ſuprà citauimus,de reſtit. ſpoliat. per l. ſuperatus,quæ eſt iij.ff.de pigno.& quod ſcribit Cyn.in l.cùm res.C.ſi alie.res pignor.dat.ſit. *Probant item contra tertium habentem cauſam poſteriorẽ à conſtituente.*

24 ¶Ex cuius ipſius Cin.ſcriptis in eo loco,certè intelliges nonnullos fuiſſe in ea opin.vt nihil interſit, an agatur hypothecaria aduerſus debitorem, an alium, qui habet cauſam poſteriorem ab eo. Sed quia etiam alij in alia ſunt opi.vide ipſum eundem Cy.& Albe.ibi.& Spec.tit.de act.& obli.§.j.ver. ſed pone,T.obligauit. Sed pro priore opin. in caſu, de quo loquimur, facit quod diximus ſuprà in prin.num.42.ei autem quod diximus,& multis ſeq.& ſuprà quoque in hac eadem limit.num.20.in fi.pro contraria facit l.quoties,& ibi no.C.de rei vendi.& quod dicemus infrà in xxx.limita.verſic. 50.ſed illud poſtremò. *Vtrum autem interſit an agatur hypothec. contra debitorem, an illum tertium.*

25 ¶Tertiò declara,vt licèt per actum fictum non transferatur poſſeſsio,per eum qui non poſsidet,nec aliàs ex ſolo contractu,ſed ex traditione transferatur dominium.l.traditionibus,C.de pactis:tamen ſi res fictè,veluti per noſtrum conſtitutum,vel precarium tradatur per dominum, etiam non poſsidentem,transfertur dominium ex huiuſmodi ficta traditione,ſine alia reali traditione,per tex.not. in l.in fundum.ff.de fundo dota.& no.per Bar.Bal.& alios in l.cùm res.ff. de acq. poſſ. & expreſsiùs Fran.Are.in l.certi condictio.§ depoſui,col.ij.ff.ſi cert. peta. vbi de hoc dicit eſſe ſing.text. in d.l.in fundum,& idem Are.in d.l.quamuis.§.j.Tu autem ſuper hoc omnino vide Bart.in l.Celſus,col.iiij. verſi.ſed pone,quòd debitor.ff.de vſucapi.& ipſum Aret.in d.l.quamuis.§.j.& ibi Clau. Aquen.col. ij.verſi.ſubiicit tamen,& iterum verſ.hæredicta tamen. *Non procedit quantũ ad tranſlationem dominij.*

26 ¶Quartò declara,vt non procedat, quando dominus vendens, & conſtituens ſe poſsidere nomine emptoris,rem ſolùm detinet,nullus tamen alius poſsidet,tunc enim licèt nec ipſe poſsideat, transfert tamen eius poſſeſsionem per conſtitutum,aut alium quemuis actum fictum. d. l. qui vniuerſas. §.quod per colonum.ff.de acq.poſſ.& ita per eum text.expreſsim voluit Franc.Aret.in d.§.depoſui. Ad quod etiam vide quæ dicam infrà in xiiij.limita.verſi.ſecundò intellige,& ij.ſeq.Sed & ad hanc limitatio.vide omnia quæ dicam in ſequenti limita. *Sufficit detentatio conſtituẽtis, ſi nemo alius poſsideat.*

SECVNDA LIMITATIO.

1 ¶Limita ſecundò noſtram regulam transferentem poſſeſsionem ex conſtituto, vt ſcilicet non procedat, ſi quis conſtituerit ſe poſſeſſurum poſt mortem ſuam. nam huiuſmodi conſtitutum nullius eſſet momenti cùm in tempus conferretur,quo ipſe conſtituens non eſſet futurus poſſeſſor.d.l. vniuerſas.§.quod per colonum,& l.cùm hæredes,in prin.ff.de acq.poſſ.& l.j.§.cùm Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue.Et ita not. voluit Ang.in d.l.quamuis.§.j.ff.de acq.poſſ.& ibi quoque Raph.Com. circa medium,Alex.col.vlt.verſi.item per iſtum tex.Claud.Aquen.& cæteri.& idem Alexan.conſi. lxxxij.perſpectis his,col.iiij.verſi.ſed ita eſt,lib ij.quod errore impreſſorum repetitur conſi.xl.lib.ij. & iterum conſi.lj.lib.v.paucis immutatis,vbi hoc dictum pro ſing.allegat.& ipſe Alex.conſ. lxxxiij. viſa facti narratione,col.v.verſi.non debet igitur,eod.illo lib.iij.Guid.Papa dec.Delphi.ccccxij.Ti- *Cõſtitutũ collatũ poſt mortem conſtituẽtis nullum eſt.*

tius bona ſua.Iaſ.qui & hoc dicit ſing.in l.j.in prin.col.pe.ver.confirmatur quia etiam,ff.de acq.poſſ. & in l.quoties,col.v.verſi.nota tamen diligenter.C.de rei vendi.& conſi.cxlvij.præſens conſultatio, col.8.verſi.non quoque in præſenti,li.1.& conſi.6.exhibentur,col.pe.verſ.non ob.ergo,lib.3.& conſi. lxxxv.quando habemus,col.vlt.verſic.non obſtat aſſertum,eo.lib.3.Phil.Dec.in l.contractus, col.6. verſ.item notandum eſt.ff.de reg.iur.& conſ.ccxlvij.in cauſa magnifici,col.ij.verſ.vlterius etiam nō habet,& col.4.ver.vlterius etiam tali conſtituto.& Steph.Bertr.con.cccxxvij.viſo inſtrumento, nu. 7.li.1.& conſi.cccv.dominus aduocatus,lib.2.& conſ.cccxv.quoniam Andreas,nu.3.& 4.eo.lib.2.& Matth.Afflict.deci.Neap.cccxxxv.pro deciſione,col.2.nec quis poteſt,& Ludo.Gozad.conſi. xcix. in hac cauſa,col.3.nu.13.& iterum ad fi.Anto.Neguſa.in tracta.de ping.parte 2.membro.2.nu.3.

2 *Et quod idem ponitur in diſpoſitione collata poſt mortem.*

¶Ex eodémque fonte manat,quòd cùm diſpoſitio principalis confertur poſt mortem,ita & conſtitutum in eo appoſitum vt quod ſequatur naturam,& qualitatem ipſius diſpoſitionis,in qua apponitur, vt diximus ſuprà in xv.ampliat.verſ.iij.ſed illud hîc.& dicam plenius infrà in vij. limitat. propè per totum. Ideóque nec hoc caſu conſtitutum transfert poſſeſsionem, vt expreſsè reſpondit Alex. d.conſi.lxxxij.perſpectis his quæ in themate,vbi ſuprà citauimus,lib ij.& Iaſon d.conſil.vj.col.pen. lib.iij.Steph.Bertrand.conſi.cccv.dominus aduocatus,lib.ij.& Franc.Ripa,lib.iij.Reſpon. c. xx. eóq; vlt.incip.licèt Decius.

3 *Tempus non ipſius actus,ſed in quod is confertur inſpiciendum.*

¶Ad huius autem limitationis confirmationem facit,quòd non inſpicitur initium actus,qui confertur in aliud tempus:ſed illud ipſum tempus in quod confertur,ita vt paria ſint, aliquid fieri in tempore prohibito,vel id ipſum conferri in tempus illud prohibitum : & econtrario, l. eum qui.ff.de iuriſdi.om.iudi.& l.ſi in tēpus.ff.de hære.inſti.& l.ſi ſponſum,§.ſi vxor , & ibi Bar.& iterum l.cum hîc ſtatus.§.ſi ſponſus,& l.ſi eum.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de donat.inter vir.& vxo.& l.Bebius, in fi.ff.de pact. dotal.& l.Lucius.& ibi Iac.Are.ff.de vulga.& pupil.& l.quod ſponſæ.C.de donat.ante nupt.vbi Bar. dicit,id nunquam fallere,& l.ſi res,& ibi Bald.ff.de iure dot.& l.Titio cum moreretur.ff. de vſufru. & c.de vxore,de ſepult.& ibi Panor.in ij.not.qui id declarat.& voluit etiam Bald.conſi. cccxxxvij. in primis videndum eſt,col.j.lib.j.& Panor.conſil. lxiij. ſtante quadam conſtitutione , col.iij.lib.j.& conſi.lxv.caſus,quidam Raynerius,col.j.lib.ij.Raph.Fulg.con.xcix.magiſter,poſt prin.& alter.Rap. Co.conſil.cxix.Ioannes inſtituit,conſi.ij.verſic.illa enim verba.& Franc.Aretin.in l.alia cauſa.§.eleganter, col.j.ff.ſolu.matr.

4 *Papa cur non poteſt ſucceſſorem eligere.*

¶Hinc dicit gl.in §.his omnibus.viij. quæſt.j.ideo Papam non poſſe ſibi in vita ſucceſſorem eligere, quia effectus,& executio huius electionis confertur in tempus,quo futurus nō eſt Papa,nempe poſt mortem ipſius.Et dicit etiam Bar.in rep.l.j.in ij.quæſt.j.quæſt.prin.C. de ſacroſan. eccleſ. pupillum doli capacem,& proximum pubertati non poſſe teſtari , etiam ad pias cauſas : nec in hoc prodeſſe autoritatem tutoris,quia effectus vltimæ voluntatis incidit poſt mortem ipſius pupilli:& ita in tempus,quo finita erit tutela,quod,inquit,fieri non poteſt,per d.l.ſi ſponſæ.

5 *Teſtamēti factionē uix permitti.*

¶Et hæc quidem ratio mouit gloſ.in l.illa inſtitutio,in verbo,pēdere.ff.de hære.inſtit.vt diceret vix alicui permitti vt teſtetur,cum teſtamenti effectus conferatur in tempus,quo res de quibus teſtatur, nôn ſunt futuræ teſtatoris.Id quod etiam dicebat Chriſto.Caſtel.quem retulit , & ſecutus eſt alter Chriſto.Porcus in §.j.Inſtit.de teſta.vbi & illud dicit,de rigore iuris nullū poſſe facere teſtamentū, ea quam diximus ratione:ſed id fuiſſe conceſſum,& vt noſtri loquuntur,diſpenſatum ob neceſsitatem hominum gratioſè,& ex quadam æquitate,contra iuris rigorem.quod & idem ſentit Panor.in rub.ex.de teſta.col.j.per d.l.quod ſponſæ.& allegat etiam d.gl.in d.§.in omnibus.viij. quæſt.j.quam dicit not.Super quo tamen,ne hîc diutius immoremur,vide Iaſ.in rub.C.qui teſta.fac.poſſ.

6 *Legatū rectà tranſit ad legatariū quantum ad dominium.*

¶Et quamuis nullus,quem hactenus legerim, ſi non me fallit memoria , contradixerit huic ſententiæ,quæ negat conſtitutum poſt mortem collatum traditionem operari , aut etiam in dubium reuocari,tamen exercendi ingenij cauſa poſſet videri,id non adeò indubitatū eſſe, vt omnibus videtur,quin ſint nonnulla quæ aduerſus eam ſententiam dici poſsint. Videmus enim quòd licèt legatū non habeat effectum niſi poſt mortem teſtatoris,tamen dominium eius poſt mortem , adita hæreditate tranſit rectà in legatarium.l.ſi tibi.§.cùm ſeruus.ff.de leg.j.& l.cùm pater.§.ſurdo,ff.de leg. ij. & l.legatum ita. eo.tit.cum multis ſimili. Et ſimiliter licèt inſtitutio hæredis non habeat effectum, niſi poſt mortem ipſius teſtatoris,cùm viuēs non habeat hæredem nec viuentis hæreditas eſſe cenſeatur.l.j.ff.de hæred.& acti.ven.& l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.hæred.& l neminem,eo.tit.cum cōcor. ibi à glo.adductis:tamen in ipſum recta quoque via trāſit hæreditas, poſt mortem ipſius teſtatoris: & ſic eius diſpoſitio,licèt conferatur in tempus,quo futurus non eſt dominus,habet tamē vim conferendi dominij in hæredem.Sed &,quod plus eſt,videmus ſubſtitutiones quæ fiunt ab hæredibus, & plerunque ab ipſorum hæredum hæredibus,& quæ ideo conferuntur in tempus, quo nec ipſe teſtator,nec eius hæredes futuri ſunt domini,tamen ſuam vim,& effectum habere.

7 *Ad idem.*

¶Quòd ſi quis dicat aliud eſſe in dominio,aliud in poſſeſsione,quia poſſeſsio plus habet facti quàm iuris:dominium contrà plus iuris,quàm facti:ideo licèt illis caſibus tranſeat dominium , non tamen poſſeſsio:confeſtim reſpondebo illud verum eſſe in vera traditione:in ficta autem ſecus,vt quæ ipſa plus iuris quàm facti habeat:vt not.in l.j.§.ſi vir vxori.ff.de acq. poſſ. & conſtabit ex his quæ dicam infrà in vij.limit.Prętereà qui dicunt poſſeſsionem non transferri ex cōſtituto collato poſt mortem, hac vna ratione innituntur,quòd eo tempore poſſeſsio non eſt futura penes conſtituentē, & nemo dat quod non habet:ob idque et ā illud fieri,vt conſtituens non transferat poſſeſsionē , niſi ipſo tēpore conſtituti



conſtituti poſsideat,vt diximus in j.limitat.Quæ quidem ratio & hîc quoque obtinet , quia dominium non eſt futurum apud teſtatorem poſt mortem ipſius,non magis quàm poſſeſsio.

*Dominiū trāſire ex conſtituto in tempus mortis collato.*

8 ¶Miror autem hîc non modicùm quod ab Ang.ſcriptum eſt in d.l.quamuis. §.j. quòd licèt conſtitutum poſt mortem collatum non transferat poſſeſsionem , transfert tamen dominiū : quia ipſum dominium,inquit,non moritur,ſed in hæreditate manet.ad quod dicit facere not.in l.ſi ego. §. j.ff. de iure dot.Et anteà quoque miratus fuit Claud.Aquen.in ea.l.quamuis. §.j. col.ij. verſ. ſubiicit tamen.quem tu videas,& quæ prætereà dixi ſuprà in iij.declaratione præceden.limita.

*Dominiū poſt mortē alienātis trāſferri poſſe.*

9 ¶Quid quòd(vt è ſemita in viam redeamus)etiam inter viuos(ne quis obiiciat , quantùm ad id de quo tractamus,intereſſe,an fiat tranſlatio inter viuos,an ex teſtamento) Inter viuos,inquam , quis ita alienare poteſt,vt non niſi poſt mortem ſuam dominium transferatur.l.j.& ij.C.vt action.ab hęred.& cont.hæred.incip.& voluit gl.in l.vlt.in verbo,accommodauerat.C.de pactis,cum aliis multis concord.à me collectis,in tract.Primigeniorum,q.6.nu.33.quinetiā poteſt. Et tamen dominium ex huiuſmodi contractibus non transfertur,niſi prius poſſeſsione tradita.l.traditionibus.C.de pactis, & l.ſi ager.C.de rei vendica.cum ſi.

*Ad idem.*

10 ¶Quid plura?cùm ex conſtituto appoſito in teſtamento,quod nullam vim,nullum robur , nullum effectum habet,niſi poſt mortem teſtatoris , transfertur poſſeſsio , vt latè diximus & probauimus ſuprà in xxiij.ampliat.Ex quo etiam videtur nihil hîc intereſſe inter dominium & poſſeſsionem, quantùm ad id de quo tractamus: præſertim cùm non ſolùm quando teſtator conſtituit poſsidere pro legatario,ſed etiam ſi ei ſimpliciter tradiderit facultatem appræhendendi poſſeſsionem poſt mortem,id certè facere poteſt,per tex.vt à multis intelligitur & citatur vbique in l.Titia cùm teſtamento.§.j.& ibi gl.Bar.Bal.Imo.qui eum tex.ad hoc dicit ſing.ff.de legat.ij. cum aliis infinitis concord.à me allegatis in commentariis conſuetudinum Picta.tit. *les teſtamens*.§.iiij. in gl. ij. in verbo, *ne vienne à l'heritier*,in j.fal.Nec id quidem tantùm expreſsè,ſed etiam tacitè , & id quidem multis modis,vt & multis oſtendi in eadem illa gl in ij.amplia.

*Prima declaratio huius limitationis.*

11 ¶Et hæc quidem ingenij mei exercēdi gratia,quod iam diximus,ac aliorū quoque excitandi,dicta volumus.Neque enim eò diximus,vt euellam eam opinionem longiſsima temporis præſcriptione, & omnium autoritate confirmatam:ſed quam tamen quatuor modis declarandam ducimus. Primo quidem,vt procedat ſi conſtitutum poſt tempus mortis confertur. ita enim ſuprà locuti ſumus:Secus ſi in ipſummet mortis tempus conferatur,vt in caſu nota.conſuluit Oldra conſ.cxxxix. ad habendam aliqualem notitiam,in v.dubio,iunctis his quæ dixerat in iij.dubio.& voluit etiam Alber. in d.l.vlt.col.ij.verſ.ſed quàndo videtur.C.de pactis.Alex.conſ.lxxxij.viſa facti narratione, col. iij. verſ.& in propoſito,cum multis ſeq.lib.ij.Guid.Pap.qui nullum horum memorat , deciſ. Delphin. cxlviij.quidam donauit.Iaſ.in d.l.quoties,col.v.verſ.nota tamen diligenter.C.de rei vendi. & conſ. cxlvij.præſens conſultatio,col.ix.verſ.primò ex limi.lib.ij.dum vtrobique citat Oldra.& Alex. vbi ſuprà.Claud.Aquen.in d.l.quamuis.§.j.col.j.verſ.& ita dicebam.ff.de acq.poſſ.vbi id dicit ſe reſpondiſſe in ardua quadam cauſa,Philip.Deci.in l.contractus,col.vj.verſ.item notandum eſt. ff. de regu. iur.Ant.Neguſan.in trac.de pign.parte ij.memb.ij.col.ij.nu.5.6.& 7.

*Viuúſne an mortuus quis dicatur in puncto ipſo mortis.*

12 ¶Quanquam idem Deci.contrarium reſponderit conſi.ccxlvij.in cauſa magnifici Baronis, col. iiij. verſ.non obſtat quòd talis conditio,& poſt eum Ludo.Gozad.conſ.99.in hac cauſa,col.iij.num. 13. Sed pro priori opi.eſt tex.optimus in l.mortis cauſa.ff.de manumiſſ. Vt interim omittam diſputationem illam,an ſcilicet in ipſo actu ſiue articulo vel puncto moriendi,aut in vltimo vitæ ſpiritu, ſiue in ipſo animæ exitu quis viuus dicatur,an mortuus.De qua re,vt obiter attingam,vide tex.in l. vlt. & ibi gl.& Bar.ff.quando dies lega.ced.& in l.j.§.ſi emancipato.& §.ſeq.& ibi doct.ff.de colla.bono. & omnium optimum in l.qui duos.§.1.& ibi gl.& Bart.ff.de manu.teſta.Bald.in l.vlt.in prin.col.vlti. verſ.quæro an pater.C.de bonis quæ lib.Sign.conſ.clxxviij.pater deceſsit,col.j. circa medium. Bal. in l.vlt.in prin.col.vlt.verſ.quæro,an pater.C.de bonis quę libe.Pau.Caſt.conſ.ccxlj.ſuper hoc puncto,col.j.li.ij.Barb.in c.Raynutius,col.ij.de teſta.Iaſ.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium,col. vij. verſic. imperator conceſsit.ff.de libe.& poſth.Stepha.Bertran.conſ.xix.dudum fuit,col.ix.lib.j.

*Philelphi epitaphium.*

13 ¶Qui locus in memoriam reuocat epitaphium Franciſci Philelphi , doctum quidem ac elegans, quicunque illud edidit,ad hunc quidem ſcrupulum reſpiciens,

*Itala Cecropiæ Pallas coniuncta Mineruæ,*
*Et ſtetit,& cecidit morte Philelphe tua.*

*Quoad uiuet & quoad morietur,idē tempus deſignare.*

Sed hæc philoſophorum diligentiæ relinquenda ſunt,qui nec ea intacta reliquerunt.Vt tamen illud quoque dicam,ea verba,quoad viuet, & quoad morietur,licet videantur eſſe contraria,tamen vnū idémque tempus vtraque demonſtrare.Nam cùm duo tempora inter ſe oppoſita ſunt , ſed ita cohærentia,vt alterius finis cum alterius initio miſceatur,non refert vtrùm per extremitatem prioris,an per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur,vt ſcribit Gellius li. Noctium Atticarum vij.c.xxj.

*Secūda declaratio.*

14 ¶Secundò intellige,vt procedat,quando certò & nominatim cōfertur poſt tempus mortis:ſecus ſi caſu,& vt noſtri loquuntur,accidentaliter,melius accidenter dicerent,id contingit:vt quia conſtitutum factum eſt ſub conditione:quod vtique fieri poteſt,vt diximus in xvij.ampliat. Quæ quidem conditio poſt mortem conſtituentis euenit:Valet enim tale conſtitutum , & ex eo transfertur poſſeſsio,æquè ac ſi ante mortem contigiſſet:quia conditio purificata,quam noſtri vocant, retrotrahi-

tur ad tempus actus,in quo conditio appoſita fuit,vt etiam expreſsè.& in hoc caſu voluit ipſe Old. d.conſ.cxxxix.in d.iij.dubio,prout illum allegat & ſequitur Deci.in d.l.contractus,col.vj.verſ.item notandum,ibi,& eodem modo.Sed tu hîc vide quæ diximus ſuprà in d.17.ampliat. nu.9. intelliges ſecundò,vbi contrarium tenuimus ex eodem Dec.& aliis.Tu tamen interim vide, num hîc diſtinguendum ſit,vtrùm conditio ſit poteſtatiua,an caſualis,quas vocant, vt non retrotrahatur, vel retrotrahatur,ſecundum.l.potior,& l.qui balneum.ff.qui potio.in pigno.hab.cum ſimi.

*Tertia declaratio.*

15 ¶Tertiò intellige procedere,niſi conſtituens ſe poſſeſſurum poſt mortem , his verbis vteretur, ex nunc,prout ex tunc,& econtrario:quia tunc transfertur poſſeſsio,vt voluit Alex.d.conſ.lxxxiij. col. iij.verſ.confirmatur hoc quia poſſeſsio,li.iij.Guid.Papa.deciſ.Delphi.cclxviij.quidam donauit. Iaſ. d.conſ.cxlvij.col.ix.verſ.ſecundò poſſet reſponderi,li.ij.Bart.Chaſſ.conſi.liij. ex facto hîc ante deducto,col.xxiij.verſ.ad quartum dubium.& iterum conſ.lxv.ex facto mihi propoſito,col. iij. verſi. ad hæc eſt clara.Franc.Ripa in l.j.col.j.verſ.defendendo communem.ff.de pign.& Ant.Neguſan.in tract.de pign.in ij.parte,memb.ij.col.j.nu.4.Et bene facit quod in ſimili ſcribit Clau. Aquen. in l. qui abſenti.§.j.ff.de acqui.poſſeſ.

*Vis earum dictionũ ex nũc prout ex tunc.*

16 ¶Hæc enim verba,ex nunc prout ex tunc,& ex tunc prout ex nunc, ſunt eius roboris,vt diſpoſitio in qua ponuntur,retrotrahatur ad tempus actus,ſecundum gl.Ang.& recẽtiores in l.j.C. de codicil. & glo.Card.Flor.& Imo.in cle.nolentes,de hæretic.Doc.in l.lecta,ff.ſi certum peta.cum aliis multis concord.latè congeſtis ab Alex.vbi ſuprà,& latiùs à Iaſ.in d. l. j. C. de codicil. & à me latiſsimè in tract.Retractuum tit.ij.§.ij.gl.j.num.86.dubium facit,vt tamen interim videas Philip.Dec.d.conſ. ccxlvij.in cauſa magnifici Baronis.col.vlt.verſ.non obſtat quod dicit,iunctis præced.

*Qui contrariũ tenent.*

17 ¶Sunt enim qui contrarium apertè tenuerunt, vt ſcilicet non transferatur poſſeſsio ex conſtituto poſt mortem conſtituentis collato,etiam ſi ipſe conſtituens his verbis vſus fuerit,ex nunc prout ex tunc,&c. & in his Raph.Co.in d.l.quamuis.§.j.ff.de acq.poſſ.dicítque idem voluiſſe Ang. ibi , qui tamen nihil omnino de illis verbis loquitur.Sed idem quod Raph.tradit Claud. Aquen. in eodem loco.col.j.& Hiero.Gratus,conſ.lxxv.quanuis ſit prius,col.j.verſ.prætereà non ſufficit,li.ij.Pro quorum opi.tu vide quæ ſcripſi in d.tract.Retract.vbi ſuprà,nu.87.verùm contrarium.

*Quarta declaratio.*

18 ¶Quartò intellige ita procedere,vt ſi actus ipſe non confertur poſt mortem conſtituentis, executio tamen & effectus eiuſdem in illud tempus confertur: tunc per conſtitutum appoſitum in ipſo actu transfertur poſſeſsio, vt not. ex facto interrogatus reſpondit Oldra. apud quem videre licet exemplum eius rei,conſ.cxiiij.factum tale eſt,quædam mulier.& Philipp.Deci.conſ.ccxlvij.col.ij.verſic. vlteriùs etiam,& iterum col.vlt.verſ. prætereà caſum: nam & aliàs ſæpe magis inſpicimus tempus actus,quàm effectus & executionis eiuſdem,vt videre licet ex multis quæ ſcripſimus in tract. Primigeniorum,in xliij.q.nu.eiuſdem quæſt.xvij.quanquam & illud,& ij.ſequ. Super quo tamen vide quæ etiam diximus nu.eiuſdem qu.xiij.addes inquam.

TERTIA LIMITATIO.

*Cõſtitutum an transferat poſſeſsionem rei emphyteuticariæ.*

1 ¶Limita tertiò,vt conſtitutum non transferat poſſeſsionem nec dominium in re emphyteuticaria: niſi is cui fuerit donata aut vendita,fuerit inueſtitus à domino,ita vt ſi interim antè,quàm, ſcilicet, fuerit inueſtitutus,res alteri fuerit vendita,& tradita,præferatur iſte ſecundus,vt voluit Guid. Pap. deciſ.Delphi.xlvj. in emphyteuta,col.vlt.verſ.& ex hoc infertur, vbi ita dicit fuiſſe determinatum in curia parlamenti Delph.per tex.in l.ij.C.de iure emph.vbi emphyteuta alteri vẽdens & tradens, ipſo iure cadit iure ſuo:ex quo,inquit,ſequitur,quòd in emptorẽ nec poſſeſsio,nec dominiũ tranſit.

*Ad idem.*

2 ¶Et idem quoque voluit ipſe Guid.deciſ.lxxxj.ſi debitor, in fin. iunctis præcedentibus. rurſumque deci.cxij.in dicta curia.& D.Bene.in rep.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam , nu. 294.& iterum 551.de teſt.& Steph.Bertran.conſ.cvij.etiam ſi prætendit,nu.iij.lib.ij.Chaſſ. conſ. vij. viſis themate,col.vij.verſi.ad hoc eſt clara reſponſio,vbi id extendit ad res feudales.& conſ.viij. ſuper duabus,col.viij.nu.36.& conſi.xxxix.pro deciſione,in vij.dubio,in fi.

*Sed nec realis traditio.*

3 ¶Et hoc quidem pro limitatione virium,& effectus conſtituti affert ipſe Chaſſ. d.conſi.vij. & nonnulli conſuetudinum interpretes:licèt nihil omnino facere videatur,cùm & id locum habeat,etiam ſi verè,& realiter fuerit res tradita,vt etiam dicit idem Guid.d.dec.lxxj.col. vlt. & Benedict. in d.c. Raynutius,vbi ſuprà,& ante eos Petr.Iacob.titul. de actio.in rem, quæ pro re emphyt. quæ ceci. in commiſ.col.xiiij.verſ.item colligitur hîc quòd emphyteuta.

*Sed aliud obſeruatur in patria conſuetudinaria.*

4 ¶Illud autem verum eſt,etiam ſi id,quod diximus,verum ſit,vt ſcilicet,poſſeſsio aut dominium in re emphyteuticaria,aut feudali non tranſeat in emptorem ſine inueſtitura domini, in patria ( vt loquimur)iuris ſcripti.At in regionibus,in quibus ea res non cadit in commiſſum ob alienationem, etiam ſi ea facta ſit ſine conſenſu domini,vt in Gallia noſtra,vti atteſtatur noſter Io.Fab.in auth.ingreſsi.col.vlt.C.de ſacroſ.eccle.& in §.j.paulò ante fi.Inſt.de legit.patro.tut.& in §.j.Inſtitur. de rer. diuiſ.& in §.j.de emp.& vendi.& alibi ſæpe.& Iac.Bel.in c.j.tit.ex quib.cauſ.feud. amit. & Pet. Iac. tit.de condi.ex l.imperialem.§.callidis,col.iij.verſ.item fallit quia hodie.& iterũ tit.de cauſ.ex quib. feu.amit.col.v.verſ.hodie verò ſic obſeruatur.Pan.in ſuo elegantiſsi.conſ.iij.nitar in præſenti cauſa. in xxij.q.in prin.lib.ij.Guid.Pap.deci.Delphi.lix.ſecundum vſus,& alibi ſæpe,& alibi quoque latiùs dicemus. Nihil eſt certè quod impediat dominium & poſſeſsionem tranſire , ceſſante ea ratione quam ſuprà diximus ex d.l.ij.de iure emphy.Et ita expreſſe dicit Chaſſan.d.conſ.viij.vbi ſuprà.Et illi aſſentior,& ita vtimur.

¶Sed



*Sed quid quãtum ad conſtituentẽ & conſtitutariũ etiã in patria iuris ſcripti.*

5 ¶Sed etiam de iure communi putarim emphyteutam conſtituendo ſe poſsidere pro alio, non minùs transferre poſſeſsionem,quàm ſi verè tradidiſſet,quantùm ad ipſum emphyteutam , & illum, cui vendidit pertinet.vt non obſcurè voluit Oldr.conſ.cxxxix.ad habendam aliquam notitiam , in ix.dubio.nam dominus,inquit,tantùm eam alienationem,& poſſeſsionis tranſlationem potuit impugnare,non etiam alius,per multa quę illic allegat.Is autem ibi loquitur de tranſlatione poſſeſsionis ex conſtituto,vt videre licet ex his,quæ antè dixerat.Et ita eum refert,ac ſequitur Philip.Dec. conſ.ccxlvij.in cauſa magnifici.col.ij.verſ.vltimò non obſtat,& col.vlt. verſ. poſtremò : vbi tamen hoc intelligit,niſi ille tertius habeat ius à domino,vt qui ab eo fuit inueſtitus.nam is pręferretur alteri , qui antè ex conſtituto poſſeſsionem adeptus fuerat. quòd cùm eo conuenit quod ſuprà ex Guid.Pap.diximus.

*Ad idem.*

6 ¶Sed & quòd per conſtitutum transferatur poſſeſsio rei emphyteuticariæ, apertiſsimè tenuit Petr. Anch.conſ.lxiij.motiua iudicis,in iij.dubio.& Raph.Co.in l.quamuis.§.j.verſ.& ex iſta gl.ff.de acq. poſſ.& conſ.clxxiij.Galuanus,col.vlt. vbi & idem dicit de re feudali.& Alex. nonnihil tamen ſubdubius,col.ij.ex narratione,col.4.verſ.ſecũdò eſt videndũ,li.iiij.Caro.Rui. minimè ambiguus,cõſ. cxlviij.caſus iſte,col.ij.nu.5.li.j.& videre licet ex his,quæ dicã infrà in 26.limita.Et de hac re quoq; tractat Bal.in l.quiſquis,verſ.iſte paſſus,C.de don.ſed ita obſcurè,vt vix intelligã quid velit dicere.

*An ciuiliter poſsidens & concedens in emphyt.per conſtitutũ trãsferat naturalẽ poſſeſ.*

7 ¶Quòd ſi quis fortè dubitet,ſi is qui ciuiliter poſsidet,concedit alteri in emphyteuſim,& conſtituit eius nomine poſsidere,cui ita rem concedit:an in illum transferat poſſeſsionem naturalem,quę debet eſſe apud emphyteutam,ſecundùm gl.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſ. & in l.ſi vt certo, §.ſi duobus.ff.commoda.Adeat Bart.Raph.Co.Alex.& Fran.Are.in l.interdum.§.vlt. ff. de acquir. poſſ.& ex illis diſcet,quid ſit dicendum.

QVARTA LIMITATIO.

*Ficte poſsidens an per conſtitutũ poſſeſsionẽ transferat.*

1 ¶Limita quarto,vt per conſtitutum transferatur poſſeſsio,quando conſtituens verè poſsidet: ſecus ſi fictè tantùm.verbi gratia,ex conſuetudine generali huius regni Franciæ , hæres , etiam nondum adita hæreditate,nec aliàs apprehenſa poſſeſsione hæreditatis,cenſetur poſsidere : ídque eſt quod vulgò veluti prouerbio dicimus , *Le mort ſaiſit le vif* de quo nos tractatum peculiarem propediem edemus. Ergo hæres apud nos fictè poſsidet. Quòd ſi ipſe ante realem poſſeſsionem vendat rem quampiam hæreditariam,& ſe conſtituat poſsidere nomine emptoris,non transfertur poſſeſsio:ne duæ fictiones circa idem concurrant,ſcilicet ficta poſſeſsio,& ficta traditio,contra tex.& glo. in l.j. C.de dot.promiſ.cum ſi.Et ita voluit Guliel.Cu.in l.ab emptione.ff. de pact. & poſt eum Bald. in hac ipſa ſpecie in rub.extrà de cauſa poſſ.& proprie.col.vlt.verſ.ſed pone,quòd iſte hæres,& Barb. conſ.viij.ſapienter doctiſsimus,col.xvij.ſub nu.37.lib.ij.

*Poſſeſsio hæredis ex illa cõſuetudine ſit ne uera an ficta.*

2 ¶Sed hoc certè,vt vides ex illorum ratione,ex eo dependet,an hæc poſſeſsio,quam habet hæres vi huius ſtatuti,vel conſuetudinis,ſit ficta , an vera. Et hanc veram eſſe nuncupatim tradit ipſe Barb. non obſcurè in c.ij.col.antepen.verſ.ſed dubito vtrùm, de conſuet. & apertiùs Soci.in repet. l. rem quæ nobis,in v.quæſt.prin.verſ.quartò,& vltimò concludo.ff.de acqui.poſſ.exẽplo eius, quòd licèt conſtitutum ſit ficta traditio,eſt tamen poſſeſsio,quæ ex eo fit vera,& propria , vt latè diximus ſuprà in j.amplia.Idem tenet Caro.Rui.conſ.xviij.primò & principaliter,col.vlt.lib.j.& Philip.Deci. conſi.cccclxvij.bene & conſultè,col.iij.verſ.& circa prædicta verba.& Fran. Ripa lib.j. Reſpon. c.j. nu.87.& ſeq.De quo nos fortè ampliùs dicemus in illo noſtro tractatu, *Le mort ſaiſit le vif* , in x. & xj.declaratione.

*Quid ſi nulla ſit talis cõſuetudo.*

3 ¶Illud autem citra omnem controuerſiam fateor,quòd ſi nullum ſit ſtatutum,vel conſuetudo,quę poſſeſsionem defuncti transferat in hæredem ipſo iure , atque ita ſimus in terminis iuris communis:certè ſi hæres,etiam adita hæreditate , antè quàm realiter appræhenderit poſſeſsionem rerum hæreditariarum ſecundum l.cum hæredes,in prin.ff.de acq. poſſ. ſeſe conſtituerit eas poſsidere nomine alterius,cui fortè eas vendidit,non transfertur poſſeſsio in eum,vt expreſſe voluit Guid.Pap. qui alios citat in commentariis ſtatuti Delph.incip.ſi quis per literas,in verbo,poſſeſsio,col.ij.verſ. quod intelligo,ſi dominus.Nam(vt ille dicit)hic non poteſt transferre in alium poſſeſsionem quã non habet,vt etiam latè diximus ſuprà in d.j.limitat.Et idẽ dicit in legatariis,& aliis,in quos transfertur dominium ſine poſſeſsione,vt nec eam in alios transferre poſsint.

QVINTA LIMITATIO.

*Conſtitutũ nõ transfert poſſeſsionẽ ſi alia interuenit fictio.*

1 ¶Limita quinto,& generaliùs,vt nec conſtitutum operetur trãſlationem poſſeſsionis aut dominij, vbicunque aliàs interueniret alia fictio,ſiue fictus titulus:vti nec conductio nec retentio vſusfructus, nec denique alius quiuis actus fictus in eo caſu transfert poſſeſsionem ,vt voluerunt Cin.Bal.in vtraque lectu.Salic.& alij in l.qui rem.C.locati,Bart.in l.ſi aliquam rem,col.ij.verſ.ſed oppoſui eis,& ibi etiam Albert.col.j.verſ.ad contraria dic.Imo.col.item ij.verſ.quicquid tamen ſit, & Roma. col.iiij. verſ.inquantum tamen,Franc.Aret.col.iiij.verſ.in gl.in verbo,quaſi meam.Alex.col.iij. verſic. quæ concluſio communis,& iterum col.vij.verſ.pro expeditione,& alij recẽtiores,ff.de acqui.poſſ. idem Bart.in l.cum falſa & ibi Bald.col.vlt.verſ.vlteriùs quæro,& ibi Pau.Caſt.col.ij.verſ.aduertendum eſt ex verbis.C.de iu.& facti ign.ipſe Bar.in l.ſi is qui pro emptore,col.pen.verſ.pro Guil.facit.ff.de vſucap.Bal.in l.ad probationem,C.de loca.& c.j.col.vlt.verſ.& ſi dicatur,tit.de capi.qui curi.vẽdid. & in c.ij.col.j.verſ.item no.hic duo,extrà de conſuet.vbi tamen limit.cùm agitur de ſalute animæ. Bal.conſ.cxxx.videtur quòd dicti fratres,verſ.prætereà concurrunt,lib.iij.Ang.in l.hæc ſi res , poſt princ.

prin.ff.de rei vendi.& in §.emphyteuſim,ad fi.in auth.de non alien.aut permu.reb.eccle. Saly. poſt Iac.But.in l.traditionibus,col.vlt.C.de pactis.Ant.in c.ex parte,col.vj. verſ. idem ſi dicat, & confiteor,de confeſ.Imo.in l.ſi cautio,col.v.verſ.item aduerte inquantùm dixi,quòd ſi confiteor,de fid. inſtru.& conſ.lvij.viſo quodam inſtrumento,poſt medium,& eius diſcipulus Pet.Belluga in tractatu,de Speculo principum, tit.de deci.§.tractamus,col.antepe.Franc.Aret.in l.quod meo, in princ. col.j.verſ.primus eſt ſi concurrat,& ibi Alex.col.iiij.verſ.vltimò quærit gl.ff.de acq.poſſ.& idẽ Are. in l.ij.§.creditum,col.quoque vlt.ad fi.ff.ſi cert.pet.& in l.certi condictio.§.depoſui,colum.ij.eo.tit. Iaſon in l.j.col.ij.verſ.ſextò limita.ff.de condict.indebi.& Carol.Ruin.conſil. cxxxvj. primò videndum,col.vlt.lib.j.

2 ¶Et quod diximus in titulo ficto,idem in titulo præſumpto ſiue tacito, voluerunt plurimi ex illis, loquentes in titulo præſumpto,& non ficto,videlicet,cùm quis rem ſuam ab alio ſcienter conducit:quo caſu tacitè, & præſumptiuè cenſetur donare ex multorum opi. in illis locis. Aut cùm quis ſcienter ſoluit indebitum,tacitè quoque donat.d.l.j.ff.de condict.indeb.cùm ſi.Dicunt igitur plerique eorum in illis caſibus non transferri poſſeſsionem per conſtitutum, propterea quòd in illis eſt præſumptus titulus,quem pro ficto accipiunt.

*Et idem in titulo præſumpto uel tacito.*

3 ¶Verùm Imo.& Ro.in d.l.ſi aliquam rem.& ibi quoque latiſsimè Fran.Aret.col.iiij.verſ.in gloſ. in verbo,quaſi meam,tenuerunt contrarium.neque enim hìc eſt duplex fictio, ſed vna tantùm fictio & vna præſumptio,quæ coire ſimul non prohibētur.Aliud enim eſt præſumptio,aliud fictio,vt bene & amplè probat Aret.vbi ſuprà.nam is titulus dicitur fictus,qui nullo modo verè interuenerit, ſed lex fingit eum interueniſſe:vt in caſu l.vnic.C.de rei vxo.act.& l.non aliter.ff.de adop.Præſumptus autem qui reſultat verè ex tacita voluntate partium:quam quidem voluntatem lex præſumit ex aliquibus coniecturis,vt in d.l.vnic.§.accedit,de rei vxor.act. vbi extraneus dando dotem pro vxore,præſumitur donare vxori.& in l.item quæritur.§.qui impleto.ff loca.cùm ſi.

*Fictio cũ præſumptione ſimul poteſt cõcurrere.*

4 ¶Sed vt illud donemus,tamen euitari non poteſt,quin ſi non ſint duæ fictiones, vt illi contendunt, ſint tamen duæ ſpecialitates,quæ & ipſæ ſimul interuenire nõ poſſunt,vt no.in d.l.j.C.de rei vxor. act.nam ead.l.loquitur quando concurrunt duæ præſumptiones,aut certè vna præſumptio, & vna fictio.Primùm quidem præſumptio,ex eo quòd contendebatur quòd ex inſtrumento,in quo dictũ erat quòd promiſſa fuit dos,reſultaret ſtipulationem præſumptam interueniſſe,ex not.in leg.j.C.de vſur.& l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& §.ſi ſcriptum.Inſtit.de inutil.ſtipul. Altera ſpecialitas ibi erat, quòd etiam contendebatur incertitudinem dotis non vitiare contractum,contra l.ita ſtipulatus, in princ.ff.de verb.obligat.Licèt igitur incerta dos peti poſsit.l.cùm poſt diuortium.§.gener.ff.de iur. dot.tamen ſi eſſet præſumpta ſtipulatio,non poſſet ex ea agi ad dotem incertam. Ex quo ſequitur vnam præſumptionem & vnam ſpecialitatem nõ poſſe ſimul coire,vti & ex illa l.ita declarata expendit Alex.in d.l.ſi aliquam rem,col.viij.verſ.non obſtat quòd hìc eſt vna.

*Duæ ſpecialitates ſimul non concurrunt.*

5 ¶Ideoque ex præſumpto titulo,& ficta traditione non transferri poſſeſsionem negat expreſsè Ioan. de monte Sperello in d.l.certi condictio.§.depoſui.ff.ſi cert.pet. Neque enim ſimiliter ex putatiuo titulo,& putatiua traditione transfertur poſſeſsio,vt dicit Bal.in l.nullo,col.ij.verſ.diſtinguamus ergo.C.de rei vendic.& in d.l.ſi aliquam rem.ff.de acqui.poſſ.Sed id tamen antè quàm aliter decidas, vide omnino Claud.Aquen.in d.l.ſi aliquam rem,& ipſum Aret.in l.quamuis,col.ij.verſ. vnde poteſt aſsignari,eod.tit.

*Ex præſũpto titulo & ficta traditione non trãsfertur poſſeſsio.*

6 ¶At quicquid ſit de ea re,illud tamen non ignorandum, quòd ſi ex duabus fictionibus, ſiue etiam ſpecialitatibus aut improprietatibus(vt hæc omnia ſimul iungam)vna ſcilicet ficta traditio, procedit ex conſequentia alterius ſcilicet tituli,vel ficti,vel præſumpti certe non impeditur trãsferri poſſeſsio per huiuſmodi fictam traditionem,vt in hac ſpecie voluit expreſsè Rom.in d.l.ſi aliquã rem, & ibi poſt eum Fran.Aret.vbi ſuprà.Nam nec ſic ſemper prohibentur copulari, cùm ſcilicet vna procedit in conſequentiam alterius,l.cùm duæ,ff.de capti.& poſtlim.reuer. & l. ſub conditione, & ibi Bart.ff.de ſolut.& idem Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore,col.pen.verſ.circa id verò, & ibi Iaſon col.vlt.qui adducit alias concord.ff.de vſucap.

*Præcedentia procedunt niſi una procedat ex conſequentia alterius.*

SEXTA LIMITATIO.

1 ¶Limita ſexto,vt per conſtitutum,ſiue precarium transferatur poſſeſsio,modò extet cauſa,vel titulus aliquis,ſuper quo interponitur:nam ſi nullus omnino extet titulus,vel cauſa,ſed fiat ipſum cõſtitutum per ſe,& nulli accedens titulo vel cauſæ,id certè eſt inefficax & inutile.Conſtitutum enim ſiue precarium ſine titulo,non eſt titulus,ſed quædã executio,vt dicit Bal.in rub.extrà de præſcr.col. iij.verſ.vlterius quæro an per conſtitutionẽ.vbi dicit hoc eleganter voluiſſe Bald.in d.l. quod meo, de acq.poſſ.vbi tamen id non dicit,ſed aliud,quod poſtea dicemus:vt etiam ibi annotat Alex.col.3. verſi.tangitur etiã.vbi hinc occaſione ſumpta dicit ipſum Bal. ſcripſiſſe in decretalibus multa mirabilia & ſingularia ſine legibus,& canonibus,& ſæpe falli in ſuis allegat.

*Conſtitutũ ſolum ſine titulo non transfert poſſeſsionem.*

2 ¶Sed ne putes tamen ex hoc Bald.ſolũ in ea ſententia fuiſſe,eum nuncupatim,& ex profeſſo ſequitur idem Alex.aliis in locis,ſcilicet conſ.82.perſpectis iis,quæ in themate,col.iiij.verſ.pro hoc facit, lib.ij.quod quidem conſi.errore librariorum repetitum eſt conſi.xl.lib.iij.ſequitur item idem Alex. cõſi.lxxxj.lecto & diſcuſſo,col.v.verſ.ad idem quod notat,eò.lib.iij.vt magis mirer Alex.ipſum,qui Bal.ſæpius ſecutus eſt in ea re,in qua illum alibi repræhendit,niſi dicas illum in priori loco nõ tam repræhendere Bal.quòd fuerit in ea ſententia,quàm quòd pro ea Bart.citauerat.

*Ad idem.*

¶Vtcun



3 ¶Vtcunque ſit,ante eos omnes idem voluit gl.in d.l.quod meo,in prin.cum ad text. loquentem in hoc caſu,qui dicit,poſsidere addit,ex iuſta cauſa,putà donando vel vendendo:tanquam per conſtitutum,de quo,vt diximus,is tex.loquitur,non transferatur poſſeſsio ſine cauſa, vel titulo. Et eam glo.ſequũtur Iacob.Aret.& Alber.ibi,ſed eam Din.repræhendit.Barr.autem diſtinguit inter dominum ſeſe conſtituentem poſsidere nomine alterius,& eum,qui non eſt dominus, & idem conſtitutum facit:vt,ſcilicet,in illo vera ſit opinio glo.& ſequacium.in hoc Din. & hoc ſequi videtur Paul. Caſt.ibi.Verùm contra eam gl.expreſsè etiam tenet Ang.ibi,in fi.per tex.in l.j.§.ſi vir vxori. ff. de acqui.poſſ.de quo abundantiſsimè dicemus in ſeq.limit.

*Ad idem.*

*Diſtinctio.*

4 ¶Pro ea tamen opinione,quæ non admittit conſtitutum,ſiue precarium,niſi ſubeſt cauſa, vel titulus,facit quod in ſimili dicimus,quòd licèt traditio clauium etiam transferat poſſeſsionem. l. clauibus,ff.de contrah.emp.gl.& doct.in l.iij.in prin.ff.de acq.poſſ.& in c.ij.de conſuet. & docto. vbique qui hãc traditionẽ ponunt inter fictos modos acquirẽdi:intelligunt tamẽ,ſi præceſsit titulus,ex quo debeat transferri poſſeſsio : aliàs enim ſine titulo claues cenſerentur eſſe traditæ, non quidem ad transferendam poſſeſsionem,ſed cauſa cuſtodiæ,vt not.Doct.in l.cùm pater.§.pater pluribus, præſertim verò glo.ibi,in verbo,pluribus,Bartol.& Alber.ff.de lega.ij.Pet.Anch.in cle. j.§. ſanè, col.ij. verſi.ſed nunquid in dubio,de hæret.Alex.in addit.Bart.in d.l. clauibus. Et idem quoque in retentione vſusfructus reſpondit Steph.Bertr.conſi.clxxiij.quia difficultas,col.iiij.in fine verſ. non obſtat l.quiſquis,lib.iiij.

*Traditio clauiũ non transfert poſſeſsionẽ ſine titulo.*

5 ¶Sed hoc tamen intellige,vt ſatis ſit in principio,cùm, ſcilicet, fit conſtitutum, vel precarium ſubeſſe titulum.nam licèt poſtea is titulus ceſſet,non propterea ceſſat precarium. textũ habes, & exẽplum in l.ſi rem alienam bona fide.ff.de pig.act.vbi Bald.id ex eo tex.expendit,& dicit not.& allegat pro ſimili.l.ij.§.qui fideicommiſſariam.ff.de hær.inſtit.Et facit quod dicam in ſeq.limit.nu. xlj. ſtãte ergo.Sed id quomodo procedat,& intelligi debeat,vide per Bald.in d.l.ſi rem,& Matth. Affli. deciſi.Neapol.cxxxix.magna fuit dubitatio,col.ij.verſ.ſecundò pro iſta parte,& ſeq.vſque ad fin.& quidam inferiùs in xxix.limit.

*Satis eſt autẽ titulũ fuiſſe in princ.licèt poſtea ceſſet.*

SEPTIMA LIMITATIO.

1 ¶Limita ſeptimò,vt non ſolùm debeat ineſſe cauſa,vel titulus,vt cõſtitutum, vel precarium valeat, ſed & neceſſe ſit eam cauſam,ſiue titulum eſſe iuſtum,vtilem,validum,& efficacem.Aliàs ſi titulus ipſe ſit nullus ſiue inualidus, non transfertur poſſeſsio per conſtitutum in eo appoſitum, ſed in id neceſſaria eſt realis traditio quòd & non obſcurè voluiſſe videtur gl.allegata in præce. limit.in d.l. quod meo,addens ad tex.qui dicit poſsidere,ex iuſta cauſa,&c.ff.de acq.poſſ. Alber. in l. ſi rem aliquam,col.j.verſ.ad contraria dic,eo.tit.& alij propè infiniti,quos tibi citabimus infrà hac eadem limit.nu.13.ex quibus illud,& iij.ſeq.Vti etiam nec per retentionem vſusfructus,qui & alius eſt fictus modus tradendæ poſſeſsionis (vt ſæpe diximus) non transferri poſſeſsionem ex contractu inutili, magna auctoritate affirmat Maria.Socin.Senior,conſi.lxv.omnipotens deus,col.antep.verſi.& ideo licèt ex forma.Tamen,vt id tibi planiùs efficiam, viſum eſt nobis declarandum interpretandúmque illum §.ſi vir vxori,qui eſt in l.j.ff.de acq.poſſ.qui huius rei propria,ac peculiaris ſedes eſt.

*Nec ſatis eſt titulum eſſe niſi ſit iuſtus & efficax &c.*

2 ¶Ibi igitur ſcriptum eſt,ex donatione inter virum,& vxorem transferri poſſeſsionem, ex quo noſtri interpretes illud aſſumunt,ex inutili contractu poſſeſsionem transferri:nam ſatis conſtat huiuſmodi donationes nullas eſſe ipſo iure.l.iij.§.ſciendum.ff.de dona. inter vir.& vxo. ita vt nec ex illis obligatio naturalis oriatur,ſecundum Bart.in l.cum lex.ff.de fideiuſ.Bal.in l.j.col.x.verſ. viſo de effectu.C.de ſum.tri.Alex.conſ.ccxlviij.ponderatis narratis,col.iij.verſi.& licèt,lib.vj.cum ſi.Ex quo ſequitur id quod iam diximus,ex nullo,ſiue inutili contractu,cuiuſmodi hæc donatio eſt,transferri poſſeſsionem.Idq; duabus rationibus in eo tex.poſitis, quarum ea prior eſt, quia poſſeſsio in facto conſiſtit, & res facti infirmari iure ciuili non poteſt, id eſt, quæ facta ſunt ſecundum veritatem, lex infecta facere non poteſt,vt etiam eſt tex.in l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtl.reuer.

*Donatio inter uir.& uxor. nulla ipſo iure.*

3 ¶Et ideo ex illo tex.in d.§.ſi vir vxori,dicit Bald.in c.vlt.col.ij.verſ.ſed nunquid conſuetudo, extrà de conſuetud.quòd facta nulla iuris conſtitutione mutari poſſunt.Et alibi,ſcilicet in c.quæ in eccleſiarum,col.iij.verſ.ſed nunquid ſtatutum,de conſtit.dicit, quòd factum nulla conſtitutione tolli poteſt,etiam per d.§.ſi vir vxori,& l.ſciendum,cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.maio.& l.tutelas.ff.de cap.dimi.& l.filio,ff.de libe.& poſth.Sed & idem Bald.in c.contingit,col.ij.verſ.dicunt doc.de dol.& contu.tradit nunquam procedere fictionem,quò ad veritatem inducendam,auctoritatem enim legum non poſſe veritatem naturalem tollere,& ab eſſentia realitatis ſuæ eradicare (hæc enim ſunt verba illius)per d.§.factæ.

*Facta nulla iuris conſtitutione mutari poſſunt.*

4 ¶Quibus & tu adde alios textus idipſum adſtruentes,videlicet in l.verba.C.de teſta.ex qua Raph. Fulgo.Cornæ.no.teſtatorem non poſſe factum infectũ facere,& in l.verùm.ff.de reg.iur. cuius hæc verba ſunt, Verùm nec pacta neque ſtipulationes factum poſſe tollere. quod enim impoſsibile eſt, neque pacto,neq; ſtipulationibus poteſt compræhendi,& in §.j.in verſ.quæ igitur,in auth.de æquali.dotium.vbi ad verbum dicitur, Quod enim factũ eſt,infectũ manere impoſsibile eſt, hæc enim ſunt verba illius Græcæ conſtitutionis, καὶ γὰρ τὸ γενόμενον ἀγέννητον μένειν τῶν οὐκ ἐγχωρούντων ἐστί.

*Teſtator factũ infectũ facere non poteſt.*

5 ¶Quæ fuit etiam ſententia Platonis lib.xj.de legibus,Plauti in Aulularia, Terentij in Phormione, & Phocylidis,cuius in eam ſententiam hoc carmen eſt,

μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ,

*Confirmatio ex aliis autoribus.*

οὐκέτι

οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶν' ἄτυκτον.
Cui concinens Pindarus Olympiorum ode 2.ſcribit ea quæ ſiue iuſtè ſiue iniuſtè facta ſunt, neque tempus ipſum rerum parentem infecta reddere poſſe:

τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
ἀποίητον οὐδ' ἂν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. Et Sophocles in Aiace flagellifero:
τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις
οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν;
*Quid adeò doles ob facta,*
*Quæ iam infecta fieri non poſſunt?* Et iterum in Trachiniis.
οὐχ οἷόν τε μὴ τελεσθῆναι, τὸ γὰρ
φανθέν, τίς ἂν δύναιτ' ἀγέννητον ποιεῖν.

Quod quidem irritum fieri non eſt poſsibile:nam quod factum eſt, id infectum fieri non poteſt. Procopius de bello Vandalico lib.iiij.Peccatum ſemel admiſſum,nũquam efficies vt ſit infectum. Agathius peregrinarum hiſtoriarum lib.iij.Quod ſemel euenit,peractúmque eſt, quominus effectum ſit,natura nequaquam admiſerit.

6 ¶Quinetiam Agathonis ſententia eſt,Ariſtoteli probata,lib. vj. Moralium Nicomachiorum, c. ij. hoc vno priuari Deum,quòd factum infectum facere non poſsit.

*Deus factũ infectũ non fecit. Agathonis præconium.*

μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
ἀγέννητα ποιεῖν, ὅσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Is Agatho (vt dicam obiter) fuit poëta eximius,& Platonis diſcipulus,& ab eo mirificè amatus vt & ipſe Plato mellitiſsimo carmine teſtatus eſt,quod extat apud Laërtium in vita ipſius,& Gellium lib.Noctium Atticarum xv.c.xj.eſtque veriſimile eam ſententiam à præceptore didiciſſe. Cui aſſentiens Horatius lib. iij. Carminum,Ode xxix.de Ioue loquens ait,

*Non tamen irritum*
*Quodcunque retro eſt,efficiet:neque*
*Diffinget,infectúmque reddet,*
*Quod fugiens ſemel hora vexit.* Et Plinius lib.ij.c.vij.imperfectæ,ait,in homine naturæ præcipua ſolatia,ne Deum quidem poſſe omnia.Nanque facere non poteſt,vt qui vixit,nõ vixerit:qui honores geſsit,non geſſerit.nullum habere in præterita ius,niſi obliuionis.

7 ¶Et ne quis Agathonem,Ariſtotelem,Horatium & Plinium hac in re impietatis in Deum, ob id accuſandos putet:ſunt & noſtræ religionis cultores,& ij quidẽ ſanę ac ſyncerę doctrinę profeſſores, eiuſdem ſententiæ aſſertores,videlicet interpretes Sententiarum lib.j.diſt.xlij.Alex. Hales cæterorum præceptor in j.parte ſuæ Summę,quæſt.xxj.membro v.artic.iiij.D.Thomas doctrina & ſanctitate clariſsimus,etiam in j. parte ſuæ ſummæ.j.quęſt.xxv.artic.iij.& iiij.& ante hos D.Auguſt.nemine omnium Theologorum inferior,lib.xxv.aduerſus Fauſtum,id quoque apertè profeſſus eſt.

*Theologorum in ea re ſententia.*

8 ¶Ex noſtris quoque Albe.in d.§.factæ.Bart.in l.non dubium,col.iij.verſ.contractus verò. C. de legib.Bal.eam Ariſtotelis ſententiam citans,& probans,in l.vlt.ante fi. verſ.ampliùs conſidera. C. de leg.& in c.inter monaſterium,col.ij.verſ.prima ratio,de re iudic.Ang. conſ. 187. A. & B. contraxerunt.non multò ante fi.vbi ex hoc dicit,quòd ſi pacto promiſſum eſt de nullitate ſententiæ,non intelligitur de ea,quæ reſultat à perplexitate,& repugnantia:quia legiſlator actum repugnantem non poteſt in actum producere,imò nec ſummus,inquit,Deus.l.vbi repugnantia.ff.de regul.iur. & Cardin.Flor.Theologiæ peritiſsimus,ſiue is Imol.fuit,nam vtriuſque ſimilis, imò eadem lectu. iiſdem omnino verbis concinnata,in c.j.in prin.col.pen.in iiij.oppo.extrà,de ſum.Trini. Fuit autem Card. paulò ætate Imo.ſuperior.& rurſus idem Card.in cle.j.col.ij.in j.opp.de immuni.eccleſi.Lud. Sard. in tract.legitimationis.§.ſeptimò videndum.Corn.conſi cxlvij.quia cauſa,col.ij.verſ.quod res iudicata,lib.ij.Alex.conſ.xv.viſo proceſſu,col.iij.verſ.ſecundò etiam probatur,lib.iij.vbi ex hoc defendit Hebræum,quendã de blaſphemia.Soci.qui latè in eadẽ ſpecie conſuluit,conſ.cij.in pręſenti conſultatione, col. j.& ij.lib.j.& in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.j.vbi illius conſ.meminit,& ibi quoque Iaſ. in vtraque lectio. in j.no. & idem Iaſ.in l.ſi inſulam,in j.no.ff.de verb.oblig.

*Noſtrorum.*

9 ¶Quibus calculum adiiciens diuus Hieronymus, quo nemo doctior aut ſanctior vnquam vixit, in decretis canonicis,in c.ſi Paulus xxxij.q.v.Audacter dicam, cùm omnia poſsit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinã.Id quod etiam affirmat per eum textũ gl.in l.vnic. poſt prin. in verbo,non poteſt.C.de rapto.virgin.& alia gl.in c.ſuper eos,in gl.magna,ante fi.de biga. Quod & ipſum adſtruit Ouid.de virginitate læſa loquens in epiſtola v.quę Oenonis ad Paridem,

*Deus uirginẽ nõ ſuſcitat poſt ruinam.*

*Nulla reparabilis arte*
*Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.*

Semel ergo,id eſt,irreparabiliter,irrecuperabiliter,irreuocabiliter.Et id proculdubio verum eſt, licèt ſciam Argiuos fabulari,apud Pauſaniam,in Corinthiacis,haud multò ante fi.fontem eſſe Canathrim nomine,in quo Iuno quotannis,cùm abluitur, virginitatem recuperet.

10 ¶Et illius quoque tex.in d.c.ſi Paulus,auctoritate ſubnixus Panor. in c.cùm te,col.iij.verſic. ſed pro clarioti,de re iudi.negat Papam poſſe tollere infamiam facti. Id quod perbellè intellexit Claudius Cæſar,qui cùm orantibus familiaribus dempſiſſet cuidam notam,id eſt,infamiam,litura tamen, inquit,extet.Auctor Suetonius in vita eiuſdem c.xvj. Et his quoque ſuccinit, quod teſtimonio diui Pauli ſcribit Bal.in l.ex his verbis,in fi.C.de teſta.milit. quòd omne verum eſt neceſſarium, ita vt nec Deus poſsit remouere veritatem à veritate, id eſt, vt verum non ſit verum. Et idem in l. eam quam,col.viij.verſic.circa quintum.C.de fideico.dicit poſt Theologos in d.di.xlij.li.j. Sententiarũ, licèt locum ipſum non deſignet,quòd nec Deus quidem ea poteſt,quæ implicant contradictionem, quòd & ipſum dicit Card.Flor.in locis ſuprà citatis.Et quod facit ad præcedentia, vt factum, infectum lex facere non poteſt,ſic nec è diuerſo quod factum non eſt,vt ſit factum, vel teſtimonio Ciceronis in oratione pro domo ſua ad pontifices.Quod factum,inquit non eſt,vt ſit factum, ferri ad populum,aut verbis vllis ſanciri,aut ſuffragiis confirmari non poteſt.

*Papa non poteſt tollere infamiam facti. Cæſaris dictũ.*





11 ¶Et hæc quidem de prima ratione.d.§.ſi vir vxori.Ex qua illud forte probari poſſet,quòd ſi in donatione viri & vxoris interuenerit vera traditio rei donatæ:& poſſeſsio eius accepta,tranſlata ſit ea poſſeſsio in donatarium,licèt donatio non valeat:neque enim lex facere poteſt,vt quod verè traditum eſt,quódque verè acceptum eſt traditum,acceptúmve non ſit.Facta enim,vt dictum eſt,infecta à lege fieri non poſſunt.Quanquam alios text.habemus,qui ex diametro contrarium dixerunt,ſcilicet in d.l.iij.§.ſciendum,ff.de dona.inter vir.& vxor.vbi ſcribitur,huiuſmodi donationem,nec traditionem inde ſecutam quicquam valere.& in l.ſi eum qui,in princ.eodem tit. vbi ſimilis eſt propemodum tex.quo in loco gl.opponit de d.§.ſi vir vxori, & ad ſoluendam illam ἀντινομίαν admodũ laborat:& hoc in effectu dicit,quòd ciuiliter non tranſit poſſeſsio, ſed naturaliter tranſit: Siue tranſit,ſed non effectualiter,quia citò auocari poteſt,& illam ſequuntur.Bart.Bald.& Salyc. ibi. Et vide quæ dicam infrà nu.17.

*Ex reali traditione in donatione uiri & uxoris transfertur poſſeſſio.*

12 ¶Sed quicquid ſit de ea re,nihil eſt quod nos vrgeat,vt dicamus ea ratione, in caſu illius §. tranſire poſſeſsionem,ſi appoſitum fuerit conſtitutum,vel precarium, ſine alia reali traditione:ſed illud bene ex eo text.ſequitur,ſi appoſitum ſit conſtitutum,vel precariũ fieri non poſſe, vt appoſitũ non ſit. Sed quòd in eo caſu habeat vim traditæ poſſeſsionis,poteſt lege impediri, nam lex ipſa id introduxit,vt conſtitutum eam vim habeat:neque enim haberet,niſi lex ſtatuiſſet: poteſt ergo eadem lex eam vim tollere,aut generaliter,in omnibus caſibus:aut ſpecialiter,in certis ſpeciebus:præſertim in contractibus nullis:cùm quod nullum eſt,nihil producere debeat. Et videmus etiam in quibuſdam caſibus,veram traditionem non transferre poſſeſsionem,vt in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.de qua nos multa in noſtris legibus connubialibus,in gl 3.in verbo,*contracter*,in 14.q.vbi videre poteris.Et aliàs quoque lex poteſt facere,vt non quæratur poſſeſsio ex corporali appræhenſione.l. quod ſciẽs, & l.qui vniuerſas.§.j.ff.de acq.poſſ.Et his quoque iunge quæ dicam in ij.ab hinc verſic.

*Quid probetur ex d. §. ſi uir uxori.*

13 ¶Ad ſecundam igitur rationem d.§.ſi vir vxori,maturè pergendum eſt,quæ eſt in verſi. & quid attinet.& eſt huiuſmodi,quoniam non ſuadet æquitas, vt ex eo contractu non transferatur poſſeſsio: cùm ex hoc nulla omnino oriretur vtilitas, cùm ſemper donans & eam poſſeſsionem transferens, protinus eandem amittet:vt quæ perditur,quando quis animo deſinit poſsidere.l.iij.§.in amittenda, & l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acq.poſſ.Ideo per fictionem legis,in d.§.ſi vir vxori,aliter induci nõ poteſt,nec debet:lex enim nunquam fingit,quando ex fictione nulla oritur vtilitas,vt per Bart. latè & ſubtiliter,in l.ſi is qui pro emptore,in materia fictionis inductiuæ.ff.de vſuca. Aliàs enim fruſtrà fingeret,cùm lex naturam imitata,nihil fruſtrà operetur.l.qui bis idem.ff.de verb.obli.& l. hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt legat nomi.caue.cum infinit. concord. à me congeſtis in noſtro opere, cui hic titulus,Nihil fruſtrà.

*2 ratio d.§. ſi uir uxori.*

14 ¶Ex quibus illud videtur fieri, vt ſi in hoc caſu, ſcilicet in contractibus inutilibus, non interueniat actus facti,id eſt,realis traditio,ſed iuris tantùm,ſcilicet conſtitutum,ſiue precariũ,vel retentio vſuſfructus,& alia huiuſmodi,non transferatur poſſeſsio:nam cùm ea tranſlatio ſit iuris,& non facti,poteſt ab ipſo iure impediri,vt iam diximus arg. ſcilicet à contrario ſenſu. d. §. ſi vir vxori. Et ita expreſsim voluerunt ibi Pau.Caſt.ante fi.& Alex.col.iij.& iterũ verſ.item habetis,& Soci.col.ij. verſi. ſecunda concluſio,& Iaſ.col.iij.in ij.lect.verſ.ergo notabis,& idem Pau.conſ.cccclij. ad euidentiam dicendorum,ante fi.lib.j.& conſ.cxciij.ſuper iſto puncto occurrunt,col.pen.verſ.plus videtur,lib. ij. Et refert ipſe Paulus primo illo loco,ac etiam hoc poſtremo,ita determinaſſe Argentinum filium Raynerij Forolouienſis in publica diſputatione,per gl.quæ id videtur voluiſſe in l.quod meo, in gl. j.ff.de acqu.poſſ.quæ dicit,& poſt eam Iac.Aret.poſſeſsionem quæ iuris & fictionis miniſterio quæritur,ſcilicet per conſtitutum,vel aliàs,non quæri ex inutili contractu,ſiue cauſa iniuſta, & non legitima,& ibi quoque ita intelligit Iac.Aret.d.§.ſi vir vxori.

*Poſſeßionem non quæri actu iuris ex contractu inutili.*

15 ¶Quod & ipſum quoque voluit Bart.in l.cum falſa.C.de iuris & fac.igno.& non obſcurè Bal.in l.ſi cum ſeruum.§.inter virum,circa medium.ff.de dona.inter vir.& vxor.& apertiùs conſ.ccxij. pũctus talis eſt,A.B.C.col.j.lib.j. vbi id expreſsiſsimè voluit,nempe id,quòd ex inutili contractu nõ transfertùr poſſeſsio per fictam traditionem, ſed opus eſſe traditione corporali,per l.ſi quis rem.§.voto. ff.de pollicita. & Raph.Co.in l.ſi quis ante,& ibi poſt eum Soci.col.iij ver.ſextò not.vterque per eũ tex. ff.de acq. poſſ.& rurſum idem Raph.in d.l.ſi aliquam rem,col.iij.ver.& ſecundum hæc,eod. tit. & Ro.in d.l.quod meo,circa medium,& ibi Alex.col.vlt.eo.tit.& idem Alex.con.lxxxij. perſpectis his.col.pe.ver.pro hoc facit,lib.ij.quod paucis verbis tranſmutatis repetitum eſt con.xl.lib.iij.atque

*Ad idem.*

iterum conſ. 51.lib.vj.Io.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.lxxvj.col.ij.verſ.ex quibus omnibus, & nouiſsmè Bartolo.Chaſſan.conſi.vj. viſis themate,nu.55.

*Conſtitutũ & precarium acceſſoriũ principalis contractus.*

16 ¶Nec hinc longè diſtat,quod ſcribit ipſe Bal.in l.ex teſtamento,ad fi.C. de fideicom. conſtitutum, ſiue precarium eſſe acceſſorium contractus in quo apponitur. Et ideo ſi contractus non valet, nec eius quoque acceſſorium,quod ſui principalis naturam ſequitur.Et rurſum in d.l.non dubiũ, in xvj. oppo.& ibi Iaſ.col.pen.verſi.item adde.C.de legib.& idem Bald.in l.in contractibus.in prin. in v.q. & ibi etiam Salic.C.de non nu.pec.& in l.ſi non ſortem.§.indebitũ,col.ij. ff. de cond. indeb.& in c. quò ad cõſultationem,ante fi.de ſenten.& re iudi.& in c.ij.col.vlt.tit.de feud.dat.in vicem leg.commiſ.vbi tamen ſubdubitanter loquitur.& conſ.lxvj.inter virum & vxorem,lib.j.& Alberi. qui ita dicit fuiſſe determinatum,in l.pupillus.ff.de acquir.re. do.Saly.in l.traditionibus col.vlt.verſic. quæro tertiò extra gl.C.de pactis.Imo.in d.l.ſi aliquam rem,col.iij.verſ.in eadem gl.ibi,videor,& ibi Alex. col.v.verſi.prætereà nota dicit.ff.de acq.poſſ.Rom.conſil.clxxj.pro deciſione,col.ij.& conſi. ccxlvj. clariſsime aſſeſſor,col.j.Pau.Caſt.conſi.x.ſi vera ſunt,col.j.vbi dicit,quòd ſublato principali contractu,ſublatum etiam cenſetur conſtitutum in eo appoſitum:& conſil.xliij. videtur dicendum dictam cauſam,col.j.lib.j.Maſſuer.tit.de donat.verſic.item donatio facta per patrem filio & tit.de poſſeſſor. §.item cùm quis dat rem,vbi loquitur & de conſtituto, & de retentione vſusfructus, vt ſcilicet ex his non transferatur poſſeſsio ex contractu inutili.& Alex.in d.l.j.ſi vir vxori,col. iij. verſic. per hoc decidi poteſt,& iterum in d.l.quod meo,col.vlt.ff.de acq.poſſ.& d.conſ.lxxxij perſpectis his, vbi ſuprà,lib.ij.& rurſum conſil.lxxxj.lecto & diſcuſſo,col.v.verſic.ex his ergo apparet,lib.iij.vbi id dicit ſing.Barb.in l.j.§.ſi quis ita,col.xvj.verſi.item dicebam,& ibi Iaſ.ad fi.qui id dicit not.ff.de ver.obli. & idem Bart.in c.vlt.col.pen.de precar.& conſ.xxviij.ſcripſit belliſsimè,col.v.verſi.& ſi diceremus, lib.j.& conſ.xliij.præclarè ſcribitur,col.xv.verſi.facit etiam quia cùm iſti,eod.lib.j. & conſil. xxxvj. ſapienter ſcripſit,col.xij.verſi.ita dicamus,lib.xij.& conſil.xxxiij.bene etenim,col.ij.lib.iij.& conſil. xiiij.clementiſsimi optimi,col.ij.verſi.prætereà faciat,lib.4.& conſ.xxij.clementiſsimũ Deũ, col.5. verſi.capio nunc ſecundum,eò.lib.iiij.& conſi.xlix.quod eſt eiuſdem initij,col.antep.verſi.facit ſimile quod habetur,eo.lib.iiij & conſil.lij.viſo celebri col.ix.verſi.ſecundò tollitur,eod.lib.4.Soc.conſi. lxxviij.licèt pendeat,col.j.verſi.primum probatur,li.iij.Corn.conſi.vj.licèt in hac,ad fin.lib.4.Fran. Cur.ſenior.conſi.viij.viſo inſtrumento,col.vlt.& conſi.lxxj.ſuper controuerſia,col.v.verſi.tertiò reſpondemus.Guid.Pap.conſi.lxxxj.ad decem dubia,in vj.dubio.Iaſ.in l.iij.§.vlt.col.ij.verſicu. limita iſtud.ff.de acq.poſſ.& in d.l.ex teſtamento.C.de fideicom. vbi hoc dicit valde vtile ad multa, & ꝙ conſulendo & allegando ſolitus eſt magnificare.& rurſum in l.certi condictio.§.ſi nummos, col.antepen.verſi.item contra deciſionem.ff.ſi cer.peta.& in l.principalibus,col.iij.verſi.vltra alios,eod.tit. & in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,col.antep.verſi.ſecundò contra.ff.de verb.obli.& conſ.cxlvij. præſens conſultatio,col.ij.verſi.ex prædictis,lib.ij.& conſi.cxcix.quæritur an liberatio,ante fi.eod.li. ij.& conſ.cxxxiij.videtur in præmiſſa:col.pen. verſi.item quãdo contractus,lib.4.Carol.Rui.conſil. cxxxvj.primò videndum,col.vlt.lib.j.& conſ.lxix.diligenti,col.ix.nu.15.lib.3.vbi & idẽ dicit eadem ratione,de retentione vſusfructus.& conſ.xxviij in cauſa dominorum,col.iiij num.11.lib.v.& conſil. cxxvij.viſa facti narratione,col.iiij.nu.14.eod.lib.v.Philip. Dec. nominatim etiam diſtinguens inter realem poſſeſsionem,& conſtitutitiam,in caſu d.§.ſi vir vxori,in l.contractus, col.vij.verſic. vltimò concluſio prædicta,& iterum in l.cùm principalis,nu.2.ff.de reg.iur.& conſil cxcviij.cuius ſuperſcriptio incipit,reſcriptum impetratum,col.pen.verſi.confirmatur hoc quia.& con.ccxlvij.in cauſa magnifici,col.iij.ver.quantum verò ad alia.& conſ.ccclxvj.pro declaratione,col.vlt.Steph.Bertr.conſ. ccxxiiij.viſo conſultationis themate.nu.17.lib.1.Matth.Affli.deci.Neapol.xl.caſus eſt iſte,col. pe.& deci.331.quædam Diana,poſt prin.Catel.Cota.qui id dicit ſingu.in memori.incip.conſtitutum.Hippol.Marſi.in l.pen.col.xj.verſi.& vltra prædicta facit.ff.de quæſtio.& in repet.rub.de fideiuſſo. num. 252.& conſi.cxxv.æternæ lucis,col.iij.verſi.nam data inualiditate.Ludo.Gozad.conſil. xxviij.videtur prima facie,col.vlt.nu.36.& conſi.xciij.in cauſa Mutinenſi.col.1.verſi.prætereà & quintò, & col. vlt.verſi.ad quintum dico.Paul.Pariſi.conſ.lv.contractus,col.3.num.22.lib.1.& conſ.lix.viſo inſtrumento,col.4.num.25.eodem lib.1.Hierony.Gratus,conſi.50.reuerendiſsime,col.2.verſic. nec etiam probatur,lib.1.& conſi.lxix.cùm ſermones,col.vlt.num.20.eo.lib.1. vbi hanc dicit eſſe communem opin.& conſil.xl.antequam,col.3.num.31.lib.2.Adeò ſunt multi in hac re, vt nullam propemodum frequentiorem videas apud noſtros, vt magis mirer Iaſo. dicere in d.l.ex teſtamento. C. de fideicom.neminem illud dictum Bald.in eo loco allegare.

*Poſſeſsio an trãsferatur per realẽ traditionem ex contractu inutili.*

17 ¶Sed & quod plus eſt, ſunt nonnulli, qui negant etiam ex vera traditione transferri poſſeſsionem, niſi præcedat cauſa habilis, & iuſta ad transferendum dominium. Et inter hos Iaco.Rauen.antiquus quidem ſcriptor,ſed omnibus noſtris commendatiſsimus,per gl.in d.l.quod meo,in prin.ff.de acqui.poſſeſſ. Sed ea gloſa loquitur in caſu eius l.quæ ipſa loquitur de ficta traditione. Ideo plerique omnes tenent contrarium,vt videre licet per Petrum Bel.Perti.Dynum,& cæteros in d.l. j. §. ſi vir vxori.ff.de acq.poſſeſſ. Saly.qui alios citat,in d.l.traditionibus,col.vlt.C.de pact.& in l. qui rem,col. quoque vltima,C.loc.& alios,quos ipſi nos citauimus in dd.noſtris legibus connubialib.gloſſ. v. in verbo,*contracter*,in xiiij.quæſtione,& vide quæ diximus ſuprà nu.11.incip.& hęc quidem.quod nos tantùm obiter attingere voluimus.

*Qui tenent ex*

18 ¶Sed vt redeamus, ſunt multi, & quidem magna parte ex illis quos citauimus, verſicu.ab hinc ij.





*cõtractu inutili transferri poſſeſsionem per conſtitutum.*

atque ita ſibi contrarij,alterius opin.vt ſcilicet ex inutili contractu transferatur poſſeſsio per conſtitutum, aut alium actum fictum,videlicet gl.poſt Azon.ab ea citatum,in d.l.ſi aliquam rem,in gloſ. vlt.& ibi Barb.col.j.verſi.ſed quæro vtrùm perdatur,Imo.Raph.Co.Pau.Ca.& Alex.ff.de acq.poſſ. glo.in l.qui rem propriam & ibi quoque Dyn.Cyn.Iac.But.Bal.Ang.& Sali.C.loca.Cyn. & Bald.in l.ad probationem,eo.tit.Bar.poſt.Dyn.in d. l. quod meo, col.j.& ibi quoque Angelus in fine,Paul. Caſt.& Alex.col.ij.& iij.ſibi in eadem l.quod magis mirum eſt,contrarius,ff.de acq.poſſ. Corn. qui tamen addubitat,conſ.lxxxix.viſo ſupraſcripto puncto,col.antep.in fine verſ.& ſi dicatur, lib. iij.& conſtantiùs conſ.xx.viſo dicto puncto,col.iij.verſ.non obſtat ſecundum, ibi, vel dato ſine præiudicio,eo.lib.iij.Cæpola cauſarum criminalium conſi.iiij.viſa querela, col.ij.verſ. nec obſtat cum dixi, & iterum verſi.nec obſtat ſi dicatur.Soci.conſi.xlix.in cauſa epiſcopi,col.ij.lib.iij.Carol.Ruin.conſi. cxxxvij viſo inſtrumento,col.vlt.lib.j.Phil.Dec.con.ccij.vt præſens conſultatio,col.iiij. verſi. tertiò etiam fundamento.Stephanus Bertr.conſ.iiij.parum refert,nu.16.& 17.lib.ij.& conſ.ccxxxviij.contra donationem,nu.2.lib.iij. Vt interim hìc taceam alios multos, qui tenent ex donatione inter virum & vxorem,patrem & filiumfamil.quæ & ipſa non valet,tranſire tamen poſſeſsionem per conſtitutum,quos tibi longo ordine congreſsi ſuprà in j.parte,nu.49.hinc etiam fit.& ſequenti.

*Confeſsio in cõtractu inutili ualet.*

19 ¶Et hæc opinio confirmatur alio ſimili, ſcilicet, quòd confeſsio facta in contractu inutili valet, & probat contra confitentem,per d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,verſ.ſupereſt, & ibi Bart. qui dicit nota,col.ij.verſi.oppone & videtur,Angelus,Imol.Pau.Caſt.& latè Alex.conſil.viij. verſic. item inquantum,& latiſsimè Iaſon,col.antep.verſi.nota etiam diligenter.ff.de verb.oblig. Ex quibus ipſe Bart.etiam allegat.l.iubemus.C.de ſacroſ.eccleſ.& l.j.& ij.C.ſi de vend.pigno. aga. & l.j & ibi not. Bart.de præſcript.xxx.vel xl.anno.Et idem quoque voluit ipſe Bart.in d.l.j.§.ſi quis ita,ad fin.& in l. decem etiam in fin.eo.tit.de verb.obliga.& in d.l.certi condictio.§.ſi nummos,& ibi quoque Rom. col.ij.verſic.ſed quid de confeſsione,& Iaſon col.antep.verſic.ſucceſsiuè inquantum.ff.ſi cert.petat. Bal.in d.l.j.circa medium,& ibi quoque Angelus,vt à multis citatur, licèt in meo codice non reperi,de præſcript.xxx.vel xl.anno.Et hoc dicit Roma.vbi ſuprà,eſſe caſum in l.ait Prætor.§. permittitur.ff.de minorib.Nam & quod huc accedit proximè, confeſsio facta in iudicio inualido, probat contra ipſum confitentem,modò iudex non ſit incompetens,Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod. reo. Imol.Paul.Caſt.Alex.& Iaſon in d.§.Chryſogonus.Panorm.in c. at ſi clerici, in princ. in ij.not.de iudic.cùm ſimil.

*Reſoluta uenditione non reſoluitur precarium.*

20 ¶Sed & hæc quoque opinio confirmari poteſt ex eo quod no.gloſſ.Bald.& alij nemine reclamante, in l.ab emptione.ff.de pactis,quòd licèt reſoluatur venditio ex conſenſu partium,non tamen reſoluitur conſtitutio precarij,licèt ea veniat acceſſoriè ad contractum,ſitq; veluti pars illius.Id quod apertè oſtendit huiuſmodi conſtitutionem non regulari,vt noſtri loquuntur, ſecundum naturam cõtractus,cui accedit.Quam rationem ſolus omnium præcedentium,quos viderim,niſi me fallat memoria,expendit ad id de quo nunc tractamus,Franc.Aret.in d.l.j.§.ſi vir vxori.ff.de acqui.poſſ. vbi tamen ſuper hoc relinquit cogitandum,ſed ita vt in hanc ſententiã inclinare videantur,& Claudius Aquenſis ibi.col.ij.verſi.ſed contra hanc doctrinam,de quo & nos dicemus infrà in xxix.limita.nu. 5.ſed huic limitationi.

*Textus expreſſus pro poſteriori opin.*

21 ¶Sed quid hìc(dicet quiſpiam)diutius immoramur, quando vt ſuprà alicubi diximus,videatur eſſe textus apertiſsimus pro hac ſententia,vt ſcilicet in donatione viri & vxoris, de qua loquitur d. §. ſi vir vxori, quem hìc interpretandum priuatim ſumpſimus, ſufficiat precarium ad transferendam poſſeſsionem? Qui quidem textus eſt in l.cùm hic ſtatus.§.ſi maritus.ff. de donat. inter vir. & vxor. vix enim quiſpiam accedet glo.ibi,in verbo, precariam, quæ hunc intellectum, imò verò textum ipſum ſubuertere videtur.Nam & text.ibi ſatis declarat poſſeſsionem fuiſſe tranſlatam in vxorem, & ita intelligit Bart. Quoniam & in id ſufficere precarium in eo caſu voluere plurimi, qui tamen eum tex.non allegant,quos tibi citaui ſuprà in j.parte d.nu.48. hinc etiam fit.

*Soc.diſtinct.*

22 ¶De qua re loquens Soci.in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.vlt.verſi.aduerte tamen.ff.de acqui.poſſ.conſiderans paulò penitius,quid in hac tanta controuerſia dici,excogitaríve poſsit,monet aduertendum eſſe,an aliud dici poſsit,in hoc intereſſe,vtrum actus ſit omninò nullus, ſine ſpe reconualeſcentiæ, & tunc nihil operetur ficta traditio:An verò ſperetur quædam reconualeſcentia,vt in caſu illius §. Nã ea donatio licet ſit à principio nulla,confirmatur tamen morte donantis, ſi eam aliter non reuocarit,& tunc operetur ficta traditio poſſeſsionem:nam vti principalis contractus conualeſcit,ita & cõſequenter illa traditio,per d.l.cùm hic ſtatus,§.ſi ſponſus,credo illum voluiſſe allegare d. §.ſi maritus.Subdit tamen cogitandum.

*Prior opinio magis probatur.*

23 ¶Atqui prior illa opinio,quæ cenſet conſtitutum appoſitum in contractu inutili, eſſe etiam inutile, magis probatur curiæ noſtræ Pariſienſi,eámque ſæpius ſequi vidimus in noſtra decuria:Tum quòd vt iam dictum eſt,id ſit pars ipſius contractus inutilis: Tum quòd qui inutiliter vendit, aut donat, aut aliter alienat rem ſuam,manet dominus,vt antè erat:cum ex inutili contractu non transferatur dominium,vt etiam in donatione inter virum & vxorem,de qua hìc tractamus,eſt textus expreſſus in l.iij.§.ſi ſtipulanti,ibi,non fieri eius apparet.ff.de dona.inter vir.vxor.Ex quo illud continuò conſequens fit,nec eo caſu valere precarium,cùm rei ſuæ precarium conſiſtere non poſsit.l.in rebus.§.j. ff.de precario.vti nec pignus,nec conductio rei ſuæ.l.ſi aliquam rem,ff.de acq.poſſeſ.& l.qui rem.C. locati.& l.ei à quo.ff.de vſuca.& l.neque pignus.ff.de reg.iur.& ibi concord.

24 ¶Adde & tu hanc partem quod ſcribit Bald.in d.l.non dubium,col.vj.in x.oppo.C. de legib. quò ſi contractus eſt immediata cauſa poſſeſsionis,vt contractus precarij, tunc ſi contractus eſt inutilis, ex eo non transfertur poſſeſsio,per d.l.ſi aliquam rem,de acq.poſſ.& expreſsiùs in l.ſi quis antè. §.j. verſi.ſi quidem nummo vno,eo.tit.Et Bald. vbi ſuprà nuncupatim ſequitur Iaſon in ea ipſa l. non dubium,col.pen.verſic.in ſeptima & vltima.& Alex.in d.§.ſi vir vxori,col.ij.verſ.vnde concludit,& ibi quoque Soci.col.item ij. verſic.prima concluſio,& Iaſon col.iij.verſi.prætereà not.dixit Bald. & ipſe Alex.in d.l.ſi aliquam rem.col.v.verſi.eiuſdem initij.ff.de acquir. poſſ & Hiero. Grat.conſil.xc. omiſsis argumentis,col.ij.nu.18.li.j.Et idem non obſcurè voluiſſe videtur Bart.in d.l.cum falſa, poſt medium,C.de iur.& fac.igno.

*Confirmatio prioris opi.*

25 ¶Húcque ſpectat text.in l.vlt.ff.de conſtit.pecu.vbi ſi inſtrumentum eſt nullum, ſunt etiam nulla in eo contenta:& ſi non valet id quod principaliter actum eſt,ſic nec conſtitutio debiti,quæ in id facta eſt. Quem text.ad hoc dicit ſing.Bald.in l.ſi abſentis,col.vltim.C.ſi certum petatur.& Barb.conſil. xxviij.ſcripſit belliſsimè,col.vj.verſic.& ex iſtis videtur, lib.j. vbi dicit illum textum valde ſingul.& conſi.xliij.præclarè ſcribitur,col.v.verſi.& ſi diceremus,lib.j.& conſil.xxvij.à Ioue principium,col. iiij.verſ.& ſi dicitur amice,lib.iij.& conſ.xxxiij.bene etenim cuncta geruntur,col.ij.eo.lib.iij & con. lx.illud in medium afferam,col.xxij.verſ.capio aliud,eo.lib.iij.vbi illum text.dicit ſing.& conſ.xxij. clementiſsimum Deum,col.vj.verſi.ex quo infero,lib.iiij.& in addi.Bald.in c.ij.titu. de feud. dat.in vicem legis commi.& Soc.conſi.lj.præſtantiſsime doctor,col.ij.verſi.confirmatur etiam,lib.j. & Iaſon in d.l.non dubium,col.penult.verſic.in ſecunda & tertia parte. C. de legibus.in l. ſub prætextu, la j.columna penultima,C.de tranſacti.& conſil.clxx.quòd prædicti Paulus,colum. ix. verſicu. & ſi diceretur,lib.ij.

*Ad idem.*

26 ¶Et per illum tex.dicit Bal.in rub.C.de conſti.pecu.col.ij.verſi. deinde venio ad cauſam,quod contractus inualidus, non confirmatur per confeſsionem in eo appoſitam. Et in d.l.ſi abſentis,ff.ſi cer. pet.dicit etiam per eum textum quòd ſi non valet contractus principalis guarentigionatus,ſiue cõfeſsionatus(ita enim & Bal.& alij huiuſce notæ interpretes vocant inſtrumenta,quæ ex ſtatuto habent executionem paratã Nec etiam valet confeſsio,vel guarentigia, ſiue præceptũ. Quod & idẽ voluit ipſe Bal.in l.ſi non ſortem.§.j.verſi.ſed quid ſi inſtrumentũ.ff.de condict.indeb.& in d.l.in cõtractibus,in fi.princ.C.de non num.pecu.& in l.hac edictali,col iiij.verſ.ſed pone dicit ſtatutũ. C.de ſecun.nupt.& in l.etiam,col.ij.verſi.item quòd ſtatutum.C.de execut.rei iud.& in c.quod ad cõſultationem.col.vlt.paulò ante fi.extrà de ſent.& re iudi.Pau.Ca.in ea ipſa l.vlt.ff.de conſtit.pecu.Ro. in l.j.in prin.col.antep.verſ.tertiò iudicium & clauſula.ff de verb.oblig.& in repet.l.ſi verò. §. de viro.in xxxiij.fal.ff.ſolu.matr.& conſi.xxvj.in cauſa nobilis viri,col.vlt.& conſi.xlij.viſis quæ egregiè, col.j.Alex.in d.§.ſi vir vxori,col.iij.verſi.in ſimili,& ibi Iaſon in ij.lect.col iiij.verſi.ego teneo iſtam. Idem Alex.conſi.lxxxj.lecto & diſcuſſo col.v.verſi.ex his ergo apparet,lib.iij.& conſi.cxcvj.perſpectis narratis,col.ij.verſi.non obſtat etiam,lib.vj.Corn.conſi.xxxj.videtur in pręſenti,col.iij. verſi.iuramentum,lib.iij.Soc.conſi.xxvij.viſis inſtrumentis,col.vj.verſi.ſed in hoc non eſt,lib.iiij.Iaſ.in d.l.j. § ſi quis ita,col.vlt.in fi.ff.de verb.oblig.& in l.non dubium,col.pe.C.de legib. & conſil.cxcix.quæritur an liberatio,ad fi.lib.ij.Roma.conſi.xlij.viſis quæ egregiè,col.j.ver.ſecundò quia nullo.& con. lxxvj.in cauſa nobilis viri,col.vlt.verſi.non obſtat illud in quo. Et idem quoque in confeſsione voluit Bart.l.poſt legatum, col.ij.verſic.item contra hoc oppono.& multis ſeq. ff. de his qui.vt indi.& Bal.in l.alia,col.j.C.eo.tit.vbi id declarant,quomodo intelligi debeat.

*Contractus inualidus nõ confirmatur per confeßionẽ in eo poſitam.*

27 ¶Sed hoc tamen lector amantiſsime, ne decipiaris, non perpetuò verum eſt, ſed patitur plurimas diſtinctiones,reſtrictiones,ſiue limitationes,quas ne te diutius detineam,videre poteris,ſi tibi libeat, apud Rom.conſ.cccxliiij.cuius exordium,hæc confeſsio,& latiùs apud Alexand.in d.l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,col.viij.verſ.item inquantum,& col.ſeq.ff.de verb.oblig.& latiſsimè per Felyn. poſt alios multos in c.cum venerabilis,col.viij.& ſeq.in ij.concluſione,extra,de excepti. Ex quibus poteris depromere,quæ in rem tuam eſſe videbuntur.

*Diſtinctiones, reſtrictiones, & limitationes ſuperiorũ.*

28 ¶Sed & huc referendum eſt,vt redeamus,quod voluit gl.no.in l.ſi patronus.§.patronũ,in verbo,Fauiana.ff.ſi quid in fraud.patro.quòd omnes clauſulæ in contractu appoſitæ,ſequũtur naturam ipſius contractus principalis,vt ſi is contractus reſcindatur,vel annulletur, ita etiam pactum euictionis,vel pœnę in eo appoſitum.Et eã gl.ad hoc commendat Bal.in l.imperator,in j.lect.col.pen. verſic.item caſſato principali,ff.de ſtat.homi vbi per eam dicit,quòd caſſato principali, cẽſentur & caſſata omnia in eo contenta.& idem Bald.in l.j.col.iiij.verſ.quæro vtrum iuramentum.C.de inof. donat. vbi & per eam dicit,quòd reſciſſo principali contractu,non ſolùm intelligitur reſciſſus pœnalis,& quodlibet acceſſorium,ſed etiam iuramentum.& conſil.ccclxxv.certum eſt quòd filia,col.ij. verſic.item qui confitetur,lib.iij.vbi illam dicit no. & conſ.ccccxl.factum proponitur eſſe tale, Franciſcus, col. ij.eo.lib.iij.& conſil.incip.filia inſtituta,vt à quibuſdam citatur, vbi illam dicit auream. & Roma.d. conſi.xlij.col.j.vbi eam dicit no.& ordi.& conſ.cxv.viſo compromiſſo,col.ij.verſ.his ergo præmiſſis,vbi & ad hoc alia quædam adducit,quæ tu illic videre poteris.& rurſum conſil. cxlvj. clariſsime aſſeſſor,col.j.Ang.Aret.qui eam ſignandam dicit in §.fuerat,col.xj.verſic.ergo eodem modo, & ibi Iaſo.col.xxxvj.in paruis,nu.76.ſecundò motus eſt,Inſtit.de actio.Barb.qui eam propè vbique dicit in ſing.d.con.xxviij.ſcripſit belliſsime.col.vj.ver.& eodem modo conſtitutum,lib.j.& conſ.42. illud in mediũ afferam,col.viij.ver.non obſtat ſi dicatur, eo.li.j.& con.xxxvj.ſapienter ſcripſit propheta,

*Clauſulæ omnes in contractu appoſitæ, ſequuntur naturam ipſius.*

col.antep



col.antep.verſi.prætereà remiſsio,lib.2.& conſ.lvj.ſapienter ſcribit Pſalmiſta,col.x.verſ.& maximè quia illa clauſula,eo.lib.2.& conſ.xxxiij.bene etenim,col.2.lib.3.& conſ.lx.illud in medium afferam, col.22.ſub verſi.capio aliud dubium,eo.lib.3.& conſi. lxxiij.à Ioue principium,col.4.verſi. ita dicimus in propoſito,eo.lib.3.& conſ.lxxvj.illud in medium,col.vlt.eo.lib.3.& conſi.xiiij.clementiſsimi, col.2.verſi.prætereà & faciat,lib.4.& conſ.xlix.clementiſsimum Deum,col.antep.verſi. facit ſimile quod habetur,eo.lib.4.& conſi.lv.clementiſ.& omnipo.col.8.verſi.an iſta ſe extendit.eo.lib.4. Soci. conſ.xlix.conſiliis,&c.in primo,col.3.verſi.præterea omnes clauſulæ,lib.1.& con.lxvj.viſa donatione,col.3.verſi.nec etiam contradicunt,lib.3.vbi illam glo.dicit no.& conſil.ciij.in caſu conuentionis, col.3.verſi.item.ſi quictantia,eod.lib.3.vbi & illam dicit not.Iaſ.in d.l.principalibus,col.3.verſic.vltra alios.ff.ſi cer.peta.vbi illam ſolennem appellat.& in d.l.j.§.ſi quis ita,in fi.ff.de verbo.oblig. vbi eam ſing.dicit.& conſi.lxxxij.viſo teſtamento,col.3.verſi.tertium principale,lib.3.

29 ¶Et de pœna quoque appoſita in pacto ſiue,contractu inutili,vt etiam ea ſit inutilis, ita vt peti aut exigi non poſsit,præter multos ex his quos ſuprà citauimus,tenuit etiam gloſſ.quam nullus illorum citat,in c.ſignificantibus,in gl.vlt.extrà de offi.de leg.& alia gloſſ.in c.ij.in verbo,pœna,& ibi Inno. in prin.Pet.Anc.in j.no.Ant.in ij.no.Imo.in j.not.& Panor.circa medium,extrà de preca.Imò verò eſt tex.in id optimus in l.ſtipulatio hoc modo concepta,& l.ſi homo.ff.de verbo. oblig.& in l.quod bonis.§.j.ff.ad leg.Falci.Tu tamen ſuper ea gl.in d.§.patronum,citata in prin.verſi.præcedentis, vide omnino Alex.conſ.cxxxvij.hoc initio,viſa quali quali petitione,col.iij.verſ.nec obſtat prædictis, lib.vj.Et ſuper eo quod de pœna diximus,vide etiam gl.& alios in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de ver. oblig.& Panor.in d.c.2.vbi ſuprà de precar.

*Pœna nulla ex cõtractu nullo.*

30 ¶His quoque concinit,quod pulchrè tradit Bal.in d.l.ſi ex cautione,col.2.verſi. ſecundò quærit gl. C.de non numera.pecu. quòd quemadmodum confeſsio mutui ex literis, non producit efficacem obligationem ante biennium tranſactum,ſic nec renunciatio non numeratæ pecuniæ inſerta in illa confeſsione:nam renunciatio,inquit coniũcta confeſsioni, intelligitur ſecundum naturam eiuſdem confeſsionis:vt ſi hæc non valeat,nec illa quoque huic adiuncta:aliàs implicaret contradictionem, eſſetq; contra naturam ſubſtantialem actus, vt ibi ſubtiliter oſtendit. Et idem in effectu ante illum voluit Bart.ibi in fi.cuius in ea re verba multum commendat Imo.in c.ſi cautio,col.ix.verſic.an autem poſsit renunciari,de fid.inſtrum.

*Renũtiatio appoſita in contractu inutili, & ipſa inutilis eſt.*

31 ¶Quin & generaliùs voluit ipſe Bart.in l.vlt.§.item quæſitum per illum tex.ff.de condict. indeb. ꝙ nulla quæuis renunciatio valet:ſi actus principalis in quo fuit appoſita, non valeat: quaſi per omnia renunciatio ipſa ſequatur naturam actus principalis. Quod dictum pro ſing. reaſſumit Iaſon in §. fuerat,char.x.in paruis nu.76.& ſeq.Inſti.de actio.& idem voluit Pau.Caſt.conſi.cxliij. viſo proceſſu & atteſtationibus, col.j.verſic.nec etiam obſtaret,lib.2.vbi allegat Bald.in d.l.in contractibus, in fi.prin.C.de non.nu.pecu.& idem Pau.in l.vlt.verſi.item debes ſcire.C.plus vale.quod agit.Et facit quod voluit Bal.in l.ſi diuerſa,circa medium,verſ.veniamus,& ibi Raph.Fulg.col.3.verſi. ex hoc inſtat.C. de tranſac. quòd renunciationes appoſitæ in compromiſſo, intelliguntur ſi actus principalis habet effectum.ſequitur & commendat Alex.conſi.xxij.viſo inſtrumento ſyndicatus, col. 1. lib.1.& Iaſ.qui id dicit ſing.in l.ſub prætextu,la 1.ad fi.C.de tranſact.

*Renũtiatio ſequitur naturã actus principalis.*

32 ¶Finitimum eſt & quod voluit glo.not.in l.emptione.C.plus valere, quod agit. quòd ſicut non valet contractus ſimulatus,ſic nec iuramentum in eo appoſitum:propterea is contractus non capit robur ex ipſo iuramento,tanquam & ipſum ſimulatum præſumatur. Et eam ſequuntur Bal. Ang.qui illam dicit ſing.& Saly.ibi & Pau.Ca.in l.vlt.eo.tit.& Bar.in l.cùm quis decedens.§.Titia, & §.codicillis.ff.de lega.iij.& in l.Seius & Augerius,poſt medium,verſ.refert etiam hîc. ff. ad legem Falci. & Bal.in l.1.col.1.verſ.modò ſolet dubitari.C.de oper.liber.& in l.ne patronis,col.vlt.eo. tit. & in l.rogaſti.§.ſi tibi,col.vlt.in noua lec.ff.ſi cer.pe.& in l.vlt.ff.qui ſatiſd.cog. vbi declarat ipſe Bald. in hoc caſu,an opus ſit petere relaxationem iuramenti.& idem Bal.in ru.ff.de iureiur.col.vlt.Ang. in l. j.in fi.C.de dot.cau.non nu.vbi & eam gloſſ.dicit ſing.Card.Flor.qui eam dicit no.in c.ad noſtram, col. vlt.verſ.ſecundò quæro,& ibi quoque Imo.col.item vltim.verſic.an autem iuramentum.Pan.in iij. no.Barb.col.3.& Ant.Burg.qui id poſt alios declarat,col.ix.verſicu. ex tertio not.extrà de empt. & ven.Pet.Anch.in c.acceſſorium,col.6.ver.ex prædictis poſſumus dicere,ibi,ſimiliter non firmat,de regu.iur.lib.vj.Anto.in c.cum contingat,col.antep.ver.octauus quando lex,& ibi Imo.col.col.lxxv. in vij.membro ſuæ diſtinctionis,ver.iuxta prædicta poteſt eſſe dubium,& Pan. qui id latè declarat, col.xij.verſi.annecto nunc aliud dubium,de iureiur.Imo.in l.nemo poteſt,col.xxj.ver. item adde ei quod tangit,& ibi Alex.col.4.ver.ſed eſt dubium quid ſi in inſtrumento,& Iaſ.col.8.ver.tertiò principaliter.ff.de leg.j.Pan.in ſua diſputa.incip.ſtante ſtatuto,col.2.ver.quinto Pau.Ca.in l.contra legẽ, in fi.ff.de leg.& in l.ſi quis pro eo,col.3.ver.adde quintũ caſum.ff.de fideiuſ.& d.con.cxliij. col.1.li.2. & con.cxlv.viſis his quæ narrantur,col.pe.in fi.eo.lib.2.& con.cccvj.quanquam longa ſit,col.2.ver. item non obſtat quòd contractus,lib.2.vbi id declarat Ro.con.xliiij.ex ſuprà narrato themate, col. 2.ver.ſecunda ratio eſt.& con.ccxciij.præſuppoſito,in 2.dubio.& con.cccccxx.circa propoſitã conſultationem.col.4.verſ.nec refragatur tex.Alex.in l.ſi donatione,col.3.ver.pro iſta opin.etiam.C.de collatio.Cepol.in tracta.de ſimulatione contractuum,in 7. præſumptione.Corne.conſi.cxxxv.viſis articulis,col.3.in fi.lib.1.& conſi.284.in præſenti conſultatione,col.vlt.eod.lib.1.& conſ.ciiij.circa primum, col.2.lib.2.Maria.Soci.inter conſ.Bart.Soci.filij.conſil.lxv.circa primam quæſtionem. col.an-

*Iuramentũ appoſitum in cõtractu ſimulato non ualet.*

tepen.ver.ſed tamen quicquid ſit.& ipſe Bar.filius conſ.ſeq.fruſtrà plenitudini,col.vj.verſi.ſecundò principaliter,lib.1.& conſi.clv.præſtantiſsime doctor,col.vlt.verſi.fortè poſſet dicere,lib.2.& conſil. cclxiiij.viſis in inſtrumento,col.ix.verſi.non obſtat etiam iuramentum,eo.lib.2.Barb.d.conſ.lx.col. xix.verſi.prætereà faciat,& iterum,col.xxij.verſi.capio aliud dubium,lib.3.& conſi.lxx. illud in medium referam,col.xiiij.verſi.& ſi dicatur,eo.lib.3.Guid.Pap.conſil.clxxx. circa proceſſum declarationis col.pen.Iaſon qui vbique fermè dicit ſing.in d.l.non dubium,col.ij.C.de legi.& in auth.ſacramenta puberum,col.vlt.C.ſi aduer.vendi.& in d.§.fuerat,char.xj.in paruis,verſic.aliud ſingulariſsimum,Inſti.de actio.& conſi.xxxvj.factum ſic ſe habet de anno,col.2. verſic. dicit etiam magiſtraliter,lib.1.& Vital.Camb.in tracta.clauſula.tit.an iuramentum validet contractum ſimulatum.Steph. Bertr.conſi.ccxxxvj.viſo proceſſu,in fi.le ij.Hippo.Marſi.in repet.c.at ſi clerici,num.clxix.de iudi.& conſi.cxxv.æternæ lucis,nu.37.

*Si contractus eſt ſimulatus, omnes eius clauſulæ præſumũtur ſimulatæ.*

33 ¶Nam & quod generalius eſt,ſi contractus eſt ſimulatus,quælibet clauſula in eo appoſita, & ſimulata quoque præſumitur ex ſententia Bar.loquentis in renunciatione,in l.nemo,col.2.verſic. quæro an renunciatio.ff.de legat.1.& Ro.conſi.clxxj.pro diuiſione conſultationis,iterum conſi.ccxlvj. clariſsime aſſeſſor col.j & Iaſon conſi.clxx.quòd prædicti Paulus,col.6.verſ.item ſi contractus,lib.2.& conſi.cxxxiij.videretur in prædicta conſultatione, col.vlt.verſic. item quando contractus,eo.lib.2. Lud.Gozad.con.xxviij.videtur prima facie,col.4.verſi.ſextò hoc ampliatur.Et nũcupatim de clauſula conſtituti,vel precarij appoſita in contractu ſimulato,dicemus in ſeq. limitat. verſic. 2. quod ita intellige.Quod non ob aliud eſt, quàm quòd huiuſmodi clauſula, & cæteræ mutuantur naturam principalis contractus,in quo apponuntur.

*Idque etiam ſi cõtractus talis tantùm præſumitur.*

34 ¶Et hoc quidem procedit,non ſolùm quando contractus verè apparet aut probatur eſſe ſimulatus, ſed etiam cùm talis tantùm præſumitur,quia tunc etiam iuramentum ſuper eo interpoſitum,præſumitur ſimulatum:ideóque nec dat aliquod robur contractui,vt voluit Iac.Bel. in ſtatuto præſumẽte ſimulatum cõtractum factum à minore,vel muliere ſine certa ſolennitate,in ſua diſput.incip.lex Peruſina Bart.etiam loquens in contractu,qui præſumitur doloſus,in l.omnes populi, col.viij.in iij. q.prin.ver.ſi ſtatutum diceret,quòd minoris contractus,ff.de iuſtit.& iure item Bal.Sal. & recentiores,in d.auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendit.Bal.in repet.l.2.col.37.ver.ſuper quinta quæſtione,& iterum,col.xlij.verſi.quartum remedium.ff.de iureiur.Pet.Anch.in repet.c.j.in ix.q.princ. extrà de conſtit.& in repet.c.ea quæ fiunt,col.xij.in iij.q.verſi.in his etiam caſibus,de reg.iur.lib.vj. Panor.in c.cùm contingat,col.xij.& primò ſciendum,& Soci.qui multos alios adducit concor. con. lxvj.fruſtrà plenitudini,col.6.verſ.ſecundò principaliter,lib.j.

*Iuramentũ ſequitur naturã contractus, in quo apponitur.*

35 ¶Sed & illud generale eſt,vt iuramentum ſequatur naturam contractus,ſuper quo interponitur,per tex.qui ad hoc quotidie allegatur,in l.vlt.vbi id not.Bar.Bal.Saly.Pau.Ca.& alij. C. de non nu.pec. & eum ſin.ad hoc dicit Imo.in c.ſi cautio,col.1.verſi.an autẽ poſsit,de fid.inſtru.& Pan.in ſua diſput. inci.ſtãte ſtatuto,col.7.ver. tertium membrum.Sed eſt melior tex.in l.ſed & ſi poſſeſſor. §.itẽ ſi iurauero,& ibi Iaſ.in ix.no.ff.de iureiur.Et ad idem quoq; eſt tex.in l.eum qui,eo.tit.& in l.adigere.§. vlt.ff.de iure patro.& in l.ſi quis inquilinos,§.vlt.ff.de leg.j.& in l.vlt.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.iuris gẽtium.§.prætor ait.ff.de pact.& in d.l.non dubiũ.C.de legib.& in c.ſi diligẽti, de foro compe.& in c. quemadmodũ,de iureiur.vbi & ipſe Panor.in 7. no.hoc item no.quòd iuramentum appoſitum in contractu,recipit omnes conditiones,& ſubauditiones,atq; limitationes,quas habet ille contractus. Et ità quoq; voluit Oldr.conſ.95.ex forma iſtius,col.vlt.& con.231.vt eius de quo quæritur,col.j. & Spec.tit.de arbit.§.j.ver.arbitrator verò.Bal.qui & ad hoc illam l.vltim.dicit ſing.in c.quæ in eccleſiarum,col.v.verſi.dices tu nonne,de conſti.& ipſe Bal.conſil.cxv. verba dicunt, in fin.lib.j.vbi dicit per eam l.& alia iura,quòd ſi principale fiat caducum, ita quoque iuramentum annihilatur. Angel. conſi.cccxv.ſtatuto cauetur.Petr.Ancha.conſi.cccxxx.viſis facti narratione,col.v.verſi.ex iſtis concluditur.Ant.in c.j.col.xiij.verſi.ſed dubium eſt,& ibi etiam Pan.col.ix.verſ.ſecunda quæſtio. de iudici.Et idem Ant.in c.Quintauallis,col.pen.in prin.de iureiur.& Barb.conſ.lxiij.ſempiterna,col.pe. verſ.prætereà faciat,lib.2.& conſ.xlix.clementiſsimum Deum,col.7.verſi.faciat ſimile quod habetur,lib.4.vbi eam l.vlt.dicit valde ſing.Corn.conſi.cij.in cauſa licèt videatur,col.j.lib.j.& conſ. xj.in præſenti conſultatione,col.9.verſ.inſuper,lib.3.& doct. vbique.

*Iuramẽtum in materia alternatiua poſitũ, & ipſum alternatiuum eſt.*

36 ¶ Ex quo & illud proficiſcitur, quod pulchrè voluit(neque enim id omittendũ viſum fuit) Inno.in c.per tuas,col.j.in verbo, de obſeruando,extrà de arbitr, quòd iuramentum ſimpliciter præſtitum, in materia de ſui natura alternatiua,debet etiam intelligi alternatiuè,vt principale,ſuper quo interponitur.quod dictum pro ſingu.& pulchro commendat Panor.in c.ex parte,le 2.col.2.de cleric.non reſid.& pro nota.idem Panor.in d.c 1.col.ix.vbi ſuprà,de iudici.

*An tamẽ ſemper iuramentũ ſequatur naturã principalis.*

37 ¶Qualiter tamen intelligitur quod dictum eſt,generaliter iuramentum eſſe intelligendum, ſecundùm naturam principalis contractus,& an ſemper ſit verũ, vide per Bart. in l.ſi quis pro eo.col. vlt. in viij.membro.ff.de fideiuſſo.Imo.in d.c.per tuas,de arbitr.& in d.c.j.& ibi Fran.Aret. & latè Phil. Dec.in priore lect.col.xj.verſ.ſextò fallit quod dicitur,& multis ſeq.per totam vj.fallen. de iudici.& omnino Alex.in l.ſtipulationes non diuiduntur,ccl.ix.verſic.non obſtat,l.fi.de verb.oblig. & conſil. xxxviij.viſa petitione Antonij,col.iij.ver.non obſtat prædictis,lib.iij.quod repetitur conſi. cxxxvij. lib.vj.& Iaſ.in l.ſi inſulam,char.vlt.in xv.q.Bar.ff.eod.tit.& in l.decem,col.v.verſ. primam regulam, eodem titu.& in l.ſi conuenerit,col.2.& 3.ff.de iuriſdict.om.iudic.& in d.l. ſed & ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi

iurauer



iurauero ff.de iureiuran.& in l.ſi pecuniam,in princ.col.penult.verſ.vel reſponde, & ſeq. ff. de condicti.cauſ.dat.

38 ¶ Adde & quòd ſtipulatio in alio contractu quàm ipſius ſtipulationis appoſita ſequitur naturam ipſius contractus.l.cum mota,& ibi Ang.qui eam ad hoc in ſuo caſu dicit ſin.col.ij.verſ.ſed tunc inſtatur,& Alex.col.j.in iiij.not.Iaſ.col.quoque j.in iij.no.C.de tranſact.Et l.ſi ſtipulatus,in prin.ff. de vſuca.& l.v.§.conuentionales.ff.de verb.oblig.& l.damni infecti quidam.ff. de dam. infe. & l. ij. §. parui.ff.de priuil.credi.& l.j.§.belliſsimè.ff.vt legat.nomi.caue.& l.ſi legati,iuncta gl.ff. de lega. j. & voluerunt Ang.Imo.& Alex.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,ff. de verb. oblig. Franc. Aret. in l. ſciendum,col.iiij.verſ.ij.hoc limitatur.ff.eod.tit.& Franc.Cur.ſenior conſil.l. memoriæ recolendæ, col.xvj.verſ.octauò adducunt,nu.86.Et idem de ſtipulatione appoſita in alio quouis actu, vt ipſius naturam ſequatur,tex.eſt in l.eum qui.§.qui iniuriarum,in prin.& ibi Barr.& alij. ff. ſi quis cautio. Ad quæ bene facit quod tradit Bart.in l.vlt.per illum textum.ff.de ſolutio.& in l.cùm quis decedẽs. §. codicillis.ff.de legat.iij.& Bald.in c.j.ad fin.tit.de vaſ.qui contra conſtit.Lothar. *Stipulatio ſequitur naturã principalis cõtractus.*

39 ¶Adde item quod ſcribit ipſe Bart.in l.ſi iure.in vlt.quæſt.ff.de legat.iij.quòd ſi non valet teſtamẽtum,nec etiam valet clauſula caſſans & irritans in eo poſita,quod & poſt eum voluit Bald. in l. ſancimus,col.j.verſ.de iſta autem clauſula.C.de teſta.& Iaſ. in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, col. xvij.verſ.tertiò facit.ff.de verb.oblig.Et quod item tradit Bald.l.ſeruus filij §.eum qui chirographũ. ff.de leg.j.quòd ſtatutum annullans inſtrumentum ob gabellam non ſolutam,intelligitur etiam annullare quamcunque obligationem in eo contentam quem.ſequitur Rom.conſ.87.in cauſa vertente inter communitatem,paulò ante fin.Et quod denique ſcribit Alber.in l.ſi procurator.ff.acqu.rerum domi.quòd ex contractu nullo quis non tenetur de euictione,quia ſi non valet expreſſum, nec tacitum,quod illi accedit,valet. *Teſtamentũ ſi non ualet, nec clauſula caſſãs in eo poſita ualet.*

40 ¶Confirmantur & ſuperiora per regulam illam generalem, acceſſorium ſequi naturam ſui principalis.c.acceſſorium,de regu.iur.lib.vj.& ibi concor.adductæ à gl.Dyno,& Io.And.Et ita quidem,vt quod ſtatutum eſt in principali,cenſetur quoque ſtatutum in acceſſorio,per tex.not. in l. iij. §. ſed ſi quid,& ibi Bald.qui id not.ff.de nego.geſtis.Et facit etiam tex.in l.etiam ſi non dotem.& ibi Bart. & Bald.C.de iure doti.& in l.inter ſocerum.§.cùm inter,in fin.ff. de pactis dot.Et cùm principalis cauſa non ſubſiſtit,nec ea quidem quæ ſequuntur,locum habent.l.cùm principalis, & l.nihil dolo. §.cùm principalis,de reg.iur.& ibi cõcor.per gl.& doct.Et facit item l.iij.§.qui habet.ff.de ſerui. ruſti.prædio.quæ ad hoc ſolet allegari,quòd ſi non valet actus principalis,nec illud quidẽ valet, quod venit acceſſoriè,& in conſequentiam de quo etiam per gl.& Cy.in l.ij.ff.de iuriſdict. omn. iudic. & & Bald.in l.& ſi is.C.de prædi.mino.& per Cano.in c.ſi diligenti, de foro competen. & in c. inter dilectos,de fid.inſtrumento.& Antoniũ in c.cùm inter,col.j.de re iudic.vbi illud notat ex eo, quòd data nullitate inſtrumenti conceſsionis caſſantur omnia acceſſoria & conſecutiua ad illud inſtrumentum,& ab illo originem trahentia.Vt non abs re conſuluerit Rom.conſ.ccccxlviij. inquiritur, in fi.quòd remiſſo delicto,licèt non ſit expreſſa qualitas ipſius delicti,videtur tamen remiſſa qualitas,quæ eſt acceſſoria.ad quod etiam allegat l.in delictis.§.ſi detrecta. ff. de noxa. & l. iiij. C. depoſ. Quæ fuit ante eum,licèt non interuenerit ſententia Bald.conſ.ccclxxviij.videtur mihi,in fi.lib.iiij. *Acceſſorium ſequitur naturã principalis.*

41 ¶Stante ergo ea opinione,quæ vitiat conſtitutum, vitiato contractu principali,quæ vt diximus,receptior eſt.Eam tamen intelliges procedere, cùm ſtatim à principio contractus erat nullus: nam tunc omnia inde ſecuta tanquam ab eo dependentia eiúſque acceſſoria corruunt. Aliud autem eſt ſi ab initio contractus valuit, ſed poſtea ex conſenſu partium aut alia quapiam cauſa annihilatur: Tunc enim quia conſtitutum ſemel operatum eſt ſuum effectum,& eum quidem effectum ſeparatum à contractu,ſcilicet tranſlationem poſſeſsionis.quæ aliud eſt quàm venditio,donatio,aut alius quiuis contractus.Ideóque non annihilatur hìc effectus,vt in ſimili probatur ex his quæ ſcribunt Bart.& alij in l.filius qui in poteſtate.ff.de liber.& poſth. *Conſtituti effectus manet etiã ſi cõtractus ab initio ualidus poſtea inualidetur.*

42 ¶Et hoc quoque in hoc noſtro caſu,ne autoritate deficiamur,ſatis voluiſſe videntur, qui dicunt re vendita & ſimul tradita per conſtitutum,non ſufficere ad diſſolutionem huiuſmodi cõtractus ſimplicem conſenſum partium:niſi & fiat retraditio,ſaltem per conſtitutum,quos ſuprà citauimus in j. parte,nu.19.fit item vt ſi venditor.Ex quo intelligis,quòd licèt venditio quæ ab initio valebat, ex pòſt facto reſoluatur,non tamen reſoluitur conſtitutum.Et ad hoc eam ſententiam ponderat Fran. Aret.qui tamen dicit ſuper hoc cogitandum,in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.ij.verſ.adde ad prædicta.ff.de acq.poſſ.& poſt eum Socin.limitans per hoc principalem limitationem,col.etiam ij.verſ.notabis tamen,& Claud.Aquen.col.quoque ij.verſ.ſed contra hanc,vbi hinc occaſione ſumpta fecit eam diſtinctionem,quam ſupra diximus.Et ad eam bene facit quod diximus in præcedenti limitat.nu.5. *Confirmatio dictæ declarationis.*

43 ¶Quæ & ex hoc poteſt confirmari,quòd aliàs facilius conſeruatur quod à principio valuit, quàm quod ſtatim in principio nullum fuit:potentiúſque operatur nullitas in principio ad impediendum, quàm ex pòſt facto ad reſoluendum.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.j.C.de vſucap.transfer.& c.quemadmodum,de iureiur.vbi in hanc ſententiam citatur illud Ouidij, in v.lib. de Triſt.eleg.vij. *Ad idem.*

*Turpiùs eiicitur,quàm non admittitur hoſpes.*

Et quod de caſu noſtro loquens tradit Iaſon in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, col. antep.verſ. quartò facit.ff.de verb.obli.Quodque etiam in ſimili dicitur,faciliùs vires,quæ ab initio valuerũt,

ſed poſteà perierunt,recuperari:quàm quæ ab initio non valuerunt,confirmari. l. qui ex liberis. §. teſtamento,& ibi Bart.ff.de bono.poſſ.ſecun.tab.quam in id expendit gl.in l.ſi tibi teſtamentum, & ibi quoque idem Bart.& Franc.Are.ff.de teſta.ideo Ioan.And.in addi.Spec.eod.tit.de teſta.§.in primis,in addit.inci.huic quæſtioni,verſ.occurrit,dicit plus nullitatis habere id quod à principio non ſubſiſtit, quàm quod ex poſt facto deficit,per l.poſthumus,ff.de iniuſto teſt.iūct.l.ſi filius.ff.de lib.& poſth.cum aliis multis concord.à me collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo , ſuſceperit liberos,nu. 139. à quibus. C.de reuoc.donati.

*Lex poteſt facere,ut factum pro infecto habeatur.*

44 ¶Hæc ſunt amice lector,quæ ſatis appoſitè,ni fallor,adduci poſſunt ad hanc noſtram principalem limitationem.Sed quoniam.ſuprà in prin.eiuſdem diximus, factum fieri infectum non poſſe , non ſolùm à lege vel homine,ſed nec à Deo quidem:illud ſanè intelligendum eſt(vt id obiter dicam)ne quis erret,vt ſcilicet,lex non poſsit facere,quin id factum ſit , quantùm ad rem ipſam , quod ſemel factum eſt.Poteſt autem facere lex vel legiſlator,vt pro non facto habeatur, quantùm ad iuris effectum,ſiue rei ipſius validitatem,vt noſtri loquuntur,per tex.in l.iubemus nulli.§.j.in fin.ibi , ea quæ contra legem facta ſunt,pro infectis habenda ſunt.C.de ſacro.eccle.& d.l.non dubium,ibi, non ſolùm inutilia,ſed etiam pro infectis habeantur,& ibi Bart.col.iij.verſ.oppono quòd ſecundùm hãc. & ſeq.& Sali.qui id declarat,col.vij.verſ.& ſunt expeditæ.C.de legi.& l.cùm ea.C.de tranſac. & l.j. C.qui pro ſua iuriſd.& l.creditor,in fi.C.de dona.inter vir.& vxo.& l.diuo Marco.C.qui manu.non poſ.& l.ſi ex precario.C.ſi cert.pet.& l.hac conſultiſsima,in prin.verſ.non ſubſcriptum autem.C.de teſt.& l.vlt.ad fi.C.de decuri.lib.x.& §.j.verſ.ſi verò minus fuerit,in auth.de non alie.reb.eccleſ.ibi, & pro non facto ponit,vbi Accurſius ſupplet:quantùm eſt de iure,ſed factum ipſum infectum fieri non poteſt,& in c.j.§.pactiones,tit.de pace Conſtantiæ.

*Et non ſolùm lex principis, ſed & iuriſconſulti.*

45 ¶Et ne putes id tantùm fieri in conſtitutionibus principum,& Imperatorum,qui omnia ſibi vel impoſsibilia facere,licere,& poſſe putant:habes & ſimiles tex.apud noſtros Iuriſconſultos & alios, licèt non adeò frequenter,videlicet in l.j.§.ſed à volentibus,ibi,pro non facto eſt.ff.de his quæ in teſta.delen.& in l.j.in fi.ff.vnde vir & vxor,& in c.imperiali.xxv.q.ij.& in c.ad noſtram , & ibi Philip. Fran. qui id no.in ij.not. extrà de appe.& in c.quæ contra ius,de re iu.li.vj.& in cle.j.ibi , eas haberi volumus pro infectis,de immu. eccl. vbi gl.ex eo putat excõmunicatum vi conſtitutionũ quæ illic pro infectis habentur,non egere abſolutione.Et hic no.vnũ ſin.quod mox dicemus,verſ.ab hinc ij.

*Lex non factũ pro facto facere poteſt.*

46 ¶Sed illud primùm dicere voluimus,quòd vt lex poteſt facere,vt factum pro infecto habeatur:ſic & è diuerſo,vt non factum pro facto,auth.ſi qua mulier.C.ad S.C.Velleia.& c.is qui fidẽ, de ſponſa. Tametſi facere non poteſt,vt non factum ſit factum,vt ſuprà diximus ex Cicerone.Poteſt item facere,vt non ſcriptum pro ſcripto habeatur.c.cum M.Ferrarienſis,& ibi Bal.qui eum text. ad hoc dicit ſing.col.iiij.verſ.item illud,extrà de conſti.Sicuti è contrario ſcriptum pro non ſcripto, per l. conditiones contra edicta.ff.de condi.inſti.& l.quæ in teſtamento,& l.quod adhibitus.C. de his qui ſibi adſcri.& l.ſancimus,in princ.C.de donat.& l.diui.§.vlt.ff.de iure codicil.& l.ciuitatibus. §. Lucius.ff.de lega.j.& l.ſi quis mihi bona.§.ſi quis planè.ff.de acq.hæred.& l.ſi Tiio.§.j. ff. quando dies lega.ced.& d.authen.ſi qua mulier.C.ad Velleia.& §.ſed & quod ſancitum eſt,in auth.de nupt. vbi etiam probatur geſtum haberi pro non geſto,quod propè idem eſt. Item adiectum pro non adiecto.l.ea quæ ad dandum.ff.de reg.iur.& ibi concor.Traditum pro non tradito.l.ſi me in vacuam.ff. de acqui.poſſ.& voluit Bart.in l.j.§.ſi vir vxori,poſt prin.ff.de acqui.poſſ.& Philip.Deci.conſ. 467. bene & conſultè,col.vlt.quod admodum huc ſpectat.nam ſi lex facit,vt verè traditum pro non tradito habeatur,multò magis facere poteſt , vt quod verè non traditum eſt,ſed pro tradito habetur (vt eſt in conſtituto vel precario,quæ non ſunt veræ traditiones,vt diximus ſuprà , in princ. j. ampliationis)pro non tradito habeatur in contractibus inutilibus.Sic quoq; datum pro non dato,quod non longè abeſt à ſuperiore.l.j.ff.de in ius vocan.Non ſcitum pro ſcito,cle.j.de conceſ.pręben.vt ex ea not.Franc.Cur.d.conſ.Soc.& Fely.in d.c.j.col.vij.in ij.ampliat.de conſtitut.& Albert. Bru. conſ. j.circa primum articulum,col.vj.verſi.poteſt enim princeps.Inſtitutum pro non inſtituto,l.quoties. §.tantundem.ff.de hæred.inſtit.

*Papa poteſt reuocare ea quæ ſunt iuris poſitiui,ut ex tunc.*

47 ¶Ex ea autem cle.j.de immuni.eccle.(vt ad eam redeamus)gl.ſin.ibi dicit colligi, quanta ſit Papalis poteſtas,circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo:quia illa,inquit,reuocat,vt extũc.Ex quo & tu poteris notare,poſſe principem facere,vt res factæ habeantur pro infectis,etiam quo ad effectus præteritos.Et ad hoc illam ibi nuncupatim ponderat Pau.Liaz.& Car.Flor.qui illam dicit ſin. in vij.no.Imo.& Pan.& prætereà idem Car.in c.quia diligentia,col.iij.verſ.tertiò quęro,& ibi Imo. circa medium,verſi.dicit tamen,extrà de elec.ex quibus intelliges,& id quoque procedere quò ad præiudicium alterius.Pet.Anch.in repe.c.j.char.xxij.verſ.& licèt iſta ſit communis,& ibi Fely. col. vij.verſ.amplia ſecundò,de conſt.& idem Anch.conſ.cxliij.pro domina Paula,col.vlt.vbi illam gl. dicit no.& conſ.ccxxv.videtur prima facie dicendum,col.j.in fi.vbi illam quoque dicit ſin. & iterũ conſ.ccccix.viſo & diligenter inſpecto,col.ij.verſ.quæ ad noſtrum appoſitum, vbi & illam dicit no. idem Car.Flo.Ant.& Imo.in c.cæterùm,de reſcri.& ipſe Imo. in c.vt noſtrum,in ij.no. & ibi Phili. Fran. de appel. vbi ipſe Imo. dicit,quòd licèt factum reſpectu ipſius non poſsit haberi pro infecto, poteſt tamen quò ad effectum iuris.quod & nos diximus.Pan.in c.quæ in eccleſiarum,colum.j. de conſtitu.vbi & illam dicit no.& in c.nulli,in fi.de reb.eccleſ.non ali.Et rurſum in c.ſi aliquando,circa medium,& ibi quoque Fely.qui dicit ſing.de ſenten.excom.& idem Pan.in c. per venerabilem, col.v.



col.v.verſ.pro concordia dicerem,qui filij ſunt legi.vbi etiam dicit ſin.& in c.non debet , in fin. de conſan.& affi.vbi & ad hoc allegat glo.in cle.j. de ſtatu reg.& ipſe Panor.in c. paſtoralis.§. verum, col.iiij.de appella.& conſ.lxxxiiij.illud in ſumma,col.ij.verſ.his præmiſsis,lib.j.vbi & illam gl.dicit ſing.& conſ.xcix.illud in præſentiarum col.ij.verſ.tertiò,eo.lib. vbi & eam dicit no. Ioan. Calder. conſ.xij.an ſi opponatur,tit.de reſcrip.Fran.Aret.in l.qui abſenti.§.j.col.vlt.ff.de acq.poſſ.Alex.in l. gallus.§.& quid ſi tantùm,col.antepe.verſ.ſecundò limitatur.ff.de lib.& poſth. dum citat Cardi. & & Imo.in d.c.quia diligentia,de elect.Barb.in repet.l.cum acutiſsimi,col.xcviij.verſ.ſed reperio.C. de fideic.vbi eam dicit ſing.& in repe.c.teſtimonium,col.xxv.verſ.vnde in integrum , de teſtib. & conſ.xiij.à Ioue principium,col.iiij.verſ.quintò ſi dicamus,lib.iij.& conſ.lxxviij.illud in medium afferam,tum col.ij.verſ.& licèt iſta,vbi & eam gloſ.dicit ſing.tum col.penult.verſ.quartò facit,eod.li. iij.Franc.Curti.ſenior,qui & eam dicit ſing.conſ.l.memoriæ recolendæ,col.xix.verſ.cùm maximè, nu.108.& iterum char.pen.in fi.reſponſionis.xj.arg.& conſ.lxvj.ſuper præmiſſa narratione, col.vij. verſ.princeps enim.Fely.in c.vlt.col.iiij.verſ.compræhenduntur tamen,de conſti.vbi hoc latè examinat.& ibi poſt eum Philip.Deci.col.iij.verſ.ſecundò limitatur.Iaſ.in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.j.in ij. lect.ff.de acq.poſſ.Philip.Dec.in c.j.in vj.no.in j.lect.de iudi.

48 ¶Licèt quantum ad id quod diximus in prin.verſ.præcedentis de pręiudicio alterius,ne illud aliter intactum relinquam,contrarium tenuit Car. Flor.ſibi ex diametro contrarius in c. ad petitionem. col.iiij.in v.oppo.de accuſa.nempe eam clauſulam,habere pro infectis,non habere locum in præiudicium alterius,cui ius interim quæſitum eſt.Et ſecundum id intelligit illam gl.in d.cle.j.de immu. eccle.quam & ipſe dicit ſin.eúmque ſequitur Io.Ana.ibi,in vlt.no.Super quo Phili.Dec.in d. c. vlt. de conſti.& con.cclij.agitur cauſa,col.vlt.dicit id poſſe habere locum in iure quæſito alteri ex iure gentium,quod à principe tolli non poteſt ſine cauſa,vt not.Cano.in c.quę in eccleſiarum.de conſti. & Bart.in l.vlt.C.ſi cont.ius,vel vtili.public.cùm ſi.Secus in iure quæſito ex iure ciuili,vt dominiũ quæſitum ex præſcriptione,vel ſententia,quòd à principe ſine cauſa tolli poteſt,Bald. in l.vlt. col.ij. verſ.ſed immediatè opponitur.C.ſenten.reſcin.non poſſe,Angel.in l.Lucius.ff.de euic. Paul. Ca. in l.iij.col.j.ff.de teſta.& in l.cùm hæredes,in prin.ff.de acq.poſſ.Alexan.conſ.ij.viſis codicillis,col. vj. verſ.plus dicit,lib.j.Hæc Dec.& ante illum idem voluit Calde.quem poſteà citat d.conſil. xij. an ſi oppo.expreſsè ita illam gl.intelligit. *De eo quod dictũ eſt in præiudicium alterius.*

49 ¶Porrò Bald.in c.prætereà,col.vlt.verſ.ſed cõtra hoc opponitur,de dilat.omnino negat factas cauſas pro infectis haberi poſſe,aut veritatem ita obumbrari,quin ita ſit factum , vt factum eſt , tamen poſſe fingi contrarium:ita vt ex huiuſmodi fictione oriatur vtile remedium per d.§.factæ,& l.cùm à matribus.C.qui pet.tut.Idem autem Bal.in d.l.non dubium,col.v.in iiij.oppo.C.de legi.negat etiã poſt Pet.factum pro infecto haberi poſſe,ſed ex eo nõ reſultare vim & effectum ad cõmodum eius qui facit,ſed bene ad eius incommodum,vt ſcilicet ex eo puniatur.l.eum qui duas.C. de adulte. & l.ſi reo.§.quod vulgo.ff.de fideiuſ.& l.bona fides.ff.depoſi.Cui adde quantùm ad id,quæ nos latius diximus in tract.Retractuum,tit.j.§.j.in gl.ij.in verbo,*a vendu*,num.9. quanquam , & iterum latius in §.xxvj.in gl.ij.nu.8.& facit etiam.Subiungit autem Bal.vt ad eum redeamus,Bar.dicere aliquid haberi pro infecto,eſſe quandam fictionem,vnde licèt quatenus æquum eſt,vt contrà habeatur pro facto non fingitur infectum quia fictio debet eſſe æqua & rationabilis. Aequum eſt autem, vt habeatur pro infecto,quantum ad ipſius commodum qui fecit , vt ſcilicet nullum ex eo commodum conſequatur:ſed pœnam tamen non effugiet,qui id contra leges facit.Tandem verò concludit prohibita haberi pro infectis,quantum ad firmitatem & robur ipſorũ,per d.l.non dubium ſed non quãtum ad eius punitionem qui fecit,quod in idem recidit. *Factum haberi pro infecto ex fictione eſt.*

50 ¶Denique quia ſuprà tractauimus,an ex inutili contractu transferatur poſſeſsio,præſertim conſtitutitia,ſiue precaria:ſi quis etiam noſſe deſiderat,an ex huiuſmodi contractu transferatur dominium, adeat l.multum,& ibi gl.& Albe.C.ſi quis alte.vel ſibi,& l.contractus.C.de fid.inſtru.Bart.in d.l j.§. ſi vir vxori,in fi.& ibi latiùs Alex.col.iij.verſ.iuxta proximè dicta.ff.de acq.poſſ.& eundem Bart. & latius Bald.in l.eleganter,in fi.ff.de dolo mal.ipſum Bart.poſt gl.in verb.ex eo,in d. l. non dubium, col.vlt.verſ.modò oppo.& ibi quoque Bald.col.vj.verſ.vlterius oppo.x.& Iaſ.col.pen. verſ. in ij. & iij.parte.C.de leg.eundem Bal.in l.j.col.j.in iij.not.C.de ſuffra.Alex.in l.ſi rem aliquam.ff.de acqui. poſſ.Corn.conſi.cciij.viſo dicto puncto,col.iij.verſ.non obſtat ſecundum,& tribus ſeq.li.iij. & conſ. cclxiij.in cauſa vertente inter capitulum,ad fi.eod.lib.iij. *An ex inutili cõtractu trãsferatur dominium.*

## OCTAVA LIMITATIO.

1 ¶Limita octauò,vt conſtitutum vel precarium transferat poſſeſsionem, cum apponitur ſuper contractu vero.Secus ſi ſuper ſimulato:nam tunc nullius eſt momenti, vt expreſsè voluit Bald.in l.emptione,in vlt.quæſt.& ibi quoque Sali.col.ij.verſ.vlterius quæro.C.plus vale.quod agi.& idem Bal. in l.j.col.j.verſ.ſed quæ eſt ratio.C.de ſuffrag.vbi idem dicit,ſit ſit ſuſpicio ſimulationis , de quo dicemus in ſeq.limit.& idem Bal.conſ.lxvj.inter virum,poſt prin lib.j.& Ro.in l.j.§.ſi vir vxori , poſt prin.verſ.item & ſecundò,& ibi etiam Alex.col.ij.verſ. & inſuper poteſt.Fran.Aret.col.ij. verſ. ſuper hoc tamen.ff.de acqu.poſſ.Ang.Aret.in §.j.col.xxiij.verſ.ſed indubitatum eſt,Inſtit.de except. Matia.conſi.lxv.circa primam quæſtionem,col.pen.verſ.& ideo licèt.& eius filius Soc. qui nullum illorum allegat,conſ.lxj.circa primum dubũ,col.vlt.li.iiij.& Barb.conſ.xxviij. à Ioue principiũ.col. iiij.verſ.& ſi dicatur amice, li.iij.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,col.antep.verſi.ego alias legendo.ff.de vſucap. *Conſtitutũ in contractu ſimulato nullius effectus.*

vſucap.& Matth.Afflict.deci.Neapol.xl.caſus eſt iſte,col.pen.verſ. prætereà hîc nullum eſt.Philip. Dec.in l.contractus,col.v.verſ.ſecundò iſta concluſio.ff.de reg.iur.& Paul.Pariſ.conſ.lv.contractus, col.iij.nu.xxij.& ſeq.lib.j.

*Conſtitutũ præſumitur ſimulatũ ut contractus in quo apponitur.*

2 ¶Quod ita intellige,vt in ſimili dicam in ſeq.limitatione , vt ſcilicet ſi contractus eſt ſimulatus , ita quoque dubio præſumitur conſtitutum vel precarium ſimulatum:ideóque nec ex eo transferatur poſſeſsio,ſecundum Bal.in l.j.col.j.C.de ſuffrag.& conſ.cclxviij.ſuper primo puncto circa medium, lib.v.Sali.in d.l.emptione.C.plus vale.& Rom.conſ. clxxj. pro deciſione. & conſ. cclxvj. clariſsime aſſeſſor. col.j.Barb.conſ. xxviij. ſcripſit belliſsimè , col.v.verſ.& ſi diceremus,lib.j.Soc.d.conſil.lxj. col.vlt.verſ.prętereà ſi contractus.li.iiij.Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,col.antep.verſ.ſextò quando contractus.ff.de verb.oblig.& conſ.clxx.nomine magnifici,col.antep.verſic.& ſi diceretur, lib.ij.Nam ſi principalis contractus eſt ſimulatus, ita quælibet clauſula in eo appoſita cenſetur eſſe ſimulata,vt diximus ſuprà in præced.limitatio.nu.xxxiij.nam & quod.

*Sed & uera quoque traditio.*

3 ¶Nec id quidem tantùm in huiuſcemodi ficta traditione,de qua nũc loquimur,ſed & in vera quoque.Nam & ea in dubio præſumitur ſimulata,ſi principalis contractus eſt ſimulatus,nec ex ea transfertur poſſeſsio,vt tradit Bart.in l.emptor.ff.de aqua plu.arcen.arg.l.cum propriè.C.ſi quis alter.vel ſibi.& Bal.in c.j.§.callidis,col.j.verſ.quęro vtrum ex contract.tit.de prohi.feud.alie.per Fede.Ange. conſ.ccclxxxviij.conſultatio,in fi.per d.l.emptor,quam dicit,ſingularem vbi ex hoc dicit , ex contractu ſimulato non transferri poſſeſsionem,vt & ipſe dixerat conſ.xlviij.ex dicto themate, vbi & ad hoc dicit illum tex.eſſe ſing.Imo.in d.l.j.§.ſi vir vxori,circa medium,& ibi item Roma. & Alex. col.iij.verſ.& in dubio,& Franc.Aret.col.iij.verſ.dicit etiam.ff.de acq.poſſ.per text. quẽ & ipſe Ro. dicit ad hoc ſing.in d.l.emptor.& idem Imo.in c.ad noſtram,in fi.ext.de empt.& vendi.Rom. in l. ſi ſub ſpecie,col.xj.verſ.circa primum.C.de poſtul.Ang.Aret.in d.§.j.col.xxiiij.verſ. an autem trãſferatur,Inſtit.de except.Barb.qui alios multos allegat,conſ.vj.illud in medium,col.antep.veſic. eſt opus videre nunc,lib.iiij.vbi dicit de hoc eſſe expreſſum caſum in d.l.emptor.& conſ.xvij.clementiſsimi,col.vlt.li.iiij.vbi ad hoc dicit illũ tex.valde ſin.cũ aliis cõcord.adductis ab Ale.in addit.Bar. in d.l.emptor.Et ad id quoq; Fran.Aret.in d.§.ſi vir vxori,citat tex.in l.doli.verſ.diuerſum.ff.de nouat.& l.vlt.§.item quæſitũ,& quod ibi no.Bart.ff.de condi.indebit.Et ita potes intelligere Ang.ſimpliciter tenentem ex contractu ſimulato non transferri poſſeſsionem,in d.§.ſi vir vxori,& iterũ in l. ſi donatione.circa medium.C.de collat.& vbique allegat ad id tex.quem dicit ſing.in d. l. emptor.

*Niſi expreſſe actũ ſit,ut trãſferatur ex reali traditione.*

4 ¶Verùm ſi illud verè actum ſit,vt poſſeſsio transferatur ex huiuſmodi contractu ſimulato,ea certè transferetur ex reali traditione,quæ cauſam aut titulum non requirit.per d.l.j.§.ſi vir vxori, & voluit expreſsè in hoc caſu Ale.ibi col.iij.verſ.& in dubio,& ibi item Fran.Are.vbi ſuprà. & ante eos Bar.in d.l.emptor.& prętereà in l.quemadmodũ,col.j.in ij.no.C.de agri.& cenſi.li.xj. & Bal.in d.§. callidis,& in d.l.ab emptione,in vlt.quęſ.& ibi quoq; Sali.C.plus vale.& Ro.in d.l.ſi ſub ſpecie,quo loco ſuprà citauimus.& Fran.Cur.iunior.conſ.ciij.Sacratiſsimę Trinitatis,col.3. verſ. prętereà & 3.

*Sed id non procedit in precario.*

5 ¶Nec abs re dixi ex reali traditione poſſeſsionem transferri in huiuſmodi contractibus,ſi id actum eſt.Nam id non videtur procedere in precario : quia cùm ſimulatè vendens vel donans remaneat dominus,cùm ab eo non abeat dominium ex contractu ſimulato,conſequẽs eſt vt non teneat precarium rei ſuæ.l.neque pignus.ff.de regul.iur.Et ita expreſsè voluit Bald.in d.l.ab emptione,in vlt. quæſt.& Ro.in d.§.ſi vir vxori,& in d.l.ſi ſub ſpecie.& Ang.Aret.in d.§.j.vbi ſuprà,de except.Qua etiam ratione diximus ſuprà in præcedenti limit.verſ.xiij.ex quibus illud, & per totam propè eam limit.ex contractu nullo non transferri poſſeſsionem ex precario.

*Sed hæc omnia cum nihil niſi fictè agitur.*

6 ¶Sed hæc omnia velim intelligas,cùm & contractus ſimulatus eſt, & cauſa illius:id eſt , cùm ita fit contractus ſimulatè,vt nihil omnino agatur:nec contractus quidem quem ſe dicunt contrahentes facere,nec alius.tunc enim ſumus in caſu vj. limitationis , cùm ſcilicet nulla cauſa intercedit. Secus autem ſi cauſa vel ſpecies contractus eſt ſimulata , & non quiuis contractus : videlicet ſi ſimulo tibi vendere,cùm tamen verè non vendo,ſed dono,aut aliter vnam cauſam vel ſpeciem contrahendi fingimus pro alia.Nam tunc transfertur poſſeſsio ex illa vera cauſa,quam facere intendimus,ſi vera ea cauſa operatur trãſlationem dominij,quia illa inſpicienda eſt per d.l.emptione,& l.ſi ex precio. C.ſi cert.pet.Et ita expreſsim voluit Salic.in d.l.emptione,paulò ante fi.Alex.in l.ſi donatione,col. vj.verſ.non obſtat ratio.C.de collat.Claud.Aquen.in d.§.ſi vir vxori,col.pen.verſ.vltimò limit.Et idem quoque tenere videtur Hier.Gra.qui illos non allegat,conſi.cxvij.videtur prima facie,col.j. lib.j.cùm ſcribit,quòd ſi ſimulatio fit ad bonum finem,non impeditur tranſlatio poſſeſsionis, quæ fit per conſtitutum.

### NONA LIMITATIO.

*Cõſtitutũ non operatur ubi eſt præſumptio fraudis uel ſimulationis.*

1 ¶Limita nonò,veluti ex conſequentia præcedentis limitationis,vt conſtitutum vel precarium non ita operetur,ſicuti vera traditio,ſi quando eſt præſumptio fraudis vel ſimulationis , nec per ipſum vitetur ſuſpitio ipſius fraudis,quæ ex eo inſurgit,quòd alienans remanet in poſſeſsione rei,per tex. in l.j.& ibi Bald.qui id not.dicit in ij.no.C.de ſuffrag.Nam illud omnes ſciunt præſumi fraudem & ſimulationem ob id quòd poſt alienationem poſſeſsio rei alienatæ remanet apud alienantem , l. ſicut.§.ſuperuacuum,& ibi Bar.& alij.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolui.& voluerunt omnes vbique.At huiuſmodi præſumptio non effugitur ex eo, quòd alienans conſtituit ſe ſimpliciter vel precariò poſſidere nomine eius cui vendidit aut donauit,ſi nihilominus remanet in vera & reali poſſeſsione, vt expreſ-



-ſim voluit Bart.in d.§.ſuperuacuum,ad fi.vbi declarat,quantum tempus in id requiratur , & ibi etiam Raph.Fulg.

*Ad idem.*

2 ¶Et idem quoque voluit ipſe Bart.in l.poſt contractum,col.ij.in fi.cum ſeq.& ibi Rom.col.iij. verſ. quartò adde inquantùm.ff.de donati.Bald.in l.emptione.verſi. quæro qualiter probetur ſimulatio, & ibi etiam Salic.col.ij.verſ.quæro an per tertium.C.plus valere.idem Bald.in l. & qui ſub imagine,poſt princ.& ibi Ang.C.de diſtrac.pign.ipſe Bal.in l.j.per illum tex.C.de donanti. ante nupti. & conſ.cclxviij.ſuper primo puncto,circa medium,lib.v.& iterum conſ.cccxj.in quęſtione Galuagini, col.ij.verſ.tertiò arguitur,eod.lib. v. & in addi.Specul.titu. de allegati. & diſputa. verſ. præſumitur fraus.Salic.in d.l.j.col.ij.verſ.& poteſt eſſe ratio.C.de ſuffrag.Pet.Anch.conſ.cclvij. ſi prædicta ſententia,col.ij.verſ.item ficta venditio.Imo.in c.illo vos,col.pen.verſ.aduerte tamen ſecundum eum, de pign. Raph.Fulg.conſ.xlij.Trauerſius habens Martinum,in j.dubio.Pau.Caſt.conſ.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,col.iij.verſ.ſecunda coniectura,lib.ij.& iterum conſ.cxxxix.ſuper iſto puncto occurrunt tria,col.pe.verſ.& pro hoc bene facit,eo.li.ij dum allegat Bart.in locis ſuprà citatis.& idem Paul.conſ.cccclxv.videtur dicendum quòd ſecundus emptor , paulò ante medium,eo.li.ij.Alex.conſ.lvij.breui narratione,circa medium lib.v.Ambro.Vigna.in tractatu vſurarum,quem poſuit ſuper c.ſalubriter,char.viij.verſ.vndecimum argumentum,de vſur.Corn. conſil. cxxj.duo obiiciuntur,col.vlt.verſ.nec obſtat clauſula precarij,lib.ij.vbi nullum antiquorum ad hoc allegat.& conſ.cxxxvij.licèt multas,ad fi.lib.iij.& conſ.ccv.in præſenti conſultatione,col.ij.verſ.nec videtur obſtare,eo.lib.iij.Vital.Camb.in tractatu clauſularum,in clauſ.conſtituti,in fi.Iaſ.in l.Titia, in prin.col.vlt.ff.de verb.oblig.& conſ.xxxvj.factum ſic ſe habet,de anno,col.iij.verſ.pro eadẽ parte,lib.j.vbi refert in id eſſe expreſſum ſtatutum Placentiæ.Carol.Rui.conſi.lxiiij.viſo proceſſu ſatis verboſo.col.ij.nu.ij.li.iiij.Philip.Dec.in l. contractus.col.vj.verſ.ſecundò iſta cõcluſio.ff.de reg.iur. Marc.Man.conſ.ccl.viſo proceſſu mihi tranſmiſſo,col.j.in fi.

*Conductio non facit ceſſare præſumptionẽ fraudis, imò illam auget.*

3 ¶Nam & cùm conductio eandem vim transferendæ poſſeſsionis habeat,quam habet conſtitutum, vel precarium:nempe cùm conducens rem quam vendidit,cenſeatur conſtituere ſe poſsidere nomine emptoris:quemadmodum conſtituens,nomine cõſtitutarij:rogans precario,rogati,per l.quędam mulier.ff.de rei vendi.& l.interdum.§.vlt.& l.ſi aliquam rem,ff.de acq.poſſ.cùm ſi.quas noſtri vbique allegant pro conſtituto vel precario,licèt de conductione loquantur:tanquam idem ius ſit de vtriſque,quantum ad tranſlationem poſſeſsionis:Ideóque & idem de ipſa conductione , vt non faciat ceſſare eam præſumptionem fraudis,de qua loquimur , ſed potius eam augeat , imò verò & ſola ſufficiat ad eam præſumptionem,voluit Cardi.Flor.in d.c.illo vos,col.j.verſ.eſt & alia,de pign. de quo & tu vide Cæpolam in tractatu de ſimulati.con tractuũ, in j.& ij.caſu,iterumq́ue in xij.præſumptione. quod tamen intellige ſecundum ea quæ de retentione vſusfructus dicemus infrà num. 10.illud autem,& iiij.ſeq.

*Qui contrariũ tenent in conſtituto.*

4 ¶Contrarium tamen expreſsè,vt ſcilicet conſtitutum faciat ceſſare illam fraudis vel ſimulationis præſumptionem,ſiue ſuſpicionem ex eo ortã,quòd alienans manſit in poſſeſsione,ex facto reſpondit Bart.ſecum palam pugnans,conſi.lxv.Petrus Nicolæ,col.vlt.Niſi inquit,ſubſit alia cauſa præſumendæ fraudis,vti eſt in caſu d.l.j.C.de ſuffra.& rurſum idem Bart.conſ.lxxxj. Martinus Forniconis,col.1.iterúmque ante fi.& idem quoque voluit Bald.ſibi item contrarius in l.illud,col.vlt.in vij. quæſt.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi dicit quòd per poſſeſsionem precariam excluditur præſumptio ſimulationis,quæ procedit ex eo quòd venditor remanſit in poſſeſsione rei venditæ:ſed non excluditur præſumptio fraudis & ſimulationis ſimul iunctæ,nec quicquam prætereà dicit.

*Ad idem.*

5 ¶At idem clariùs in l.1.col.ij.verſ.ex hoc patet.C.de donati. ante nuptias,dicit quòd cõſtitutum & precarium tollunt illam quam(iam ſæpius diximus)fraudis præſumptionem : quia ea præſumptio tum demum tantùm habet locum,quando is qui alienauit,poſsidet,non mutata cauſa poſſeſsionis. Quòd ſi ea cauſa mutata fuerit,vt mutatur,cum interuenit precarium vel conſtitutum, non præſumitur ſimulatio.l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cert.pet.Niſi,inquit,primùm,id vergeret in fraudem fiſci vel creditorum,per tex.in d.§.ſuperuacuum,quem ad hoc no.dicit.Aut etiam niſi fieret inter perſonas prohibitas. l. qui teſtamentum. ff.de probati. id quod ipſe Bald. dicit notandum. Et hoc vltimum etiam tradit idem Bald.in d.l.j.verſ.ſed quæ eſt ratio.C.de ſuffrag.& Ang.in d.§.ſuperuacuum, col. j.verſ.fallit quando talis. & Pau.Caſt.conſ.clxxiij.præſuppoſitis his de quibus ſuprà,poſt medium, in lib.ij.& Rom.in l.ſi ſub ſpecie,col.vij.verſ.circa primum.ff.de poſtulan.& vide etiam quæ dicam infrà in xxv.limitat.

*Iterum pro poſteriori op.*

6 ¶Et quòd conſtitutum ſiue precarium ſimpliciter faciant ceſſare hanc præſumptionem fraudis de qua loquimur,tenent vltra prædictos in illis locis,ipſe Ang.non obſcurè conſ.cvj.quædam mulier, in fi.iunctis præcedentibus.ſed clariùs conſ.cclxxiij.nunc præſupponitur,in fi.Raph. Fulg. conſ. xlj. ad primum quæſitum,col.j.verſ.illud etiam quod ſola.Pau.Caſt.conſ.clxj.non eſt dubium quòd dicta donatio,in fi.lib.ij.Ro.conſ.v.viſo puncto,ante fi.& conſ.ccxlvj.clariſsime aſſeſſor, col.j. vbi tamen declarat,niſi eſſent aliæ coniecturæ quàm ex continuata poſſeſsione:quod in idẽ recidit, quod ſuprà ex aliis diximus in præced.verſi.Cæpol.in tractatu de ſimulati.contractuum,in xxiiij.pręſumptione.Alexan.conſ.xxviij.in cauſa & lite vertente,col.iij.verſ.modò ſic,lib.v.vbi omnino ſequitur Bald.in d.l.j.C.de donati.ante nupt.& Cæpola in tractatu de ſimulatione contractuum , in xxiiij. præſumpti.

¶Et

*Ad idem.*

7 ¶Et in eadem quoque opinio.fuerunt D.à Rota.deciſi.ccccÌxxxiiij.extra rotam , col. vlt. in nouis, dicentes per conſtitutum excludi hanc de qua loquimur,prẹſumptionem,niſi alia cauſa præſumendæ ſimulationis inſit:quo caſu,inquiunt , requiritur corporalis traditio,per d. l.j. de ſuffrag. quòd & idem omninò dicit Bellame.deciſ.716.non per hoc ſolùm,ante fi.& Fran.Aret.conſ.lxv.in prẹſenti conſultatione,col.iiij.verſ.ſecundò probatur.& Soc.conſ.cclxiiij.viſis inſtrumento donationis,col.ij. verſ.ſed dicet quiſpiam,& ſeq.lib.ij.Carol.Rui.conſ.cxix.primò per ordinem.col.vlt.lib.j.vbi poſt alios id ita declarat,quòd quando ſola ſimulatio deducitur,conſtitutum tollit ſuſpicionem ſimulationis:Sed vbi ſimulatio & fraus contra tertium ſimul deducuntur , tunc conſtitutum non ſufficit: & nouiſsimè Paulus Pariſien.conſ.lxxvij.in præſenti,col.j.lib.ij & Matth.Afflict.in c.j.col.vj. verſic. fallit primò,& iterum verſ.tertiò fallit,rursúmque col.xxj.verſ.ſed quid ſi probatur,tit.de feud.dat. in vic.leg.commiſſ.

*De eadem re.*

8 ¶Quo in genere illud mihi dicendum eſſe videtur,quod ab eodem Matth. Afflict. ſcriptum eſt in illo eodem c.j.col.etiam.vj.verſ.& inquantum ſuprà,quòd conſtitutum vel precarium non excludit præſumptionem ſimulationis inter perſonas coniunctas,per l.data.C.de donati. & l. nihil , quæ eſt pen.in illis verbis,faciliórque ſuſpicio.ff.de bon.libe.Ex quibus ll.trahunt noſtri doc. vnam fraudis & ſimulationis præſumptionem,quando fit donatio coniũctæ perſonæ &inter hos Dy.& poſt eum Bart.in d.l.poſt contractum,col.ij.verſ.ſecunda præſumptio. ff. de donati. vbi poſteriorem l. dicit multùm not.& ex ea colligi,neceſſe eſſe,vt præcedat cauſa propter quam præſumatur fraus , aliàs ſola coniunctio non ſufficeret.l.ſi quis poſt hac,verſ.quis.C.de bo.dam. Tu autem de iſta præſumptione fraudis vide Imo.& Ro.in d.l.poſt contractũ,illum.col.j.verſ.item adde ſecũdò:hunc col. 2. verſ.adde tertiò in quantum,& ibi quoque latè Paul.Pic.in repetit.col.xj.verſ.circa ſecundam præſumptionem.& Raph.Corn.conſ.clv.Antognolus,col.ij.verſ.hoc etiam coadiuuat.

*Confeſsio recepti pretij non tantum habet põderis quàm uera ſolutio.*

9 ¶Addit autem Matthæ.vbi ſuprà,verſ.item precarium non habet,precarium quoque non excludere præſumptionem ſimulationis,quando precium venditionis verè & realiter non eſt ſolutum , ſed tantùm venditor confitetur ſe recepiſſe.Nam faciliùs,inquit,eliditur confeſsio,quàm naturalis ſolutio.l.ab Anaſtaſio,& l.per diuerſas.C.manda.& quod no.gl.in l.aſsiduis.C.qui poti.in pigno.habe.& alia,quæ ibi allegat.Cui tu adde multa à me in eam rem collecta,vt oſtendam confeſsionem de recepto non tantum habere virium,quàm veram ipſam numerationem,in tractatu Retractuum, tit. j.glo.xviij.in verbo,*Le pris que la choſe aura couſté*,in xij.quæſtio.quæ eſt in num.78.& multis ſeq. & tit.ij.§.iiij.gl.vj.in verbo,*conſigner*,nu.8.ſed in hac tractatione,cum multis ſeq.

*Vſusfructus retentio tollit præſumptionẽ fraudis & ſimulationis de qua hic.*

10 ¶Illud autem non prętermittendum eſt,quòd ſi & inter noſtros non conueniat,an conſtitutum vel precarium tollat hanc præſumptionem,aliis ſimpliciter id negantibus,aliis item ſimpliciter contrarium adfirmantibus,aliis diſtinguẽtibus,vt patet ex his quæ diximus , tamen in hoc propemodum conueniunt,vt retentio vſusfructus id efficiat:& ex his nonnulli,qui negabant conſtitutum vel precarium ſufficere,ſcilicet Bart.in d.l.ſicut,§.ſuperuacuum,ad fi.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolui. & in d.l.poſt contractum,col.iij.verſ.prædicta vera.ff.de dona.& vtrobique per l.quiſquis.C.de dona. & Pau.Caſt.conſ.xxj.ad primum quæſitum,ad fi.j.dubij,lib.ij.& d.conſ.clxj.in fi.eod.li.ij. Cepol.in d. xxiiij.præſumpti.Et Vital.Camb.in d.clauſu.conſtituti,in fi.& Pau.Pic.in d.repe.d.l.poſt contractũ, col.xij.verſ.ſecundò limita.& Ludo.Gozad.conſ.xciiij.an illuſtriſsimis, in fi.

*Conſtitutũ uideri habere plus roboris quàm uſusfructus retẽtionẽ.*

11 ¶Quod fortaſſe mirum poſſet videri , quia vti per retentionem vſusfructus transfertur poſſeſsio, per d.l.quiſquis,ita per conſtitutum,vt diximus ſuprà in princ. huius tractatus, & vbique. Et quod plus eſt,per retentionem vſusfructus transfertur tantùm ciuilis poſſeſsio , naturalis autem remanet apud eum qui ipſum vſumfructum retinet,l.naturaliter,in princ.ff.de acq.poſſ.& no.gl.in l.j.in prin. in verbo,animo,& ibi omnes eo.tit.& omnes vbique.Per conſtitutũ autem ſimplex,vtraque transfertur,& ciuilis & naturalis,vt diximus etiam in prima parte,nu.iiij illud autem.Ex quo poſſet videri ipſum ſimplex conſtitutum plus habere virium ad transferendam integram poſſeſsionem,quàm retentionem vſusfructus.

*Vſusfructus retentio habet tacitum ſidei commiſſum.*

12 ¶Imò verò non ob aliud per hanc retentionem transfertur poſſeſsio , quàm quòd in ea retentione tacitè videtur ineſſe ipſum cõſtitutum,vt tradit Raph.Co.in l.quod meo,col.ij.verſ.ſed etiam alius. ff.de acq.poſſ.& ſatis innuit gl.in d.l.quiſquis,& alij ibi,dum dicunt quòd retinendo vſumfructum, videtur recognoſcere ſe poſsidere nomine alterius,& allegant d.gl.& pleriq; ex illis d.l.quod meo, & d.l.quædam mulier,ff.de rei vendic.quæ allegari ſolent pro conſtituto.

*Ratio quare vſusfructus retentio hãc fraudis præſũptionem magis tollit quàm conſtitutũ.*

13 ¶Verùm id minimè mirum videri debet,quia qui vendit,vel donat,vel permutat,aut aliter alienat retento vſufructu,ſatis declarat velle ſe vti frui rei venditę fructibus,& reditu rei alienatę,tantiſper dum ipſe viuet,aut aliud aliquod tempus:nec aliter ſe venditurum aut alienaturum, vt in ſimili dicitur in l.vlt.C.de pactis inter empto.& vendi.Atque ita apparet de iuſta cauſa detinendi,vel etiam naturaliter poſsidendi rem ipſam poſt eam alienationem à ſe factam. Ideóque id trahi nec debet nec poteſt ad ſuſpicionẽ fraudis vel ſimulationis,vti in conſtituto, præſertim cùm diutius emptor, vel donatarius relinquit fructuum perceptionem ipſi venditori vel donanti , contra legis præſumptionem.l.cùm de indebito.ff.de probati.maximè verò ſi nulla alia ſubeſt cauſa, cur id factum ſit. Et iſtam propemodum rationem reddidit Paul.Pic.in repe.d.l.poſt contractum,vbi ſuprà.

*Nec tamẽ omnino arcet eã præſumptionem.*

14 ¶Nec tamen ſum in ea ſententia,vt hæc retentio vſusfructus omnino arceat eam ſuſpicionem, ſiue præſumptionem ſimulationis & fraudis ſi aliæ concurrerent coniecturæ, quæ fraudem & ſimu-





lationem præſumi facerent:quin id haberet aliquid momenti,& adminiculi in eam rem, vt & conductio de qua ſuprà diximus in hac limita.nu.3.nam & cùm,quæ quidem conductio,tametſi prima fronte oſtendit iuſtam cauſam rem detinendi,vt vſusfructus retentio,non tamen omnino tollit hãc præſumptionem:quin ſi iungatur aliis coniecturis,faciat eius rei adminiculum:quod & ſatis colligi poteſt ex Bald.in d.l.j.col.j.verſi.ſed quæ eſt ratio.C.de ſuffrag.& ſecundum hoc intelligimus quod diximus in illo eodem verſ.Licèt non tantum ſuſpicionis habeat,ac conſtitutum, quod totum arbitrio iudicis relinquimus , vt & in ſimili , ſcilicet reſpectu temporis eius rei,dicit Bart.in §. ſuperuacuum,colum.vltim.verſicu.ſed hìc quæro quanto.& in d.l.poſt contractum , colum.iij. verſicu.ſed quanto tempore.

### DECIMA LIMITATIO.

*Cõſtitutum nõ operatur in cõſtitutione utente uerbo accipiendi.*

1 ¶Limita decimò,vt non procedat,quando lex vtitur verbo accipiendi , quia tunc non ſufficit conſtitutum,vel precarium,ſed neceſſariò requiritur corporalis traditio , veluti eius verbi ea ſit ſignificatio,& natura,vt voluit Bart in l.Titia,col.ij.verſic.quid ſi do tibi.ff.de verbor.oblig. dicens quòd cùm l.vlt.C.de ſponſal.vtatur hoc verbo,accepit,non ſatis eſſet interuenire conſtitutum,per not.in §.item lapilli,Inſtit.de rer.diuiſio.dic tque facere d.l.j.C.de ſuffrag.Et quòd in caſu illius l.vlt.requiratur vera traditio,ita vt non ſufficiat confeſsio,tenet Bal.poſt alios,in ea ipſa.l.vlt.col.ij.& in l.Deo nobis,col.ij.in v.no.C.de epiſc.& cler.quem tamen ibi vide,atque etiam quod dicam in ſeq. limita. atque iterum in xxvj.limita.verſic.viij.eodémque vlti.

### VNDECIMA LIMITATIO.

*Nec ubi lex requirit realem traditionem.*

1 ¶Ex hoc autem poteris facere aliam,& quidem generaliorem limitationem,videlicet, vt non ſufficiat conſtitutum ad tradendam poſſeſsionem vbi lex nuncupatim exigit veram,& corporalem, ſiue actualem traditionem, aut vtitur verbis huiuſmodi , corporalem traditionem ex eorum natura importantibus.Nam & id ita generaliter tradit Phil.Dec.in l.contractus,col.v.ver.& hoc fallit.ff.de reg.iur.per id quod voluit Bart.in d.l.Titia,ff.de verb.obli.& Matth.Afflict.in c.j.col.iij.verſi.poſſet tamen ſaluari.titu.quid ſit inue.vbi de hoc dicit eſſe caſum ſingu.in d.l.j.C.de ſuffra. & Chaſſan. in conſuet.Burgund.tit.*des fiefz*,§.viij.in verbo, *realle* , col.j.in ij.locis. Sed tu tamen ſuper his cogita. Nam d.l.vlt.ff.de ſponſal.qua maximè innituntur docto. eſt pœnalis , ideóque ob id , etiam ſi nihil aliud eſſet,requireretur realis traditio,nec ficta ſufficeret,ſecundùm ea quæ dicàm inferiùs in xxvj. limit.vbi tamen videbis,an id verum ſit.

*Conſuetudines realem traditionem requirentes.*

2 ¶Eſt autem conſuetudo Niuernienſis,tit.*des donations*.c.j.& Laodinenſis.c.xxxix.& iterum,c.xlviij. & Senlitenſis.c.ccxij.quæ in donatione requirit traditionem actualem. Ideóque hoc caſu putarem non ſatis eſſe conſtitutum,vti in conſuetudine Turonenſi,tit.*des retraictz*,§.4.qua ſtatutum eſt emptorem debere appræhendere poſſeſsionem rei emptæ,in præſentia duorum notariorum, aut certè vnius , & duorum teſtium vicinorum , vt conſanguinei poſsint habere notitiam eius vẽditionis. nam ex his verbis ſatis intelligitur debere appræhendi poſſeſsionem realem,nec ſufficere conſtitutum,& ita aliquando iudicatum fuit in noſtra decuria Senatus Pariſienſis.Et hoc erit pro xj. limita.

### DVODECIMA LIMITATIO.

*Cõſtitutũ non operatur cùm res eſt apud conſtitutarium ignorante conſtituente.*

1 ¶Limita igitur duodecimò,vt conſtitutum non operetur traditionem, ſi res de qua agitur ſit apud emptorem,ignorante tamen venditore , qui ſe conſtituit poſsidere nomine ipſius emptoris. Nam tunc nec per conſtitutum,nec per alium actum fictum transfertur poſſeſsio:ſicuti fieret, ſi venditor id ſciret,per gloſſ. not.in l.hæc ſi res, & ibi Bar.qui eam dicit not.& Angel.qui hoc tribuit duplici fictioni ff.de rei vendicatione.& aliam gl.in l.quædam mulier,eo.tit.Bal.in l.Celſus,col.iij.circa iſtã gl.ff.de vſucapio.& rurſum in l.cùm ſolus,col.ij.verſi.ſecundo caſu,eo.tit.& in l.ſuper, col.pen.verſi. ſi autem poſſeſsio.C.de præſcri.long.temp.Imol.in l.ij.ff.de vſuc.pro emptor.Rom.qui gl.poſteriorem dicit vnicam,in l.certi condictio.§.depoſui,qui eſt vlt.col.j.& ibi Franc.Aret.col.vlt.verſ. & adde ad ſecundum,& Iaſ.col.ij.verſi.nota ergo ex prædictis.ff ſi cert.petat. inter quos ipſe Iaſon dicit de hoc eſſe text.in l.ij.in fi.C.de acq.poſſ.& rurſum idem Fran.Aret,qui & illam priorem glo. dicit ſing.in d.l.quod meo,col.j.verſ.ſecundus eſt,ff.eo.tit.& Iac.à S.Georg.in l.ab emptione,col.iij.verſi. adde quòd nihilominus.ff.de pactis.

*Poſſeſsio non transfertur in eum qui rem habet , niſi id ſciat alienans.*

2 ¶Sed poſſet videri id nihil vtilitatis afferre poſſe. Nam cùm quid donatur,aut venditur ei qui rem donatam,aut venditam habet apud ſe,non neceſſaria eſt alia traditio,aut vera , aut ficta ad transferendam poſſeſsionem:cùm hoc ipſo quòd res eſt apud ſe,incipit poſsidere ex hoc contractu venditionis,aut donationis.l.qua ratione.§.interdum.ff. de acq.rer.domi.& §.interdum , Inſti.de rer.diuiſione.Niſi etiam dicas,& hoc quoque caſu requiri domini ſcientiam.Nam illi tex.loquuntur de eo, qui rem antè detinebat ex commodato,locato,vel depoſito, ab ipſo eodem priùs facto , qui poſtea vendit:& ita non ignorabat rem apud illum eſſe.& gl.in poſteriore loco videtur eum tex.intelligere ſecundùm d.l.hæc ſi res,quam ipſa allegat.

*Patientia includit ſcientiam.*

3 ¶Imò verò videtur aliter,& id quidem clariſsimè probari ex illis tex.venditorem, ſiue donatorem, aut etiam aliter alienantem(nihil enim in hoc caſu refert)ſcire rem eſſe apud emptorem, vel donatarium,aut alium,cui ea res ceditur,cùm dicunt primùm quidem nudam voluntatem ipſius ſufficere,quæ quidem voluntas præſupponit ſcientiã:nec enim velle quis videtur, quod ipſe neſcit.Deinde cùm dicitur,quod eo ipſo ꝙ venditor patitur rem apud illũ eſſe,præſupponitur & eum quoq; ſcire, nam patientia includit ſcientiam,l.pen.ff.de ſeruit.& l.ij.& ibi not.C.eo.tit.& l.3.§.dare.ff.de vſufru.

DECIMATERTIA LIMITATIO.

1 *An per conſtitutum factum à procuratore, trãsferatur poſſeſsio.*

¶Limita decimotertiò, vt conſtitutum, vel precarium transferat poſſeſsionem, quando dominus poſsidens facit conſtitutum, ſiue precarium: ſecus ſi eius procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum id faceret: nam non poſſet transferre poſſeſsionem per huiuſmodi conſtitutum, aut alium actum fictum, Bart.in l.j.in prin.col.pen.verſi.quæro pone quòd tutor,& ibi Imo.ad fi.Rom. col.pe. verſi.vlteriùs in quantùm, Franc.Aret.in fin.Alex.qui hoc dicit pluſquam diligenter not.quia multi in hoc deciperentur, Iaſon col.pen.verſic.vltimò quærit.& ſeq.& Claud.Aquen. col. vlt. ſecundò inducit Bar.ff.de acq.poſſ.Idem Imo.& Alex.in d.l.j.§.per procuratorem, in fi.Roma.in l. qui mihi donatum,col.ij.verſi.vlt.adde.ff.de donat.Alex.in l.quamuis.§.j.verſ.& per iſtum tex.ff.de acq.poſſ. Corn.conſi.50.videtur in hac conſultatione,in fi.lib.j.& conſil.vj.licèt in hac,col.vlt.lib.4.Soc.conſ. ccxxxix.præſentis, col.pen.verſic.ſed difficultatem,lib.ij.quod repetitur conſi.ccxxxj.lib.iiij. Vital. Camb.in tractatu clauſularum,char.xxj.in paruis,in clauſula,conſtituit ſe precario,col.iij.in fi.Iaſon in l.iij.§.in amittenda,col.iij.verſi.adde quòd etiam.ff.de acq.poſſeſſ.& in l.ſi is qui pro emptore,col. pen.verſi.aduerte tamen quòd licèt.ff.de vſuc.Car.Rui.conſi.cxliij.viſis,col.iiij.nu.7.lib.j.Fran.Rip. in rub.ff.de interd.col.iij.verſi.& hæc eſt etiam.

2 *Ad idem.*

¶Et huic quidem ſententiæ adſtipulatur Angel.qui veluti ex conſequentia illius reſpondit, quòd ſi procurator nomine domini rem quampiam vendidit,& ſe,& dominum conſtituit poſsidere nomine emptoris,& poſtea dominus alteri vendidit,ac tradidit,præfertur poſterior emptor priori,cui illud conſtitutum factum eſt.ita enim ſcribit ipſe Ang.conſi.cclxxxvij.conſultatio prędicta eſt dubia. factum autem illius incipit,Sempronius,dicitque hoc ipſum ſe non meminiſſe ab aliquo maiorum formaliter(vt ipſe loquitur)fuiſſe tactum.

3 *Qui contra dicunt.*

¶Quamuis contrarium clanculum voluerit Bart.in d.l.qui mihi donatum,ad finem,de donatio. licèt Roma.in d.l.j.vbi ſuprà,de acquir.poſſeſſ.dicat Bart.ipſum in d.l.qui mihi, non ſibi contradixiſſe. Sed vtcunque ſit, hanc contrariam opin.apertiſsimè ſequutus eſt Raph. Roma. in d. l. j. in princ. col.penult.verſic.ad hoc concludit,& in l.quarundam,eod.tit.& Barb.conſi. viij. ſapienter doctiſsimus,col.vlt.lib.ij.

4 *Delictum procuratoris non nocet domino, niſi ueniat in conſequentiam mandati.*

¶Et hæc quidem opinio non ſine ratione eſt.nam cùm hîc procurator habeat mandatum ad vendendum, nónne etiam habet ad ea quæ ſunt veluti ipſius venditionis conſecutiua? præſertim ſine quibus ipſa venditio non habet perfectum, & integrum effectum. l.ij.ff.de iuriſdict.omnium iudicum,& ibi concord.in gl.Nam & cui committuntur antecedentia,committuntur & ſequentia.l.qui procuratorem,& l.indebitam.ff.de condict.indebi.& ibi concor. Ex quo Anto.in c.j.col.pen.verſic. ex his apparet, extrà,vt lit.non conteſt.ſcribit id quod dici ſolet,delictum procuratoris non nocere domino,intelligi,niſi id veniat in conſequentiam mandati,& ſequitur Felyn.ibi, col.viij.in ſecunda declaratione.

5 *Ad idem.*

¶Facit & tex.in l.de pupillo.§.vlt.cum l.ſeq.iuncta glo.ibi, in verbo dominium habiturum.ff.de no. oper.nuncia.ex quo videtur probari,ꝙ qui habet mandatum ad rem quampiam, videtur & habere mandatũ ad alia acceſſoria,& dependentia,& id quoq; no.Imo.Alex.& Iaſ.in d.§.vlt.omnes.in j.no. & etiam tex.in l.non cogendum.§.vlt.ſecundum vnam lecturã gl.ff.de procur.& in l. cuicunque.§.ſi ei quem,verſi.item fideiuſſor.& ibi gl.in verbo,ſequela.ff.de inſtit.actio.& in c.in cauſis,& ibi gl.in verbo poſtulatio,de elect.gl.in c.olim abbas,in verbo,protinus contradixit,de offi.deleg.cum ſimil.

6 *Verbũ uendendi cum effectu intelligitur.*

¶Et eò quidem magis,quòd verbum vendidi in mandato compræhenſum,intelligi debet cum effectu,l.j.§.hæc autem verba,in prin.ff.quod quiſque iuris,& c.relatum,de cleri.non reſiden.& c.hæc autem verba,de pœniten.diſtinct.j.cum ſimi.Et eo quidem perfecto,vt probant iidem tex.in primo & poſtremo loco in illis verbis.nam ſtatuerit verbum,rem perfectam ſignificat: venditio autem in hoc fit,vt dominium habeat à venditore,& tranſeat in emptorem,quod fieri non poteſt,niſi ſequatur traditio.l.ſi ager.ff.de rei vendi.& l.quoties.C.eo.tit.& l.traditionibus.C.de pactis. Ideo non dicitur venditio perfecta ante traditionem.§.venditæ,Inſtit.de rerum diuiſione,& c.cùm Ioannes, ad princip.de fide inſtrum.Ex hac ratione motus Specul.titul.de loca.§.nunc aliqua, verſic. xcv.dicit quòd emphyteuta vendens,& non tradens,non incidit in pœnam legis,quia cum effectu non vendidit,de quo poſteà alibi dicemus.

7 *Procurator ſimpliciter cõſtitutus poteſt facere quæ sũt conſueta.*

¶Præterea quid eſt quòd queri poſsit dominus, ſi eius procurator fecit, quod ipſe facere tenebatur,id eſt rem tradere? Præſertim cùm(vt dicit Oldr.conſi.cxxxix.ad habendam,ad fi.) id conſtitutum ſit de natura ipſius venditionis,per quam(vt diximus) vendens intendit trãsferre dominium, & ſic conſuetum ſit id apponi,per quod mens contrahentium faciliùs,& efficacius aſſequetur ſuum finem,& effectum,arg.l.ſi quis locuples,ff.de manumiſſ.teſtam.& aliorum iurium ab eo citatorum, quod & ipſum voluerunt Ioan.Andr.& alij quos tibi citabo infrà in xxxj.limit.num.4. & præterea Socin.de noſtro caſu expreſsim loquens d.conſi.ccxxxix.vbi ſuprà, lib.j.ſed tu de hoc tamen vide quæ abundè dicemus in d.xxxj.limit.

8 *Ad idem.*

¶Sed tu interim adde ad hanc rationem,quòd procurator etiam ſimpliciter conſtitutus,cẽſetur habere mandatum ad ea faciendum,quæ ſunt de conſuetudine, vt no. Bart.in l.vlt.in fi.prin.ff.quæ in fraud.credit.& in l.ſi procurator,in princ.ff.de iure fiſci, per multa iura ab eo vtrobique allegata,& Ang.in l.bene à Zenone,col.j.C.de quadrien.præſcript.per illum tex.& alios quoq; ibi citatos. Ro. qui & alios quoq; tex,& doct,affert. conſil.cxiiij.viſis ſuprà conſultis,col.ij.verſic. quoad ſecundum





Panor.in c.j.col.vlt.verſ.& prędicta faciunt,ibi,præterea ingenuas,& ibi quoque Felin.col.viij.verſi. ſecunda declaratio,extrà,vt lite non conteſta.idem Panor,conſ.vij.primum nunquid,col. vlt. verſi. item ſyndici,lib.2.& ipſe Felin.in c.ex literis,col.vj.verſi.& hinc eſt quòd ſi tecum, de fide inſtrum. vbi & alia quoque ad eam ſententiam pertinentia adducit, quæ illic poteris videre, & Iaſ. in l.j.§.ſi procurator,col.penul.verſi.iſtam quæſtionem tangit.ff.ſi quis ius dic,non obtemp.Iaco.à S.Georg. in l.certi condictio,§.ſi nummos,poſt prin.ff.ſi cert.petat.Fran,Curt.iunior,con.cxlvij.contra ea,col. pen.verſic.quartò pro eadem,lib.2.

*Ad idem.*

9 ¶Et fortè hanc opinionem ſequeretur practica,præſertim in ſupremis noſtris curiis, quæ lites magis diiudicãt ex bono & æquo,& reiectis illis nimiis ſubtilitatibus, vt alibi diximus in noſtro tract. Retractuum,tit.2.in fi.nu.60.quibus vides.maximè cùm nihil interſit venditoris,qui ad id (vt diximus)tenebatur:nemóque audiatur ſine intereſſe,ſiue agens,ſiue opponens,ſiue excipiẽs, ſiue appellans,ſiue quiuis alius,vt latè oſtendimus in d.tract.Retractuum,tit.j.§.j.gl.j.in verbo,*a vendu*, nu.53. præterea apud,ſi diis placet.Et vide etiam quæ dicam infrà in xv.limita.nu.3.

*Quid ſi procurator habeat ſpeciale mandatum ad conſtituendum.*

10 ¶Sed illam priorem opinionem,ſi eam ſequaris,quoniam cõmunior eſt,intelliges(vt ſtatim in prin. declarauimus)Id eſt,cùm ſimpliciter eſt procurator conſtitutus,ſecùs autem, ſi habeat ſpeciale mãdatum ad conſtituendũ.Nam cùm id,quod facit procurator ſpecialis ad aliquid conſtitutus,cenſeatur facere ipſe dominus.l.quod iuſſu alterius.ff.de reg.iu.&c.poteſt quis, & c.qui facit,eod.tit.lib.vj. cum ſua materia,ideo non magis ipſe procurator ſpecialis videtur conſtituere,quàm ipſe dominus.

*Ad idem.*

11 ¶Ex quo illud conſequens fit,vt poſſeſsio transferatur per illud conſtitutum, ab eo procuratore in id ſpecialiter conſtituto,vt non obſcurè voluit Barto.in d,l.j.vbi ſuprà,de acq.poſſ. dum dicit quòd procurator non habens mandatum,non poteſt per actus fictos transferre poſſeſsionem, quaſi ſecùs ſentiat de habente mandatum ſpeciale,& ibi quoque expreſsè Imo.& alij,& inter eos Iaſon, col.vlt. verſic.ſed defendendo Bart.& idem Imol. in d.§.per procuratorem. & ipſe Iaſon in d.l.ſi is qui pro emptore,de vſucap.& Soc.d.conſ.ccxxxix.vbi ſuprà,lib.j.

*Quid ſi habeat mandatũ generale cũ libera.*

12 ¶Porrò ſi quiſpiam haberet mandatum generale cum libera,is poſſet per huiuſmodi actum fictum, aut alium ſimilem transferre poſſeſsionem,vt expreſsim voluit Fran.Aret.in d.l.j.in prin.col.vlt.& ibi quoque Franc.Ripa col.vj.nu.66.circa primum.ff.de acq.poſſ. Nam is procurator (vt hîc dicit) omnia poteſt facere,quæ dominus ipſe poſſet.l.procurator,cui generaliter.ff.de procur. & vt paulò poſt ſubdit,æquiparatur procuratori habenti ſpeciale mandatum, l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.vlt.de iureiuran.Cui adde multa quæ in eandem ſententiam collegimus in d. noſtro tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gl.xiij.in verbo,*L'acheteur*,nu.32.porrò autem.

*Quid ſi habeat ſimplex mãdatũ de tradẽdo.*

13 ¶Sed & quòd procurator habens ſimplex mandatum de tradenda poſſeſsione,ſine mentione conſtituti,poſsit per conſtitutum transferre poſſeſsionem,quod multò plus eſt,expreſsè conſuluit Ang, conſi.ccclxxiij.viſis inſtrumentis,col.j.Et de hoc videtur eſſe textus expreſſus, à nemine tamen ad hunc caſum ponderatus,in l.certè.§.j.ff.de preca.qui quidem loquitur in procuratione,qui domino mandante,vel ratum habente,rogauit precariò ab alio,ſiue ſe eius nomine poſsidere cõſtituit(hæc enim ſunt paria.)nã tunc dominus ipſe propriè habere precariò dicitur,ac ſi ipſe rogauiſſet, quamuis ille textus vbique trahatur ad caſum diuerſum,vt diximus in prima ampliat.num.2. licèt igitur. Sed ad hunc caſum,illum text.trahit Bald,loquens de nuntio in c.j.§.inueſtitura,tit.de notis feudo. Si igitur dominus propriè facere dicitur, quod eius procurator facit, quid impedit vt procurator conſtitutus ad tradendam poſſeſsionem,non poſsit eam dare per conſtitutum.

*Quid ſi procurator non nomine domini, ſed ſuo contrahit.*

14 ¶Sed hæc intelligenda ſunt,cùm mandatarius ſiue procurator nomine mandantis,ſiue domini contrahit,Secus ſi proprio nomine contrahit,etiam præſente,& conſentiente ipſo domino.Nã ex conſtituto ita per eum facto,non transfertur poſſeſsio,quin ſi ipſe dominus poſtea alteri vendiderit,& tradiderit,hic poſterior priori præferetur,vt conſuluit Corn.con.v.viſo proceſſu agitato,col.vj.ver. tamen his non obſtantibus,lib.2.hac potiſsimùm ratione motus,quòd hic procurator nõ poſsidet, ideo in alium poſſeſsionem transferre non poteſt,vt etiam diximus ſuprà in prima limit. Et idem quoque conſuluit ipſe Corn.conſ.clxxxiij.licèt diſcuſſa,col.iij. verſic. nec obſtat ſi dicatur, lib.iij.& diximus in d.j.limit.nu.12.ſecundo modo amplia.

*Ad idem.*

15 ¶Sed id vix apud nos obtineret in hoc caſu,quo ipſe dominus conſentit ei venditioni, & conſtituto ab alio facto,ideóque & eandem vim habet eius conſenſus,ac ſi ipſe idem feciſſet,quantum ad effectum,& vim contractus pertinet.l.cum quædam.C,de admi.tut.& l.nihil.§.proponitur.ff.de leg.j. cũ infin.concord.à me congeſtis,tum in noſtris legibus connubialibus,gl.v.in verbo,*contracter*,nu.145. incip.ſed quantùm ad primum,& multis ſeq.tum quoq; in noſtro tract.Retractuum,tit.j.§.in glo.ix. in verbo,*ou lignagier*.nu.135.deinde videmus,& etiam ſeq.Nam & ſi aliter diceremus, eſſet aperire viam fraudibus.Et facit quod dicam in ſeq.limitat.verſic.ſecundò,ſed hoc quinque.

DECIMAQVARTA LIMITATIO.

*Conſtitutũ coloni,conductoris,ſerui & aliorũ per quos poſsidemus, nõ transfert poſſeſsionem.*

1 ¶Limita decimoquarto, vt procedat in domino poſsidente, non etiam in colono,ſiue conductore, aut ſeruo,vel aliis per quos ipſe dominus poſsidet. Nam licèt ij poſsint per realẽ traditionem transferre poſſeſsionem in alium, & conſequenter priuare dominum ſua poſſeſsione, vt multi tradunt, per text.in l.iij.§.in amittenda,verſi,quòd ſi ſeruus,& l,peregrè.§.quibus.ff.de acq.poſſ. & l.colonus, ff.de vi,& vi arm.aliis tamen non admittentibus,vt pleniſsimè tractatur in l.vlt.C.de acq.poſſ.(nam & id obiter dicere volui)tamen haud dubiè,& citra controuerſiam id per fictam traditionem face-

re non poſſunt,l.quamuis.§.j.& ibi Bar.Angel.Pau.Caſt.Rom.Raph.Com.& omnes.ff.de acq.poſſ. & voluit idem Bart.in l.quod meo,in prin.col.vlt.verſi.ſed iuxta prædicta.ff.eod.& ibi quoque Alexand.qui ad id dicit ſing.d.l.quamuis.§.j.& ipſe Bart.in d.l.iij. §. in amittenda, in vlt. oppoſit. & ibi etiam Franci.Aretin.col.j.in vlt.not.Alex.col.vlt.vbi etiam dicit ſingu.text.in d.§.j. & Iaſo. in vtraque lect.eod.titu.Bald.in d.l.j.verſic.quæro nunquid colonus, C.com. de vſucap.& conſil.cccxxv. dubitabatur primò,col.2.verſi.aut tradet alteri,lib.j.Signo conſi.lxxv.in quæſtione vertente,col.v. verſic.nunc ſic eſt quòd,vbi ex hoc dicit,quòd venditor qui ſe conſtituit poſsidere nomine emptoris,& ita illius nomine poſsidet,non poteſt transferre poſſeſsionem in alium per conſtitutũ,& alios antiquiores citat.Salic.in d.l.vlt.in fi.C.de acqui.poſſeſſ Anton.in repet.c.vlt.col.xj.verſi. ſed eſt dubium,de cauſ.poſſ.& proprie.Paul.Caſt.conſil.x.ſi vera ſunt,col.ij.verſi.licèt ergo per ſimplex, lib.j. & conſ.cxj.in cauſa agitata Vtinæ,poſt medium,lib.ij.Ro.in d.l.peregre.§.quibus,col.penul. verſic. quartus caſus,de acq.poſſ.Alex.in d.l.j.in princ.col.antep.verſi.quærit hîc Bart. tutor, & ibi etiam Iaſon col.vlt.ff.de acq.poſſ.Corn.conſi.vj.in præſenti,col.ij.verſi.duo tamen,lib.iij.Phil.Dec.conſil. cccc.viſo eleganti conſil.col.iiij.verſi.tertiò non obſtat. Vital. Camba. in tract. clauſularum, char. xxiij.in clauſ.conſtituit ſe precariò,col.ij.

*Quid ſi colonus fecerit id conſtitutũ conſentiente domino.*

2 ¶Sed hoc quinque modis intelligendum eſt. Primo, niſi colonus id fecerit conſentiente domino, exemplo eius quod dicitur de eodem colono, qui, conſentiente ipſo domino, reſpondet alteri de fructibus,qui & ipſe eſt actus fictus transferendæ poſſeſsionis,vt dicit Anton.in d.cap.cùm veniſſet, col.pen.verſi.ex quibus patet,de reſtit.ſpoliat.per l.qui vniuerſas.§.quod per colonum, & ibi not.ff. de acq.poſſ.Certè per huiuſmodi actum fictum à colono factum, non transfertur poſſeſsio, niſi id fiat,volente & conſentiente domino,vt voluit idem Anto.vbi ſuprà,per text.in eo.c.& in d.§.quod per colonum.Et bene facit quod diximus in præcedenti limitatione nu. 14. & 15. Vide tamen quæ & nos quoque diximus ſuprà in prima limit.nu.12.verſic.ſecundo modo.

*Quid ſi poſſeſſio ſit uacans.*

3 ¶Secundò intellige, vt procedat ſecundum ſpeciem propoſitam in limitatione, videlicet quando dominus poſsidet per colonum,aut alium ſecus,ſi poſſeſsio ipſa eſſet vacans, quia tunc illam transfert colonus per conſtitutum,vt voluit Bar.in d.l.quod meo,in prin.col.vlt.ver.ſed iuxta prædicta. & ipſe Anto.in d.c.cum veniſſet,col.pen.de reſtit.ſpoliato.per d.l.qui vniuerſas.§.quod per colonũ. ff.de acq.poſſ.& ibi not.in glo.vlt.vbi mortuo domino & poſſeſſore qui per colonum poſsidebat, ſi colonus ſoluit mercedem hæredi,facit eum poſſeſſorẽ ſine alia reali appræhenſione:quod & ipſum voluit Bal.conſil.cccxxx.ſtatuto cauetur,col.ij.verſ.conſidera aut colonus,lib.j.Ad quod etiam bene facit quod diximus in prima limit.nu.26.quartò declara.

*Alexa. contra Bart.*

4 ¶Tamen Alex.in d.l.quod meo,col.pen.verſ.ſubſequenter,dicit,quòd licèt neminem inueniat, qui Bar. contradicat,ideo,inquit, propter eius autoritatem notanda ſunt illius hac in re verba. Tamen ille text.& gloſſ in d.§.quod per colonum,non probant eius ſententiã:quia loquuntur quando interuenit actus,per quem apparet hæredem percipere fructum ex re hæreditaria, quæ quidem perceptio ſignificat appræhenſionem poſſeſsionis.l.ij.C.de acqui.poſſ.& l.Titia. ff. de ſolut. & d.l.litibus. C.de agri.& cenſit.lib.xj.At per ſolum conſtitutum,non percipiuntur fructus ex re. Præterea, inquit,quomodo poteſt in alium transferre poſſeſsionem,quã non habet?& certè non poteſt.l.quamuis,§.j.ff.de acq.poſſ.& latè diximus ſuprà in prima limitat.

*Bart. opi. defenſa.*

5 ¶Verùm ei continuò ſe opponit Claud.Aquen.in ea l.quod meo,col.vlt.verſi.ſucceſsiuè quærit,dicens opin.Bart.optimè probari in d.§.quod per colonum.nam ſicut præſtatio penſionis, ſiue mercedis operatur tranſlationem poſſeſsionis,ex perſona coloni eam ſoluentis, ita & inſiſtentia(vt ipſe loquitur)quam quidem facit colonus in re ipſa, nomine alterius.per d.l.quod meo,& l.interdum,in prin.eo.tit.& no.in l.clàm poſsidere.§.vlt.eo.quoque tit.vbi poſſeſsio vacans,ſolo animo accedit alteri poſſeſsioni,ſiue detentationi. Sicut etiam videmus in procuratore, qui licèt nullo modo poſsideat,tamen ſi appræhendit rem nomine domini,illi quærit poſſeſsionem,quæ vacabat,vt probatur in d.l.quod meo.verſi.procurator,& l.j.§.per procuratorem,& ibi no.eo.tit.Dictum autem Bart.intelligendum eſt,quando colonus conſtituens inſiſtebat rei:aliàs conſtitutum nihil operaretur, vt dicit Alex.in d.l.quod meo,in ij.locis,cum multis aliis concord.adductis in d.j.limit.

*Quid ſi colonus poßidet naturaliter.*

6 ¶Tertiò intellige,vt procedat,niſi colonus ipſe poſsideret naturaliter:vt quia nõ ſe ſimpliciter conſtituit poſsidere nomine domini,ſed cũ adiectione precarij,vt diximus ſuprà in prima parte, nu. 4. illud autem:aut quia ita conuentum eſt,vt naturaliter poſsideret,ſecundùm ea quæ etiam diximus ibi.nu.ſeq.ſed hoc intelligendũ.Tunc enim poſſet colonus per conſtitutum,eam naturalẽ poſſeſsionem quam habet,in alium transferre,per d.l.interdum.§.vlt.& ibi glo.Dyn.Bart. qui id dicit menti tenendum,Imo.Pau.Ca.Alex.qui eam gl.dicit multùm not.Fran.Aret.& Claud. Aquen. ff.de acq. poſſeſsio.Ex quibus tamen ipſe Aquen.id dicit magis ſequendum propter autoritatem eorum, qui ita tenent,quàm quòd lege probetur.Idem Bart. in dicta l.iij. §.in amittenda, & ibi Alexand. & Iaſon col.iij.verſicu.ideo Bartol.hîc,eodem titu.Ipſe Bartol.in d.l.Celſus,colum.iij. verſicu. ſed pone quòd debitor.ff.de vſucap.Paul.Caſt.d.conſi.x.colum.ij.verſic.ſi verò dicamus,libro primo, vbi tamen id poſteà declarat.Alexand.in d.l.quamuis.§.j.colum.ij.verſic limitatur ergo.& in l.peregre.§. quibus.verſi.eſt & vndecimus.ff.de acq.poſſeſ.vbi etiam dicit eam gloſſ.& ſingul.& conſi.cliij.circa litem vertentem.col.ij.verſi.prætereà alia etiam ratione,lib.vj.Matthæ.Afflict.in conſtitut. Siciliæ, pacis cultum,col.vij.verſic.quartò fallit.Et faciunt quæ ſuprà diximus in prima parte, numero xij. ſed &



ſed & ex illa,& iterum in ſecunda parte,in xx.ampliat.

*Precariò poßidens ab alio,an eũ priuet poſſeſsione conſtituendo ſe poſſidere pro alio.*

7 ¶Super hoc tamen aduerte,quòd ex ſententia gl.& omnium in d.l.interdum,§.vlt.de acq.poſſeſſ.is qui precariò poſsidet,& ita naturaliter tantùm poſsidet (vt diximus) ſi ſe conſtituat nomine alterius poſsidere,priuat eum à quo rogauerat,ſua ciuili poſſeſsione,eo ſcilicet caſu:vt ibi annotant expreſsè Imo.Pau.Caſt.& Alex.quo ciuilis illa requieſcebat in naturali, prout & in caſu d.text.requieſcebat.Et propterea dicit Iac.Butr.in d.§.ſed iſtæ,Inſtit.de actio.per illũ ipſum text. quòd ſi debitor obligauit omnia bona ſua,& ſe conſtituit ea poſsidere nomine emptoris,priuat creditorem ſua poſſeſsione:ſecus,ſi ſimpliciter nomine creditoris ſe conſtituerit poſsidere,ſine adiectione precarij, & illum ſequuntur Bart.in d.l.Celſus,col.3.vbi ſuprà, & ibi quoque Imo. & omnes, & inter cæteros Franc.Balb.in repetit.col.xxviij.verſ.ſucceſsiuè,Bart.ff.de vſucap.Bald.qui dicit notandum,in l.nullo,in fi.C.de rei vendi.Petr.Ferra.in tit.forma reſpon.conuenti.in verbo.præſcriptionis,col.vj.verſi. & hoc faciunt.& Alex.conſi.cliij.circa litem vertentem,col.2.verſi.prætereà alia ratione, lib. vj.& diximus etiam ſuprà in j.parte.d.nu.12.ſed & ex illa,& iterum nu.34.at illud hîc.

*De eadem re.*

8 ¶Licèt in hoc poſtremo caſu contrarium tenuerit idem Iac.But.ſibi contrarius in l.3.& ibi quoque Bart.ſibi item contrarius,tum in lect.ad finem,tum etiam in repet.in 4.quęſt.prin.ad fi.& Salic.col. viij.verſ.quæro octauò,debitor.C.de pign.vbi dicunt, quòd debitor,qui ſe conſtituit precariò poſsidere nomine creditoris,non poteſt priuare creditorem ſua ciuili poſſeſsione:quia ea per ſe ſtat,nec cohæret naturali,per not.in l.ſi de fundo. ff. de vi & vi arma.& in l.peregrè.ff.de acq.poſſ. Sed hanc poſteriorem ſententiam reprobant omnes in dicta l.interdum.§.vlt.quia & in hoc caſu,quicquid hi dicant,requieſcit ciuilis in naturali:quia recognoſcebat debitor ſuam naturalem à ſuo creditore, vt colonus à ſuo domino.

*De eadem re.*

9 ¶At ſi res ita habeat,vt ciuilis poſſeſsio non requieſcat in naturali, ſiue illi non cohæreat, certè per amiſsionẽ naturalis non amittitur ciuilis:Verbi gratia,ciuilis poſſeſsio,quã habet proprietarius,non requieſcit in naturali,quam habet vſusfructuarius:deóq; per actũ factum ab vſufructuario.non perdit proprietarius ſuã ciuilem poſſeſsionẽ,vt voluit gl.in l.1.in fi.ff.vſusfruct.quemadmod. caue.& in l.3.§.vnde vi,ff.de vi & vi arma.& in l.1.C.vti poſsid.quas ita intelligũt,& interpretantur Imo. Pau. Ca.& Alex.in d.l.interdum.§.vlt.& Fran.Balb.in repet.d.l.Celſus,col.xxviij.verſi. ratio huius dicti.

*Debitor cõſtituens pro creditore, & alij poſteà uendens & tradens,uerè aut fictè trãſfert dominium.*

10 ¶Sed illud hoc in loco non omittendum eſt,quòd licèt debitor,qui ſe cõſtituit ſimpliciter poſsidere nomine creditoris,& ita in eum tranſtulit vtramque poſſeſsionem,& naturalem,& ciuilem, non poſsit eum poſſeſsione ciuili priuare,per ea quæ diximus, tamen alteri vendendo, & tradendo verè,aut etiam fictè,transfert dominium,vel vſucapiendi conditionem in emptorem:ſicuti erat apud debitorem,cuius commodo cedit poſſeſsio creditoris reſpectu dominij,& conditionis vſucapiendi, per l.j.§.per ſeruum corporaliter, & l.qui pignoris. ff. de acq.poſſ.& l.ſerui nomine.ff.de vſucap. Ita expreſsè voluit Iacob.But.in d.§.ſed iſtæ,Inſtit.de act.Bartol.Imo.& alij in d.l. Celſus.ff.de vſucap. Bald.in d.l.nullo,ad fin.C.de rei vend.Petr.Ferra.vbi ſuprà.Pau.Ca.& Franc.Aret.qui id latè confirmat.in d.l.quamuis.§.j.ff.de acq.poſſ.& Ang.Aret.in d.§.actionum,col.vj.verſicu.quæro, iam eſt menſis,Inſtit.de act.& diximus ſuprà in 1.parte,d.nu.12,ſed & ex illa.

*Quid ſi colonus ſit ad longum tempus.*

11 ¶Quartò intellige,vt,ſcilicet,colonus,ſiue conductor,non poſsit per conſtitutum transferre poſſeſsionem in alium,ſi ad modicum tempus ſit colonus,vel conductor:ſecùs,ſi ſit perpetuus,aut ad longum tempus:nam is poſſet per huiuſmodi conſtitutum priuare dominum ſua ciuili poſſeſsione, vti & emphyteuta poteſt,ita enim expreſsè voluerunt Ang.& Raph.Co.in d.l.quamuis,§.j.ille, verſic. poſsidet autem: hic, verſic.& ex iſta gloſſ.ff.de acq.poſſ.& ibi quoque Alexand.col.ij.verſic. limitatur ergo iſte text.

*In colonum & cõductorẽ perpetuum, uel ad longũ tempus tranſit utile dominium & poſſeßio.*

12 ¶Quibus adde,in huiuſmodi colonum,ſiue conductorem perpetuum, vel etiam ad longum tempus,tranſire vtile dominium,& poſſeſsionem,vt de primo not.in l.j. & ij.ff.ſi ager vectig. cum multis ſimil.à me collectis in tractatu Retractuum,tit.j.gl.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*,nu.80. de vtili,de ſecundo eſt gloſ.in l.iij.§.ex contrario,& in l.ſi quis ante, & ibi Alex.col.iiij.verſi. glo.ſuper verbo nouiſsimè.ff.de acqui.poſſeſsio.cum aliis quoque concord.à me item congeſtis in d.gl. num. 79.quæſtionis.Nec mirum,ſi hîc Rapha.coniunxerit perpetuos colonos,& emphyteutas:quoniam idem de vtriſque eſſe iudicandum tradit Angel.in §.ſcire autem in authen.de non alie.rebus eccle. Imo.in cap.nulli,colum.iij.verſ.& nota etiam.extrà de rebus eccleſ.non alien.& alij quos videre poteris in illa ipſa gl. num.84. ego tamen, vbi & nos oſtendimus hos perpetuos colonos in noſtris legibus appellari perpetuarios.

*Quid ſi colonus bona fide ſe cõſtituit poſſidere pro alio.*

13 ¶Quintò intellige,id quod diximus,colonum per conſtitutum non transferre poſſeſsionem,procedere,niſi colonus bona fide id faceret.Quid enim,ſi is credens primum dominum ſuum mortuum eſſe,ab eo conducit,quem illius hæredem eſſe putat,eiúſque nomine ſe conſtituit poſsidere? & certè priuat primum illum ſua poſſeſsione,per l.non ſolũ.§.j.in fi.ff.de vſucaptionib.ſecundùm Rapha. Co.in d.l.quamuis,§.j.in fi.de acq.poſſ.vbi tamen dicit ſe id non affirmare. Nec ego quidem puto id verum eſſe:quia eſt eadem vtriuſque ratio,ſiue bona fide,ſiue mala id colonus fecerit, quantùm ad id,de quo tractamus,pertinet.

## DECIMAQVINTA LIMITATIO.

*Tutoris & curatoris conſti-*

1 ¶Limita decimoquinto,vt non procedat in tutore, vel curatore, qui non poſſunt per conſtitutum, vel precarium,vel alium actum fictum transferre poſſeſsionem rerum ſui pupilli, vel minoris, ex

*tutum an traſferat poſſeſsionem.*

ſententia Bart. in l.j. in prin. col. pen. & ibi etiam Imo. ad fi. Raph. Com. col. pen. Roman. col. quoque pen. Alex. latè, qui dicit hoc diligentiſsimè notandum Fran. Aret. Iaſ. in vtraque lect. Claud. Aquen. & Franc. Rip. ff. de acq. poſſ.

2 *De eadem re.*

¶Et præterea voluit Bald. conſil. cxxx. videtur quòd dicti fratres, ad fin. lib. 3. per tex. in l. quod meo, à contrario ſenſu. ff. de acq. poſſ. Alex. qui & hoc dicit not. in l. quamuis. §. j. col. 2. verſic. & per iſtum tex. ff. eo. tit. Matheſ. not. clxvij. nota quòd ſi tutor. Socin. conſi. ccxxxix. præſentis conſultationis difficultas, col. pen. verſi. ſed difficultatem facere videtur. lib. 2. quod repetitur conſi. ccxxxj. lib. 4. Iaſon in l. 3. §. in amittenda. col. 3. verſi. adde quòd etiam. ff. de acq. poſſ. Carol. Ruin. conſi. cxliij. viſis omnibus inſtrumentis, col. 3. nu. 7. lib. 1. & conſi. ccxiiij. viſis iis, quæ in themate, nu. 7. eo. lib. j. Franc. Rip. in rub. ff. de interd. col. 3. verſi. & hæc eſt ratio.

3 *De eadem re.*

¶Et neminem hactenus reperi qui contrarium tenuerit, & id quidem mero iure verum eſt. Tamen ſi tutor, vel curator in caſu permiſſo vendiderint rem pupilli, obſeruatis ſolennibus, quo caſu nemo dubitat quin tradere eam rem poſsint, in conſequentiam venditionis permiſſæ, vt & ipſa perficiatur, & effectum habeat, quando & ipſi ſibi rem debitam tradere poſsint, per l. fiſtulas. §. j. ff. de contrahen. empt. cum ſimilib. & multò magis alteri quis ad hanc iuris ſubtilitatem reſpicere velit, vt ſe conſtituere non poſsit poſsidere pro emptore, cui tenetur rem tradere ex conſequentia neceſſaria ipſius venditionis. l. j. & l. ex empto. in prin. ff. de actio. empt. Nam in id eas expendit Alber. in l. ſi filiusfamilias. §. cum fundum, poſt med. ff. de verb. oblig. Et hæc quidem præſertim in hac noſtra ſuprema curia, quæ veritatem, & æquitatem magis ſequitur, quàm has iuris ſubtilitates. Id etiam Budæo noſtro poſt prin. priorũ adno in Pandect. & aliis plurimis placuit, quos tibi citauimus in tract. Retract. tit. 2. nu. 60. Ex quibus vides & id quoque quotidie videmus. Et vide quę dixi ſuprà in xiij. limit. nu. 4. & hæc quidem, & quæſt. ſeq. 7.

### DECIMASEXTA LIMITATIO.

1 *Prælati conſtitutũ an transferat poſſeſsionem.*

¶Limita decimoſexto, vt etiam non procedat in prælato, vt qui per conſtitutum à ſe factũ, non transfert poſſeſsionem rei eccleſiaſticæ, vt etiam ſcribit Aegid. Bella. in c. cum eccleſia Sutrina. col. xiij. in xj. oppoſ. paulò ante fi. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. vbi alios allegat, qui id non dicunt, & rurſus idem Aegid. non obſcurè in c. 2. col. 5. verſi. caue tamen quia circa, de in integrum reſtitut. iterúmque expreſsim conſi. iij. circa materiam, col. vij. verſi. caue tamen, quia ſi eccleſia.

2 *Ad idem.*

¶De qua re loquens Alex. in d. l. j. in prin. col. vlt. verſ. ex his poteſt inferri. ff. de acq. poſſ. dicit ex iis quæ ante dixerat de tutore, & curatore, (vti ſuprà in præcedenti limitatione diximus) inferri poſſe, an ex conſtituto facto à prælato alienante rẽ eccleſiæ, & cõſtituente ſe poſsidere nomine emptoris, transferatur poſſeſsio in ipſum emptorem. Quã quæſtionem dicit non meminiſſe ſe in propriis terminis legiſſe, ſed eam pendere ex alia quæſtione, an ſcilicet poſſeſsio rerum eccleſiæ, dicatur eſſe apud ipſam eccleſiam, an apud prælatum: nam ſi apud eccleſiam ſit, non transferri poſſeſsionem per conſtitutum prælati, ex eo quod dictum eſt de tutore, & curatore in illa præcedenti limitatione. Si verò ea poſſeſsio ſit apud prælatum, tunc transferri eam poſſeſsionem in conſtitutarium.

3 *Prælatúſne an eccleſia poſsideat rem eccleſiaſticam.*

¶Subditq; Alex. de ea re, ſcilicet apud vtrum eorum ſit poſſeſsio, ſe tractaturum poſt Bart. in eadem l. j. §. vlt. in quo loco ipſi Bartol. ad fi. & Alex. dicunt, Chriſtum, ſiue vniuerſalem eccleſiam, poſsidere res eccleſiæ. Vnde licèt prælatus moriatur, poſſeſsio tamen non vacat, ſecundum Innoc. in c. cum ſuper. de cauſa poſſeſsionis, & propriet. De quo tamen amplius vide per eundem Innoc. & Hoſt. in c. in literis, de reſtit. ſpoliato. & in c. cùm in officiis. col. ij. de teſta. & in c. cura, poſt medium, de iure patro. Bar. & alios, præſertim Franc. Aret. in l. cùm hæredes, ff. de acq. poſſ. Bal. in l. ij. col. ix. verſic. iuxta hoc quæritur. C. de ſeruit. & aqua, & in l. vlt. col. ij. verſic. idem in rebus eccleſiarum. C. de edict. diui Adria. tollen. Ioan. Fab. in §. nullius, Inſtit. de rer. diuiſ. Anton. & alios in d. c. cùm ſuper, & Floria. in l. ſeruitutes, la ij. col. iiij. verſic. & idem eſt dicendum. ff. de ſeruit. & Firmia. in tract. de epiſcop. lib. iij. parte j. in lvj. quæſtio. vbi & alios citat quos mox citabo.

4 *De eadem re.*

¶Ex eo autem quod diximus ex Alex. ſatis potes intelligere, eum fuiſſe in ea ſententia, vt per conſtitutum prælati non transferatur poſſeſsio. Quod & ipſum quoque reſpondit idem Alex. conſil. 81. lecto & diſcuſſo, col. v. verſ. alio reſpectu, li. 3. illa eadẽ ratione, quòd prælatus non dicitur habere poſſeſsionem rerum particularium eccleſiæ, ex ſententia Innoc. in d. c. cùm ſuper, & ibi quoq; Panor. qui ad hoc multa allegat, & Paul. Liaz. in commento. d. c. in literis, col. pen verſic. ſed cuius nomine prælatus, de reſtit. ſpol. Anto. in repe. c. vlt. col. v. verſ. pro veritate inuenienda dicti puncti, de cauſ. poſſeſ. & proprie. Et ipſum Alex. ſequuntur Iaſ. & Franc. Ripa. in d. l. j. in princ. ille, ad fin. hic, col. xvij. verſi. ex hoc infert, de acq. poſſ. & idem Ripa in rub. ff. de interd. col. 3. verſic. qua ratione prælatus. De quo & per ipſum Alex. in l. quamuis. §. j. col. ij. verſi. ſed quid in prælato, eod. tit.

5 *Quid ſi prælatus conſtituat cum capitulo.*

¶Sed hoc tamen intellige, cùm ipſe prælatus ſolus alienat, & ſe conſtituit poſsidere nomine alterius, ſecùs, ſi id faciat cum capitulo: tunc enim transfertur poſſeſsio per conſtitutum ab vtroque factum, vt non obſcurè ſenſiſſe videtur Oldr. loquens in traditione clauium (quæ & ipſa inter fictos modos tradendæ poſſeſsionis ponitur) conſi. cccix. in cauſa hoſpitalis. & apertiſsimè Matheſ. d. not. clxvij. nota quòd ſi tutor, & Franc. Ripa. in d. l. j. vbi ſuprà, verſi. iſtud de prælato, & ibi quoq; Claud. Aquen. col. vlt. ff. de acq. poſſ.

### DECIMASEPTIMA LIMITATIO.

1 *Conſtitutum*

¶Limita decimoſeptimo, vt non procedat in iudice, vel alio repræſentante factũ partis: putà nuntio, ſiue via



*iudicis vel ſui uiatoris inducẽs uiatorem in poſſeſsionẽ, eã non transfert.*

tore, qui inducit partem in poſſeſsionem rei iudicatæ. Is enim non poteſt per conſtitutum dare poſſeſsionem eius rei quam ipſe non poſsidet, argu. eius quod in ſimili, ſed eadem ratione plerique volunt iudicem, vel ipſius nuntium non poſſe inducere partem in poſſeſsionem rei, illi adiudicatæ per ſolum ipſius aſpectum (quæ & ipſa quoque eſt alia ficta traditio) ſed opus eſſe reali traditione. Ita enim inter cæteros voluerunt Spec. tit. de primo & ſecundo decret. §. iam de effectu, poſt prin. Bart. in l. j. in princ. col. pen. verſ. ſed quid, ſi executor, & ibi quoque Angel. col. ij. verſ. ſubdit Bart. nuntium, Raph. Co. col. antep. verſ. vlteriùs quæro pone. Franc. Aret. col. vlt. verſ. in gl. in primo, Iaſ. col. antepen. verſi. item quærit Bart. Claud. Aquen. col. vlt. verſi. & ex prædictis, Franc. Ripa col. xvj. verſ. quæritur ſucceſsiuè. ff. de acqu. poſſ. idem Bart. & Angel. in l. cùm vnus. §. vlt. ff. de bon. autorit. iudic. poſsid. Ant. in c. cùm veniſſet, col. pen. verſ. vnum non omitto, de reſtit. ſpoliat. & in c. cùm aliquibus, paulò ante fi. & ibi quoque Imo. & Felyn. col. j. verſ. in quantum, vbi dicit non eſſe tutum ab hac opinio. recedere, de ſent. & re iudica. Paul. Caſtr. in l. non eſt mirum, poſt princ. ff. de pign. actio. vbi & huius rei videtur eſſe optimus tex. cùm dicit, niſi ventum fuerit in poſſeſsionem. Rom. in l. ſi finita. §. Iulianus, col. ij. verſ. an habeat hoc locum. ff. de dam. infect. Pan. in c. ij. col. penul. verſ. hoc tamen non procedere, de conſuetud. vbi id dicit ſingu. & nunquam obliuioni tradendum, & ibi quoque Barb. qui & id dicit ſing. col. xvij. verſ. in gl. fi. contra textum Nicol. Mil. in ſuo repertorio, in verbo, poſſeſsio. §. xciiij. incip. poſſeſsio tunc acquiritur. Franc. Aret. qui & id quoque dicit ſing. in l. certi condictio. §. depoſui, col. ij. verſ. aliquando quærunt. ff. ſi cert. petat. Carol. Ruin. conſil. ccxiiij. viſis his quæ in themate, col. iiij. verſ. idem non videtur, lib. j. & conſi. 50. ſuper eo, col. j. lib. iiij. Et ad hoc quoque allegatur l. creditor. ff. de bonis auto. iudi. poſsid. & l. ij. qui pot. in pign. hab.

*Qui cõtrariũ tenuerunt.*

2 ¶Contrarium tamen in illo caſu Spec. expreſsè tenuit Pan. licèt, vt dicit, aliàs ſecutus ſit illam opin. in d. c. cùm aliquibus, col. ij. verſ. ſed quatenus, de re iud. motus autoritate Compoſtel. & Ioan. And. in c. tranſmiſſam, de elect. & ipſius Ant. in d. c. ij. col. ij. verſ. dic quòd quandoque, de conſuet. vbi dicunt, quòd ſi inueſtitura beneficij ſit in conſpectu ipſius beneficij poſt collationem eiuſdem, transfertur poſſeſsio, per d. l. quod meo, & l. j. C. de acq poſſ. quod & ipſum voluit Rom. conſ. cccxxxvij. quò ad primum, col. j. verſ. præterea ipſa verbalis, & omnes vbique. Et ſic (vt redeam ad Pan.) transfertur poſſeſsio ſolo aſpectu per inueſtituram ab eo factam, qui non poſsidet, cùm autoritatem habeat tradendi. Quod fortiùs debet obtinere, cùm nuntius expreſsè dicit, ſe dare iſtam poſſeſsionẽ. Et videmus etiam, quòd non ſemper neceſſe eſt corpore & actu apprehendere poſſeſsionem, ſed ſufficere id oculis & aſpectu facere, per l. j. §. ſi iuſſerim, & l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquirenda poſſeſsione, & vtrobique docto. & gl. in cle. j. §. porrò, in verbo, tracta, poſt principium. de hæreticis.

*Aſpectu transfertur poſſeſsio.*

3 ¶Et, vt illi quoque addas ad confirmationem ſuprà dictorum, licèt illi text. loquantur de domino qui vendit, vel donat in conſpectu rei ſuæ: idem tamen iudicandum eſſe videtur de iudice vel eius executore, cuius factum cenſetur eſſe factum partis: id eſt, peræquè habendum eſt, ac ſi ipſa pars feciſſet. l. ſi ob cauſam. C. de euict. & l. j. C. ſi in cauſ. iudi. pign. captum ſit, cum multis ſim. & concord. à me collectis in tract. Retractuum, tit. j. §. j. glo. xiij. in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 13. & has quidem. Addit autẽ Pan. vt ad eum redeamus, quod in ſimili ſcribitur in l. clauibus. ff. de contrah. empt. & in d. l. cùm vnus. §. fi. de bon. autor. iudi. poſsid. & l. vlt. C. eod. tit. & in c. contingit, de dol. & contu.

*Reſponſio.*

4 ¶Sed his rationibus reſpondent Alex. Barb. & Fely. vbi ſuprà. Primum ad dictum Ioan. Andr. & ſequacium, quòd is loquitur in epiſcopo collatore, vel alio inferiore habente cuſtodem eccleſiæ vacantis, ſecundùm gl. in c. cùm vos, de offic. ordin. qui & ipſe vtitur poteſtate propria. Ideo ſimilis eſt tradenti rem propriam, quod etiam bene animaduerterat ipſe Pan. in d. c. ij. vbi ſuprà, de conſuetu. vbi ad hoc dicit eam gl. no. & ſing. & aliter quoque reſpondit Alex. in d. l. j. vt ibi videre poteris. Nec item obſtant dd. ll. quæ dicunt poſſeſsionem rei transferri aſpectu rei, quia loquũtur in domino poſsidente. Hic autem iudex vel eius executor non eſt dominus nec poſſeſſor.

*Factum iudicis nõ eſt propriè factum partis.*

5 ¶Nec huic ſententiæ affert præiudicium, quod dictum eſt, factum iudicis aut eius executoris eſſe factum partis. Nam id non eſt verum propriè, ſed ficte: cùm neuter ſit verè dominus aut poſſeſſor. Ideo ſi ex eorum ficta traditione transferretur poſſeſsio, concurrerent duæ fictiones & improprietates, vt ſcilicet fictus dominus, ſiue poſſeſſor per fictam traditionem traderet poſſeſsionem: quod fieri non poteſt, vt not. in l. j. C. de dot. promiſ. cum ſimi. & diximus etiam latè ſuprà in v. limit.

*Nec tantũ habet illud uir. quã factũ partis.*

6 ¶Et intelligas, non tantum virium habere quod factum eſt à iudice vel executore, quantũ id quod factum eſt à parte, quantum ad poſſeſsionem pertinet: vides ſequeſtrum factum à iudice, inuitis aut etiam non conſentientibus partibus, non transferre poſſeſsionem in ſequeſtrum: illis autem conſentientibus, transferre, vt no. in l. intereſſe. ff. de acqu. poſſ. & in l. j. C. de prohib. ſequeſt. pec. & in c. examinata, de iudic. & in cle. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fructu. Cuius rationem reddit Pan. in d. c. examinata, col. v. verſ. & primò in eo, quoniam latiùs interpretamur factum partium, quàm iudicis. vt ibi plenè probat, licèt vt ipſe dicit, aliàs factum iudicis cenſeatur factum partis.

*Prima declaratio huius limitationis.*

7 ¶Sed hanc noſtram limitationem, qua diximus non transferri poſſeſsionem per conſtitutum, aut alium actum fictum iudicis vel eius executoris, primò intellige procedere, quando iudex vel executor potuit ingredi fundum, vt eius traderet poſſeſsionem realem. Secus ſi non potuit impediente fortè aduerſario, tunc enim poterit per ſolum aſpectum aut alium actum fictum eam poſſeſsionem tradere: vt plerique voluerunt, quos mox citabimus, per tex. in d. l. cùm vnus. §. vlt. cum l. quamuis,

quæ confeſtim illam ſequitur.ff de bon.autor.iudi.poſsid.quem dicit ſingularem, nec habere concordantem Bart.ibi.vbi etiam facit Bald.in l.ſi poſtquam,poſt princ.C.vt in poſſ.legato. & mirabilem,nec alibi reperiri idem Bald. in l.ij. circa medium. C. ne vxor pro marito, vbi per eum dicit, quòd ſi per vim tyranni impeditur realis apprehenſio ſiue miſsio in poſſeſsionem,ſufficit verbalis. Et in id quoque allegatur tex.in l.ſi finita.§.illud quæritur,& §.ſi quis metu,& §.vlt.ff.de damno infecto,& dictum c.contingit,extrà,de dolo & contum.

*Ad idem.*

8 ¶Et ita nuncupatim,& in hoc caſu,de quo loquimur,ne propria & priuata eius rei autoritate careamus,voluerunt Bart.qui dicit menti tenendum,Raph.Co.Rom.Alex.Franc.Aret.Iaſon, & Franc. Ripa in d.l.j.in princ.ff.de acqui.poſſ.quibus locis ſuprà citauimus,ipſe Bart.in d.l.cùm vnus. §. vlt. ff.de bon.autor.iudi.poſsid.Alber.in d.l.j.ad fi.princ.& iterum in §.ſi iuſſerim,col.j.verſ.vnus tamen eſt caſus,ff.de acq.poſſ.& Angel.in l.iij.§.vlt. col.vlt.& ibi quoque Imola, eod. tit. & idem Ang. in repet.l.ſi quis vi.§.differentia,eod.tit.Anton.in d.c.cùm aliquibus,& ibi Panor.& latè Fely. de re iudic.Nicol.Mil.in d.ſuo repertorio,loco ſuprà deſignato.Franc.Aret.in d.l.certi condictio.§.depoſui, col.ij.verſ.quædam eſt ficta.ff.ſi cert.pet.& Franc.Ripa in tractatu de peſte, lib. ij. in xix. priuilegio contractuum.

*Ne Hercules contra duos.*

9 ¶Et certè nemo huic ſententiæ repugnat,præter vnum Ang.ſibi contrarium in d.l.j.in princ. paulò ante fi.ff.de acq.poſſ.Sed vix vincere poteſt ſolus aduerſus omnes,cùm(vt eſt in vetere prouerbio) μηδ᾽ἡρακλῆς πρὸς δύο.Ne Hercules quidem contra duos,apud Platonem in Phædone.

*Prior opinio quomodo obtineat.*

10 ¶Igitur ſtabimus illi priori & receptiori opinioni,quæ adeò vera eſt, vt ſi etiam non ventum ſit in rei conſpectum ob dolum & potentiam aduerſarij,ea locum habeat,per tex.in d.c.contingit,de dolo & contuma.quem ad hoc dicit not.ipſe Ang.in d.l.iij.§.vlt.col.vlt.ff.de acqu.poſſ.& voluit etiam Bald.in d.l.ij.C.ne vxor pro marito.Franc.Aret.Iaſon & Ripa in d.l.j.in princ.ille,col.vlt.alter, col. pen.verſi.amplia notabiliter:hic,col.xv.num.65.ff.de acquir.poſſ.& Felin.in d.c.cum aliquibus, de re iudic.

*Quid ſi ſit cõſuetudo in eam rem.*

11 ¶Secundò intellige quod diximus,iudicem vel nuntium per ſolum aſpectum aut alium actum fictum non poſſe mittere in poſſeſsionem,vt procedat,niſi eſſet contraria eius rei conſuetudo,vt ſcilicet id facere poſsit.nam ea conſuetudo ſequenda eſt,vt nonnulli voluerunt,allegantes Ioan.Andr. in c.in literis,de reſtit.ſpoliat. Et id quidem minimè dubium eſt;quoniam aliàs ſemper cõſuetudo, etiam nullo actu interueniente, poteſt transferre poſſeſsionem: vt latè dicemus & probabimus in noſtro tractatu, *Le mort ſaiſit le vif*, in præfatione,in ſexta declaratione.

*Quid ſi in poſſeßionem mitti iuſſus ex alia cauſa detineret*

12 ¶Tertiò intellige,niſi is qui iuſſus eſt mitti in poſſeſsionem,ex alia cauſa detineret rem: tunc enim ſolo aſpectu aut alia ficta traditione poſſet iudex vel executor illum mittere in poſſeſsionem, per text.in l.ſi proprietarius.ff.de damno infecto,quem ita intelligit,& dicit menti tenendum Bar.ibi,& idem Bart.in d.l.ſi finita.§.Iulianus,col.iiij.verſ.pone quòd ipſemet.eod.tit.& Bald. in auth. qui iurat,col.pen.verſ.quærit Dyn.an in ſecunda.C.de bonis autor.iudi.poſsid.Franc.Aret.Claud.Aquen. & Franc.Ripa in d.l.j.in prin.ille,col.vlt.alter,col.item vlt.hic,col.xvj.verſ. ſecundò declaratur. ff. de acqu.poſſ.idem Aret.in d.l.certi condictio.§.depoſui.col.ij.verſi.quædam eſt ficta. ff. ſi cert. pet. Et id confirmat,quod in ſimili ſcribitur in l.qua ratione,§.interdum.ff.de acq.rer.domin.& in §.interdũ, Inſti.de rer.diuiſ.& quod diximus ſuprà in hac eadem limitatione,nu. 2. contrarium tamen, & ſuprà in ſecunda parte,in iij.ampliat.nu.2.& id quidem.

*An autem & quando uictor poſſet poſſeſsionẽ propria autoritate accipere.*

13 ¶Quartò intellige,vt licèt iudex,vel executor per ſolum aſpectum,vel aliũ actum fictum non poſſit mittere in poſſeſsionem:tamen ſi vſus ſit illis verbis,dedit & tradidit poſſeſsionem,certè is, qui obtinuit ſententiam,poterit propria auctoritate eandem poſſeſsionem appræhendere. Nam ſi per ea verba à parte prolata ea facultas tradita eſſe cenſetur. per l.prædia,& ibi Iacob.Butr.Bar.& alij. ff.de acq.poſſ.ita quoque ſi à iudice,cuius factum cenſetur eſſe factum partis,vt ſuprà diximus.

*Iudex poteſt permittere uictori ut rẽ propria authoritate capiat.*

14 ¶Et ita expreſsim & in hoc caſu reſpondit Carol.Ruin.d.conſ.50.col.ij.nu.4.lib.item iiij. vbi id dicit nullum habere dubium.Et ex his intelligis id procedere,etiam ſi res non ſit in cõſpectu,ex not. in d.l.prædia.Nam vt ipſi Ruin.addas, poteſt iudex ius parti facere vt intret in poſſeſsionem rei contentioſæ aut adiudicatæ propria autoritate,vt voluit Iaco.Aret.in l.j.§.nuntiatio.ff. de oper.noui nuntiat.& Bart.qui dicit tenendum menti,in d.l.ſi finita.§.Iulianus,col. xiij. verſ. ſecundò quæro. ff.de dam.infect.per l.dotis,C.ſoluto matrimo.& l.eum qui.§.ſi epiſtola.ff.de furt. Et rurſum idem Bartol.in l.iuſtè poſsidet,circa medium,ibi,pone quòd iudex,& ibi Angel.Imo.Raph. Com. Paul. Caſtr.Franc.Aretin.& Alex.qui hanc dicit eſſe communem opin.ff.de acq.poſſ. & idem Bart. in l. iij.in j.quæſt.C.de pigno.& in d.l.j.per illum tex.C.vt nemini lice.ſine iudi.autho.Salic.in d.l. dotis. C.ſoluto matrimo.& in auth.& qui iurat,in ix.quæſt.princip.C.de bon.autho.iudic poſsid.Pano. in c.cum dilecti,col.ij.verſ.nota ibi nuntium, de dolo & contu.& in c.de cætero, col.pen. verſ.vlterius quæro,de re iudic.De quo tu vide pleniſsimè per Ale.in d.l.iuſtè poſsidet,col.vij.verſi. deinde cum gl.quæro,& ibi etiam Iaſ.col.antep.verſi.in ij.parte gloſ.& multis ſequ. De quo tamen vide Rapha. Fulg.in l.vlt.col.ij.verſ.nota vltimò.C.de edict.diui Adriani tollendo.

DECIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Conſtitutũ nõ inutile ei qui incapax eſt poſſeßionis.*

1 ¶Limita decimooctauo,vt conſtitutum eam vim habeat transferendę poſſeſsionis,ſi ea poſſeſsio ſit talis,quæ acquiri poteſt ab eo,cuius nomine quis ſe conſtituit poſsidere,ſecùs, ſi non poteſt: verbi gratia,Si clericus ſe conſtituit poſsidere beneficium,vel ius eligendi epiſcopũ, vel decimas nomine laici,



laici,vel ſi pater cõſtituit poſsidere ius filij ſiue filiationis, vel maritus ius maritale nomine alterius, tunc enim non transferetur poſſeſsio per conſtitutum,nec quouis alio modo, etiam reali, ſi realis eius rei eſſe poteſt propter incapacitatem eius,qui id conſtitutum ſuſcepit,& naturæ & iuris diuini repugnantiam,vt expreſsè voluit Ant.in d.c.vlt.col.xj.verſ.quæ vera puto,extrà de cau.poſ.& proprie.& diximus etiam ſuprà in xxxv.ampliat.nu.3 & ſeq.ſed hîc mihi repetendum viſum eſt.

DECIMANONA LIMITATIO.

*Conſtitutũ nõ prodeſt,niſi in re certa ratione quotæ uel loci.*

1 ¶Limita decimonono,vt procedat, quando res quam conſtituimus alieno nomine poſsidere, eſt certa ratione quotæ vel loci:nam alterius ſufficit:ſecus,ſi neutrius ratione certa ſit: nam tunc per conſtitutum non transfertur poſſeſsio,vt voluerunt Bart.Imo.Paul.Caſt.Alex.Franc.Aret. & Iaſ.in vtraque lectura.in l.iij.§.incertam.ff.de acqui.poſſ.vbi latè apud eos comperies, quando dicatur res certa,vel incerta ratione loci,vel quotæ.Dicítque Bart.ſe in eam rem conſuluiſſe,vt fecit conſ. 74. Petrus vendidit Bertæ,Ang.in l.quæ de tota.§.incertæ.ff.de rei vend.vbi dicit, quòd ſi vendo tibi, aut dono quicquid iuris in hoc fundo habeo,& me conſtituo nomine tuo poſsidere, non transfertur poſſeſsio propter incertitudinem.& idem Angel.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,col.ij. verſ. quinimo & ego do tibi.ff.de verb. oblig. vbi dicit quòd conſtitutum non extenditur ad incerta. & Ioan.Petr.à monte Spere.in l.ab emptione.ff.de pactis,& Carol.Rui. conſ. cxxxvj. primùm videndum,col.vlt.lib.j.& conſ.cxliiij.de pluribus,nu.2.eo.lib.& conſ.xxxix.quia,vt dicitur,col.ij.nu.5.lib. iiij.& conſ.cxxvij.viſa facti narratione,col.iiij.verſ.nec poteſt dici.lib.v.& Philip. Dec.conſ.clxxix. viſo eleganti conſi.col.ij.verſ.dato prætereà,& iterum col.vlt.verſ.vit. conſ.ccxxvj. magiſter Ioannes,col.j.verſi.ad hoc in quo tota difficultas.Step.Bertr.conſi.cccxxxvij.non puto,nu.3.li.1.Pau.Pariſ.conſi.lv.contractus venditionis,col.j.verſ.& procedunt iſta eod.lib.j.& conſ.lix. viſo inſtrumento,col.iiij.nu.22.eod.lib.j Lud.Gozad.conſ.lv.quæritur cùm facta fuerit,poſt princ.& conſil.xcix. in hac cauſa poſſeſſoria,col.iij.verſ.decimò conſtitutum,& rurſum in fi.Hierony.Grat.conſi.50. reuerendiſsime,col.vlt.verſ.ſecundò reſpondetur,lib.j.Marc.Mant.conſi.cclvj.viſo proceſſu,col.ij. num. xviij.Fran.Curt.iunior conſi.cxx.præſupponitur in facto,col.ij.verſ.prætereà ex alio,lib.2.Fran.Ripa.lib.ij.Reſpon.c.ij.cleric.nu.20.vbi dicit,quòd ſi quis transferat tot ex ſuis bonis immobilibus,vt ex his percipere poſsit redditus mille ducatorum,& ſe conſtituat poſsidere nomine eius cui vendit, non transfert poſſeſsionem in eum:quia ſuper incertis non cadit poſſeſsio,ſecundum gl.in l. vnica, §.accedit.C.de rei vxo.actio.& in l.vlt.in gl.magna.ff.quod met.cau.Et idem in retentione vſusfructus,vt non transferat poſſeſsionem rei niſi ea ſit certa,vt ſuprà diximus,voluit Socin.conſil.cxxxj. in præſenti conſultatione,verſ.amplius etiam cùm non detur,lib.j.

*Niſi tamen in contractu rei uniuerſalis.*

2 ¶Sed hæc intellige,cùm conſtitutum apponitur in contractu rei particularis:nam tunc neceſſarium eſt,vt ea res ſit certa ratione loci vel quotæ ipſius rei. Secus ſi apponatur ſuper contractu rei cuiuſpiam vniuerſalis:nam tunc non eſt neceſſaria certitudo alterutrius,ſecundum Ioan. Petr. in d. l. ab emptione.ff.de pact.& Soc.in d.l.iij.§.incertam,col.ij.verſ.prima difficultas,& ibi quoque Iaſ. col.3. verſ.& notabiliùs.ff.de acq.poſſ.& Paul.Pariſ.d.conſ.lix.col.iiij.nu.23.lib.j.

*Qui contrariũ dixerunt.*

3 ¶Quanquam(vt nihil in noſtro iure non controuerſum eſt,vt & alibi ſemper diximus, & ſemper obſeruauimus)huius ſententiæ contrarium ex diametro tenet Philip.Dec.d.conſ.ccxxvj.col.ij.verſ. nec obſtat quòd in caſu,atque etiam Hierony.Grat.conſ.xciiij.in cauſa excellentiſsimi,col.ij. verſi. quoniam multipliciter,lib.j.per not.in d.§. incertam. Sed malo ſequi priorem opin. per ea quæ latè diximus ſuprà in ij.parte huius operis in xxx.amplia.iterúmque in xxxj.quibus oſtendimus ex frequentiori noſtrorum calculo, conſtitutum transferre poſſeſsionem in venditione omnium bonorum,atque etiam futurorum.

*Quid ſi res poſtea fiat certa.*

4 ¶Intellige ſecundò niſi res incerta loco & quota tempore conſtituti, poſtea fiat certa: neque enim tunc impeditur tranſlatio poſſeſsionis,continuò quàm certa facta eſt,vt expreſsè voluit Caro.Rui. d.conſ.cxxvij.viſa facti narratione,col.iiij.verſ.prætereà incertitudo,lib.v.per ea quæ dicunt doct. in d.§.incertam,& in l.vlt.C.quę res pign.obli.poſ.dum loquuntur de cõſtituto appoſito ſuper alienatione bonorum futurorum, quæ tempore conſtituti ſunt incerta, ſed poſtea dum acquiruntur, fiunt certa.De quo & nos ampliſsimè diximus in dicta xxxj.ampliat.& ex ibi dictis intelliges veritatem huius rei.

VICESIMA LIMITATIO.

*Conſtitutũ an operetur in reſolutione contractus reali traditione conſummati.*

1 ¶Limita viceſimo,vt non procedat in diſceſſu ſiue reſolutione contractus,qui fuit per realem traditionem conſummatus:verbi gratia,Tibi vendidi & realiter tradidi fundum, non poſſumus ab ea vẽditione ipſo iure diſcedere,ſed in id opus eſt reali traditione eius rei:nec in id ſufficere cõſtitutũ, vt voluiſſe videtur gl. vlt. in l.ab emptione,in illis verbis,at hîc verus actus deſideratur,& ibi Iac. Butr.ff.de pact.Petr.à Bel.Perti.in l.j.in vlt.q.C.de reſc.ven.& Cin.poſt ipſum Petr.in l. j. in 7.q. & ibi quoque Alb.verſ.item quærit,Ang.ad fi.& Salic.col.vlt.verſ.quid igitur dicendum.C.quan. lic. ab empt.diſce.& Fran.Aret.in l.quod meo,col.ij.verſ.quintò non operatur.ff.de acq.poſſ.

*Qui contrariũ tenuerint.*

2 ¶Verùm huius contrarium intrepidè tenuit Bald.in d.l.ab emptione,col.vlt.in antep. quæſt. & ibi quoque Ang.ſibi contrarius col.vlt.verſi.ſequitur in gl.at hîc verus.Raph.Fulgoſ.col.vlt. verſ. in ea ibi ſcilicet,Paul.Caſtr.col.vlt.Iacob.à S.Georg.col.iij.verſ.ex iſta gl.videtur,& Iaſo.col.antep. verſ. tertium fundamentum.ff.de pactis.Imo.in l.qui mihi donatum,ad fi.ff.de donat.Quibus ego malo accedere:nam licèt tu,cui vendidi,& realiter tradidi,realiter poſsideas, nihil tamen prohibet quin per

per conſtitutum eiuſdem rei poſſeſsionem träsferre poſsis.Nam qui realiter poſsidet,poteſt & realiter per conſtitutum tradere, vt minùs dubium ſit,quin ſi res primùm per conſtitutum tradita eſt, poſsit & per conſtitutum retradi,vt diximus ſuprà in prima parte,nu.19.ſit item vt ſi venditor. Et vide quæ dicam infrà in xxix.limit.nu.5.

VICESIMAPRIMA LIMITATIO.

*Conſtitutarius qui intra x. annos negligit accipere realem poſſeſ. amittit poſſeſ.*

1 ¶Limita viceſimoprimò,vt ſi intra decem annos,is cui factum eſt conſtitutum , non acceperit realem rei poſſeſsionem,cenſeatur per negligentiam amiſiſſe,ac veluti derelictam habuiſſe illam conſtitutitiam poſſeſsionem,arg.l.furtum,§.vlt.& ib.gl.ff.de vſucap.& l.ſi de eo.§.ſi fortè,qui eſt j.& ibi gl.ff.de acq.poſſ.& not.per gl.in l.ſi id quod.in prin.Et iterum in l.ſi is qui animo,in gl.vlt,ff.eo. tit. & in l.cùm quærebatur,quæ eſt vlt.in verbo,vacuam.C.vnde vi.& in l.j.in fi.magnæ glo.C. de ſer. fugit.& per Bald.conſ.cccxxv.dubitabatur,col.ij.verſ.tunc arguo ſic,lib.j.cum infinitis ſimilib.

2 ¶Et ita nuncupatim(ne expreſſa auctoritate deficiamur)voluit & ipſe Bald.cui ſubſcripſerunt Ioan. Caſtel.Sign.Homod.& alij plerique non incelebres doct.inter conſi.ipſius Bal.conſi.cl,caſus actualiter de facto emergens,col.pen.verſ.capio tantùm,lib.ij.Et idem quoque tenet Pet.Anch. nulla illorum mentione facta,conſ.cxxxiij.ſatis aduertẽter,circa medium,& Iaſ. qui item nullum illorum memorat,in l.iij.§.ex contrario,col.xiij.verſ.ſed aduerte,ff.de acq.poſſ.

*Ad idem.*

3 ¶Et pro eorum ſententia eſt gl.optima,quam nullus eorum citat,in c.clerici,in gl.ibi,& hoc verum eſt.xvj.q.iij.quam ad hoc expendit & dicit ſing.Franc,Are.in d.l,ſi de eo.§ j.col.vj.verſ.illud etiam ſcias.ff.de acq.poſſ.Et voluerunt plurimi qui generaliter dicunt quòd ſi ciuiliter poſsidens neglexerit appræhendere naturalem poſſeſsionem per decem annos , priuatur ſua ciuili poſſeſsione. Hoc enim voluit Din.cuius etiam nullus illorum meminit,in c,ſine poſſeſsione,col.vlt.de reg.iur.lib. vj. & è recentioribus And.Alc.in tract.Præſumptionum,parte ij.præſumptione xxj.col.iiij. ſed tu aduerte.& alij plurimi,quos tibi citabimus paulò pòſt,nu.10.porrò.

*Confirmatio illius opin. Obliuionẽ tempus inducit.*

4 ¶Nam,vt hoc illis addas,hæc poſſeſsio de qua tractamus,retinetur animo noſtro, & corpore alieno,eius ſcilicet,qui noſtro nomine naturaliter poſsidet,aut detinet,l.iij.§.ſaltus.ff.de acqui.poſſ. Sed deficit animus per obliuionem,quam longum tempus adfert & inducit,vt atteſtatur Iuriſconſultus in d.l.furtum.§.vlt.cum l.ſeq.& ibi doct.ff.de ſucap.& Menander illo ſenario,

Χρόνος δ᾽ ἀναιρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει Et Virgilius egloga ix.

*Omnia fert ætas,animum quoque:ſæpe ego longos*
*Cantando puerum memini me condere ſoles,*
*Nunc oblita mihi tot carmina.*

Ex quo & illud propius vides , longo tempore animum,id eſt,vt interpretatur Seruius,memoriam quæ pars animi eſt,auferri,& conſequenter obliuionem induci. Vnde & illud quoque conſequens fit,vt deficiente animo,quo poſſeſsio retinebatur,deficiat & ipſa poſſeſsio.

*Qui cõtrariũ tenent.*

5 ¶Et huius diuerſum cenſuiſſe videtur Bald.ſibi,vt videtur,contrarius conſi,ccclxix.venditor,lib.v. vbi in hac ſpecie conſuluit:Titius vendidit Mæuio fundum,& ſe conſtituit poſsidere nomine illius: deinde ipſe Titius tenuit eum fundum viginti ſex annis,tacente & patiente Mæuio , tandẽ Titius eum fundum vendidit,& realiter tradidit alteri,qui quatuor annis & vltrà poſſedit,ita vt ſint elapſi xxx.anni ſine petitione huius fundi.Vtrum Mæuius primus emptor eum vendicare poſsit?Et videtur,quòd non:quia qui tacet xxx.annis,perdit actionem in rem,l.ſicut.C.de præſcri.xxx.vel xl. anno.Contrarium tamen reſpondit Bald.d.conſil. quia per conſtitutum factus eſt dominus & poſſeſſor:nec incœpit currere præſcriptio,quandiu venditor precariò poſſedit,l.malè agitur,eo.tit. Vides igitur Bald.apertè ſentire illum priorem emptorem non amiſiſſe poſſeſsionem,quam per conſtitutum habuerat,ac nec annis quoque xxvj.Et idem propemodum videtur voluiſſe idem Bald. conſi. cccxxv.dubitatur,lib.j.& conſ.ccccxxx.ſtatuto cauetur.in ij.dubio,eod.lib.j.

*Alij quoque.*

6 ¶Et hanc quoque ſententiam,vt ſcilicet,per longum tempus non amittatur huiuſmodi poſſeſsio,ſequitur Fran.Aret.in d.l.ſi de eo,vbi ſuprà,per tex.gl.& Bart.in d.l.malè agitur,C.de præſcript.xxx. anno.vbi & ipſa gl.concludit quòd ſi etiam per xxx.annos nulla penſio ſoluatur à colono,adhuc retinetur poſſeſsio per eundem colonum,qui alterius nomine poſsidet. Nec enim per ſolum (inquit Aret.)defectum animi in quem irrepit obliuio,perditur poſſeſsio: ſed ita demum tantùm , ſi cum obliuione cõcurreret negligẽtia,ſecũdum gl.in l.ſi is qui.ff.de acq.poſſ.quæ hoc caſu nulla eſt,cum ſit aliquis in poſſeſsione illius nomine.Et licèt ſit quædam negligentia in non recipiendo poſſeſsionem, aut aliter,non tamen ſequitur aliquam eſſe in continuatione poſſeſsionis, alio eius nomine poſsidente,licèt ignorantis & obliti:vt eleganter dicit probari in l.arboribus.§.primo & ſecundo,ff. de vſufruct.quæ ad hoc eſt not.& ſequitur Claudius Aquen.in d.l.ſi de eo.§.j.col.j.

*Alij.*

7 ¶Et idem quoque videtur voluiſſe Steph.Bertr.conſ.cccxxxij.viſo caſu,in ij.dub.li.j. vbi & ex hoc dicit eos,à quibus conſtitutum factum eſt,non poſſe præſcribere aduerſus conſtitutarium, quod & ante illum voluit Bald.vltra loca ſuprà allegata,conſi.ccccxxxviij.præmittendum,col.ij.lib.j.vbi dicit nec per centum quidem annos conſtituentem poſſe præſcribere.& Petr.Fer.tit.forma reſpon.libel.in act.hyp.in verbo,& exceptionem præſcriptionis, circa medium.

*Qui non præſcribunt.*

8 ¶Quibus & tu adde gl.in c.cùm non liceat,in gl.vlt.de præſcript.quæ inter eos,qui præſcribere nõ poſſunt reponit eum,qui precariò rem tenet,per c.quia cognouimus. x. q.iij.Et colonum , per d.c. clerici,ſeq.xvj.q.iij.& d.l.malè agitur.Et eam gl.ſequuntur omnes doct.ibi,qui hanc rationem reddunt,



dunt,quoniam hi ſibi non poſsident,ſed alteri,vt probatur dd.iuribus,& aliis.Sed ea gl.poſt alios ſimiles caſus,& poſtremum de creditore,hæc ſubiungit.Et hoc intellige de longa præſcriptione , ſecundum leges,non de longiſsima &c.Ita vt dubium ſit,an intelligat de poſtremo caſu tantùm, ſcilicet,de creditore,an de cæteris:quod veriſsimilius eſt,cùm rationem reddat omnibus communem. Et ita illam intelligit Anton.qui ob id illam repræhendit in cæteris,præterquam in vſufructuario, qui erat inter cæteros caſus.At Petr.Anch.& Imo.illam intelligunt in poſtremo tantùm caſu.

*Quid ſi conſtituens moriatur & hæres eius &c.*

9 ¶Sed hæc omnia velim intelligas(vt & maxima pars illorum loquitur)viuente eo,qui conſtitutum fecit:id eſt,ſe conſtituit alterius nomine poſsidere.Nam ſi is moriatur,& res fuerit ab hærede illius, aut alio appræhenſa , & poſtea neglexerit conſtitutarius appræhendere poſſeſsionem naturalem, amittit poſſeſsionem,quam priùs habebat,per d.l.ſi de eo.§.j.ff.de acqui.poſſ.gl.in c. cùm veniſſet, in verbo,annuam poſſeſsionem,in fi.& ibi doct.de reſtit.ſpol.Quod ita intelligit Bart.in dicto §. j.vt ſi conſtitutarius ſciat ab alio occupatam per modicum tempus amittit ciuilem quam habebat: quia videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli,arg.l.quod meo,in fi.& l.quamuis.ff.eo.tit.de acq.poſſ. & l.iij. §.eum igitur.ff.de vi,& vi arma.& quod not.in l.poſſeſsionem eo.tit.de acq.poſſ.Et ideo nec tunc poterit eam rem ita occupatam propria autoritate recuperare,per l.iij.§.eum igitur,& l. qui poſſeſsionem,ff.de vi,& vi arm.Quod autem tempus dicatur in hac re modicum,vt id obiter dicam, intelliges ex Panor.in d.c.cùm veniſſet,col.vlt.verſ.vltimò not.

*Quid ſi ſit alia cauſa ob quam incontinẽti nõ recuperat.*

10 ¶Sed hoc tamen primum Bart.membrum (nam de altero poſteà dicemus)intellige, niſi alia eſſet cauſa vel præſumptio quare ille incontinenti non recuperauit,quàm illa,qua ſuſpicatus fuit ſe poſſe repelli.vtputa quia noluit cauſa eſſe mali vel rixæ,tunc enim quia vna præſumptio aliam tollit, l.diuus,ff.de integ.reſtit.& l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſ.non cenſetur talis poſſeſsio amiſſa. ita enim voluit Rom.in d.l.ſi de eo.§.ſi fortè,col.j.verſ.cui adde(inquit)tum,ff.de acq.poſ.Licèt,inquit,quædam gl.ſing.ad quam doct.non animaduerterunt,videatur tenere contrarium,ſcilicet in l.j.§.interdictum,in verbo,vltro.ff.vti poſsid.quam ipſe non putat veram eſſe,per ſuprà dicta.

*Quid ſi res occupata uel occupãs tales sũt ut incontinenti res non poßit recuperari.*

11 ¶Intellige ſecundò quod dictum eſt,hunc non poſſe rem occupatam recuperare,niſi tamen incõtinenti ipſe recuperaret,vt dicit idem Bart.vbi ſuprà,quod eò volui dicere , vt ita declararem poſt Rom.ibi,verſ.item & licèt in caſu,verum eſſe niſi res occupata vel occupans tales eſſent,vt incontinenti res ipſa ab illo recuperari poſſet,quoniam hoc caſu poſſet ex interuallo prima quoque occaſione recuperari propria autoritate,ex ſententia Hugonis antiqui decretorum gloſſatoris,in c. ius naturale.j.diſtinct.quam ſequitur Bald.in l.vlt.poſt medium.C.de his qui à non domin.manumiſſ. ſunt,vbi etiam dicit fieri poſſe poſt decennium.cui adde itẽ tenuiſſe Imo.in l.j.§.qui præſens, poſt med.ff.de verb.oblig.vbi id dicit mirabile dictum.& bene facit quod tradit Bald.in l.prima,col. ſecunda,verſi.extra quęro.C.vnde vi,in priori lectura,tunc dici incontinenti quempiam recuperare rem oblatam,quando ſe offert opportunitas.

*Quid ſi ignorat, uel res eſt uacans.*

12 ¶Si verò(vt redeamus ad aliud membrum Bart.)ignorat conſtitutarius rem ab alio eſſe occupatã, vel etiam ſic vacantem:& tunc non perdit ciuilem,niſi ex curſu lõgi temporis, ex quo obliuio inducitur,l.ſi id quod,in prin.& ibi no.ff.de acq.poſ.& d.l.furtum.§.j.ff.de vſucap.Et ita in illis omnibus membris illum ſequitur Pan.in d.c.cùm veniſſet,col.vlt.& Paul.Caſt.conſi.x.ſi vera ſunt , col. ij.verſ.ſed ex alio capite,lib.j.Et idem voluit Corn.qui non expreſsim loquitur de decem annis,ſed de pluribus temporibus,conſi.cclxxx.viſis quibuſdam,col.vlt.verſ.ſi autem probatum,lib.iij.Carol. Ruin.qui expreſsè loquitur de decem annis,conſ.cxxvij.viſa facti narratione,col.v.verſ.tertiò dicitur,li.v.Matthæ.Afflict.deciſ.Neapol.xl.caſus eſt iſte,col.pen.verſ.prætereà ex negligentia.& Hiero.Grat.conſ.lxxv.quamuis ſit prius,col.ij.nu.14.lib.ij.

*Quid ſi uiuẽte cõſtituente res eſt ab alio occupata.*

13 ¶Porrò ex quibuſdam ex illis,præſertim Afflict.vbi ſuprà,poteris intelligere , hæc quoque procedere,ſi viuente conſtituente,poſſeſsio realis ab alio occupata fuerit.De quo etiam præter illos vide gl.vlt.Bald.& Angel.in l.licèt.C.de acq.poſſ.gl.& Ang.in d.l.furtum.ff.de vſucap.gl.in §. quod autẽ ad eos,in verbo,propter abſentiam,Inſtit.eodem tit.Inno.in c.querelam,col.j.in verbo,de nouo,& ibi quoque Ioan.And.de elect.eundem Ioann.And.in addit.Specu.tit.de petito.& poſſeſſo.§.j.verſ. pen.Dyn.in c.ſine poſſeſsione,col.vlt.de reg.iur.li.vj.Cin.in l.j.in j.quæſt.prin.C.vbi cauſę ſtat.Bart. in l.Celſus,col.ij.ibi,vel cum negligentia longi tẽporis:& ibi latè Fran.Balb.in repet. col. xxvj.verſi. nona concluſio.ff.de vſucap.& eundẽ Bart.in l.j.paulò ante fi.& ibi Bald.col.vlt.verſ.itẽ ſcias,& Iacob.à S.Geor.col.ij.verſ.item dictũ.C.de ſer.fugit.Bal.in l.ij.col.vij.verſ. ſed quæritur an per negligentiã.C.de ſeruit.& aqua.& in l.ſi minorẽ,poſt mediũ,verſi.quæro vlteriùs nũquid ex poſſeſsione. C.de reſtit.in integr.& conſ.cl. caſus actualiter,col.iij.verſ.quoniã dato,quòd hoc eſſet verum,li.ij. Card.Floren.conſ.118.primò,quo iure,col.j.verſ.ſed nec prodeſt.Pet.Anch.conſ.xcij.tria in fauorẽ, ante fi.& conſ.ccxiij.pro iſto,col.ij.verſ.plus etiã.& conſ.443.primùm eliciamus.col.ix. verſi. & aduertendũ eſt.Imo.& Ro.in d.l.ſi de eo.§.ſi fortè,& ibi latè Alex.ff.de acq.poſſ.Pan.in c.vigilãti,col. ij.verſ.ex hoc infero,& ibi latè Felin.col.iiij.verſ.primus eſt quando ſcio,& iterũ col.ſeq. verſ. quartus caſus,extrà de præſcript.eundẽ Pan.conſ.xviij.in cauſa & quæſtione,quæ vertitur,in fi. lib. ij. & conſ.lxij.in controuerſia,col.ix.verſi.non obſtat ſecundũ,eo.li.ij.Corn.conſ.lv.col.viij.verſ.item videtur quòd poſsit,li.iij.& conſi.clxxiiij.ex puncto,col.vlt.eo.li.iij.Fran.Aret.in l.j.col.j.ff.ſolu.matri. Alex.conſ.xxxiij.viſo proceſſu,col.j.li.vj.Maria.Soci.conſ.xxxviij.pro deciſione,col.viij. verſ. item moueor,quia ratio.& eius filium Bartol.Soc.conſ.xlviij.in primo præſentis conſultationis articulo,

col.

col.pen.verſ.poſtremò quòd non ſit,lib.j.& conſ.cliij.pulchra & ſubtilis,col.iij. verſ. quinimò attentari lib.ij.quod j.eſt eiuſdem lib.& conſi.cxv.fundata,col.iij.verſ.ſed adhuc videtur,li.iij.Alex.conſ. vj.circa proceſſum,col.iij.verſ.non obſtat etiam ſi diceretur,lib.iij.& conſ.xxxiij. ponderatis verbis, col.vlt.eod.lib.iij.& conſ.xciij.viſis & ſæpius recenſitis,col.iij.verſ.non obſtat ſi dicat,quòd filij,lib. v.Franc.Curt.Senior.conſ.xxiiij.ſuper eo,col.j.Iaſ.in l.j.§.per ſeruum,col.iiij.verſ. inquantum. ff. de acquir.poſſeſ.in ij.lect.Ex quibus nonnullos comperies,qui id tempus,quo inducitur obliuio,& conſequenter amiſsio poſſeſsionis,relinquunt arbitrio iudicis:ſed eorum maiorem partem id tempus definire decem annis,nonnullos item longo tempore ſimpliciter quod in idem recidit, cùm longum tempus x.annorum ſit.

*Quid ſi colonus alteri bona fide recipienti tradiderit.*

14 ¶ Quòd ſi quis ſcire velit,an ſi colonus aut alius precariò poſsidens,alteri bona fide recipiēti vendiderit,& tradiderit,poſsit hic emptor rem ipſam præſcribere aduerſus dominum,adeat gloſ. hanc quæſtionem latè tractantem in l.nemo,in gl.vlt.& ibi Cin.Bart.Bald.Alber.& Paul.Caſt.C.de acq. poſſ.& Specul.tit.de præſcript.§.j.verſ.pone colonus.Bart.in l.cùm ſolus,col.ij.ff.de vſucap. Pan. in d.c.cùm non liceat,col.pen.verſ.circa iſtam partem,de præſcript.in prima parte.vj.partis princ.col. xxj.verſ.ſed dubitatur.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapo.cxxxix.magna fuit dubitatio.

VICESIMASECVNDA LIMITATIO.

*Precariū appoſitū in contractu cōductionis non transfert poſſeſsionem.*

1 ¶Limita viceſimoſecundo,vt non procedat,ſi precarium ſit appoſitum in contractu conductionis, ita,videlicet,quòd conductor rogat precariò: nam tunc per huiuſmodi precarium non transfertur poſſeſsio in conductorem. Quia cum ex natura conductionis ſit,vt conductor non poſsideat, ſed tantùm detineat,l.j.C.com.de vſucap.& l.certè,§.is qui,ff.de preca.Certè igitur nihil operabitur ipſum precarium,ſed præualebit natura cōductionis,d.l.non ſolùm.§.vlt.de vſucap.& voluit per eum text.quē ad hoc dicit ſing.Paul.Caſtr.ibi,& expreſſum.Bart.in l.ſi quis antè,col.ij.verſ.quæro,quid, ſi eodem inſtrumento.& ibi etiam Imo.Rom.Alex.Franc.Aret.col.ij.& alij recentiores.ff.de acqu. poſſ.idem Bart.in l.interdum,in princ.circa med.eo.tit.Alex.conſ.cxxj.viſis & pōderatis, poſt prin. li.v.Cornæ.conſi.v.licèt in hoc,col.vlt.lib.iiij.

*Quid ſi vtrūque & precariū & conductio ſit poſitū in diuerſis inſtrumentis.*

2 ¶Sed quod diximus,intellige prout locuti ſumus,cùm videlicet ſimul in eodem inſtrumento fuerit facta conductio & precarium:ſecùs ſi ſeparatim:tunc enim ex precario transfertur poſſeſsio, ita tamen vt ſi priùs factum fuerit precarium & poſtea conductio, tunc receſſum videtur ab ipſo precario:atque ita qui priùs ex precario poſsidebat,tantùm poſteà detinebit ex conductione,& ex diuerſo,per text.in d.l.ſi quis ante.quem ita concordat cum d.l.non ſolùm.§.vlt.Bar.in ea ipſa l.ſi quis ante,& poſt eum Iaſ.ibi,col.iij.verſ.limita iſtum tex.& idem Bart.in d.l.interdum,in prin.eo.tit. Tu tamen omnino vide Soci.& Claud.Aquen.in l.ſi quis antè.Et hæc,ne decipiaris, cùm ab eodem fit precarium,& cōductio.Si autem fit à diuerſis,videbis in d.l.interdū.§.vlt.& ibi doct.ff.de acq. poſſ.

VICESIMATERTIA LIMITATIO.

*Quid ſi conſtitutū & precarium in eodem contractu ſit poſitum.*

1 ¶Limita viceſimotertio,vt etiam non procedat,ſi ſimul in eodem contractu appoſitum ſit ſimplex conſtitutum,& precarium tunc enim non transfertur poſſeſsio,quia ſe mutuò impediunt, cùm per ſimplex conſtitutum transferatur vtraque poſſeſsio ciuilis & naturalis: per precarium verò ciuilis tantùm,vt & nos latè diximus ſuprà in j.parte,nu.4.illud autē.igitur ob huiuſmodi vtriuſque clauſulæ repugnantiā impeditur tranſlatio poſſeſsionis, vt in præcedēti limit. Ita enim voluit Bartolo. Chaſſ.innixus ea ratione,in duobus locis,ſcilicet conſ.vij.viſis themate,col.7.verſ. itē & quod plus eſt.& conſ.lix.ex viſione,col.pen.verſ.& quod fortius eſt.& iterū col.vlt.verſ. item & quod plus eſt.

*Ad idem.*

2 ¶Sed quod pace illius dixerim,hîc non eſt ea repugnantia,quæ in præcedenti caſu eſt:neque enim repugnat alterū alteri,vt conductio & poſſeſsio,quę ſimul ſtare non poſſunt:ſed ex his quod vnum habet,& alterum quoque habet,ſcilicet ciuilem poſſeſsionem:ſed alterum naturalem prætereà habet,quæ nihil omnino aduerſatur ciuili,poſſuntque ſimul ſtare.Et cùm vnum alteri iungatur augendi iuris cauſa,non debet inducere illius diminutionem.l.ſi mancipia.ff.de fun.inſtru.cum ſimilib. Et ſi rectè intelligatur Bar.in d.l.interdum,videbis eum apertè voluiſſe,hoc in caſu,de quo loquimur, vtranque poſſeſsionem transferri,conſiderata vi ſimplicis conſtituti,vt potentioris,& non precarij. Et ita illum referūt & ſequuntur Raphael Co.& Alex.ibi.Et id quoque expreſsè voluit Petr. Ferra. in tit.forma appoſiti actoris,in verbo,item quod præſcriptus,col.vlt.verſ.fateor tamen.

VICESIMAQVARTA LIMITATIO.

*Quid ſi ſimul precarium & affictus ſint in eodem contractu.*

1 ¶Limita viceſimoquarto(& id quidem proximè reſpicit duas præcedentes limitationes) vt procedat,niſi etiam ſimul ſimplex precarium & affictus(quem vulgò vocant) apponeretur in eodē contractu,quia cum in eis ſit repugnantia,nec vna quidem illa,ſed duplex.primum enim contractus affictus eſt onerosus,precarium autem habet ſpeciem cuiuſdam donationis & liberalitatis & beneficij.l.j.in ſecun.reſpon.& l.ij.§.primo.& l.interdictum,ff.de precar.deinde contractus affictus non reuocatur re non integra,l.ſi pecuniam.ff.de condict.cauſ.dat.Contrà verò precarium poteſt ſemper reuocari,d.l.ij.§.j.ff.de precar.adeò vt non valeat pactum contrarium,l.cùm precariò.ff. eo. ideo nō poſſunt ſimul ſuper eadem re & affictus,& precarium apponi:& ſi appoſita fuerint, actum vitiant, d.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.Ex quo ſequitur quòd ex his poſſeſsio non transfertur.Et ita nuncupatim & in hac ſpecie conſuluit Corn.conſ.cx.licèt videatur prima facie,col. pen. verſ. eſt etiam aduertendum,lib.iij.Sed aduerte,quia ſi hæ rationes concluderent,ſemper precarium eſſet inutile in contractibus onerosis,cuiuſmodi omnes penè ſunt,quod longè à veritate abeſt.





VICESIMAQVINTA LIMITATIO.

*Conſtitutum inter perſonas prohibitas nō operatur.*

1 ¶Limita viceſimoquinto,vt non procedat inter perſonas prohibitas.nam cùm inter eos præſumatur fraus,nec illis credatur.l.qui teſtamentum.ff.de probat. & l. cùm quis decedens,§. Titia honeſtiſsima.ff.de legat.iij.& latiſsimè diximus in reper.l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus,nu.89. ſed contrarium tamen,& multis ſeq.C.de reuoc.dona.Certè etiam inter eos nihil operatur conſtitutum,ne ſit eis liberum id facere in fraudem prohibitionis. Ita enim expreſsè voluit Bald. in l.j. col.2.verſi.fallit hoc quando vergeret. C.de donat.ante nupt. vbi id dicit not.& Ang. in l. ſicut,§. ſuperuacuum.ff.qui pot.in pign.hab.Paul.Caſtr.conſi.clxxiij.præſuppoſitis his,poſt medium, lib.2. Alex.conſi.in cauſa & lite vertente,col.3.verſi.modò ſic,lib.5.Et Matth.Afflict. in ca.j.col.6.nu.27. tit.de feud.dat.in vic.leg.commiſ.Et hæc limitatio proximè accedit ad ix.limitationem, vti ibi videre poteris,præſertim nu.5.at idem clariùs.

VICESIMASEXTA LIMITATIO.

*Conſtitutum an operetur in conſtitutione pœnali loquente de traditione.*

1 ¶Limita viceſimoſexto,vt etiā non procedat in conſtitutione pœnali loquente de traditione:Nam tunc ex conſtituto,vel precario quis non incideret in pœnam illius conſtitutionis, tanquam tradidiſſe videretur,ſed opus eſſet reali traditione. verbi gratia: Emphyteuta, vel vaſallus alienans, & tradens cadit iure ſuo.l.vlt.C.de iure emphyt.& per totum titu.de prohib.feud.alie. per Feder. nec abs re dixi, & tradens,quia in id,vt ſcilicet,cadat,opus eſt traditione:neque enim ex ſolo contractu alienationis ſine traditione caderet:Vt de emphyteuta voluit Specul.tit.de loca.§.nūc aliqua,verſi, xcv.& latè doctor.in l.vlt.& omnes præter Imo.in c.potuit, de locat.& Alexand. conſi.clxxiij. viſo themate,col.2.verſi.ſecundò reſpondeo,lib.2.& alios multos à me in id collectos in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.in gloſ.ij.nu.43.ſed contra.Et bene facit l.alienatum, & quod ibi not. Dyn. & Iacob. Aretin.ff.de verbo.ſign.iuncta d.l.vlt.C.de iure emphyt.Nec reperi qui contrarium diceret, ſi non me fallit memoria.præter Imol.vt diximus,& Barb.in cap.2.col.4.verſi.limita etiam procedere,de feud.Guido. Pap. conſi.cxlvij.conſilium pro R.col.7. verſi. ſed reſtat videre,lib.2. Et de feudo eſt text.in c.j.§.callidis,ibi,vendunt,& in alios transferunt, & ibi Andr. Iſern. & Bald.d.tit. de prohib. feud.ali.per Federic.& vterque in c.ij.tit.quid iuris ſit.ipſe Bald in cap.j.§. aut ſi libellario, col.2. in verbo,aut pignori,& ibi etiam Aluar.tit.quib.mod.feud.amit.cum aliis quoque multis concord. à me adductis in d.tractatu Retractuum,vbi ſuprà,num.45.idem autem.

*Emphyteuta alienans, nec tamen tradens non priuatur.*

*Nec ſimiliter feudatarius.*

*Quid ſi conſtituerint ſe poſsidere,uide nu. 5. & 6.*

2 ¶Si ergo (vt redeamus) emphyteuta,vel vaſſallus vendiderint, & non realiter tradiderint, ſed tantùm ſe conſtituerint poſsidere nomine emptoris, non cadunt ſuo iure, ex ſententia ipſius Iacob. Aluar.qui ad hoc multa allegat,in d.c.j.col.2.verſi. quid autem ſi traditio, titu. quid iuris ſit,& ibi quoq; Cardi.Alex.col.vlt.& Matth.Afflict.col.1.verſi.& intantùm hoc eſt verum. quo etiam in loco,verſi.ſed iuxta hoc,idem dicit de retentione vſusfructus.& Io. Rayne.in cap.j.§.habito, col.9.in paruis,verſi.quæro quomodo ergo,& ibi quoque ipſe Afflict.in prin.in xiij. not.col.6.nu.57.tit. de prohib.feud.ali.per Fede.Guid.Pap.deci. Delph.cj.ſi quis rem, vbi & hoc dicit voluiſſe Pet. Iacob, & ita ſolere iudicari in curia Delphi.& rurſum conſi.cxxvj. de anno domini, paulò ante fi. Bapti.à S.Blaſio in tractatu differentiarum,verſi.cxix.vaſſallus vendendo,Franc.Curt.iunior in tract. feud. in xj.chart.iiij.partis princ.ver.ſed circa præmiſſa,qui eſt ſub xiij.quæſt.Franc.Ripa, qui vnū Guid. Pap.in priore loco citat,in c.cùm M.Ferra.nu.80.in fi.de conſtit.& lib.1. Reſpon.c.ij. clerici propria prædia,nu.21.vide tamen infrà nu.5.

*Vendens ſcienter rem alienā & tradens,furtum committit.*

3 ¶Item cùm ſcienter vendens rem alienam,tum demum tantùm furtum committit, & de furto puniendus eſt,ſi rem ipſam tradat,vt voluit glo.no.in l.item ſi res, in prin.in gl.magna, circa medium, & ibi Bar.ff.de ali.iudic.mutan.cau.fac.& glo.& docto.in l.ſi ſeruum veſtrum. C. de furt. Certè in id requiritur vera,& realis traditio,nec ſufficeret conſtitutum,aut precarium, nec quiuis alius actus fictus,vt dicit Franc.Are.in l.iij.§.ſi rem apud te.ff.de acq.poſſ.& iterum in l.quod meo,col.2.verſi. quartò non operatur,eod.titul. Et hoc ſatis videtur probari ex eo quod voluit d. glo. in ea ipſa l. etiam ſi res,quòd per actum fictum patientis,hoc caſu furtum non committeretur.& eam ſequitur Bart.ibi,& Bald.qui eam declarat in l.alienum.C.de furt.vide tamen infrà num.7.

*Arras pro matrimonio capiens, tenetur eas duplicatas reddere, ſi recuſet.*

4 ¶Denique qui arras nomine matrimonij acceperit,ſi poſteà recuſet matrimonium contrahere, tenetur eas,& quidem duplicatas reſtituere per l.vlt.C.de ſponſa.Quo in loco Bal.col.2.verſi.in hac l.quæro,dicit poſt alios ibi,veram arrarum traditionem hoc caſu debere interuenire,vt quis ea pœna duplicationis mulctetur,ſicuti & ipſe etiam Bal.dicit in l.Deo nobis,in quinto not.C.de epiſcop. & cleric.& Bar.qui expreſsè dicit non ſufficere conſtitutum, in l.Titia, col.vlt. & ibi quoque Ang. ff.de verb.oblig.vide tamen infrà num.8.

*Sed in hoc requiritur uera traditio.*

5 ¶ Sed aduerte quòd hæc limitatio eſt admodum dubia. Nam quantùm ad primum caſum de emphyteuta,& vaſſallo alienante,& ſe conſtituente poſsidere, contrarium eius quod diximus, tenuerunt multò plures,ſcilicet Pet.Iacob.tit.de actio.in rem pro re feuda.contra empt.col.3.verſi.item eſt notandum.Ant.conſi.xxxiiij.caſus,emphyteuta vendens,Rapha. Fulgo.conſi.ij. Petrus tenetur, col.1.verſi.ad primū reſpondetur.alter Rapha.Co.conſi.xlj.in nomine,&c. ad primum quæſitum, col.1.Pau.Caſt.in l.j.§.ſi rem depoſitam.ff.depoſ.Martin.Lauden.in c.imperialē,in prin.col.2.verſi. nota ſecundū,& ibi etiam Card.Alex.ſibi contrarius,col.2.in princ.ver.idem intellige.Alexan.in l. ſi à me,col.2.ff.de leg.falci.Guid.Pap.& ipſe ſecum pugnans deci.Delphi.xlvj.an emphyteuta, col. vlt.& iterū d.con.cxlvij.conſiliū pro R.col.7.verſi.imò & ſi foret.& con.cxcij. ex facti narratione,

col.vlt.ipſe Cardi.Alex.in d.§.callidis,col.1.tit.de prohib.feud.ali.per Fridericū,& in c.1.col.2.verſ. idem intelligo,eo.tit.Iacob.à S.Georg.in tracta.feudorū,in verbo,& cum pacto de non alienando, col.2.verſi.ex hoc infertur.Iaſ.qui hoc reputat ſing.& nullū alium quàm Antoninū citat, in d.l.iij. char.antep.in xix.quæſt.C.de iure emphyt.vbi & hoc dicit perpetuò notandum.Stephan.Bertran. conſi.xlv.pridem de anno domini,poſt principiū,lib.1.Carol.Ruin. conſi.ij.eſt in primis, col.1.nu.2. lib.1.& conſi.vij.prima facie dicendum,col.2.nu.5.lib.2.& conſi.lxix.diligenti ac matura, col.9.nu. 17.lib.3.Matthæ.Afflict.in c.ſi facta,col.2.nu.20.tit.ſi de feud.fuer.contro.inter domi.& agna.Franciſcus.Curt.iunior,ſibi quoq; cōtrarius in eodem tracta.feudo.in iiij.parte principali,ver.xx.quæro nunquid ad hoc,vbi & hoc reputat ſingulare.& Hippo.Marſil.ſing.ccccij.plures ſunt cauſæ, vbi & hoc quoque dicit ſingulare.Zaſius in ſumma feudorum,in x.parte,col.2.verſi.ſed quid ſi vaſſallus. Ferdin.Loaz.in repet.l.filiusfamilias.§.diui.char.xiij.verſi. vnum tamen eſt notandum.ff.de lega.j. Chaſſ.in conſuet.Burgundiæ,tit.*des fiefz*,§.viij.in verbo,*valle*,col.1.

*Quid ſi emphyteuta & vaſſallus proteſtentur de iure domini.*

6 ¶Et iſta poſterior opi.vt communior eſt,ita fortè verior.Quam tamen,ſi ſequaris,limitabis vt procedat,niſi emphyteuta,vel vaſſallus qui vendidit cum clauſula conſtituti,ſiue precarij,ſine alia reali traditione,id fecerit cum expreſſa proteſtatione, & reſeruatione iuris domini. Nam licèt aliàs ex multorum ſententia,huiuſmodi proteſtatio non excuſet vaſſallum,aut emphyteutam, quin cadat iure ſuo,ſi proceſſerit ad realem traditionem.nam ita voluit Bald.in l.j.C.de his, quæ pœnæ nomi. & in c.j.§.denique,tit.quæ fuit prima.cau.benefi.amit.& conſi.xcv.mortuo Gregorio,col.2.verſi.ſi vaſſallus vendit.lib.3.& Roma.ſing.cccccxiiij.tu habes.& ibi concord.per eum,& per Bapti.Caſtel. in addit.illius.Tamen vbi non fuit proceſſum ad realem traditionem, ſed ſolùm interuenit conſtitutum, aut precarium, excuſatur vaſſallus propter huiuſmodi proteſtationem, vt not.voluit ipſe Bald.hanc nuncupatim differentiam faciens realis traditionis,& conſtituti,ſiue precarij,in c.Cumana,col.2.verſi.& prædicta faciunt,de elect.quem ſequitur Franciſ.Curt.ſenior, conſi.viij.viſo inſtrumento,col.1.verſi.& pro hoc adduco.& Antonius Rube.in repet.legis,non ſolum.§.morte.nu.479. ff.de no. oper.nuntiat.quia vt dicit poſt alios,in executione facti,id eſt,in reali traditione fit conditio domini deterior,quia fortè fit venditio,& traditio potentiori,vel inimico, vel etiam litigioſo. à quo difficillimum erit eam recuperare.quod non eſt in huiuſmodi traditione conſtitutitia.Et bene facit quod voluit ipſe Bald.in c.j.§.hoc quoque,col.pen.verſi.ſed pone quòd vendidit, titu. de ſucceſſ.feud.dum ibi loquitur de corporali traditione,& actu ficto.

*De eo quod dictum eſt de uēdente rem alienam.*

7 ¶Quantum verò ad ſecundam huius partis ſpeciem ſuprà adductam pertinet, ſcilicet de eo qui ſcienter vendit,& tradit rem alienam,ſunt etiam qui apertè contrarium tenent eius quod ſuprà ex aliis diximus,vt videlicet non minùs furtum committat, qui per conſtitutum,vel precarium,aut alium actum fictum tradit,quàm qui realiter id facit.Nam ita voluit Sal. in d.l.ſi ſeruum veſtrum. C.de furtis.Cuius dictum ſimpliciter refert,& dicit not. tanquam ſequi videatur Iaſon in d.l.iij.§.ſi rem apud te,col.1.verſi.ſed adde ad iſtam regulam.ff.de acqui.poſſeſſ.

*De eo quod dictum eſt de arris matrimonij.*

8 ¶Poſtremò quantùm ad vltimum de d.l.vlt.C.de ſponſ. omnes benè ac citra controuerſiam inter ſe conueniunt,illic eſſe neceſſariam realem traditionem,non tamen ob id, quòd ea lex ſit pœnalis: (neque enim quicquam vllus eorum de ea re loquitur) ſed propterea realem traditionem ibi requiri,qui ea l.vtitur verbo,accipiendi,quod veritatem ſignificat,& realem traditionem, vt in ſimili notatur in l.per diuerſas C.mand.& in l.aſsiduis,& ibi glo.in verbo,datæ.C.qui poti. in pig.hab. & in §.lapilli,Inſti.de re.diuiſ.& ſuprà diximus in x.limita.Propterea an hæc limitatio procedat,æſtiment alij,mihi certè non videtur procedere.& vide quæ dixi ſuprà in j.parte,nu.76.vt tamen,

VICESIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Laudimia an debeantur ex uenditione & traditione per conſtitutum.*

1 ¶Limita viceſimoſeptimo,vt licèt per huiuſmodi conſtitutum,vel precarium trāſferatur poſſeſsio: tamen ex hac poſſeſsione non poſsit dominus ab emptore petere laudas,& ventas(ita vulgò noſtri Laudimia appellant)antequam emptor accipiat realem poſſeſsionem,ſi credimus Guido.Papæ hoc ipſum affirmanti deciſi.Delphi.cj.ſi quis rem,col.2.ver.ſed iuxta hoc quæro, vbi dicit id ſeruari in curia Delph.& eſſe conforme iuri & rationi,cùm de iure Laudimia debeantur domino pro labore,vt loquitur,inueſtituræ,& realis traditionis ab ipſo domino factæ,iuxta l.vlt.ibi,nouum emphyteutam in poſſeſsionem ſuſcipere.C.de iure emphyt.Sed cùm in huiuſmodi poſſeſsione nulla domini ſit opera,conſequens eſt, vt nulla ei debeantur Laudimia. Ego autem ſcio obſeruari contrarium in hac noſtra Gallia, vt ſcilicet confeſtim quàm contractus factus eſt, etiam ſine conſtituto, aut precario,ſit quæſitum domino ius Laudimiorum.

VICESIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Conſtitutū an faciat ut emptor teneatur ad uſuras precij non ſoluti.*

1 ¶Limita viceſimooctauo,vt etiam licèt per conſtitutum,ſiue precarium cenſeatur poſſeſsio tradita, tamen huiuſmodi traditio non facit,vt emptor,qui nondū precium venditionis ſoluit, debeat vſuras precij.Quod vt clariùs intelligas,eſt ſciendū emptorē ex die traditæ poſſeſsionis, teneri venditori ad vſuras precij non ſoluti,l.vſuras,quæ eſt ij.C.de vſur.In id igitur non ſufficit conſtitutū,ſiue precarium,vt emptor qui non ſoluit precium,teneatur ad vſuras,licèt dominium ſit tranſlatum ob huiuſmodi traditionem ſed neceſſe eſt realiter rem tradi,vt expreſsè voluit Bal.in d.l.ij.ver,quæro ſi non fuit,& ver.quæro quid ergo.arg.l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff. quibus modis pignus vel hypo.ſol. de cuius intellectu,quantùm ad conſtitutū,vel precarium pertinet,latiùs diximus ſuprà in ix.limita.

*De eadem re.*

2 ¶Sed quod ad hunc noſtrū caſum priuatim ſpectat,videtur eſſe textus contrarius ei quod dicit Bal. in d.



in d.l.ij.licèt eum ipſe alleget in illo priore verſi. ſcilicet in l. Iulianus.§. poſſeſsionem, iuncto §.ex vendito,qui hunc immediatè præcedit.ff.de acti.empti.nam in illo §. ex vendito, ita ſcribitur, ex venditione veniunt vſuræ precij poſt diem traditionis.nam cum rerum emptor fruatur, æquiſsimum eſt eum vſuras precij pendere.Et mox ſubdit in ſeq.§.poſſeſsionem autem traditam accipere debemus,& ſi precaria ſit poſſeſsio.Hoc enim ſolum ſpectare debemus, an habeat facultatē fructus percipiendi.Ex quibus facilè intelligis id ex eo pendere, an emptor poſt huiuſmodi precariū, ſiue conſtitutum fructus percipiat,an venditor:vt primo caſu ipſe vſuras pendat,altero minimè.

VICESIMANONA LIMITATIO.

1 ¶Limita viceſimonono,vt ſcilicet id conſtitutum,vel precarium ſuam vim obtineat,quandiu durat cauſa,ſiue titulus ſuper quo interponitur.Ea autem cauſa finita,vel ceſſante, aut reſoluta, reſoluitur,finitúrque conſtitutum,ſiue precarium ſuper ea appoſitum.verbi gratia,ſi debitor obligauit bona ſua creditori,& eadem ſe conſtituit poſsidere nomine ipſius:ſi poſteà ipſe debitor ſoluit debitum,aut aliter ſe eo liberat,extinguitur id precarium,quia id tacitè actum videtur, vt eſt text. expreſſus in l.ſi debitor,& ibi glo.Bar.& alij.ff.de precar. & Bart.in l.ſi rem alienam, la ij.ff. de pign. act.& in l.qui pignoris,in fi.ff.de acquir.poſſeſſ.& Cyn.in l.j.in xij.q.C.etiam ob chiro pecun. *Conſtitutū reſoluitur, ceſſātque reſoluta aut ceſſante cauſa.*

2 ¶Nam & aliàs ceſſante cauſa ceſſat effectus ipſius cauſæ, ex Ariſtotelis ſententia lib.2. Phyſicorū, & legum noſtrarum auctoritate.l.generaliter,& ibi latè docto.præſertim Bald.C.de epiſc.& cleric. & c.& ſi Chriſtus,de iureiur. cum infinitis ſimilibus. Et hanc regulam eſſe generalem in legibus, contractibus,& aliis diſpoſitionibus magna auctoritate affirmat. Petrus Ancha.conſi.xlvij.pro clariori,circa medium,& latè dicemus in tracta. quem de ea re priuatim edemus. Et hinc factus eſt verſus ille tritus non admodum elegans, *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

*Cauſatum perimit cauſa perempta ſuum.*

quem citat glo.in c.ita quorundam de Iudæ.

3 ¶Et huc ſpectat quod ex facti ſpecie reſpondit Cornæ. conſi.cx.licèt videatur, col.2.verſi. idcirco cùm dictum pretium,lib.3.quòd ſi quis vendat rem quampiam,pretio declarando per alterum, & ſe interim conſtituat poſsidere pro emptore:& is alter antequam declaret pretium moriatur,venditio manet nulla,deficiente cauſa,quæ nec ſecuta eſt,nec ſequi poteſt,mortuo pretij arbitro,& conſequenter tenetur emptor rem reſtituere,per l.hoc niſi,in fine.ff.de iure doti.& alia quæ allegat. *Ad idem.*

4 ¶Et quod latè diximus ſuprà in vij.limitatio.num.16.nec hinc longè diſtat, & ferè per totam eam limitationem,precarium,ſiue conſtitutum ſequi naturam contractus principalis,ſuper quo interponitur.& inter eos quos ibi comperies,eſt Pau.Caſtr.conſi.x.ſi vera ſunt,col.1.lib.1.vbi dicit, ſublato principali,cenſeri etiam ſublatum conſtitutum in eo appoſitum. Quod item à multis dictum eſt, reuocata donatione per natiuitatem liberorum,ex l.ſi vnquam.C.de reuocan.donat.& reuocatum quoque eſſe conſtitutum in ea appoſitum.ita enim nuncupatim tenuit Philipp.Deci.conſi.ccclxvj. pro declaratione,ad finem.Carol.Rui.conſi.clxxiij.quæritur primò,in ij.dubio,lib.1.& Hieronymus Gratus conſi.l.Reuerendiſsime,col.antepen.verſi.& vltra ſupradicta, & diximus in d.l.ſi vnquam, in glo.in verbo,reuertatur,num.2.ex quo & illud. *Conſtitutum ſublatum eſt ſublato principali.*

5 ¶Sed huic limitationi tam generali multa obſtant.Et primùm id quod alibi diximus,ſcilicet ſupra in prima parte,nu.19.ſit item vt ſi venditor.& iterum in xx. limitatione, quod in contractu venditionis appoſitum ſit conſtitutum,vel precarium, & poſteà contrahentes communi conſenſu diſcedant ab ea venditione,non propterea extinguitur vis illius conſtituti,aut precarij,ſed opus eſt vel reali traditione,vel certè conſtituto,ſiue precario contrario. Sed hoc vtique non ſine controuerſia eſt,quandoquidem contrarium tenuerunt Alberic.in l.ab emptione,col.1.verſi.in quæſtione quam quærit,& ibi quoque Raphael Fulgoſ.col.vlt.verſi.in ea ibi ſcilicet, & Paul.Caſtr. latè col.3.verſi.in gloſſ.ibi,ſed quid ſi venditor,& Iaſon col.pen.verſi.tu potes tenere.ff.de pactis.& Imo.in l.qui mihi donatum,col.vlt.ff.de donat.Vna præſertim ratione,quam adduxerat gloſ.ibi,& alij qui tenebant contrariam opinionem,& illi rationi conantur reſpondere,ſed non bene,vt dicit Iaſon.Ea eſt quòd cùm res vendita ſit adhuc penes venditorem,non opus eſt alia traditione, cùm id pro traditione ſit,per l.qua ratione.§.interdum.ff.de acquir.rerum domin.& §.interdum.Inſtit.de rerum diuiſio.& alibi ſæpe in hoc tractatu diximus.Et reſpondent Albericus,& alij qui ſunt huius ſententiæ ſuprà citati,rationibus quas qui contrarium tenent adducunt,vt ibi per eos videre poteris. *Quæ faciunt contra hanc limitationem.*

6 ¶Sed & contra hanc noſtram limitationem facit, quod ſcribitur in d.l.ſi rem alienam, ff. de pig. actio.quòd ſi dominium pignoris veniat ad creditorem, pignus quidem extinguitur,ſed tamen remanet precarij rogatio,quæ appoſita fuerat in datione pignoris.Quo in loco Bart.in iij.oppo.atque etiam in dicta l.ſi debitor,vt tollat contrarietatem,vt noſtri appellant, quæ videbatur inter eas leges,dicit,quòd finita obligatione per ſolutionem,vel aliam congruam ſatisfactionem, finitur precarium,per d.l.ſi debitor,quia ſic videtur actum.Quòd ſi finitur pignus alia iuris neceſsitate, ſiue ſubtilitate,vt quia creditor efficitur dominus,ſupereſt precarium,per d.l.ſi rem alienam.quod dicit tenendum menti ad multa. De qua re & tu multa videbis apud Matth. Afflict. Deci. Neapolita. cxxxix.magna fuit dubitatio,per totum. *Iterum contra hanc limitationem.*

7 ¶Ego aliquando cogitabam,an hæ *ἀντινομίαι* ſic tolli poſſent, vt, ſublato principali contractu ex legis diſpoſitione,vt tollitur donatio,per dictam l.ſi vnquam, tollatur & precariū. & ſic procedant quę pro priori opi.dicta ſunt.At ſi tollatur ex partiū voluntate,& conſenſu,non idem:quoniam non *De eadem re.*

tanta ſit vis hominis quàm legis,vt ſæpè aliàs videmus.Sed huic diſtinctioni, videntur obſtare alia quæ ſuprà diximus,præſertim dicta l.ſi rem alienam.vbi ex iuris diſpoſitione finitur pignus,non tamen precariũ.Ideo videbatur hæc res ex eo pendere,an & quo modo principali ſublato,ſublatum ſit acceſſoriũ.De qua re,ne te ampliùs hic detineã,vide omnino per Cin.& Alb.in l.intelligere,quę eſt ij.quam tamen vnam legunt,ex toto illo tit.C.de luiti.pig.& ibi quoque Bal.& Ang.ad fi.

8 *De eadem re.* ¶Scio autẽ Bart.in d.l.ab emptione,col.2.ver.nota & tene menti,hæc aliter æſtimaſſe,quantùm ad emptorem,& debitorem:nempe quòd aliud ſit in precario debitoris,qui nunquam ſimpliciter pro ſe poſſidet,ſed ad vtilitatem creditoris.l. ſerui nomine.ff. de vſucapio. & no. in l. ſciendum.§.creditor.ff.qui ſatiſdare cogantur.Emptor autem ſimpliciter poſſidet pro ſe ad ſui vtilitatem,id quod ſequitur Iac.à S.Georg.ibi,col.vlt.De quo etiam ibi per Raphaelem Fulgo.col.vlt.verſi.ſed reſpõdet Bart.& per Barbatiam,qui id dicit ſingulare, conſi.xxviij. ſcripſit belliſsimè, col.1.lib.1. vbi ex hoc decidit pulchram quæſtionem aduerſus communem noſtrorum ſententiam , vti diximus ſuprà in prima parte,num.60.nec ſolus tamen,vt ibi videre poteris.

9 *De eadem re.* ¶Sed & Franciſcus Aret.in d.l.qui pignoris,ad fi.ff.de acqui.poſſ.dicit ideo in pignore finiri precarium ipſo iure,debito ſoluto:non etiam in venditione,ex conſenſu partium.quia emptor,à quo poſſidetur precariò,habet fortius ius propter titulum venditionis, quàm habeat creditor propter pignus,quod ipſum faciliùs reſoluitur.Sed hæc non omnino tollunt eam antinomiam generalem,ſed illam tantùm differentiam,quæ eſt inter debitorem & emptorem. & vt iam diximus,non omnes conueniunt in eo quod dictum eſt de emptore,& venditore. Sed tu interim vide quæ etiam diximus in vij.limitatione,nu.41.ſtante ergo,& ij.ſequen.

TRICESIMA LIMITATIO.

1 *Conſtitutũ non transfert poſſeßionẽ in abſentem antequam ratum habuerit.* ¶Limita triceſimo,vt conſtitutum, vel precarium operetur tranſlationem poſſeſsionis, quando fit præſenti , ſecus ſi abſenti : quia per huiuſmodi conſtitutum , vel precarium illi factum, non priùs transfertur in illum poſſeſsio,quàm id ratum habuerit, per l.iij.in princ.& l.quemadmodum,& l. quod meo.§.ſi furioſo,& l.ſi ſeruus communis.§.j.ff. de acqui.poſſ. & l. ſi ego, aut (vt alij legunt) ſi ergo.ff.de neg.geſt. quibus cauetur, nec poſſeſsionem quidem abſenti quæri , ex eo quod ad eius commodum factum eſt,niſi is ratum habuerit. Id quod iuris antiqui eſt. Nam vt ſcribit Cicero in Topicis,Neque deditionem,neque donationem ſine acceptione intelligi poſſe.Licèt quantum ad deditionem(vt illud obiter dixerim)aliud eſſe videatur noſtris legibus.l.vlt.poſt prin.ff. de legatio.

2 *Et ſi interim expellatur conſtituens non agit conſtitutarius recupe.* ¶Ex eo autem quod diximus de ratificatione,illud fit,quòd ſi interim, id eſt, antè quàm conſtitutarius ratum id habuerit,expellatur conſtituens,non competit ipſi conſtitutario remedium recuperandæ poſſeſsionis,etiam ſi poſteà ratificet , vtpote cùm non poſſideret tempore ſpoliationis, quo nondum ratum habuerat:nec eius ratificatio poſteà facta retrotrahitur , obſtante ſpoliatione , quæ interim facta eſt,per rationem l.bonorum.ff.rem rat.hab.& eius quod in ſimili no.gl.in c.quàm ſit, in verbo,petere,de elec.lib.6.& Bar.in l.ſi vxor,§.ſi quis planè.ff.de adulte.

3 *De eadem re.* ¶Et ita,ſcilicet,vt agere non poſsit recuperandæ,ne autoritate deficiamur,tenent expreſſè Anto.& Panor.in c.cùm veniſſet:ille,in fin.hic,col.2.verſi.& faciunt hæc,de reſti.ſpolia. & ad hoc allegant D.à Rota,deciſi.cl.licèt amicus,in nouis,& ſequitur Alex. in d.l.quod meo, in prin.col.j.verſi. item iſtud & ibi quoque Clau.Aquen.col.1.dicitque Alex.ibi,hoc idem voluiſſe Bal.in c.j.in prin.tit.quo tempo.miles,vbi tamen nihil de ea re dicit. Scio autem illum de hoc dubitaſſe, ſed ita vt in hanc partem inclinare videatur,in diſputa.incip.accuſatus de vi turbatiua,col.8.ver.quid autẽ dicemus, contra Odof.Iac.Ra.& Cy.in d.l.ſi ergo,quia aliter,inquit,eſſet ficta poſſeſsio,& ficta expulſio.

4 *Ad idem.* ¶Sequitur item illam Ant.& Pan.deciſ.Corn.conſi.cx.in iudicio diuiſorio,col.pen.verſi.& ſi hodie ratificauit,lib.2.& conſi.clxxiij.in præſenti ſtipulatione,col.pen.verſi. quòd ſi aliquis eod.lib.2. vbi & idem dicit tenere Benedic.Capram præceptorem ſuum in d.c. cùm veniſſet , & ita ſe obtinuiſſe in ardua quæſtione. & conſi.xcj. in cauſa vertente inter dominum, col.pen. verſi. quia regulariter, lib.4.& Alex.vltra locum ſuprà citatum,conſi.cx.viſis acutiſsimis,col.2.verſi. non obſtat ſi dicatur, lib.1.& Philip.Deci.in l.ſemper qui non prohibet,col.3.verſi.ſecundò regula.ff.de regu.iur.& conſi. ccxxvj.magiſter Ioannes,col.2.verſi. ſecundò principaliter. & iterum conſi.cccclx. viſo puncto, in fin.& Stephan.Bertran.conſi.clxxiij.quia difficultas,col.5.verſi.hinc etiam ſcribunt,lib.4. & Ludo. Gozad.conſi.xxxj.in hac cauſa an dicatur,col.2.verſi.videmus in ſimili. Et idem propemodum voluit ipſe Corn.conſi.cxc.ad euidentiam,col.3.verſi.circa ſecundum,lib.1.

5 *Ad idem.* ¶Sed & illud, vt propius accedamus,vt ſcilicet per huiuſmodi conſtitutum, vel precarium abſenti factum,non quæratur poſſeſsio ei cui factum eſt,antè quàm ipſe ratum habeat,expreſſè tenuit Iac. But.in l.quædam mulier.ff.de rei vendi. ea ratione motus , quia non quæritur poſſeſsio alteri, niſi ipſe corpore,& animo verè,vel fictè per ſe,vel alium ſuo nomine poſſidentem recipiat, per d.l.iij. in prin.cum ibi no.& l.quemadmodum.ff.de acquir.poſſeſſ.Et ita eum citat & ſequitur ipſe Alex. conſi.cliij.circa litem,col.1.verſi.prætereà ſi bene inſpiciamus,lib.6.

6 *Ad idem.* ¶Et idem quoque voluit,& conſuluit Philip.Deci.conſi.ccxxvj.vbi ſuprà, Lud.Gozad.conſi.xxxj. in hac cauſa an dicatur,col.2.nu.8.Bar.Chaſ.conſi.vij.viſis themate, col.8.verſi.item etiam quia tales.& conſi.lix.ex viſione,col.pen.verſi.item etiam vt conſtat.Anto.Rub.conſi.cxvij.præſuppoſitur in facto. in prin. & Hiero. Gratus conſi. xxxvj. viſo proceſſu ac diligenter col.pen.verſi. & primò quod abſenti,& ſeq.lib.1. & conſi.lxxvj.videtur pro domina, col.pen.verſi. tertiò dico, eod.lib.1.&

Marc.



Marc.Mantu.conſi.cclvj viſo proceſſu,col.3.num.19.& ante hos omnes idem videtur voluiſſe Bar. à nemine citatus,conſi.ccvj.inter procuratorem,vbi plus voluit , quòd ſi quis emit rem quampiam nomine Titij,non tranſit poſſeſsio in ipſum Titium,prius quàm ratum habuerit.

7 *Ampliatio huius limitationis.* ¶Hanc autem limitationem amplia,vt procedat etiam ſi quis alius ſit,qui acceptet pro abſente, cui ſit conſtitutum,vel precarium:nam nec tunc quæritur ipſi abſenti poſſeſsio,antequam ipſe acceptauerit,ſiue ratum habuerit,vt nuncupatim conſuluit Paul.Ca.conſi.clxxj.in cauſa præſenti viſis omnibus,lib.2.nam ibi ex principio illius conſilij ſatis conſtat conſtitutum in donatione, de qua loquitur,fuiſſe appoſitum.& Corne.conſi.cxc.ad euidentiam,col.3.verſi.circa ſecundum,lib.1. vbi etiam loquitur de reali appræhenſione per alium facta,dum dicit, quòd ſi quis nomine alterius ſine eius mandato,appræhenderit poſſeſsionem alicuius rei,non ei quæritur poſſeſsio ſine ratificatione, per d.l.ſi ſeruus communis.§.j.ff.de acqui.poſſeſſ.& dicit facere d.l.ſi ego,ff. de nego. geſt. & quod ſcribitur à Bar.& aliis recentioribus in l.qui mihi donatum.ff.de donati.& quod not. Panormitanus in d.c.cùm veniſſet.de reſtit.ſpolia.Et ita dicit Corne. fuiſſe iudicatum in cauſa ardua. & rurſus idem ipſe Corn.con.ccxxj.viſis certis,col.vlt.lib.3. vbi ex hoc dicit,quòd ſi quis alius interim apprehenderit poſſeſsionem, præiudicabit illi abſenti. quod & nos ſuperiùs diximus. & Stepha. Bertran.d. conſ.cxxxxvij.vbi ſuprà,lib.4.vbi idem dicit de retentione vſusfructus,ab abſente facta. Vide Corn. conſi.cxcix.col.4.lib.1.& conſi.xlvj.col.3.lib.5.& conſi.xcj.col.penult.circa medium.lib.4.

8 *Ampliatio ampliationis.* ¶Sed & hanc ampliationem amplia,vt procedat etiam ſi notarius qui contractum recipit , pro abſente acceptet,& ſtipuletur id conſtitutum, vel precarium. Nam nec tunc transfertur poſſeſsio in illum abſentem,donec id ratum habuerit,vt ex facto reſpondit ipſe Paul.Caſtr.conſi.cxcv.viſis his, quæ narrantur,in ij.dubio,quod eſt in col.3.verſi.ſecundò videndum eſt,lib.2.vbi loquens de donatione facta abſenti,pro quo notarius ſtipulatus eſt,& acceptauit:& interim antequam abſens ipſe ratificaret,res donata ad alium peruenit,dicit quòd ante ratificationem nullum ius nec dominij , nec poſſeſsionis fuit quæſitum huic donatario abſenti,per not.in d.l.ſi ergo.ff.de nego. geſt. & in §. generaliter,in authen. quib.mod.natur.effic.ſui. Eſt enim, ait, ſpeciale in mutuo,vt alteri per alterum etiam ignoranti acquiratur actio,per l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cer.pet.

9 *Differentia inter ſtipulationem notarij, & alterius etiã ſecuta ratihabitione.* ¶Nec obſtant,vt ſubdit Paul.no.in l.iij.ff.rem pupil.ſal.fore.quia certè notarius bene poteſt ſtipulari abſenti,& ignoranti,vt ibi not.quantùm ad hoc vt ſecuta ratihabitione abſentis , quæratur illi vtilis actio ſine ceſsione,quòd non eſſet ex ſtipulatione alterius quàm notarij:qui quidem alter ſi ſtipularetur nomine abſentis,non propterea acquireretur ex ſola ratificatione,niſi fieret ceſsio, per not.in l.abſenti.ff.de donat.& alia quæ ibi allegat.Et ideo, inquit,ratificatio, quæ ſuperuenit poſt ius alteri quęſitũ,non poſſet illi obeſſe,per l.ſi ego Seiæ res dedero.§.ſi res.ff.de iure doti.& not.in l.ſi indebitũ.§.j.ff.rem rat.habe.& per Spec.tit.de actio.& oblig.§.j.ver.pone obligaſti.Hęc propemodũ Paul.

10 *Qui Paul. ſecuti ſunt.* ¶Et per hæc quoque ita in caſu noſtro,cùm,videlicet,conſtitutum,vel precarium interuenit,notario ſtipulante pro abſente,voluit Socin.in l.j.in princ.col.vlti.verſi. poſtremò.ff. de acquirend. poſſ. & Philipp. Deci. dum citat Paul. vbi ſuprà, in d l. certi condictio.§. ſi nummos, col.2.verſi.vel dic quod hic.ff.ſi certum petat.& in l.j.col.6.verſi.& ſtipulatio. C.de pactis.& in l.quò tutela. §.j. & ibi etiam Hiero.Cagno.qui hanc dicit eſſe communem opin.ff.de regul.iur. & latiùs ipſe Deci. in d.l. contractus,col.6.verſi & ampliatur,eodem titul.vbi id dicit ſingulare & ſecundum id ita ſe conſuluiſſe,vt verè fecit.d.conſi.ccxxvj.col.2.verſi.ſecundò ſpecialiter, & verſi.non obſtat ſtipulatio notarij,& alibi ſæpe, ſcilicet conſi.ccxlvij. in cauſa magnifici, col.4. verſic. quintò idem ſuadetur.& conſi. ccccxxxij. cùm ſit quòd Almericus,dũ allegat Pau.Caſt.vbi ſuprà. rurſumq; conſ.cccclxiiij. placet concluſio,col.j.verſi.ſecundò nõ obſtat.& con.ccccccxxxj.accuratè,ad fi.& con.ccccclxxxvj. in cauſa quæ Mantuæ,col.vlt.verſi.non obſtat ſi dicatur,& conſi.cccccl xvj. viſis his quæ accuratè, in fi.& conſi.cccccclxxxix.viſis his,ad fin.& conſi.661.in caſu de quo dubitari contingit, col.2.verſi. non obſtat ſi dicatur.Et Fran.Curt.Iunior.conſi.lv.pro habenda, col.3.nu.9. lib.1.& conſi.cxx. præſupponitur in facto,col.1.& 2.lib.2.vbi & id dicit procedere,etiam ſi realis traditio facta fuerit notario ſtipulanti.& Steph.Bertran.conſi.cxvj.viſo conſultationis themate,col.4.verſi.ad certũ,lib.2. & latiùs conſi.ccciiij.donatio,per totum,lib.3.Carol.Rui.conſi.cxxj.prima donatio, col.2.verſi. ſed præmiſsis,& rurſus ad fin.lib.1.& iterum conſi.clxxiiij.conſideratis & ponderatis, col.2.verſi. & inſuper etiam,& multis ſequen. eo.lib.1.& conſi.clxxx. adhuc de viribus, col.2.verſi. & dato, iunctis his,quæ dicit col.3.verſi.non obſtat poſtremò,eo.lib.1.Paul.Pariſ.conſi.xij. tranſactio,col.4.nu.110. & duobus ſeq.lib.2.Chaſſ.conſi.vij.viſis themate,col.8.verſi. item etiam quia tales, vbi ex hoc dicit,quòd tale conſtitutum factum abſenti,notario pro eo ſtipulante,nihil obeſt hæredi conſtituentis,quin illi præferatur ex ſtatuto,continuante poſſeſsionem defuncti in hæredem. quæ etiam fuerat ſententia Pau.d.conſi.cxcv.Sed vt redeamus,idem voluit ipſe Chaſſa.conſi.lix. ex viſione, col. vlti.verſi.nec in hoc. Anton. Rube.in repet.l.non ſolùm.§. morte.col.1. num.9. & iterum col.viij. nu.lix.ff.de no.ope. nuncia. & conſi.cxxxij. præſupponitur in facto quòd anno.per totum.Lancel. Gali.in rub. ff.de verb. oblig. col.xl.verſi. duodecima ſit concluſio, & multis ſeq. per totam eam concluſ.Alciatus lib.3.Parergôn,cap.13.vbi ita dicit ſæpius ſe conſuluiſſe.Hieron. Gratus conſi.xij. contra quam plures,col.1.verſi.tertiò ex alio cap.lib.1.& conſi.lxvij.& ſi prima,col.2.verſi. ſecundò principaliter,eo.lib.1.& conſi.xciij. in cauſa excellentiſsimi, col.2.verſi. ſecundò reſpondeo, eod. lib.1.& conſi.cxxvij.& ſi hic caſus,col.2 .verſi.quintò & vlt.eo.lib.1.Maria.Soci.Iunior,conſi.cxxvj.

in cauſa Vannis,col.3.verſi.nec obſtat quod in inſtrumento,lib.2.& nouiſsimè Carol.Mol.in addit. Alex.conſi.xxxj.viſo themate,col.pen.lib.6.vbi hanc opinionem dicit eſſe hodie crebriorem. Et generaliter,vt non valeat ſtipulatio notarij pro altero,niſi eo ratum habente,voluit Saly.in l.Caius. ff.de vſur.Sunt enim multi qui contrarium tenent,vt poſtea dicemus.

*An autem ſufficiat tacita ratibabitio abſentis.*

11 ¶Et ſi hanc opinionem teneas, intellige, vt non opus ſit expreſſa ratificatione, ſed ſufficit, vt ille abſens tacitè ratum habeat, vt expreſsè, & in hoc caſu voluit Philip. Decius d.conſi.cccccLxxxvj. col.vlti.& Hiero.Gratus d.conſi.xij.vbi ſuprà.& Ludoui.Gozad.conſi.xlij.in caſu propoſito col.vlt. verſi.prætereà apparet,iunctis his quæ dixerat col.1.verſi.quintò conſiderandum.Nam & id generale eſt,vt illis hoc addas,vt tam tacitè quàm expreſsè ratum habere poſsimus, quod nomine noſtro geſtum eſt.l.ſi proponas.§.j.ff.de inof.teſta.& l.ſed Iulianus.§.vlt.ff.ad S.C.Maced.& l.fideiuſſor. §.pater ſocij. ff. de pigno. & l. Gaius, ff.de pig. acti.& l.ſi ſeruus. ff.de fideiuſſ.& l. Paulus,& l.quo enim.§.j.& ibi Bar.ff.rem rat.haber.& l.indebitum.C.de condict.indeb.& ibi concor.in glo.& c.j.§. vlti.de deſponſa. impub. lib.6.& voluit gl.quæ alia iura allegat in l.j.C. ſi maior fac.rat.habu. & in cap.cùm ſuper,in verbo,confeſſus,de offic.deleg.Bal.conſ.cxxx.videtur quod diem,poſt prin.lib.3. & doc.vbique.

*Ratificatio inducitur per ſolutionē expenſarum.*

12 ¶Nam & per ſolutionē expenſarum factarum in lite per ſyndicum, videtur vniuerſitas geſta ab eo ratificare,Specu.tit.de ſyndi.§.j.verſi.ſed pone quòd vniuerſitas,col.pen.per d.l. Paulus, & alia iura quæ allegat.& eum ſequitur Alexan.conſi.cxxvij. viſo inſtrumento locationis, col.1.lib.5.& conſi. clxxv.perſpectis verbis teſtamenti,ad fi.eo.lib.5. Et per ſolutionem cenſus inducitur ratificatio, vt dicit Alex.in d.conſi.cxxvij.& ante eum Bal.quem non allegat, conſi.clxxxiiij. ad intelligentiam quæſitorum,lib.2.vbi ex hoc dicit,quòd ſi maior hæres minoris, ſoluit cenſum promiſſum ab ipſo minore,videtur contractum minoris ratificare,nec ampliùs poteſt illum infringere.Et idem quoq; dicit de recipiente cenſum,vt ratificaſſe videatur.Sed & reſpondens alicui de fructibus videtur etiã ratificare,vt conſuluit idem Bal.conſi.cxx.videtur quòd dicti fratres, in princ.ibi, prætereà videtur ratificaſſe,lib.3.Similiter agens ex contractu, vt idem voluit conſi.xxxiiij. in cauſa iſta allegantur, col.1.ver.ſed videndũ,lib.2.& conſi.xiiij. punctus nunquid illi, lib.5.& Ludo. Gozad. in hoc noſtro caſu loquens.d.conſi.xlij.col.vlt.& qui poſsidet rem abſenti ceſſam.Et poſsidens rem, quæ illi abſenti ex contractu ab alio nomine illius facto,ceſſa eſt,videtur ratificare eum contractũ,Ang.conſi. clxj.viſo puncto prædicto,col.vlt.ver.ratum autem habuit.Et retinens eam rem,Pau. Ca.conſi.ccc. viſo quodã proceſſu,in fi.lib.2.aut aliter eo contractu vtens,Imo.in c.cùm venerabilis,de exceptio. Bal.conſi.cccxlix.ſtatuto Placentiæ,col.1.in 3.dubio,lib.1.Philip.Deci.conſi.cccclxiiij. in cauſa quæ, col.3.nu.19 exigens rationē adminiſtrationis,cenſetur ratificare geſta ab eo qui adminiſtrauit,Paul. Caſt.conſi.j.ſi iſte Nerius,circa medium, lib.1.Et percipiens fructus cenſetur ratificare poſſeſsionē, vt per l.litibus.C.de agri.& cenſi.lib.11.conſuluit Alex.conſi.lxxxviij.quoniã omne datum, col.vlt. lib.5.& ante eum D.à Rota,quos allegat,deci.cl.licet amicus, in fin.in nouis.& ſequitur etiã Philip. Deci.conſi.lviij.cuius ſuperſcriptio incipit,ſi maritus,col.1.verſi.& licèt nõ appareat.Et hæc magna ex parte collegit,& ſecutus eſt idem Deci.in l.ſemper qui non prohibet,col.3.verſi.ſimiliter iſta regula,& ſeq.ff.de regu.iur.& conſi.ccclxvij.viſo puncto,col.2.verſi. ſed tamen his non obſtantibus.

*Qui contrariũ tenent in notario ſtipulante.*

13 ¶Contrarium tamen eius quod diximus de notario ſtipulante, vt ſcilicet per huiuſmodi ſtipulationem,ius continuò quæratur abſenti,& conſequenter poſſeſsio,ſi conſtitutum,vel precarium appoſitum fuerit,videtur non obſcurè voluiſſe Bal. in l. ſi quis in emancipatum. poſt medium. C.de donat.vbi tamen loquitur,cùm tabellio ſtipulatur,& acceptat pro infante,quod multùm notandum eſt ad ea quæ poſtea dicemus.& ſequitur expreſsè,& ſimpliciter nulla facta ætatis differẽtia, Alex. in addi.Bart.in l.ij.ff.rem pupil.ſal.fore.& Henri. Ferran.aut quiſquis is eſt, qui additiones fecit ad Guid.Pap.deci.Delphi.xlix.in proceſſu.& Soci.ſibi cõtrarius con.cclxij.in cauſa magnifici,col.pen. ver.ſecundò reſpõdetur,lib.2.vbi dicit per ſtipulationē notarij,quæri poſſeſsionē etiam ignoranti. nam cùm ei,inquit,quęratur actio,& obligatio(ex omniũ noſtrorũ ſentẽtia)multò magis poſſeſsio, quæ faciliùs quęritur quã ipſa actio,& obligatio.l.ea quę ciuiliter.ff.de acq.rer.domi.& voluit in ſimili Bar.in d.l.qui mihi donatũ,in fi.ff.de donat.cùm dicit,quòd ideo per procuratorem quæritur poſſeſsio domino ignoranti,& non actio,quia faciliùs quæritur poſſeſsio per liberam perſonam.

*Ad idem.*

14 ¶Sed & id ſequitur Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip. baiulos,col.13.verſi.ſextò limit.& Stepha. Bert.conſi.cclxxxvj.ex venditione,lib.j.Anto.Rub.ſibi contrarius latè conſi.cxvij. præſupponitur in facto quòd quædam mulier,per totum,& latè etiam Carol.Rui.ſibi quoq; contrarius conſi.cxix. per ordinem.col.1.verſi.ij.principaliter,& multis ſeq.lib.1.& iterum conſi.cxxvj. primò videndum eſt,col.4.verſi.non obſtat etiam dum dicitur,& ſeq.eo.lib.1.vbi id intelligit,vt ius quæratur ei, cui notarius ſtipulatus eſt etiam ante ſtipulationem,ſed ita vt ſi poſteà nolit,non cogatur rem retinere, vt in ſimili dicit gl.in l.ſi ſeruus vetante.ff.de verb. oblig. & in l.ſi quis ita hæredem, ff.de condit. inſtit.rurſúmque idem Carol.conſi.clxxij.non eſt dubium,col.2.verſi. nec obſtat quòd notarius, & ſeq.vſque ad fi.conſi.eo.lib.1.& conſi. xlvij.viſis & intellectis, col.1.verſi. & ſimiliter, lib.5.vbi dicit aliam opin.ſemper ſibi viſam fuiſſe merum ſomnium, cum tamen aliàs ſæpe fuit illius contrariæ opin.vt patet ex his quæ in illa diximus,& Phil.Dec.ſibi item contrarius conſi.ccxxxix.primò non videtur,col.3.verſi.3.dictum,iuncto ver.ad hoc reſponſum,vbi expreſsè tenet, quòd ſi fiat donatio abſenti,& conſtituat donans ſe poſsidere eius nomine, notario pro eo ſtipulante, quæritur dominium



nium & poſſeſsio illi abſenti, ita vt in illius præiudicium non poſsit ille donans rem ita donatam alienare,aut hypothecare.

*In hac controuerſia primùm ſciendũ,an notarius alteri ſtipulari poſsit.*

15 ¶In hac tam magna,ac tam pertinaci noſtrorum controuerſia, illud primùm nobis inſpiciendum eſt,an notarius poſsit alteri ſtipulari,ſiue acceptare.Deinde ſi id poſsit facere, cuius effectus eſt huiuſmodi ſtipulatio,vel acceptatio:& an ex conſtituto,ſiue precario illi facto nomine eius cui ſtipulatur,tranſeat in eum poſſeſsio,ac ſi illi facturum eſſet,ſine alia eius acceptione, vel ratificatione:ita vt donans interim,ſcilicet ante illius ratificationem,non poſsit alteri donare, aut vendere, vel aliàs pœnitere.Quò ad primum,regula iuris eſt receptiſsima,atque omnibus notiſsima, alteri neminem ſtipulari poſſe:inuentas enim ſtipulationes,vel obligationes,vt vnuſquiſque acquirat ſibi quod ſua intereſt.Cæterùm ſi alij detur,nihil intereſſe ſtipulatoris,l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb. oblig.& l.vt inter.C.de inutil.ſtipul.& §.ſi quis alij.& §.alteri,Inſtit.eo.tit.

*Notarij à nonnullis excipiuntur.*

16 ¶Sunt tamen qui ab hac regula dicunt excipi notarios,ſiue tabelliones,& hi quidem innixi auctoritate l.ij.& iij.& iiij.ff.rem pupil.ſal.fore.& l.j.§.exigere.ff.de magiſtra.conueni, & l.non aliter.quæ aliàs incipit,non enim aliter.ff.de adopti.& l.ij.C.eo.tit.& §. cùm autem, verſi. & cùm quibuſdam, Inſtit.eod.tit.& l.cùm cognatos,in fi.& ibi Bald.C.de capti.& poſtli.reuer.& c.quanquam, de vſur. lib.6.Hæc enim ſunt loca,& ea quidem ſola,quæ illi contendunt loqui, vel intelligi de ſtipulatione notariorum.Alia enim quæ in hoc citantur, loquuntur de aliis perſonis, vt poſteà dicemus. Sed (quod ad notarios priuatim pertinet)non omnes eodem modo conſentiunt notarios aliis ſtipulari poſſe,per dicta iura ſuprà allegata.

*Quid nonnulli intelligunt in prætoriis, & iudicialibus ſtipulationibus, non in conuentionalibus.*

17 ¶Alij enim dicunt eos ſtipulari poſſe in prætoriis,& iudicialibus ſtipulationibus,de quibus dd. iura expreſsè loquuntur,non etiam in conuentionalibus.Et in his ſunt Guido Suza.& Cin.in d.l.non aliter.ff.de adop.& ibi quoque Bal.in ij.lect.nam primam poſuit ſub §.ſatiſdatio.l. præcedentis.& Iac. Butr.& Gabriel.de Oſſeletis in l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. prout eos allegat Albe. in d.l.non aliter,col.1.Fuit item eius ſententiæ Bert.de Denri.in l.generali. C. de tabel.lib.10. vti etiam illum citat,& ſequi videtur Steph.Bert.d.conſi.ccciij.ver.ſed fortè opponitur,lib.3.& pręter illos Fr.Aret. in d.l.Pantonius,col.4.verſi.vnde Bal.multùm ſing.ff.de acq.hæred.dum allegat Bal.in d.l.non aliter.Ang.Aret.in §.ſerui autem,col.j.verſi.quæro an per notarium, Inſt.de iure perſon. vbi id declarat,vt per eum videre poteris.Et hanc opin.dicit veriorem de iure ipſe Bal.in d.§.cùm autem, Inſt. de adopt.neque enim,inquit,eſt aliqua lex in mundo,quæ dicat in conuentionalibus alteri acquiri per notarium:nec ad eas trahi debent leges loquentes in iudicialibus,& prætoriis.

*Ad idem.*

18 ¶Et in hac quoque opin.videtur fuiſſe ipſius frater Ang.conſi.lxxiij. in ſtatuto Florentino, ante fi. dum dicit,quòd ex ſtipulatione notarij, non poteſt alteri quæri ſine ceſsione, niſi ſtipuletur aliquid quod ad ſuum officium pertineat,per d.l.non aliter.& l.his verbis.ff.de adop.iuncta auth. generaliter.C.de epiſ.& cler.& per c.quanquam,de vſur.lib.vj.quæ quidem iura,vt ex illis patet, loquuntur de notariis actorum,& ad quos pertinet recipere ea quæ facta ſunt coram iudice. Subdítq; Ange. officium ſimplicis notarij non eſſe ſtipulari,ſed rogationes ſuas in mundũ redigere,per §.j.in auth. de tabel.Et idem propemodum ſcribit Bal.in l.j.col.4.verſi.alij dicunt.C.per quas perſo.nobis acq. vt alio in loco poſtea dicemus.& in d.§.cùm autem,cùm dicit, quòd licet notarius ſit publica perſona,non tamen propterea poteſt alteri ſtipulari,quia ideo eſt publica perſona, quod ad eius fidem recurritur:ſtipulationes autem inuentas eſſe, vt quilibet ſtipuletur quod ſua intereſt. d. l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.At notarij nihil intereſt alteri ſtipulari. Ergo idem ius in eo ſeruãdum, vt in qualibet alia priuata perſona. Hæc ibi.

19 ¶Alij nec illud ſimpliciter admittunt, vt etiam in iudicialibus notarij ſtipulari poſsint,niſi alia tria interueniant,præterquam quòd id in iudicio fiat:vt ſcilicet id ſit in his, in quibus ex officio proceditur:ídque faciat notarius mandato,& auctoritate iudicis: nec ſit alius, qui de iure alteri ſtipulari poſsit,per eadem iura,præſertim verò dictis legibus ij.iij.& iiij.ff.rem pupil.ſal.for.in hac enim ſententia ſunt iuris canonici principes interpretes,Innocen.Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.dudum. ille, in verbo,eccleſiæ:alter,in verbo,perſonam:hic,in verbo,renuntiauit,ext.de conuer.coniug.& ex quibus ipſe Inno.dicit officium ſtipulandi non eſſe regulariter deputatum tabellioni: & ideo niſi id ei deputetur à iudice,redigitur in ſtipulando ad inſtar priuati, per dd.ll.ij.iij.ff.rem pupil.ſal.fore, & d. l.j.§.exigere.ff.de magi.conueni.Nec obſtant,inquit,d.l.non aliter,& d.auth. generaliter, & d.auth. libellum.C.de lit.conte.quia loquuntur in notariis actorum,qui ſtipulantur conſcio iudice,& iuxta officium ſibi commiſſum.Et in hac ſententia ex legiſtis item quos vocant, fuit Ioan.Fab.quem inter primos collocare non dubitarim poſt longam,& doctam eius rei diſputationem,in §.ſi quis alij, col.1.& 2.Inſtit.de inutil.ſtipula.

*Alij in utriſq;, & iudicialibus & conuentionalibus authoritatem iudicis tantùm requirunt.*

20 ¶Alij item,vt notarij alteri ſtipulari poſsint,tum demum,ſi id fiat auctoritate iudicis,non aliàs:nec diſtinguunt inter iudiciales,& conuentionales ſtipulationes.Qua in ſententia fuit glo.ordina.in d.c. quanquam,in verbo, ſeruo publico, de vſur. lib.6. per text.ibi.in illis verbis, aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato,atque etiam per text.in d.l.ij.rem pupil.ſal.fore.cùm dicitur, ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.Et idem voluerunt Archi. Ioan.Andr.Pet.Anch. & Domi. in d.c.quanquam:ille,in verbo,ſeruo:alter,in verbo,mandato.Pet.Anch.col.3.in 8.no.Domi.col.vlt. in gl.ſuper verbo,quibus.& idem Io.Andr.in addit.Spec.tit.de inſtr.edi.§.reſtat,verſi.ſed quis poteſt facere,dum dicit,notarios de auctoritate iudicum ſtipulari, per d.l.ij. & Io.Fab. in §. ſi verò aliquis,

ſtatim poſt prin.Inſtit.de ſatiſdat.vbi tamen dicit vſum cauſarum,recipere ſtipulationem notariorum ſimpliciter,quicquid ſcripſerit in d.§.ſi quis alij,de inutili ſtipul. & Ang. in d. l.non aliter.ff.de adop.& Aegid.Bellame.conſi.xvij.contrahens matrimonium,col.2.verſi ſed in contrarium.

*Ad idem.*

21 ¶Nec aliud in effectu voluiſſe videtur Bald.in l.executorem,col.4.verſi.ſi verò nec ſacerdos.C.de executi.rei iudi.vbi loquens de caſu d.c.quanquam,dicit,quòd ſi ſacerdos non eſt præſens, ſatiſdatur notario publico:non tamen cuilibet,ſed deputato ab ordinario:nam iſta ſatiſdatio eſt inſtar prætoriæ ſtipulationis,in qua notarius debet ſtipulari de mandato Prætoris, & non motu proprio, per d.l.ij.& iij.ff.rem pupil.ſal.fore.Et ſi id facit ſine illius mandato, & epiſcopus poſteà ratum habuerit,videtur non ſufficere, quia non eſt ſeruata forma.l.ſi quis mihi bona.§.iuſtum.ff.de acq. hære. Nam aliud eſt mandare,aliud ratificare.l.quid ergo,in prin.ff.de iis,qui no.infa. & l.ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt creditam.ff.mandat.Nam licèt regulariter ratihabitio æquiparetur mandato, tamen id non procedit,vbi lex requirit mandatum pro forma.l.maritus.C.de procura. & l. Paulus (credo quòd voluit allegare.l.per procuratorem, quæ aliàs incipit, Paulus) in prin.in gl. ff. de acq. hæred.Hæc ferè Bal.qui & idem quantum ad primum voluit,conſi.clxij.caſus ſuper quo,col.3.verſ. quartò obiiciebatur,& iterum verſi.ex hoc etiam infert, lib.2.& conſi.cxxviij. cùm quidam vſurarius,col.1.verſi.ſed ponamus,quod iſte talis lib.3.vbi dicit id procedere etiam ſi eſſent duo notarij,licèt poſteà contrarium dicat,de conſuetud.

*Alij authoritatem cauſa iudicis tantùm requirunt,uti cauſæ cognitio requiritur.*

22 ¶Sed hoc intelligunt nonnulli,vt,ſcilicet,requiratur auctoritas iudicis pro ſtipulatione notarij,quãdo in eo quod fit notario ipſo ſtipulante,requiritur cauſæ cognitio:an ſcilicet cautio, quæ offertur ſit idonea,nec ne,aut aliud quippiam ſimile. Id enim requirit iudicis auctoritatem, aliàs minimè. Et ita illos tex.ad hoc ſuprà allegatos intelligunt Anto. & Pan. in procœmio Decretalium:ille, col. pen.verſi.de notario.hic,col.10.verſi.eiuſdem initij,in j.lect.& non obſcurè Roma.citans.Anto.vbi ſuprà,conſi.ccccxlj.præſens inſtrumentum,col.pen.verſi. reſpondeo aduertendum. & Domi.in d.c. quanquam,col.vlt.in glo.ſuper verbo,quibus,& ibi quoque Phil. Fran. col.pen.verſi. in glo.in verbo,mandato,de vſur.lib.6.& ante hos Andr.Iſer.in c.j.§.item ſacramenta, col.4. verſi. ſed de notario,ibi,tertij dicunt,tit.de pac.iur.fir.vbi id dicit quotidie vſitari.

*Alij indiſtinctè tenent, notarios poſſe pro aliis ſtipulari.*

23 ¶Sunt & alij,& illi quidem multò plures,qui ſimpliciter,& indiſtinctè,nullo ſcilicet delectu ſtipulationum iudicialium,aut conuentionalium,nulla quoque mentione auctoritatis, ſiue mandati iudicis,tenent notarios pro aliis abſentibus ſtipulari poſſe,videlicet glo.in d.l.ij.in verbo,publicum, & ibi Bart.& Alex.in addi.ipſius.ff.rem pupil.ſal.fore.& gloſſ.in d.l.non aliter.in verbo, ſeruo publico,& ibi quoque Guil.Cu.Cyn.qui eam legit ſub l.nec ei permittitur.quæ eſt ij.§.eorum,col.j.verſ. quæro nunquid tabellio.Alber.qui dicit id totũ mundum ſeruare, tum in prin.tum etiam latiùs in verſi.ſed quod tabellio,& Bal.in j.lect.quam poſuit ſub.§.ſatiſdatio.d.l.nec ei, in j. quæſt. vbi id latè examinat.ff.de adopt.& gloſſ.in d.l.ij.in verbo,ſeruo publico,& ibi Sali.qui ita dicit ſe habere communem opin.conſuetudine approbatã.C.eo.tit.& gloſſ.in d.l.j.§.exigere,in verbo,ſeruus, & ibi Dy. & Bald.qui & id dicit conſuetudine obſeruari.ff.de magi.conu.& gl.in l.peto.§.fratre,in verbo,cauere.ff.de lega.ij.& in l.j.in verbo,id domino,ver.item non obſtat,ibi,vel loquitur de tabellione,& ibi etiam Bar.col.2.verſi.oppo.iterũ,Bal.ante fi.Ang. col.2.ff.de iis, qui ſunt ſui, vel ali.iur.vbi ipſe Bal.& Ang.dicunt,autoritate illius glo.id non tam fieri per notarium,quàm per legẽ.& gloſſ. in d. §.ſi quis alij,in gl.magna ver.item fallit in iudice,Inſt.de inutili.ſtipul.Specul.tit.de ſatiſdati.§.expedito,ver.item quæritur.& in tit.de prim.& ſecund.decret.§.iam de effectu,ver.ſed præmiſsis opponitur.Oldra.conſi.xxx.factũ tale eſt,quædã certæ,col.1.ver.de actione verò.Cin.in auth.ſacramenta puberum,col.pen.in x.quæſt.ver.quid de notario.C. ſi aduerſ.vendit.Bart.in l.tam is qui,§.filiuſfamil.col.1.ver.quęro an iſta donatio,ibi,vel alteri pro eo,vt puta notario.ff.de donat.cau.mort.Bal. in l.certi condictio.§.ſi nummos,col.2.verſi.interdum quandoq; hoc facit.ff.ſi cert. petat. vbi dicit communem practicam conſuetudinem id obſeruare.& in l.ſi Conſul.in j.lect.& in iij.quæſt.& iterũ in ij.lect.poſt.Guil.Cu.ibi.ff.de adopt.& in l.Caius,tum in princ.tum in ver.vlt.& ibi quoq; Rapha. Fulgo.& Floria.ff.de vſur. vbi etiam ipſe Bald. dicit, hanc opinio.approbari per practicam totius mundi.& idem Bal.in l.poſtquam liti,col.4.verſi. ſecundò quæro.C. de pactis. & in l. per diuerſas, col.4.in xiiij.quæſt.C.mandat.& in l.cùm à ſocero,col.2.ver.caue tibi.C.de iure doti.& in c.j.col.2. verſi.ex prædictis,ext.de fide inſtru. & conſi.cl. caſus talis eſt, Vagnolus, col.1.lib.1.& conſi.cxliiij. ſtatuto ciuitatis Papiæ,lib.2.& conſi.cc.verba Cyn.in lectura,in princ.eo.lib.2.& conſi.cclxj. quidã Laurentius,in j.dubio,eo.lib.2.vbi id dicit approbari per quotidianum vſum.& conſi.ccxxxviij. licèt ſint diuerſæ opin.eo.lib.5.Cardin.Flor.conſi.lxxxiij.& quò ad primum, col.1.verſi. inſuper non apparet.Petr.Anchar.in d.c.quanquam.col.3. in 8.no. & ibi quoque Phil.Fran. vbi ſuprà, de vſur. lib.6.& idem Ancha.conſi.cccxl.viſo themate,in ij.dubio,vbi dicit neminem de ea re dubitare, & ita ſe habere practicam communem,& vniuerſalem vbique. Anto.latè in d.procœmio Decretaliũ, in princ.col.pen. verſi.de notario, & ibi etiam Panor.col.10.verſi. eiuſdem prin.& in lect.vbi dicit videri eſſe communem opinionem,& ſic interpretari conſuetudinem:nam quotidie ſtipulantur notarij aliis.Idem Ant.in c.dudum col.2.ver.oppo.quòd hîc videtur velle,de conuer.coniug. & conſi. xxxv.viſa forma,in princ.Rom.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler,col.6.verſi.vlteriùs.ff.de verb.oblig. vbi id dicit communiter omnes tenere.& conſi.lxxvj.in cauſa nobilis, poſt prin. & conſi. cccccxiij. in caſu propoſitæ conſultationis, poſt medium, verſic.idem erit. Rapha. Co. conſil.clxxxij. viſa

copia,



copia col.1.vbi dicit ita ſeruare conſuetudinem,quia videmus notarios quibuſcunq; ſtipulari.Alter. Rapha.Fulgo.conſi.cxc.viſis toto proceſſu,in j.dubio,in princip.Maſueri.in tit.de liter. notis, & notar.col.4.verſi.item notarius.Ioan.Plate.in §.j.col.2. Inſtit. de iure perſo. & in d.§.cùm autem, in ij. not.& ibi quoque Ang.Aret.col.2.verſi.& aduertas,Inſtit.de actio. Alex.conſi.xxxj. viſo themate, col.pen.verſi.fuit etiam vltra,lib.6.vbi hanc dicit veriorem,& communiorem opinio.& conſi.lxv. quoniam omne datum,col.antep.verſi.item notarius,lib.6. quod repetitur conſi.cxix. eod.lib.6.& idem Alex.conſi.clxxxv.in cauſa & lite coram dominis,col.3.verſi.opponitur etiam,lib.6.& conſi. xxxv.in cauſa & lite inter Lucam,col.1.in fi.lib.7.Franciſcus Aret. conſi.xlj. diligenter, & maturè, col.1.verſi.ſecunda ratio.& conſi.lxxiiij.eodem exordio, col.pen. verſi. tertiò pro hac, & ſequenti. Corn.conſi.50.videtur in hac conſultatione,col.4.verſi.non etiam vitiatur, lib.1.& conſi.vj.videtur in præſenti,col.3.verſi.& conſtat,lib.2.vbi & hanc dicit communem opinionem conſuetudine approbatam,& in deciſiuis ſeruandam.& conſi.cxxix.videtur prima facie,col.1.verſi. nam licèt donatio,eod.lib.2.vbi & id dicit ſeruare communem conſuetudinem. & conſi.cxxxix. licèt in hac conſultatione,in fin.lib.3.vbi idem dicit.& conſi.ij.viſo ſupraſcripto, col.2.verſi. præterea ius & actio, lib.4.Guid.Pap.deciſi.Delphi.xlix.in proceſſu,vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Delph. & iterum deciſi.ccxxij. in donatione. & deciſi.cclxvij.pactum, ad fi. & deciſi.cccxvij. vtrùm iuratus.& conſi.lx.ad dubia elicita,col.4.verſi.& ex tali.Soc.conſi.cxxv.viſa narratione,ad fi.lib.1.vbi & hanc eſſe dicit communem opin.& conſi.cclxij. in cauſa magnifici. col.pen.verſi. ſecundò reſpondetur, lib.2.quod repetitur conſi.xc.lib.3.& idem Soc.conſi.cxxv. non inſiſtendo, col.2.verſic. ſed ad hoc, eo.lib.3.Phil.Dec.conſi.xxxj.cuius ſuperſcriptio incipit,quando valeat,col.3.verſi. ſecundò non obſtat.& conſi.lviij.cuius & hæc eſt ſuperſcriptio,ſi maritus,col.2.verſi. præterea in quæſtione principali.& conſi.ccxciij.viſo teſtamento,col.2.verſi.& licèt donatio.& conſi.ccccvij.viſis,& diligenter, col.4.verſi.tertiò reſpondetur,& conſi.607.viſo puncto, col.3.in tertio dubio. Iaco.à ſancto Georgio,in repet.auth.ſi quis in aliquo,in fi.C.de eden.& in l.j.col.6.verſi.ſubſequenter quæro.C.ne lice. poten.& in l.quemadmodum,in princ.ff.de iure dot.Carol.Rui conſi.xlj. ponderatis verbis, col.2. verſi.nec etiam eſt dubitandum, lib.5. Steph. Bertr. conſi.cccij. viſis copiis, col.2. verſi. ſed contra prædicta,lib.3.vbi id dicit communiter obſeruari de conſuetudine, & conſi.xij.quilibet eſt regulariter,num.5.lib.4.& conſi.clvj.ex themate,col.2.verſi.& quò ad id,eo.lib.4.vbi etiam dicit hanc eſſe communem opin.& de conſuetudine vbique obſeruari, ideo ab ea nec iudicando nec conſulendo eſſe diſcedendum.Matthæ.Afflict.in d.c.j.§.item ſacramenta.in v.no.num.11.& ſeq.tit.de pac.iura. fir.& latè in conſtit.Siciliæ.incip.baiulos, col.10.verſi. decimò & vltimò, vbi hanc dicit eſſe magis communem concluſionem.& ponit quaſdam limitationes,quas tu videre poteris.& rurſum deciſi. Neapoli.cxxxv.quidam Venetus,in fi.Lud. Gozad.conſi.lxxxvij. prima facie videtur, col.3.verſic, ſeptimò dico.Pau.Pariſi.conſi.lxxxviij.viſo proceſſu cauſæ vertentis. col.11. num.89. & multis ſeq. lib.3.vbi dicit hanc eſſe veram & communem concluſionem.Ant.Capiti.deci.Neap.lxxviij.in cauſa domini Petr.Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco,de tanquam,col.5.verſi.hinc eſt etiam quòd licèt notarius.Hieronymus Gratus conſi.xij.contra quamplures, col.2.num.8.lib.1.& conſil.cxxvj. in hac cauſa Franciſci,in prin.eo.lib.1. & Ioan. Amic. conſi.cxxvj. punctus emergentis quæſtionis, col.2.num 5.& Aymo Crauetta in repet.rubri.ff.de lega.j.num.124.& conſi.xix.ſuper tranſactione, col.4.in 3.dubio,& N.Boër.deciſi.clxxij.dominus vita,col.2.num.5.vbi dicit hoc non eſſe dubium. Maria.Socin.Iunior conſi.cxviij.viſis inſtrumentis,col.3.verſi.& hæc concluſio,lib.2. Vt verè poſsis dicere ex numero tot autorum, quod ſupra ex aliis multis diximus, hanc eſſe communiorem noſtrorum ſententiam.

24 ¶Nam iudices,& alios officiales,cæteráſque publicas perſonas,quas vocant,ſtipulari aliis poſſe, in iis quæ ex eorum officio dependent,receptum eſſe plurimi dicunt,auctoritate l.eum pro quo,& ibi gloſſ.& doc.ff.de in ius vocan.& §.j.in auth.de exec. & his, qui conue.vnde ſumpta eſt d. auth. libellum.C.de lit.conteſt.& vtrobique no.& §.ex his,in auth.de hære. ab inteſt.venien. vnde quoq; deprompta eſt auth.matri & auiæ.C.quand.mulie.tutel.offic.& vtrobique item not. & §.ad excludendas, in auth. de litigio.vnde etiam excepta eſt auth. generaliter. C. de epiſ.& cleri.& ſimiliter vtrobique no.& §.quia verò.in auth.vt ſine prohib.matres fil.

*Iudices & alios officiales, pro aliis ſtipulari poſſe.*

25 ¶Et id voluêre plurimi ex his quos iam citauimus verſi.ab hinc ij.& præterea Bar.in l.ſi arrogator. col.3.verſi.venio ad primam.ff.de adopt.Alber.in d.auth.matri.Bal.in l.j.§.huius ſtudij, in j. lect.col. vlt.ff.de iuſti.& iur.& in l.certi condictio.§.quoniam,col.2.verſi.oppo.quòd quis poſsit.ff.ſi cert.pet. & in l.ij.in fine.C.vt in poſſ.leg.vbi dicit neminem alteri ſtipulari poſſe, niſi ſit publica perſona,vel alia loco publicæ perſonæ à iudice adhibita.per d.l.iij.ff.rem pupil.ſal.fore, & d.c.quanquã, de vſur. lib.6.& Flor.in d.l.Caius,in j.not.ff.de vſur.& Angel.Aret.in d.§.cùm autem,col.3.verſi. quæro quæ actio,Inſtit.de adopti.& in d.§.ſerui autem,col.1.verſi.vnum addas,Inſti.de iure perſo.

*Ad idem.*

26 ¶Et de iudice priuatim videre poteris apud gl.in d.§. ſi quis alij, in verbo nihil agit, & ibi Io. Fab. col.2.Inſti.de inutili ſtipula.Inno.& alios in d.c.dudum,de conuerſ.coniug.Bar.in d.l.ij.& ibi Alex. in addit.ff.rem pupil.ſal.fore.eundem Bar.in d.l.poſtquam liti,poſt medium, ibi,quæro vtrùm iſta, & ibi Bal.col.4.verſi.ſecundò quæro.C.de pactis.ipſum Bar.in d.l. ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler, & ibi Rom.col.7.verſi.quid autem in iudice,& alios recentiores.ff.de verb.oblig.& ipſum quoque Bald. in d.auth.generaliter,col.penult.verſic.vtrum ex ſcriptura.C. de epiſco. & cleri. in l.j. col.4. verſic.

*Ad idem de iudice.*

ſed

ſed quid de iudice.C.per quas perſo.nob.acq.& in l.is qui hæres,circa medium, ff.de acqui. hæred. & in auth. ſi quando, ante medium.C.de conſtit. pecu. & in c.j. paulò ante finem, extrà de eo qui mitti.in poſſeſſ. Angelus poſt Petrum in l.emancipati,verſic. per hanc legem ff. de adoptio. Pet. Anch.in c.cùm pridem,de pactis,& in d.c.quanquam,col.6.& in ſexto not.de vſur.lib.6.Ex quibus tamen intelliges,an & quando.& quomodo id procedat.

*Notarium eſſe publicam perſonam.*

27 ¶Conſtat autem notarium eſſe publicam perſonam, vt præter alios multos iam ſuprà citatos voluit gloſ.in §.ſi verò abſint,in verbo, tabulariis, in auth. de hæred. & Falcid.& Spec.tit. de prim. & ſecun.decreto.§.iam de effectu, verſi. ſed quas perſonas. & tit. de inſtru. edit.§. nunc dicendum,in prin.Bald.in d.l.j.§.huius ſtudij,ad finem,in priore lect.ff.de iuſtit. & iure, & omnes vbique. Et hoc certè probat tex.in §.orphanotrophos,in illis verbis,præſentibus publicis perſonis,id eſt,tabulariis. C.de epiſc.& cleric.& in §.cùm autem,ibi,publicæ perſonæ,id eſt tabulario,Inſtit.de adoptio.Eundémque dici,& eſſe officialem,vt dicit Matthæ.Afflict.in c.j.in verbo,poteſtas, col.2.nu.38.tit.quæ ſunt rega.per tex.in l.ſi quis decurio,in prin.C.ad leg.Corn.de falſis.& in l.j.C.de tabular.lib.x. Sed quomodo id intelligatur,declarat ipſe Matthæus paulò pòſt.

*Notarios eſſe iudices chartularios.*

28 ¶Item ſunt & ipſi notarij iudices chartularij,& ita illos plerique appellant,& inter cæteros gloſſ.in l.j.in principio.& ibi etiam Bart.Bald.& alij.ff.de iudici.gloſſ.in l.rem non nouam,in verbo facultatem.C.eod.tit.& in l.vlti.in verbo,non habent,& ibi Bart.C.vbi & apud quem reſtit. in integ.peti pot.Bar.in l.iubemus.§.ſanè,col.vlti.C.de ſacro.eccleſ. Bald.in l.j. poſt prin.ff.de iuriſd. om.iudic.& conſi.cv.factum tale eſt,domina Auerana , col.2.verſi. item cùm iſti iudices, lib.3.& Angel.conſil. xciij.viſis & inſpectis omnibus,poſt prin.vbi negat eſſe alias glo.quæ illos ita vocent,quàm prædictas.& conſi.ccxxxiiij.viſis ſtatuto,in fi.Imo.in l.ij.col.vlt.verſi. item tangit.ff.de ſtipula.ſeruo.Pau. Caſt.in l.acta,& ibi Alex.poſt princ.ff.de re iudic. & idem quoque Pau. conſi.cclx.viſis compromiſſo,in ij.dubio,lib.j.Alexan.conſi.xcij.videretur prima conſideratione.col.2.lib.vij. Corn. conſi. clxxxv.tria principaliter,col.pen.verſi.nec eſt ratio,lib.2.& conſi.xcix.viſis literis,col.1.lib.3.

*An legibus probetur notarios poſſe aliis ſtipulari.*

29 ¶Sed(quod ad ipſos notarios priuatim pertinet)vereor ne ſatis id probetur de iure communi:ſcilicet quòd ſtipulari alteri poſsint,præſertim in conuentionalibus:nec per illos quidem textus,qui ſolent allegari ab his,qui id tenuerunt,quos nos ſigillatim adſcripſimus ſuprà num.16.ſunt tamen qui ab hac.Primùm enim quantùm ad dictas leg.ij.iij.& iiij.ff.rem pupil.ſal.fore.quæ ſunt principes noſtrorum huius ſententiæ teſtes, harum verba ſubiicienda putauimus , vt ex his veluti præſentibus intelligas,quid quantúmve ad eam rem faciunt.Hæc autem ſunt.Si pupillus abſens ſit,vel fari non poſsit,ſeruus eius ſtipulabitur : ſi ſeruum non habeat , ſeruus ei emendus eſt:ſed ſi non ſit vnde ei ematur,aut non ſit expedita emptio,profectò dicemus ſeruum publicum apud Prætorem ſtipulari debere:aut dare aliquem Prætor debet,cui caueatur,non quaſi ipſo iure pupillo acquirat , neque enim pupillo acquirit,ſed vt vtilis actio ex ſtipulatu detur.Hæc ibi.

*Pupillis leges noſtras plenius ſubuenire.*

30 ¶Vides igitur primùm ex his verbis,id in infante,aut pupillo abſente obtinere:quibus lex ſemper aliàs vberiùs,ac pleniùs ſubuenit,quàm aliis,vt conſtat ex tit. C.quand. imper. inter pupil. & vidu. & ex toto illo tit.in quo dd.ll. poſitæ ſunt, ff. rem pupil. ſal. fore. & videre licet ex l.bonæ fidei, in prin.ff.de acq.rer.domi.& l.ij.§.ſi à pupillo.ff. pro emp.& l. ſicut.C.de præſcript.xxx. vel xl. ann.& Fra.Aret.conſi.clx.in præſenti conſulta.col.3.verſi.præterea verbum,& aliis infinitis locis totius noſtri iuris.Quod & ipſum eſt ex legibus diuinis, & naturæ,quibus hi ſunt cõmendatiſsimi : vt patet Exod.22.c.Deut.c.10.Iob 6.& 22.& 24.non ſemel,& 29.& 31.etiam non ſemel,& Pſal.9.in fi.& 93. & 108.& 145.Eccl.4.& 35.Eſa.1.& 9.& ſeq.Hiere.5.& 22.Ezech.22.Oſeæ 14.eodémq; vlt.Zacha.7. Malach.3.& in epiſtola diui Iacobi,c.j.ad fi.Vt iam intelligas ex tot locis literarum diuinarum, hos omnium eſſe fauorabiliſsimos.Etiam ſi Cato ille Cenſorius in oratione, quam apud Cenſores habuit,non dixiſſet,maiores ſanctiùs habuiſſe pupillos defendi,quàm clientem non fallere , quod ab Aulo Gellio relatum eſt.lib.5.noctium Atticarum c.xiij.

*Ad idem.*

31 ¶Igitur cùm de pupillis,& impuberibus tantùm hæ leges loquantur , & vt cæteræ de eadem re loquentes,quid cauſæ eſt,vt ad cæteros trahantur ? Præſertim cùm dd.ll. ſint collocatæ ſub illo tit.ff. rem pupil.ſal.fore.vt etiam intelligas priuatim pro pupillis,& eorum fauore latas fuiſſe.Cúmque l. hæc autem.ff.de adop.quæ confeſtim ſequitur d.l.non aliter. & l.his verbis , quæ pro illa opinione allegari ſolent,non obſcurè declarat id,quod dictum eſt in præcedentibus illis legibus , quæ de impuberibus tantùm loquuntur , de illis quoque tantùm intelligendum , quod & expreſsè expendit glo.ibi.Ad quod etiam vide quæ dicam inferiùs num.43.quantùm ad d.leg.

*Seruus publicus quis ſit in noſtris legibus.*

32 ¶Vides,inquam,in dd.illis ll.ſeruum proprium primo loco in id eſſe adhibendum:quoniam ſcilicet ſerui noſtri poſſunt nobis quærere,& ſtipulari.l.j.§. item acquirimus.ff.de acq. poſſ. & in §.j. Inſtit. per quas perſonas nobis acquirit.cùm ſi.Mox ſi ſeruus proprius deſit,illi eſſe emendum:aut ſi expeditè fieri non poſsit,ſeruum publicum,veluti pro extremo remedio,ne ius pupilli pereat,adhibendum.Seruum igitur publicum,id eſt,ſeruum reipublicę,vel municipij,cuius pupillus eſt.Hunc enim leges noſtræ vocant ſeruum publicũ,vt liquidò apparet ex rub. C. de ſeruis reipub. manu.iuncta l.j. eius tit. quæ eos ſeruos publicos nuncupatim vocat. Et ex l. j.C. de ſolut. & liber. debit.ciui.lib.11. quæ loquitur de cautionibus ſeruorum publicorum, id eſt, ipſius ciuitatis, vt ſatis declarat ead.lex poſteà loquens de actore ciuitatis,vt etiam bene intelligit gloſſ. ibi, repræhendens eos , qui de tabellionibus intelligebant. Et ita etiam intelligunt Lucas Pen. & Io.Plat.

¶Et



*De eodem ex aliis authoribus.*

33 ¶Et ſic quoque ſeruum publicum,id eſt,reipublicæ,& non tabellionem, ſiue notarium intellexiſſe veriſimile eſt Tullium in Philippicis,Quos Antonius deliciarum cauſa in conuiuio cædi iubebat à ſeruis publicis. Et Liuium j.decad.lib.1.vbi ab Euandro edocti antiſtites ſacri eius per multas ætates fuerant,donec tradito ſeruis publicis, ſolemni familiarum miniſterio , genus omne potitiorum interiit. Et Valerium Maximum lib.2.cap.5.vbi de Mario,Miſſus ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber,aggredi non ſuſtinuit.Et iterum lib.3.ca.2. Reddénſq; ſeruo publico qui eam tradiderat,Critiæ,inquit,propino. Et Iulius Capitolinus in Gordianis:dum ſcilicet Senatuſconſultum quodpiam tacitum ita factum fuiſſe dicit,vt non ſcribæ,non ſerui publici,non Conſules illis Actibus intereſſent.Ex quibus facilè intelligis Ange. Aretin. fuiſſe hallucinatum, cùm dicit in d. §. cùm autem, poſt princ. Inſtit. de adopt. tabelliones vocari ſeruos reipublicæ.

*De eodem.*

34 ¶Alibi autem reperimus,ſeruos ciuitatis,vel municipij,ſiue reipublicæ ſtipulari poſſe pro ipſa ciuitate,municipio,vel republica,in l.vlti.ff.quod quiſq; iuris.& d.l. Gaius.ff.de vſuris,& l.iij.ff.de ſtipu. ſeruo.Et licèt non ſint ſerui ſingulorum eius ciuitatis,vel collegij, l.in tantum.§ j.ff. de rerum diuiſ. & l.j.§.ſeruum.ff.de quæſt.& facit l.j.in fi.ff.de colleg.illi.loquens de libertis vniuerſitatis, & non reperiatur huiuſmodi ſtipulari poſſe pro ſingulis hominibus huius ciuitatis, vel municipij:tamen fauore pupillorum receptum eſt,vt ſi deſit ſeruus proprius,id faciat ſeruus publicus.id eſt,municipij, ſiue ciuitatis,interueniente decreto iudicis.Igitur illæ leges iubentes adhiberi ſeruos publicos.ſi deſint proprij,debent intelligi de ſeruis ciuitatis,vt cæteræ leges intelligunt. Præſertim cùm nulla lege probetur,tabelliones ſeruos publicos dici,vt poſteà quoque dicemus.Et tantùm abeſt, vt ſerui dici poſsint , vt nec tabellio ſeruus eſſe poſsit,l.generali.C.de tabular.lib.10.& voluit per eum textum glo.in d.l.ij.ff.de adopti.& in l.ij.C.eod.tit.& in d.§.cùm autem,Inſtit.eod.quoque tit. & in l.defenſionis,in verbo,conditionales.C.de iure fiſci.tametſi illæ vbique,& cæteri noſtrates intelligunt ſeruum publicum pro tabellione,per text.in d.§.cùm autem,de quo poſtea dicemus.

*Seruus non poteſt eſſe tabellio.*

*De eodem.*

35 ¶Adde(ſi placet)& aliam rationem,quæ mihi vrgentiſsima eſſe videtur,vt in illis dd.ll.ij.iij.& iiij. de quibus hîc principaliter loquimur (nam de aliis poſteà loquemur)non poſsit intelligi de tabellionibus,ſiue notariis,ſed de ſeruis reipublicæ:vides enim illic ſeruos proprios , & ſeruos publicos nominari:& proprios poni ad differentiam publicorum,vt è diuerſo publicos propriorum. Ergo neceſſe eſt,vtroſque eſſe,in ea quidem ſignificatione,qua leges ſeruos accipiunt,nihílque inter eos intereſſe,niſi quòd alteri proprij ſunt pupilli,alteri reipublicæ.Quòd ſi ſeruos publicos intelligas pro tabellionibus,quòd ſcilicet munus publicum gerant,certè hi ſerui publici non ſunt eiuſdem qualitatis,vt ſerui illi proprij:nec ita ſunt ſerui publici,vt illi ſerui proprij.

*De eodem.*

36 ¶Præterea ſi illi tex. intellexiſſent ſeruum publicum pro tabellione,quid opus erat tot verborum ambagibus?vt ſcilicet primùm adhiberetur ſeruus proprius:& ſi non eſſet, emptitius : aut ſi etiam non eſſet,ſeruus publicus,aut alius à Prætore datus.Nónne ſatis fuiſſet ſtatim, & vno verbo dicere tabellionem,ſiue notarium adhiberi?Nam ſiue fuerit ſeruus proprius,ſiue non fuerit, omnes eum textum intelligunt,vt ſemper tabellio alteri ſtipulari poſsit. Dicemus tot verba eius legis eſſe ſuperuacua,otioſa,inutilia?Et id certè dicere non poſſumus,l.ait prætor , quæ eſt iij. in princ.ibi , nec fruſtra adiicitur.ff.de iureiuran.vbi eum textũ ad id no.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.qui adducit concord. quibus addes alios infinitos à me collectos in tractatu,cui titulum nuncupauimus,Nihil fruſtra.

*Legum uerba nõ eſſe otioſa.*

*De eodem.*

37 ¶Nec igitur otioſum eſt,quod illic dicitur,apud Prætorem:nam ex hoc apertiſsimè oſtenditur , id fieri debere in iudicio,& cauſa cognita,vt etiam expreſsè dicitur in d.§.cùm autem,Inſtit.de adop. vt & illic benè adnotat Bal.qui ex hoc dicit multa ſpecialia ſtatui in prætoriis, & iudicialibus ſtipulationibus,quæ ad conuentionales trahi non debent.Nam & aliàs videmus,ea,quæ fiunt in iudicio, plus roboris,momenti,& ponderis habere , quàm quæ extra iudicium fiunt : multáque in iudicio fieri poſſe,quæ aliter fieri non poſſunt,l.in plurium.in fi.ff.de acq.hæredi,& l.j.etiam in fin.ff.de cura.bonis dan.& l.mulier fundo.ff.de leg.commiſſ.& patet ex multis,quæ aceruatim collegit Barba. conſi.xlvij.præclarè ſcripſit Pſalmiſta,col.vlt.lib.2.& conſi.liij.quod eſt eodem exordio,col.5.verſi. & ſi quiſpiam opponat,eod.lib.2.& Iaſon in l.pacta nouiſsima.C.de pactis, quæ non eſt opus aliter ſigillatim referre.Vt ne tamen obliuiſcar illius caloris(quem vocant)iudicij,de quo adeò multa per Barto.Imo.Roma.& Fran.Aret. in l.j.in princ.ff.de verbo.obligat. & aliis locis ibi à recentioribus numeratis.

*Iudiciales actus plus habere ponderis.*

*De eodem.*

38 ¶Denique ex eo tex.vides clariſsimè,illic duos interuenire debere,vt huiuſmodi ſtipulatio pro abſente fieri poſsit,ſcilicet iudicem,& alium qui coram eo ſtipuletur:ſiue ſeruum proprium,ſiue publicum,quicunque is ſit:ſiue alium à iudice datum:tanquam,ſcilicet,alter ſolus non ſufficiat:neq; enim vnus duorum vicem tenere poteſt,ſcilicet iudicis,& ſtipulatoris,qui pro abſente ſtipulatur.Ideò nec idem vicem notarij,qui contractum recipit & in ſcriptis redigit,eiúſque fidem facit:& ſimul vicem eius,pro quo fit contractus:& præterea iudicis,coram quo id fieri debet,id eſt , trium perſonarum gerere poteſt.Cùm etiam difficile ſit,vt vnus duorum vicem ſuppleat,l.ſi plures.ff.de pactis, vbi gl. exponit difficile,id eſt impoſsibile,& ibi citat alios textus concord.Vnde & illud fit,quòd ſi quis ſit iudex,& notarius non poteſt ſcribere geſta coram ſe. Inno.vt ſæpe à noſtris citatur in c. quoniam contra falſam,de probat.& in c.cùm à nobis,de teſtib.Bart. in l.j.col.2.verſi. quæro pone quòd aliquis,& ibi Imo.col.vlti.verſi.item tangit.ff.de ſtipul.ſeruorum,cum ſi.

*Vnus duorum, aut plurium uicem ſuſtinere non poteſt.*

¶Ex

39 *Ad idem.* ¶Ex quo & illud conſequens fit,vt tabellio non poſsit conficere inſtrumentum de eo quod ipſe facit,l.exemplo.C.de probati.& l.inter chartulas. C.de conueni. fiſci debit.lib.10. Alioquin illud ſequeretur,vt notarius teneret perſonam rogantis,& rogati,ſcilicet rogantis partis, & rogati notarij: nam illud eſt certum,notarium à partibus rogandum eſſe,vt fidem faciat,vt probatur in §.nos autem,& ibi gl.in verbo,iniungatur,in auth.de tabellio.collat.iiij.& volunt doƈto.vbique. Ideóq; Bal. qui alicubi in ea opinio.fuit,vt tabellio poſsit ſtipulari alteri,vt ſuprà diximus, id obſtaculum ſentiens,voléntque id ipſum reiicere,& amouere, dicit in d.l.j.§. exigere.ff. de magiſtra. conue. quòd nec momento quidem reſidet apud tabellionem vtilis aƈtio , quia ſi reſideret , inquit , non poſſet ipſemet de iure ſuo inſtrumentum conficere,per dd.ll.ſuprà in prin.huius verſi. allegatas.

40 *De eodem.* ¶Idem verò Bal.(quod iam ſuprà diximus)in l.j.col.4.verſ.alij dicunt.C.per quas perſ.nob.acquir. dicit quòd officium notarij,licet ſit publicum,non tamen eſt inuentum ad ſtipulandum,ſed ad ſcribendum,& redigendum in ſcriptis,id quod fit inter alios,non quod per ſeipſum fit, & allegat Inno. in d.c.quoniam contra falſam,de prob.Tamen poſtea ſubdit,quòd ad eum non ſpeƈtat commodũ, ſed nudum miniſterium.Idem autem in d.l.ſi Conſul.in viij.q.ff.de adopt.in j.leƈt.ſcribit,notarium poſſe conficere inſtrumentum de ſtipulatione per eum faƈta pro alio,niſi ſperaret priuatum quodpiam commodum.Et idem dicit in ij.leƈt.poſt Guil.ibi.Et de cæteris idem voluit Bar. in d.l.ij.in j. q.ff.de ſtipul.ſeruo.Sed quantùm hæc ſatisfaciant iis,quæ diximus de perſona duorum,& nuncupatim de eodem iudice,& notario,& dd.ll.ij.& iij.ff.rem pupil. ſal.fore. cæteri diiudicent. Præſertim cùm in illis legib.nullum commodum erat peruenturum ad ſeruum publicum, de quo loquuntur, ſed ad ſolum pupillum,& tamen ſtipulari non poteſt,niſi aliis interuenientibus, quæ iam diximus.

41 *Ad idem.* ¶Quantùm autem ad d.l.non aliter.ff.de adopt.& d.l.ij. C.de eod. tit. eæ ſimpliciter loquuntur de ſeruo publico,qui(vt diximus)non eſt tabellio,& loquuntur item de impuberibus,vt & diƈtæ leges ij.iij.& iiij.rem pupil.ſal.fore.& ſecundùm illas,quæ ſpecialiùs loquuntur,debent intelligi.Sed magis vrget d.§.cum autem, Inſtit. de adopt. qui nuncupatim his verbis vtitur , vt caueret arrogator publicæ perſonæ,id eſt,tabulario.Ita enim ſeſe declarat,& interpretatur is text.in multis noſtris codicibus Inſtitu.& ex quibus videtur illud aſſumi,vt notarius tanquam publica perſona poſsit alteri ſtipulari.

42 *De eodem.* ¶Sed ad eum textum,præterquam quòd etiam loquitur de impuberibus,vt cęteri ſuperiores,ideo non trahendus ad puberes,vti diximus.Illud quoque non ſine ratione dicere poſſumus, eam interpretationem,id eſt tabulario,veriſimile eſſe additam à quibuſdam gloſſematariis, vt ita loquar,ita eum textum intelligentibus,eámque appoſuiſſe vel in margine,vel in linea interlineari,& poſteà à librariis aſſutam fuiſſe contextui,vt plerunque fieri videmus. Nam ad quid ſcriptum eſſet , caueat publicæ perſonæ,id eſt,tabulario,cùm planiùs & breuius dici potuiſſet,caueat tabellioni?aut ſi non tantùm de tabellione intellexiſſet,potuiſſet ſic generaliùs & ſignificantiùs dicere,caueat tabellioni, aut alij publicæ perſonæ.Et quod iam diximus, is §. exceptus eſt ex d.l.ij.ff.eod. quæ non loquitur de perſona publica,ſed de ſeruo publico,ſecundum quam debet intelligi,& eo quidẽ modo , quem ſuprà diximus.Tametſi ſunt & aliæ publicæ perſonæ, vt probatur in §. nos autem, Inſtit. de Attili. tuto.Nec me mouet,quòd in inſtitutionibus Theophili eadem illa declaratio adſcripta eſt,id enim eodem errore faƈtum crediderim.

43 *De eodem.* ¶Quantum ad d.l.j.§.exigere.ff.de magi.conue.is text.omnino loquitur ſecundum dd.ll.ij.iij.& iiij. rem pupil.ſal.fore,vt ſcilicet,ſeruus proprius pupilli,aut ſi deſit,publicus ſtipuletur ipſi pupillo : aut etiam ipſe magiſtratus:ídque fauore pupilli,vt diximus,& iterum ſeq.verſi.dicemus. Diƈt.autem l. cùm cognatos.C.de capt.& poſtli.reuer.loquitur de ſeruo publico,qui pro capto ab hoſtibus ſtipulatur,non minùs quidem fauorabili,quàm ſit pupillus: vt patet ex multis quæ ſcripſimus in noſtris legib.connubialibus in gl.vj.in verbo,*de ſon mary*,in xxxv.quæſt.Et prætereà à iudice ad id conſtituitur,vt is text.apertè declarat.

44 *Notarium non niſi pro priuilegiatis poſſe ſtipulari.* ¶Quantum autem ad d.c.quanquam,de vſur.lib.6. præterquàm quòd illud ibi fit iuſſu,mandato, & auƈtoritate iudicis , quæ ita requiritur , vt nec ratihabitio poſtea interueniens ſufficiat, vt dicit Bald.in l.executorem,col.4.verſ.ſed quid,ſi notarius.C.de execut.rei iudic.vt diximus ſuprà nu.21. nec aliud ſpeciale tamen eſt fauore animæ,vt ibi declarant doƈt.& Iaſon in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri,col.3.verſi.quintò limita.ff.de verb.obliga. Et hanc planè in ea re differentiam impuberum , & aliorum priuilegiatorum,cæterorúmque non item priuilegiatorum:vt ſcilicet pro illis nonnunquã, & quibuſdam interuenientibus poſsit alius ſtipulari:pro cæteris nunquam,ſatis apertè declarat gloſ. in d.c.quanquam,in verbo,poſſunt acquirere.& Bart.in l.j.ad fi.prin ff. de iure fiſci, vbi dicit quòd notarius poteſt ſtipulari pro fiſco,vti pro pupillo,per d.l.non quaſi, quæ eſt illa d.l.iiij.ff. rem pupil. ſal.fore,nam fiſcus,inquit,& pupillus æquiparantur,l.illud,ff.de appel.& l.rempublicam. C. de iure reipublicæ,lib.11.Id quod dicit menti tenendum,quòd quotidianum ſit.Híſque concinit quod ſcribit Bald.in l.j.col.4.verſi.alij dicunt.C.per quas perſo.nobi.acqui. dicens ſpeciale eſſe in d.c. quanquam,vt notarius ſtipuletur in vſuris.Igitur ius commune eſt in contrarium. Vt tamen interim videas Angelum, qui aliter quoque illud c. intelligit in ſua diſputatione incip. Aſtenſis miles,col.9. verſi.de oƈtauo dicendum eſt.

45 *Conſuetudine* ¶Sed quid hîc,ſi diuis placet,faciamus,quando plerique omnes dicunt aliter conſuetudine obſeruari, vt ſcilicet notarius poſsit in contraƈtibus à ſe receptis pro quibuſuis , nullo ætatis diſcrimine,

nullo



*obſeruari,ut diſtinƈtè notarius pro aliis ſtipuletur.* nullo deleƈtu conuentionalium,& iudicialium negotiorum,nulla item differentia,an iudex id iuſſerit,an minimè,ſed paſsim,ſemper & vbique pro aliis ſtipulari, vt præter plurimos quos tibi citauimus ſuprà nu.23.ſunt & alij,ſcribit Bal.in diƈto §.cùm autem.Inſtit.de aƈtion.& conſi.ccxlvj. pręmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti, paulò ad fin.lib.2.vbi dicit eam eſſe conſuetudinem fermè per totam Italiam,vt ex ſtipulatione notarij aliis quęratur aƈtio ſine ceſsione.& Ioan.Fab.in §.ſi verò aliquis.Inſtit.de ſatiſd.licet vterque quantum ad ius cõmune, ſit alterius opinionis,vt ſuprà diximus.

46 *Conſuetudinẽ hanc obſeruari debere.* ¶Conſuetudinem autem hac in re eſſe obſeruandam , tradit Bald.in hac ipſa ſpecie loquens, in l. 1.vbi nuper citauimus.C.per quas perſonas nobis acquir.Nam tunc,inquit,notarius videtur habere id officium ſtipulandi pro alio,à conſuetudine. & rurſum conſi.cxlvj.præmiſsis verbis, paulò ante fin.lib.2.Nam & aliàs conſuetudine,vel ſtatuto introduci poteſt vt alius pro alio poſsit ſtipulari,vt plerique volunt per tex.in l.certi condiƈtio.§.ſi nummos.in illis verbis,cùm quotidie credituri, &c. vbi id not. Roma.in vlti.notab. Alexan.col.2.verſi.item not.conſuetudinem, & Iaſon col. iiij.verſi. vltimò not.& Philip.Decius col.2.verſic.tertiò not.ibi quotidie.ff.ſi cert.per.& per text.in l.ſi quis donaturus.in fi.ff.de vſufruƈt.Bal.in repet.l.de quibus.col.ix.verſi.& primò quò ad primũ,ibi, certè valet conſuetudo.ff.de legib.

47 *Lex id facere poteſt.* ¶Vti etiam ſtatuto id introduci poteſt,ex ſententia ipſius Bal.in l.j.in fi.C.de manumiſ.teſtam.& in c.quæ in eccleſiarum.col.antepenult.verſic.ſed nunquid ex paƈto.de conſtitu.& conſi.cccj.in primis videndum eſt,circa medium,lib.iiij.vbi hanc rationem adducit,quòd lex id ipſum poteſt facere, per l.pen.§.cùm autem.C.ad Senatuſcon.Trebel.& alia iura ab eo allegata:ergo & ſtatutum, quod & ipſum lex eſt.& Pau.Caſtr.conſi.clxxj.in caſu præſenti viſis omnibus,col.2.verſic.primum eſt in aƈtione.libro 2.& Iacob.à Sanƈto Georgio,in diƈta l.certi condiƈtio.§.quoniam.circa medium.ff.ſi certum peta.& Iaſon in diƈta l.ſtipulatio iſta.§.alteri.col.j.verſic.limita not.iſtam regulam.ff.de verborum obligat.

48 *Inſtrumenta garentigiata.* ¶Adhæc ſi ex ſtatuto, aut moribus regni,vel ciuitatis inſtrumenta à notariis recepta habent executionem paratam:cuiuſmodi inſtrumenta quæ Tuſci garentigiata appellant,& Peruſini cõfeſsionata,vt tradit Bal.in l.etiam.col.j.in diuerſis locis.C.de exec.rei iudic.Idem enim eſt vtrunque,vt dicit Bar.in l.poſſeſsio quoque.§.& ſi poſſeſsio.ff.de acquir.poſſ.Nam garentigia nihil aliud eſt,quàm præceptum faƈtum à notario partibus confitentibus , & conſentientibus , vt obſeruent contenta in inſtrumento,vt dicit Bal.in l.vlt.col.ij.verſi.& ideo conſuetudo.C.de ſponſ.cum multis aliis cõcor. à me pleniſsimè colleƈtis in commentariis conſuetudinum Piƈta.tit. *des notaires*, §.j.gl.ij. in verbo, *car ils ſont iuges,quant à ce*. Ideóque notarij,qui hæc inſtrumenta conficiunt, dicuntur iudices chartularij,de quibus ſuprà locuti ſumus,nu.28.item ſunt & ipſi.Et huiuſmodi ſunt inſtrumenta quæ in noſtra Gallia fiunt,tam ex conſuetudinibus multarum huius regni regionum, quàm ex ordinationibus noſtrorum regum.Igitur,vt repetamus,in his inſtrumentis haud dubiè poteſt notarius ſtipulari alteri,ſi credimus Bart.in d.l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio.ff.de acq.poſſeſ.Bal.in d.l.non aliter.col.j. verſi.item ſi ex forma ſtatuti.Roma.conſi.lxxvj.in cauſa nobilis,col.j.Angel.Aret.in §.ſerui autem. col.j.verſi.item quod dixi per notarium,Inſtit.de iure perſo.Iaſon in d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. col.antepenul.verſi.quarta fallentia.ff.de verb.oblig.Anto.Capyt.diƈta deciſ.Neap. lxxviij. & Hier. Grat.diƈto conſi.xij.contra quamplures,col.ij.verſi.tertiò quia adeſt.lib.j.

49 *Apud nos notarius poteſt alteri ſtipulari.* ¶Ex quibus vides minimè dubitandum eſſe apud nos,qui notarius alteri ſtipulari poſsit , quicquid ſit de iure communi. Et id quoque etiam de iure ciuili fatetur Paul. Caſtr. diƈto conſil.cxcv.lib.2. quem ſuprà citauimus,vt ſcilicet quæratur vtilis aƈtio abſenti ſine ceſsione.quod non procederet in ſtipulatione alterius,ſed in id requirit acceptationem. Igitur ſecundo loco illud videndum eſt, cuius eſt effeƈtus hæc notarij ſtipulatio ante acceptationem,& an ex ea quæratur poſſeſsio, ex conſtituto in inſtrumento appoſito.Et certè eam vim habet,vt non poſsit donans,aut vendens reuocare, aut pœnitere,etiam ante acceptationem donatarij,aut emptoris,vt expreſsè voluit Bal. in l.cùm à ſocero.col.ij.verſi.caue tibi.C.de iure dot.Alex.Franciſ.Aret.& Iaſon in l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.ille col.pen.verſi.tamen concluſionem.Franc.Aret.col.item pen.verſic.& hoc tenet.& Iaſ. col. viij.verſi.ſecundò limita.ff.de verb.oblig.idem Franciſ.Aret.diƈto conſi.lxxiiij.col.penult.verſi.tertiò pro hoc,& ſeq.Carol.Ruin.conſil.clxxij. non eſt dubium.col.iiij.verſicu. & prædiƈta locum habent.Philip.Dec.diƈto conſi.lviij.col.ij. verſic. prætereà in quæſtione.& diƈto conſi.ccxxvj.in fi.& conſi.ccxxxix.primò non videtur,col.iij.verſic.tertiò diƈtum.& diƈto conſi.dcvij.col.iij.in 3.dubio. Lance.Gali.in rub.ff.de verb.obli.col.iiij.verſi.& aduerte quia vbi eſſet.Lud.Gozad.conſil.lxxxvij. prima facie videtur.col.3.verſi.ſeptimò dico.Maria.Socin.iunior conſi.cxviij.viſis inſtrumentis,col. 2.verſi.& hæc contrario.& multis ſeq.lib.2.Anto. Rube.conſi.xcj.videtur primo aſpeƈtu. ad fin.& conſi.cxvij.proponitur in faƈto quòd quædam mulier. nu.8.

50 *Qui dicũt, ius ſtatim quæri ex ſtipulatione notarij ſine acceptatione.* ¶Et eiuſdem faƈtionis non obſcurè videntur eſſe,qui dicunt ius ſtatim quęri donatario,ſiue emptori ex ea notarij ſtipulatione,ſine alia ipſius donatarij,ſiue emptoris acceptatione.Nam ita expreſsè voluerunt Corne.conſi.xxj.ſupraſcripto punƈto.col.2.verſic.prætereà ius & aƈtio.lib.4. Guid.Pap. deciſ.Delphin.xlix.in proceſſu.& Soci.conſi.cclxij.in cauſa magnifici,col.pen.verſi.ſecundò reſpondetur.& Philip.Dec.conſi.ccxxvj.magiſter Ioannes,col.j.verſi.nec obſtare videtur , & iterum in fi. eius conſi.& maxima pars aliorum,quos ſuprà citauimus nu.23.ſunt & alij.

51 ¶Sed illud poſtremò inſpiciendum eſt,an id impediat,quominus donare,aut vendere alteri, aut hy-

*Sed quis præferatur, an is cui notarius primùm ſtipulatus eſt, an alter.*

pothecare alteri poſsit,antequam emptor,aut donatarius ratum habuerit: aut etiam poſtquam ratum habuerit,ante rei traditionem. Et ſi id fecerit,vter eorum præferetur. Et id certè minimè dubium eſt,quin præferatur hic ſecundus donatarius,vel emptor,cui res priùs eſt tradita,ei cui abſenti ſtipulante notario res priùs vendita,aut donata fuerat.Nam ſi id locum habeat, cùm priori emptori,aut donatario etiam præſenti,& ſtipulanti res eſt donata aut vendita,ſed non tradita, & alteri interim vendita,& tradita,per vulgatiſsimam illam l.quoties.C.de rei vendic.cum ſimil.Aut etiam alteri interim quoque hypothecata.l.vlt.§.Lucius.ff.de donatio.& not.Bart.& Ioan. Plat.in l.j. poſt gloſ.ibi,in verbo,perfectam.C.de iure fiſci.lib.x. Quanto magis ſi non ipſi præſenti, ſed abſenti, pro eo ſtipulante notario?

*Quid autem ſi interuenit conſtitutum, ſine notario ſtipulante.*

52 ¶Et id certè clariſsimum eſt,ſi nullum interuenit conſtitutum,vel precarium.At ſi interuenit notario ſtipulante,& id maximè dubium eſt,an ex huiuſmodi conſtituto facto abſenti, pro quo notarius ſtipulatur,tranſeat poſſeſsio in ipſum abſentem ante eius acceptationem , ita vt is præferatur alteri,cui interim res donata,vel vendita,& tradita fuit.Et id quidem eſt quod quærimus, & quod ad hunc noſtrum tractatum præcipuè pertinet.Sunt autem eius rei diuerſæ ſententię multorum,ac magnorum virorum ex vtraque parte,vt diximus ſuprà num.8.ſed & hanc,& 2.ſeq.& iterum nu. 13.contrarium tamen, & nume.ſeq.

*De eadem re.*

53 ¶Ego verò,vt iudicium in hac re meum tandem interponam,vix eò adduci poſſum, vt ex huiuſmodi conſtituto abſenti,& ignoranti facto tranſeat in eum poſſeſsio : vtpote quæ eius naturæ eſt, vt non ſine animo eius cui quæri debet,quæri poſsit,cùm animus ad quærendam poſſeſsionem requiratur.l.j.§.adipiſcimur.& ibi docto.& iterum l.iij.in princ.& l.quemadmodum.& l.quod meo.§. ſi furioſo.ff.de acqui.poſſ.Ideo nec per conſtitutum poteſt transferri poſſeſsio,niſi accedat animus, & voluntas eius cui quærere volumus,vt expreſsè voluit gl.quam omnes ſequuntur,in dicta l.quod meo.in verbo, poſsidere.eo.tit.

*Obiectio & reſponſio.*

54 ¶Quòd ſi quis nobis obiiciat d.l.iij.§.item acquirimus.vbi acquirimus per ſeruum,aut filiumfamilias poſſeſsionem earum rerum,quas peculiariter tenent,etiam ignorantes. Huic ſtatim reſpondebo,id ibi fieri,vt confeſtim ſubditur,quia noſtra voluntate intelliguntur poſsidere, quas eis peculiũ habere permiſimus. Ex hócque not.Imo.ibi, quod propter præambulam voluntatem intelligitur, & fingitur poſteà interuenire voluntas in alio actu connexo. Et facit quod etiam in ſimili diximus ſuprà in ſecunda parte,in iiij.ampliat.& quod ſcribit glo.vlt.in c.ſine poſſeſsione.verſi. item opponitur ignorans.de reg.iur.lib.6.

*Altera obiectio.*

55 ¶Quòd ſi is magis vrgeat,dicátque generaliter poſſeſsionem acquiri per liberam perſonam,etiam ignoranti,per tex.expreſſum in l.j.C.de acquir.poſſ. intelligat eam l.cõmuniter ( vt cum noſtris loquar ) intelligi de procuratore,vt videre licet ex Cyn.Alb.Bal.Ang.Raph.Fulg.& aliis ibi:& Imo. conſi.lvij.viſo quodam inſtrumento. ante medium. & ſic in eo, qui noſtra voluntate ea facit, quæ poſteà vt procurator noſter facit,vt ſuprà in præced.verſi.diximus de filio & ſeruo,quibus per peculium conceſsimus.Et nuncupatim de ipſo procuratore voluit Ange.Aret.in §. actionum. col.iiij. verſi.ſed dominus.Inſtit.de actio.fuit enim,inquit,à principio voluntas domini, vt procurator ſibi acquireret per l.j.§.per procuratorem.ff.de acq.poſſ.Nec tamen omnes concedunt,procuratorem per ſuum conſtitutũ nobis poſſeſsionem acquirere,vt videre poteris ex iis,quę ſcripſimus ſuprà in ſecunda parte in xxvj.ampliat. licet haud dubiè poſsit per realem poſſeſsionem illi traditam.

*De eodem.*

56 ¶Ex quo etiam illud ſequitur,quòd licet fortè notarius poſſet per poſſeſsionem realem ſibi traditam,acquirere poſſeſsionem alteri,cuius nomine eam poſſeſsionẽ acciperet,non tamen poſſet per conſtitutum,vt multi de procuratore dicunt.Aliàs enim eſſet hîc duplex,aut triplex fictio, ſiue ſpecialitas:& multò quidẽ magis in notario,quàm in procuratore,qui (vt iam diximus) habet voluntatem domini,cùm notarius nullam eius habeat,pro quo ſtipulatur.Ergo vna ſpecialitas eſſet,vt alteri ſtipularetur,& acquireret:altera,quòd poſſeſsio acquireretur ignorãti:tertia,quòd per fictã traditionẽ (quod procedere nõ poteſt) vt plenè diximus ſuprà in v.limi.& dicemus ſtatim nu. ab hinc 3.

*Dominium nõ transferri ex contractu alterius, ſine ratificatione.*

57 ¶Nec me mouet quod nonnulli adferunt,dominium ex huiuſmodi ſtipulatione notarij transferri in eum pro quo ſtipulamur:ergo,inquiunt,multò magis poſſeſsionem.Quia primùm nego dominium transferri ex ſolo contractu ab alio facto noſtro nomine, quia per liberam perſonam non transfertur dominium alteri,ſine eius ratificatione,vt probatur in l.ſi ego.ff.de negot. geſt. & not. Dyn.in c.ſine poſſeſsione.col.4.in paruis,verſi.item opponitur conſtat.de reg.iur.lib.6.Bart. in l.qui mihi donatum.col.j.ff.de dona.& Bal.in cõſi.xxxiiij.in cauſa iſta allegatur.in j.dubio.lib.2.& conſi. xliiij.iſte dominus Chriſtophorus,col.2.verſic.& conſidera.& diximus ſuprà in princ. huius limit. Imò verò nec facta quidem ratificatione transfertur dominium,niſi interuenerit traditio,cùm nec ſi ipſemet præſens contraxiſſet, & ſtipulatus fuiſſet, dominium in illum fuiſſet tranſlatum, niſi ſecuta traditione,vt nuper diximus:quamuis ex contractu ius ita quæſitum ſit,vt non liceat vni contrahentium,ſine alterius conſenſu diſcedere:ius inquam non dominij,ſed ius agendi ex eo contractu ad rei traditionem.

*Dominiũ trãſlatum, non infert poſſeſ.eſſe translatam.*

58 ¶Fateor tamen quòd ſi ipſi contrahenti præſenti factum fuiſſet conſtitutum,haud dubiè trãſlatum fuiſſet & dominium,& poſſeſsio,ex iis,quæ diximus in princ.huius tractatus. Sed an ex conſtituto facto notario pro abſente,& ignorante,antequam ſciuerit,& ratum habuerit, ſit tranſlatum dominium & poſſeſsio,id vnum quærimus, nec ſi dominium tranſlatum eſſet,continuò ſequeretur poſſeſsionem



ſeſsionem quoque tranſlatam eſſe,niſi ea appræhenſa fuerit,glo.in l.cùm duobus.§.idem reſpondit ſocius ſi ceſſante.in verbo,dominium.ff.pro ſoc.& in l.vlt.C.de ſacroſan.eccl.Bart.Ang.& Rom.in l.commiſſa.ff.de publ.& vectig.cum concord.à me traditis in repet.l.ſi vnquam.in verbo, reuertatur.nu.338.& huius eſt optima,& iterum nu.389. poſſeſsio tamen. C.de reuoc.donat.

*Ratificatio nõ retrotrahitur in præiudiciũ alterius.*

59 ¶At,inquiunt,poſſeſsio tranſlata eſt ex conſtituto, facto notario ſtipulanti alteri.Id verò maximè nego ante ſcientiã,& acceptationem eius,nomine cuius id factum eſt:cùm poſſeſsio nõ niſi animo quæri poſsit,vt iam ſuprà diximus.Et quia etiã ſi aliter diceremus,hîc concurrerent nõ ſolùm duę aut tres,ſed etiã quatuor ſpecialitates,quarum tres iam diximus ſuprà nu.ab hinc tertio.Quarta autem ea eſſet,quòd ratificatio facta ab eo,cuius nomine conſtitutũ factum eſt,notario pro eo ſtipulanti,retrotraheretur in præiudiciũ eius,cui vendens,vel donãs alteri vẽdidit,vel donauit,& tradidit ante huiuſmodi acceptationẽ (nam de hoc caſu priuatim loquimur) quod & ipſum eſt cõtra cõmunes regulas iuris,vt no.in c.ratihabitionem.de reg.iur.lib.6.cũ aliis multis concord. à me collectis in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gloſ.x.in verbo, *dedans l'an*, num.69.ratificatio. Imò verò nec cùm aliàs aliquid retrotrahitur,id propriè fit,nec verè,ſed fictè,ex ſententia Barto.in l.ſi is qui pro emptore.col.4.verſi.ecce exemplum ratificatio.ff.de vſucap.cum aliis quoque concordan. à nobis etiam cumulatis in eadem illa gloſ.nume.69.prætereà quod dicitur.

60 ¶Et hanc rationẽ trium ex illis quatuor ſpecialitatũ,attulerunt quidam Doct.relati à Soci.qui tamẽ eos non nominauit,in l.j.§.ſi iuſſerim.ad fi.ff.de acq.poſ.quam tamẽ ipſe dubiam facit, quoniam ea quę eſt,vt alteri per alterũ quęratur,atque illa quæ de retrotractione ratificationis eſt,reſpiciũt perſonam quærentis,non prohibentur cõcurrere in negotiorũ geſtore,acquirente poſſeſsionẽ ei,cuius negotium gerit.l.cõmunis ſeruus.in fi.ff.eo.tit.Alia autem quæ de conſtituto eſt,quod fictè trãsfert poſſeſsionem,concernit perſonam tradentis, ideo cùm oriatur in diuerſa perſona, non impeditur concurſus.l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.Cui quantum ad hanc rationem adde plenè not.per Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore.col.antepe.verſi.ſeptimò & vltimò.ff.de vſucap.Subdit autem Soci.ita voluiſſe Fran.Are.vt certè voluit,in alia nõ abſimili quęſtione in d.l.j.§.per procuratorẽ.in fi.de acq.poſ.Et tandẽ ipſe Soci.illud addit,Cogita tamen,nec aliter ſuã ſententiã interponit,veluti de ea re dubitet.

*Duarũ fictionum concurſus in diuerſis perſonis.*

61 ¶Et certè vix ſuſtineri poſſet, quòd hîc non ſint duæ,aut etiam tres ſpecialitates,vnam & eandem perſonam acquirentis concernentes,& aliæ prætereà duæ,vt ſuprà declarauimus. Quæ ideo concurrere non poſſunt,vt latè diximus in iiij.& v.limit.Nec in id obſtat quod dictum eſt, id amitti in negotiorum geſtore.nam nec ex ſtipulatione ipſius tranſit dominium,nec poſſeſsio, niſi priùs dominus ratum habuerit,vt probat tex.à nobis ſæpe citatus in d.l.ſi ego.& ibi gl.& docto.ff.de nego. geſt.& alij etiam ſuprà citati num.ab hinc 4.

*Ratificatio facit cenſeri, negotium eſſe ratificantis.*

62 ¶Vt omittam,quòd cùm ratum habet dominus,quod ab eius negotiorum geſtore actum eſt, deſinit eſſe actus ipſius geſtoris,nec ei attribuitur,ſed domino , peræquè ac ſi ipſe feciſſet.l. ſi pupilli.§. item quæritur.ibi,ſed ratihabitio fecit tuum negotium, & in §. ſeq. & ibi not.ff.de nego.geſt. Cyn. Bart.Bal.& alij in l.ſi tibi pecuniam.C.eo.tit.cum aliis concor.à me collectis in tract. Retractuum. tit.j.in gl.in verbo, *dedans l'an*, nu.66.ſed contrario.Ideóque ea ſpecialitas,quę videbatur eſſe in negotiorum geſtore,deſinit eſſe per ratificationem ipſius domini,in quo quantùm ad id nulla eſt ſpecialitas,& manet tantùm vna illa ſpecialitas,vt per actum fictum tranſeat poſſeſsio:ſed ita tamen,vt non retrotrahatur in præiudicium alterius:vt latè ſuprà diximus,eſſet enim hæc alia ſpecialitas.

*Alteri præſenti alter ſtipulari & acquirere poteſt.*

63 ¶Et huc quoque pertinet quod in ſimili dicitur,quòd licet alteri pręſenti in actu,alter ſtipulari poſſit,& acquirere,vt voluit gl.in l.vt inter abſentes.in gl.j.C.de inuti.ſtipu.per tex.in l.ea quę.ff.de donat.inter vir.& vxor.& ſatis declarat illa l.vt inter abſentes.cùm de abſentibus loquitur:certè id intelligitur modò præſentia ſit vera,non ficta,per l.ſi procuratori abſentis.ff.de verb.oblig.& videtur voluiſſe gl.eam l.allegans in d.l.vlt.vt inter abſentes,in verbo, abſentiam.& expreſsius Franc.Curt. Senior conſi.50.memoriæ recolendæ.col.v.verſi.ſextò adducere videntur.nu.80. Quod non ob aliud eſſe videtur,quàm quòd aliàs eſſent duæ ſpecialitates: vna,vt alter pro altero præſente ſtipularetur,contra communem iuris regulam;altera,quòd præſentia non eſſet vera, ſed ficta.

*Notarij ſtipulatio pro altero, euaneſcit illo nou ratificante.*

64 ¶Et in hanc quoque partem,vltra ea quæ diximus,facit quod à Bal.ſcriptum eſt in l.Pomponius.§. j.ff.de procur.quòd licet tabelliones quotidie ſtipulentur pro aliis,vt publicæ perſonæ: tamen ſi illi pro quibus ſtipulantur,non ratificent,euaneſcit ſtipulatio,per gl.ibi, quam dicit menti tenendam. Et quod idem prodidit in l.ſi abſentis.col.j.verſic.modò reuoco in dubium.C.ſi cert.peta. quòd ſi tabellio tanquam publica perſona ſtipuletur pro alio,illo ratum nõ habente, nihil agit tabellio. Ex quo vides ex ipſius Bal.ſententia totam vim,& effectum ſtipulationis factæ à notario , pendêre ex ratificatione eius cui ſtipulatus eſt.

*Notarij ſtipulatio de pace pro alio intra aliquod tempus, nõ poteſt ratificari poſt illud tempus.*

65 ¶Quod & ipſum non obſcurè voluit idem Bal.in l.nec ei.§.ſatiſdatio.circa fi.verſic.ſextò quæro.ff. de adopt.quòd ſi notarius recipit pacem pro abſente ad certum tempus,non poterit ea res ratificari poſt tempus.Ex quo etiam intelligis eum velle,neceſſariam eſſe abſentis ratificationem, etiam ſi notarius pro eo reciperet.Et id quidem mirum in modum confirmat quod in fortiori caſu ſcribit Bart.in l.iiij.§.hoc autem iudicium,col.ij.verſi.credo tamen quòd non habeat.ff.de damno infecto. quòd in illis caſibus,in quibus iudex poteſt ſuum officium interponere irrequiſitus,ad vtilitatẽ, & cõmodum aliorum,vt pro pupillis,& aliis miſerabilibus perſonis,ſiue etiam aliis,id tamen quod fecit,non habet effectum,niſi ſecuta ratificatione eius,ad cuius vtilitatem id fecit, arg.l.iij.§.inuito.&

§.acquirere.ff.de bon.poſſ.Ergo maiori ratione id quod factum eſt à notario,quod nõ habet tantum roboris,& autoritatis,vt patet ex multis quæ ſuprà diximus,requirit ratificationem,vt effectũ habeat.Et id certè mihi ſemper viſum fuit eſſe veriſsimum atque etiam comprobatum eſt ordinatione,quam vocant,Franciſci Regis,edita menſe Septembri anno 1539.nu.133.

*Notarius an poßit ante acceptationem, reuocare ſtipulationẽ, quam pro altero fecit.*

66 ¶Non tamen,ne decipiaris lector amantiſsime,quòd is qui vendidit,aut donauit abſenti, pro quo notarius ſtipulatus eſt,poſsit venditionem,aut donationem,aut notarius ſtipulationem à ſe factam reuocare ante acceptationem.quod de primo iam diximus ſuprà nu.49.ex quibus vides,& ſeq.De notario autem expreſsè voluit Alber.in d.l.non aliter.ff.de adop.ea ratione motus, quòd nihil ſibi quæſiuit per ſuam ſtipulationem alteri factam. De quo tamen dubitat Matthæ.Afflict.in dicta conſtit.Siciliæ,incip.baiulos.col.xiij.verſi.ſed iuxta hoc quæro.

*Notarij ſtipulatio pro altero, illi quærit actionem utilem ſine ceſſione, ſecuta prius ratificatione.*

67 ¶Nec denique obſtat huic ſententiæ,quam nunc defendimus,quod nonnulli alterius opin. afferunt pro maximo ſuæ opin.fundamento,quòd ſi notarius non poſſet alteri ſtipulari,& quærere ſine ceſſione,nihil amplius eſſet habitura ipſius ſtipulatio,quàm priuati. Nam primùm quid periculi eſt,ſi id fateamur? cùm notarius in huiuſmodi ſtipulationibus,quæ ad eius officium nullo modo pertinent,ſit veluti priuata perſona,vt ſæpe diximus.Quanquam & aliter reſpõdere poſſumus poſt Pau. Caſtr.huius noſtræ opin.anteſignanum,dicto conſi.cxcv.in ſecundo dubio,lib.2.& Philip.Dec.in l. contractus.col.viij.verſi.& ampliatur.ff.de reg.iur.& dicto conſi.ccxxvj.col.3.verſi.non obſtat ſtipulatio.fatendo notarium alteri ſtipulari,& quærere actionem vtilem ſine ceſsione, ſed tamen ſecuta prius ratificatione ipſius abſentis,quòd ſi alter priuatus ſtipuletur pro abſente,non ei quæritur ius, aut actio etiam poſt eius ratificationem ſine ceſsione,per not.in l.abſenti. ff. de donat. quod & nos ſuprà ex eodem Pau.diximus nu.9.nec obſtant vt ſubdit.Et ſic ſemper plus operatur ſtipulatio notarij, quàm priuati, vt illi volunt.

*Hæres an poſſit ratificare quod pro defuncto factum eſt.*

68 ¶Sed quæſtionis eſt, an ſi donatarius cui notarius ſtipulatus fuerat, mortuus fuerit ante ratificationem,ſiue acceptationẽ ab eo factam,poſsit eius hæres ratificare,vt ei quæratur. Et ſanè ſunt tex.de hac re diuerſi,vt videntur,alij probantes poſſe,alij nõ poſſe.Primùm enim probat tex.in l.ſi ſine.§. ſi procurator.vbi Bar.& Pau.Caſt.in j.not.ff.rem rat.hab.& l.ab vno.C.de neg.geſt. prout eã intelligit Bal.licet nihil mihi facere videatur,cum loquatur de re geſta à cohærede, non à defuncto.

*De eadem re.*

69 ¶Sed id ſimpliciter voluit gl.in l.eius qui.in verbo, negotiorum.ff.ſi cert.pet.ea ratione, quòd hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto.§.j.in auth.de iureiur.à morien.præſti.& Bart. in eadem l.col.ij.verſi.ad quartum oppo.& iterum col.ſeq.verſi.circa quartum.rurſúmque col.vlt.verſi. quid dicemus.& ibi quoque Bal.col.4.verſi.oppo.dicitur hìc,& Alex.latè col.4.verſic.item habetur ſecundò,& Iaco.à S.Georg.col.2.verſi.item ex cauda.& Ludo.Bolo.conſi.lxxvij.cor mundum, &c. idcirco clariſsimè,col.3.verſi.vel ſecundò poteſt dici.Philip.Dec.in l.hæredem.col.2.verſic.& ideo furtum.ff.de reg.iur.& conſi.cclxij.in cauſa magnifici,col.2.verſi.ſecundò hoc idem confirmatur. & conſi.cclxxxj.viſo puncto,col.3.verſi.ad maiorem tamen cautelam.& Matthæ.Afflict. in c.j.col. v.nu.37.tit.de cler.qui inueſti. fecit.

*De eadem re.*

70 ¶Et pro hac re vltra id quod ſuprà diximus ex glo.d.l.eius qui.facit quod ſcribitur in d.l.hæredem. ff.de reg.iur.hæredem eiuſdem poteſtatis iuríſque eſſe,cuius fuit defunctus, & multa illic congregata in eam ſententiam à Philip. Dec. vti etiam in d.l.eius qui. vbi ſuprà & dicto conſi.cclxij. vbi item ſuprà, & à me omnium latiſsimè (pace aliorum dixerim) in noſtro tractatu Retractuũ, tit.j.§. j.glo.ix.in verbo, *ou lignagier*, num.47.verùm quærimus. & ſeq.& tit.ij.§.j. gloſ. vj.in verbo, *ou ſes heritiers*, num.1.& multis ſeq. quibus locis oſtendimus idem iuris eſſe hæredi, quod defuncto, & vnius factum, alterius eſſe cenſeri.

*De eadem re.*

71 ¶Sed pro contraria parte,vt ſcilicet hæres defuncti non poſsit ratificare factum nomine defuncti, videtur eſſe tex.in l.ſi is cui.& l.bonorum.ff.rem ratam hab.& in l.iij.§.acquirere.in fi.ff.de bono. poſſ.& l.Pantonius.in prin.ff.de acq.hære.Et ita voluit Ang.in d.l.eius qui.col.ij.verſi.in gl.ſuper verbo,negotiorum.dum repræhendit gl. ibi,quam ſuprà pro altera parte citauimus.& iterum col.ſeq. verſ.in tex.ibi,inutiliter.vbi tamen limitat,vt ſcilicet non poſsit habere ratum, præterquã ad ſuum præiudiciũ.ita intelligens tex.quem ſuprà etiam pro priori opin.adduximus,in d.l.ſi ſine.§.ſi procuratori.quam dicit meliorem de iure.& Ant.Rube.in repe.l.non ſolùm.§.morte.col.iiij.verſi.notandum eſt ſecundò.ff.de noui oper.nunc.vbi alios in id citat,qui & ipſi contrariam partem tenent.

*De eadem re.*

72 ¶In qua controuerſia Dyn.in c.ratum.in pen.q.de reg.iur.lib.6.ita diſtinguendum putauit, vt in his quæ tranſeunt ad hæredem,hæres ratificare poſsit,per d.§.ſi procuratori.In his autẽ quę non tranſeunt,minimè. per d.§.acquirere.& alia iura allegata in præced.verſi.Et eam diſtinctionẽ nuncupatim ſequitur Ioan.Andr.in addit.Spec.tit.de confeſsione.§.nunc videndum.verſic.quid ſi confiteor tuam eſſe.vbi dicit eundem Dyn.idem tenuiſſe in conſi.xxxij.Sequitur item Bart. & Alber.in d.l.ſi is cui.& idem Bar.in d.l.bonorum.col.2.verſi.quæro vtrum factum.& in l.ſi quis offerenti.§.j.ff.de ſolut.dum ſe remittit ad Dyn.vbi ſuprà. Bal.dum idem facit,in d.l.ab vno.C.de nego.geſt. Alber. in d.l.iij.§.acquirere.ff.de bon.poſſ.& in d.l.ſi ſine.§.ſi procuratori.ff.rem ratam hab. Ange.non ſibi in hac re conſtans,conſi.clxj.viſo puncto prædicto.col.ij.verſi.&.vbi teneretur.Rom.in d.l.ſi Antonius.in fi.prin.ff.de acquir.hæred.& in d.l.eius qui.col.iij.ſuper gloſ.in verbo,alienatas.ff.ſi cert. pet. Philip.Dec.in d.l.eius qui.§.qui placebat.col.vlt.& ibi Franc.Curt.iunior,qui eum §. legit cum vniuerſa illa l. col.iiij.verſi.gl.in verbo,negotiorum. ff.ſi cert.pet.

¶Paulus



*Quid ſi interim ante ratificationem, donans mortuus fuerit.*

73 ¶Paulus autem Caſt.de hac eadem re loquens,& in caſu de quo ſpeciatim hìc loquimur, ſcilicet in donatione facta abſenti,notario pro eo ſtipulante in d.conſi.cxcj.viſis iis quæ narrantur,col.iij. verſi. nec obſtat quod geſtum,lib.ij.ingenuè fatetur,hæredem illius abſentis, qui poſteà mortuus eſt,poſſe ratificare, dummodò res ſit integra, id eſt, ſi donans etiam non ſit mortuus, & dominium non tranſierit in alium ſucceſſorem ipſius,vel ſingularem,vel vniuerſalem, quoniam res non eſſet amplius integra. Et idem quoque in eadem ſpecie conſuluit Bart.Chaſſan.conſil.vij. viſis themate & conſultatione,col.vij.verſi.item vna alia ratione.Præſertim, vt ipſe dicit in hoc regno, in quo poſſeſsio ipſius donantis defuncti,quæ hoc caſu nondum tranſierat in donatarium abſentem,nec ipſius hæredem,vtpote cùm nondum acceptauerant, interim tranſiit in hæredem eiuſdem donantis. & Anto.Rub.conſil.clij.præſupponitur in facto,quòd de anno,in fi.

*An mortuo notario donatarius poßit acceptare.*

74 ¶Sed quid ſi notarius, aut alius qui fuit pro me ſtipulatus,mortuus fuerit, & nihilominus potero eam ſtipulationem,ſiue acceptationem ratificare,& certè id minimè dubiũ eſt,cùm tex. expreſſum habeamus id fieri poſſe,in l.bonorum,verſi.an autem & ſi mortuus,& ibi gloſ.& doctor.ff.rem rat. habe.& ita quoque reſpondit Raph.Com.conſi.cxvj.Innoc.paulò poſt medium.

*Hæres donatarij qui non acceptarat, an id ipſum facere poßit ut poſſeſſio in eũ tranſeat.*

75 ¶Sed redeundo ad principale propoſitum donantem nondum eſſe mortuum, an poterit hoc caſu, quo donatio facta eſt abſenti cum conſtituto,notario ſtipulante,hæres donatarij, qui non acceptauerat,acceptare,vt in eum tranſeat poſſeſsio vi illius conſtituti?Et certè non poteſt,ſiue inſpiciamus ius commune,ſiue etiam noſtram generalem Franciæ conſuetudinem,qua mortuus ſaiſit viuum,vt loquuntur.Nam quantum ad ius commune,tex.eſt in d.§.acquirere, non poſſe hæredem ratificare factum defuncti,reſpectu poſſeſsionis.neq; enim tranſit ad eum bonorum poſſeſsio, quod non aliũde procedit,quàm quòd poſſeſsio defuncti non tranſit ad hæredes, niſi ea naturaliter appræhenſa fuerit.l.Pomponius,§.quæſitum,& l.cùm hæredes,in princ.& l.qui vniuerſas,§.quod per colonum, ff.de acq.poſſ.cum infinitis propè concord.à me collectis in tractatu, *Le mort ſaiſit le vif*, poſt princ. vbi & id docuimus etiam procedere in ſuis hæredibus. Et ita in hac ſpecie de qua tractamus, vt ſcilicet hæres donatarij non poſsit acceptare,tenuit Anto.Rub.in repetit.l.non ſolum.§.morte, col. viij.nu.59.ff.de no.oper.nunc.vbi & alios in id allegat.

*De eadem re.*

76 ¶Quantum ad noſtram generalem conſuetudinem, ea in hoc caſu nullo modo locum habere poteſt,quia hæc ſunt integra verba eius conſuetudinis in multis locis,*Le mort ſaiſit le vif,des choſes dõt il eſt decedé,veſtu & ſaiſy*.Et ſi hæc verba addita non fuiſſent, adhuc neceſſariò ibi ſunt intelligenda.Neq; enim defunctus eam poſſeſsionem per mortem ſuam,veluti per manus dare poteſt, quam ipſe tunc temporis cum moritur non habet apud ſe,l.traditio.ff.de acqu.rer.domin.& alibi ſæpe diximus in hoc tractatu.Sed hic defunctus nondum habuerat poſſeſsionem eius rei, ſibi abſenti donatæ per id conſtitutum,propterea ꝙ nondum ratificauerat,vt ſuprà diximus,ergo & eam ad ſuum hæredẽ tranſmittere non potuit,nec conſequenter ius ratificandi per doctor. noſtrorũ diſtinctionẽ.

*Notario an quæratur quod alteri ſtipulatus eſt, ſi is alter nolit acceptare.*

77 ¶Sed & illud quæri poteſt,an ſi is cui ſtipulatus eſt notarius, nolit acceptare, quæratur ipſi notario id quod alter ſtipulatus fuerat.Et id quidem videri poſſet ex eo quod ſcribitur in l.ſi abſentis. C.ſi cert.pet.quòd ſi abſentis pecunia nomine eius fœnori data eſt,eo ratum non habẽte,is qui eius nomine dedit,experiri poteſt.Et quod per eam l.dicit Bal.in l.certi cõdictio.§.ſi nummos,col.vlt.verſ. tertia quæſtio eſt.ff.eo.tit.vbi etiam allegat.l.cùm quæritur.ff.de admin.tut. Quódque ſcribit Fran. Ripa in l.re coniuncti,col.pe.verſ.& ex hoc ego.ff.de leg.iij.quòd ſtante ſtatuto, vt alter alteri ſtipulari poſsit,vt eſt Papiæ,ſi quiſpiam pro ſe,& altero ſtipulatus fuerit, & ille alter nolit acceptare, totum quæritur ſtipulanti.Ex quo & ipſe infert,col.ſeq.verſi.& ſecundũ intellectum,quòd in feudis in quibus frater fratri ſtipulari poteſt,ſecundum Bal.& Salyc.in l.vlt.C.res inter alios acta,& probatur in c.j.tit.de duob.fratrib.à Capit.inueſti.& voluit etiã Odofred.in ſumma feud.Bal.in l.j. C. quand. liceat ab empt.diſced.& Alex.conſi.x.ponderatis iis,quæ in themate,col.ij.ver.& hoc clarè decidit lib.3.ſi id frater fecerit pro fratre,& is nolit acceptare,totum quæritur fratri ſtipulanti. Et facit item quod in ſimili conſuluit Signo.conſi.clix.ſuper dubiis quæ mouentur, quòd ſi pater ſtipuletur filiis naſcituris ſi nulli poſteà naſcuntur,quæritur ipſi patri ſtipulanti,per multa illic ab eo allegata.

*De eadem re.*

78 ¶Tu tamẽ dic contrariũ hoc noſtro caſu,quo notarius eſt nudus miniſter, ideo nil debet apud eum remanere.arg.l.ſi quis Titio.ff.de leg.ij.Et quia etiam nulla eſt voluntas nec ipſius, nec contrahentis cum eo,vt ei quæratur.Ita enim voluit expreſsè Bart.in d.l.nec ei.§.eorum,col.ij.verſi.ſed nunquid ſi tabellio,& ibi Bal.in §.ſatiſdatio,col.ij.verſi.quartò quæro,vbi idem dicit Guil. Cu. tenuiſſe. ff.de adopt.& Alber.in l.non alter,col.ij.verſ.ſed pone quòd tabellio.ff.eod. vbi & in id allegat l. Lucius. §.à te.ff.de lega.ij.& l.filio.§.matri.ff.de adi.lega.& l.Lucius.§.filiam. ff. ad S.C.Trebel.& l.liber homo,in princ.ff.de acq.rer.rer.domin.& l.j.§.per eum.ff.de acq.poſſ.& idem Bald.in d. §.ſi nummos, col.verſi.3.ſed quid dicemus in notario,vbi & ad id allegat l.qui ſine vſuris,circa mediũ.ff.de negot. geſt.& rurſum ipſe Bald.conſi.cc.verba.in quarta quæſt.lib.2.

*De eadem re.*

79 ¶Sed hoc tamen intelligendum eſſe cenſeo, niſi ipſius notarij pro alio ſtipulantis interſit, id fieri quod ſtipulatus eſt:ita enim intelligitur d.l.ſi abſenti.C.ſi cert.pet.vt videre licet ex Bald.ibi,col.j.in ij.oppo.& Rom.circa medium,nam licèt, inquiunt, principaliter non habuerit propoſitum acquirendi,ſibi tamen habuit ſecundariò,illo pro quo ſtipulatus fuerat non ratificante,quod ſufficit.l.cùm quæritur.ff.de admin.tuto.& l.etiam.§.ſi quis abſenti.ff.de petit.hæred.& facit etiam l.ſi non ex propria.C.de contra.iud.tute.

80 ¶Sed ſi interim ſcire velis,quomodo,quibúſve verbis notarius ſtipulari aliis debet , cùm illis ſtipulari poteſt,vide Bart.in d.§.eorum,col.ij.verſ.quæro qualiter tabellio.Alber.in d.l.non aliter, col.j. verſ.ſed ſuppoſita.Bald.in d.§.ſatiſdatio,col.ij.verſ.ſecundò quæro vtrum notarius. Corn. qui alios citat,conſ.ij.viſa petitione,col.ij.verſ.nam præmittendum,lib.j.& Matth.Afflict.conſtit.Siciliæ, incip.baiulos,in x.not.verſic. limita tertiò,& alios quos tibi citaui ſuprà in xxv.amplia.num. 16.nam & in notario.

TRICESIMAPRIMA LIMITATIO.

*Notarius an poßit dictionẽ &c.extendere ad cõſtitutum.*

1 ¶Limita triceſimoprimò,quando conſtitutum expreſsè fuit appoſitum in contractu,quia ita à partibus eſt etiam expreſsè conuentum.Aliàs enim non poteſt notarius vi illius notæ,&c.id ipſum apponere:nec ſi id fecerit,quicquam proderit tale conſtitutum , vt not. reſpondit Alex. per multa ab eo allegata,conſ.xxviij.viſo & præhabito,col.ij.verſ.vnde aut volumus quòd in illo inſtrumento, & multis verſ.ſeq.lib.ij.quem nuncupatim ſequitur Philip.Dec.in l.contractus,col. vj. verſ.& ſupradicta habent locum.ff.de reg.iur.& in l.ſemper in ſtipulationibus,col.vlt.eo.tit.& in l.vt liberis,col.iij. verſ.ſimiliter pari ratione.C.de colla.& conſ.ccxlvij.in cauſa magnifici,col.iiij.verſ.prætereà iſta diſputatio.& Hieron.Grat.conſ.lxx.ex themate mihi narrato,in fi.lib. j. vbi tamen intelligit , niſi dictum expreſsè fuerit,vt inſtrumentum fieret cum clauſulis conſuetis.nam tunc ſi hæc clauſula eſſet conſueta,poſſet eam apponere.& iterum conſ.xciiij.in cauſa excellentiſsimi,col.ij. verſic. ſecundò reſpondeo,in fi.eius verſ.eod.lib.j.& Anto.Rub.in repet.l.non ſolùm §.morte,col. xiij. nu. 98. ff. de no.ope.nunc.

*Præceptũ guarentigiæ omiſſum ſuppleri non poteſt.*

2 ¶Pro quibus facit quod poſt Cyn.voluerunt Bald.Imo.Alex.& omnes propè in l. Gallus. §. idem credendum.ff de lib.& poſthu.quòd vi illius notæ,& cætera,quæ ſolet apponi in inſtrumentis,intelliguntur ſubſtantialia tantùm actus in inſtrumento celebrari,non etiam accidentalia , niſi ea eſſent de ſtilo aut conſuetudine,per multa ab illis citata.Quódque in ſimili ſcribit ipſe Bald.de præcepto guarentigiæ in c.ad conſultationem,in fi.extrà de ſenten.& re iudic.quod notarius idipſum ſi ſemel omiſerit,ſupplere non poteſt.

*Qui contrariũ tenuerũt in cõſtituto.*

3 ¶Contrarium tamen non obſcurè conſuluit Old.conſ.cxxxix. ad habendam aliquam notitiam ad fi.cuius illic verba hæc propè ſunt:An conſtitutum poterit apponi ex dictamine ſapientum. Et dicendum,quòd dictamen ſapientum debet eſſe circa conſolidationem(fortè legendum eſt conſoliditatem vel ſoliditatem)id eſt robur,efficacia contractus,ſalua manente ſubſtantia , vt no. in l.mandato Titij.§.vlt.ff.mand.& quod habetur in l.illa inſtitutio,in prin.ff.de hæred.inſtit.Et ſub verbo,& cætera,quo ſæpe vtuntur notarij,id continetur quod eſt de natura contractus,l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſth.& l.ſi duo patroni,in prin.§.idem ſcribit.ff.de iureiur. Atque etiam id quod de conſuetudine ſolet apponi.l.quòd ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de ædilit.edict.& l.ſi priùs.§.placuit.ff de aqua plu.arc.Nemo autem,inquit,dubitat tale conſtitutum eſſe de natura cõtractus,per quem quis intendit transferre dominium.Et conſuetum quoque id apponi,per quod mens contrahentium faciliùs,& efficaciùs aſſequitur ſuum finem,ſiue finalem effectum,argu.l. ſi quis locuples.ff.de manumiſ.teſt.& l.quiſquis.ff.de leg.iij.& l.j.circa med.C.com.de leg.Hæc ille.

*Et alij.*

4 ¶Et idẽ iiſdem rationibus,& legibus voluit Io.And.ipſius diſcipulus,qui tamen eius nõ meminit,vt ſolet,in addi.Spec.tit.de inſtr.edi.§.inſtrumentũ ergo,verſ.ꝙ ſi à contrahentibus.& Anto. in c.ex literis,col.ij.ver.ſed nunquã per hæc,& ibi quoq; Felin.col.5.ver.ſeptima ac vltima declaratio,de fide inſtr.Pau.Ca.conſ.x.ſi vera ſunt,col.j.li.j.vbi dicit hanc conſtituti clauſulã ſolere cõmuniter apponi ab omnibus notariis,ideóq; & eã contineri ſub illa nota &c.iuxta not.per Bal.in d l.Gallus. §.idem credendũ.ff.de lib.& poſthu.Subdit tamen conſtitutũ non quidẽ ſimplex,ſed cũ adiectione precarij,per quod transfertur ciuilis,& remanet naturalis,non contineri ſub ea nota, niſi notarius ille conſueuiſſet eã in ſuis inſtrumẽtis apponere,quia vt plurimùm non apponitur,per l.nã ad ea.ff.de legib.

*Alij item.*

5 ¶Sed & eiuſdem ſententiæ,vt notarius poſsit ponere conſtitutum,tametſi à partibus nõ eſt dictum, reſpondit etiã Soc.conſ.239.præſentis conſultationis difficultas,col.pe.ver.ſed ad hãc difficultatem, lib.2.quod iterũ repetitur conſ.231.lib.4.nam id,inquit,tacitè ſubintelligitur,licèt non fuerit expreſſum,cùm de conſuetudine apponi ſoleat in inſtrumento venditionis,arg.l.vel vniuerſorũ,& ibi not. ff.de pigno.act.& eius quod voluit Ang.in l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcr. Et idẽ propemodũ voluit ipſe Soc.conſ.cj.viſis duobus teſtamẽtis,col.j.ad fi.ibi,vnde tantùm procedit,li.3.& conſ.lv.viſo inſtrumẽto,ad fi.lib.4.& in d.l.Gallus,§.idem credendũ,col.vlt.ff.de lib.& poſthu. vbi tamen intelligit,ſi ſolitũ ſit apponi.& Cepol.in l.ꝙ ſi nolit,§.quia aſsidua,per eũ tex.nu.38.ff.de ædilit.edict.& Felin.in c.cùm M.Ferra.col.4.verſi.& prima declaratio,de conſti.& Phil.Dec.ſibi contrarius,conſi. 449.viſis duobus conſiliis,col.iiij.verſi.& nõ poteſt dici.& Iaſ.in l.ex parte,col.ij.ver.ſeptimò & vltimò.ff.de verb.obli.& in d.l.vt liberis,col.4.verſ.& vide quod no.C.de collat. vbi dicit id ſe ſæpiùs vidiſſe in facto Steph.Bert.conſ.286.ex venditione,ad fi.lib.j.Matth.Afflict.in conſti.incip. baiulos, col.vj.verſ.an autẽ poſsit apponere.& Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco,ab vſitato,col.2.verſi. hinc etiam eſt quòd notarius.& Marc.Mant.conſ.cclvj.viſo caſu mihi tranſmiſſo,col.ij.nu.11. & ſeq.

*Conſtitutũ ſolitũ apponi in inſtrumẽtis notariorum.*

6 ¶Nam & hanc clauſulã conſtituti,ſolere apponi in inſtrumentis notariorũ,præter eos quos iam citauimus in ij.præcedentibus verſi.voluit etiã Raph.Co.conſ.xlj.ad primum quæſitũ,col.j.verſic.illud etiam ꝙ ſola venditio.& conſ.173.Galuanus,col.3.verſ.quin etiam dici poteſt.alter Raph. Fulg. cõſ. cc.in quæſtione,col.j.& conſ.ccxiiij.Titius obligauit ad fi.& Panor.in c.ij.col.vlt.verſ.quintũ exemplum,



plum,extrà de conſuet.Petr.Ferra.in tit.forma poſitio.actoris,in verbo,itẽ quòd præſcriptus,col.ij. verſi.quid autem ſi in inſtrumento.& rurſum tit.for.reſpon.libel.in actio.hypo.in verbo. exceptionem excuſsionis,col.ij.verſ.item ceſſat excuſsio ſi debitor vt ſit.& Iaſon in l.quoties,col.iiij. verſic. quintò principaliter.C.de rei vend.& in l.apud Iulianum.§.j.col.iij.in vij.not.ff.de leg.j.

7 ¶Ex quo ſequitur,vel ſi non aliud eſſet,poſſe notarium eam clauſulam etiam omiſſam apponere, vt conſuetam,per text.not.in l.vlt.in fi.iuncta gl.C.de fideiuſſ.cuius l.autoritate Bal.ibi, dicit notarium ſimpliciter rogatum,intelligi rogatum cum clauſulis conſuetis. quod & ipſum dicit per eundem tex.ipſe Bal.in l.j.col.vlt.verſ.ſed ponamus contrahentes. ff.ſol. matri. loquens de clauſula hypothecaria,vbi dicit illum tex.eſſe ad hoc not.& in l.cum de conſuetudine.ff.de legib.& in l.ita demum §.j.ff.de procur.& in l.huiuſmodi,in prin. ff.de legat.j. vbi dicit eum text. ad hoc eſſe meliorem totius iuris.& in d.l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit,poſt princ.ff.de iureiur. & in l. ſi quis ſub conditione,in fi.ff.de condit.inſtit.& in rubr.C.de fide inſtr.col.v.verſ.quartò quæritur.& in l.errore,poſt prin.C.de teſta.dum dicit quod conſuetum eſt,tacitè videri ineſſe.quæ enim in quotidiano vſu ſunt pro expreſsis haberi,per d.l.vlt.C.de fideicom.quam ad hoc dicit valde notabilem, & idẽ Bal.in rub.C.de reuoc.his quæ in fraud.cred.& conſ.ccccxiiij.cùm per ſtatutũ, lib.iiij.& ante eum Bart.in l.vlt.in prin.ff.quæ in fraud.credi.vbi dicit notarios ex tacito mandato poſſe ea in inſtrumẽtis apponere,quæ de conſuetudine veniunt,& in d.l.ſi priùs.§.j.ff.de aqua plu.arcen.

*Notarius ſimpliciter rogatus poteſt apponere clauſulas conſuetas.*

8 ¶Quod & plerique alij voluerunt,ſcilicet Floria.in l.hæredes.§.in illa, in princip. ff. famil. herciſc. vbi loquitur de clauſula pœnali apponi ſolita.Alex.in l.ſi finita,in prin.ff.de damno infect.& conſ. xxvij.in cauſa & lite dominæ Bartolomeæ,col.j.lib.ij.& conſ.cv.in cauſa correctionis,ad fi.eod.lib. ij.& conſ.lxxxix.viſo themate inquiſitionis,col.pen.verſ.& ex his pater,lib.iij.vbi etiam dicit,illum text.eſſe meliorem qui ſit in iure.& con.liij.in cauſa & lite inter Lucam,col.iij.verſ.nec ad hoc obſtat,lib.vij.Corne.conſ.ccxxv.antequam aggrediar,col.vlt.verſ.nec obſt.quod dicebat,lib.iij.Barb. conſ.v.clementiſsimi Dei,col.v.verſ.prætereà eſt etiam,lib.j.vbi ad hoc dicit ſingul.text.in d.l. vlt. de fideiuſſo.& conſ.iiij.prope inquit,col.iiij.verſ.& adduci, lib.ij.conſ.37.& ſcribitur ſapienter , col. v.verſ.& adduco optimũ,lib.ij.& Cepola in l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua,num.40.& multis ſeq.per illum text.ff.de ædil.edict.& Soci.in d.l.Gallus.§.idem credendum,col.iij. verſ. aliquando & tertiò quærimus,& iterum verſ.aliquando octauò & vltimò.ff.de libe.& poſthu.& conſ.xciiij.in cauſa validitatis,col.iij.verſ.& hæc omnia confirmantur,lib.j.Guid.Pap.conſ.cxciij in cauſa miſsionis, in fi. Iaſ.in l.j.§.ſi procurator,col.vlt.ff.ſi quis ius dice.non obtemp.& latè in l. certi condictio. §. ſi nummus,col.ij.verſ.tertiò not.principaliter,& ibi Iacob.à S.Georg.col.j.ff.ſi cert.petat. & idem Iaſon in repet.l.admonendi,col.lix.verſ.nam notarij ſimpliciter,ſub nu.165.de iureiur.& in l.vlt.col.viij.verſ. decimò principaliter.C.de iure emphyteut.& latiſsimè in l.vt liberis,col.ij. verſ.item ex vlt. parte. C.de collat.& latè Felyn.in c.ex literis,col.vj.verſ.ſed tamen iſtud,de fide inſtr.Hippo. Marſil.ſing. cxxiij.in iure clarum.Thomas Parp.in procœmio ff.& ibi Hieronymus Cagno.col.vlt. Franc. Curt. Iunior in l.j.col.vj.nu.36.C.de eden. & Mart. Mantu. conſ.cxxvj. punctus emergentis conditionis. col.ij.nu.4. & alij quos citabimus infrà , nu.13. quanquam. Et quod in ſimili de procuratore dixi ſuprà in xiij.limit.nu.8.cui & illud.

*De eadem re.*

9 ¶Nam & aliàs videmus,quòd id quod ſolet apponi in contractu vel alia diſpoſitione , habetur pro appoſito,etiam ſi id non ſit dictum aut ſcriptum,per text.in d.c.cum M. Ferra. in illis verbis , ſicut cõſueuit,& ibi Bald.qui & eam dicit meliorem de iure,col.iiij.verſ.item illud quod debet,Ant. col. v.verſ.in tex.ibi,ſunt conſueta,Imo.col.iij.verſ.item potes notare,Pan.col.ij. verſ.not. ibi ſicut conſueuit,Barb.latè col.iij.verſ.nam ex iſtis verbis quòd clauſula poſita.Felyn.vbi ſuprà,& Philip.Dec. col.ij.in v.not.& Fran.Ripa,col.xvij.in xxvij.not.extrà de conſtitut.Et ad id quoque allegatur tex. in c.ij.ibi,& ſi non apponatur,de reſcript.& in c.quòd tranſlationem,ibi,ſæpe fuere , & ibi,iam licere,& ibi Panor.qui eum tex.ad hoc dicit multum ſing.col.ij.verſ.nota.in verſ.ſiquidem,de offi.lega. & Barb.col.v.verſ.not.ibi,& ſiquidem.Et tex.in cle.j.in fi.de pœn.Et bene etiam facit quod ſcribit Bal.in l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo,in prin.ff.de leg.3.quòd quis præſumitur velle quod cõſuetum eſt, per d.l.vlt.de fideiuſſ.Et quod idem tradit in d.l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua,per eum tex.ff.de ædil. edict.quòd notarius debet ponere in inſtrumento ea quæ ſunt de iure,& conſuetudine regionis.

*Solitum apponi habetur pro appoſito.*

10 ¶Sed aduerte quòd plurimi ex his,quos ſuprà citauimus , intelligunt id cùm in inſtrumento ponitur ea nota,& cætera,vt ſcilicet ea comprehendat quæ ſolita ſunt:quaſi ſine ea nota non liceat aliter extendere quàm dictum,aut ſcriptum eſt.Atque ita etiam intelligit Socin.poſt alios multos ab eo citatos,conſ.xciij.præſtantiſsimi,col.iij.verſ.prætereà cùm dictos , lib. j. Alij autem loquuntur, cum dictum eſt expreſsè , vt notarius poſsit conficere vel extendere inſtrumentum ex dictamine, vel conſilio,vel ſenſu ſapientis.& ita nuncupatim & in his terminis loquũtur Oldr.& Io.And.in locis ſuprà citatis in verſ.iij.& iiij.& Iacob.à S.Georg.in l.pacto conuento,ante fi.ff.de tranſact.Et ita quoque expreſsè id intelligit Bald.in d.rub.C.de reuo.his quæ in fraud.cred. Sed id minimè placet Fely.in d.c.ex literis,col.vj.verſ.ſed tamen iſtud non videtur,de fide inſtr.& Iaſ.in d.l.j.col.vlt.verſ. adde quod Bald.ff.ſi quis ius dic.non obtem.nam ſimpliciter intelligitur notarius rogatus de conſuetis,vt latè ſuprà diximus & probauimus.

*Quomodo ſuperiora intelliguntur.*

11 ¶Sed ſunt & alij,qui dicunt ſimpliciter,ea quæ omiſſa ſunt in contractibus,non eſſe ſubintelligenda nec ſupplenda,etiam ſi ſint ex more & conſuetudine regionis,& inter hos Bald. loquens de renunciatione diſcuſsionis,in d.rub.C.de reuoc.his quæ in fraud.cred.col.ij.verſ.& nota quòd Bart.dicit.

*Qui contrariũ è diametro tenuerunt.*

& Ang.loquens de renunciatione periculorum ſiue caſuum fortuitorum,in l.licèt, col. j. de locat. Quorum opinionem adiuuat, quòd omiſſa in contractibus habentur pro omiſsis.l.inter ſocerum. & l.Bebius.ff.de pactis dota.& l.ſi cùm dotem,in prin.ff.ſolut.matr.& l.ſi extraneus.ff. de condi. ob cauſ.& l.quicquid adſtringendæ,ff.de verb.oblig.& l.vlt.C.de pact.conuen.& l.ij. & ibi Bald. C. de naut.fœno. Quod perpetuum eſt in omnibus diſpoſitionibus,vt latè oſtendimus in tractatu Primigeniorum,in xl.quæſt.num.190.caſus omiſſus,& ſeq.

12 *Cõſuetas clauſulas appoſitas, nihil operari.*

¶Quid quòd ſunt qui tradunt clauſulas conſuetas ſiue ſolitas apponi in inſtrumentis,& quæ reuera poſitæ ſunt,nihil operari,nec haberi pro poſitis, niſi conſtet eas fuiſſe expreſsè à contrahentibus conuentas. Videri enim magis fuiſſe poſitas,quòd è ſtilo & conſuetudine notariorum ſunt, quàm quòd partes ita conuenerint,ex ſentẽtia Bartoli loquentis de clauſula codicillari,in l.j.in vj. quęſtio. in fi.ff.de iure codicil. Bald.in l.quoties,col.j.verſ.modò reuocatur,in fi.C.de hæredib.inſti.Cardin. conſ.cxx.ad primum quod iudex,verſ.item tales renunciationes.Ant.loquẽtis in clauſula iuramẽti, in c.cùm contingat,col.vij.verſi.quartus caſus,in fi.& ibi Panor.col.xix.in ix.caſu, verſic. in dubio enim,eod.tit.& eiuſdem Pan.in c.Quintauallis,col.xvj.verſ.venio ad ſecundum membrum,ibi,ſed quia notarij ex conſuetudine,eod.tit.& Alex.conſi.cxlj.ponderatis,col.vlt.li.j.Soci.conſ. ccl.in cauſa Bononienſi,ante fi.lib.ij.& conſ.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.vij.verſ.dicit prætereà,lib.iiij. & Vincen.Pali.inter conſ.Curtij ſenioris,conſ.iij.& ſi ſubtiliſsimè,col.ij.verſ.cõſideraui, quòd etiã. & Lud.Gozad.conſ.lxxx.in hac cauſa,col.ij.verſ.ſecundò conſidero.Franc.Curt. iunior in auth.ex cauſa,col.pen.verſ.ſecunda dubitatio.C.de lib.præter.& conſ.cj.præſupponitur in facto,col.vlt.verſ. prætereà vt dicit,lib.ij.& Paul.Pariſ.conſ.xx.conceſsio in perſonam, col. ix.nu. 87. lib.j. cum aliis multis concord.à me collectis in comment.l.ſi vnquam,in prę fatione,nu.cxxvj.ad huius tamen.C. de reuocan.donat.

13 *Qui contrariũ tenent.*

¶Quanquam cõtrarium tenet Imo.in l.filio præterito,col.viij.verſ.& per prædicta.ff.de iniuſt.rupt. & irri.teſta.Alex.conſ.cxxv.viſis & conſideratis,col.pe.verſ.necobſtat quòd notarius iſtas clauſulas. lib.j.iunctis his quæ dixerat ex d.Ant.vbi ſuprà,col.eiuſdem conſ.ij.verſ. ſed ſi dixit. quod conſ. repetitur conſ.liij.lib.iij.& idem Alex.conſ.cxlij.circa primam dubitationem,col.4.verſ.ſubdit etiam, lib.ij.quod & repetitur conſ.cij.lib.iij.& idẽ Alex.conſi.j.ponderatis his quæ in themate,col.v.verſi. & licèt quidam celeberrimus,ſub nu.21.lib.v.Corne.conſ.cl.prima facie dicendum videtur, col.iij. verſ.nec etiam obſtat id quod dicebat,lib.iij.Barb.in d.c.quod tranſlationem,col.vj.num.26.& ſeq. de offic.leg. & conſ.vj.vbi Chriſtus non eſt,in fi.li.iij.& conſ.liiij.illud in medium afferam,col.pen. verſ.& ſi quiſpiam opponat,eod.lib.iij.& conſ.lviij.omnipotentem & immortalem.col.ix.verſ. & ſi dicatur,lib.iiij.Philip.Dec.in l.ſemper in ſtipulationibus,col.pen.verſ.ex prædictis.ff.de reg.iur.& in d.cap.cùm M.Ferra.col.ij.verſ.& ex ſupradictis,de conſtitut.& Alcia.in l.j.§.ſi quis ita,in iij.no.ff.de verb.oblig.& Hiero.Grat.qui hanc dicit eſſe communem opinionem,conſi.cxij.viſis dubiis,col.iij. verſ.circa tertiam difficultatem,lib.ij.& Fran.Ripa in l.Centurio,col.xxvj.verſ.in primis deciſio.ff. de vulg.& pupil.& omnes quidẽ innixi ea ratione,quã ſuprà diximus,& quã Barb.d.conſ.58.lib.4. dicit inconuincibilem,ꝙ notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas cõſuetas ex more regionis.

14 *Diſtinctio eas opin. concordans.*

¶Super qua controuerſia Lancelo.Galiau.in d.l.j.in prin. col. ij. verſ. item contrà facit. ff. de verb. oblig.eam volens componere ita diſtinguit. nam aut clauſula id importat quod non poteſt rationabiliter dici contra mentem contrahentis eſſe,& tunc ſtandum eſt ei clauſulæ, ſecundum poſteriorem opini.aut verò continet aliquid quod veriſimiliter eſt contra mentem contrahentis,& tunc ſtandum ſit priori opinio.Et ita debet conſiderare diſcretus iudex:dicítque hanc diſtinctionem non eſſe alienam à mente omnium,& bene pro ea facere quod ſcribitur in l. vlt. §. idem quæſiit. ff. de condict.indebit.

15 *Authoris opi.*

¶Ego certè in ea ſum opin.vt ſi alicubi eſſet conſuetudo ponendi conſtitutum in omnibus inſtrumentis,ſi fortè eſſet omiſſum in vno quopiam,videretur fuiſſe omiſſum errore, aut obliuione notarij:atque ita cenſendum eſſe tanquam ſi appoſitum fuiſſet: proptereáque eo caſu multò magis poſſe notarium ſub ea nota. &c.idipſum adſcribere:præſertim,quòd,vt iam dictum eſt, cenſentur partes id voluiſſe quod ad perfectiorem & expeditiorem effectum contractus facit, maximè cùm huiuſcemodi eſt mos regionis.Sed ſi is mos ſit,vt nunc ea clauſula ponatur in inſtrumentis, nunc non ponatur,ita vt non ſit vniformis eius rei conſuetudo,id fieri non debet. vt etiã reſpondit Hierony.Gratus conſ.cij.videtur prima fronte,col.j.verſ.ad cõtraria verò,lib.j.& ante eum voluit Soc. in l.Gallus.§.idem credendum,col.ij.verſ.confirmatur iſta concluſio.ff.de lib.& poſt.arg.l.Seio medico.ff.de annu.leg.& eius quod ſcribit Bald.de promiſsione pœnæ,in l.ſi duo patroni.§. ſi quis iurauerit.ff.de iureiur.& Franciſcus Ripa.in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.x. verſ. ſecundò limitatur. ff.de verb.oblig.Et bene facit quod ſcribit Bart.in ſimili in l.ſciendum,col.j.verſ.contra hæc oppo. ff.de verb.oblig.Scio autem obſeruatum eſſe in noſtra curia Pariſienſi:eam clauſulam non ſuppleri,nec intelligi ſub illa nota, &c.niſi expreſsim fuerit in inſtrumento appoſita.

16 *Conſuetudines loquentes de conſtituto.*

¶Sunt & quædam conſuetudines,quæ nuncupatim loquuntur de hiſce clauſulis conſtituti, & aliis poſſeſſoriis,& inter cæteras Pictauien.*des teſtamens*, §.iiij.qui eſt omnium ccix.& ſeq. Engoliſmenſis eodem tit.§.vj.qui eſt omnium cxvij. Rochellenſis tit.*des donations entre les contoinctz*,§. vij. qui eſt omnium xlix.atque etiam ordinationes(quas vocant)regiæ Franciſci Regis,anni 1539.in menſe Septembri,articulo cxxxiij.quas ſuprà citauimus,& ex quibus ſatis intelligis hanc clauſulam conſtituti non ſemper apponi ſolitam,proindéque nec ſupplendam eſſe.

AND.



# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI SENATORIS COMMENTARII

## In l. Boues. §. Hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific.

## ORNATISSIMO PRAESVLI, NICOLAO PELLEVAEO AMbianenſi epiſcopo, regio in ſanctiore conſilio conſiliario, Andreas Tiraquellus regius in Pariſienſi curia Senator S. P. D.

QVO ex tempore, à ſenatorio hoc munere, ad Ambianenſem Præſulatum, maximo totius noſtri ordinis deſyderio aſſumptus es, Antiſtes illuſtriſs.ſemper in animo habui,veterem illam neceſsitudinem, quam & ſtudiorum ſimilitudo,& eius temporis conſuetudo, quo vnà magiſtratu iſto fungebamur, conciliàrant, omni officiorum genere, vt debui, non alere ſolùm, aut retinere, ſed etiam ſi fieri poſſet magis, ac magis augere. Neque enim verebar, ne quod vulgò amicis vſuuenire ſolet, quorum & Cicero in Lælio, & Ariſtoteles in Ethicis meminerunt, amicitiam noſtram abſentia dirimeret, néue honorum, dignitatúmque gradus, quibus à Sereniſsimo rege noſtro, non modò non ambientem, ſed nec opinantem ornari te,& cumulari audiebam, aliqua ex parte tuam erga me beneuolentiam labefactarent, nedum conuellerent aut diſſoluerent. Quanquam, ſi verum fateri audeo,iſti tuæ fortunæ nonnihil hoc nomine indignabar,quòd per eam,antiqui collegæ præſentia, non niſi rarius quàm cuperem,frui liceret,cuius aliquando quotidiana conſuetudine fœlicem me exiſtimabam: Et cuius in colloquendo humanitatem, ac comitatem,in diſſerendo acumen,in conſulendo,& iudicando prudentiam,integritatémque coram ſuſpicere,& admirari, magna cum voluptate ſolebam,nunc eundem abſentem deſiderem.Sed id pro regis imperio ac Reipub. bono ferendum eſt. Quorũ ille, raras animi tui dotes, ingeniúmque rebus omnibus inſtructiſsimum,quæ ad inſtituendum,& excolendum politicum virum neceſſariæ ſunt,perſpectum habens, te & libellorum ſuo-

rum

rum magiſtrum,& ſibi ab intimis conſiliis eſſe voluit. Hæc à priuatis, & humilioribus cauſis in eum locum,& conſeſſum euexit, vbi quæ ad ſummam,& conſtitutionem totius regni pertinent, & ſpectant, pertractantur. Fœlix ipſa nimium, ſi quamplurimos tui ſimiles, rerum ſuarum moderatores, & adminiſtratores habeat, καὶ καλῶς γεγονότας καὶ πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένους, in Areopagum olim cooptari ſolitos ſcribit Iſocrates, nempe qui & generis nobilitate eximij, & vitæ integritate conſpicui,diſciplinarum etiam omnium cognitione, & rerum vſu, cum tanta prudentia coniuncto,quanta ſatis eſt ad viros probos efficiendos, cæteris præſtarent, qui numeris omnibus grauitatis, ſeueritatis, conſtantiæ, fortitudinis eſſent abſolutiſsimi,vndecunque docti, & vndique placentes. Quæ omnia, vt non in vno quouis homine depræhendere eſt facile: ſic in te ſunt copioſiſsima. Sed vide quorſum me tuarum virtutum commemoratio rapiat,vt quamuis eas attingere hoc loco nō decreuiſſem, rerum tamen dulcedine raptus, à littore,quod ad ſummum legere ſat erat, in altum auferri me non ſentiam: conſultius nimirum facturus, ſi Timanthis illius exemplo,ea quæ oratione aſſequi non poſſum,ſilentij velut quodam velo contexiſſem. Quare ad id quod huius epiſtolæ fuit,me recipio: cuius ſcopus & inſtitutū erat,libellum hunc tibi offerre,antiquæ noſtræ neceſsitudinis velut μνημόσυνον, meíque in te animi pignus, vt quoties eum in manus iſthic venire contigerit, toties Tiraquellum tuum tecum habere, & alloqui tibi videaris,qui vt te ſemper plurimi fecit,ita ſemper eſt obſeruaturus. Vale Antiſtes digniſsime,& cum libello,deditum tibi auctorem amare perge, ac Domino Hoſpitalio,ſine quo, propter ſingularem ipſius eruditionem,ac probitatem, non ſatis fœliciter in aula tibi victurus videbaris, meis verbis,quæſo, ſalutem imperti.

Rurſum Vale. Lutetiæ v.
Non.Iul. 1554.

MICHAELI



# MICHAELI TIRAQVELLO FONTENAIENSI APVD

Pictones Seneſchallo, primigenio fratri chariſsimo, Andreas Tiraquellus iunior

S. P D.

*VT apud Homerum queritur Telemachus* ὅτι τὴν ἑαυτοῦ γενεὴν μούνωσε Κρονίων *(eius enim dictum vſurpare libet) ita me multis fratribus beatum iudico. Nam ſi rerum omnium, quas ad beatè viuendum ſapientia comparauerit,nihil eſt maius amicitia, nihil vberius,nihil iucundius,cum his actum præclarè eſſe putādum eſt,quibus licitū eſt, eum ſibi amicum inſtituere,qui vt frater germanus eſt,ita alter idem ſit,vt mihi rectè à Sotione dictū illud eſſe videatur,* τοὺς ἀδελφοὺς παρέντας καὶ ἄλλους ζητοῦντας παραπλησίους εἶναι, τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δ' ἀλλοτρίαν γεωργοῦσι. *Quum igitur, iuxta vetus verbum, amicorum communia omnia ſint,committere nolui,vt tibi non impartirem,tecúmque communicarem eam lætitiæ voluptatem, quam ex commentatione patris, de maximè inſigni loco iuris ciuilis, nuper in lucem edita, iam accepi. Nam quum præclara eius opera immortalitatis ſunt,non ætatis,tum ex his omnis literatorum natio multas, magnáſque vtilitates percipit,vt nullam moram interponendam putarim, quin quamprimum maximo gaudio fruerere. Quæ cauſa fuit potius, vt librum adhuc atramento madentem mitterem, quàm vt eo tibi animum adderem, ad inſiſtendum eam viam quam nobis pater tritam reliquit, quum iam magnam itineris partem confeceris, atque illam quidem quæ moroſior ſalebriſq; impedita magis eſt. Vale. Pridie Calen.Iulias,anno D.milleſ.quingenteſimo quinquageſimo quarto, Lutetiæ, ex ædibus paternis.*

BARTHOL

## BARTHOLOMAEI FAII VIRI

SENATORII CARMEN.

*Hoc ſermone breui, Dum nupta erit, arcta prioris*
*Fœdera coniugij ſignificata magis,*
*Protrahis in ſeram fœlix Tiraquelle ſenectam,*
*Dum iuris multo hæc dogmate doctus obis.*
*Fœcundo liceat tibi connubialia iura,*
*Quaq; his accedunt diſſerere vberius.*

## AD D. ANDREAM TIRAQVELLVM

Senatorem Regium, G. Albertus Pictus, in curia aduocatus.

*Te quoque iam iuuenem niueis Tiraquelle quadrigis*
*Intulerat claro candida fama polo:*
*Cæruleóque nouum candeſcens æthere ſydus*
*Fulgebat, Picti gloria rara ſoli.*
*At labor aſſiduas dum torquet feruidus arteis,*
*Tergeminum ſplendens cernere ſydus erat:*
*Vt latè crebris tandem ſudoribus actus,*
*Luceres noſtri ſolq; Deusq; fori.*

INDEX



# INDEX PARTICVLARIS

XXXIII. LIMITATIONVM QVAS VOcant Iuriſconſ. regulæ generalis, huius §. hoc ſermone. l.Boues. de verb.ſignific.ff.

SERMO ſimpliciter prolatus de primo intelligitur. pag.267.
Primò limita non procedere, quando non valuit primus actus. 288.
Idque procedit, niſi quis primum actum inutilem & prohibitum ſcienter fecerit. 293. nu.29.
Intelligitur etiam de primo actu valido, cùm ad ius ſit relatio, ſecus ſi fiat ad merum factum. 294.nu.37.
Idque etiam intelligitur quando tractamus de iure quæſito conſeruando, ſecus autem ſi de nouo iure quærendo. ibid. nu.38.
Idque etiam procedit in eo qui iure ſuo aliquid facit, ſecus ſi iure alieno. ibid.nu.40.
Intelligitur etiam in diſpoſitionibus ſiue prouiſionibus competentibus iure primario, ſecus ſi iure deuoluto. 295. nu. 49.
Id etiam procedit, cum quis exercet actum ſibi de iure communi competẽtem, tunc enim ſi inutiliter exercuerit, poterit denuo exercere, ſecus ſi iure ſpeciali. 296. nu. 50.
Procedit etiam, cùm actus primus nullus eſt ob omiſſam formam vel ſolennitatem, tunc enim is iterari poterit, ſecus autem ſi peccatum ſit in materia. ibidem nu.51.
Procedit etiam, vt ſcilicet is qui actum fecit nullum, poſsit iterum & eum validum facere ſi nullum eſt ipſo iure, ſecus ſi ope exceptionis, vel officio iudicis eſt emendandum: tunc enim non poterit eundem iterare. ibidem nu. 55.
Secundò limita non procedere, vbi ſimplex ſermo profertur in materia, quæ ex conſuetudine regionis requirit iterationem. 297.
Tertiò limita non procedere in materia fauorabili, & quæ benignam interpretationem recipit. 299.
Quartò limita non procedere, quando eſt facta conceſsio quæpiam ad certum tempus: quia tunc non intelligitur pro prima vice, ſed toties quoties, durante illo tempore præſtituto. 299.
Et idem ſi vſque ad diem, vel ad tempus ſit legatus. ibidem.
Quintò limita non procedere, quando conceſsio ſit pro certa & determinata cauſa. 300.
Sextò limita non procedere, quando per primum actum non eſt ſatisfactum menti, & intentioni loquentis, ſiue diſponentis, ſiue agentis. ibidem.
Quidam hanc limitationem intelligunt in diſpoſitione legis, non hominis quæ primo actu conſumitur, etiam ſi poſtea euanuerit, vel non ſortita fuerit effectum. 302.nu. 20.
Septimò limita, vt procedat in diſpoſitione affirmatiua ſiue permiſsiua, non etiam in prohibitiua ſiue negatiua. 302.
Octauò limita non procedere, quando diſpoſitio inducta per viam priuilegij eſſet temporalis, ſi intelligeretur de prima vice. 303.
Nonò limita, vt hæc regula procedat in diſpoſitione hominis, non legis vel ſtatuti. 304.
Secus ſi teſtator mandauerit hæredi, vt faciat compromiſſum, quia tunc ſi ſemel validè compromiſerit, licet effectus inde nullus ſecutus fuerit, non tenebitur iterum compromittere. 305.nu.7.
Declara etiam hanc limitationem, vt ſi diſpoſitio hominis facta eſt ex neceſsitate legis vel ſtatuti, ea cenſetur eſſe facta à lege vel ſtatuto, ita vt non intelligas de primo actu. ibid.nume.12.
Declara iterum, vt procedat in diſpoſitione legis cõmunis, ſecus ſi ex ſpeciali beneficio legis quidpiam competat. 306. nume.14.
Decimò limita, vt noſtra regula non procedat, quando poſt primum actum etiamnum manet eadem ratio diſpoſitionis, vt procedatur ad ſecundum actum, tunc enim & ad eum procedi poteſt. 306.
Vndecimò limita vt procedat in dubio, & cùm ſimpliciter fuerit aliquid diſpoſitum, tunc enim etiam in dubio de primo actu intelligitur. ibidem.
Secus ſi aliter diſponentes dixerint. ibidem.
Duodecimò limita non procedere, non ſolùm quando expreſsè aliud dictum eſt à partibus, ſed & ſi ex coniecturis veriſimiliter colligeretur intentionem earum aliter intelligere. 307
Decimotertiò limita procedere, quando verba referuntur ad aliquem actum, qui poteſt ſæpius iterari ab eadem perſona, ſecus ſi ex ſuapte natura traheretur ad plures perſonas. ibidem.

Decimoquartò limita procedere, niſi ſecundus actus ſubrogaretur in locum primi. 308.
Decimoquinto limita, vt procedat in diſpoſitionibus inter viuos. Secus autem in diſpoſitionibus teſtamentariis. ibidem.
Decimoſexto limita, vt procedat noſtra regula in diſpoſitione conditionali tantùm, non etiam in cæteris, vt in præceptiuo vel diſpoſitiuo. 309.
Decimoſeptimo limita, vt ſcilicet ſermo ſimpliciter prolatus, de primo actu non etiam ſecũdo intelligatur, niſi actus ille ſecundus ſit reuocatorius primi, qui aliàs ex ſuapte natura ſit reuocabilis, quia tunc reuocari poteſt. 310.
Decimooctauo limita, vt hæc noſtra regula non procedat, ſi natura rei, ſiue ſubiecta materia repugnet. ibidem.
Decimonono limita, vt procedat cùm æquitas ſuadet, vt de ſecundo actu non intelligatur. ibid.
Vigeſimo limita, vt procedat in actu non iterabili durante eodem ſtatu, ſecus in iterabili. 311.
Vigeſimoprimo limita, vt non procedat, quando quis in primo ſuo actu, nulla ſua culpa fuit deceptus: tunc enim ad alium accedere poteſt. 311.
Hanc tamen limitationem intellige, modò ſi is qui ita errauerit, poſteaquam certior factus fuerit de ſuo errato, & ita iure ſibi non competente in beneficio quod prius acceptauit, mox ad aliud redierit. 312. nume. 7.
Intellige iterum & hanc limitationem in eo qui deceptus fuit errans in facto, ſecus ſi in iure errauerit. ibid. nume. 9.
Viceſimoſecundo limita hanc noſtram regulam, vt procedat, cùm agitur de ſpecie, quæ ſuapte natura non eſt iterabilis. Secus ſi de quantitate, quæ ſua ipſius natura iterari poteſt. ibidem.
Viceſimotertio limita, vt procedat, cùm per primum actum ius alteri eſt quæſitum, ſecus ſi non eſt quæſitum. ibidem.
Quod tamen intellige, niſi quippiam nouum atque inopinatum emerſerit, ob quod is qui prorogationem petit, non potuerit intra tempus præſtitutum dicere de iure ſuo: tunc enim iuſtum eſt, vt ei ſuccurratur. 313. num. 7.
Viceſimoquarto limita procedere, vt primo actu conſumatur diſpoſitio, niſi ipſe actus ſit neceſſarius, ſcilicet continens neceſſitatem actu permanentem. 313.
Viceſimoquinto limita, vt non procedat in vniuerſali ſiue generali diſpoſitione, aut indefinita: tunc non tantùm intelligitur de primo & præſenti actu ſiue tempore, ſed etiam de aliis poſtea futuris. ibidem.
Viceſimoſexto limita procedere, niſi diſpoſitio permittens aut aliter diſponens aliquid fieri, vtatur verbo, quoties, vel quandocunque, vel quotieſcunque & aliis ſimilibus, tunc enim ea diſpoſitio non vno actu conſumetur: nam hæ dictiones iterationem important. 314.
Viceſimoſeptimo limita, vt procedat in conceſſione oneroſa, ſecus in lucratiua vel gratuita. 315.
Viceſimooctauo, vt non procedat in actu proteſtationis, qui tantùm abeſt, vt vna ac prima conſumatur, vt etiam iterum ac interdum ſæpius (ſi quando ea requiritur) fieri debeat. ibidem.
Dicunt tamen alij vnam proteſtationem ſufficere. ibidem num. 2.
Diſtingue ſic, Aut proteſtatio fit ad conſeruandum ius proteſtantis: tunc ſufficit ſemel fieri. Aut fit ad acquirendum ius nouum: tunc finito impedimento aduerſarij, debet iterum fieri, aliàs prima proteſtatio nihil operaretur. ibidem num. 3.
Viceſimonono limita, non procedere in promiſſione cuiuſpiam generis ſubalterni, in quo quidem haud dubiè electio eſt debitoris. 316.
Triceſimo limita, vt non procedat in pignoribus & hypothecis ſiue prętoriis ſiue conuentionalibus. ibidem.
Triceſimoprimo limita, vt non procedat in conſtituto. ibidem.
Triceſimoſecundo limita, vt non procedat, quando deſtructio voluntatis ad interpretantem ſiue declarantem pertinet. ibidem.
Triceſimotertio limita vt procedat, niſi natura repugnaret. ibidem.





# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI SENATORIS COMMENTARII

## In l. Boues. §. Hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific.

### HOC SERMONE, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ ſignificantur.

*Quid colligãt ex hoc §. iuris interpretes.*

1 EX HOC §. noſtri iurium interpretes paſsim & vbique hanc generalem regulam aſſumunt, SERMONEM ſimpliciter prolatũ de primo intelligi, id eſt, primo atque vno actu conſumi, perfici, finiri: ita vt amplius locum non habeat. Quam quidem regulam Alexand. conſi. xvj. breuiter in caſu præmiſſo. col. 2. nume. 9. lib. 4. dicit in omni diſpoſitione ſeruari debere, vt etiam dicit Franc. Curt. iunior, conſil. cxxxij. ſacratiſsimæ, & c. habita diligenti. col. j. Et in omni materia, vt etiam tradit Iaſon conſi. xxxvj. in cauſa mota, col. vlt. verſi. iſta reſponſio. lib. 3. Eámque veluti ex compoſito, & de induſtria, ac ex profeſſo, mirum in modum celebrarunt, multíſque ac magnis iurium theſauris locupletarunt, duo ſuperioris ætatis ornamenta, ac lumina Felin. & Iaſon: ille in cap. 2. colum. j. & ij. ſeq. de treuga & pace. hic in duobus locis, ſcilicet in l. in duobus. §. ſi ei qui. colum. j. & ij. ff. de iureiuran. & iterum, in l. diuortio. aut vt alij eas leges diuidunt, l. fructus eſſe conſtat. §. quod in anno. col. ij. iij. & iiij. ff. ſoluto matri. Et ita, vt cæteris vix aliquid reliqui feciſſe videantur, quod eis addi poſsit. Mihi tamen nec inutile, nec infructuoſum viſum fuit, quæ ab illis ipſis, prætereáque ex aliis didici, huc veluti in vnum corpus congerere, quòd & res admodum quotidiana, & ad vſum forenſem accommodatiſsima eſt.

*Authoris conſiliũ, & ratio.*

*Regula aliunde etiam collecta.*

2 ¶ Solet autem (quod iam diximus) ea ſententia frequentiſsimè ex hoc noſtro §. depromi. Cui tamen ſunt & alij tex. ſimiles, videlicet in l. cùm pater. §. pater certam. ff. de lega. ij. vbi cautio de danda, vel reſtituenda dote filiæ nupturæ, de primis nuptiis tantùm intelligitur, nec ad ſecundas nuptias porrigitur. Ex eóque not. Bart. & Imo. ibi, id quod diximus in noſtra regula. Sermonem ſimpliciter prolatum, intelligi pro prima vice. Bal. autem not. (quòd idem eſt) verba ſimpliciter prolata, reſtringi ad primum actum.

*De eadem re.*

3 ¶ Eſtque etiam alius ſimilis tex. in l. dotis promiſsio. verſi. vlti. ff. de iure dot. vbi ſcribitur, dotis promiſsionem in primis duntaxat nuptiis deſtinari, neque durare obligationem, ſi poſt alterius matrimonium, ei nubat cui dotem promiſerat. Et ex eo idem not. Bar. quod ſuprà ex dicto §. pater certam. Et alius item text. in l. ſtipulationem quæ propter. cum l. & licet. quæ illam confeſtim ſequitur, & ibi Barto. in epito. poſterioris, eo. tit. & in l. inter ſocerum. §. vlti. in fi. ff. de pace dota. cùm dicitur, quoniam ad primas nuptias pertinet, ea autem loquitur de reſtituenda dote, ſoluto morte mulieris matrimonio.

*De eadem re.*

4 ¶ Et alius quoque tex. in l. matrimonij. ff. qui & à quibus. vbi ancilla à nullo alio matrimonij cauſa manumitti poteſt, quàm qui eam vxorem ducturus eſt: quòd ſi alter eam vxorem ducat, non erit libera: adeo vt nec ſi ſtatim poſt eam repudiatam, manumiſſor vxorem duxerit, liberam eam non fieri: tanquam de his nuptiis ſenatus ſenſerit, quæ primæ poſt manumiſsionem, nullis aliis interpoſitis, ſecutæ ſint. Qui quidem tex. admodum facit contra eorum ſententiam, qui dicunt matrimonium medium, non impedire legitimationem filiorum quæ fit ex ſequenti matrimonio, de quo per Docto. in c. tanta. qui filij ſint legit. & nos quoque latè diximus in tractatu Primigeniorũ, quęſt. xxiiij. nu. 2. incip. ſed vt ad ſpeciem. & aliquid etiam dicemus infrà, in iij. limitat. nume. 8. incip. huc etiam pertinet. Sed & facit hic tex. aduerſus ea quæ in vniuerſum dicam infrà in dicta iij. limita. vbi in fi. illius de hoc tex. aliquid dicemus.

*Stipulatio dotem reddi ſoluto matrimonio, quomodo committatur.*

5 ¶ Secundò huc ſpectat tex. in l. ſtipulatio de dote. ff. de iure dot. vbi ſi extraneus dotans mulierem, ſtipulatus fuerit eam dotẽ ſibi reddi ſoluto matrimonio: facto diuortio, ſtatim ita cõmittitur ea ſtipulatio, vt nec redintegrato matrimonio, actio ex ſtipulatu quæſita intercidat. Atque etiam ita, vt ſtipulator non cogatur iterum eam dotem conſtituere, vt dicit ibi glo. per tex. in l. dotem. ff. eo. titu. Vides igitur hanc ſtipulationem factam in caſum ſoluti matrimonij, ita perfici, & conſumi per diuortium, vt nec redintegrato eodem matrimonio, aboleatur, & ad id gloſ. in d. l. ſtipulatio. allegat tex. in l. item quæritur. §. vlt. de loca. de quo poſteà dicemus.

*Fructus unius anni, quomodo accipiantur.*

6 ¶Tertiò ad hanc ſententiam pertinet tex.in d.l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolu. matr. cuius auctoritate Bal.ibi,poſt Iac.Rau.Cyn.& alios antiquiores,& ibi quoque Imo.in j.not.ad id allegant hunc noſtrum §.hoc ſermone.& Roma.& Alex.qui eum §.legunt cum §.ob donationes. vterque col.2. ſed ille verſi.vnde dicit,hic verſi.ex hac glo.infert,& ibi item Iaſ.col.j.quòd ſi quis ex hac locatione,aut aliàs debeat habere fructus vnius anni cuiuſpiam agri, qui bis in anno fructus produxerit, intelligitur tantùm de primis fructibus,non etiam de ſecundis. Et ſequitur Alex. in addit. Barto.in hoc noſtro §.hoc ſermone.& in d.l.dotis promiſsio.ff.de iure dot.& conſi.xvj.breuiter in caſu præmiſſo,circa medium.nu.6.lib.4.& Maria.in c.de illis.col.viij.verſi.octauo not.de condi.appo.Fely. in d.c.2.col.2.verſi.ſi quis emit vina.de treuga & pace.& in c.licet dilectus.col.vlt.verſi.& hinc eſt quòd vendens.de teſtib.Iaſ.in d.l.in duobus.§.ſi ei qui.col.2.verſic.ſextò facit.ff.de iureiur.Georg. Nap.in repet.clem.ſæpe,in prin.col.lxj.verſi.ego hoc dictum.de verb.ſignifi.& Franc.Curt.iunior, conſi.clxxviij.Sacratiſsimæ.& c.habita.col.vlt.verſi.& iſtam concluſionem. Sed tu ſuper hoc vide quæ dicam infrà in xj.limitat.

*Regiones quædam, bis fructus ſingulis annis ferunt.*

7 ¶Et ne interim putes id ſuperuacaneum eſſe,ſcire debes,regiones quaſdam adeo eſſe feraces, fœcundas,& vberes, vt bis fructus ſingulis annis ferant. Nam de India id aſſerit Martianus Capella lib.6.& ante eum Plin. auctoritate Poſsidonij lib.6.c. 17.& Solinus,c.lxv.In anno,inquit, India bis æſtatem habet,bis legit frugem,& ante hos omnes Diodorus Siculus lib.3.Bibliotheces, cap.x. bis inquit in anno præbet fructus:paulò poſt,bis,ait,annis ſingulis ſegetes fert.Et Strato Heratoſthenis autoritate,Indiæ fœcunditatem eò maxime declarat quòd ea bis fructum fert,alteram enim ſementem habentem,alteram æſtiuam. Et ipſe Diodor. eo.lib.cap.xj.vbi & idem quoque dicit de inſula Hyperboreorum.Sed & de Italia Virgil. lib.2. Georg.

*Hic ver aſsiduum, atque alienis menſibus æſtas,*
*Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.*

Cui in eo quod dicit bis grauidæ pecudes,adſtipulatur quod ipſe Diodorus Siculus lib.j.cap.iij.ſcribit,in Aegypto oues bis in anno parere, bíſque lanam præbere. Idem autem Virgilius vt ad eum redeamus, lib.4. eiuſdem illius operis,

*Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi*
*Ornaret, canerem, biferíque roſaria Pæſti.*

Quòd ſcilicet vno in anno bis illic naſcerentur roſæ,vt ſcribit Seruius.Varro autem lib.j.de Agricultura,c.7.ſcribit vites apud mare Smyrnæ eſſe biferas,& in agro Conſentino malum biferã eſſe, id eſt,quæ bis anno fructus ferat.quod & ipſum ex eodem repetit Plinius lib.16. c.2. Sed & Theophraſtus lib.de cauſis plantarum xj.c.xiij.& Columella lib.5.cap.10.tradunt ficus eſſe biferas.Et Plinius lib.13.c.xxij.Apharcem & Adrachnen. Et lib.15.cap.22. nuces iuglandes, & lib.18.c.22.in quibuſdam locis Africæ,biferam vitem bis anno vindemiare.Quin ipſe lib.16.c.27.ſuprà citato, tradit & ipſas vites alicubi triferas eſſe,& cupreſſos,& alias quoque arbores biferas.Strabo quoque lib. xviij.ſcribit in Lydia nonnullos populos habere quaſdam terras biferas,& duas meſſes facere. Sed ſuper ea mirum eſt,quod tradit Solinus c.45. in Aegypto ficum Aegyptiam (quam vocant) vno anno ſepties fructum ſufficere,quod & ante illum dixerat Plin.lib.13.c.7.

*Ficus Aegyptia uno anno ſepties fructũ ſufficit.*

8 ¶Quæ res in memoriam reducit,quod à Plutarcho proditum eſt in vita Antonij,quòd cùm Antonius ipſe Aſiaticis ſecunda vectigalia imperaret,Hybreas qui ciuitatum cauſam ſuſceperat,Si potes, inquit,Antoni,eodem anno bis vectigal exigere,illud etiam vt bis æſtatem habeamus, bíſque autumnum:id eſt,vt duas meſſes,duáſque vindemias ſingulis quibuſque annis habeamus. In hac autem fertilitatis mentione,ſupra cætera omnia mirum eſt,quod tradit Pomponius Mela lib.3.quo c. de Hiſpaniæ,& Septentrionis inſulis,ſcribit,in Erythia adeo fertiles agros, vt cùm ſata frumenta ſunt,ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem nouantibus,ſeptem minimùm,interim plures meſſes ferunt,ſed an id vno anno,aut pluribus fiat, non aperit.

*Erythiæ inſul. fertilitas.*

*Authoris de ea re ſentẽtia.*

9 ¶At illud (vt tandem à ſemita in viam redeamus) mihi omnino verum eſſe videtur, vt ſi id vſu eueniat,vt bis ager fructus in vno anno ferat ex natura ſoli,vel arboris,vt in illis locis, & arboribus,de quibus locuti ſumus:& quis ex contractu fructus vnius anni percipere debeat, non dubitarẽ, quin & binos illos fructus habere deberet.Nam cum is contractus ad certum tempus referatur, id eſt, ad vnum annum,ſintque hi duo fructus,vnius anni fructus,conſequens eſt & eos compræhendi ſecundum ea quæ dicemus infrà in iiij.limitatione. At ſi id contingat, quoniam fructus alterius anni ſunt adeo præcoces,vt colligantur intra tempus prioris, certè haberet locum ea ſententia, vt non niſi priores fructus habere debeat, neque enim hi duo fructus vnius anni, ſiue vnius æſtatis, aut autumni ſunt, ſed duorum annorum, ſiue duorum autumnorum, ſiue æſtatum, licet vno anno colligantur.

*Pactum inter fratres,ut filiæ dotentur ex bonis omnibus.*

10 ¶Quartò in l.ſi ſocius pro filia.in prin.ff.pro ſoc.quem ſolus Rapha.Fulgo. ponderat & reputat ſingularem ibi,in v.not.ad hoc,vt ſi inter plures fratres pactum ſit, vt dos filiarum ſoluatur ex bonis omnibus,intelligitur,vt ſemel tantùm dotetur,niſi aliter expreſsim actum fuerit. ad quod & illum expendit Lucas Pen.in l.ſi quis Decurio.col.2.verſi.idem videmus.C.de Decurio.lib.x.Pet. Anch. conſi.ccccitij.tria dubia in cauſa Vlrici,& Iaſon in d.l.in duobus.§.ſi ei qui.col.2.verſi.tertiò facit.& in d.l.diuortio.§.quod in anno.col.2.verſi.pro confirmatione.vbi dicit eum tex.not.& paucis notũ. & preterea in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.vij.verſi.tu aduerte.ff.de verb.obli.& conſi.xxxvj.in





cauſa mota per nobiles,col.vlt.lib.3.vbi dicit eum tex.eſſe in id ſolennẽ.Circa quod vide quæ dicã infrà in ix.limitat.nu.4.ſed & ex hoc.& iterum nu.xj.ſed hanc tamen principalem.

11 ¶Quintò quod illius tex.in d.l.ſi ſocius.autoritate,ſcribit Bal.in l.vlt.col.2.verſi.ſed nunquid eo caſu.C.de dotis promiſ.in j.lectu.quòd ſtante ſtatuto.vt frater teneatur dotare ſororem,ſi eam ſemel dotauerit,& ea caſu fortuito dotem perdiderit,non tenebitur frater eam amplius dotare:quia ſtatutum intelligitur de vna,ſiue prima dote tantùm. Et id ſequitur & commendat Iaſ.in d.l.in duobus. §.ſi ei qui.col.2.verſi.tertiodecimò facit.ff.de iureiur.& in d.l.diuortio.§.quod in anno. col.2.verſic. vbi ſuprà.ff.ſolu.mat.& Fely.in dicto c.ij.col.iij.verſi.ſi ille qui eſt obligatus.de treuga & pace.& Catel.Cot.in memor.incip.executores.col.j.verſi.& poteſt confirmari.

*Statutũ ut frater teneatur dotare ſororẽ.*

12 ¶Id quod tamen intelligendum eſt ſecundum declarationem Alexan.in l.ſi cùm dotem. §.j. col.ij. verſi.iuxta hoc quæro.ff.ſolu.matr.vbi diſtinguit in hac ipſa ſpecie.an teneatur dotare ſororem ex diſpoſitione hominis,an verò ex diſpoſitione legis,ſecundum ea quæ dicemus infrà in dicta ix.limitat.vti etiam & in hoc caſu diſtinguit Soci.conſi.v.cuius caput eſt,ſupraſcriptus inſignis doctor,col. 2.verſi.ad ſecundum.lib.4.

*De eadem re.*

13 ¶Sextò alius text.in l.ſi duo.§.j.ff.de arbitr.vbi pœna ſemel commiſſa,ſoluitur compromiſſum:nec amplius peti poteſt,niſi aliud actum ſit. Sed quomodo id intelligatur,& an procedat in eo quod intereſt,vide gloſ.vlt.Alber.Bart.& Bal.ibi,& gl.vlt.in l.ſi ſic ſtipulatus ſim. & ibi Bart. col.j.in iiij.primis oppo.Bal.& Imo.col.2.verſi.in eadem gl.in fi.& iterum verſi.& conclude breuiter. Franc.Are. col.2.verſi.quorum dictis addo.ff.de verb.oblig.gl.in l.ij.in verbo,repellere.verſi.item ſi ſemel pœna.& ibi Cyn.col.pe.in vij.q.Bart.col.vlt.verſi.quæro quando pręmiſſa.& Iaſ.nu.140.C.de iure emphyt.Spec.tit.de arbitr.& arbitrator.§.vlt.verſi.quòd ſi dictum ſit.& tit.de loca.§.nũc aliqua. in 38. q.& ibi Bal.in addit.Cy.in l.quicunque.col.vlt.verſi.quinto quæro quid ſi quarta.C.de ſeruis fugit. & Pet.Anch.in c.ſi compromiſſarius.col.j.in iiij.not.de elect. lib.6.

*An pœna ſemel commiſſa, ſoluatur compromiſſum.*

14 ¶Septimò quod admodum eſt his confine, quod à Maſuerio ſcriptore non contemnẽdo traditum eſt,in tit.de taliis.§.item quatuor.quòd id quod ſolet dici in noſtra Gallia, dominum poſſe cogere vaſallum,vt aliquid conferat pro dote ſuæ filiæ,intelligitur,vt ſemel tantùm,ſiue pro vna vice conferat pro vnaquaque filia.Imo verò Guido Pap.deciſio.Delphina.lvij.an vaſallus, in fi.aſſeueranter tradit,id intelligi pro prima tantùm filia,& primo ipſius matrimonio. argu.huius noſtri §. hoc ſermone.& l.ſancimus.la j.C.de conſulib.lib.12.quod & ſequitur Chaſſ.in conſuet.Burgund.tit.j §.iiij. in prin.& alios quos tibi citauimus in tracta.noſtro Primigenio.q.lxx.vbi videre poteris.

*In Gallia dominum poſſe cogere uaſallum, ut aliquid conferat pro dote ſuæ filiæ.*

15 ¶Octauò tex.in l.ſi is qui Stichum.ff.de procur.vbi ſi is qui Stichum, vel Damam vtrum eorũ ipſe vellet ſtipulatus eſt,& ipſe aut procurator ipſius,cuius factum ratum habuerit,alterum petiit, ſtipulatio conſumpta eſt,id eſt,alterum petere nõ poteſt.cuius quidem text.autoritate Bal.in c.in literis. verſi.ſi autem ſemel.extrà,de offi.deleg.dicit,quòd conſumpta eſt gratia per vnum actum.

*Stipulatio utrum uoluero, quando conſumpta ſit.*

16 ¶Eſt & alius tex.in l.ſerui electione.in princ.ff.de lega.j.vbi ſerui electione legata, ſemel duntaxat optare poſſumus. & ſimilis tex.in l.apud Aufidium.ff.de optione lega.vbi ſi ita legatum ſit, veſtimenta quæ vellet,deinde antequam ea ſumeret, alia ſe velle dixiſſet,mutare voluntatem eum non poſſe, quia omne ius legati prima teſtatione conſumpſit,& ibi gloſ.adducit in eam rem alios text. vt ibi videre poteris.

*Electione ſerui legata, ſemel duntaxat optandum.*

17 ¶Verùm quia ſunt & alij qui videntur probare contrarium,vide quæ in id,an ſcilicet qui ſemel elegit vtiliter,vel inutiliter poſsit variare,& iterum eligere,ſiue in eo caſu in quo d.l. loquitur, ſiue in aliis,tradunt gloſ.& Alber.in l.non indebitum.de condit.indeb.gloſ.vlt.in c.gratia.& ibi Ioan.And. ſuper ea gloſ.vlt.de reſcrip.& gloſ.in c.ſi compromiſſarius.§.ſi vir.& ibi Ioan.Andr.circa medium, verſi.in gl.approbantur,& Pet.Anch.col.2.verſi.vltimo quia tex.& Domin.de elect.lib.v.Bar. Bal. latè Alber.in d.l.ſerui electione.ff.de leg.j.Bal.& Alber.in l.qui ſalutem.ff.de iureiur. & alios plurimos,quos paſsim tibi citabo in limitationibus.

*De eadem re.*

18 ¶Nonò huc pertinet tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis alicui decem.ff.de lega.iij.& alius ſimilis in l.j. §.ſi cui ita ſit legatum.ff.vt lega.nomi.cauea.vbi ſi ita legatum eſt,vt ſi legatarius perderet quod ei in teſtamento relictum eſt, hæres ruſus id præſtet, non intelligitur,vt quoties perdiderit,toties id reſtituere teneatur,ſed tantùm ſi poſt præſtationem legati,ſemel legatarius perdiderit, non etiam ſi poſtea rurſum perdiderit,& ita tantùm de prima amiſsione intelligatur.

*Relictum ut hæres rurſus id præſtet, quomodo intelligatur.*

19 ¶Decimò his adſtipulatur tex.in l.ſi is à quo.§.ſi ſemel.qui eſt vlt.ff.vt in poſſ.lega.vbi ſi ſemel ſatiſdatum fuerit,non eſt neceſſe rurſus caueri: etiam ſi fortè dicatur egenos fideiuſſores eſſe datos, eum enim facilitati ſuæ ferre debere,qui fideiuſſores minùs idoneos accepit. neque enim oportere per ſingula momenta onerari eum, à quo ſatis petitur, tanquam ſcilicet per primam ſatiſdationẽ, ſatisfactum ſit obligationi ſatiſdandi,eáque obligatio prima illa ſatiſdatione conſumatur.Sed quod non omittendum eſt,confeſtim in l.ſeq.ita ſcribitur planè ſi noua cauſa allegatur, veluti quod fideiuſſor deceſsit,aut etiam rem omnem familiarem inopinatæ fortunæ impetu amiſerit, æquum eſſe præſtari cautionem.Cui conſentit tex.in l.j.§.quod ait prætor.ff.quorum legat. Sed hæc exceptio pertinet ad vj.limitationem,vbi & nos hunc tex.ex Roma.citabimus.

*Satiſdãdi obligationi, per primam ſatiſdationem ſatisfactum eſt.*

20 ¶Vndecimò eiuſdem notæ eſt tex.in l.vlti.§.ſi qua idonea.ff.de bonis author. iudic.poſsid. Si qua, inquit,idonea cauſa interuenerit, vtrum ſemel an etiam ſæpius recognitio, & diſpunctio concedenda ſit creditoribus,videamus.& ait Labeo,ampliùs quàm ſemel non eſſe cõcedendum. Si quis

*Diſpunctio nõ amplius quàm ſemel conce=*

*denda creditoribus.*

tamen iurauerit non calumniæ cauſa ſe poſtulare,neque habere quæ diſpunxerit,iterum ei faciendam poteſtatem, nec ampliùs quàm bis,& ibi glo.pro concord. affert d.§.ſi quis alicui decem. de quo diximus in ij.ab hinc verſic. Et pro contrario quoque adducit,veluti §.j.ff.de eden.de quo dicemus infrà in ix. limitat.

21 *Calendis Ianuariis ſtipulatus,de quibus intelligendum eſt.*

¶Duodecimò accedit tex.in l.eum qui calendis.ff.de verb.oblig.vbi cum qui calendis Ianuariis ſtipulatur,ſi non adiiciat quibus,de primis intelligendum eſt,tanquam id actum fuiſſe videatur, & ibi gl.pro concord allegat hunc noſtrum §.tanquam ſcilicet ille text.ad hanc noſtram regulam pertineat,cuius principale fundamentum ab omnibus ſumitur ex d. noſtro §. Ex illo autem tex. ſumit Bal.quòd ſi Papa concedat præbendam in tali eccleſia vacaturam , non appoſito tempore, intelligitur de proxima vacatura,& vide quæ dicam infrà in limitationibus.

22 *In diebus quomodo interpretetur.*

¶Tertiodecimò huc ſpectat text.in l.inter illam.§.j.ff.de verb.ſignifi.vbi illud, facito in diebus,intelligitur de biduo proximo,& ita de duobus primis diebus.nam cùm pluraliter proferantur, non de vno tantùm poteſt intelligi,ſed neceſſe eſt duos ſaltem accipi.l.vbi numerus.ff.de teſtib.& c.pluralis.de reg.iur.lib.6.cum aliis iuribus concord.à me collectis in l.ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos.nu.226.incip.ſed de his.C.de reuoc. donat. Igitur cùm de duobus diebus in illis verbis intelligatur,ſequitur vt ex noſtra regula,de duobus primis diebus intelligi debeat.Et idem ſi de annis ſimpliciter loquamur,vt ſcilicet de primo biennio, ſiue de primis duobus annis intelligere debeamus.l.libertas quæ in vltimum.§.poſt annos.qui eſt vlt.ff.de manumiſ.teſta.

23 *Quando permittitur variatio, de qua intelligatur.*

¶Quartodecimò adſtipulatur alius tex.in l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.cred.quo innixus Bald.in auth.habita.col.7.verſi.primo dubitatur ſi ſcholaris,in fine huius queſtio.C.ne filius pro patre. ſcribit quòd in caſibus in quibus permittitur variatio intelligitur tantùm de prima, ita ſcilicet vt non liceat iterum variare.Et id ſequitur Iaſ.in l.prætor.§.ſi aliquando.col.3.verſic.tertio not.ff.de operis noui nunc.& in l.quicquid.col.4.verſi.item pro iſta gloſ.ff.de verb.oblig.& in l.edita.col.4.verſic.& attende diligenter. C.de eden.

24 *De eadem re.*

¶Ex eóque dicit ipſe Bal.vbi ſuprà,in ea quæſt.quam facit gloſ.ibi, in verbo,optime, an ſi ſcholaſticus ſemel elegerit vnum ex iudicibus ibi declaratis,poterit poſtea variare,quod poſſe ea gloſ.affirmat,vſque ad litis conteſtationem,per l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.omn.iudi.iuncta l.ſi cùm dotē. §.eo autem tempore.ff.ſolu.matr.Nico.autem Matth.& alij plerique negant,arg.l.j.in fi.C. de aſſer. tollen.Et hanc partem tenet ipſe Bal.ſubiungens id quod ſuprà diximus,quod ſi permitteretur illi variare,non niſi ſemel permitteretur. Et ſequitur Iaſ.in dicta l.quicquid. atque etiam in d.l. edita. quibus locis ſuprà citauimus.

25 *De eadem re.*

¶Et ex hoc ſingulariter conſuluit Ioan.Calder.conſil.xxj. cuius initium eſt,an laicus poſsit,titu. de iure patronat. quòd licet patronus laicus poſsit variare, intelligitur tamen, vt ſemel id poſsit facere, & non pluries,vt dicit iſtud clarè innuere iura de hoc loquentia,& alia quædam allegat.Et illum ſequitur Philippus Dec.conſil.ccccccix.quæritur ex duobus præſentatis. col.2.verſic. ſecundo hoc probatur.vbi ex hoc dicit, variationem permiſſam, de primo actu tantùm intelligi, eſt tamen ibi error in nu. con. Calder.

26 *Poſitio,uel negatio, ſemel tantùm reuocanda.*

¶Decimoquintò quod autoritate illius text.in d.l.ſi quis iuſiurandum.voluit Barto.non admodum diſsimile,in l.poſt legatum.in princ.col.vlti.ff.de iis,quib.vt indig.quòd quis non poteſt niſi ſemel ſuam poſitionem,vel negationem reuocare,& idem dicitur voluiſſe ipſe Bart.in l.vlt.ff.de prætor. ſtipul.vbi tamen non id dicit,ſed illud,quod ſi promitto ſtare ſimplici tuo dicto,vel iuramēto, poſſum id reuocare antequàm tu declaraueris,per d.l.ſi quis iuſiurādum. Sed & id expreſsè voluit per eam ipſam l.Bal.in l.j.col.vlt.verſic.quartus eſt ſi quis.C.de furt.vbi ex eo dicit generalius,quòd ſi quis reuocauit aliquem actum,vel rationem,non poteſt poſtea eam reuocationem reuocare.

27 *Mandatum, ut prouideatur de beneficio uacaturo,de quo intelligatur.*

¶Decimoſexto,vt relinquamus tex.iuris ciuilis,& aliquid depromamus ex tex.iuris canonici, huc ſpectat tex.in c.ſi clericus.in princ.de pręb.lib.6.vbi ſi ſimpliciter mandatum fuerit à Summo Pontifice alium prouideri de beneficio vacaturo,intelligitur de primo,ita vt ſi is pro quo mandatū fuerat,negligens fuerit in primo beneficio petendo,conſumpta, extinctáque ſit ea gratia, ita enim ex eo tex.not.Domin.in ij.not.& Philip.Franc.poſt prin.verſi.in tex.ibi aliam,vbi pro concord. adducit hunc noſtrum §.hoc ſermone.Sed aduerte quia ille tex.in d.c.ſi clericus.expreſsè loquitur,cùm mandatum eſt prouideri de beneficio proximè vacaturo,non ſimpliciter de vacaturo , ita vt nihil ad noſtrum §.pertinere videatur,cùm expreſſum ſit de primo:verùm omnes vbique eum tex.intelligunt, vti Domin. & Franciſcus faciunt.

28 *Diſpēſatio ad duo beneficia, intelligitur de duobus primis tantùm.*

¶Decimoſeptimò accedit tex.in c.ordinarij.ante fi.ibi,vel ſi ea quæ ſic obtinet.& ibi gloſ.in verbo, ea quæ.de offic.ordin.lib.6.ex quo non obſcurè colligitur,quòd diſpenſatio ad duo beneficia,intelligitur de duobus primis tantùm,ſed eſt expreſsior tex.in c.non poteſt.verſic.illud autem.de præb. eod.lib.vbi & Ioan. Mona.poſt princ.& Archid.col.2.in verbo,primis,id confirmant per noſtrum hunc §.hoc ſermone.quoniam,inquiunt,duobus primis obtentis,impleta eſt gratia,per eundem ipſum §.hoc ſermone.cuius etiam §.autoritate.idem voluit Inno.in c.dudum,le ij.col.pen.& ibi quoque Hoſtien.Compoſtel.Bal.col.quoque pe.verſi.dicit Inno.& alij,extrà de elect. Quod tamen intellige ſecundam ea quæ dicam inferius in xj.limitat.

29 *Diſpenſatio cū illegitimo, ut poſsit obtinere beneficium.*

¶Decimooctauò in dicto c.non poteſt. per eum text.tradit Archid.ibi, vt à nonnullis citatur, licet in meo codice non inuenerim,quòd ſi Papa diſpenſauerit cum illegitimo,vt poſsit obtinere beneficium,



ficium,intelligitur de primò tantùm:ita vt ſi primum dimiſerit,non poterit aliud vi illius diſpenſationis obtinere,veluti ea gratia,ſiue diſpenſatio per adeptionem primi ſortita ſit ſuum effectum, & ita dicit fuiſſe declaratum.

*Comprobatio eiuſdem.*

30 ¶Sed & hoc ipſum haud dubiè voluit idem Archid.in c.j.ad fi.de filiis presbyt.vbi id dicit pronunciaſſe Bonifacium Papam,& id ſequuntur D.à Rota,qui & eam opin.dicunt receptam eſſe in curia,deciſio.cccxxxix.incip. ſi legitimus.in j.dubio. in nouis.& Lucas Pen.in l.ſi quis decurio.col.2. verſi.vnde ſecundum quoſdam.C.de decur.lib.x.& non obſcurè Bal.in c.innotuit.col.j.verſi.quæro diſpenſatum eſt.de electio.vbi & ad hoc allegat hunc noſtrum §.hoc ſermone.& alia ex iuribus ſuprà citatis,& Philip.Franc.in d.c.non poteſt.col.vlt.de præben.lib.6.& Philip.Dec.conſi.clxix.circa primum videbatur,col.j.& conſi.clij.cùm reuerendiſsimus. col.2.nu.4.

*Qui contrariū tenuerint.*

31 ¶Contrarium tamen tenuerunt Ioan.Mona.& Ioan.Andr.in d.illo c.j.ille col.2.in verbo, obtinere hic in fi.de filiis presbyter.& idem Ioan.And.in dicto c.non poteſt.in verbo,primis. de præben. lib. 6.Nam ſi illud verum eſſet,vt dicit Ioan.And.in poſteriore loco,non tantùm hoc caſu procederet. ſed & aliàs ſemper,& in quocunque alio inhabili,& in quacunque irregularitate ex culpa , vel ſine culpa,quod ſatis durum eſſet.Item ſi primum beneficium diſpenſatum pereat chaſmate , aut alio modo,nónne ſumma eſſet iniuria,vt non poſsit habere ſecundum?& alia multa ſubdit ad huius opinionis defenſionem:nec credit ipſe Ioan.And.Bonifacium id pronunciaſſe, quia ſi id feciſſet, id ſciuiſſet Ioan.Mon.qui erat Cardinalis,& cum illo vixerat.Et idem voluit Petr.Anch.in dicto cap. non poteſt.col.j.verſi.tertio not.& ibi quoque Domin.in §.j.col.2.verſic.quòd ſi Papa diſpenſat,& Philip.Franc.col.vlti.ſuper glo.in verbo,in primis.de pręben.lib.6.& idem Anch.conſi.ccccīiij.tria dubia.col.3.verſi.ſecundum dubium.

*De eadem re.*

32 ¶Nec obſtat (inquit Ancha. ) dictū c.non poteſt.& alia ſimilia,nam aliud eſt diſpenſare ſuper inhabilitate perſonæ,quæ eſt ſpecies huius quæſtionis : aliud ſuper beneficiorum pluralitate , de qua loquitur d.c.non poteſt.& ſimilia.Hæc enim perſonam reſpicit,& ideo eſt perſonalis, ideóque cum perſona durat,ſicut priuilegium perſonale.c.priuilegium.de reg.iur.lib.6.nec dimiſsio primi beneficij reddit eum inhabilem,nec reducit ad ſtatum primum inhabilitatis,quia remiſsio ſemel facta tolli non debet.c.ſi is qui prælatus.xxiij.q.4.nec ſpes melioris conditionis debet adimi.l.imperialis. in prin.C.de nupt.Et bene facit quod not.ipſe Ioan.And.poſt Innoc.in c.vlt.col.j.in verbo, examinari.de tranſlat.prælat.Diſpenſatio verò pluralitatis,vt ſubiungit ipſe Petr. Anchar. non concernit principaliter perſonam,imo ipſam aliàs habilem præſupponit,ſed concernit numerum beneficiorum,quod iuribus odioſum eſt, & ambitioſum,c.quia nonnulli.extrà de cler.non reſiden. & c.quia in tantum.de præben.lib.6.cum ſimi.non mirum ergo , ſi numerus duorum beneficiorum de primis duobus intelligitur,& ex cauſa reſtringitur ad illa duo prima , ſicut nomen hæredis , quod ex ſui natura protenditur non ſolùm ad primum,ſed alios vlteriores.l.hæredis.ff.de verbo. ſign. tamen ex cauſa reſtringitur ad primum,videlicet in diſpoſitione non tranſmiſsibili ad hæredes,vt eſt vſusfructus.l.antiquitas.C.de vſufr.& dicemus poſtea.

*Reſponſio ad obiecta.*

33 ¶Nec item obſtat,vt & ſubdit Pet.Anch.in d.c.j.de filiis presby.quia fuit diſpenſatio ſuper vno beneficio cum perſona inhabili,licet enim non poſsit habere niſi vnicum, vt ibi dicit, tamen eo dimiſſo,ſucceſsiuè vnū poſt alterum poterit habere,& ſic plura,vt ibi not.Imo.nam ſemper iura conſiderant in diſpoſitione cauſam proximam,& non remotam,vt not.in c.de cætero.de homic. & l.ſi mulier.ff.rer.amot.& l.rogaſti.ff.ſi cert.pet.vbi diſpoſitio iudicatur ex cauſa proxima non remota, ſicut in hoc caſu cùm Papa diſpenſat cum inhabili,ſuper beneficiis obtinendis, perſona venit principaliter in diſpoſitione,in qua vnum venit beneficium,ſed perſona habilitatur ad ipſum. At cùm diſpenſatur vt poſsit obtinere duo,vel tria beneficia,hæc diſpenſatio concernit principaliter beneficia,non perſonam.Quod hinc patet,quia ſi iſte eſſet aliàs inhabilis, propter crimen, & irregularitatem non poſſet vi diſpenſationis huiuſmodi,beneficia conſequi, quia Papa diſpēſat ſuper impedimento pluralitatis,& non inhabilitatis.Ergo ſubmoto vno,alterū remanet.l.ſi non lex.ff.de hęr.inſt. Et facit quod not.Spec.tit.de legato.§.nunc oſtendendum.verſic.xviij. quòd cùm diſpenſatur cum inhabili,debet de hoc fieri expreſſa mentio,nec ſufficit generalis,maximè quia debet fieri cū cauſę cognitione:aliàs potius diceretur factum temerarium , quod agitur contra iura, quàm diſpenſatio etiam facta à ſciēte,& diſpenſare valente,vt idem not.tit.de diſpenſatio.§.qualiter autem. verſi. debet autem.& verſi.dicunt autem quidam.& verſic.nunquid ergo.Hæc Petr.Anch.

*Opinio Lapi & ſequacium.*

34 ¶Lapus autem,& poſt eum ipſe Pet.Anch.ipſe Domin.& Philip.Franc.in d.c.j.de filiis presb.hanc rem latius tractarunt.Nam aut Papa illegitimum legitimat, aut cum illegitimo diſpenſat,vt ipſi loquuntur.primo caſu poterit habere aliud beneficium poſt primum, ſecundo caſu non poterit:nam in primo illo caſu vertitur fauor,ideo ampliandus.c.cùm dilectos.de dona.in ſecundo odium, ideo reſtringendum,vt in d.c.j.de filiis presby.& c.odia.de reg.iur.lib.6.Et facit (inquiunt) quod not.Io. And.in c.per venerabilem.ſuper gl.ij.qui filij ſunt legit.vbi oſtendit legitimationem plus habere virium, quàm diſpenſationem.

35 ¶Sed & in diſpenſatione (vt ſubdunt ) poſſet etiam diſtingui , quia aut cum illegitimo generaliter diſpenſatur,vt promoueri poſsit ad beneficium eccleſiaſticum,aut ſpecialiter:ſi generaliter, aut beneficium conſequitur cum effectu, aut non : & primo caſu non poterit dimiſſo primo aliud conſequi, & ita obtineat Archidia.illa opinio.& facit cap. nos conſuetudinem.xij.diſtinct. & cap.ſi quis

à pſeudoepiſcopis.j.q.j.& c.vlt.& ibi gl.j.xxxiij.q.ij.Secundo caſu,aut fuit in culpa, quia recepit iniuſtè primum beneficium:vel etiam iuſtè,ſed ſponte.vel diſſimulanter illud prætermiſit, fortè vberius aliud expectans,& tunc quoque non poterit ſecundum conſequi.c.cum qui.de præb.& c.damnum.de reg.iur.Aut non fuit in culpa,& tunc poterit ſecundum conſequi, quia diſpenſatio debet intelligi cum effectu.c.relatum.de cler.non reſid.& c.in his.de verbo.ſign.& §.hæc autem verba. de pœnit.diſt.j.& facit quod not.Io.And.in c.in literis.extrà de offi.deleg.& in c.cùm in multis.in gloſ. de reſcr.lib.6.& ſecundum id intelligenda eſt opinio Ioan.And.in d.c.j.de fil.presbyt.

36 ¶Si autem,vt & illi inquiunt, diſpenſatum fuerit ſpecialiter de obtinendo certo aliquo beneficio tunc non poterit aliud obtinere. Neque enim diſpenſatio de re aliqua certa, & expreſſa ad aliam trahi poteſt.c.cùm olim abbas.extrà de offi.deleg.& c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.6.& c.quamuis.le j. & c.cui de non ſacerdotali.de preb.eo.lib.6.Nam & hinc diſpenſatio ſuper vno matrimonio, non trahitur ad aliud,d.c.vlt.xxxiij.q.ij.& c.ſi autem.& ibi glo.pen.xxxvj.q.ij.Et id quoque in diſpenſatione certi beneficij,vt ad id aliud non trahatur,voluit Ioan. Andr.in d.c.non poteſt.& ibi Philip. Franc.de præben.lib.6.& Pau.Eleaz.in d.c.j.de fil. presbyt.lib.6.

*Corroboratio eorundem.*

37 ¶Adiiciunt Lap.Petr.Anch.Domin.& Philip.Franc.in eo ipſo c.j.de filiis presby.lib.6.quòd ſi cum aliquo diſpenſatum fuerit ſuper primo beneficio vacaturo,ſi illud beneficium alteri deberetur,ipſe diſpenſatus obtinebit aliud beneficium,quod poſt illud proximè vacabit alteri non debitum,& ita erit veluti ſibi primum, cap.cùm in eccleſia. de præben.libro 6.& ita intelligendum eſt. d.cap.j.de filiis presbyter.

38 ¶Addunt item & aliud Ioan.And.& poſt eum Philip.Franc.in d.c.non poteſt.quòd ſi tenor diſpenſationis huiuſmodi ſit,vt poſſit ad ordines,& beneficia promoueri,tunc propter hoc plurale (beneficia) non haberet locum opinio Archid.quia ſucceſſiuè poterit habere plura beneficia,non obſtante d.c.j.de fil.presby.quod loquitur de beneficio in ſingulari.Subiungit tamē ipſe Philippus Franc. quòd talis diſpenſatio intelligeretur de duobus primis beneficiis, per rationem d.c.non poteſt. cui adſtipulatur c.ſi is cui.eo.tit.non autem quòd ſucceſſiuè dimiſſis duobus primis poſſit alia duo habere,quia repugnaret tex.in ipſo c. non poteſt.

*Diſpenſatio ſua natura odioſa, & reſtringenda.*

39 ¶Decimononò quia ille tex.in d.c.ordinarij.de offic.ordi.lib.6.& in d.c.non poteſt. de præb.lib.6. loquuntur in diſpenſatione,quæ ſua natura multùm odioſa eſt,& propterea reſtringenda.c. odia.de reg.iur.eo.lib.6. ideóque ne illud quod ex illis diximus,videatur ſolùm in ea re procedere, accedat ſuperioribus tex.minimè loquens in diſpenſatione,in c.mandato.& iterum in c.ſi clericus.eo.tit.de præben.lib.6.vbi ſi Papa ſimpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vacaturo,intelligitur de primo,& non de aliis,& hoc ita not.Domin.& Philip.Franc.in d.c.ſi clericus.in princ.ille,in iij.not. hic in ij.Quod hinc fit,vt illi ſubdunt, quia diſpoſitio ſimpliciter emanans, intelligitur de primo actu,& allegat Franc.hunc §.hoc ſermone.

*Interpretatio obſcuri non poteſt fieri niſi ſemel.*

40 ¶Viceſimò quod voluit glo.relata ad tex.in l.quicquid aſtringendæ.in princ.in gloſ.magna. in verbo,ſecundum promiſſorem.ad medium.ff.de verb.obli.quòd declaratio, ſiue interpretatio alicuius obſcuri,vel ambigui non poteſt fieri niſi ſemel:tanquam ſcilicet permiſſio declarationis, intelligatur de primo tantùm,& id not.& dicit ſingulariſſimum Bar.ibi col.2.verſi.ſed pone quod ſemel. & eam quoque ibi ſequuntur Ange.qui dicit ſing.col.2.verſic.ſecundo modo legitur.& Rapha.Com. Imo.circa medium.ibi,item not.quòd poſtquam,& iterum col.2.verſi.in ea gl. ſed hic Paul.Caſtr. col.vj.qui & illam dicit ſingu.& ad hoc dicit ſemper allegari,Alex.qui dicit perpetuò notandum, col.3.verſi.ex qua habes,Fran.Are.qui & illam dicit ſing.col.2.ver.in gl.poſtea,& Iaſ.col.3.verſic.in ea gloſ.ibi & iterum velit.& præterea Bar.in l.inter ſtipulantem.§.j.in fi.& ibi etiam Ang.qui dicit ſing.col.vlt.verſi.cùm igitur per hæc ſigna.& Imo.col.2.verſ.itē adde quod voluntas.ff.de ver.obl. & Bal.in l.de die.in prin.col.vlt.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.ſi quis intentione ambigua.col.2. verſi. item quæro vtrum iſta interpretatio ſemel facta,vbi dicit ſing.eam gl.& ibi quoque Ang.qui & eam dicit ſing.& ipſe Bal.in l.vlti.col.2.verſic.ſed hîc quæro.ibi,notabile eſt.C.de codic.vbi ex hoc dicit, libello ſemel declarato non eſſe locum pœnitētiæ,idque probari ex eo tex.& ibi ſequitur Alex. col. j.in fi.& Iaſ.col.iij.verſi.ſecundò ex eodem verbo.C.de codic.& idem Bal.in c.j. col.pen. verſic.ſed nunquid ſemel.de conſtit.vbi dicit eam gl.not.& ſing.& ex eo dicit,quòd rei declaratæ nihil adiici poteſt,nec detrahi,& in c.vlt.col.vlt.verſi.idem dicimus.de tranſlat.epiſc.vbi dicit ſingu.ad hoc, vt primæ interpretationi ſtandum ſit,non cęteris,& in c.dilecti.col.vlt.verſi.nam qui declarat.de iudi. vbi item dicit ſing.in id,vt qui declarat,pœnitere non poſſit.& rurſum idem Bal.in c.in præſentia. col.4.verſi.ſed hic quærit gl.de proba.vbi & illam dicit ad hoc ſing.vt interpretanti non ſit licitum pœnitere,& in c.fraternitatis.col.j.verſi.pone in cauſa prima.de teſtib.vbi etiam dicit ſing.ad id, vt qui ſemel declarauerit,non poſſit ſe corrigere.Pet.Anch.in c.ſi compromiſſarius.col.2.verſ. vltimò quia tex.dicit,de elect.lib.6.vbi eam gl.dicit not.& ibi quoque Domin. in §.ſi verò. poſt medium, verſi.& per prædicta.vbi dicit ſing.& Matth.Matheſilla.not.172.not.quòd vbicunque. & Franciſ. Curt.ſenior conſi.xxvij.magnificus vir dominus,in iiij.dubio,col.eiuſdem dubij.iij.verſic.ſic de directo.vbi & illam dicit ſing.& Iaſ.in l.ex pluribus.poſt medium.ff.de verb.oblig. & in l.edita. col.4. verſic.ſic in ſimili.C.de eden.Lanfran.in repet.c.quoniam contra falſam.in verbo, interlocutiones. col.6.de probat.Ant.Corſet.in ſuis ſingu.in verbo,ſententia interlocutoria.

41 ¶Contrarium tamen tenuit Matth.Matheſilla.ſibi contrarius in eodem opere, not.198.eodémque

penul.



penul.incip.nota quòd facultas,per tex.quem dicit è diametro eſſe contrarium ei ſententiæ, in d.l. qui ex pluribus.& ibi gl.vlt.Et licet Bart.ibi dicat,quòd loquitur in electione, in qua variare licet, non in declaratione,id tamen vt dicit Matthæus,non videtur eſſe verum, quia ibi ſtipulatus fuit fundum Seianum,& promittens habebat plures fundos huius nominis, & ſic partes ibi ſenſerunt de certo fundo,ſed de quo incertum erat:& ſic ibi propriè opus erat declaratione,& tamen gloſ.ibi vult,quòd ſæpius poſſit variare.Verùm Iaſ.in d.l.qui ex pluribus. poſt multos alios oſtendit ibi locum eſſe electioni,& non declarationi,vt ibi videre poteris.Ex quibus intelligis,ex multorum ſententia,aliud eſſe in electione,quàm in declaratione,vti etiam videre poteris apud Imo.in d.l. quicquid.ff.de verb.oblig.de quo vide quos nos citauimus ſuprà nu.17.verum quia ſunt. *Qui contra tenuerunt.*

42 ¶At ſuperiori ſententiæ adſtipulatur,quod Bal.ſcribit in l.hac lege.quæ eſt ij.col.ij.verſic.ſed nunquid ſi ſemel.C.de ſent.ex breuic.recit. quòd ſi ſemel iudex interpretatus fuerit ſuam ſententiam, non poterit iterum interpretari:quia interpretatio non poteſt fieri niſi ſemel,per nota.in d.l.quicquid aſtringendæ.de verb.oblig.quod ipſum voluit Bar.in d.l.inter ſtipulantem.§.j. in fi ff. eo.titu. Ange.qui etiam dicit ſing.in l.quod iuſſit.poſt medium.ibi, item interlocutoria. & ibi quoque Rapha.Co.& Imo.qui tamen nutat,col.ij.verſi.item fallit ſecundum,& Alex.col.4.verſic.ſecundò fallit in interlocutoria.ff.de re iudic.ipſe Imo.in l.ab executore.in princ. col.4. verſicu. poteſt quæri iuxta prædicta.ff. de appel.

43 ¶Et in hac quoque ſententia fuerunt Alex.& Iaſon in d.l.quicquid aſtringendæ.vbi ſuprà, id tamē intelligentes poſt Ang.& Com.ibi,in ſentētia diffinitiua,ſecus in interlocutoria, quam poteſt iudex non ſemel,ſed ſæpius,& vt loquitur Ang.millies reuocare:ideóque etiam ſæpius declarare,vti etiā dicit Imo.in d.l.quod iuſſit.col.2.verſic.item fallit.& ibi quoque Alex.vbi ſuprà,vbi tamen id optimè declarat,vt videbis apud eum,& Corſet.in d.ſing.ſententia interlocutoria.

44 ¶Sed & id poſtremum,vt ſcilicet iudex poſſit ſæpius eam ſententiam reuocare,nonnulli intelligūt, vt bis tantùm poſſit reuocare,& non vlteriùs.Et ea fuit ſententia Bart.poſt Dyn.in d.l.quod iuſſit. col.3.verſi.quæro an iudex poſſit pluries.& aliorū ibi,& Cano.in c.cùm ceſſante.de appel. Sal. poſt Dyn.in l.poſt ſententiam.col.vlt.verſi.quintò quæro quoties.C.de ſenten.Ant.in c.fraternitatis.col. pe. verſi.quintò quæro.extrà de frigid.& maleſi.poſt gl.ibi,in verbo, fornificatio.in fi.

45 ¶At ſunt qui è diametro tenent contrarium,videlicet non poſſe iudicem, niſi ſemel ſuam ſententiam reuocare,& in his Petr.Bezu.in d.l. quod iuſſit.vbi id dicit ſeruari in practica,& hoc de iure poſſe ſuſtineri,dicit Iaſon ibi,col.antepe.verſi. tertia fuit opinio,quamuis (inquit) communiter teneatur contrarium.

46 ¶Quinetiam illud quod ſupra diximus,interpretationem,ſiue declarationem, non niſi ſemel fieri poſſe,intelligunt Ange.& Alex.in d.l.quicquid aſtringendæ.procedere, niſi quando deſtructio voluntatis ad interpretātem ſpectaret,verbi gratia,in teſtatore cuius voluntas ambulatoria eſt vſque ad mortem,l.quod per manus.ff.de iure codic.& l.quòd ſi iterum.ff.de adim.leg.nam interpretabitur teſtator quoties voluerit,l.hæredes palam.§.ſed & ſi notam.ff.de teſt.& nos quoque iterum dicemus infrà in xxxij. limitat.

47 ¶Viceſimoprimò quod ſcripſit gl.in d.l.duobus.§.ſi ei qui.in verbo,exhibuerit.ff.de iureiur quòd ſi quis promiſerit præſentare quempiam accuſatum,intelligitur de prima præſentatione tantùm, ita vt ſi ſemel eum præſentauerit,liberetur.quam gl.ibi ponderant Bened.Plumb.& Pau.Caſ.qui eum §.legit cum §.quòd ſi reus.col.vlt.verſi.vltimò eſt hîc vna.& Alex.in fi.& Iaſ.col.j.verſic. ſuper hac prima parte.Et hoc quoque voluit Ioan.And.in addit.Spec.tit.de accuſat.in iij.parte.§.vlt.verſ.ſed quid ſi fideiuſſor.Pau.Caſt.in l.ij.§.in fideiuſſorem.qui eſt vlti.ff.qui ſatiſd.cog.Alex.in addit. Bart. in l.græcè.§.j.ff.de fideiuſſ.vbi dicit eam gloſ.eſſe menti tenendam, & in id citat hunc noſtrum §. & conſi.xvj.breuiter in caſu præmiſſo. col.j.nu.5.lib.4.

48 ¶Licet contrarium tenuerit Roma.in d.§.ſi ei qui.ſtatim poſt prin.& in l.ſi finita.in prin.col.j. nu.4. ff.de damno infect.& in d.l.ij.§.vlt.col.ij.verſi.ſecundo pono.ff.qui ſatiſda.cog. & in prioribus quidem locis per tex.in l.ſi ſeruus hæreditarius.ff.de diuer.& temp.præſcrip.per quem probatur hanc promiſſionem tum demum lata ſententia,aut finita inſtantia perimi,& in iiſdem quoque locis, atque etiam in poſtremo,alias multas rationes addit,quæ tu videre poteris. Et ante hunc Lucas Pen. latè in l.ſi quis decurio.col.2.verſi.accuſans quidam.C.de decur.lib.10.per text. quem dicit expreſſum in l.ſi ita ſtipulatus à Seio.ff.de fideiuſſ.& l.nouiſſima.ff.iudic.ſolui.& multa alia iura, quæ ibi videre poteris.Sed id tamen quomodo ſit intelligendum,vide Pau.Caſt.in d.§.in fideiuſſorem. & omnino Iaſo. in d.§.ſi ei qui. col.pe. verſic.ex prædictis.

49 ¶Quid autem ſi quis promiſit præſentare toties quoties, vel ad voluntatem eius cui promittitur, an erit in infinitum obligatus,quod plerique contendunt:an bis tantùm,quod nonnulli volunt.vide Bart.in l.ſi quis reum.col.j.verſi.circa hanc legem.& Ange.in l.ij.verſi.item adde aliam.ff.de cuſto. reor.& omnino in d.l.ſi finita.in princ.circa medium.& ibi Imo.col.j.verſi.& per hoc ipſe infert.& Rom.etiam in prin.col.j.& Alexan.latè,col.j.& ij.ff.de damno infect.& eundem Ange. in l.oratione.ff.de feriis.in quibuſdam lect.Lucam Pen.in d.l.ſi quis decurio.col.4.verſic. item clarè videtur. C.de decurio.lib.10.& Matth.Afflict.deciſio.Neap.46.dicit regia pragmatica. & quæ dicam infrà in xxvj.limitat.Et in perempta inſtantia teneatur,vide eundem Ange.in dicta l.græcè.§.& poſt litem.ff. de fideiuſſor.

¶Viceſimo

50 ¶Viceſimoſecundò quod voluit alia glo.iuris canonici in c.cauſam.in verbo,recipi.quæ eſt vlt.extrà de electio.quòd ſi moniales contulerint electionem ſuæ abbatiſſæ in epiſcopum,qui ſemel de vna prouiderit,non poterit amplius aliam dare,conſumptáque eſt ipſius facultas ſiue bene & vtiliter,ſiue male & inutiliter prouiderit,per multa iura, quæ ibi allegat.& eam ſequuntur.Hoſt.ibi col. ij.verſi.quid ſi elegit malam.Card.Flor.col.2.verſi.quæro ſi iſte epiſcopus.Pet. Ancha.ante fin.ibi, quærit gl.fin.Anto.etiam ante fi.& Imo.ſuper eadem illa glo.vlt.& Panor.col.vlt.ſuper eadem quoque gloſ.Et id vt plerique omnes dicunt,approbatum eſt per c.ſi compromiſſarius.eo.tit.lib.6.trahúntque in id,quod poſtea dicemus in j.limit.num.xxxix.incip.declara quarto,& multis ſeq. quia ſcilicet hic compromiſſarius non ſuo iure innititur, ſed alieno.

51 ¶Viceſimotertiò quòd voluit gl.in c.gratia.in verbo,eligas.quæ eſt vlt.de reſcri.lib.6.quòd in caſu illius c.in fi.ſi quis ſemel vnum beneficium elegerit,cõſumpta eſt electio,nec poterit eligere aliud, per c.vlt.eo.tit.& c.j.de poſtul.& idem voluit Archid.in eo.ipſo c.gratia.col.2.verſic.ſed quid ſi elegit vnum. per multa alia iura ibi allegata,de quo etiam vide Ioan.And.ibi,col.2.in gloſ.vlti.& Pet. Anch.col.2.verſi.quæritur vnũ,iſte.& Pet.Anch.conſi.ccxiiij.Franc.col.2.verſi. iudicatur ad idem. & Roma.conſi.cccxxix. præſens conſultatio. in primo dubio.

*Similiter conſumpta eſt collatorũ electio, ſi ex duobus in cæteris æqualibus alterum ſemel elegerint.*

52 ¶Viceſimoquartò alia gl.in c.duobus.quod eſt pe.in verbo,eligere.eo.titu.de reſcrip.lib.6. quæ in caſu illius c.diſponẽtis,vt ſi duo ſuper ſimili prouiſione ſibi facienda, in eadem eccleſia literas vna die obtinuerint,nec appareat vter eorum prior impetrauerit,& ambo ſimul pręſentauerint, ſintque in cæteris æquales:hi ad quos receptiò,& collatio pertinet, ex eis alterum quem voluerint eligere teneantur.Dicit ea gl.quòd ſi ſemel elegerint,conſumpta eſt eorum electio,nec in electi pręiudiciũ variare poſtea poterunt,per c.publicato.extrà de elect.& c.j.de poſtulat.præla.lib.6.de quo nos dicemus infrà in xxiij.limit.& alia iura ibi allegata.Et id ſatis probat tex.in d.c.ſi duobus.cùm ſubditur,quo electo alius omnino careat impetratis.Et id ſequitur ibi Petr.Anch. col.2.verſic.item not. quòd per electionem.& Domi.col.vj.ſuper ea gl.& Philip.Franc.col.2.ſuper eadem gl.vbi & id dicit procedere poſt Bal.etiam ſi prior clericus conſentiret,quia electio conſumpta eſt, per l.ſi is qui Stichum.ff.de procur.Et ipſe Pet.Anch.conſi.ccxiiij.Franc.col.2.verſi. octauo inducitur.

*Idem in duobus procuratoribus,inſolidũ conſtitutis ad eligendum.*

53 ¶Viceſimoquintò,quod item in non abſimili caſu ſcriptum eſt ab alia glo.in c.ſi quis iuſto.verſic. verùm ſi ambo.in verbo,elegerit.de electio.lib.6.quæ item in caſu illius c.quo diſponitur,vt ſi duo procuratores inſolidùm conſtituti ad eligendum ſimul concurrant,& poſtulent ſe admitti, non audiuntur,ſed is tantùm,quem capitulum elegerit. Dicit ergo ea gloſ. quòd ſi ſemel alterum elegerint,ita conſumpta eſt electio,vt variare non poſsint,per c.vt quis duas.eo.titu.& lib.& c.j.in fin.de poſtul.prælat.eo quoque libro.Et eam gloſ.ſequitur Domin.ibi in princ.col.2.& Petr.Ancha. dicto conſi.ccxiiij.col.2.verſic. ſimili dicatur.

*Gratia alicui conceſſa, ut ei prouideatur de præbenda.*

54 ¶Viceſimoſextò quod voluit & alia gloſ.in c.ne captandæ.in verbo,cauſa ſubſit,de conceſ.præben. lib.6.quòd gratia alicui à ſede apoſtolica cõceſſa,vt ei prouideatur de præbenda,dignitate,vel perſonatu,aut alio beneficio,intelligitur de primo,nec is cui ea gratia conceſſa eſt, admittitur ad ſecundum,niſi ex cauſa,per c.quia cunctis.ad fi.& c.executor.eo.tit.& lib.& ibi Ioan.And.tum in verbo,prouideri.tum ſuper gl.j.Pet.Anch.col.2.verſi.quærit Ioan.Andr.& Philip.Franc.col.2.nu.7.

*Reſcriptũ de prouidendo alium de dignitate.*

55 ¶Viceſimoſeptimò quod & proximum eſt,quod tradit item alia glo.in c.quia cunctis.quod eſt j. in verbo,cauſa.de conceſ.præb.lib.6. quòd reſcriptum de prouidendo alium de dignitate vacatura, quam is duxerit acceptandam,intelligitur de prima, non etiam de ſecunda,niſi ex cauſa, tanquam ſcilicet conſumpta ſit ea acceptatio prima per eum facta, per eum text. & l.apud Iulianum.ff.de optione leg.& idem ibi voluerunt Imo.qui & illud cap.legit in lect.decretal.col.pe.in verbo,voluntatibus.verſi.ſed quæro vtrum ſemel.& ibi item Ioan.Mona.col.vlti.verſic.ſed quid ſi in reſcripto. vbi & ad hoc certè c.ex parte.le j.de offi.deleg.& c.ſi clericus.de præben.lib.6.& ibi item Archid. in fi.& c.gratia.ad fi.eo.tit.de reſcrip.& Bald.conſi.ccxxviij.per ſanctiſsimum. lib.4.

*Qui ſemel acceptauit beneficium, uel lapſo termino quem epiſcopus illi præfiniuit &c.*

56 ¶Viceſimooctauò quod in non abſimili caſu voluit ipſe Ioan. Mona. in c.ſi tibi. col.vlti. in verbo, aſsignet.de præben.lib.6.loquens in caſu illius cap.vbi ſi abſenti ab epiſcopo conferatur beneficiũ, non poterit epiſcopus id alteri conferre,etiam ante iſtius abſentis acceptationem,ſed epiſcopus poterit illi aſsignare terminum competentem,intra quem acceptet,& eo lapſo ſi non acceptauerit, alteri id liberè conferet.Dicit autem ibi Ioan.Monac.quòd ſi ſemel acceptauit,vel non acceptauit, variare non poteſt,per l.apud Iulianum.ff.de optione leg.& l.ſerui electione.ff.de legat.j.& ſequitur Ioan.Andr.in dicto c.ſi tibi. col.2. item ſcias in nouella.

*Teſtator iubẽs aliquid fieri in die ſui obitus, quomodo intelligatur.*

57 ¶Viceſimononò quod à Cyno traditum eſt in l.cùm pater.§.pater certã.ff.de lega.2.in addit.quòd ſi teſtator iuſsit celebrari tres miſſas in die ſui obitus,ſufficit illas ſemel celebrari primo illo die obitus,nec cogendum hæredem aliis ſequentibus facere celebrari, & idem ante eum tenere videtur Pet.à bella Pert.& poſt eum Bart.& Alber.in l.cùm quidam.quæ eſt pen.ff.de annuis lega.

58 ¶Verùm Imo.in d.§.pater certam.paulò ante fi.tenet contrarium,per tex.in ea ipſa l.cùm quidam. cum ibi nota.neque huic ſententiæ ſuæ obſtare dictũ §.pater certam.quia ibi fauor dotis ſuadet verba referri ad primam vicem, hìc autem fauor animæ,& piæ cauſæ ſuadet contrarium:tanquam ſcilicet ipſe Imo.id omne ex fauore negotij metiatur,de quo poſtea dicemus in iij.limitat.

*Mandatum alicui conceſſum, ſi acceſſerit conſenſus epiſcopi, de quo conſenſu intelligatur.*

59 ¶Triceſimò quod ſcriptum reliquit Ioan.Mona.in cap.ſi pro te.verſi.quæro primo.& ibi poſt eum Domin.col.j.de reſcript.lib. 7. quòd ſi Papa mandauerit alicui prouideri de beneficio, ſi ad id acceſſerit



ceſſerit conſenſus epiſcopi,intelligitur de primo ipſius conſenſu,vel diſſenſu: nam ſi primum expreſsè diſſenſerit,poſtea autem conſenſerit, non prodeſt impetranti,per hunc noſtrum §. hoc ſermone.& alia ex iuribus ſuprà allegatis.Et id quoque ſequitur Bal.in l.vlt.ad fi.C.qui bon.ced. poſſ. vbi id limitat ſecundum ea quæ dicam infrà,in xviij.limitat.

*Conſtitutio loquens de ſcrutinio,intelligitur de primo actu.*

60 ¶Triceſimprimò quod & ab eodem Io.Mona.traditum eſt in c.cùm expediat.col.j. verſic. item in hac forma.de elect.lib.6.quòd conſtitutio loquens de ſcrutinio,vel communi electione, intelligitur de primo actu,vel caſu,non de ſecundo,per l.eum qui calendis.ff.de verbo.oblig. & hunc noſtrum §.hoc ſermone.& l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de lega.iij. Ex quo infert ad caſum illius cap. vt ſi votis inquiſitis apparet,nullam partium deueniſſe ad maiorem partem totius capituli,ſed ante electionem communem acceſſerunt tot voces,habenti maiorem partem,reſpectu minorũ,quod habet maiorem partem totius capituli,non poterit procedi ad electionem cõmunem, & ibi ſequitur Ioan.And.poſt princ.in verbo,conſenſerit.& Pet.Anch.paulò ante fi.& Domin.col.j.verſic. ſed pone quòd nulla pars.

*Poteſtas mittendi aliquem in poſſeſsionẽ, expirat eo ſemel inducto.*

61 ¶Triceſimoſecundò quod poſt alios antiquiores ſcriptum reliquit Archid.in c.ſi cui.in verbo, contradictores.de præb.lib.vj.quòd poteſtas alicui conceſſa mittendi alterum in poſſeſsionem,& eum tuendi in ea poſſeſsione,expirat eo ſemel inducto,& remoto omnino primo impedimento, quod obſtabat.Ideóque ſi poſtea ille turbatur,debet adire iudicem ordinariũ.Et ſequitur Petr.Anch. qui & hoc latè diſputat, ibi col.ij.verſi.quærit hic.Archi.& Io.And.in c.pro illorum.col.j.in verbo,contradictores.extrà eo.titu.& Panor.qui id refert ad regulam noſtri §.hoc ſermone,in tractatu Baſilienſi,incip.quoniam veritus.in j.dubio.col.xviij.verſi.ſexta ratio quare alius locus. Sed tu tamen de hoc vide amplius ipſum Archid.Ioan.And.& Pet.Anch.vbi ſuprà & Domin.in d.c.ſi cui.

*Emens ſimpliciter iactũ retis, de quo intelligatur.*

62 ¶Triceſimotertiò huc ſpectat quod ſcribit idem Anch.in c.ſi propter.col. vlt. & ibi quoque Ioan. And.col.item vlt.ſuper vlt.gl.& col.iiij.verſi.ex glo.igitur habes.de reſcrip.lib.vj.ſi quis emerit ſimpliciter iactum retis,intelligitur de primo tantùm,etiam ſi in eo nihil piſcium captum fuerit. Et ita intelligitur quod ſcribitur in l.nec emptio ff.de contrah.empt.& l.nam hoc modo. ff.de hæred. vel actio.vend.& in l.ſi iactum retis.ff.de actio.emp.& ſequitur Fely. qui & ad hanc noſtram regulam id refert in d.c.ij.col.iij.verſi.ſi promitto iactum retis. de treug.& pace.

*Promittens ſeruire per annum &c.*

63 ¶Triceſimoquartò quod & tradunt ipſi Archi.Ioan.And.Domin.& Fely.in illis iiſdem locis, quòd ſi promiſerim cuipiam ſeruire per annum,& aliquo illius primi anni tempore, valetudine impeditus fuerim,nec illi ſeruire poſsim,non tenebor altero tanto tempore ſecundi anni ei ſeruire, per l. cùm quæritur.§.item ſi hæredi.ff.de fideiuſſ.aut vt in aliis Codicibus legitur de fideicom.liber. ſed in neutro loco eſt lex eius initij,verùm eius rei eſt tex.in l.cùm hæres.§.Stichus ſi hæredi. ff.de ſtatulib. (vide ibi glo.) & facit tex.in l.ſtatuliberos,quæ eſt iij.§.ſi ita ſit libertas.ibi, poſtea intra quinquennij tempus.eo.titu.

*Fructus beneficiorum primi anni epiſcopis conceſsi, quomodo intelligantur.*

64 ¶Triceſimoquintò quod & illis rationibus ſcribunt iidem Archid. Ioan.And. Domin.& prætereà Philip.Franc.in caſu illius c.ſi propter. cum ſcilicet à Summo Pontifice conceſſum fuit epiſcopo, propter debita ipſius perſoluenda,vt fructus primi anni beneficiorum ſuæ diœceſis,intra quinquennium vacaturorum,percipiat, ſi fructus primi illius anni,aut nulli fuerunt,aut chaſmate perierunt, cõſumpta eſt omnino gratia,nec poterit epiſcopus alterius anni fructus percipere.Et ad hoc quoque nonnulli eorum allegant l.cùm certus.ff.de triti.vino & oleo lega. vbi ſi certus numerus amphorarum vini,ex eo quod natum eſſet ex tali fundo,& minus natum eſſet,promiſſus eſt, non amplius debetur quàm quod natũ'eſt eo anno,nec cæteris annis ſuppletur. Et ex hoc aſſumunt, quòd cum teſtator legat fructus primi anni,ſi nil naſcitur eo anno,non ſuppletur annis ſequentibus. Tu tamen vide tex.qui videtur eſſe contrarius in l.ex eo vino.eo.tit.& in l.legatum. §.j. & l.liberto.§.j. ff.de annuis leg.& l.Lucius.ff.de alim.& ciba.leg.& l.Firmio.in prin.ff.quando dies leg. ced. Sed tu ad hanc antinomiam tollendam,vide gloſ.in eis locis.

*Poteſtas prorogandi compromiſſum, intelligitur de una & prima prorogatione.*

65 ¶Triceſimoſextò quod à Spec.traditum eſt in tit.de arbitro.§.excipitur.verſi.ſed quid ſi fuerit actũ in compromiſſo,quòd ſi data eſt poteſtas prorogandi terminum compromiſsi, intelligitur de vna, & prima prorogatione,per tex.in hoc noſtro §.hoc ſermone.& alia iura.& cum eo tranſit Io.And. ibi,in addi.& idem voluit Bal.in c.olim ex literis.col.ij.verſi.ibi,& iterum,de reſcrip.vbi tamen intelligit ſecundum ea quæ dicam infrà in j.limitat.& rurſum idem Bal.in c.vlt.col.antepen.verſi.dubitabatur.ibi,ſi autem dictum eſt.de conſue.& conſi.ciiij.dilatio prorogatiua.poſt prin.lib.iij. vbi & ad hoc citat hunc noſtrum §.Alexan.conſi.lxx.viſo conſilio aliàs per me reddito,col.ij.verſic. ſecus autem ſi iſtud eſſet.lib.ij.Soc.conſi.cxvij.viſa & diligenter col.j.verſi.his tamẽ non obſtantibus.lib.j. Fel.in d.c.ij.col.ij.verſi.ſimiliter ſi eſt dictum.de treug.& pac.Iaſ.in d.l.diuortio.§.quod in anno.col. iij.verſi.duodecimo facit.& in d.l.in duobus.§.ſi ei cui.col.j.verſic.item per illum tex.& iterũ col.ij. verſi.vltimo facit.& Philip.Dec.in c.ſua nobis.col.j.ſuper gl.j.de appel.& conſi.cccccxij.cùm reuerendiſsimus.col.ij.verſi.ex quo infertur.& conſi.dcix.quæritur ex duobus. col.ij.nu.6.

*Qui contradicant.*

66 ¶Contrarium tamen tenuit Roma.licet neminem (inquit) alium contradicentem repererit, in l.ij. char.penul.verſic.ſed ſtat circa hoc.ff.de re iudic.& poſt eum Georg.Nat. in repet.clemen.j. col.lxj. verſi.in arbitro autem.de verbo.ſignific. Nam vt inquiunt,cùm poteſtas prorogandi ſit indefinitè conceſſa,ea æquipollet vniuerſali.l.& ſi pluribus.ff.de lega.ij.& l.j.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfect. vrb.& cap.vt circa.de electio.lib.vj. Præterea quia videmus arbitrum,qui non potuit intra tempus

præſtitutum

præſtitutum iudicare, cogi de nouo arbitrium ſuſcipere, l.aut ſi qua alia cauſa.§.vlti.cum l. præced. ff.de arbitr.Ergo multo magis id ſua ſponte facere poteſt, ſi partes conſentiant, nam aliud eſſet ſi diſſentirent.l.arbiter ita ſumptus.eo.titu.Et reſpondet ad hunc noſtrum §.hoc ſermone.& ſimilia iura,ſecundum ea quæ dicam infrà,in iiij.limitat. vbi & eoſdem citabo.

*De eadem re.*

67 ¶Subdunt autem ipſi Roma.& Nat. quòd ſi non expediret prorogationem fieri, tunc arbiter non poſſet vlterius prorogare, quia id facere videretur differendæ litis cauſa, cùm non valeat præceptum arbitri,quo inducitur litis non neceſſaria dilatio,l.non diſtinguemus.§.quæſitum.verſi.ne fuerit.& ibi Barto.ff.de arbit.ſicut partibus volentibus dilationem prorogari, vbi id non neceſſarium eſt, non tenetur arbiter aſſentire.dicta l.non diſtinguemus.§.dies.ſecundum vnum intellectum gl. ſimiliter eadem ratione,non tenentur partes conſentire arbitro, id nulla neceſsitate cogente facienti aſſentire. Denique compromittentes in ipſa facultate prorogandi, præſumuntur in dubio habuiſſe intentionem conformem naturæ compromiſsi,vt de contrahentibus dicitur in l.diuortio. §.ſi fundus ( aliàs eſt lex ) ſi fundus in dotem.quæ eſt 8.ff.ſolu.matr.& l.ſi pignore ff.de pigno.actio. ſed natura compromiſsi eſt,vt faciat finem litibus, non vt lites & ſuperfluas dilationes inducat.l.j. & quanuis.ff. de arbitr.

*Pœna adiecta in promiſsione offenſæ non faciendæ.*

68 ¶Triceſimoſeptimò quod à Ioan.And.ſcriptum eſt in addit.ipſius Specu.in rub.de treuga & pace. ad fin.vt à multis citatur,quòd pœna adiecta in promiſsione pacis ſeruandæ, ſiue offenſæ non faciendæ,intelligitur de prima offenſa, non etiam de cæteris,niſi expreſsè dictum fuerit, quòd pœna toties committeretur,quoties contrà factum fuerit,per l.ſi duo.§.j.ff.de arbitr.Et hanc ſententiam ſequitur Roma.conſi.clv.præmiſſum laudum.col.vlt.verſi.vltimo dum quæritur.& Alexan. conſi. cxv.viſo themate ſupraſcripto.col.iij.verſic.nec his obſtat.libro iiij.vbi tamen dicit, quòd legendo ſemper ſecutus eſt opinionem aliorum contrarium tenentium, tanquam communem, non Ioan. And. Tu illum vide in l.qui inſulam.col.ij.verſic.dicebat etiam ſignanter.ff.de verbo. oblig ne hîc diutius immoremur.

69 ¶Triceſimooctauò quod voluerunt Domin.Rot.deciſio.xxij.cuius exordium eſt, nota quòd vbi ordinarius,in antiq.quòd ſi epiſcopus habens poteſtatem nominandi aliquem in prima ſui creatione,vt recipiatur in canonicum & in fratrem nominet aliquem qui acceptet,& poſtea is nominatus renuntiet,non poterit amplius epiſcopus alium nominare,argu.l.apud Aufidium.ff. de optione leg. & not.ab Archidia.in c.cùm in multis.col.2.ſuper verbo,exprimat.in princ.de reſcrip.lib.6. & in c. gratia. in fi.eo. tit.

*Licentia data monacho, ut poßit eſſe procurator, quomodo intelligatur.*

70 ¶Triceſimononò quod à Calderino diſputatum eſt,& deciſum in ſua diſput.incip.ex octo ſtudentibus.col.4.ibi,prima licentia,quòd licentia data monacho,vt poſsit eſſe procurator, intelligitur de prima vice tantùm,vti etiam licentia data clerico vt ſe abſentare poſsit, ita enim noſtri loquuntur. Atque etiam licentia data parrochiano,vt poſsit alteri quàm proprio ſacerdoti cõfiteri,& ſic de ſimilibus,& ita illum refert,& ſequitur Fel.in d.c.ij.col.ij.verſi.licẽtia data monacho.de treug.& pac.

*Incarcerati iußi relaxari.*

71 ¶Quadrageſimò quod latè & ſcienter etiam diſputatum eſt, & concluſum à Signo.Homod.conſi. xcvij.hoc initio,quæſtio diſputanda proponitur,aut vt alij allegant,Mediolani eſt cõſuetudo,quod quidam,conſi.eſt viij.illius diſput.quòd ſi princeps propter publicã aliquam lætitiam, iuſſerit omnes incarceratos ab officialibus è carcere relaxari, intelligitur de prima relaxatione: ita vt ſi quis primùm relaxatus fuerit,& iterum pro delicto fuerit carceribus mancipatus, non debet amplius relaxari.& ſequitur Iaſ.in d.l.diuortio.§.quod in anno.col.iij.verſi. quintodecimò vltra.ff.ſolu. mat. vbi tamen corruptè citatur Signor. ex conſi. xxxvij.

*Duo ſimul accedentes ad brauium.*

72 ¶Quadrageſimoprimò quod voluit Alber.Roſa.in prima parte tractatus ſtatutorum,quęſt.cvij.incip.prædicta etiam faciunt,quòd ſi fuit propoſitum præmium ei qui primus acceſſerit ad brauium ( ita enim noſtri vocant,poſt interpretes noui teſtamenti,certaminis curſus precium ) & duo ſimul acceſſerint,neuter eorum habebit præmium,per multa iura ibi allegata.Nec iterum curretur,quia de primo tantùm curſu iam peracto intelligendum eſt,per tex.in d.§.hoc ſermone.Niſi (inquit) ex noua voluntate eorum,qui id præmium propoſuerunt,arg.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.& l.matrimonij. ff.qui & à quib.& dicit hanc opinionem eſſe de ſtricto iure veriorem, licet conſuetudo aliter obſeruet,vt ſcilicet iterum currant.Sed tu hîc omnino vide quæ in hac re ſcripſimus in tract.Primigenior.in xvij.q.in j.opin.nu.23.concinit & his, & in iiij.opin.nu.10.& quod plurimi.

*Facultas conceſſa ingredien di monaſteriũ monialium.*

73 ¶Quadrageſimoſecundò quod ab eodem Alber.traditum eſt in eodem tractatu, part.ij. q. clxxxj. per dominum fratrem Vbertum,ad fi.Quòd ſi epiſcopus conceſſerit alicui facultatẽ intrandi monaſterium monialium,intelligitur de prima vice tantùm,per d.c.non poteſt.de præbend.lib.vj. l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de leg.iij.cum ſimi.Et id ſequitur Alex.dicto conſi.xvj. breuiter in caſu præmiſſo.col.j.nu.3.lib.iiij.& Fely.in d.c.ij.col.ij.verſi.licentia de ingrediendo.de treug. & pac. & in c.j.ad fi.ibi,& ſcias etiam.de reſcrip.Iaſon in d.l.in duobus.§.ſi ei qui.col.ij. verſic. ſecundò ad idem facit.ff.de iureiur.& in d.§.quod in anno.col.iij.verſi.tertiò adde tex.& conſil.xxxvj.in cauſa mota per nobiles,col.vlt.lib.iij.& Philip.Dec.conſi.cccccxij.cùm reuerendiſsimus.col.ij.nu.5.& Ca tellia. Cotal.in memorial.incip.executores teſtamẽti.col.j.ver.bene facit pulchra deciſio,& memor. incip.reſcriptum impetratum.in prin.& Maria.Socin.iunior qui id dicit ſingul.conſil.xxv.viſo themate ſupraſcripto.col.ij.verſic.accedat etiam.lib.ij.

74 ¶Quadrageſimotertiò quod magna autoritate firmauit Bart.in l.j.col.ij.verſic.ſi verò quæritur. ff. de conſtit.



*Priuilegiũ tibi & hæredi tuo conceſſum.*

de conſtit.princip.quòd priuilegium tibi & hæredi tuo conceſſum,intelligitur de primo tantùm hærede,non etiam de cæteris,per no.in l.antiquitas,C.de vſufruct. quod & ipſum autoritate Pet. voluit ipſe Alberic.in l.ij.col.iiij.verſi.ſi autem in priuilegio,ff.eod.tit.& ſequitur Fely.qui ſolum Albert.citat in d.c.ij.col.ij.verſi.ſi princeps dat,de treug.& pac.& Ioan.Lupus in repet.rub.de don.inter vir.& vxor.§.lxix.col.vj.verſic.potuiſſent allegare.

*Hæredis appellatione ſimpliciter,an ueniat tantùm primus hæres.*

75 ¶At ea res,an ſcilicet appellatione hæredis ſimpliciter veniat tantùm primus hæres,an etia m cęteri, & quando,& quomodo,& quibus in caſibus,vlteriori indagine indiget, & nos aliquando eam rem abunde tractauimus in noſtro tractatu Retractuum,tit.ij.§.j.gl.vj.in verbo,*ou ſes heritiers*, nu. 17. & hæc quidem,& ſeq.vſque ad 25.& iterum noſtro tractatu,cui titulus eſt,*Le mort ſaiſit le vif* in ij.parte,declara.v.dum illic diſſeruimus, an ea noſtra generalis Franciæ cõſuetudo intelligatur tantùm de primo hærede,quod nonnulli noſtrorum adſtruunt,& inter cæteros, Alex.conſ. xxxvj. in cauſa mota per Ang.col.iij.verſ.item præterea & fortius,lib.j.repetito conſ.lxxxiij.lib.iij. moti hac noſtra regula,quòd ſermo ſimpliciter prolatus de primo tantùm intelligitur, vt ibi amplíſsimè videre poteris,neque enim hîc repetendum duximus.

*De eadem re.*

76 ¶Vnum autem non prætermiſerim quod ibi non diximus, & quod ad hunc tractatum pertinere videtur,Cy. in auth.ſed & ſi quis,col.vlt.verſ.vltimò colligitur,C.de ſecund.nupt.ſcripſiſſe,quòd ſi rex dat alicui caſtrum ea lege,vt ſi deceſſerit ſine hærede ſui corporis, caſtrum ad regem reuertatur,ille verò deceſſerit cum hærede ſui corporis, qui quidem hæres deceſsit ſine hęrede ſui corporis,non propterea reuertitur feudum ad regem: tanquam ſcilicet ea conditio intelligatur de primo tantùm hærede ſui corporis,non de cæteris,quod ſequitur, & reputat not.Bald.ibi,col.iij.ver. vnde deciditur talis quæſtio,& in l.vlt.in xxv.quæſt.C.de hæred.inſtituen. per l. ex facto, § vlt.ff.ad S.C. Trebellia.& l.pater.§.quindecim.ff.de leg.iij.

*Feudi natura quæ ſit.*

77 ¶Id quod tamen intelligunt,niſi id caſtrum conceſſum fuiſſet in feudum, cuius natura eſt vt tranſeat ad omnes hæredes maſculos,ex ſe deſcendentes in infinitum,c.j.& c.& ſi clientulus, tit.de aliena.feud.Et ad id bene facit quod ſcribit Bald.in c.quæ in eccleſiarum,col.pen.verſ.ſed pone conceſſum, de conſtitution. Imò verò ſunt qui etiam in aliis rebus quàm in feudalibus contrarium tenuerunt, vt ſcilicet non ſolum primi, ſed & alij intelligantur, videlicet Saly.in d.auth. ſed & ſi quis.& Alexand.conſil.xliij.conſideratis his,col.ij.verſi.quod ſecundum,lib.iij.quod iterum repetitur conſ. liij.lib.vj.& Soci.dum Salyc.allegat,vbi ſuprà,conſi.lj.viſa facti narratione,col.ij.verſic. quoniam ad omnia iſta,lib.iiij.

*Appellatione hæredũ ex ſuo corpore quando ueniant nepotes.*

78 ¶Quando autem aliàs,appellatione filiorum,ſiue hæredum ex ſuo corpore, vel ex ſe naſcentium, ſiue deſcendentium veniant nepotes,aut alij deſcendentes,vide Bart.in l.liberorum, col.pen.verſic. quæro quid ſi in aliqua,ff.de verb.ſignifi.Bal.in l.j.col.j.verſi.quæro quid ſi dicatur,& ibi Paul.Caſt. col.ij.in ij.no.in fi.& Corn.col.iiij.verſi.quinimo etiam,C.de condit.inſer.& eundem Bal.in c.j.§.filia,in fi.& ibi Aluarot.& Card.Alex.col.iiij.verſ.quæro ab extra,tit.de ſucceſsio.feud. & ipſum Bal. in c.j.col.j.verſi.ſed immediatè op.titu.de eo qui ſibi & ſuis hæredibus,& conſ.xiij.punctus talis eſt, quidam teſtator,lib.iij.& alios multos quos tibi congeſsi in tractatu Primigenior.in xl.quæſt. nu.33. incip.ideóque & dicitur.

*Equa uendita ea lege,ut ſi pariat, &c. quid ſi utrũque pepererit.*

79 ¶Quadrageſimoquarto quod & voluit idem Bart.poſt Guil.Cu.in l.ſi extraneus,poſt mediũ,verſi. & inducitur ad quæſtionem,ff.de cond.cauſ.da.quòd ſi quis vendat equam ea lege,vt ſi pariat maſculum,pertineat is maſculus ad venditorem:ſi fœminam ad emptorem, & poſtea equa vtrunq; peperit,videndum eſt primo loco,vter prior natus ſit,maſculúſne an fœmina,neque enim ſimul vterque naſci potuit,l.Arethuſa,ff.de ſta.homi.& de primo ſemper intelligendum eſt,per text.in hoc §. hoc ſermone. De quo tu vide quæ plenius ſcripſimus in noſtro tractatu Primigeniorum, q. xvij.in iiij.opin.nu.11.facit & quod voluerunt,& rurſum in vj.opin.nu.16.& quod in illa ſpecie.

*Bannito conceſſa facultas ut tutò uenire poßit in ciuitatem.*

80 ¶Quadrageſimoquinto quod ſcribit idem Bart.in d.l.dotis promiſsio per eum textum,& hunc noſtrum §.& ibi quoque Alexan.in additio.ipſius,ff.de iure.dot.quòd ſi ſimpliciter conceſſa eſt facultas bannito, vt tutò venire poſsit in ciuitatem, intelligitur vt ſemel veniat. quod & ipſum voluit idem Bar.poſt Oldrad.in quadam diſputatione,in l.j.col.j.verſi.quarto quæro,ff.ad leg.Iul.maieſta. Raph.vt ab aliis citatur in l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.obligat. Raph. Com. in l. hæc conditio filiæ, in fi.ff.de condit.& demonſt.Ioan.Plat.in l.j.col.ij.verſi.& ſimplex, C. de naucul libr.xj.per text.in hoc noſtro §.hoc ſermone.Pan.in d.c.ij.verſi.ſed dubitari poteſt,& ibi Fely. col.ij.verſic.tene etiam menti,de treug.& pac.& idem Pan.in tractatu conſilij Baſilienſis,incip.quoniam veritas,in j.dubio, col.xviij.verſi.ſexta ratio quare alius locus.& Alex.in d.l.diuortio,§.quod in anno,quem legit cum §.ob donationem,col.ij.verſi.ex hac gloſſ.infert,& ibi Iaſ.col.iij. verſi. quinto adde quòd pro iſta,ff. ſolu.matri.Idem Alex.conſi.xvj.breuiter in caſu præmiſſo,poſt prin.lib.iiij. Iaſon in d.l.in duobus, §.ſi ei qui,col.ij.verſi.quarto facit,ff.de iureiur.Fely.in c.licèt dilectus,col.vlt.verſic.& hinc eſt quòd ſi bannito,de teſtib.Georg.Nata.in repe.d.cle.ſæpe,in prin.col.lxij.verſic.ego hoc dictum,de verb. ſignifi.Phil.Dec.d.conſil.cccccxij.cùm reuerendiſsimus, col.ij.nu.6. & conſil.dcix.quæritur ex duobus,col.ij.verſi.tertiò hoc comprobatur.& Franc.Curt.iunior,conſil.clxxviij.habita diligenti conſideratione,col.vlt,nu.24.& Maria.Soci.iunior, d.conſil.xxv.viſo themate, col.ij.verſic.pro quo facit elegans,lib.ij.Quod tamen intellige ſecundum ea quæ dicam infrà in ij.limit.

*Præmium ſta-*

81 ¶Quadrageſimoſexto quod & ipſe Bar.tradit in l.hoc articulo,col.vlt.verſic.venio ad quæſtionem,

*tulũ ei qui uexillum hoſtium acciperet.*

ibi,& iſta verba,ff.de hæred. inſtit. quòd ſi ſtatutum ſit præmium ei qui vexillum hoſtium acciperet,intelligitur de prima captura,per hunc §.hoc ſermone,ſequuntur Alex. & Iaſon in d. §. quod in anno,ille,col.ij.verſic. ex hac gl.infert,hic col.iij.verſic.ſextò facit quòd decidit & ipſe Alex.conſi. xvj.breuiter in caſu præmiſſo,col.j.nu.4.lib.iiij.Idem Iaſ.in d.l.in duobus,§.ſi ei cui,col.ij. verſic. ſeptimò facit quod decidit,& Fely.in d.c.ij.col.iij.verſic.edictum quòd ſi quis de treug.& pac.Georg. Nata.in repet.d.clem.ſæpe,in prin.col.lxj.verſi.ego hoc dictum.

*Legatum uel fideico. ſimpliciter relictũ fratribus.*

82 ¶Quadrageſimoſeptimo quod & idem Bar.ſcripſit in l.Lucius,§.quæſitum,poſt princ.ff. de leg.iij. quòd legatum,vel fideicommiſſum ſimpliciter relictum fratribus, intelligitur de primis tãtùm fratribus, non etiam de vlterioribus.quod & ipſum in ſtatuto loquente de fratribus voluit Bald. poſt But.in l.iubemus,§.vlt.C.ad S.C.Trebe.& in l.vxor,poſt prin.C.qui accuſ.non poſſ.vbi loquitur de reſcripto.& adducit hanc rationẽ,quòd verba ſimplicia directè,& ſine aliquo medio ſunt accipienda,per multa iura ibi allegata.& ipſe Bal.in c.j.in fi.prin.tit.de feud.March.& in c.quæ in eccleſiarũ, col.pen.verſic.quæro conceſſum eſt mihi,de conſtit.vbi loquitur de conceſsione feudi, & ſtatutis. Ang.in l.j.in prin.ff.de inoffi.teſta.& in auth.matri & auiæ,col.vlt.verſi.deinde quæro,C.quan.mat. tutel.offi.Pet.Ancha.in repe.c.j.poſt medium,verſi.dicto de filiis & nepotibus, de conſtit. Imo.in l.ſi dotali,poſt medium,ibi,an autem appellatione,& ibi Alex.etiam poſt mediũ,verſi. quæritur etiam hîc,& ſeq.ff.ſol.matrim.ipſe Rom.conſil.xvj.viſo themate conſultationis,col.j.verſi. illud tamẽ non eſt omittendum,& conſi.ccccxj.quatuor ſunt,col.ij.verſ.ſecundo principaliter.Paul.Ca. in l.tres fratres,ſtatim poſt principium,ff.de pact.Alexan.in l.ſi mater,quæ eſt j.circa medium ibi, ad prædicta etiam faciunt,& ibi quoque Iaſ.col.iij.verſi.ad idem coadiuuat,& iterum,col.ſeq.verſic.ad idem facit quod vult,C.de ſucceſ.edic.ipſe Alex.conſi xcvij.viſo themate ſupraſcripto,col.j.verſic. nec obſtat ſtatutum,lib.ij.& conſi.cciiij.conſideratis verbis,col.iij.verſic. & etiam fortiùs tenent, & multis ſeq.eo.lib.ij.& conſil.ccxxj.ponderatis verbis ſtatutorum,col.j.lib.vj.& Corn.conſil. xcij.videtur in hac conſultatione,col.ij.verſ.præterea eſt aduertendum,lib.iij.Soci.conſi. xxv. viſo ſtatuto ciuitatis, col.j.verſi.ideo Bal.& iterum col.ij.verſic.iſta concluſio probatur,& iterum verſic.confirmatur iſta concluſio,lib.iij.& Franc.Curt.Senior,conſi.ix.Ticinenſi ſtatuto,col.iiij.verſi.& bene facit quod pro iſta parte,& Iaſon conſil.ccv.in regia ciuitate,col.vij.verſi.non obſtat ergo primum,lib.ij.

*Qui tenuerint contrarium.*

83 ¶Et hæc quidem eſt communis noſtrorum opinio,licèt contrarium voluerit Ioan. Andr. poſt Iac. Aret.in addi.Spec.in rub.de ſucceſ.ab inteſta.col.j.verſi.eſt ſciendum,& Bal. ſibi contrarius nullam Io. And.mentionem faciẽs,in l.ſcimus.in prin.col.vlt.verſic. ſeptimo quæro, C. de inoffi. teſtam.& Ang.ſibi item contrarius,nullam quoque eorum mentionem faciens,conſil.ccclxxxix. totum iſtud ſtatutum,col.ij.verſi.nunc ad propoſitum,& Roma.ſibi etiam contrarius,nullámque eorum mẽtionem faciens,in d.l.j.col.ij verſi.& ex his fit deciſio,C.de ſucceſ.edic.quod tamen intelligit, vbi eſſet eadem ratio vtriuſque,ſcilicet fratris in primo gradu,& fratris patruelis. & Alex. conſil.xxxvj. viſo themate & dubiis,col.ij.in ij.dubio,lib.vj.& conſi.lxxxviij.circa primum dubium, col.iiij. verſic. & quòd ita ſit,eo.lib.vj.& conſi.cxxxiiij.animaduerſis,col.j.eod.lib.vj.Niſi dicas,vt multi dicunt,hanc opin.eſſe limitationem prioris,magis quàm contradictoriam,vt ita loquar.

*Frater patruelis, nõ propriè frater.*

84 ¶Sed quicquid ſit pro priori opin.bene facit quod hic frater patruelis non propriè dicitur frater, vt dicit gl.in l.j.in verbo proprij, ff.de inoffi.teſt. Ideo etiam ex hoc dicunt, quòd ſi ex ſtatuto frater excludat ſororem,intelligitur de fratre in primo gradu fraternitatis,non de aliis, vt tradit Bal.in d. l.iubemus,vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,& Ang.Pet.Anch.& Alex.locis ſuprà citatis,verſic.ab hinc iij. Ex quibus & ipſe Pet.Anch.in d.c.j.vbi ſuprà,de conſtit.idem dicit de filiis & nepotibus.

*Verba ſimpliciter prolata, per prius intelligẽda ſunt.*

85 ¶Adducunt autem multi ex illis,qui priorem illam & communem ſententiam ſequuntur,rationem quæ ad hunc noſtrum tractatum in vniuerſum pertinet, quòd verba ſimpliciter prolata, per prius intelligenda ſunt,& non per poſterius(ita enim loquuntur)idq; ex ſententia Ariſtotelis, quæ probatur noſtris legibus ad id paſsim à noſtris citatis,videlicet l.hoc legatum,vbi id no.Bar. poſt Petr.ff. de lega.iij.& l.qui hæredi,in prin.& ibi Bal.& iterum §.j.& ibi etiam Imo.in prin.& Soci.col.ij.in 4. not.ff.de condi.& demon.& l.ſi quis ita,ff.de aur.& arg.lega.& l.Quintus,ff.de annu. lega. cum aliis multis ſi.& concor.text.& doct.à nobis adductis in noſtro tractatu,cui tit.eſt, *Le mort ſaiſit le vif*, in ij.parte ix.decla.nu.5.incipi.& quod eam.

*Statutũ loquẽs de patruo, quomodo intelligatur.*

86 ¶Et ex his quoque plurimi noſtrorum dicunt,quòd ſtatutum loquens de patruo,intelligitur de patruo primo,ſiue proximo,id eſt,fratre patris,non de alio ſuperiore,quem patruum magnum vocãt, vt voluerũt Iac.But.Bald.Ang.Saly.Raph.Fulg.Pau.Ca.& Alex.in d.l.j.C.de ſucceſ.edic. idem Bal. in d.l.iubemus.§.vlt.C.ad S.C.Treb.& in l.omnes populi col.vij.verſic. tertio quæro quæ ſunt, ibi, item ſtatuta quæ ſunt,ff.de iuſtit.& iur.& in l.quod verò,poſt medium,verſi. ſed pone ſtatutum priuilegiat,ff.de legib.& conſi.xij.caſus talis eſt,ſtatuto ciuitatis,in j.dubio,lib.iij.Rom. d.conſil.ccccxj. quatuor ſunt,col.ij verſi.tertiò principaliter.Pet.Ancha.in repe.c.j.non ſemel,de conſti. Alexan. qui alios affert d.conſ.ciiij.col.iij.verſi.hoc patet ex his,lib.ij.Corn.d.conſi.xcij.col.iij.ver. & appellatione patrui,li.iij.Maria.Soci.conſi.xxx.quamuis ex his,col.vij.verſi.quod non ſit idem ſignum. Franc. Curt.ſenior,conſi.ix.Ticinenſi ſtatuto.col.iiij.verſ.ſicut videmus.Lud.Bol.conſ. lviij.cor mundum. & c.veritati enim,col.vij.verſi.vj.principaliter,cum aliis alibi à me adductis.

*Idem in nouerca.*

87 ¶Et idem quoque de nouerca, vt ſcilicet eius appellatione intelligatur nouerca patris, id eſt proxima nouerca,non etiam nouerca aui,quam magnam vocant, vt expreſsè ac diſertè ſcribit Bald. in l.hac



l.hac edictali,col.iij.verſi.ibi ſenſimus,C.de ſecun.nupt. Et ideo,inquit,ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur de nouerca,non extenderetur ad nouercam magnam,& ſequitur Corn. d.conſil.xcij.vbi nuper citauimus,lib.iij.

*Teſtator relinquẽs fratribus minoribus pitãtiã in feſto ſancti Franciſci.*

88 ¶Quadrageſimooctauò,vt redeamus ad Bar.is in l.cùm quidam,quæ eſt antepen.ff.de annu.leg.dicit quòd ſi teſtator in ſuo teſtamento reliquerit fratribus minoribus pitantiam(vt ipſe vocat) in feſto ſancti Franciſci,intelligitur ſemel tantùm,& de prima,per hunc noſtrum §.hoc ſermone, & ſequitur Alex.d.conſ.xvj.nu.7.lib.iiij.& Iaſon in d.l.in duobus,§.ſi ei qui,col.ij.verſ.quinto facit,ff.de iureiur.& in d.§.quod in anno,col.iij.verſ.octauo facit quod decidit & conſ. xxxvj. in cauſa mota per nobiles,in fi.lib.iij.Fely.in d.c.ij.col.ij.verſ.ſi teſtator reliquit,de treug.& pac.Ioan. Lup.in repet. rub.de donat.inter vir.& vxor.§.lxix.col.vj.verſ.ad cuius confirmationem.& Maria. Soci. iunior d. conſi.xxv.viſo themate,col.ij.verſ.confirmatur iſta concluſio,lib.ij.

*Qui teneant contrarium.*

89 ¶Quanquam Raph.Com.vt à nonnullis citatur in l.eum qui calendis,ff.de verb. oblig. tenet contrariũ in teſtamentis,in quibus loquitur ipſe Bart.per tex.in d.l.cùm quidam, ff. de annuis lega. vbi hanc partem tenuit Guid. Suz. ſed id dictum Bart. procedere ſi huiuſmodi pitantia deberetur ex contractu,per hunc noſtrum §.hoc ſermone.Sed tu vide quæ dicam infrà in xv.limit.ex quibus facilè intelliges,quid hîc dicendum ſit.

*Iurans creditori ſe nõ receſſurũ,&c. quid ſi creditor ei permiſit abire.*

90 ¶Quadrageſimonono,idem Bar.poſt Dyn.in l.adulter,§.vlt.in princ.ff.de adulter. quòd ſi ſcholaſticus quiſpiam iurauit creditori ſe non receſſurum ſine illius permiſsione, antequam ei ſatisfecerit, & poſtea creditor ei permiſerit abire,intelligitur de prima vice:ita vt ſi abierit & redierit, non poteſt ampliùs abire,niſi ille creditor iterum abeundi poteſtatem fecerit,tanquam ſcilicet illa permiſſio conſumpta ſit prima abitione,& dicit poſtea in hoc dicendum eſſe, vt dixit, in l.j. ff. ad leg.Iul. maieſt.de cuius in eo loco ſententia diximus ſuprà,verſic.ab hinc iiij. Et hoc ſequitur Iaſon, in dicto §.quod in anno,col.iij.verſi.ſeptimò facit.

*De eadem re.*

91 ¶Et idem ante illum voluit Oldr.(quem neuter citat)in quadam diſput.ex qua illum citat & ſequitur Alber.in l.vlt.col.ij.verſi.prædicta etiam faciunt,C.de remiſsio.pign.& in hoc noſtro §.hoc ſermone,dum ſe remittit ad priorem locum,& in c.in malis,in fi.de reg. iur. dum etiam ſe remittit ad poſteriorem locum.Quanquam huius teneat contrarium Calder. in diſput. incip. ex octo ſtudentibus,char.vlt.de quo & nos dicemus infrà in iij.limit.nu.9.& huc quoque accedit, & ſeq.

*Nepos inſtitutus, qui ſibi ex filio ſuo naſcetur.*

92 ¶Quinquageſimò,quod annotatum eſt ab eodem ipſo Bar.in l.liberorum,col.pen.verſic.exẽplum, ff.de verb.ſignifi.quòd ſi quis inſtituit nepotem,qui ſibi ex ſuo filio naſcetur,ſtatim nato nepote inſtitutio habet ſuum effectum in eius perſona,per l.Gallus, §. idem credendum, ff.de lib.& poſt.merito igitur vt ſubdit ipſe Bar.ad nepotem naſciturum ex eo non extendetur,argu.noſtri §. hoc ſermone,eo.tit.ff.de verb.ſignifi.Tu autem hoc omnino vide eundem Bar.Angel. & Imol.in d.l.idem credendum,& Imo.in eadem l.Gallus §.inſtituens.

*Tempus ſemel ſuppletũ iterũ non ſuppletur.*

93 ¶Quinquageſimoprimò,quod & idem ſcripſit in l.properãdum,§.ſin autem vtraque, paulo ante fi. C.de iudi.quòd tempus ſemel ſuppletum,iterum non ſuppletur,per l.fideicommiſſa.§. ſi quis decẽ. ff.de leg.iij.& l.j.§.ſi cui ita,ff.vt leg.nomi.cauea.dicens hanc eſſe rationem,quare in iudicibus annalibus non procedat quod in eo §.ſcribitur.Et idem propemodum voluerat Cy.ibi,in §. ſin autem in medio,quia tempus (inquit) ſuppletum, ampliùs ſuppletionem non recipit, per l.ab hoſtibus,§. ſed quod ſimpliciter,ff.ex quibus cauſ.maior.& l.iij.§.ex pluribus,& ibi not.ff.de acq.poſſ.& l.interdum, ff.de minor.& ſequitur item Saly.in d.§.ſin autem vtraque.verſi.quærit gl.an quod hîc dicitur,& ibi etiam Alex.paulo ante fi.& Iaſ.Iac.à S.Georg.etiam paulo ante finem.

*Vxor relicta uſufructuaria, donec caſtè uixerit.*

94 ¶Quinquageſimoſecundò,quod ab altero iuris coryphæo Bal.ſcriptum eſt in l.Titius, quæ eſt pen. in princ.ff.de excuſat.tuto.quòd ſi teſtator reliquit vxorem ſuam vſufructuariam bonorum ſuorũ, donec caſtè vixerit,& primum caſtè vixit,ob quod conſecuta eſt legatum, deinde impudicè viuat, ob quod amittit,per no.in l.ſororem,C.de his quibus,vt indig.& in l.fideicommiſſum, C. de fideicom.Si poſtea ad caſtitatem redierit non recuperat legatum, tanquam id ipſum intelligatur de prima caſtitate,& eadem continuata.

*An ſi in cauſa erroris inſtrumenti cõpareat notarius,&c.*

95 ¶Quinquageſimotertiò quod ſcribit idem Bal.in l.imperator,la j.in j.lect.col.ij.ver.ſed pone libellus,ff.de ſtat.hom.vbi quærit, an ſi in cauſa erroris inſtrumenti libello oblato compareat notarius, & dicat ſe erraſſe,ſit ſtandum dicto illius.Et videtur(inquit)quòd ſic:quia partes elegerunt eum, vt ei ſtaretur,l.Theopompus,ff.de dot.præleg.Concludit tamen contrarium, quia electio, ſiue commiſsio partium intelligitur de primo actu,per d.§.hoc ſermone. Et ſic videtur commiſſus, ſiue electus,vt ſemel tantùm dicat,non etiam vt corrigat.

*Stipulatio pœnalis in primo contractu non uidetur repetita in ſecundo.*

96 ¶Quinquageſimoquartò quod & ipſe Baldus poſt Dyn.voluit in d.l.cùm pater, §. pater certam,ff. de leg.ij.quòd ſtipulatio pœnalis interpoſita in primo contractu locationis, non videtur repetita in ſequenti locatione,argu.illius tex.ex quo,vt ſuprà diximus, verba ſimpliciter prolata reſtringuntur ad primum actum.Et id quoque ipſum voluerunt Alber.& Imol.ibi,qui id trahunt ad caſum l. item quæritur,§.qui impleto,ff.loc.& Rom.in l.in his rebus,quæ eſt pen.col.j.verſi.tertio ad idem, ff. ſol. matrim.& conſ.clv.præmiſſum laudum,in iiij.dubio,dum ibi allegat Bal.vbi ſuprà,ad aliud non admodum diſsimile,videlicet quòd pœna appoſita in primo compromiſſo,non trahitur ad ſecũdum, quod & ipſum voluerat ipſe Bal.poſt Dy.contra Pet.in d.l.in his rebus,§.vxor.

*Statutum, quo*

97 ¶Quinquageſimoquintò,quod & idem Bal.dicit in l.contra negantem,col.j. C.ad leg. Aquil. quòd



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ſi ex ſtatuto debeat remitti tertia pars pœnæ confitenti,& aliquis primò negat,nihil proderit ei cõfeſsio facta ad remiſsionem pœnæ, quia ſtatutum debet intelligi de primo actu reſponſionis, per hunc §.hoc ſermone.quod & ipſum voluit idem Bal.in l.j.col.vlt.verſ.quartus eſt ſi quis reuocauit. C.de furt.tum per d.§.hoc ſermone,tum per d.l.matrimonij,ff.qui & à quibus,& rurſum idem Bal. in l.eum qui in prin.col.ij.verſi.ſed nunquid ille,ff.de iureiur.per d.§.hoc ſermone,& alia iura ibi allegata.& ipſe Bal.in c.dudum,le ij.col.iij.in verbo,eundem proceſſum,de electi.Pet.Anch.in c.& ſi Chriſtus,in j.no.de iureiur.Rom.in l.eum qui,in prin.col.ij.verſi. ſecundò, & iterum verſic. quartò probat ſic,ff.de iureiur.Paul.Caſt.in tractatu Syndicatus,verſi.clxxxviij.incip.adde de ſtatuto.Iaſ.in d.l.diuortio,§.quod in anno,col.iij.verſi.decimò facit,ff.de iureiur.

98 ¶In qua re tamen ſunt qui diſtinguunt,an id factũ ſit ante litiſconteſtationem,an poſt:item an factũ ſit ante liquidatum negotium,an poſt:de quo latiſsimè per omnes, præſertim per Iaſ.in d.l. cũ qui, in prin.ff.de iureiur.& Bal.in l.quidam æſtimauerunt,col.ij.verſi.ſed quid ſi in prima, ff.ſi cert. peta. & in l.error,col.pe.verſ.ſed vlteriùs quæro,C.de iuris & fact.ignor.& in l.ea quæ,col.ij.in xj.q.C.de condict.indeb.Barb.in conſi.lxxxij.illud referam in medium,per iiij.primas,col.lib.ij. & alios multos quos tibi citabo in noſtro tractatu de cauſis minuendæ pœnæ, vbi & id pleniſsimè tractabo, an & quando mitius agatur cum ſponte confitente,quàm cum conuicto.

*De eadem re.*

99 ¶Sed id vnum hîc nolui omittere,quòd ſi qui primò negauit, ſtatim confitetur, non illi fraudi erit, quin conſequatur beneficium confitentis,vt no.voluit ipſe Bald.in d.l.ea quæ,col.ij. in x.quæſt. C. de condict.indeb.argu.eius quod dicit gl.in c.vlt.in verbo,iuſta cauſa,de iureiur. lib. vj. poſſe poſitionem,vel reſponſionem ſtatim reuocari.& idem quoque voluit Rom.conſi.lix.ad diſcutiendum, col.vlt.& conſi.lxx.viſis themate & quæſtio.col.iij.verſ.ſicut teſtes.Alex.conſi. lxxxiij.in cauſa & ilte,col.j.verſic.ſecundò reſpondeo,lib.j.Fely.in c.qualiter,le j.col.xv.verſic.ſecundò fallit,de accuſat. Iaſon in §.ex maleficiis,nu.28.Inſtit.de actio.& nos quoque diximus in tractatu Retract.tit.ij.§.j.gl. v.in verbo in limine contractus, nu.xx.incip. decimoquinto. hinc occaſione ſumpta quòd latè tractauimus illud axioma,quæ incontinenti fiunt,ineſſe videntur.

*De eadem re.*

100 ¶Quinquageſimoſextò idem Bald.in l.licèt,col.ij.verſi.quartò quæro.C.loca. quòd ſi quis conduxit molendinum ea lege,vt ipſum debeat reaptare(verba ſunt illius) tenetur ſemel tantùm reaptare.Et ideo ſi poſt primam illam reaptationem deſtructum fuerit,non iterum tenebitur reaptare, & fiet remiſsio mercedis.Sequitur Alex.in addit.Bar.in hoc noſtro §.hoc ſermone,& conſi.cxc.maturè digeſtis,col.ij.verſi.bene facit quod no.lib.ij.dum ſimpliciter allegat Bal.vbi ſuprà, & expreſsiùs ipſe Alex.d.conſ.xvj.breuiter in caſu præmiſſo,nu.viij.lib.iiij.& Fran.Cremen.qui id no.dicit, ſing. cxlvj.decidi ſemel.& Firmia.in tract.Gabellarum,part.ij.q.xxv.Fely.in d.c.ij.col.iij. verſic. promittens reaptare,de treug.& pac.Iaſ.in d.l.diuortio,§.quod in anno,col.iij.verſ.quartodecimo facit,& in d.l.in duobus,§.ſi ei qui,col.ij.verſi.nonò facit quod decidit.ff.de iureiur.& in repe. l. quo minus, in xxiiij.q.verſic.quid autem ſi aliquis,qui quidem verſ.eſt,col.xxv.ff.de fluminib.vbi ad hoc citat hũc noſtrum §.& conſi.xxxvj.in cauſa mota per nobiles,col.vlt.lib.iij.Phil.Dec.d.conſi.DXij. cùm reuerendiſsimus,col.ij.nu.9.& d.conſi.DCix.quæritur ex duobus,col.ij.num.6.Franc.Curt.iunior conſil. clxxviij.habita diligenti conſideratione,col.vlt.nume.26.Catellia.Cot.memoria. incip.reſcriptum impetratum,verſic.bene facit quod not.dicit Maria. Socin. iunior conſil. xxv. viſo themate ſuprà ſcripto,col.ij.verſic.facit etiam quod dixit,lib.ij.Tu tamen vide omnino Ioan.Andr. in addit. Spec. titu.de locat.§.poſtquam,verſic.ſed quæritur,vbi in multis caſibus huic ferme ſimilibus videtur tenere contrarium.

*Molendinum conductum, ut ipſum debeat reaptare.*

101 ¶Quinquageſimoſeptimò, eiuſdem Bald.duo dicta,primum quidem in l.j.in xij.eadémque vltima quæſtione,C.de inſtit.& ſubſtit.in caſu illius l.j.in qua dicitur inſtitutam hæredem, ſi Anthylli filio nupſiſſet,non priùs eam hæredem exiſtere,quàm conditioni paruerit,aut Anthylli filius eam ducere recuſauerit.Quid(inquit)ſi ea hæreditatem conſecuta eſt,quòd eam ducere noluerit: poſtea autem ille pœnitentia ductus vult eam ducere,ipſa autem nolit,an amittet hæreditatem?Petr.dicebat quòd ſic,per l.vlt.C.de conditio.inſtitut.quam ſententiam ſecutus eſt Cy.ibi col.vlt.in iij. quæſtio. ea ratione quòd vltima mora nocet,l.illud,ff.de peri.& commo.rei vend.& l.Celſus,ff.de arbit.& l. pen.C.de condi.inſert.At Bal.id negat verum eſſe, quia ſufficit quòd conditio aliquo momento ſit completa,l.ſi quis hæredem, C. de inſtit.& ſubſtit. Et ſic vides hîc conſiderari primum illius filij Anthylli conſenſum,ſiue diſſenſum:non ſecundum.

*An ſi ſemel paritum ſit conditioni, per pœnitentiam reuocetur.*

102 ¶Et idem quoque ſecuti ſunt Salyc.in d.l.j.col.vlt.verſ.quæro in caſu,& ibi quoque Paul.& Alex.latè,col.iij.verſi.& quærit etiam,& Corn.col.j.in fi.& Iaſon,col.iiij.verſ.quid autem eſſet,& Phil.Dec. col.pen.verſic.poſtremò pro complemento,atque Imo.qui id declarat in l.in teſtamento,la ij.col.ij. verſi.quid autem ſi à principio,ff.de cond.& demon.Alex.in l.ſi ſeruum.§ ſequitur,col.ij.verſi.item nota quòd vltima,ff.de verb.oblig.& conſ.cij.viſis & ponderatis,col.j.verſi.plus dicit,& col.iij.ver. ſecundò reſpondeo,lib.j.Sed tu tamen ſuper hoc vide omnino Raph.Fulgoſſ.in d. l.j.& recentiores quos ſuprà citauimus.

*De eadem re.*

103 ¶Alterum autem Bald.dictum id eſt,quòd ſi filius Anthylli medio tempore accepiſſet aliam vxorem,& ea mortua vellet contrahere nuptias cum hac hærede inſtituta,ea nõ teneretur nubere, nec hæreditatem amitteret recuſando:quia hæc conditio nubendi intelligitur de primis, & immediatis nuptiis,per l.matrimonij,ff.qui & à quib.quã iam toties ſupra citauimus,& l.quod ait.quæ eſt vlt. §. proinde,

*Conditio nubẽdi de quibus nuptiis intelligatur.*



ff.de diuort.Et eum nuncupatim ſequitur Imo.in d.l.in teſtamento,la ij.col.vlt.

104 ¶Quinquageſimooctauò,idem Bald.in l.vlt.col.iij.verſicu.& nota quòd ſi talis, C.de indic.viduit. quod ſi quiſpiam reliquerit ſuo teſtamento,vxorem ſuam dominam & vſufructuariã,& vxor quæ tam tunc habebat deceſſerit,ſuperſtite ipſo marito, qui poſtea alteram vxorem ducat, non intelligetur illud teſtamentum de hac vxore ſecunda,per tex.in l.ſi quid earum,§.vlt.in fin.ff.de legat.iij. in illis verbis,quia non eſt ita de poſteriori vxore cogitatum.Et hoc ſequitur Franc.Cremen.qui id ſingul. dicit,ſing.viij.qui ſi maritus,Fely.in d.c.ij.col.iij.verſ.ſi teſtator reliquit,de treug. & pac. Iaſon in d. §.quod in anno,col.iij.verſi.vndecimò facit illud,& in d.§.ſi ei qui.col.ij.verſic. vndecimò facit, vbi tamen dubitat.Philip.Dec.in c.quoniam abbas,col.pen.verſic.vndecimò quæritur, de offic.deleg. Catel.Cot.in memor.incip. vxor relicta, & Benedict.in repet.c.Raynutius in verbo,cætera bona, num.19.de teſtam.

*Relictũ uxori, ſi poſtea aliam duxerit, nõ intelligetur de ſecunda.*

105 ¶Contrarium tamen tenuit Alex.in addit.Bald.in d.l.vlt.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe, vt verè conſuluit conſi.clxxj.viſo proceſſu inter dominam Antoniam,col.ij.verſ.non obſtat etiam,iunctis præcedentibus,lib.ij.vbi allegat Bal.vbi ſuprà,ſed dicit Bald.id non conſtanter firmare, quia ſubiungit iis quæ ex eo ſuprà diximus,arg.eſſe in cõtrariũ in l.placet,ff.de lib.& poſth.vbi in inſtitutione poſthumi compræhenditur poſthumus ex quacunque vxore,& allegat præterea Alexand.in l.ſi cognatis, ff.de reb.dub.& l.cùm ita,§.vlt.ff.de lega.ij.vbi legatum factum cognatis,comprehendit etiam illos qui non erant tempore teſtamenti.Nec obſtat(inquit)d.l.ſi quid earum, quia nullo modo probat id quod Bald.contendit,ibi enim conſtat de voluntate teſtatoris, qui legauit vxori ea quæ cauſa eius parauerat.quæ quidem vxori ſecundæ non poſſunt videri legata, cùm ipſius cauſa non poſſunt videri fuiſſe parata.

*Quis repugnet.*

106 ¶Verùm Phil.Dec.in d.c.quoniam abbas,reſpondet huiuſmodi Alexan.rationibus. Nam primùm Bal.illam ſententiam haud dubiè firmat,dum poſt eam, hæc verba nuncupatim ponit, licèt ſit argumentum contra.Et d.l.illa eius ſententia bene probatur ex d.l.ſi quid earum,neque enim conſtabat de mente teſtatoris,quòd ſcilicet ea parata eſſent cauſa prioris vxoris,quia ille tex.loquitur ſimpliciter de vxore,& tamen legatum reſtringitur ad eam vxorem quæ erat tempore teſtamẽti, quia de alia vxore teſtator non cogitauit,vti nec cogitaſſe videtur in cauſa Bal.d.autem l.ſi cognatis,loquitur in caſu particulari,vt declarat Bart.ibi,& eſt regula in contrarium, quòd tempus teſtamenti attenditur.l.ſi ita legatum,ff.de au.& argen.lega.Et quia etiam loquitur in cognatis,de quibus in genere teſtator cogitare potuit:quod non eſt in vxore.Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infra in xv. limit.& quæ etiam ſcripſimus in caſu non admodum diſsimili,in repe.l.ſi vnquam,in præfa.nu.193. incip.tertiò declara,& multis ſeq.

*Contrarij ſolutio.*

107 ¶Quinquageſimonono,quòd ſcribit ipſe Bal.in l.cùm virum,col.ij.verſic.quæro an ſubſtitutus, C. de fideicommiſſ.id quod dicitur inſtitutum rogatum alteri reſtituere, aut eius hæredibus poſſe legitimam detrahere,per l.quanquam,& ibi idem Bald. C. ad leg. Falcid. intelligitur de primo inſtituto,non etiam de aliis,per l.j.§.inde Neratius,& l.mulier,§.vt Trebelliano, qui eſt vlt.ff. ad Senat. Conſ.Trebel.Et idem quoque voluit Ang.in §.ſi verò expreſsim,col.iij.verſi.circa tertium,in auth. de hæred.& Falcid.

*Inſtitutus rogatus alteri reſtituere.*

108 ¶Sexageſimò idem Bal.in l.ſi vt proponis,la j.vlt.verſ.in tertia gl.C.quomodo & quand.iudex.poſt Inn.in c.veniens de iureiur.quòd ſi alicui data eſt poteſtas arbitrandi, intelligendum eſt, vt ſemel tantùm arbitretur. quod & idem dicit ipſe Bal.in l.ſi diuerſa,col.ij.ver.iuxta hoc quæro,C.de tranſact.& ſequitur Fely.in d.c.ij.col.ij.verſi.ſi data eſt poteſtas,de treug.& pac.& Iaſ.in d.l.in duobus,§. ſi ei qui.col.ij.verſi.duodecimò facit,ff.de iureiur.& in d.l.diuortio,§.quod in anno,col.iij.verſ.duodecimò facit,ff.ſolu.matri.

*Poteſtas arbitrãdi alicui data.*

109 ¶Sed tu de hoc vide ampliùs per gl.ordina.in l.in propoſita,& ibi Bart.qui eam l.legit cùm §. arbitrorum,l.ſi ſocietatem,col.ij.verſi.quærit gl.ſi inique,Alberi.in fi.Bald.in princ.& plenius Salyc. qui legit d.§.cum prin.d.l.ſi ſocietatem,col.ij.verſi.quæro primo ſuppoſito,ff.pro ſocio.ex quibus glo.in hanc ſententiam adducit hunc noſtrum §.hoc ſermone,& Cy.in l.vlt.col.ij.verſi.ſeptimò quærit.& ibi quoque Bal.conſil.iiij.verſ.quartò quæro,& Saly.col.pe.verſ.quæro octauò,C.de contrah. empt. & quod in ſimili dicam infra in ix.limit.nu.3.incip.& ex hoc plerique.

*De eadem re.*

110 ¶Sexageſimoprimò,quod ſcribit idem Bal.in c.j.in fi.tit.de fili.nat.ex matrimo. ad Morga. quòd ſi regnum debeat venire ex conceſſione ad primogenitum,id intelligitur de primo primogenito, non de ſecundo primogenito, verbi gratia,ſi primogenitus moriatur ſine liberis,aut ipſe ſit incapax,non deuoluitur regnum ad alterum,qui illo primo ſublato poſſet dici primogenitus, ſed ad concedentem.& ſequitur Mart.Laud.& Car.Alex.ibi.& Georg.Nata.qui id dicit ſing.& perpetuò notandum in tractatu ſtatutorum excludentium fœminas,in vlt.quæſtio.ij.quæſtio.prin.& Iaſo.in l.quoties,col. antep.verſ.illud etiam,C.de rei vendic.& Io.Lup.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.lxix.col. pen.verſi.ex iſtis dicebat,& iterum verſi.reperio tamen,Zazius conſi.vij.poteram, lib.j. De qua re nos latiùs diſſeruimus in tracta.Primigenio.q.iij.vbi aliter cenſuimus.

*Regnũ ueniẽs ex conceſſione ad primogenitum.*

111 ¶Sexageſimoſecundò,quod & idem Bald.dicit in procemio decreta.col.iiij. verſi.ſed pone quidam mandauit,quòd ſi quis ſuo teſtamento iuſſerit ſua bona diſtribui dotandis mulieribus,non intelligitur de viduis pauperibus,ſed de aliis primis:vt ita de primis nuptiis intelligatur, per hunc noſtrum §.hoc ſermone.Et idem voluit Card.Flor.conſil.xlix.cùm teſtatoris voluntas. & Card. Alexand. in

*Iubẽs diſtribui bona dotandis mulieribus, de quibus intelligatur.*

rub.de ſponſa.col.vj.verſi.& propter prædicta.& Iaſon in d.l.diuortio,§.quod in anno,col.iij.verſic. nono facit,ff.ſolu.matri.vbi id reputat mirabile & ſing.& valde notandum in pract.& in d.l.in duobus,col.j.verſi.pro iſta gl.facit,ff.de iureiur.Claud.Seiſſ.qui id dicit ſingu.in l.mulier,§.cùm proponeretur,col.j.verſ.vnum tamen perpetuo,ff.ad S.C.Trebellia.Catellia.Cott.in memor.incip. executores teſtamenti,in prin.& Io.Gar.in repet.rub.C.de ſecund.nupt.col.ij.

112 *Legatum cũ uidua erit, quomodo accipiatur.*

¶Sexageſimotertiò,quod ab eodem Bald.ex facto reſponſum eſt,conſil.xlij. præmittendum eſt ad euidentiam,circa medium,ibi,modò videamus de iſto legato,lib. v. quod ſi cuipiam mulieri legatum ſit quippiam,cùm vidua erit, ſtatim quàm vidua erit debetur ei legatum, quia intelligitur de prima,& immediata viduitate,arg.huius noſtri §.hoc ſermone, & l.matrimonij,ff. qui & à quibus, & l.filiæ meæ.ff.ſolu.matrimo.Sed tu de hoc vide omnino doct.in l.vlt.C.de indic.viduit.& quæ dicam infrà in limitatio.

113 *Legatũ factũ filiabus debentibus maritari.*

¶Sexageſimoquartò,quod ex facti contingentia reſpondit Card.Flor.conſi.xlix.cuius caſus incipit, in nomine &c.anno ab incarnatione,conſi.autem ipſum ita incip,cùm teſtatoris voluntas,col.ij.ver. ad ſecundum dicitur,quòd legatum factum filiabus debentibus maritari (ea enim ſunt verba illius teſtatoris)intelligitur de filiabus, quæ primùm nubere debent, non etiam de viduis quæ tranſeunt ad ſecundas nuptias:neque enim eas propriè dici maritari,ſed ſecundò maritari, C. de ſecund.nupt. in rub.& per totum tit.nec aliud allegat.

114 *Medicus promittẽs curare, tenetur ſemel tantũ curare.*

¶Sexageſimoquintò,quòd ſi medicus promiſerit curare ægrotum, non tenetur niſi ſemel illũ curare: nec amplius tenebitur,ſi poſtea ex interuallo in eundem morbum reciderit: neq; enim videtur niſi de præſenti morbo cogitatum.De quo tu vide gloſſ.& omnes in l.Marcius,ff.loca.Pile.in xij.q. Bapt.Brix.q.lxxiij.medicus quidam.Spec.tit.de ſalar.§.vlt.in prin.Ioan.And.in c.contractus,in ij.q. de reg.iur.lib.vj.in Mercuriali.Alberi.in l.contractus,col.ij.verſic.tertia queſtio,ff.eo.tit.Petr.Anch. Panor.& Fely.in c.presbyterum,de homicid.Imo.Fran.Aret.& Barb. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te,ff.de verb.oblig.& nos quoque aliquid diximus in commentariis l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, nu.180.incip.& quod à noſtris,C.de reuo.donatio.

115 ¶Sexageſimoſextò,quod tradiderunt D.à Rota,deciſi. xxxv.nota quòd vbi epiſcopus, in antiquis, quòd ſi epiſcopus habet ex priuilegio,vel conſuetudine, vt poſsit in ſua noua creatione nominare vnum canonicum in qualibet eccleſia collegiata:ſi vnum ſemel nominauerit qui acceptauerit, non poterit ampliùs alium nominare, etiam ſi nominatus poſſeſsionem pacificam adeptus non fuerit, per l.apud Aufidium.ff.de optio.leg.& quod no.Archi.in c.cùm in multis,ſuper verbo,exprimat,in prin.& in c.gratia, in fi.de reſcript.lib. vj. de cuius dicto in eo loco,diximus ſuprà num.incip.xxiij. quod voluit.Et reſpondent Rot.ad c.ſi electio,elect.lib.vj.ſecundum ea quæ dicemus infrà in xxiij. limit.nu.4.vt ibi videre poteris.

116 *Ad diſſolutionem obligationis ſufficit primum implemẽtum.*

¶Sexageſimoſeptimò,quod in vniuerſum tradit Pet.Anch.tũ in d.c.non poteſt,col.ij.ver. tertiò no. de præb.li.6.tum conſi.ccccxiij.tria dubia,col.iij.verſi.in qua quæſtione. Quòd ad diſſolutionem,& liberationem obligationis ſufficit primum,atque vnicum implementum, per multa ex his iuribus, quæ in prin.citauimus,videlicet,l.dotis promiſsio,ff.de iu.do.& l.inter ſocerũ, §. vlt.ff.de pact.dota. & l.matrimonij,ff.qui & à quib.& l.cùm pater,§.pater certam,ff.de lega. ij. & præterea l.j.§. ſi cui,ff. vt legat.nom.cauea.& l.vlt.ff.de bon.autor.iudic.poſsid.& l.ſciendum,ff.de verb.obligat.

117 *Et obligatus ad rem tradendã, ſi ſemel tradiderit,perpetuò liberatur.*

¶Cui adde id quod alij multi tradiderunt obligatum ex contractu, vel ſententia ad rem tradendã, ſi ſemel eam tradiderit eſſe perpetuò liberatum, nec iterum reuiuiſcere obligationem, etiam ſi ea res ad illum denuò reuertatur,ita enim voluit gl.& Bart.in l.ab emptione.ff.de pact.& gl.in l.Pomponius,§.ſed & ſi is,in verbo,de rato,in fi.ff.de procura. & in l.ſi cùm fundum venderes, in verbo, tradat,ff.de contrah.empt.& in l.Claudius,& ibi quoque Bar.ff.qui pot.in pigno.hab.& in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit.Iac.Aret.Bart.Imo.Pau.Caſt.Roma. & alij recentiores in l. permiſceri,quæ eſt pen.§.ſpecies,ff.de acq.poſſ.& alij quos tibi congeſsi in repe.l.ſi vnquam, in verbo,ſuſceperit liberos,nu.191.incip.hanc quoque partem,C.de reuocan.dona.

118 *Conditio uno primóque actu impletur.*

¶Sexageſimooctauò,quod noſtris legibus dicitur,conditionem vno primóque actu,& ſi non duret, impleri,conſumi & perfici,l.hæredibus,in prin.ff.ad S.C.Trebell.& l.ex facto,§.ſi quis autem ſuſceperit,eo.tit.& l.cum vxori,C.quan.di.lega.ced.& l.ſi quis hæredem,& ibi gl.& omnes,C.de inſtit.& ſubſti.& l.vlt.& ibi Bald.& Paul. Caſtr.de indic. viduita.quam & ipſam multis doctor.deciſionibus fulcimus in l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.187.in diuerſam, cum multis ſequent. C. de reuocan.donat.

119 *Facultas conceſſa partibus concilij, eligendi locum concilio.*

¶Sexageſimononò,quod voluit Panor.in eo ſermone quem fecit in tractatu concilij Baſilienſis, cuius exordium eſt Quoniam veritas.in j.dubio.col.xviij.ver.ſexta ratio quare alius locus,quòd facultas conceſſa Patribus concilij generalis, eligendi locum futuro concilio, intelligitur de prima electione:& ea quidem ſemel facta non poterunt alium locum eligere, nam ea facultas intelligitur de prima electione, per hunc noſtrum §. hoc ſermone & alia iura ſimilia quæ ibi allegat, & ſequitur Fely.in d.c.ij.col.ij.verſi.facultas data.de treug.& pac.

120 *Delegatus ad conſentiendum &c.de quo cõſenſu intelligatur.*

¶Septuageſimò,quod ex facto reſpondit Alexand.conſil.xviij.lecto & diſcuſſo laborioſo proceſſu, col.iiij. verſiculo & quamuis eadem die, libr. iij. quòd ſi Papa aliquem delegauerit ad conſentiendum alienationi,vel conceſsioni emphyteuticis alicuius rei eccleſiaſticæ,intelligitur de vno tantùm, & primo conſenſu,per noſtrum §.hoc ſermone. Et ſequitur Iaſon in d. l. diuortio, §. quod in anno, col.iij.



col.iij.verſ.cõfirmo per illud,ff.ſolu.matrim.& in d.l.in duobus,§.ſi ei qui,col.ij.verſ. quartodecimo facit,ff.de iureiur.& conſi.xxxvj.in cauſa mota per nobiles,col.vlt.lib.iij.

121 ¶Septuageſimoprimò,quod not.per multa ex ſupradictis conſuluit idem Alex.conſil.xvj. breuiter in caſu præmiſſo,lib.iiij.quòd ſi ſtatutum diſponit,vt in prædiis vrbanis & ruſticis finita locatione, intelligatur facta reconductio iiſdem penſionibus & qualitatibus,niſi per tres mẽſes ante ſit renuntiatum,debet id ſtatutum intelligi de prima conductione,& non de cæteris. Id quod ſequitur Fely. in d.c. ij.col.3.verſ.ſtatutum quòd ſi locator,de treug.& pac.& Iaſ.in d.l.in duobus, §.ſi ei qui, col. ij.verſ.quintodecimo facit,ff.de iureiur.vbi id dicit bene notandum in d.l.diuortio,§.quod in anno, col.vlt.verſi.vltimò facit quod per iſtam,ff.ſolu.matr.vbi tamen dicit ſe multùm de hoc dubitare, propter regulam l.item quæritur,§.qui impleto,ff.loca.Phil.Dec.dum ſimpliciter allegat Alex. vbi ſuprà conſ.cxij.cùm reuerendiſsimus.col.ij.nu.v.& Maria.Socin.iunior conſ.xxv. viſo themate ſupraſcripto,col.ij.verſ.& maximè hoc dicendum,lib.ij.vbi & ex hoc cõſuluit, quòd ſtatutum quo licet conductori terram colere inuito domino,finito primo anno,intelligitur tantùm pro primo ſequenti anno.

*Statutũ diſponens ut finita locatione,&c. quomodo intelligi debeat.*

122 ¶Septuageſimoſecundò,idem Alex.conſ.lxv.cuius initium eſt,quoniam omne datum, col. 7. verſi. fortificatur hoc,lib.vj.quod iterum repetitum eſt errore(vt reor impreſſorum,conſi.cxix.eod. lib. quòd poteſtas faciendi & reformandi intelligitur de prima vice tantùm,non de aliis,per hunc noſtrum §.hoc ſermone,& alia ex iuribus ſuprà allegatis.

*Poteſtas faciendi & reformãdi.*

123 ¶Septuageſimotertiò,quod ex facto cõſuluit Corn.conſ.clxxiij.in præſenti ſtipulatione,col.v.verſ. ſed nihilominus hoc non obſtante,li.ij.quòd vis conſtituti, quæ ea eſt, vt transferatur poſſeſsio. l. quædam mulier,& ibi Doct.ff.de rei vendica.cum ſimili.obtinet tantùm in primo conſtituto, non etiam in ſecundo, verbi gratia:ſi quis donet Petro quandiu vixerit,& poſt eius mortem, alteri, vt in caſu l.quoties,C.de donat.quæ ſub mod.& ſe conſtituat poſſeſſorem nomine vtriuſque, certe in Petrum tranſit poſſeſsio per huiuſmodi conſtitutum,non etiam in hunc alterũ, quod & idẽ voluit. Guid.Pap.deciſio.Delph.dxij.Titius bona ſua donauit.Steph.Bertr.conſ.276.viſo caſu mihi exhibito,col.ij.nu.4.li.j.licèt contrarium conſuluerit Phil.Dec.conſ.239.primò non videtur,col.iij. verſ. memini me,cum multis ſequen.Sed nos de hoc latius diximus in noſtro tractat.Conſtit.in 3.parte, in xxviij.amplia.vbi ſi libet videre poteris.

*Vis conſtituti obtinet tantùm in primo conſtituto.*

124 ¶Septuageſimoquartò,quod & ſcripſit Guid.Pap.deciſio.cccclxvij.teſtator in teſtamento. quòd ſi quis ſuo teſtamento hæredem inſtituit Mæuium & filium ipſius naturalem,& legitimum ſubſtituit, iuſsitque eum nomen & arma ipſius deferre,& accepta hæreditate Mæuius deceſſerit relictis duobus filiis naturalibus & legitimis,primogenitus ex illis cenſetur ſolus ſubſtitutus,tanquam de primo tantùm ſenſiſſet teſtator,arg.d.§.hoc ſermone,& aliorum ſimilium iurium,& ita dicit fuiſſe iudicatum in curia parlamenti Delphin.& id ſequitur & dicit ſing.Bened.in repet.c.Raynucius, in verbo,in eodem teſtamento relinquens,nu.clxxiiij.de teſta.& diximus etiam in tractatu primigeniorum,q.lxiiij.

*Subſtituto filio naturali & legitimo alicuius ſi is relinquat duos &c.*

125 ¶Septuageſimoquintò quod pulchrè reſpondit Soci.conſ.xcj.concludendo dictum Phil.col.ij. verſ. confirmatur ratione ſatis concludenti,lib.iiij.quòd ſi quis promiſit iudicatum ſoluere vſque ad ſententiam diffinitiuam, intelligitur de prima ſententia diffinitiua,non de alia, ita vt ſi is pro quo ita fideiuſsit,fuerit ſemel abſolutus,liberetur hic promiſſor ſua promiſsione, licèt ille poſtea condemnetur ex alia reſeruatione facta in priori illa ſententia,per d.§.hoc ſermone.

*Promittens iudicatũ ſolui uſque ad ſentẽtiã diffinitiuã.*

126 ¶Septuageſimoſextò quod etiam ex facti ſpecie reſpondit Iaſ.conſ. xxxvj. in cauſa mota per nobiles,col.vlt.verſ.nec ad hoc obſtat ſolutio,lib.iij.quòd ſi teſtator expreſsè hæredi grauato de reſtituẽda quapiam re,eam rem iuſsit permutare cum alia æquiualenti,intelligitur de prima permutatione,non de alia quam faceret de ea re quam ſemel habuit loco eius rei ſubiectæ reſtitutioni,per hũc §.hoc ſermone.& alia ſimilia.

*Iuſſus permutare rem, quã grauatus erat reſtituere.*

127 ¶Septuageſimoſeptimò,quod à Decio quoque reſponſum eſt conſ.cclxxxvij. cuius caput eſt in ciuitate Placentiæ,col.pen.verſ.& vlteriùs in iſto caſu cõcurrit,quòd huiuſmodi ſubſtitutio,ſi aliquis filiorum decedat abſque liberis legitimis maſculis ſuperſtitibus, intelligitur de primo tantùm filio decedente ſine liberis, nec obtinet in cæteris poſtea decedentibus, per hunc noſtrum §.hoc ſermone.

*Subſtitutio ſi filius decedat abſque liberis &c.de quo filio intelligatur*

128 ¶Septuageſimooctauò,quod & ipſe Dec.latè conſuluit conſ.cccccxij.cùm reuerendiſsimus Cardinalis,col.ij.nu.iij.quòd ſi Papa permiſerit Cardinali,aut alteri clerico,vt poſsit teſtari de bonis eccleſiæ,intelligitur de primo actu teſtandi tantùm,non de aliis,ita quòd hoc caſu primum teſtamentũ quo ita depoſuit valebit,non etiam ſecundum, licet aliàs primum teſtamentum tollatur per ſecundum iuribus vulgaris,& mouetur Dec.multis iuribus & deciſio.ſuprà à nobis citatis.

*Papa permittens Cardinali ut poſſit teſtari de bonis eccleſiæ.*

129 ¶Septuageſimononò,idem Dec.conſ.ccccccix.quæritur ex duobus præſentatis, col. j. & ij. quòd ſi cui facta eſt poteſtas præſentandi ad aliquam eccleſiam, intelligitur tantùm de prima præſentatione:nec variare poteſt qui vi illius poteſtatis præſentauit,etiam ſi laicus ſit, licèt aliàs laicus variare poſsit iuribus quoque vulgaribus,atque ad ſic reſpondendum motus fuit hac noſtra regula.

*Poteſtas præſentandi ad aliquam eccleſiã.*

130 ¶Octuageſimò huc ſpectat,quòd fideiuſſor compromiſsi,aut locationis tenetur de primo compromiſſo aut locatione tantùm,non etiam de ſecundis etiam prorogatis, vt de primo eſt text. in l. Labeo,§.ſi per fideiuſſorem,& ibi Alber.qui id declarat,col.ij.verſ.ſed quatenus,Bald.Roma. qui eum

*Fideiuſſor compromiſſi de quo teneatur.*

§.legit.cum §.hæc autẽ clauſula,col.j.ff.de arbit.& id quoque ipſum voluit Nic. Neap.in lect. Bart. in l.Titius.in fi.prin.& ibi etiam Bal.poſt Dy.ff.de ex cu.tut.& è recentioribus Phil. Dec.conſ.xciij. cuius ſuperſcriptio incipit,fideiuſſor ſtrictè obligatur,col.j.vbi alios in id citat.

131 *Idem in fideiuſſore locationis.*

¶De ſecundo,id eſt,de fideiuſſore locationis,eſt etiam tex.in l.item quæritur,§.qui impleto, ff. de loca.& in l.ſi cum Hermes,C.eo.& voluere Spec.& Io.And.in addi.illius tit.de fideiuſſ. §. j. verſ.illud autem quæritur,idem Ioa.And.& Pan.poſt alios antiquiores in c.conſtitutus,ex eod. tit. Hoſti. qui id declarat in c.vlt.in fi.eo quoque tit.& in c.præterea requiſiſti,& ibi quoque Ioa.And. & Phil. Dec.de appel.Bart.& Alber.poſt alios antiquiores in l.Lucius Titius,la ij.§.Paulus, ff. de admi. tut. & alij multi,quos tibi collegi in tract.de vtroq; retractu,tit.ij.§.j.gl. vij.in verbo *ſeront preferez*, nu. 32.incip.præterea quia etiã.vbi intelliges idẽ in pignoribus,& alia quoq; ſimilia videbis iij.ſeq.verſ.

132 *Contractũ matrimoniũ ſi pater cõſenſerit.*

¶Octuageſimoprimò,vt nonnihil mutuemur à Theologis,huc accedit quod ab Ang.Clauas, ſcriptum eſt in ſua ſumma,in verbo,matrimonium,le iij.in iij.impedimento,verſ.ij. quòd ſi cõtractum eſt matrimonium ea conditione ſi pater conſenſerit,& primùm pater diſſenſerit, poſtea verò mutata voluntate conſenſerit non propterea erit contractum matrimonium,quia intelligitur de primo conſenſu aut diſſenſu,arg.d.§. hoc ſermone. Et idem tenuit alter Theologus Bapti. Sal. etiam in ſua ſumma,in verbo,matrimonium,le v.verſ.ſed pone quòd pater,vbi & id dicit voluiſſe Ioa.And. in c.ſuper eo,de condit.appoſ.vbi tamen id non dicit.Sed idẽ dicit alius celebris theologus Adrianus Florentinus in quæſtio.iiij.lib.ſententiarum,circa ſacramentum matrimonij,in ea quæſtio. quæ incipit,ſecundò circa hæc dubitatur.

133 *Cauſa ſimpliciter prolata.*

¶Octuageſimoſecundò, ad hanc noſtram regulam pertinet,quòd cauſa ſimpliciter prolata intelligitur de prima & proxima atque immediata,l.metus autem,§.ſed licèt, vbi Bartol. id no. ff. quod met.cau.Ideo & hæc in omnibus actibus conſideranda eſt, & non remota, per infinita iura à me prope ſuperfluenter collecta in noſtro tractatu,cui titulus eſt,ceſſante cauſa ceſſat effectus, in xx. limita.vbi etiam videbis,quomodo id ſit intelligendum,& quid ſit,dicatúr ve cauſa propinqua, quæve remota.

134 *Qui ſemel deſtitit ab accuſando, amplius nõ admittitur.*

¶Octuageſimotertiò his adſtipulatur quòd qui ſemel ab accuſatione deſtiterit, amplius ad eam nõ admittetur,ſed manet perpetuò excluſus tanquam prima accuſatione ius accuſandi conſumptum ſit,l.qui deſtitit,ff.ad S.C.Turpi.& l.ſi maritus,§.ſi negauerit,ff.ad leg.Iul.de adul.l.abolitionem,C. eo.tit.& l.accuſationem,C.qui accuſ.non poſſ.Et facit l.poſtquam,C.de pact.cum ſimili. Sed tu de hoc vide ampliſsimè Bald.in d.l.accuſationem,C.qui accuſ.non poſſ.

135 *Nec accuſatio abolitione impetrata &c.*

¶Octuageſimoquartò,non hinc longè abeſt quod etiam ſcribitur in l.j. C. de abolit. vbi accuſatio, cuius accuſator abolitionem impetrauerit,ampliùs repeti non poteſt, veluti ea prima accuſatione omne ius & facultas accuſandi conſumpta ſit,& eſt propemodum ſimilis tex.in l.quamuis,& in l. ſi is.C.ad SC.Turpi.& in l.mulier,§.j.ff.eod.tit.

136 *Exceptio ſemel quæſita fideiuſſori.*

¶Octuageſimoquintò,concinit & his tex.in l. vlt. ff. de pact. vbi pactum de non petendo factum à creditore,reo principali,prodeſt fideiuſſori:vt ſi poſtea pactum ſit,vt à reo peti poſsit, non cenſeatur eſſe ſublata exceptio quæſita fideiuſſori ex priore illo pacto, de non petendo: tanquam ſcilicet conſumpta ſit & perfecta ea liberatio priore illo pacto,quicquid poſtea actum ſit,niſi ipſe fideiuſſor poſteriori actioni conſentiret,per l.ſi vnus,§.pactus, eo.tit. Et huic ſubſcribit tex.in l. cùm Hermes, C.locati.& in l.nouatione.C.de fideiuſſo.

137 *Reſtitutio in integrũ,bis peti non poteſt.*

¶Octuageſimoſextò,accedit quod dicimus reſtitutionem in integrum bis peti non poſſe, de quo vide pleniſsimè totum tit.& doc.C.ſi ſæpius in inte.reſti.poſtu.vbi in l.vlt.gl. vlt. in fine no. inquit, ſufficit ſemel.& allegat pro ſimili l.vlt.§.ſi verò poſtquam,verſi.& hæc quidem,in fi.C. de iu.delib. vbi ita ſcribitur,ſemel enim,& non iterum eam peti concedimus,vbi gl.pro concor.citat d. l.vlt.& l.fideicommiſſa.§.ſi quis,ff.de lega.iij. quam & nos iam toties citauimus. Nec ſupplicandum pluſquam ſemel,cum ſupplicatio permittitur aduerſus ſententias eorum à quibus appellare non licet,l. ſi quis aduerſus C.de preci.impe.offe.

138 *Qui ſemel aliquod munus exequutus eſt, nõ cogitur iterum ſuſcipere.*

¶Octuageſimoſeptimò huc ſpectat,quòd qui ſemel decurionatum aut aliud munus temporale exe cutus eſt,non cogitur iterum ſuſcipere,veluti ſcilicet per primum illud munus, liberetur eo iure, quo reipu.ad id munus ſubeundum tenebatur,l.æſtimationem,§.vlt.ff.de mune.& hono. & l. libertus,§.præſcriptio,& l.diuus,ff.ad municip.& l.quis tam inueniri.C.de decur. lib. x. cum aliis multis concord.à me congeſtis in noſtris commentariis in l.ſi vnquam,in præfatione,nu.24. incip. & hæc ſanè confirmat,C.de reuoc.dona. quo loco videbis multas multarum gentium in eam rem leges antiquas,ne huc iterum repetam.

139 *Rationes ſemel editæ.*

¶Octuageſimooctauò,ab his non abhorret,quod dicitur rationes ſemel editas non iterum ex neceſsitate edendas eſſe,l.ſi quis ex argentariis,§.vlt.cum l.ſeq.ff.de eden.quod ibi omnes ſcribentes annotarunt.Et ex his nonnulli & inter cæteros Bart.& Raph.Fulg. notarunt qui ſemel parti dedit inſtrumentum à ſe receptum,non teneri iterum dare,vti etiam voluit Spec.in tit.de inſtru.edi.§.poſtremo,verſ.ſed nunquid.Sed id quomodo intelligitur ex ipſis Bart.& Raph.vbi ſuprà eo.Bart.in l. quædam,§ nihil intereſt,ad fi.eo.tit.& in l.vlt.ff.de tab.exhib.& in l.vlt.ad fin.ff.de bon.autor. iudic. poſsid.& Bald.in l.ne caſu,in iiij.not.C.de diſcuſſ.lib. x.

140 *Sacramẽta nõ reiterantur.*

¶Octuageſimonò,quòd & è penu Theologorum eſt, Sacramenta præſertim baptiſmi non reiterantur propter verbum D.Pauli ad Epheſ.c.iiij.vnus Deus vna fides,vnum Baptiſma, c. ſi qui, & c. hanc



hanc regulam,j.q.j.& c.oſtenditur,de pœnit.diſt.iiij.cum ſimil. Quod & à noſtris Imperatoribus agnitum eſt,vt patet ex l.j.& ij.C.ne ſan.baptiſ.reite.proindéque nec ſolẽnis pœnitentia reiteratur, c.quamuis.& c.in capite.50.diſtinct.& c.j.xxvj.q.vj.

141 ¶Poſtremo illud addiderim,quod peculiariter ad hunc noſtrum §.pertinet,qui dicit appellationẽ nuptiarum de primis intelligi,eius eſſe rei peculiarem quandam rationem. Nempe primas nuptias habere neſcio quid rationis,vt hæ magis propriæ nuptiæ dici debeant. Nam tametſi honorabiles nuptias ſimpliciter pronunciauit D.Pau.ad Hebræos c.xiij.& omnes vbique,primas tamen honorabiliores,laudabiliores,digniorésque ac fauorabiliores eſſe ſatis liquet ex eodem D.Paulo, qui ad Corinth.vij.poſtquam hæc ſcripſit, mulier alligata eſt legi,quanto tempore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius,liberata eſt à lege:cui vult nubat,tantùm in domino:beatior, aut vt alij interpretantur,fælicior autem erit,ſi ſic permanſerit,ſecundum meum conſilium.Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.Quem locum enarrans D.Hieronymus in ij.libro aduerſus Iouinianũ,multa in ſecundas nuptias congeſsit, non vt eas damnaret, ſed oſtenderet non tam ſuſcipiendas eſſe, quàm primas.quod & ipſe proteſtatur in libro de Monogamia ad Geruntiam,dum dicit,Quid igitur?Damnamus ſecunda matrimonia?minimè,ſed prima laudamus. *Appellatione nuptiarũ, cur de primis intelligitur.*

142 ¶Inter cætera autem adducit Hierony.quod ipſe D.Paulus,tum in j.ad Timoth.epiſt.c.iij. tum ad Titum c.j.iubet epiſcopum aſſumi μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, id eſt,vnius vxoris virum,& vt vno dicã, monogamum,quod & repetitur in decretis canonicis in c.j.xxvj.diſt. Non quòd oporteat epiſcopum habere vnam vxorem,vt nonnulli malè intelligunt,ſed quòd qui aliàs duxerit plures vxores, prohibetur in eum ordinem cooptari:Neque enim bigamus ordinari debet,nec poteſt c. vna,in fi. d.xxvj.diſt.& per totum extrà de biga.non ordi.Quin apud Aegyptios ſacerdoti vnã tantùm vxorem ducere licebat,vt ſcribit Diodorus Siculus lib.2.c.3.Et vt ad noſtros redeamus,quòd ad fœminas pertinet,ex eodẽ Apoſtolo vidua eligi debet, quæ fuerit vnius viri vxor.d.j.epiſt. ad Timoth. c.v.Nam & antiqui repellebant à ſacerdotio bis nuptas, vt ſcribit Seruius li.iiij.Aeneid.ſtatim poſt principium in enarratione huius loci,Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ. *De eadem re.*

143 ¶Quibus addere potes apud ethnicos quoque obſeruatum fuiſſe,vt pontifex maximus & flamina non niſi ſemel matrimonium inire poſsint, vt tradit D. Hieronymus in eo lib.de Monogamia ad Geruntiam, ſuprà citato,& in d.lib.j.in Iouinianum in fi.& ante eum Tertullianus in lib.de exhortatione caſtitatis,& iterum in lib.de Monogamia,vtrobique non multò ante fi.Et Plutarc.proble.c. xlix.Sed & D.Hierony.in eo lib.de Monogamia, Ad tauri, inquit, Aegyptij (de Api boue quem Aegyptij colunt,intelligit)ſacra ſemel maritus aſſumitur. Quin & ipſe Tertullianus poſtremo illo loco ſcribit Fortunæ muliebri,& Matri Matutæ coronam non imponere niſi vniuiram.Et ipſe quoque Hierony.in d.lib.j.in Iouinianum,per vniuiras matronas fortunæ muliebri ſacra fieri ſolitum tradit. Cui concinens Feſtus Pompeius dicit fortunæ muliebris ſimulachrum nefas fuiſſe attingi, niſi ab ea quæ ſemel nupſerat.Cui non admodum diſsimile eſt,quod & ipſe Feſtus in verbo, pudicitiæ ſignum,& ante eum Liuius j.decadis lib.x.ſcripſerunt, nullam niſi ſpectatæ pudicitiæ matrõnam,& quæ vni viro nupta fuiſſet ius ſacrificandi Dianæ, eiúſve ſignum tangendi (quod addit Feſtus)habuiſſe.Trebellius autem Pollio in vita Titi ſecundi Imperatoris,ſcribit Calphurniam vniuiram ſacerdotem inter ſacratiſsimas fœminas adoraſſe maiores ſuos. *De eadem re.*

144 ¶Et quia nuper incidimus in mentionem eorum librorum Tertulliani,illud obiter dicere volui,illum vtrobique Montani hæretici dogma ſequutum, perperam damnaſſe ſecundas nuptias veluti prohibitas.At illum ipſum in eo damnat D. Hieronymus aliàs ſecundis nuptiis iniquior in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum,& cæteri orthodoxi ſcriptores. Neque etiam Apoſtolũ illas damnaſſe aut prohibuiſſe,vt ille contendit,ſed ſatius eſſe & honeſtius,ſi iis abſtineamus,præſertim ſi citra periculum animæ id fieri poſsit. *Secũdæ nuptiæ perperã damnantur.*

145 ¶Adde quod noſtris legibus cautum reperimus,eos facere iniuriam filiis primi matrimonij, qui alteras nuptias aggrediuntur,§.j.verſ.proſpeximus itaque,in auth.de non elig.ſecun. nuben. mulie. & in §.certo,in auth.de nupt.Idcirco dicunt Guil.Cu.& Bald.in l.j.in fi.C.de inof.dot. quòd filius non tenetur dotare matrem,quę ad ſecundas nuptias tranſit,ne cogatur conferre ad ſuam iniuriã,quod à me adductum & in legibus connubialibus l.ij.nu.9.incip.cui reſpondens. Quibus conuenit quod dicit Valerius Maximus,lib.vij.c.vij.de Sexticia quadam fœmina, quæ filiis irata in contumeliam eorum nupſit alteri. *Filius non tenetur dotare matrẽ, quæ ad ſecũdas trãſit.*

146 ¶Nec tantùm filiis ſed & mortuo quoque facit iniuriam,cuius memoriam veluti negligit, §. ſi autem tutelam,in auth.de nupt.Et dicit Lucas Pen.in l.mulieres,col.iiij.C.de incol.lib.x.quòd qui ſecundò nubit,non dicitur ſeruare fidem priori coniugi,per quædam iura quæ hoc minimè probant, ſed hoc planè confirmat tex.in §.tunc igitur,ibi,inuiolatum morientium torum, in authen. de non eligend.ſecund.nuben.Et quibuſdam poſsit videri huc ſpectare illud D.Pauli loquentis de eo, qui ſecundas arripit nuptias,prioris ad Timoth.v.quia primam fidem irritam fecerat, quod & repetitur in c.j.& in c.hæ verò.& c.nuptiarum.& c.de viduis,le ij.& aliis compluribus xxvij.quęſtio.j.ex quibus tamen ne erres,intelligere poteris,quomodo id intelligendum eſt.At huc haud dubiè pertinet illud Virgilianæ Didonis,lib.iiij.Aeneid. *Mulier ſecundò nubens, facit iniuriam mortuo.*

*Nec ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.*

147 ¶Et in hac quoque ſententia fuit Philoſtraſtus in vita Apollonij li.iij.affirmans vxorem ad ſecunda vota *Et iura con*

*fugij violat. Et contriſtatur anima mortui.*

vota tranſeuntem iura coniugij violare.Ideo contriſtatur anima mortui coniugis ex ſecũdo matrimonio ſuperſtitis,auth.cui relictum,ibi contriſtandi priorem maritum,vbi not.Bal.col.pe. C.de indic.viduit.& §.quia verò,§.nos igitur,in auth.de nupt.Nam & apud Lucanum li.iij. Iulia in ſomnis Pompeio apparens ſeſe indignatam oſtendit,quòd ille ſecundas nuptias appetiuiſſet , cum inquit,

*Coniuge me lætos duxiſti Magne triumphos.*

&c.quæ ſequuntur.

148 ¶Sed & apud Aegeſippum lib.ij.c.ij.Alex.filius Herodis mortuus,in ſomnis Glaphiræ ſuæ quõdam vxori apparuit,quæ alteri atque alteri ſe matrimonio poſt mortem ipſius copularat. Hæc illum amplecti deſiderat.At ille indignanti ſimilis complexum refugiens viſus eſt dicere,Hæc Glaphira, promiſſa fides?ita amores erga te ſeruaſti meos,quorum memorem te eſſe oportuit?Sed eſto adoleſcentula ſecundas nuptias non refugeris , etiam non tertias ? Et paulò infrà:Sed mihi ne diutiùs maneat contumelia mea,&c.Exurrexit mulier,& familiaribus narrauit ſomnium,atque ipſa biduo pòſt defuncta eſt.Quam rem etiam retulit Ioſephus lib.Antiquit.xvij.c.vlt.& rurſum libro de bello Iudaico, ij.c.vj.

149 *Secũdò nubẽs, nõ dicitur caſtè viuere.*

¶Ex quo etiam mulier quæ tranſit ad ſecundas nuptias non dicitur caſtè viuere, quantùm ad priorem maritum attinet:ita vt ſi maritus ipſe vxori reliquerit aliquid vtendum,quamdiu caſtè aut honeſtè vixerit,ea perdit legatum,ſi tranſierit ad ſecundas nuptias , vt non obſcurè voluit Bald. in l. Deo nobis,in prin.col.vlt.verſ.iuxta prædicta,C.de epiſcop.& cleric.& apertiùs in l.vlt.col.ij.verſi. quæro quid ſignificant,& ibi quoque Angel.poſt princ.ibi,ſed ſi profertur,& Saly.col.ij.verſ. quęro ſuppoſito,& Iaſ.ad finem.C.de indict.viduit.& idem Bald.in l.j col.ij.in xv.not.C. de rapt. virgin. & in l.cùm filius,§.qui Mutianam,& ibi expreſsiùs Imo.ff.de legat.ij.Angel.Imo.Paul.Caſtr.& latè Alex.& Claud.Seiſſ.in l.mulier,§.cùm proponeretur,ff.ad S.C.Trebellia.& idem Angel.in §. cùm igitur,in auth.de non eligen.ſecund.nuben.& in §.hęc autem de Deo,in auth.quo.opor.epiſc.& in §.ſoluto,& in §.cùm igitur,in auth.de nupt.Per.Anch.in c.quod à te,col.j. in j. oppo. & ibi quoque Imo.col.j.verſ.& faciunt prędicta,de cleric.coniug.& Raph.Com.conſ.xxij.teſtator legauit,col.j.& Paul.Caſtr.conſ.cclix.difficultas,col.pen.verſ.infertur enim,lib.j.

150 *De eadem re.*

¶Et ita,vt dicit Ang.debet intelligi gl.in d.l.vlt.in verbo,perſecutio.C.de indi.vid.quę dicit ſimpliciter,quòd mulier tranſiens ad ſecundas nuptias,perdit legatum ei relictum,ſi caſtè viueret. Scilicet ſi legatum fuerit factum à viro, qui ex huiuſmodi ſecundis nuptiis offenditur : non etiam ſi ab alio relictum fuerit,vt etiam dicit Paul.Caſtr.Sicuti etiam ita intelligi debent iura,quæ dicunt non caſtè viuere,quæ tranſit ad ſecũdas nuptias,videlicet d.§.hæc autem de Deo,vbi not.Ang.in auth. quo.opor.epiſc.& l.his ſolis,C.de reuoc.don.quæ æquiparat mulierem,quæ in ſecundi matrimonij fœdus nubit,& quæ impudicè viuit,vbi & Bal.ad hoc citat illud Valerij,quod mox afferemus.

151 *Incontinenter viuere,& trãſire ad ſecũda vota,paria.*

¶Et ad idem,c.vxoratus,de conuerſ.coniug.ex quo not.Panor.paria eſſe incontinenter viuere, & tranſire ad ſecunda vota.& c.hac ratione.xxxj.q.j.vbi licèt licitum ſit ſecundum apoſtolum ſecundas nuptias contrahere,tamen ſecundum veritatis rationem verè fornicatio eſt. In quam ſententiam eſt & illud Martialis lib.vj.epig.de Teleſina,

*Quæ nubit totiens,non nubit,adultera lege eſt.*

Et quod Portia minor , cùm ſe præſente laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ ſecundum maritum habebat,reſpondit pudicam matronam nunquam niſi ſemel nupſiſſe.vt ſcribit Hieronymus in Iouinianum lib.j.Ex quo & ille Mimus ſiue Publij,ſiue Senecæ,ſiue alterius:

*Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.*

Quod tamen ſanè intelligendum eſt ſecundum ea quæ ſcribuntur in d.c.hac ratione.aliàs enim incideremus in hęreſim Cataphrygum,quam Montanus induxit,& aduerſus quem ſcripſit D.Hieronymus ad Marcellum.

152 *Caſtus amor.*

¶Et ſanè mulier pudica,quæ caſto amore primum maritum proſequitur,& eius pectori,atque pręcordiis memoria illius medullitus infixa eſt , poſt illius obitum de ſecundis nuptiis non cogitat , & alterius coniux dici aſpernatur:illi enim adhuc prior ille maritus viuit , eiúſque perinde ac ſi viueret,memoria recreatur.Quod apertè declarauit Valeria illa Meſſallarũ ſoror , amiſſo Seruio viro, cùm interrogata,cur alteri nollet nubere,reſpondit ſemper ſibi maritum Seruium viuere : quod & ipſum retulit idem Hieronymus vbi ſuprà,quo etiam in loco ſcribit filiam Demotionis Areopagitarum principis mortuo Leoſthene ſponſo negaſſe ſe alteri nupturã,quòd adulterum acciperet nõ maritũ:illũ enim nõdũ ſibi eſſe mortuũ,quod & nos in noſtris cõmẽtariis de nobilitate retulimus.

153 *Matronæ uno contentæ matrimonio, corona pudicitiæ honorari ſolitæ.*

¶Vt non immeritò apud priſcos illos Romanos,quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur.Exiſtimabant enim eum præcipue matronæ ſyncera fide incorruptũ eſſe animum,qui poſt depoſitæ virginitatis cubile in publicum egredi neſciret , multorum matrimoniorum experientiam quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credẽtes,vt ſcribit Valerius Maximus,lib.ij.c.j.non multò poſt prin.Qui & ipſe miris laudibus extollit Antoniam , quæ amorem mariti ſui egregia fide penſauit,vt quæ poſt eius exceſſum forma & ætate florens,cubiculum ſocrus pro coniugio habuit:in eodémque toro alterius adoleſcentiæ vigor extinctus , alterius viduitatis experientia conſenuit,vt apud eum videre licet lib.iiij.c.iij.

154 *Solæ uirgines nubebant apud*

¶Apud antiquos autem illos Germanos ſolę virgines nubebant,ſicque vnum maritum accipiebãt, quomodo vnum corpus,vnámque vitam,ne vlla cogitatio vltrà , ne longior cupiditas , vt ſcribit Cornel



*Germanos antiquitus.*

Cornelius Tacitus de moribus Germanorum.Sed & idem lib.ij. Hiſtoriæ Auguſtæ , paulò ante finem tradit quòd mortua Occia,quæ ſeptem & quinquaginta per annos,ſumma ſanctimonia, Veſtalibus ſacris præſederat,Fonteius Agrippa & Cornelius Pollio obtulere filias, prælatáque eſt Pollionis filia,non ob aliud quàm quòd mater eius in eodem coniugio manebat.Cæterùm Plutarchus, Proble.capite cv.quærit,quare publicis feſtis virgines veteri more non nubunt,viduæ nubunt. Cuius rei inter cæteras hanc rationem affert,quòd virginibus decorũ , viduis verò multis præſentibus fœdum eſt nubere.Fœlices enim ac fauſtæ primæ nuptiæ ſunt,ſecundæ verò triſtes ac deteſtandæ. dies autem feſtos adeo multitudinem diſtrahere,vt his rebus per ocium intereſſe non poſsit. Hæc ille.Ex quibus ſatis apparet ſecundas nuptias non perinde eſſe honorabiliores ac primas , eúmque honorem ad liberos deſcendere.

*Secũdæ nuptiæ odioſæ.*

155 ¶Non mirum igitur cuiquam videri debet,ſi multæ ſint conſtitutiones & leges latæ in odium contrahentiũ ſecundas nuptias,videlicet l.fœminæ & l.generaliter,& l.ſi quis prioris,§.in illo, & l. hac edictali,in princ.& auth.ex teſtamento.C.de ſecund.nupt.& l.j.C.ſi ſecund.nupt. & l. mater , C. ad Tertul.& l.his ſolis,& auth.quod mater,C.de reuoc.donat.& l.iubemus,§.in ſupradictis,C.ad Trebel.& §.qui piiſsimis,in auth.de non eligen.ſecun.nub.& §.ſi verò expectet,& §.placet quoque nobis,& aliis compluribus §.in auth.de nupt.& in §.j.in auth.neque vir.quod ex dot.eſt.

*Tam in uiris quàm mulieribus.*

156 ¶Quæ quidem conſtitutiones maxima ex parte locum habent etiam in viris,ne quis putet ea quę diximus ad fœminas tantùm pertinere.Id enim videre licet ex d. §.j.poſtremo loco allegato , & in §.hoc autem,verſ.quia verò contra binubos, in auth. de non elig. quem ita ſummat , vt ita loquar, Angel.pœnæ ſecundo nubentium communes ſunt viro & vxori ad ſecunda vota tranſeuntibus. & dicto §.ſi verò expectet,ibi,& hæc communis mulieris & viri mulcta ſit poſita,vbi etiam not.Ang. in auth.de nupt.& iterum in §.quoniam & infirmus eod.tit.& in l.generaliter , vbi Bald. not. C. de ſecund.nupt.& voluit gl.Bart.Bald.Saly.qui dicit ita ſe obtinuiſſe,in d.l.fœminæ,eo.tit.& gl. in rub. dicta auth.de non eligen.ſecund.nuben.Azo.in ſumma,eo.tit.de ſecun.nupt.col.ij.verſ.item quęcunque dicta ſunt.Hoſt.in ſumma,eo quoque tit.§.quare,circa fi.in verſ.quæcunque autem, Oldr.conſ. xxxiij.quidam habuit vxorem,in ſecundo dubio.Ioan.And.in addit.Spec.eo.inquam tit.Bart.Ang. & Paul.Cap.in l.de emancipatis,C.de legi.hæred.Petr.Anch.conſ.cccxlvij.quia ex facto,col.ij.verſ. & hoc quantũ ad ea.Rom.conſ.clxxxij.in caſu propoſito.Paul.Caſt.in d.l.mater.C.ad Tertul.Fran. Cre.no.lib.lxxiiij.hoc capite ſi maritus ligauit.Ang.Aret.in §.præferuntur,col.pe.inſt.ad Tertul.& in tracta.de teſta.in verbo,nolens inteſtatus decedere.col. v. verſ.in ſecundo caſu quando in patre. Nicol.Vbal.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.in ij.q. princ.col.iiij. Matth. Mateſ.in tracta.eiuſdem tit.in ij. membro princ.verſ.ſecundo caſu,& ibi Ludo.Bolo.in addi. Franc. Aret.conſ.lxxij. præſupponitur in facto,col.xxix.& iterum iij.Corn.conſ.ccxlij.circa quod videtur,col.pen.& vlt.lib.ij.Cepola cautela ccxxxv.aut ex priori impreſsione cccij.ſi mater tranſit,vbi dicit hanc eſſe communem opi. & idem ſæpe ſe conſuluiſſe,Maria Soc.conſ.xxxiiij.proſequendo ordinem quæſtionum,col.ij. & multis ſeq.lib.j.vbi id latè diſſerit.& conſ.lxv.circa primam quæſtionem,col.iiij. verſi. viceſimoſecundo,eo.li.j.vbi etiam dicit,hãc eſſe communem opi.& ipſius filius Barth.conſ.cclxiij.capio primum, in ij.dubio,lib.ij.& conſ.cxiiij.præſens conſultatio:col.pen.lib.iiij.& Bened. Cap.qui ita dicit cõmuniter teneri,conſ.xlij.punctus quidam Venantius,col.ij.& conſ.ſeq.incip.punctus quidam Maſsius,in j.dub.Guid.Pap.q.ccxxviij.ex dicto proceſſu,in prin.Steph.Bert.conſ.cxix.viſo caſu in j.dubio , li. iij.& conſ.ccxxiij.viſo caſu,nu.3.lib.iij.Philip.Dec.in l.j.poſt princ.C.de ſecun.nupt.& conſ. lxxxvij. pro reſolutione caſus,col.ij.verſ.reſtat ergo tertius caſus,& conſ.ccxxx.proponitur quòd ex Petro, col.j.verſ.ad dubium de quo quæritur.Io. Monteſer.in rep.l.frater à fratre,char.vj.col.iij. verſic. in xvij.q.ff.de condi.indeb.

*Secundũ coniugium prohibitum.*

157 ¶Nam & Charondas ille prudentiſsimus legiſlator , nec viris quidem ſecundas nuptias permiſit. Qui liberis (inquit) ſuis nouercam ſuperduxerit,eum neque vllo dignitatis loco , preciíve virum habeto:neque vlla ciuium conſuetudine communicare,fruíue ſinito:quippe qui malum alienum rebus ipſe ſuis intulerit.Si proſperè enim tibi coniugium primum fortè ſucceſſerit , eo ſucceſſu contentus conquieſcito.Sin aduerſum obtigerit , idem malum ſecunda exploratione tentare velle furioſi eſt.Nam qui bis ab aſſequenda re in ſuis negotiis fallitur , demens is meritò exiſtimatur. Hæc Diodorus Siculus Bibliotheces lib.xij. vbi & illud ſubdit à Philemone poëta Comico , de his qui ſæpe nauigãdo maris ſæuitiam experiri voluere,pro lege traditum,non admiratum quidẽ, ſi quem duxiſſe vxorem conſpexerit , verùm ſecundum coniugium quæſiuiſſe:tutius namque tolerabiliúſque videri , his ſeſe maris periculis & tempeſtatibus exponere , quàm muliebribus ludibriis & fluctuationibus inteſtinæ peſti vitam obnoxiam degere.

*Nauigat enim qui matrimoniũ contrahit*

158 ¶Quæ quidem Philemonis ſimilitudo in memoriam reuocat , quod decreta noſtra canonica ex D.Auguſtino nauigare eum dicunt,qui matrimonium contrahit,in c.nos nouimus,& ibi gl.in verbo,nauigaſti.xvij.q.ij. tanquam ſcilicet vtroque modo multa pericula & plerunque naufragia ſubeamus.Eſt autem Publij Syri Mimus apud Gellium lib.17.c.14.& Macrobium Satur.ij.c.vij.

*Improbè Neptunum accuſat,qui iterum naufragium facit.*

*Dei iugales.*

Quod ad iteratas nuptias ex his quę diximus trahi poteſt,vt ſcilicet iugules deos(quos Ethnici vocant)improbè accuſet,qui nuptias iterat.Ex quo & illud epigramma Græcum incerti autoris,

Εἴτις

*Εἴτις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,*
*ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.* Id eſt ad verbum,
*Si quis ſemel maritus alterum lectum ſectatur,*
*Naufragus enauigat bis profundum difficile,* ſiue mauis *moleſtum.*

Thomas autem Morus ſic carmine reddidit:

*Qui capit vxorem defuncta vxore ſecundam,*
*Naufragus in tumido bis natat ille freto.*

Verba autem legis Charondæ vt ad eam redeamus, hæc ſunt ex Stobæ. ſer. xlij. ὁ μητρυιὰν ἐπιγαμῶν, μὴ εὐδοξείτω, ἀλλὰ ὀνειδιζέσθω, ὥσπερ αἴτιος ὢν οἰκείας διαστάσεως.

*Quæ pœnæ ſtatutæ mulieribus, non pertineant ad uiros.*

159 ¶Dixi autem ſuprà nu. ab hinc 3 maxima ex parte pœnas fœminarum ſecundas nuptias contrahentium ad viros quoque pertinere, quia id non generale eſt, nec procedit in pœnis quæ ſtatutæ ſunt in mulieres, ob id quòd intra annum luctus ad ſecundum matrimonium conuolant. quippe quæ ob aliud puniantur, quàm propter ipſarum ſecundas nuptias, vt probatur in §. primæ ſiquidem, verſic. ſed viri quidam, in auth. de nupt. & voluit Azo in d. ſumma de ſecun. nupt. in princ. & Hoſt. in ſumma eod. tit. §. quare & qualiter, col. ij. verſ. ſic vidiſti de pœna. Bal. in auth. iiſdem pœnis, col. vlt. verſ. item nec pœna nubentium, C. de ſecund. nupt. Ang. in §. quia verò, in auth. de non elig. & in §. ſi verò expectet, circa fi. in auth. de non eligen. & in §. ſi verò expectet, circa fi. in auth. de nupt. Rom. d. conſi. clxxxij. & alij multi ex iis quos citauimus in d. verſ. ab hinc iij. Et ſatis probat tex. in l. vxoris, ff. de his qui not. infa.

*Et an ſint ſublatæ iure canonico.*

160 ¶An autem huiuſmodi pœnæ, & quæ ex iis ſint ſublatæ de iure canonico, propter illud verbum Apoſtoli ad Corinth. v. dico autem non nuptis ſed viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego, quòd ſi continere non poſſunt, nubant, melius eſt enim nubere, quàm vri. Et quod quibuſdã interiectis ſcribit, quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege. cui autem vult, nubat, quod & nos ſuprà citauimus. Ex quibus certè videntur illæ pœnæ eſſe ſublatæ per c. ſuper illa, & c. vlt. extrà de ſecund. nupt. Sed tu tamen ne te hîc diutiùs detineam, vide gl. Innoc. Hoſt. Ioan. And. in d. c. vlt. eod. tit. Bart. in l. j. C. eod. quoque tit. Petr. Anch. conſ. cj. ex prædicto themate, in j. & ij. dubio, cum aliis propemodum infinitis adductis à Fely. & Dec. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ: illo quidem col. xix. verſi. quarta limitatio, cum duabus primis declarationibus, illius quartæ limitatio. Dec. autem col. xiij. verſ. ſecunda concluſio, cum multis ſeq. de conſtit. & eodem Dec. conſ. ccxxx. proponitur quod ex Petro, col. j. verſ. circa primum.

*Secundæ nuptiæ brutis quoque deſpicatæ.*

161 ¶Denique quod ad hanc rationem attinet, quæ ſecundas nuptias non peræquè magnificat ac primas, bruta quædam animalia id quoque ſenſu quodam naturali ſentire & cognoſcere videntur, veluti natura ipſa eius rei illa admonente. Cornices enim mortuo mare marito non exiguo tempore, ſed nouem hominum ætatibus viduæ perſeuerant, vt tradit Plutarchus in libro cui titulus eſt ὅτι ἄλογα λόγῳ χρῆται, & Aelianus lib. iij. de animalibus, vbi & ob id tradit veteres in nuptiis poſt Hymenæum cornicem inuocare ſolitos. Et idem quoque de lyncibus vt poſt amiſſos coniuges aliis non coniungantur prodidit Seruius enarrans eum locum Virgilij, lib. iiij. Aeneid.

*Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam*
*Degere, more feræ,*

Et nos quoque diximus in noſtris legibus connubialibus, l. xiij. nu. 4. & 5. vbi & nos alia huc pertinentia ſcripſimus. Et facit quoque ad hanc rationem, quod diximus ſuprà nu. 111. incip. ſexageſimoſecundo quod & idem.

*Prima quæq; multo excellentiora, præſtantiora, &c.*

162 ¶Sed & alia item eſt ratio huius regulæ, quam tractamus, generalis quidem illa, ad omnia quæ ad eam pertinent, nedum ad nuptias, quòd ſcilicet prima quæque omnibus in rebus & ad quæuis, omnia ſunt multo excellentiora, præſtantiora, efficaciora, vtiliora, potiora, robuſtiora, vt ex multis & penè dixerim infinitis patet, quæ tibi abundè, & vereor ne ſuperfluenter, ſcripſimus in noſtris commentariis Primigeniorum, in præfatione, ex quo loco quæ voles mutuari poteris, ne hîc repetam. Sed inter cætera ibi videbis, primo pro optimis ac probatiſſimis quibuſque autoribus vſurpata, quos in eam rem tibi illic citaui, nu. 60.

## LIMITATIONES.

### *Prima Limitatio.*

SEd hæc multis modis limitanda ſunt. Et vt ſequar ordinem Felyn. in d. c. ſecundo, de treug. & pac.

*Actus quando reiterandus.*

1 ¶Primo limita, vt non procedat, quando non valuit primus actus, quia tunc reiterandus eſt, nam diſpoſitio loquens de actu, intelligitur de primo qui valuit, per text. in l. qui per ſalutem, ff. de iureiu. vbi qui per ſalutem ſuam iurat, cùm non ita ſpecialiter iuſiurãdum eſſet ei delatum, iuraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolenniter iurandum eſt, ex quo Bart. no. ſi non legitimè iuratum eſt, iterum iurandum eſſe: Bald. autem ex eo dicit, quòd omiſſio modi & formæ reddit actum nullum, tamen iteratò fieri poteſt cum obſeruatione debitæ formæ. Et ita (inquit) intelligenda eſt l. boues, §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. cum ſcilicet primus actus eſt validus. Dicit quoque per



per eum text. quòd mandatum citandi, non finitur per citationem inualidam, id quod dicit not. dignum Alex. in l. ſerui electione, col. vlt. ff. de leg. j. quod & idem voluit Roma. in d. l. qui per ſalutem, in fin. vti eum allegat Iaſon ibi, nullam Bald. mentionem faciens, nihil tamen in lect. Roma. reperi. Sed & ex eo tex. in d. l. qui per ſalutem, not. Alberic. in princip. quod actus inutilis præcedens, non impedit reiterationem ſequentis vtilis.

*Conditio cum nupſerit, non impletur contractis inutilibus nuptiis.*

2 ¶Eſt in eandem ſententiam text. in l. hæc conditio filiæ meæ, in prin. ff. de condi. & demon. vbi hæc conditio, cùm nupſerit, non impletur contractis nuptiis inutilibus, vt quia ea filia nondum eſſet nubilis ætatis, vel quia ei nupſit cuius nuptiis interdictum erat, ſed poſſe eam implere conditionem, cùm de iure poſtea contraxerit, & ibi no. omnes per ſecundam nuptiarum coniunctionem, impleri conditionem, cum priores de iure non ſubſiſtunt. Et Paul. Caſtr. in fi. dicit eam legem ſemper ad hoc allegari, vt cùm lex, vel ſtatutum loquitur de aliquo actu, qui poteſt ſortiri iuris effectum, debet intelligi de actu valido, quia actus inualidus habetur pro non facto. & Soc. ibi col. vlt. verſic. vlt. not. ex ea l. not. diſpoſitionem, ſiue legis, ſiue hominis verificari in primo actu valido, non autem in primo actu inualido.

*Actus nullus non impedit eiſdem rei iteratione etiam in oppoſitum.*

3 ¶Et huc quoque pertinet text. in l. is qui hæres, in princ. ff. de acquir. hæred. vbi hæres inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionem exiſtentem repudiauit, nihil egit, ideo exiſtente poſtea conditione adire poterit, vt etiam dicit text. in l. nec is, §. j. eod. tit. cum ſimilib. Et ſic inquit Roma. in d. l. is qui hæres, non multùm poſt prin. actus nullus, non impedit fieri eiuſdem rei iterationem, etiam in oppoſitum, ad quod etiam allegat l. ſi vt proponis, C. quomo. & quand. iudex, cum ſimil. Sed nullus tex. Iuris ciuilis in hoc eſt apertior quã in l. ſi maritus, §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. Cuius hæc verba ſunt: ſi quis adulterum & adulteram ſimul detulerit, nihil agit, poterítque quaſi neutrum detulerit, rurſus à quo velit initium facere, quia nihil prima delatione egit. Quid enim his verbis ad hanc noſtram ſententiam clarius?

*Electio facta, non ſequuto effectu.*

4 ¶Et alius item text. iuris canonici eandem ſententiam adſtruens, in c. ſi electio, de elect. lib. vj. vbi ſi electio facta non ſequuta ſit effectum, ob id quòd electus ei conſentire noluit, aut poſt conſenſum renunciauit iuri ſuo, aut mortuus ſit, aut propter eius occultum vitium, irritatur, electores poſſunt denuò eligere, habéntque à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione tempus integrum ad faciendam aliam electionẽ, ac ſi noua eſſet vacatio. Et idem vt dicit gl. ibi, in verbo, occultum, ſi propter ſuperueniens delictum, aut factum, per c. quàm ſit, & c. cupientes, & c. ſi religioſus, eod. titu. Ad hoc autem quòd dictum eſt de occulto vitio, vide quæ dicam infrà in hac eadem limitatio. nu. 29. incip. hanc limitationem, & ſeq.

*De eadem re.*

5 ¶Hanc quoque ſententiam, vt ſcilicet ſermo intelligatur de primo actu valido, & vtili, & qui ſortitus fuerit effectum, ſecutus eſt Roffred. Bene. in ſuis quæſt. Saba. quæſt. j. vbi dicit, quòd ſi alicui eſt collata poteſtas eligendi epiſcopum, & quempiam elegerit, qui conſentire noluerit, & ita eius electio fuerit inutilis, & ſine effectu, poterit iterum eligere. quæ fuit etiã ſententia Barto. Brixij. q. lxxix. quidam dederunt poteſtatem, Bald. in d. l. qui per ſalutem, in vtraq; lectura, vt ſuprà ex eo diximus, & ibi quoque Alberic. in fi. & eiuſdem Alberic. in l. quoties, ff. de optio. lega. vbi ad hoc allegat c. auditis, de elect. & ipſius quoque Albe. poſt Iac. Bel. in l. matrimonij, ff. qui. & à quib. & Bald. in c. olim ex literis, col. ij. verſi. ſi autem datur arbitrium, de reſcript. vbi ex hoc dicit, arbitrium prorogandi, intelligi de prorogatione valida, quòd ſi inualida fuerit, poterit iterum fieri, & ad hoc citat d. l. qui per ſalutem, & d. l. hæc conditio filiæ, ſuper qua Raph. Com. illud quoque dicit quod diximus, eum cui facta eſt poteſtas eligendi, poſſe iterum eligere, ſi prima electio non valuit.

*Facultas cõceſſa iudici ex ſtatuto, eligendi arbitrum.*

6 ¶Et præterea hæc limitatio eſt eiuſdem Bald. conſi. cxliiij. quòd iudex non potuerit, poſt medium, verſic. item quoties primus actus. lib. 4. vbi & ex hoc cõſuluit iudicem, cui data eſt à ſtatuto facultas eligendi arbitrum, ſi abſentem quempiam elegerit, qui ideo arbitrari non poſſit, poterit iterum eligere. Et Salyc. in l. dotis promiſſio, ff. de iu. dot. per d. l. hæc conditio, & Pau. Ca. con. ciij. viſo teſtimonio Chriſtiani, col. j. per illam eandem l. ibíque ex hoc in pulchro caſu conſuluit. & Fely. in d. c. ij. col. iij. verſi. fallit primò dicta regula, de treuga & pac. Iaſon in l. diuortio, §. quod in anno, col. vlt. verſic. tertiò no. limit. ff. ſol. matr. & Alciat. in hoc noſtro §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.

*Electio cẽtum amphorarum uini.*

7 ¶Et huc ſpectat text. in l. ij. §. j. ff. de opt. leg. vbi ſi is cui electio data ſit centum amphorarum vini, acetum elegerit, optio non conſumitur, poterítque iterum eligere. Et ex hoc not. gloſſ. ibi nihil referre, an aliquid non fiat, an non iure fiat, & allegat pro ſimili d. l. qui per ſalutem, & l. quoties, ff. qui ſatiſda. cogan. vbi & idem glo. not. quæ & alia quoque iura citat, vt vtrobique videre poteris. Quibus addere potes l. quartam, §. condemnatum, ff. de re iudic. vbi etiam gloſſ.

*Nõ præſtat impedimẽtũ, quod de iure nõ ſortitur effectum.*

8 ¶Et illa iuris regula non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, de regulis iuris, lib. vj. id quod videre licet, vt ibi gl. & alij dicunt in matrimonio inualido, quod non impedit ſecundum contrahi, c. ſi verum, xxxj. q. ij. & c. iuuenis, de ſponſalib. & c. literas, & c. acceſſit, de deſponſat. impube. Sed tu de hoc vide d. glo. & Ioan. Mona. in d. c. non præſtat. Et in electione inualida, quæ non impedit ſecundam, c. ſcriptum eſt, in fi. & c. congregato, & ibi glo. vlt. de reſcipt. de quo nos alibi diximus pleniùs. Et in ſtipulatione quoque inualida, l. ſi dari ſtipuler, ff. de verb. oblig. cum aliis multis ſimilib. congeſtis à Felyn. in c. ex tenore. col. iiij. verſi. regula non præſtat, de reſcript. & quæ latè collegimus alicubi in tractatu Retractuum.

*Quod nullum*

9 ¶Nam & quod nullum eſt, nomen eius rei quam ſignificare vult, non habet, verbi gratia, ſententia

*eſt, nomen eius rei, quam ſignificare uult non habet.*

nulla,non eſt ſententia,l.iiij.§.condemnatum,ff.de re iudic.& l.vlt.C.de ſentent.ex peric.recitandis, & c.vlt.poſt prin.eo.tit.lib.vj.& clem.paſtoralis,§.vt igitur,qui eſt vlt.eod.tit.& c.in primis, §. vlt.& iterum c.ſtatutis,ij.q.j.Et inſtrumentum nullum,non dicitur inſtrumentum , Bald. in c. conſtitutus, per eum text.de tranſact.& eſt etiam bonus text.in l.cùm Proculus, C.de probat.ex quo ille verſus non admodum elegans,ſed citatus à gl.in c.admonere.in prin.xxxiij.q.ij.

*Si re priueris,nec nomen habere mereris.*

Cum aliis multis ad hanc ſententiam pertinentibus à Iaſo.collectis in d.§.condemnatum, colum.j. verſic.no.ex iſto text.cum multis ſequent.& à me in tractatu Retractuum tit.j.§.j.gloſſ.ij.num.5.& multis aliis ſeq.Hanc autem rationem huius limitationis inter cæteros affert Iaſ.in l.ſerui electione, §.j.nu.3.ff.de leg.j.

*Teſtes non rectè recepti, reiterari poſſunt.*

10 ¶Sed & huc pertinet,quòd teſtes qui non rectè recepti ſunt , poſſunt reiterari , etiam poſt publicationem,vt ſatis innuit text.à cõtrario ſenſu,in clem.ij.in verbo ritè receptis,& ibi gl.quæ id expreſſè vult, in verbo,ritè,& Card.Flor.poſt Pau.Eleaz.in iij.q.id intelligens, quãdo receptio eſt ipſo iure nulla,& Pet.Anch.col.pe.in iiij.q. Anto.Io.Ligna.col.j.& Imo.col.ij.ſuper d.gloſ.in verbo,ritè,de teſtib.& gl.in c.cùm cauſam,in gl.vlt.ad fin.& ibi Hoſt.col.vlt.verſi.ſed ſi teſtis,Ioan.And. in fi.Bal. col.vlt.verſi.quærit Ber.quid ſi teſtes,Petr.Anchara.col.vlt.verſic.item quid ſi teſtis,Anton.col.vlt. Imol.col.pen.verſi.in eadem gloſſ.in fi.extrà eo.tit.Speculat.in tit.de teſte.§.j.verſi. quid ſi idem teſtis,& ſeq.& ibi quoque Ioan.Andr.in addit.& Bart.in auth.at qui ſemel,col.vlt.verſi. quæro quid ſi prior,& ibi Bald.col.ij.verſ.octauò fallit.C.de prob.& idem Bart.in l.qui per ſalutem,in fi.& Alex. qui ita dicit communiter teneri,& Iaſon qui id latè exequitur,col.j.verſi. item per iſtum tex. vbi & ita tenuere omnes,Bald.in l.per hanc,col.pen.verſi.& modo venio,ibi & iſta eſt veritas,C.de temp. appel.& in l.ſi quis teſtibus,col.ij.verſi.quandoque ratione ſolennitatis , & ibi quoque Salyc. ad fin. dum allegat d.Clement.C.de teſtib.Imo.in c.per tuas,col.j.verſi.fallit primò,de teſtib.Felyn.in c.in literis,col.ij.verſi.tertio,de offic.deleg.

*Quando teſtis non perfectè examinatus,iterum examinari queat.*

11 ¶Et huc adſtipulatur, quod dicitur teſtem mancè,atque imminutè , & non perfectè examinatum, adeo vt eius teſtimonium ſit inutile,poſſe iterum examinari,etiam poſt publicationem teſtimoniorum,ſi id factum ſit culpa iudicis:licèt ſecus ſit ſi culpa partis id factum fuerit , vt per glo. in d.c.per tuas,in gloſſ.j.in fi.& ibi Imo.in verbo,negligenter,Imo.col.ij.verſi.ſecundo caſu, & Panorm.col.ij. verſi.venio ad ſecundum,cum multis ſeq.& ferè omnes,licèt non ita clarè de teſtib.Bald.in l. veluti,§.hæc vox , quam legit ( vt plerique omnes ) cum §.prætor ait, qui eſt vlt.l.ſi quis ex argentariis, ff.de eden.& ibi Angel.qui id dicit valde not.& Iaſon qui alios citat,col.j.in vj.not.verſic. vnde facit iſte text.ff.de eden.

*Actus quando præoccupationem inducit.*

12 ¶Adde quòd ſolus is actus præoccupationem inducit,qui de iure ſortitur effectum, vt tradit Oldr. conſil.cccxiij.thema tale contra promiſsionem,col.ij.verſic.tertiò ſi quis,& iterum verſi.ſexto nunciatio.quod ſic probat,nam in l.qui vltimo.ff.de pœn.ſcribitur,quòd qui vltimo ſupplicio damnantur,ſtatim & libertatem,& ciuitatem amittunt.Et ſtatim pòſt ſubditur,Itaque præoccupat hic caſus mortem & nonnunquam longum tempus occupat. Alibi autem legitur , quòd talis præoccupatio locum non habet in ea ſententia,quæ de iure non ſortitur effectum,l.ij.§.vlt.eod.titu.& l.ſi quis filio exhæredato, §.quòd ſi quis, ff. de iniuſt.rupt. & irri.teſta.Præterea nunciatio operis ſic præoccupat ædificantem,ſiue iure,ſiue iniuria facta ſit,vt quicquid poſt eam ædificatum eſt ſit demoliendum,l. j.ff.de operis noui nunciat.Si tamen nunciatio ineptè facta ſit,vt effectum habere nõ poſsit,non habet vim præoccupationis,vt no.gl.in d.l.j.in verbo,per renũciationem,& iterum in verbo,eatenus.

*Stipulatio prima quando impediat uim ſecundæ.*

13 ¶Addit & Oldra.alia huc ſpectantia,nempe ſtipulationem primam impedire vim, & efficaciam ſecundæ,ſuper eadem re eodem modo interpoſitæ,niſi tamen prima illa ſit talis , vt poſsit exceptione repelli,ita vt non ſortiatur effectum.l.qui bis idem,& l.ſi dari ſtipuler,ff.de verb. oblig. Et ſimiliter præcedentem adſcriptionem libertatis impedire ſubſequens legatum ſerui , ſi non appareat de contraria voluntate,l.ſi idem ſeruus,ff.de leg.ij.& l.ſi ſeruus,ff.de fideicommiſſ.liberta.Quod ita tamen demum obtinet , ſi aſcriptio libertatis ſit efficax , & vtilis, aliàs non,l.ſi ſeruus legatus, §.ſi ſeruus alienus,ff.de leg.j.

*Vna uia inutili electa,non tollitur alia utilis.*

14 ¶Item ſi ſint duæ viæ,vt cum noſtris,ac vulgo loquar,quarum vna alterius electione tollitur, id tamen ita intelligendum ſit,ſi prima electa poteſt de iure ſortiri effectum,aliàs nõ,l.ſi verò, ff.de bon. libert.vbi ita ſcribitur,Si verò non habuerit effectum petitio eius,dico non impediri, quominus adiuuetur,& l.filium §.ſi quis contra tabulas,ff.de leg.præſtan.cuius hæc verba ſunt:Si quis contra tabulas bonorum poſſeſsionem acceperit,deinde poſtea apparuerit eum ex his liberis non fuiſſe , qui eam bonorum poſſeſsionem accipere poſſunt,ex iis tamen eſſe quibus legata præſtantur , obtinuit, non eſſe ei denegandam legatorum petitionem. Et in vniuerſum,vt vna via inutilis electa,non tollat aliam vtilem:probat tex.in l.mater decedens,& ibi Roma.ff.de inoffic. teſta. & l.Claudius, ff.de acquir.hæred.& l.legitimam,ff.de petit.hæred.& l.vlt.C.de condit.

*Vt primum obſtet ſequẽtibus, quid requiratur.*

15 ¶Et per hæc concludit Oldr.d.conſi.cccxiij.quicquid primum obſtat ſequẽtibus, tum demum tantùm obſtare,ſi habuerit effectum,in idque allegat d.l.hæc conditio filiæ,ff.de cond.& demonſt.quæ quidem l.eſt ex illis , quibus potiſsimùm innituntur qui hanc limitationem ad hanc noſtram regulam afferunt:vt nos diximus ſuprà in eadem limitat.num.2.& aliis ſeq. vt inde intelligas Oldr. hæc omnia ad hanc diſcertationem referre.Nam & in id quoq; citat d.l.ij.ff.de opt.leg.vbi data optione ſeruorum



ſeruorum,ſi quis alienum ſeruum,vel hominem liberũ optauerit.non conſumpſit optionem,quem tex.& nos ſæpe in hoc tractatu citauimus,citátq; etiã l.ſi maritus ſit,§.vlt.ff.de adult.vbi ſi quis adulterum,& adulteram ſimul detulerit,nihil agit,poteritque quaſi neutrum detulerit, rurſus à quo velit initium facere,quia nihil prima delegatione egit.

*Actionem ineptã proponẽs, & repulſus,ad aptã redire poteſt.*

16 ¶His quoque concinit,quòd qui agit ad debitum ex conditione,nondum ea conditione impleta,& ob id ſuccumbit:tamen ea conditione poſtea impleta,denuo poteſt agere,l.grege, §.ſi ſub conditione,ff.de ædilit.edicto,& l.ſi mater,§.eandem,verſi.& ideo ſi fortè ſub conditione , ff.de exceptio.rei iudic.Quarum legum autoritate ſubnixus Accurſius,in l.j.poſt prin.in verbo,nec tenere, ff.ſi menſor falſ.mod.dixe.tradit eum qui actionem ineptam propoſuit, & ob id repulſus ſit , poſſe redire ad aptam.quod & probat text.in l.ſed & ſi pupillus,§.ſi inſtitoria,& ibi gl.Bald.& expreſsius Alber. & Salycet.ff.de inſtito.& in l.Bebius,in fi.& ibi quoque Albe.ff.de pact.dotal. & c. coram , & ibi Petr. Anch.in iiij.not.de reſcript.& c.examinata,de iudic.Et id quoque ipſum voluit Signor.Home.con. cxlij.in quæſtione vertente,col.ij.verſic.præterea in ſimili,vbi & alia iura citat.& Petr.Anch.in c.ne captandæ,col.j.in iij.not.de conceſ.præbend.lib.vj.

*De eadem re.*

17 ¶A quo non longè abeſt quòd actor ideo à iudicio repulſus, quòd reus rem petitam nõ piſſideret, non prohibetur poſtea iterum agere,ſi reus incæperit poſsidere,l.quoties, §.vlt. & l.ſed ſi poſtea,ff. de noxal.act.& l.ſi à te,in prin.& l.rem meam,& l.ſi quis ad exhibendum,quæ cõtinuò ſequitur, ff. de excep.rei iudic.& l.procurator ad exhibendum,in prin.ff.rem rat.hab.& l.neque,quę eſt iij.C.ad exhib.Et facit quod ſcribitur in l.ſi mater,§.eãdem,in prin.& in l.ſi is qui hæres, etiam in prin.ff.de except.rei iudic.Et quod ſcriptum reliquit Pau.Ca.conſ.cccxiij.iſta pronunciatio,lib.2.quòd ſi quis ineptè,& non ſeruata forma ſtatim iudicem recuſauerit , ob ídque fuerit reiecta recuſatio,non prohibetur eandem poſtea rectè, ritéque proponere. De quibus & aliis ſimilibus nos multa diximus in tractatu Retractuum,tit.j.§.viij.nu.3.qui igitur,& multis ſeq.vt ibi videre poteris.

*De eadem re.*

18 ¶Cui finitimum eſt, quod ſemper aliàs actor qui ſuccubit propter ineptitudinẽ actionis, iterum auditur aptè eam proponens,c. examinata.extrà de iudic.cum ſimli. Et ſimiliter qui appellauit poteſt iterum appellare,ſi ob id victus eſt,quòd ineptè exceptionem à qua repulſus eſt,propoſuerat , etiam in eo caſu quo aliàs non poſſet ampliùs appellare , vt eſt tex.in cle.vlt.& ibi Card. Flor.in ij.not.& alij, de appellat.

*An & quando poſt primã nunciationẽ, liceat iterũ nunciare.*

19 ¶Et ad hanc quoque limitationem pertinere poteſt , quod finita nunciatione noui operis per mortem nunciantis,& ita effecta inutili,& inefficaci,poteſt iterum nunciari.Ita enim voluit glo in l.non ſolùm,§.morte , in verbo, ius prohibendi,ff.de oper.noui nunt.quam ibi ſequitur Bart.col.ij.verſic. quærit gl.an finita nunciatione. An autem & quãdo aliàs poſt primam nunciationem liceat iterum nunciare,vide Bart.in l.cùm procurator,§.ſi dominus,col.j.verſi.quæro an poſt primam,& ibi Bal. poſt prin.eod.tit.& rurſum ipſum Bart.in l.prætor,§.hoc autem interdictum competit , circa fin. & in §.& ſi ſatiſdatum, eod.tit.

*Baptiſmus quãdo reiterari poteſt.*

20 ¶Et huc quoque ſpectat,quòd licèt baptiſmus ſit ſacramentum minimè iterabile.Eſt enim vt tradit Apoſtolus ad Epheſios c.4.vnus Deus,vna fides,vnum baptiſma,& repetitur in c. hi qui baptiſma, j.q.j.& diximus ſuprà,in prin.nu.136.incip.90.Si tamẽ quis baptizatus fuerit ab hæretico,præſertim Paulianiſtis & Cataphrygis,quorum baptiſma nullum eſt,cum in forma eccleſiæ nõ baptizent, iterum baptizari poteſt,& debet,vt ſcribitur in §.de his ſpecialiter,& in c.ſi quis confugerit , & ibi Archid.ea.q.& cau.& c.Daibertum,& ibi gl.& Archid.j.q.vij.& gl.in c.ſicut lxviij.diſt. vbi id declarat. & Lucas Pen.in l.ſi quis decurio,col.iiij.verſi.quemadmodum ergo, C. de decurio.lib.x. Cuius rei rationem reddens ea gloſſ.in d.c.Daibertum,nam quod,ait,malè fit, vel minùs plenè,ex integro eſt agendum,& allegat d.l.qui per ſalutem,ff.de iureiur.ſuprà in prin.huius §.allegatam.

*Non rectè ordinatus,iterum ordinari poteſt.*

21 ¶Similitérque licèt ſemel ordinatus nec poſsit,nec debeat iterum ordinari,§.breuiter.j.q.vij.tamen ſi non rectè,aut legitimè ordinatus fuerit,poteſt ac debet iterum ordinari,c.qui per illicitam,iiſdem quæſt.& cau.& ibi glo.quæ id trahit ad electionem cuiuſpiam rei non rectè factam,vt reiterari poſſit,& ibi quoque Arch.quia,vt hic dicit,cùm non tenuit electio, pereinde eſt ac ſi facta non fuiſſet, per l.ij.ff.de optio.lega.Sed nos de hoc alibi pleniùs dicemus.

*Romanorum mos in litando.*

22 ¶Et illud item,quod olim apud antiquos Romanos moris fuit,vt prima hoſtia non litante,altera,ac tertia,ac deinde plurimæ,donec litatum foret,adhiberentur.Vnde cùm Paulus Aemilius bellaturus aduerſus Perſeum,ſacrificans non litaſſet,vſque ad viceſimam hoſtiam, in viceſima prima apparuerunt ſigna victoriam promittentia,vt tradit Plutarchus in vita illius. Nam & Tullius lib. ij.de diuinatio.ita ſcribit,Cùm enim triſtiſsima exta ſine capite fuerunt,quibus nihil videtur eſſe dirius,proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrimè.Et non multò pòſt , Quî tandem euenit, vt litetur aliis , aliis non litetur?Quæ autem inconſtantia deorum eſt,vt primis minentur extis,benè promittant ſecundis?Et Liuius iij.Decadis lib.vij.Immolaſſe eo die quidam memoriæ prodidere Coſ.Marcellum:& prima hoſtia cæſa, iecur ſine capite inuentum,in ſecunda omnia apparuiſſe,quæ aſſolent.Et v. Decadis lib.j.Cn.Cornelio,& Q. Petilio Coſſ.quo die magiſtratum inierunt , immolantibus Ioui ſingulis bubus,vti ſolet, in ea hoſtia , qua Q. Petilius ſacrificauit , in iocinore caput non inuentum.Id cùm ad ſenatum retuliſſet,boue perlitare iuſſus. Et paulò poſt alter Coſſ.curam adiecit,qui ſe quòd caput iocinori defuiſſet,tribus bubus perlitaſſe negauit. Senatus maioribus hoſtiis vſque ad litationem ſacrificari iuſsit.Húcque etiam ſpectat illud eiuſdem iiij.Decadis.lib.v.in princ.primíſq; hoſtiis

perlitatum eſt. Et quod ſcribit Suetonius in Iulio Cæſare c.lxxxj. Deinde pluribus hoſtiis cæſis cùm litare non poſſet, introiit curiam ſpreta religione. De quo etiam Plin. lib. xj. c. xxxvij. ſcribit non ſemel, ſed bis ipſi Cæſari ſacrificanti cor in extis defuiſſe. Lucius autem Florus, lib. 4. tradit eum centum victimis perlitare non potuiſſe. Suetonius quoque (vt ad eum redeamus) in Auguſto, c. xcv. circa Peruſium ſacrificio non litante, cùm augere hoſtias imperaſſet, &c.

23 ¶Húcque ſpectare videtur illud Virgilij lib. 3. Aeneid.

*Rurſum in ſeceſſu longo, ſub rupe cauata,*
*Arboribus clauſi circum, atque horrentibus vmbris*
*Inſtruimus menſas, ariſque reponimus ignem.*

Quem locum enarrans Seruius, Fit autem (inquit) iteratio hæc ſecundum rationem ſacrorum. Nam diſplicuiſſe prima ex prodigiis iudicatur. Sed & idem in eum locum ipſius Virgilij lib. 8. eiuſdem operis,

*Interea ſacra hæc (quando huc veniſtis amici)*
*Annua, quæ differre nephas, celebrate fauentes.*

*Anniuerſaria ſacrificia. Calendaria.*

Anniuerſaria (inquit) ſacrificia ideo non differuntur, quia nec iterari poſſunt. Nam kalendaria, ſi qua fuerint ratione dilata, poſſunt repeti, nec piaculum eorum intermiſsione committitur. Nec prætermittendum, quod idem Seruius alibi in eundem librum eiuſdem operis enarrans eum locum,

*& cæſa iungebant fœdera porca.*

Scribit in omnibus ſacris fœminini generis, plus valere victimas. Denique ſi per marem litare non poſſunt, ſuccidanea dabatur fœmina. Si autem per fœminam non litaſſent, ſuccidanea adhiberi non poterat.

*Hoſtiæ ſuccidaneæ.*

24 ¶Illud enim ſciendum eſt, has ſecundarias hoſtias ſuccidaneas dici, quaſi ſuccedaneas. E. litera per morem compoſiti vocabuli in I. literam commutata: quoniam ſcilicet ſi primis hoſtiis litatum non eſſet, aliæ poſt alias ductæ cædebantur, quæ quaſi prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccidebantur, vt ſcribit Aulus Gellius lib. 4. Noctium Atticarum c. vj. & Feſtus Pompeius, in verbo, ſuccedanea, & eorum nomine tacito, vt aſſolet, Cælius Rhodiginus lib. 3. Antiquarum lectionum c. vj.

*Lacedæmonij rurſus immolant, donec litent.*

25 ¶Nec apud Romanos tantùm de quibus intelligunt ſuperiores ſcriptores, ſed & apud Lacædemonios quoque id obſeruatum fuiſſe comperimus, vt ſi primis hoſtiis litare non poſſent, rurſus immolabant, donec litarent. quod videre licet ex Plutarcho, teſte quidem locupletiſsimo in vita Ariſtidis.

*Votũ apud Romanos, quando de integro faciendum erat.*

26 ¶Adde quod apud ipſos Romanos, vt ad eos redeamus, ſi quando votum Diis non rite factum eſſet, de integro faciendum erat, vt videre licèt apud Liuium, iij. Deca. libro ij. cuius hæc verba ſunt, Qui inſpectis fatalibus libris retulerunt patribus, quòd eius belli cauſa votum Marti foret, id non rite factum, de integro, atque ampliùs faciendum eſſe. Quin ex eodem autore, Cùm publ. Licinius pontifex ver ſacrum non eſſe recte factum renunciaſſet, collegio primùm, deinde ex autoritate collegij patribus de integro faciendum arbitratu pontificum cenſuerunt, vt videre licet iiij. Decad. lib. iiij. Sed & ex eodem, cùm feriæ Latinæ non rectè factæ fuiſſent, denuo inſtaurabantur. Eius in eam rem verba ex v. Decad. libro primo hæc ſunt, Latinæ feriæ fuere ad diem iij. Non. Maij, in quibus, quia in vna hoſtia magiſtratus Lanuuinus precatus non erat P. R. Quiritum religioni fuit. Id cùm ad Senatum relatum eſſet, Senatúſque ad Pontificum collegium reieciſſet, pontificibus (quia non rectè Latinæ factæ eſſent) inſtauratis Latinis placuit Lanuuinos, quorum opera inſtauratæ eſſent, hoſtias præbere. Et ſimile quippiam tradit ipſe Liuius de ludorum magnorum inſtauratione, prima Decad. lib. ij. Sed hæc omnia ſuperſtitionis magis, quàm veræ religionis eſſe ſemper putaui.

*Fata, atque ſomnia.*

27 ¶Nec interim omiſerim fata (quæ vocant) atque ſomnia vnis, ac primis nuptiis non conſumi, ſi credimus Artemidoro Daldiano lib. ὀνειροκριτικῶν ij. c. xij. Cùm (inquit) Græcè quidem ſed in hũc ſenſum, quiſpiam ſibi puellam deſponſaſſet, ac in ſomniis ſibi viſus fuiſſet ſedere ſuper arietẽ atque ex ipſo ex anteriore parte decidere, quidam ſomniorum interpretes vxor tua (inquit) ſcortabitur, & vt dici ſolet, cornua tibi faciet. Quamobrem is recuſauit diutiùs matrimonium perficere, ſed vix tandem amicorum ſuaſu ſponſam illam ſuam duxit in vxorem, eámque obſeruanter, & anxiè obſeruabat, & illa quidem ſine vlla impudicitiæ macula, anno exacto deceſsit. Verùm ille exiſtimans ſomnij illius præſagium conſumptum eſſe, aliam vxorem duxit, quæ fœminas omnes impudicitia prætergreſſa eſt, atque ita ſomnij fatum impleuit.

*De eadem re*

28 ¶Quæ ſomniorum mentio, meminiſſe me facit cuiuſpiam ſomnij ad hunc quoque locum pertinentis. Aſtyages ille poſtremus Medorum rex ſomniauit, ex genitalibus Mandanes filiæ tũc prægnantis vitem enaſci, quæ omnem occuparet Aſiam, quod ſomniorum interpres affirmauit id portendere, vt proles eius filiæ regnaret: quod ægrè ferens Aſtyages iuſsit puerum, quem filia pareret, interimi. Sed id periculum fato quodam euaſit puer, cui poſtea Cyrus nomen fuit: cúmque crederetur eſſe filius paſtoris, eſsétque iam decennis, atque vnà cum pueris æqualibus luderet, cæteri pueri illum in regem ſibi delegerunt, quibus munus quippiam, aut magiſtratum, vti cæteri reges, demandauit, quòd ſi imperata non feciſſent, multis verberibus afficiebat. De qua re à parẽtibus puerorum querela Aſtyagi delata, is accerſito ad ſe puero & interrogato, cùm nihil mutato vultu reſpõdiſſet, ſe vt regẽ delectũ feciſſe, cùm dicto audientes eſſe noluiſſent: ꝙ cùm Aſtyages ad Magos illos ſomniorũ interpretes retuliſſet, ita rem interpretati ſunt, tãquam Aſtyages eſſet illo ſomnio defunctus,

agitato



agitato iam inter paſtores regno, nec illum iterum regnaturum. Quod tamen poſtea longè aliter euenit. Nam Cyrus Aſtyagem regno priuauit, ídque aſſeruit, illo Hyrcanorum genti præſuppoſito, vti relatum eſt ab Herodoto lib. j. & Iuſtino lib. j.

*Actus inutilis ſcienter factus, nõ admittit iterationem.*

29 ¶Hanc limitationem non iniuſta ratione poſsit quis declarare, vt procedat, niſi ſi quis primum actũ inutilem & prohibitum ſcienter fecerit: neque enim poſtea ad ſuum ipſius commodũ poterit alium actum vtilem facere. Verbi gratia, in caſu d. l. hæc conditio, ff. de condit. & demonſtr. ſi quis illicitas nuptias ſcienter, vt diximus, contraxerit, tunc enim non iuuatur per alias nuptias, vt dicit Bart. in ea ipſa l. hæc conditio, per l. matrimonij, ff. qui & à quib. imò puniri debet ob primas illas nuptias. l. qui contra, & ibi not. C. de ſecund. nupt. Neque enim æquitas qua innititur ea lex, iuuare poteſt, nec debet delinquentem. & ſequitur Bened. Plumb. in d. l. matrimonij, & Imo. in d. l. hæc conditio, addens & hanc rationem, ne ſit melioris conditionis delinquens, quàm non delinquens, contra l. non ſolùm, ff. de noxal. & c. eum qui, de præbend. lib. vj. niſi (inquit Bar. vt ad eum redeamus) ſi ſecundò contraxerit, & quidem licitè, cum eadem cum qua primùm illicitè contraxerat, tunc enim confirmatur, dicitúrque idem matrimonium, l. dotis promiſsio, ff. de iure dot. & facit (inquit) l. inter ſocerum, §. vlt. ff. de pact. dotal.

*Quis repugnet.*

30 ¶Verùm Raph. Com. in d. l. hæc conditio, dicit ſibi non placere dictum Bart. quod innititur d. l. matrimonij, ff. qui & à quib. quia ea lex nõ negat, quin poſtea poſsit manumittere, vt eam ducat, ſed vi primæ manumiſsionis non efficitur libera, quia ſecundum nõ fuit cauſa manumiſsionis. Cui ſtatim occurrens Soci. dicit ibi non probari, quod dicit Raph. & potiùs præſumendũ eſſe, manumiſsionem fuiſſe factam in caſu quo eſſet valida, nõ autem inualida & prohibita, arg. l. quoties, ff. de reb. dub. & l. meritò, ff. pro ſoc. Niſi inquit, diceremus ſequendo Raph. actum ſequentem matrimonij, oſtendere cuiuſmodi fuerit voluntas in præcedenti manumiſsione, arg. l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de leg. j.

*Comprobatio prioris.*

31 ¶Porrò illam Bart. ſententiam confirmat, quòd aliàs cùm is qui primum actum fecit inutiliter, in culpa fuit, non poteſt illum poſtea iterare, vt reſpondit Bald. loquens de inutili acceptatione beneficij, conſ. ccxxviij. per ſanctiſsimum, lib. iiij. per l. j. §. quæſitum. ff. quand. de pecul. act. eſt annal. & alia iura ibi allegata. Cui adde & text. id bene probantem in c. commiſſa, & ibi Petr. Anch. col. j. in v. no. de elect. lib. vj.

*Eligẽs indignũ ſcienter, amittit eligendi facultatem.*

32 ¶Nam qui ſcienter eligunt, vel poſtulant indignum, amittunt facultatem iterum eligẽdi. c. gratum, de poſtula. præla. & c. bonæ, le ij. & c. cùm in cũctis, §. vlt. & c. innotuit, & cap. cùm Vintonienſis, §. vlt. ſcriptum, de electio. & c. quanqaum, & c. ſi electio, ſuprà allegato, in verbis, occultum eius vitium, & ibi gl. in verbo, occultum, & c. ſi compromiſſarius, verſi. ſi verò eligat, eo. tit. lib. vj. cum aliis infinitis ſimil. & nemo dubitat in electionibus, quæ fiunt à perſonis eccleſiaſticis.

*Et quid in laicis.*

33 ¶Sed an id procedat in iis quæ fiunt à laicis, dubitat Bart. in l. cùm quidã ita fideicommiſſum, col. j. verſic. quid in electionibus, ff. de leg. ij. At Imo. in d. l. ſerui electione, in fi. princ. dicit fortè aliter dicendũ in illis, cùm in pœnis fieri non debeat extenſio. c. cùm in pœnis, de regu. iur. in vj. Et ideo (inquit) in ſimili in c. cùm vos, de offic. ordinar. patronus laicus, qui ſcienter præſentauit indignum, non priuatur poteſtate præſentandi, quod monet menti eſſe tenendum.

*Qui contrarium teneant.*

34 ¶Verùm contra eam ſententiam eſt tex. in §. ſi quis autem oratorij, in auth. de ſanct. epiſco. vbi hoc caſu deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem, quem tex. citat gl. in d. c. cùm vos, in verbo, minus idoneè, in fi. & alius tex. in d. l. cum quidam, & ibi gl. in verbo, qui offenderint, in prin. & ipſe Imo. qui & hoc nuncupatim tangit, col. j. verſi. item not. quod vbi, ff. de leg. ij. & ſentiunt omnes vbique, dum tractant an eligentes poſsint variare, & alterum aligere, tenent indiſtinctè non poſſe, ſi ſcienter indignum elegerint, & inter cæteros Alber. poſt Petr. in l. j. col. vlt. verſi. & quantùm ad præſens, ff. ſi quis in ius vocat. & in l. eum qui certatum, col. vlt. ff. de verb. oblig. vbi allegat d. §. ſi quis autem oratorij, Bar. & cæteri pręter Imo. vt iam diximus, in d. l. ſerui electione, ff. de leg. j. vbi hoc Fran. Aret. expreſſim tractat. Quanquam & ipſe Imo. in d. l. cum quidam. poſtquam tenuit hanc poſtremã opin. vt dictum eſt ſuprà, tamen poſtea, in verſi. in gl. non offenderint, videtur nutare, quia ille tex. in d. §. ſi quis autem oratorij, loquitur in pia cauſa, quam non licet (dicit) extendere ad alias cauſas non pias.

*De eadem re.*

35 ¶Denique ſi quis etiam aliter quàm eligendo, indignum ſciẽter male elegerit, vt d. l. ſerui electione, voluerunt Bart. & Bald. vterque col. j. & Alb. col. ij. verſi. ſi verò tenuit. ff. de leg. j. Petr. Anch. in d. c. ſi compromiſſarius, col. ij. ver. vltimò quia text. dicit, & omnes prope, per l. iij. in fi. cum l. ſeq. ff. de opt. leg. Super quo tamen Fran. Aret. in d. l. ſerui electione, col. 2. verſ. tertiò adde inquantum, dicit conſiderandum eſſe, an electio ita ſit nulla, vt nullum pariat effectum, & tunc indiſtinctè poſsit eligẽs variare, d. l. ij. §. j. ff. de opti. lega. vbi ſimpliciter dicitur, quòd qui eligit rem alienam, vel hominẽ, poteſt iterum eligere: nec diſtinguit an ſcienter elegerit, nécne, vt diſtinguitur in l. iij. vt mox dicemus. An verò electio rei quæ eligi non potuit, fuit valida, & tunc quia electio habuit effectum, non poteſt iterum eligere, d. l. iij. & l. iiij. eo. tit. nam in d. l. iij. electio quæ facta eſt de aceto non valebat, quia erat legata optio vini, & non aceti: ſi tamen ſcienter legatarius eligat acetum, & hæres conſentiat electioni tacitè vel expreſsè, non poterit legatarius variare, quia aliud pro alio volente creditore ſolui poteſt, l. ij. §. appellata, ff. ſi cert. petat. In d. autem l. iiij. valuit electio, licèt omnes res non fuerint exhibitæ, quia legatarius ſcienter poteſt renunciare iuri ſuo, & ideo ibi diſtinguitur ignorans à ſciente. Et ex his (inquit Aret.) verificatur ſing. doctrina Ioan. Monachi Archid. & Ioan. And. in c. ne captandæ, de conceſ. præb. lib. vj. de qua dicemus infrà in xx. limit. vbi videre poteris.

*Eligens ſcienter uiã incompetentem, ſibi præiudicat.*

36 ¶Et ad ſuperiora quoque facit, qui ſcienter ſibi elegerit viam incompetentem, ſibi ita præiudicat, vt variare ei non liceat, per l.Paulus, ff.de bon.libert.& l.eum qui.& l.contra maiores, C. de inoffic. teſtam.& voluit Alber.poſt Iac.Butrig.in l.cùm indebitum, §. j. de condict.indeb. Et idem dicitur de eo qui ſcienter accipit fideiuſſores non idoneos.vt l.ſi ab arbitrio, §.j.ff.qui ſatiſd.cogant. & l.iiij. ff.de fideiuſſor.

*Sermo ſimpliciter prolatus quomodo intelligendus.*

37 ¶Sed & ſecundò hanc limitationem declara, vt ſcilicet ſermo ſimpliciter prolatus intelligatur de primo actu valido, cùm ad ius ſit relatio. Si autem fiat ad merum factum, intelligitur de primo actu qualitercunque conſummato, etiam inualido, per l.fideicommiſſa, §.ſi quis decem, ff. de lega. iij. Ita enim voluit Bal.in l.qui per ſalutem, in prin.ff.de iureiur. Et ad hoc pertinent iura quæ dicunt, ſufficere conditionem fuiſſe completam de facto, etiam ſi non duret, aut nullum effectum ſortiatur. l. mulier, §.ſi quis hæreditarium, aliàs, & ibi Bart.ff.de cond.inſtit.& l.Mæuius, in prin.& ibi Bart.ff.de condi.& demon.& l.quidam cùm filium, ff.de verb.oblig. De quo tu omnino videas Bald.in rub.C. de inſtit.& ſubſtit.in fi.& in l.j.col.v.verſic.quæro nunquid ſufficiat, C.de his quæ pœnæ nomi.

*Primus actus inualidus, an cõſumat diſpoſitionẽ, & quãdo.*

38 ¶Declara item tertiò, vt per primum actum inualidum non conſumatur diſpoſitio, quando tractamus de iure quæſito conſeruando, per d.l.qui per ſalutem, ff.de iureiur. At cùm quærimus de nouo iure quærendo, primus actus etiam inualidus conſumit diſpoſitionem, vt videre licet ex d. l. matrimonij cauſa, ff.qui & à quib.vbi quærebatur de libertate acquirenda. Et ita nuncupatim voluit Iac. Butrig.in d.l.qui per ſalutem, & ibi Alberic.circa medium, & Bart.in ſecunda oppoſit.Ang.Salyc.in vlt.oppo.& Iaſon in fi.& Bened.Plumb.in d.l.matrimonij, ff.qui à quib.Soc.in d.l.hæc conditio filię, col.vlt.in fi.ff.de condit.& demonſt.vbi tamen dicit facere contra poſterius membrum text. in d. l. hæc conditio, vbi tractatur de iure quærendo, & tamẽ diſpoſitio non conſumitur per primũ actum inualidum. Niſi (inquit) dicamus, quòd id ibi procedit ex benignitate, in vltimis voluntatibus, & relinquit cogitandum. Sed & tu vide quæ dicam infrà in xiij.limita.& in xxiij.

*De eadem re.*

39 ¶Illud autem ſcio ſemper, aliàs ius quæſitum facilius conſeruari, quàm ius nouum acquiri, vt videre licet ex multis in eam rem collectis à Barba.conſi.iij.ſcribitur pulchrè, col.iij.verſi.nec obſt.cùm dicebatur, & iterum, col.v.verſic.item do.Anto.ibi, lib.j.& conſi.viij.ſcribitur præclarè, col.v. verſic.& mirum eſt, eo.lib.j.& conſi.xx.ſcribitur apud prophetam, col.2.verſi.& eſt diligenter, eo.lib.1.& con. xl.præclarè ſcribitur ſapientiæ, col.v.verſic.& ideo tollitur, eo.lib.1.& latiùs conſi.xlj. illud afferam, col.7.verſ.facit quod pulchrè, & iterum, col.xvj.verſi.item eſt ponderandum, eod.lib.1.& conſi.xix. præclarè ſcribitur primo, col.vlt.lib.2.& conſi.xxxiiij.præclarè optimus, col.vlt.lib.2.& conſil. lix.illud id modum, col.7.verſi.capio modò aliam, eo lib.2.& conſi.xiij.à Ioue principium, col.vj. verſic. præterea faciat lib.3.& conſi.xix.vbi Chriſtus, col.7.verſi.iſtud non facit, eo.lib.3.& conſ.xxj.à Ioue principium col.v.verſi.ad ſecundum dubium, eod lib.3.& conſ.lxij.illud afferam, col.ij.verſic. tertio erat eccleſia, eo.lib.3.& conſi.lxvj.illud in medium, col.vlt.eod.lib.3.Felyn. in c.quæ in eccleſiarum, col.xix.verſ.& iſta conſideratio, de conſtit.& Iaſon conſ.ccxxxvj.an rex Romanorum, col. iij.verſi. cùm ego imperator, & ſeq.lib.2.& Phil.Dec.in l.ſeruus, circa medium, verſi.tertiò regula procedat, C.de pact.& conſi.cclxix.conſultus, col.iiij.verſ.& hoc præſertim. & à nobis latiſsimè in commentariis conſuetudinum Pictonicarum tit.ij.§.vlt.in gloſſ.iiij.vt interim omittam quæ & nos de hac re ſcripſimus in commentariis l.ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num.2.edition.clxxx.ſed hoc tamen, C.de reuoc.donat.& in noſtris legibus connubialibus gloſ.v.vltimæ editionis, in verbo, contractus, num.31.illud igitur.

*Actus inutilis, quando iterari poßit.*

40 ¶Declara quartò, vt procedat in eo, qui iure ſuo aliquid facit: nam ſi inutiliter facit, poteſt iterum facere: ſecus ſi iure alieno, ſiue tanquam miniſter alterius, vt videmus in iudice ordinario, qui ſi inutiliter iudicauit, poteſt iterum iudicare vtiliter, non etiam iudex delegatus, vt not.in l.iudex poſteaquàm.& ibi gl.& doctor.ff.de re iudic.& in l.ſi vt proponis la j.& ibi Bal.col.iij.verſi.ſecundò oppo. & verſi.item iuriſdictio, C.quomo.& quand.iud.& in l.qualem, in fi.ff.de arbit.& in l.abſentem, ff.de pœnis.& in c.cum terra, de elect.& in c.ſignificaſti, de offic. iud. deleg. & per Innoc. in c.in literis. col.j.& ibi quoque Ioan.And.in verbo, fructus, eo.tit.Ioan.Mona.in c.cum expediat, col.j.verſi. item qui facit, de elect.lib.6.& in c.ſi tibi, ad fin.de præb.lib.6.& doct.vbique.

*Delegatus cum inutiliter iudicauit quando poßit iterũ iudicare.*

41 ¶Sed quod dictum eſt de iudice delegato, vt etiam ſi inutiliter iudicârit, non poſsit iterum iudicare, intelligit Innoc.vti illum nonnulli citant, in c.j.de re iudic.procedere, ſi ipſe iudex delegatus malè iudicauerit per errorem iuris, ſecus autem ſi per errorem facti, vt quia credebat reum fuiſſe citatum, qui tamen non erat citatus, tunc etiam poterit denuo iudicare: vel ſi delegatus prouidet alicui de præbenda, quam credebat vacantem, putans mortuum eum qui tenebat eam, cum viueret non impeditur prouidere de alia verè vacante, arg.l.errore.C.de iur.& fact.ignor. Et id ſequitur Bart.in d.l.iudex poſteaquam, in j.oppo.ff.de re iudic.& Petr.Anch.in clem.j. col. ij. venio ad quæſtionem, eod.tit.vbi & idem dicit autoritate Hoſt.ſi probabili errore iuris perperam iudicauit.& Pau.Caſt.in l.cùm quærebatur, ante medium, ff.eo.tit.vbi id dicit elegans dictum.

*Qui contrariũ teneant.*

42 ¶Sed hanc diſtinctionem reprobat Bald.in d.l.ſi vt proponis, la j.col.iij.verſic. opponitur & videtur, C.quomodo & quand. iud. dicens eam nullo iure probari, nam iudex non tractat de damno, vel incommodo, de quo loquuntur leges facientes diſcrimen inter errorem iuris, vel facti, neq; etiam ſua intereſt conſumere mandatum, item (vt ſubdit) illa diſtinctio, eſt cõtra caſum d.l.ſi vt proponis, in qua iudex fuerat circumuentus in facto, habito reſpectu ad continuationem, & tamen ibi expirat iuriſdictio



iuriſdictio. Sed & illam diſtinctionẽ reprobat Imo.in d.l.iudex poſteaquam, col.iiij. verſ.fallit etiam quarto, & ibi Alex.col.iij.in iiij.fal. Nec Innoc.inquit, in d.c.loquitur in ſententia, ſed in facto aliquo extraiudiciali, in quo ſiue erretur in facto ſiue in iure, poteſt ille actus ſi non fuerit ſortitus effectũ, iterari, de quo nos poſtea dicemus in hac ead.limit.nu.47.incip.ſed aliter.Hoſt.autem & Ioa. And. in d.c.j.vterque in verbo, ipſo iure, ita de ea re loquuntur, vt ſiue delegatus erret in facto, ſiue in iure, poſsit actum extraiudicialem nulliter factum iterare. Sed tu hìc omnino vide quæ dicam infrà in xxj.limita.vbi & de hac re quoque loquar.

*Eligens iure proprio, iterat.*

43 ¶Similiter qui poteſt eligere iure proprio, ſi elegerit inutiliter, poterit denuo eligere, niſi ſcienter indignum elegerit, c.ſi cõpromiſſarius, de elect.li. vj.iũcto c.vt circa, eo.tit.& li. Secus in eo qui habet eam facultatem, non iure proprio, ſed ex poteſtate ei ab alio tributa, vt probat tex.in d.c.ſi compromiſſarius.& voluit Bar.in l.ij.ff.de opt.leg.& in l.ſerui electione, in princ.& ibi latè Imo.Fran.Aret. Alex.qui alios adducit & Iaſon, ff.de lega.j.Ioan.Monach.vbi ſuprà.Ioan.And.in c.gratia, ad fi. de reſcript.lib.vj.Alb.in d.l.qui per ſalutem, & ibi Paul.Caſt.circa medium, & Iaſ.in ſecundo not. & gl. Hoſt.Card.Florent.Anto.Imo.& Panor.in c.ſi electio, extrà de elect. quos tibi adduximus alibi ſuprà in princ.

*De eadem re.*

44 ¶Et ad hæc quoque vide Cyn.in l.vlt.col.ij.verſ.ſeptimò quæro, & ibi Bald.col.iiij.in iiij.q. & Salic. col.vlt.verſ.quæro octauo, C.de contrah.empt.Bart.in d.l.ij.§.j.ff.de opt.leg.Albe.in l.ſerui electione.col.ij.verſ.ſi verò alieno, & ibi quoque Bald.col.j.Imo.col.ij.Alex.col.vlt.Iaſon.col.ij.verſ.intellige iſtam concluſionem, ff.de leg.j.eundem Alb.in l.j.col.vlt.verſi. & quantum ad præſens, ff. ſi quis in ius vocat.non ierit, & in l.qui per ſalutem, circa medium, & ibi item Bald. etiam circa medium, ff.de iureiur.Ioan.And.in c.gratia, ad fi.de reſcript.lib.vj.Cardin. Flor.in c. cauſam, in iij. oppoſit.j. quæſt.& ibi Imo.in gl.vlt.de elect.Petr.Anch.in c.ſi compromiſſarius, col.ij.verſ. vltimò quia text. dicit, & ibi Dominic.de elect.lib.vj.& in d.c.gratia col.vlt.in fi.& ibi Philip.Franc.col.ij.nu.9. de reſcript.lib.vj Franc.Aret.conſi.xvj.præſupponitur in facto, col.vlt.in ij.dub.

*Contrarium eius quod ſuprà.*

45 ¶Verùm contra huiuſmodi diſtinctionem videtur eſſe caſus expreſſus in l.ij.ad fi.ff.de vaca.& excuſat.muner.quem text.in id ponderat Bart.in princ.quòd quando electus excuſatur, vel remouetur electio alterius, loco ipſius deuoluitur ad præſidem remouẽtem vel excuſantem, licèt ea electio primùm pertineret ad ipſos eligentes, per l.j.§.ſolent.ff.quando appel.ſit, & l.ij.ff.ad municip. & ſic non poſſunt decuriones iterum eligere, quamuis iure proprio id ad eos pertineret, quod (inquit) eſt contra l.ij.ff.de optio.leg. Sed vt ſubdit, ille electus fuerat per ipſum præſidem. Verùm hæc diuinatio eſt, vt ſcribit Franc.Aret.in d.l.ſerui electione, col.ij.verſ.extra gl.tractat, ff.de leg.j.ideo aliter vt ſubdit, dici poſſe, ſcilicet quòd ſi ſuperior ex officio, non via ordinaria appellationis remouet electũ, poteſt ex officio ſubrogare alium, vt euitetur circuitus, ſicut dicitur in clemen.auditor, de reſcript In aliis autem caſibus procedat d.diſtinct.& hæc eſt (inquit) ſingularis limitatio ad prædicta.

*Iure proprio facere, aut alieno.*

46 ¶Quando autem quis dicitur aliquid facere iure proprio aut alieno, ne tu lector ignores, id diſces ex Bart.in d.l.ij.§.j.col.ij.verſ.ſed iuxta prædicta, & iterum verſ.quæro qualiter ff.de optio.leg.Car. Flor.in d.c.cauſam, vbi ſuprà citauimus, de electio.Petr.Anch.in d.c.ſi compromiſſarius, col.ij. verſ. ſed iuxta prædicta, eo.tit.lib.vj.

*Iure alieno faciens, ut non reiteret, quando procedat.*

47 ¶Sed & aliter poteris limitare, vt qui eligit vel quicquam facit iure alieno, non poſsit iterum facere, etiam ſi inutiliter primum fecit, vt procedat in iudicialibus.per d.l.ſi vt proponis, & l.ſi pręſes, C. quom.& quan.iud.nam is ſtatim deſinit eſſe iudex.l.qualem, in fi.ff.de arb. At in actibus extraiudicialibus: ſiue ille qui fecit ſit ordinarius: ſiue delegatus, ſi non tenet quod fecit, vel ſi non benè fecit, vel aliàs effectum non habuit de iure, tũc illud poterit iterum rectè facere. Et de ordinario quidem conſtat, ex c.cùm in terra, de elect. Et de delegato ex c.ſignificaſti, de offic.deleg. Et videtur hęc diſtinctio probari in d.l.qualem, §.vlt.ff.de arbit.& in c.prælatum, de præb. vt à nonnullis citatur.

*De eadem re.*

48 ¶Et hæc quidem eſt Innoc.ſententia in c.in literis, ante medium, de offic.deleg. quem ibi ſequuntur Hoſt.Io.And.Bald.paulò poſt medium, Card.Floren.in iij.quęſtio.Ant.col.ij.verſ.ad ſecundum Imo.col.ij.verſ.ad ſecundum, qui dicit menti tenẽdum.Felin.col.iij.verſ.octaua limitatio.ipſi Hoſt. & Ioan.And.clanculum.in c.j.in verbo, ipſo iure, de re iudi.Compoſt.propè ad verbum, in c. capitulum, col.xix.verſ.item quid ſi collatio, de reſcript.Oldr.conſ.ccxcv.orta materia, col.ij.verſ. ad id quod dicitur.Alb.in l.iudex poſteaquam, in princ.& ibi Imol.col.iiij verſ.fallit quarto, ff.de re iudi. Bald.in l.qui per ſalutem, ante medium, ff.de iureiur.& in l.vlt.col.vlt.verſ.quartò quæritur, C. de eden.vbi tamen pulchrè declarat, vt ibi videre poteris.& in d.l.ſi vt proponis col.iij.verſ.& hæc faciunt, & ibi Ang.ad fi.C.quomod.& quan.iud.idem Bald.in l.vlt.col.iiij.in iiij.quæſtio.& ibi Salyc. in viij.quæſtio.C.de contrah.empt.& Fran.Aret.in d.l.ſerui electione, in princ.col. vlt. verſ. quartò adde, ff.de legat.j.vbi tamen id dicit communiter intelligi, ſecundum ea quæ dicam infrà in vj. limit.nu.10.incip.huc item ſpectat.

*Ius primariũ & ius deuolutum, quid operentur.*

49 ¶Declara quintò in diſpoſitionibus ſiue prouiſionibus competentibus iure primo ſiue primario ac proprio (quod aliter accipio quàm in præcedenti declaratione, vt intelliges ex his quæ nunc ſubiiciam) Secus ſi iure deuoluto, verbi gratia in caſu.c.ſi electio, de electio. lib.vj.de quo diximus ſuprà in eadem limita.nu.4.incip.& alius item tex. Si electio primùm facta à canonicis non ſortita eſt effectum, quia electus diſſentit, vel renunciat, vel moritur, poterunt primi eligentes iterum eligere. Quòd ſi ſuperior iure deuoluto elegit, & electus diſſentit, vel renunciat, vel moritur, non poterit

iterum eligere.ſed ad canonicos redit electio,vt voluit gl.in d.c.ſi electio,in verbo, integrum, per id quod voluerunt gl.Tancre.& Hoſti.in c.ne pro defectu,extra, de elect. negligentes eſſe priuatos tantùm ea prima electione, quæ occurrit.Et eam gl.in d.c.ſi electio,ſequitur Pe.Anc.ibi in iiij.not.& Domi.col.vlt.verſ.in ea glo.ibi & intellige.

*Ius commune & ius ſpeciale.*

50 ¶Declara ſextò vt procedat,cùm quis exercet actum ſibi de iure cõmuni competentẽ, tunc enim ſi inutiliter exercuerit,poterit denuo exercere:ſecus ſi iure ſpeciali.Ita enim voluerũt And.& Guil. Cu.in d.l.qui per ſalutem,& ibi poſt eos Alb.ante fi.Nam vt hic dicit, faciliùs tollitur ius ſpeciale, quàm ius commune,§.quia verò veriſimile,in auth.de non alien.Cui adde & aliũ tex. in l. eius militis,§.j.& ibi glo.in verbo,quocunque modo,Bart.Bald.& Ang.ff.de milit.teſta.cum aliis concor.à me traditis in tracta.ceſſante cauſa ceſſat effectus,limit.xj.nu.4.nam vt dicit.

*Forma,& materia.*

51 ¶Declara ſeptimò cùm actus primus nullus eſt & inutilis ob omiſſam formam vel ſolennitatem, tunc enim is iterari poterit, ſecus autem ſi peccatum ſit in materia tunc enim ampliùs iterari non poterit.Ad quod citari ſolet à pleriſque,quos mox ſubiiciam,tex.in l.quid tamen & l.ſi de pluribus, ff.de arbitr.vbi ſi ab arbitro non fuerit ſeruata forma mandati,non expirat mandatum quin poſsit iterum arbitrari.Quod & ſeruandum eſt in iudice delegato,arg.l.non diſtinguimus,§.de officio,eo. tit.iuncto c.cùm olim abbas,de offi.deleg.& l.à diuo Pio,in princ.ff.de re iudi.Nam eadem eſt , vt inquiunt plurimi,in vtroque ratio.

*De eadem re.*

52 ¶Et ita quidem voluerunt Iac.Ra.& Oldr.in l.iudex poſteaquam,& ibi Angel.in fi.Imo.col.3.verſi. fallit tertiò,Pau.Ca.in prin.Alex.col.iij.verſ.tertiò fallit,ff.de re iudi.ipſe Oldr.conſ.ccxcv.orta materia quæſtionis,col.ij.verſ.ad id quod dicitur.Cy.in l.ſi accuſatoribus, in ij. oppoſit. & ibi quoque Iacob.Butrig.& Salyc.ad fi.C.de accuſat.idem Cy.poſt Pet.in l.vlt.in vij.quæſt. & ibi Salyc. in. viij. q.C.de contrah.empt.& ipſe.Cy.in l.ſi vt proponis la j.in j.oppoſi. & ibi ipſe Iacob. Butri. & Bald. col.iij.verſ.opponitur & videtur,& Saly.C.quomod.& quand.iud.Alber.poſt Pet. à bella perti.in l.j. col. vlt. verſ.& in quantum ad præſens,ff.ſi quis in ius vocat.non ier.& in l.ſerui electione, in princ. col.j.verſ.ſed pone quòd collata,& ibi quoque Bart.col.j.Bal.col.ij.poſt alios, Imo. col. ij. & Alex. col.vlt.Iacob.Aret.alius Iac.Rauen.& Oldr.in l.iudex,poſtea quàm,& ibi, & iterum paulò Alber. poſt medium.Ang.in fi.Imol.col.iiij.verſ.fallit tertiò,ff.de re iudic.Bart. in l.in propoſita, quam legit cum l.ſi ſocietatem,§.arbitrorum,col.ij.verſ.quæro ſi iniquè,& ibi Alber.in fi.ff.pro ſocio, & in l.qui arbiter,ff.de arbitr.& in l.qui per ſalutem,circa med.& ibi Paul.Caſt.poſt medium, ff. de iureiur.& idem Bal.in c.in literis,circa med.de offi.deleg.vbi id dicit eſſe notandum. Cardi. Florent.& Imo.in c.cauſam,ille col.2.in j.oppoſit.j.q.& iterum in iij.oppoſi.eiuſdem quæſt. hic ſuper gloſ. vlt. ext.de electio.Pet.Anc.qui & hoc dicit procedere etiam in eo qui ſcienter malè elegit,in c.ſi compromiſſarius,col.ij.verſ.item quod dixi,de elect.lib. 6. quod eſt notandum ad ea quæ dixi ſuprà in ead.limit.nu.35.denique ſi quis etiam.& Paul.Ca.in l.cùm quærebatur,poſt princ.ff. de re iud. Imo. in l.ſi expreſſim,col.xj.verſ.& hęc procedunt,& iterum verſ.ſed iuxta prædicta,ff.de appel. & Pan. in d.c.in literis,col.ij.verſ.ego putarem,& ibi Fely.col.j.verſ.tertiò fallit,de offic.deleg.& ipſe Pan in c.qualiter.le j.col.ij.verſi.aut non tranſiuit,de accuſ.

*Qui teneāt cõtrarium in iudice.*

53 ¶Sunt tamen qui tenent contrarium in iudice,per d.l.ſi vt proponis, & d. c. in literis, nec ad eum trahi debere d.l.quid tamen,loquentem de arbitro,& inter hos Ioa.And.in d.c.qualiter & quando, le j.& ibi Cald.& Ant.de accuſ.& Imo.ſibi contrarius in eo ipſo c.in literis,de offi.deleg. Sed Alex. in d.l.iudex,col.3.in iij.fallent.dicit,eandem eſſe vtriuſque rationem & arbitri & iudicis delegati,vt ſuprà diximus,& in propoſito videnda eſſe quæ no.Bart.in l.ij.ff.de opti.leg.& per Ray. & alios in l.ſerui electione,ff.de lega.j.

*Actus inutilis ex defectu formæ, quomodo reiteretur.*

54 ¶Sed quicquid ſit de ea re , tamen ſi ex defectu formæ vel ſolennitatis ij qui actum eum fecerunt, ſunt ipſo iure priuati poteſtate eiuſdem actus faciendi,non eum poterunt iterum facere.Licèt ſecùs ſi ſunt tantùm priuandi,per c.cùm terra,in fi.de electi.quod loquitur de actu eligendi,idque ad hoc dicit no.Rom.conſ.cccclxxxiij.dubitabatur primo,col.iij.verſ.ſecundò ſi quis dixerit,vbi & id dicit voluiſſe doct.in c.publicato,eo.tit.licèt illum text.non allegant,& nos quoque diximus in d.l. ſi vnquam,vbi ſuprà,nu.380.incip.quadrageſimum quod præcedenti.Et vide Hoſti.in c.j.col.j.in verbo, ipſo iure.de re iudica.

*Actus nullus ipſo iure, iteratur, ſecus ope exceptionis.*

55 ¶Declara octauò,vt ſcilicet is qui actum fecit nullum,poſsit iterum & eum ipſum validum facere, vt procedat ſi nullum eſt ipſo iure,ſecus ſi ope exceptionis,vel officio iudicis eſt emendandũ,tunc enim non poterit eundem iterare,vt voluit Bal.loquens in iudice,qui nulliter iudicauit,in l.vlt.col. j.in 4.q.C.de contrah.empt.per no.in l.in propoſita,ff.pro ſoc.& ante eum Dy. prout allegant Alb. in l.ſerui electione,col.j.ff.de leg.j.& Cy.in d.l.vlt.col.ij.in vij.q.C.de contrah.empt. vbi tamen dicit id non placere Pet.à Bella pertica.Et idẽ voluerunt alij,quos tibi citaui in d.l.ſi vnquã,in verbo, reuertatur,nu.374.incip.trigeſimumſeptimum,cùm non tenet.Ex quibus etiã intelliges, ita id procedere,vt etiam iudex poſsit ferre ſententiam contrariam priori ſuæ ſententiæ quæ ipſo iure nulla erat,per l.j.C.de ſent.quæ ſine cert.quanti.licèt aliàs facere non poſſet,l.j.C.quan.prouo.non eſt neceſ.vbi id annotat Salyc.col.ij.in x.opp.& Fel.in c.inter monaſterium,ante fi.de re iud.

*De eadem re.*

56 ¶Simile autem eſt quòd publicato ſcrutinio electores poterunt variare,& iterum eligere, ſi electio eſt ipſo iure nulla,ſecus ſi non eſſet nulla ipſo iure,ſed poterat annullari,quia tunc variare non poterunt,vt voluit Inno.in d.c.publicato,in prin.& ibi quoque Hoſti.col.ij.in verbo,nequeũt, & Bal. col.



col.pen.verſ.quæro dicitur hîc,& Pan.col.vlt,verſ.vlterius quæro,& penè omnes de elec. cum aliis multis concor.quæ & nos congeſsimus in d.l.ſi vnquam vbi ſuprà,nu.375.incip. triceſimum octauũ quod eſt,vbi etiam videbis nu.ſeq.quomodo id intelligendum eſt.

SECVNDA LIMITATIO.

*Simplex ſermo prolatus in materia quæ ex cõſuetudine regionis iterationẽ requirit.*

1 ¶Secundo Limitat Fely.in d.c.ij.col.iij.verſ.fallit ſecundò,de treug.& pac.non procedere hanc noſtram regulam,vbi ſimplex ſermo profertur in materia,quæ ex conſuetudine regionis requirit iterationem,per id quod dicit Bal.in l.j.col.ij.verſ.pone quòd teſtator,C. de fideicom. quòd ſi teſtator iuſsit hæredem veſtire vxorem viduam,certè id intelligitur,dum in viduitate permanſerit,ex qualitate perſonæ,l.plenum,§.equitij,ff. de vſufru. & habita. nec ſufficit quòd det vnum veſtimentum pro rata vita ipſius viduæ,ſed quolibet anno,quia de more eſt vt veſtes quolibet anno renouentur, & talis eſt communis conſuetudo teſtatorum,arg.illius l.j.Hæc ille.

*De eadem re.*

2 ¶Quem vt id addas Fely.nũcupatim ſequitur,Ro.ſing.ccxcj.incip.legauit viduæ maritus. & Alex. qui id dicit valde ſignandũ,quia ſæpe accidit in facto,in d.l.diuortio,§.quod in anno,quẽ legit cum præced.immediatè.§.ob donationes,col.pen.verſ.ſecundo limita,& ibi quoque Iaſ.col. item penul. verſ.vndecimo facit illud,ff.ſol.matrim.& idem Iaſ.in d.l.in duobus.§.ſi ei qui,col.ij.in viij.ſimili, ff. de iureiur.& Catel.Cot.qui hoc dicit ſing.in memor.incip.legatum quod vxor,& Alcia. in hoc noſtro §.hoc ſermone.

*De eadem re.*

3 ¶Sed aduerte lector,quòd in hac Bal.ſpecie tria concurrunt,propter quę id videtur procedere:primùm qualitas perſonæ ſiue ſubiecta materia,deinde mos regionis,poſtremò teſtatorum conſuetudo,quæ omnia ponderat Bal.in d.l.j.vt non mirum ſit,ſi tot concurrentibus ea ſententia procedat: nam & in fortiori caſu Ant.conſ.xxx.caſus,Titius quidam teſtator,in j.dubio , ex facto reſpondit, quòd ſi pater habitationem domus,filiæ,cùm vidua erit,reliquerit,ea ſi tertiò & quartò vidua fiat, legatum conſequetur ex ſubiecto ſcilicet argumento, nempe cum hæc verba ſint generalia , & ad rem ex ſuapte natura reiterabilem referantur,per l.ſi ita ſtipulatus fuero à Seio , ff.de fideiuſſo. & alia quæ ibi allegat,& ſequitur etiam Alci. in hoc §. hoc ſermone.Et vide quæ dicam infrà in xv. limit.nu.1.& 2.ſed & huc accedit.

TERTIA LIMITATIO.

*Materia fauorabilis,iterationem inducit.*

1 ¶Tertio Limitat Fely.non procedere in materia fauorabili & quæ benignam interpretationem recipit,qua in re non ſequar ordinem ipſius Fely.ſed primùm pro hac limitatione tibi citabo tex.in l. hæc conditio filiæ,ad fi.in verbis,benignè tamen dicendum eſt,ff.de condi.& demonſt. quem tex. in id ponderat Franc.Aret.in l.ſerui electione,in fi.princ.ff.de legat.j.vt in illo caſu actus reiteretur ex benignitate,fauore vltimæ voluntatis:& ſic,inquit,regulariter eſſet oppoſitum , niſi eſſet tantus fauor.ſuper quo vide quæ dicam infrà in xviij.limit.

*Poſthumus inſtitutus,de quo intelligatur.*

2 ¶Sed in hanc ſentẽtiam eſt text.in l.placet, cum ſeq.ff.de liber.& poſthum.vbi ſi quis inſtituit poſthumum hæredem,non vtique is ſolus inſtitutus videtur,qui ex ea quam habet vxore, ei primùm natus eſt,vel is qui tunc in vtero eſt:verùm & is quoque qui poſtea ex quacunque vxore naſcetur, quod gl.ibi dicit mirabile,propter fauorem inſtitutionis,& teſtamenti conſeruandi:aliàs autem ſecus eſſet per hunc noſtrum §.hoc ſermone. Ex quo intelligis ex ſententia illius glo. non eſſe locum huic noſtræ regulæ in fauorabilibus.Et eam gl.ſequuntur reſpectu fauoris teſtamenti Bald. Alberi. Raph.Comen.Pau.Caſt.poſt medium,ipſe Alex.col.ij.verſ.nec obſtat,d.§.hoc ſermone.& idẽ Bar. in l.ſi ita,ff.de aur.& arg.leg.idem Alex.in l.qui filiabus,in prin.col.ij.verſ.addo quod etiam hoc, & ibi quoque Iaſ.conſ.xj.col.vlt.ff.de legat.j.& Calca.conſ.xx.iſta quæſtio habet tria,col.j.verſ. iſta tamen regula,vbi eam dicit notabilem.

*De eadem re.*

3 ¶Deinde quod tradit Oldr.conſ.ccxij.quidam in ſuo teſtamento, quòd ſi teſtator inſtituit ventrem vxoris,& poſtea ex eadem vxore plures habuit filios diuerſis temporibus,cenſentur omnes inſtituti,per d.l.placet,de libe.& poſth.quia ſic eſt(inquit)in omnibus actibus fauorabilibus,vt omnes poſthumi intelligantur,l.ſi quis ita dederit,§.j.ff.de teſta.tut.& l.qui filiabus,§.j.ff.de legat.j.& l. Clemẽs patronus,ff.de hæred.inſtit.& videtur(inquit)eſſe caſus in l.inter veteres,C.de fideicommiſſa.liber.

*Comprobatio eiuſdem.*

4 ¶Et idem eo tacito voluit Ioan.And.illius diſcipulus in addit.Spec.in rub.de teſta.col.pen. verſ. occurrit alia quæſtio.& ipſius Ioan.And. diſcipulus Feder. Senen. magiſtri quoque nulla mentione facta,loquens in duobus poſthumis eodem partu natis,conſ.xlij.teſtator inſtituit.& Ang.conſil.lj. Simon notarius.Alex.in d.l.placet,col.j.verſ.& per iſtum tex.& ibi quoque Iaſ.col.ij. verſ. adde quòd per iſtum tex.ff.de liber.& poſth.& ipſe Alex.conſ. clxxj. viſo proceſſu cauſæ inter dominam Antoniam,col.ij.verſ.ſed ita eſt quòd quando,lib.ij.

*De eadem re.*

5 ¶Et idem tenuit Bal.nullo maiorum citato,conſ.cxxij.verba teſtamenti ſic dicunt,col.j.verſ.& hęc reſponſio,lib.j.& conſ.cxxviij.ad intelligentiam,col.j.verſ.contrarium eſt verũ,eo.lib.j.quod conſi. repetitum eſt,conſ.cxiij.proponitur quòd quidam meſſer Simon,lib.v.& vtrobique per d. l. placet. & Paul.Caſt.qui diſtinguit,conſ.ccccix.caſus iſte frequenter contingit, col.vlt. verſ. ſuper ſecundo non eſt inſiſtendum,libr.ij.vbi etiam allegat d.l.placet.Sed tu omnino vide Iaſ.in d. l. placet, vbi id latiſsime tractauit,nam Raph.Comen.& Paul.Ca.tenent contrarium in d.l.placet.

*Relictum die nundinarum eccleſiæ.*

6 ¶Hanc opinionem fulcit tex.in l.annua,§.Attica,ff.de annu.lega. vbi legatum eccleſiæ ita factum, die nundinarum,intelligitur eſſe non vno tantùm anno,ſed in perpetuum fuiſſe relictum. Et quod in ſim

in ſimili tradit Bart.in l.eum qui ita,§.qui ita ſtipulatur,col.ij quæro promittis mihi, ibi, quid dicemus,ff.de verb.oblig.quòd promiſsio certæ quantitatis ex cauſa alimentorum, præſumitur annua, fauore ſcilicèt alimentorum,aliàs enim ſecus per l.cùm hi,§.ſi in ſingulos annos ff. de tranſactio. & ſequitur latè Soci.conſ.xlviij.eleganter conſuluit,paulò ante fi.li.iij.Sed tu ſuper hoc vide Pau. Ca. & omnino Alex.in d.§.qui ita ſtipulatur.

*Legata libertas ſeruo alieno.*

7 ¶Sed huic limitationi nonnihil conuenit alius tex.in l.deberi,C.de fideicommiſ. liber. vbi ſi ſeruo alieno libertas legata ſit,quod quidẽ fieri nõ poteſt niſi domino ſerui cõſentiente, ſi dominus ipſe primùm diſſenſerit,quia nolit eum vendere,non propterea cõtinuò abrumpitur libertas,ſed differtur,donec poſtea dominus propoſitum mutauerit. Quod obtinere videtur ob fauorem libertatis: aliàs enim ex primo diſſenſu videretur legatum expirare, nec poſtea reuiuiſcere ex alio conſenſu, per ea quæ ſuprà diximus,in prin.nu.59.incip.triceſimo quod ſcriptũ reliquit. Quanquam ſcio nullum ſcribentium ſuper ea l.deberi,id vllo pacto tribuere fauori libertatis,ſed de ea re ita loqui, tanquam id generaliter intelligatur,& ex eo illud aſſumentes,quod differtur,non aufertur:neque etiã vellem id pertinaciter tueri,vt libertatis fauore illud fieret,licèt id fauor ille operari poſsit, etiam ſi in aliis aliter dicendum eſſet.

*Filij legitimãdi per ſequẽs matrimonium.*

8 ¶Huc etiam pertinet,quòd leges legitimantes filios ex concubina natos per ſequens matrimoniũ, intelliguntur non tantùm de primis patris nuptiis, ſed & etiam de ſecundis, puta ſi primùm ducat vxorem alteram extraneam,& deinde ea mortua dicat illam concubinam:nam per id matrimoniũ legitimantur illi filij.Ita enim voluit Hoſti.in ſumma.tit.de filiis presbyter.§.ij.ad fi.Ioan. And.in c. tanta,in verbo,poſt contractum matrimonium,& ibi etiam Card.Flor.circa medium, verſic. pone procreat quis filium,Pet.Anc.col.iij.verſ.ſecundò facit Ant.col.item iij.verſ.quæro quando,Panor. in iij.no.& Card.Alex.col.x.verſ.quæro ſeptimò, qui fil.ſunt legit.& alij propè infiniti, nam id omnes tenent præter vnum aut alterum,vt videbis in noſtro tractatu Primigeniorum,in xxxiiij.q.nu. 2.verſ.ſed vt ad ſpeciem.Et id etiam multi tribuunt fauori prolis,& legitimationis,c.peruenit,& c. ex tenore,qui fil.ſunt legit.& aliis multis citatis à Io.And.in c.ſine culpa,de reg.iur.li.vj.quãuis multis ex illis,quos in hanc partem cito,contrarium videbatur dicendum ex hoc noſtro §.

*Debitor impetrata permiſſione creditoris ut exeat,an duret illa permiſsio.*

9 ¶Et huc quoque accedit quod latiſsimè & multis rationibus decidit Calde. in ſua diſputatione incip.ex octo ſtudentibus,char.vlt.quòd ſi ſcholaſticus debitor iurauit non exire diſtrictum ſine permiſsione creditoris,deinde is permiſsionem ſimpliciter impetrauit à creditore,ea intelligitur vt nõ ſemel tantùm,ſed quoties ei libuerit,exire poſsit quoniam ea conceſsio eſt fauorabilis,vt quę reponit debitorem in ſua priſtina & naturali & ciuili libertate.Ex hócque repræhendit Oldr.qui in quadam ſua diſput.dixerat facultatem datam bannito,vt liberè poſſet venire in ciuitatem, intelligi de vna tantùm vice,vt ex eo diximus ſuprà in prin.nu.80.incip.45.

*Contrarij ſolutio.*

10 ¶At Fely.in d.c.ij.col.iij.verſ.fallit tertiò,& ſeq.de treug.& pac.nititur vtrunque concordare, vt ſcilicet dictum Calderini ſit verum in ſuo caſu fauorabili,propter rationes quas in hoc adducit. Sed & dictũ Oldr.in ſua ſpecie ſit verum,vt qui lóquatur in permiſsione minimè fauorabili,ſed potiùs odioſa,quia intereſt reipublicæ,ne bannitus,qui hoſtis eſt patriæ,ad eam reuertatur. At ipſe Felyn. non meminit Bart.qui poſt Dy.in l.adultera,§.vlt.ff.de adult.contrarium ex diametro tenuit,vt diximus ſuprà in prin.nu.90.incip.xlix.

*Habitatio filiæ relicta in caſũ uiduitatis, de qua intelligenda.*

11 ¶Sed & ad hanc limitationem trahi poteſt,quod ab Anto.ex facti ſpecie reſponſum eſt eo loco,ex quo nuper illum citauimus in ij.limitatione,conſ.xxx. quòd habitatio filiæ relicta in caſum viduitãtis non ſolùm de prima viduitate intelligitur,ſed & de ſecunda,& de aliis, ad quod comprobandum,cùm alia multa adduxiſſet,tum & illud quoque,quòd in fauorabilibus ſermo indefinitus non reſtringitur ad primum ſiue proximum,vt no.inquit Ioan.And.in c.non poteſt,de præbend. lib. vj. de cuius dicto diximus ſuprà in prin.nu.31.incip.contrarium tamen tenuerunt & ſeq.

*Statutũ de cõpromiſsis affiniũ, quomodo intelligatur.*

12 ¶Sunt & qui huc trahunt,quod à multis dicitur,ſtatutum de compromiſsis affinium, cuiuſmodi ſunt multa in Italia,vt ſcilicet affines teneantur compromittere, non de vno tantùm compromiſſo intelligi,ſed quoties opus fuerit,& donec lis fuerit ſopita,de quo latè dicemus infrà in ix.limitatione,& aliis locis ibi citatis.Nam inquiunt,id ſtatutum eſt fauorabile & inductum ob publicam vtilitatem,vt per Bart.in j.conſtitut.C.col.ij.verſ.ſuper hoc quæro,priores & Bald.in l.qui ſe patris, col. vlt.verſ.& ideo in feudo,& ibi Paul.Caſtr.col.pen.verſ.& hoc dicit,& Rom.col.xvj.verſ. & ex prædictis reſultat,C.vnde lib.Petr.Anc.conſ.clxxxvij.apud me quæſtio iſta, per totum illud conſil. & maximè in fi.& id communiter tenetur,licèt nonnulli teneant contrarium. Hanc enim inter cæteras rationem illius ſententiæ adfert Iaſon,in l.veluti,§.hæc vox,quem legit cum §.prætor,ait l.præceden.ff.de eden.& in l.prætor ait,§. deinde,columna vlt.in viij.not.ibi,tertiò quale,ff. de no. oper. nunciat.

*Alimenta relicta cuipiam,& futuræ eius uxori,de qua intelligantur.*

13 ¶Et quod ab Alex.ſcriptum eſt conſ.clxxj.viſo proceſſu inter dominam Antoniam,col.ij. verſ. ſupereſt modò,cum multis ſeq.lib.ij.quòd ſi teſtator reliquerit alimenta cuipiam, & futuræ ipſius vxori,intelligitur non ſolùm de vna & prima vxore, ſed & de omnibus quas poſtea ducet, quia id legatum fauorabile eſt,l.j.C.de fideicom.& l.cum hi,propè per totam eam l.ff. de tranſact. Et eam Alex.ſententiam nuncupatim ſequitur Soci.conſ.iiij.eleganter conſuluit,col.vlt.lib. iij.

*De eadem re.*

14 ¶Ipſe autem Alex.ad confirmationem ſuæ illius ſententiæ nonnulla ex ſupradictis adduxit,& illud quoque præterea quòd indefinita appoſita circa perſonas,æquipollet vniuerſali in fauorabilibus,vt voluit



voluit Bart.quem cæteri ſequuntur in l.ſi pluribus,in prin.ff.de legat.ij.per eum tex. & alium quoque tex.in l.ſi quis ita.§.j.ff.de teſta.

*In fauorabilibus fit extẽſio de una cauſa ad aliam.*

15 ¶Atque etiam illud,quòd in fauorabilibus fit extenſio de vna cauſa fauorabili ad aliam, etiam in exorbitantibus,vt no.in l.illud,C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſi conſtante,ff.ſol.matrim. & not.Cyn. in auth.res quę,in iiij.quæſt.& ibi quoque Bart.paulò ante fi.Alber.conſ.j.verſ.item quærit gl.Bal.col. vlt.verſ.item videtur,& cæteri propè omnes,C.commu.de lega.cùm ſimilib. Ex hócque Alex. repræhendit illam Bald.deciſionem in l.vlt.C.de indict.vidui.tollen.de qua diximus ſuprà in princ. nu.104.incip.lviij.per tex.in l.ſi agnatis,ff.de reb.dub.& in l.cùm ita,§.vlt.ff.de leg.ij.quod & nos diximus in d.nu.104.vbi & tu videre poteris, ne hìc repetam.

*Comprobatio eiuſdem.*

16 ¶Poſtremo in vniuerſum,vt hæc noſtra regula non procedat in omnibus fauorabilibus,vltra Alex. vbi ſuprà,voluerunt Pet.Anc.conſ.xxvij.non ſeruato ordine,col.iij.verſ.nõ obſtat ſi dicatur.Raph. Com.conſ.xiiij.dictum ſtatutum,circa medium,& è recentioribus latè Philip. Dec. conſ. cccccxij. cùm reuerendiſsimus Cardinalis,col.j.& ij.tanquam ſcilicet id totum pendeat ex fauore & odio.& Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone,vt ſcilicet in odioſis noſtra regula obtineat, in fauorabilibus minimè.Et ad id bene facit quod ſcribit ipſe Dec.conſ.cclxxxvij.in ciuitate Placentiæ, col. penult. verſ.& vlteriùs in iſto caſu,& conſ.dcix.quæritur ex duobus,col.ij.nu.6.

*Fœdus pacis latiſsimè interpretandum.*

17 ¶Vt tamen non omittamus quod eleganter diſputatum eſt à Tito Liuio iij. decad. lib.j.de fœdere pacis icto inter Aſdrubalem Pœnum & C. Luctatium conſulem Romanum pro vtroque populo & eorum ſociis,vtrum ad Saguntinos qui poſtea ſocij Romanorum facti fuerant,traheretur:quidã Pœni negabant,Romani contrà affirmabant,tametſi neque additum eſſet iis qui tunc eſſent, nec his qui poſtea aſſumerentur.Defendítque Liuius eos fuiſſe cõpræhenſos:cui & ego aſſentior, cum id pacis fœdus eſſet fauorabiliſsimum,& in noſtro iure multa videamus fauore pacis contra regulas iuris communis introducta.

*Contrariũ eius quod ſuprà.*

18 ¶Verùm aduerſus hæc omnia vrget admodum tex.in l.matrimonij,ff.qui & à quib. à nobis adductus ſuprà,in princ.nu.4.incip.& alius quoque,vbi appellatione nuptiarum veniunt primæ, non etiã aliæ,etiam ſi ſit fauor libertatis,cùm tamen libertas ſit rerum omnium fauorabiliſsima,vt latè diximus & probauimus in rep.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.329.incip.libertas autem,& nu.331.igitur vt concludamus.Ideóque Ludo.Sard.vnus omnium quos viderim,tenuit per eum tex. & alia quæ allegat,contra eam communem opin.quam ſuprà adduximus nu.huius limit.viij.incip. huc etiam pertinet,ſcilicet filios naturales non legitimari per ſecundas nuptias contractas cum concubina.Nec certè ſatis video quid illi textui reſponderi poſsit, niſi dicas eam fuiſſe manumiſſoris mentem,vt de primo illius ancillæ matrimonio intelligeret,non etiam de alio, præſertim illius repudiatæ:nec eandem eſſe vtriuſque rationem & affectionem,vt nos ipſi omnes intelligimus. Quotus enim quiſque tanti ęſtimarit viduæ aut repudiatæ matrimonium,quanti eius ipſius virginis? Et id quidem vt ſcilicet in caſu illius l. videretur tantùm de primis nuptiis fuiſſe cogitatum, voluit Alber.in d.l.qui per ſalutem,ſtatim poſt princ.& iterum poſt medium,ff.de iureiur. vide autẽ quæ diximus ſuprà in j.limit.nu.vlt.incip.intellige tertio.

## QVARTA LIMITATIO.

*Cõceſsio facta ad certũ tempus, intelligatur toties quoties.*

1 ¶Quarto limita ſecundum Fely.in d.c.ij.de treug.& pac.vt non procedat,quando eſt facta conceſsio quæpiam ad certum tempus,quia tunc non intelligitur pro prima vice,ſed toties quoties,durãte illo tempore præſtituto,per tex.in l.ſicut in annos,in princ.ff.quib. mod. vſusfruc. amitta. vt ſi cui, quamdiu viuat,legatus ſit vſusfructus,videtur toties repetitus quoties amiſſus. Et idem ſi vſque ad diem vel ad tempus ſit legatus,vt puta ad decennium.

*De eadem re.*

2 ¶Et ita per eum tex.expreſsim hanc limitationem adſcripſit Raph.vt à nonnullis citatur in l. ſi mihi & Titio,ff.de verb.oblig.vbi & ad hoc dicit facere not.per Bart.ibi,nam & ad hoc illum citat, & ſequitur Alex.in addit.Bart.in l.j.ff.ad leg.Iuli.maieſta.vbi & ad hoc dicit facere tex.in l.Græcè, §. & poſt litem,ff.de fideiuſſor.& Philip.Dec.in l.j.col.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.& ante hos idem voluit Bald.à nullo illorum citatus,conſ.xxxiiij.ſtatuto ſeu capitulo,col.vlt.verſ.nam quantumcunque negat,li.v.arg.l.ſterilis,§.vlt.& l.qui fundum vendebat,ff.de contrah.empt.& ante illum Ioan.Mona.in c.vlt.col.ij.verſ.ſed quęro epiſcopus,de verb.ſignifi.de cuius illic ſententia,dicam infrà in viij.limit. nu.2.incip.& eſt ſimile.

*Actus ſucceſsiuus.*

3 ¶Sed hìc paululum aduerte lector,nam illa l.ſicut in annos,loquitur in actu ſucceſsiuo, videlicet in legato ſiue conceſsione vſusfructus ad certum tempus. Aliud autem poſſet videri in actu momentaneo,& quod certo aliquo tempore perficitur,vti eſt(verbi gratia)ius eligendi, cui conceditur aliquod certum tempus,videlicet trium menſium,c.ne pro defectu,de electio. Et tamen ſi ea ſemel facta fuerit,ampliùs non poterit iterari,etiam intra illud tempus etiámque ſi ita inutiliter facta fuerit,vt annullari poſsit:quãuis ſecus eſſet ſi ipſo iure nulla eſſet,vt videre licet apud Innoc.in c.publicato,in princ.& ibi quoq; Hoſti.col.ij.in verbo,nequeunt,Bal.col.pen.verſ.quæro dicitur hìc,Pan. col.vlt.verſ.vlteriùs quæro,de elect.cum aliis concord.à me adductis in repe.l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,nu.375.incip.triceſimumoctauum quod eſt admodum,C.de reuocan.donat.

## QVINTA LIMITATIO.

*Conceſsio facta pro certa cauſa.*

¶Quinto limita ſecundum Fely.in d.illa iiij.limit.(nam & hanc cum illa confundit )vt non procedat,quando conceſsio fit pro certa & determinata cauſa,verbi gratia,conceſſa eſt ſimpliciter ſecuritas

ritas eundi & redeundi pro pace tractanda:tunc enim non intelligitur pro prima vice tantùm, ſed, quòd ſemper durante eo tractatu poſsit liberè ire & redire,vt voluit Bart.in d.l.j.col.vlt.ff.ad l.Iul. maieſta.arg.l.continuus,§.qui inſulam,ff.de verb.oblig.& l.veteres,cum l.ſeq.ff.de itin.actúque priua.& ſequitur Ang.in l.vtimur,ad fi.verſ.item adde,ff.de ſepul.viola.dum citat Bart.vbi ſuprà,Pan. in d.c.ij.in fi.de treug.& pac.& Io.Plat.in l.j.col.ij.verſ.& ſimplex & indeterminata,C.de nauicu.li. xj.& Georg.Nat.in repe.clemen.ſæpe,in princ.col.vj.verſ.mihi magis placet,ibi, comprobo hoc autoritate,de verb.ſignifi.& Philip.Dec.conſ.cccccl xij.viſo puncto,col.j.verſ.ad idem facit.

*Comprobatio eiuſdem.*

2 ¶Nam & ſemper aliàs durante cauſa, debet etiam durare & perſeuerare id quod ob eam cauſam introductum eſt & conceſſum,l.ſemper,§.negociatores,ff.de iur.immunit.& l.ſi cui, §.j. ff. ex quibus cauſ.maior,& l.ij.§.omnes.ff.de iudic.& l.Titia,§.vſuras,ff.de lega. ij.& l. qui nominibus, ff. de adminiſtr.tut.Et ita per eos text.voluit Signor.Homod.conſ.cliij.pater familias,col.j. nu. 6. & diximus in noſtro tracta.ceſſante,cauſa ceſſat effectus,parte j.nu.17.incip.& illud.

SEXTA LIMITATIO.

*Actus iteratur quando nõ eſt ſatisfactũ mẽti agentis.*

1 ¶Sexto limita(& hæc eſt quinta limitatio Fely.in d.c.ij.de treu.& pac. quæ accedit proximè ad j.limitationem)vt non procedat,quando per primum actum non eſt ſatisfactum menti, & intentioni loquentis,ſiue diſponentis,ſiue agentis,ex eo quod ſcribit Bald.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis alicui decem,ff.de lega.iij.quod ſtatutum de compromiſsis, intelligitur vt iterum compromitti debeat primo finito,ſi non ſit ſatisfactum ſtatuto per primum compromiſſum,quia adhuc vendicat ſibi locũ ratio ſtatuti,quæ eſt,vt lites finiãtur. Et ſic(inquit)nõ obſtat l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſignif.

*De eadem re.*

2 ¶Et idem(vt id addas Fely.)voluit idem Bald.poſt. Cy.in l.veluti. §. hæc vox,per illum text. & ibi quoque Alex.Iaſon.& Iacob.à S.Georg.ff.de eden.ipſe Bald.in l.qui per ſalutem,in fi.lect.nouę,per illum textum.& ibi etiam Alex.& Iaſ.ff.de iureiur.& idem Bald.in l.prætor ait,§. hoc autem interdictum,le 2.in quibuſdã additio.vt à nonnullis citatur,licèt in meo codice non reperi,& ibi itẽ Ro. in addi.col.j.verſ.& ſic facit.& Iaſ.in §.deinde in viij.not.ff.de oper.no. nuntiat. & ipſe Bald. conſil. 362.primò videndum eſt,lib.v.nam ſtatutum(inquit)mandans compromitti, intelligitur cum effectu.& Rom.in l.ij.char.pen.verſ.ſed ſtat circa hoc,ſub num.58.ibi,non obſtat orationem,ff.de re iudic.vbi & ad hoc allegat l.oratione,ff.de feri.& idem Rom.conſ.cccccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis.in prin.Alex.conſ.lxx.viſo conſ.col.ij.verſ.conſtat autem.lib.ij.Philip.Dec.conſ.xxij. cuius ſupraſcriptio incipit ſi pronunciatur, col.j.& alij alia ratione moti,quos citabo infrà in ix.limit.Iterumque in xviij.Et interim tamen videas Matth.Afflic.deciſi.Neapol.xlvj.dicit regia pragmatica.

*Qui acceptauit beneficium quod conſequi nõ poteſt,aliud acceptare permittitur.*

3 ¶Et huc quoque pertinet aliud dictum Hoſti.vt à multis citatur,in c.cùm in multis,& ibi poſt eum Ioan.And.col.vlt.in gloſ.vlt.Petr.Anc.col.ij.verſ.quintò quæro,& Domi.col.pen. verſ. in fi.gl.iſtud dicit verum,de reſcri.li.vj.quòd in caſu d.c.ſi quis vi gratię expectatiuę acceptauerit vnum aliquod beneficium quod conſequi non poteſt, quia alius habens priores literas, illud acceptauerat, vel etiam id vacans non erat,poterit aliud acceptare.Aliàs autem non poterit,vt omnes vbique tenent, vt alibi dicam.

*Verba cum effectu intelligẽda.*

4 ¶Et idem propemodum in effectu voluit gloſſ.in c. ne captandæ, in verbo, cùm ſubſit, & ibi Archid.in gloſſ.vltim.& Ioann.Andr.ſuper j.gloſ.de conceſsi. præbend. libr. vj. & D. à Rota deciſio. xlij.not.quòd vbi eſt notorium,in antiquis.& Rom.conſ.cccxxix.præſens conſultatio, col.j.& in id plerique citant l.ij.ff.de opt.lega.& quòd verba ſunt cum effectu intelligenda, l.j.§.hæc autem verba,ff.quod quiſque iu.& l.ſi per alium,§.docere,ff.ne quis eum qui in ius voca.& c. relatum, de cler. non reſid.

*Procurator quando ſubſtituiſſe ſibi aliũ dicatur.*

5 ¶Et aliud quoque dictum Bald.in l.quod quis,col.ij.in ſexta q.in fi.C. de procura. quòd ſi procurator conſtitutus ſpecialiter ad aliquid faciendum,alium ſubſtituerit, in eum transferre videtur omnem ſuam poteſtatem,nec poteſt illum reuocare,nec alium ſubſtituere, per c.is qui, & c.quamuis, de offi.deleg.li.vj.Si modò,inquit,ille primus ſubſtitutus,ſit habilis,& acceptet ſubſtitutionem:aliàs enim hic procurator non videtur per eam primam ſubſtitutionem functus ſuo officio, per d. l. hæc conditio filiæ,ff.de condi.& demonſt.vbi per primas nuptias,quæ non ſunt ſortitæ effectum, non impleta eſt hæc conditio,ſi nupſerit,& per not.per Innoc.in c.in literis,de offi. deleg. de cuius illic dicto videbis infrà,nu.19.

*Res ſi effectũ non habuit per explicationem primi actus, proceditur ad ſecundum.*

6 ¶Et illud item ipſius Bald.poſt Pet.in l.inuitus,in fi.C.eo.tit.de procu.quòd procurator conſtitutus ad appellandum,intelligitur non ſolùm de prima appellatione,ſed & de ſecunda, cùm per primam non habemus effectum ſecundum intentionem mandantis,per d.l. hæc conditio filiæ meæ, ff. de cond.& demonſt.& ſequitur Rom.in d.l.prætor ait,§.hoc interdictum,le ij.in additio.col.j. verſ. & ſic facit,ff.de ope.no.nunciat.& d.conſ.cccccciiij.& vtrobique per illum ipſum tex. & præterea per tex.in l.ſi is à quo,§.vlt.cũ l.ſeq.ff.vt in poſſ.lega.& l.j.§.quod ait prętor.ff.quo.lega.& l.ſi ab arbitro, ff.qui ſatiſd.cogan.quibus probatur,quòd ſi per explicationem primi actus res effectum nõ habuit, proceditur ad ſecundam,nam verba ſunt intelligenda cum effectu,l.qui per alium, §. docere, ff. ne quis eum qui,& l.prima,§.hoc autem,ff.quod quiſque iur.& c.relatum, de cleri. non reſid. & diximus alibi ſuprà.

*Statutũ florẽtiæ in dotibus, quomodo intelligatur.*

7 ¶Sed & illud dictum Bald.in d.l.inuitus,ſequitur Maria.Soci.in c.de illis.col.ix. verſ. & prædicta faciunt, de condit. appoſ. vbi dicit ſe ex hoc conſuluiſſe Florentiæ, quòd ſtatutum eius loci quo dotes mulierum poſſunt conſtitui ſuper monte, dum nubunt,intelligitur vt etiam mulier,quæ ſemel

fuit



fuit dotata,iterum poſsit dotari,ſi vidua facta ſit,quia cùm adhuc poſsit nubere,non eſt ſatisfactum menti ſtatuti ex prima illa dotis conſtitutione.

8 ¶Sequuntur item illam Bal.deciſ.in d.l.inuitus,Caro.Rui.conſi.xxx.cuius exordium eſt, circa primum dubium,col.3.verſi.bene facit quod not.qui eſt ſub num.8.lib.2. & iterum conſi.cxix. viſo & bene ponderato,col.antepen.verſi.& minùs etiam dici poteſt, qui eſt ſub num.14.eo.lib.2. & Iaſon in d.l.diuortio,§.quod in anno,in fin.ff.ſolu.matri.& Philipp.Dec.conſi.xxij.col.1.& conſi.lij.cùm reuerendiſsimus Cardinalis,col.2.verſi.tertiò hoc idem comprobatur,& conſi.cccccl xij. viſo puncto diligenter formato, in princ. vbi id dicit no.ex hócque reſpondit, poteſtatem datam debitori, vt poſsit accipere pecunias ſub cambiis,ne creditor patiatur intereſſe de pecuniis ſibi debitis, non reſtringi ad primam vicem,ſed generaliter intelligi,donec creditori ſatisfactum fuerit.

*Actus iterantur,quando intentioni ſatiſfactum nõ eſt.*

9 ¶Subdit autem Rom.in duobus illis locis à me citatis ſuprà, verſi. ab hinc ij. poſt illam Bal.in d.l. inuitus,ſententiam ab eo relatam,hæc quoque procedere (neque enim id omittere debui) etiam ſi diſpoſitio loquatur per verba denotatiua certi numeri,quia ſi per actus in eo numero comprehenſos non eſt ſatisfactum intentioni diſponentis, poterit procedi ad numerum vlteriorem, vt dicit ipſe expreſſum in l.ſi quis ex argentariis,§.vlt.& l.veluti,§.hæc vox,ff.de eden.Quod & ipſum tradidit ipſe Rom.in d.l.ij.vbi ſuprà,ff.de re iudi.vbi & ad hoc allegat d.l.oratione,ff.de feriis. & ſequitur Fely.in d.cap.ij.in v.limit.de treug.& pac.& Georg. Nata.in d.cle.ſæpe,in princ.col.62.ver. non ob.d.§.hoc ſermone,ibi,quod procedit etiã,de verb.ſignifi.& Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone.

*Etiamſi diſpoſitio loquatur per uerba denotatiua certi numeri.*

10 ¶Huc item ſpectat,quod no.voluit Inno.in ca.in literis,de offic.& poteſt.iudicis deleg. quod quando cogitatum eſt de effectu,vt quia Papa mandat epiſcopo,vt prouideat cuipiam de aliquo beneficio,nunquam commiſſarius fungitur officio, niſi res ſit ſortita plenum effectum, quia non eſt de nudo facto,ſed de effectu beneficij cogitatum:nam ita illum referunt,& ſequuntur Bal.& Anto.ibi. Oldra.citans nuncupatim Inno.conſi.ccxcv.orta materia,col.2.verſi.ad id quod dicitur. Bar.in l.ij. §.j.col.2.verſi.item prædicta vera ſunt,ff.de optio.lega.Bal.in l.ſerui electione, poſt medium, & ibi Imo.col.2.verſi.item fallit quando,& Fran.Are.col.3.verſi.quartò adde,& Alex. col.vlt.ff.de lega.j. & idem Bal.in l.poſt aditam,verſi.deinde collige,C.de impub.& aliis ſubſtit.& in l. Barbarius,in j. lect.col.vlt.verſi.& no.quòd ille,ff.de offi.procon.& in l.ſi vt proponis,la j.col.3.verſi.& hæc faciũt, C.quomo.& quand.iud.& Petr.Ancha.in c.cùm in multis,quod eſt ſecundum, col.vlt.verſi.ſimilis eſt quæſtio,de reſcrip.lib.6.& in c. ſi compromiſſarius, col.2. verſi.vltimò, quia text. dicit, ibi, ſed quando eſt conſtitutio,de electio.eo.lib.6.dum tractant, an qui ſemel elegit ſiue bene, ſiue malè, poſsit iterum eligere,& Imol.in l.iudex poſteaquam, col.4.verſi.fallit etiam quartò, & ibi quoque Alexand.col.3.in 4.fal.ff.de re iudic.

*Similiter,ſi cogitatum eſt de effectu.*

11 ¶Et ad hoc quidem facit,quod poſt alios antiquiores,quos non nominat, voluit glo. in d.c.ſi compromiſſarius,in verbo,conſentire, in fi. dum facit diſcrimen, an detur poteſtas prouidendi, an eligendi:vt in primo caſu,ſi electio non fuerit ſortita effectum,poſsit iterum eligere,quia per primam illam electionem nondum eſt prouiſum,& ſic non ſatisfactum intentioni mandatis, & ſequitur Io. Andr.ſuper ea gl.qui eos nominat qui antè fuerant eius opinio. ſcilicet Tancred.& Pet.de Samp.in c.cauſam,extrà eo.tit.& idipſum quoque recitaſſe Abba. antiquum. in ca.quia propter, eo.ti. Et in hac quoque opinio.videntur fuiſſe Hoſt.& Io.Andr.in c.j.in verbo,ipſo iure,de re iudic.& Bal.dum ſimpliciter eam gl.citat.in d.cap.cauſam,col.2.verſi.quærit glo.an compromiſſarius,de elec.

*De eadem re.*

12 ¶Verùm Ioannes de S.Georg.dicit, quòd ipſius præceptor dicebat, contrarium eius quod diximus,probari in d. c. compromiſſarius, quia loquitur de poteſtate prouidendi, cùm dicitur ſtatim poſt prin.ad ſuperiorem poteſtas deuoluitur prouidendi,& tamen poſtea confeſtim ſequitur,quòd ſibi compromittentes imputent,qui in talem poteſtatem huiuſmodi tranſtulerunt.Sed dicit Domi. ibi in §.ſi verò,ſuper d.gloſſ.vlt.ad id dici poſſe,quòd finis tex.illius §.debet referri ad princ.vbi loquitur de poteſtate eligendi data compromiſſariis:verbum autem prouidendi poſtea poſitum,dicitur reſpectu illius ad quem deuoluitur: & ſatis probatur ex eo text. quòd iſti compromiſſarij habuerunt tantùm poteſtatem eligendi,vt dicit gloſa.

*Contrarium eius quod ſuprà.*

13 ¶Cæterum iſtam diſtinctionem eligendi,& prouidendi reprobat Lapus in d.c.ſi compromiſſarius, nihil enim referre inter poteſtatem eligendi,& prouidendi, vtrunque enim conſumi vna electione:nam compromiſſarius poteſt dicere eligo, vel prouideo, vt ſcripſit Archid. in c. ſicut cùm per formam,eo.tit.& lib.& in c.in Geneſi,extrà eo.tit.& Inno.in c.in cauſis,eo quoque tit.

*Diſcrimen inter eligo, & prouideo, an ſit aliquod.*

14 ¶Sed &Spec. tit. de elect.in forma renũciationis electionis,dicit quòd compromiſſarius magis propriè poteſt dicere prouideo,quàm eligo,vt in c.quia propter. Et facit (inquit) quod no. glo.vlt.in c. cauſam quæ,extrà,eo.tit.& in c.conſtitutus,in glo.j.extrà de conceſſ.præb.nam iſta duo promiſcuè ponuntur in iure,ſcilicet prouiſio ponitur pro electione in d.c.cauſam quæ, & in d.c.quia propter: & è diuerſo electio pro prouiſione,in c.dilectus extrà de conceſ.præb.vti obſeruauit Io.Andr. poſt. Archid.in c.j.poſt prin.in verbo,prouiſionem,extrà de elect.

*Prouiſio, & electio, promiſcuè ponuntur in iure.*

15 ¶Verùm propriè loquendo aliud eſt prouiſio,aliud electio, vt patet ex c.j.in princ.ibi, electionem, poſtulationem,vel prouiſionem,de elect.lib.6.& cle.diſpendioſam,quæ eſt ij. in illis verbis, in cauſis ſuper electionibus,poſtulationibus,vel prouiſionibus.& ibi Car.Flo.in iiij.no.de iudi.& in cle.j.§. ad hoc,ibi,prouiſionem,ſeu electionem,& iterum ibi, ne ad prouiſionem procederent, vel quempiam eligant,& ibi idem Card.in iij.quæſt.de præb.

*Sed propriè loquendo diuerſa ſunt.*

*Prouiſio ſuperioris.*

16 ¶Quod & ex hoc videri poteſt, quòd prouiſio ſpectat ad ſuperiorem, & per eam prouiſus conſequitur plenum ius, & ponitur pro electione c.dilecto.j. reſpon. extrà de præb. & c.cùm dilectus, etiam j.reſpon.extrà de iure patronat.& c.is cui,de preb.lib.6.Electio verò ſpectat ad inferiores.c.j. de electio.& c.cùm eccleſia,de cauſa poſſeſſ.& propriet. & c. congregatio.xvj.q.j. & c. abbatem, le j.cum præced.c.abbas.& alio ſeq.c.abbatem,qui eſt iiij.xviij.q.ij.

*An poteſtas eligẽdi,uel prouidendi, finiatur unico actu.*

17 ¶Concludit igitur Domi.in d.c.ſi compromiſſarius,& poſt eum Phil. Fran.ibi, ſuper glo.in verbo, conſentit, hanc poteſtatem eligendi, vel prouidendi finiri vnico actu, niſi ſi ita fuerit mandatum eligendi,donec,ſiue quouſque fuerit eccleſiæ prouiſum. Contrà autem Imo.in d.c.in literis, ad fi.de offi.deleg.dicit neutram poteſtatem eligendi,& prouidendi finiri vnico actu electionis, vel prouiſionis,quæ non eſt ſortita effectum.

*Decem ex captiuis Romani miſſi ab Hannibale,&c.*

18 ¶Et hoc quidem in loco,occurrit hiſtoria memorabilis huc admodum pertinens,relata primùm à Polybio lib.6.hiſtoria.& Atilio,deinde à Tullio,paulò ante fi.lib.3.offi. & Liuio 3. deca. lib.2. ad fi. iterùmque lib.4.& poſtea quoque à Gellio, lib.noct. Attic.vij.c.xviij. Ea eſt, Poſt Cannenſem pugnam Hannibal ex captiuis Romanis,quos detinebat, decem iuratos ad Romanum Senatum miſit,in caſtra redituros,niſi de redimendis captiuis impetrarent.Cùm egreſsi caſtris eſſent, vnus ex iis,minimè Romani(vt dicit Liuius)ingenij, veluti aliquid in caſtris eſſet oblitus, in caſtra rediit, iuriſiurandi ſoluendi cauſa,& confeſtim comites ſecutus eſt.Re à Senatu non impetrata, cæteri in caſtra Hannibalis redierunt:is domum abiit,tanquam fallaci in caſtra reditu ſeſe iureiurando exſoluiſſet,nec iterum redire teneretur.Quod cùm reſciuiſſet Senatus,cenſuit eum compræhendendum,& cuſtodibus publicè datis ad Hannibalem deducendum,& quidem rectè. Fraus enim,vt dicit Tullius de ea re loquens,vbi ſuprà,diſtringit periurium, non diſſoluit. Et ſi ad hunc locum referre poſſumus, vt certè poſſumus, ex huiuſmodi primo, fallacique reditu, non erat ſatisfactum menti,& intentioni concedentis.

*Otho epiſcop. Maguntinus fraude periurium cumulat.*

19 ¶Sed vtcunque ſit,certè huic veteri hiſtoriæ, germana eſt alia hæc recentior hiſtoria,quam recenſet Aeneas Syluius,qui adepto ſummo pontificatu Pij nomen ſibi adſciuit,in deſcriptione Europæ, cap.39.& Raphael Volaterranus lib.7. Geographiæ, in Francorum hiſtoria & è noſtris, Andræas Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone,de ver.ſignifi.Cùm Albertus Franconiæ Comes, in arce munitiſsima Bambergenſis vrbis à Ludouico Imperatore obſideretur cuius filium interemiſſe inſimulabatur,difficiliſque eius arcis expugnatio videretur,Otho.Maguntinus Epiſcopus profectus ad Albertum,ſe litis arbitrum profeſſus eſt,iurauitque ſi ſecum ad Imperatorem proficiſceretur,vel pacem impetraturum,vel in arcem incolumem reducturum.Credit Albertus,& Othonem ſequitur. Vix arcem egreſsi erant,cùm Otho hortatur, vt in arcem pranſum redeant, ne fortè longiuſcula apud Imperatorem eſſet futura mora:redeunt,pranſique iterum egreſsi ad Ludouicum redierunt, mox Albertus captus eſt,& capitali iudicio damnatus.Cui archiepiſcopi fidem imploranti, reſpondit religioſus ille pontifex ſe datæ fidei ſatisfeciſſe,religionéque exolutum eſſe,qui ſemel reduxiſſet incolumem,bis reducere non promiſiſſe. Verùm is non ſatisfecerat menti, intentionique eius, qui iuſiurandum exegerat,propterea nec eo ſe liberarat.

*Diſpoſitio hominis primo actu conſumitur.*

20 ¶Hanc tamen limitationem intelligunt nonnulli in diſpoſitione legis, non etiam in diſpoſitione hominis,quæ primo actu conſumitur,etiam ſi poſtea euanuerit,nec ſortita fuerit effectum.Ita enim voluit Bald.in l.j.col.8. verſi. tertiò, quæro ſtatutum, C. de his quæ pœnæ nomi. & eius autoritate Socin.conſi.cxvij. v. ſa & diligenter,circa medium,lib.j.vbi & id dicit ſing.& iterum conſi.xcj.concludo dictum Philippum,col.2.verſi.confirmatur ratione,lib.4.vbi ex hoc infert, quòd diſpoſitio ſententiæ,& promiſsio conſumitur in primo actu,licèt is poſtea fuerit retractatus,cum ſit hominis diſpoſitio.& ſubdit hanc rationem concludere,niſi ipſe fallatur.& Fran.Curt.iunior conſi.clxxviij. habita diligenti conſideratione,col.vlt.nu.27.vbi ex hoc dicit, quòd diſpoſitio hominis conſumitur primo actu,etiam ſi non fuerit ſortitus effectum, prouiſio autem legis tum demum,ſi ille primus actus ſortitus fuerit effectum.Vide autem quæ de hoc latiùs dicemus infrà in ix.limitatione. Sed vt interim non omittam,cum hac vj.limitatione multùm conuenire xij.limitationem. Nec tamen illud prætereundum in huius vj.limitationis tractatione,ei admodum conuenire apud Romanos,qui non niſi captatis auguriis pugnare ſolebant, ſi tamen male pugnaſſent præter expectationem,quam ex primis illis auguriis conceperant, redire ſolitos vt rurſus captarent auguria, vt à Seruio traditum eſt,in referente illud Virgilij lib.2.Aeneid.

*Nec poſſe Argolicis reſcindi Pergama telis.*
*Omina ni repetant Argis,numénque reducant.*

SEPTIMA LIMITATIO.

*Diſpoſitio prohibitiua ſiue negatiua iterationem actus admittit.*

1 ¶Septimo Limita(& hęc eſt ſexta Felyni limitatio)vt procedat in diſpoſitione affirmatiua,ſiue permiſsiua,non etiam in prohibitiua,ſiue negatiua,quæ non ſolùm de primo actu, ſed & in infinitum intelligitur,per text.in l.ſi ſic ſtipulatus ſum,vbi id not.Iaſon in ij.no. ff. de verb. oblig. & voluit gl. no.in l.hoc genus,& ibi Alberic.Goffred.Sali.in fi.& Bar.qui eam dicit notandam, & Pau.Caſt.qui dicit ſing.& præterea Oldr.in l.cùm pater,§.pater filiam,& ibi quoque Bart.ff.de leg.2.

*Legatum mulieri ne nubat alij, quàm mercatori.*

2 ¶Et idem quoque voluit ipſe Oldr.conſi.xvj.thema tale eſt,Titius habens vnam filiam.col.3.verſi. nec in hoc multum,vbi & ad hoc allegat l.ſi ſic,ff.de verb.oblig. vbi per hoc conſuluit, quòd ſi teſtator aliquid vltra legitimam legauerit filiæ,ne nuberet alij,quàm mercatori, aliàs legatum amittat:



tat:& filia primò nubat mercatori,& eo mortuo,nobili,amittit legatum:neque enim in hac prohibitione,de primis nuptiis tantùm eſt intellectum.ſed de omnibus. Et id nuncupatim ſequitur Benedict.Plumbi.in l.matrimonij,in fin.ff.qui & à quibus manu. vbi tamen eſt corruptus num. illius conſi.& Paul.Caſtr.in d.l.hoc genus, vbi ex hoc dicit ſe conſecutum fuiſſe honorem, & Catellia. Cot.qui id dicit ſingul.memor.incip.teſtator letaliter vulneratus, circa medium, & Alciat. in hoc noſtro §.hoc ſermone.Et idem propè ad verbum,nulla tamen Oldradi mentione facta, voluit Alberic.in l.vlt.col.4.verſi.vltimò quæro,ibi,nec eſt multum.C.de ſponſa. & in l.hæc conditio filiæ, in fi.ff.de cond.& demonſtr.

*De eadem re.*

3 ¶Sed & illud quoque voluit Signo. conſi.lxviij. quædam mulier, col.2.verſi. deinde ſic, & iterum conſi.lxxj.factum ſic ſe habet, D.epiſcopus, col.4.verſi. præterea non eſt nouum. Bald. qui illam glo.dicit ſatis not.in l.ſi vt proponis,la j.col.2.verſi.opponitur,illud quod nullum eſt, C.quomo. & quan.iudex.Rom.conſi.ccccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis,ante medium, verſi. alia enim limitatio,dum allegat gl.in d.l.hoc genus,& non obſcurè ſing.ccxcj. legauit viduæ. & Laur. Calca. conſi.xx.iſta quæſtio habet tria dubia,col.j.verſi.quarta limitatio,vbi ad hoc expreſsim allegat d.l. ſi ſic ſtipulatus ſim,ff.de verb.oblig.Alex.in addit.Bar.in hoc noſtro §.hoc ſermone,& ibi Alci. Iaſon in d.l.in duobus,§.j.col.vlt.verſi.item prædicta limitat.ff.de iureiur.vbi tamen dicit ſe id nullibi legiſſe,præterquam apud Oldr.vbi ſuprà, & ipſe Iaſon in l.decem ſtipulatus, col.v. verſi. ſed huic reſponſioni,ff.de verb.oblig.Phil.Deci.in c.nam concupiſcentiam, col.1.in 3.no. de conſtit.in j. lect. & conſi.iij.cuius ſuperſcriptio incipit,quando iuriſdictio,col.3.verſi. comprobatur hoc quia negatiua,& conſi.ccccxc.viſis & circunſpectis,col.3.verſi.& quia negatiua.

*Robur negatiuæ multo fortius, quàm affirmatiuæ.*

4 ¶Huius differentiæ rationem, cur ſcilicet affirmatiua intelligatur de primo actu,non etiam negatiua,Iaſon vbi ſuprà cogitandum ſuadet,& ita quidem ſuadet, vt nullam ſibi eſſe videatur. Verùm, Albert.& Pau.Caſt.in d.l.hoc genus,ff.de cond.& demon.& Phil.Deci. in d.c.nam concupiſcentiã, vbi ſuprà,id tribuunt viribus,& robori negatiuæ,ſiue prohibitiuæ,quod aliàs ſemper multo fortius eſt,quàm affirmatiuæ,ſiue permiſsiuæ,id eſt,plus negat negatio, quàm affirmet affirmatio, l. quicquid adſtringendæ,ff.de verb.oblig.& l.luminum.§.vlt.ff.de ſeruit.vrba.præd. & quod habetur in l. is qui ducenta,§.ſed vtrùm,ff.de reb.du.& l.filiuſfamiliàs donare. §. pen.ff. de dona. iuncta l.alienatum,§.donationis,& ibi gl.ff.de ver.ſignifi.& l.j.§. editiones, & ibi Bal. poſt Ray.ff. de edendo,& l. eum qui,§.ſi libertus,ff.de iureiur.iuncta l.ſi iurauero,ff.de iur.patr.& voluit gl.in c.cùm dilectus, in verbo,à ſuſpenſis verſi.alij dicunt,& melius,& ibi Anto.de conſue. Bal. in procemio decreta. col.4. verſi.item potentius,vbi & ad hoc allegat l.Sabinus, ff.commu.diuid. Soci.in l.ſerui electione, col. vlt.ff.de lega.j.Iaſon in l.ſi arrogator, col.antepen. verſi. tertiò contra deciſionem, & ibi ad idem contra,ff.de adopti.Augu.Bero.in c.j.col.1.de reb.eccle.non alien.

*Et præcepta negatiua efficacius obligant.*

5 ¶Hincq; prodit,quod tradit Archi.in c.ſi peccauerit,ij.q.j.quòd præcepta negatiua potentiùs & efficaciùs obligant,& magis præciſè adſtringunt,quàm affirmatiua. & ſequitur Pan.in c.nouit, col.12. verſi.ſecundò quæritur an quilibet,de iudi.Et quod ſcribit Raph.Fulg.in l.iuriſgentiũ,§.ſed ſi fraudandi,per gl.ibi,ff.de pact.quòd negatiua indefinita,æquipollet vniuerſali ex proprietate ſermonis, licèt aliàs regulariter ex benignitate id ſit,non ex proprietate, vt no.in c.vt circa, de elect. lib.6.& per Bart.in l.ſi in pluribus,ff.de lega.ij.& probatur in l.ſi ſeruitus,ff.de ſeruitutibus vrban.præd.

*Nec non priuilegium prohibitorium, prævalet permiſſiuo.*
*Idem in ſtatutis.*

6 ¶Et quod per tex.in l.tutor quoque quæ eſt iij.§.liberti, verſi. ſed ſi patronum ſuum, ff. de ſuſpect. tutor. iuncta l.j.§.conſequens,eo.tit.tradunt Iac. Aret. Dy.& Bart. in priore lect. quòd vbi reperiuntur duæ regulæ,vna affirmatiua,alia negatiua,hanc potiùs eſſe attendendam. Et id ſequitur Alex. in l.ſi conuenerit,col.1.ff.de re iudi.Et idem in duobus priuilegiis,vno prohibitorio, altero permiſſiuo,illud enim præualet,l.ſi Ruffinus vir clariſsimus.& ibi Bal.in prin.Raph.Fulgo.Alex.Fran.Are. & Iaſon,C.de teſta.milit. Idémque in duobus ſtatutis, ex Soci. conſi.lxxix. ſi eſſemus in terminis, col.4.verſi.confirmatur quia hic,lib.4.Et quod nos ſcripſimus in repet.l.ſi vnquam in verbo,donatione largitus,num.247.incip.tu autem,& in noſtris legibus connubialibus glo.v.quæ eſt in verbo, *contracter*,num.80.incip.& hoc mirum.& quod item latè probauimus, conſtitutioni prohibitiuæ renunciari non poſſe,nec item priuilegio prohibitorio,in noſtro tractatu Primigeniorum, q.xxiiij. nu.9.tamen Barb.& ij.ſeq.Sed quibus id addere potes,quod apud Romanos vno ex tribuniſpleb. prohibente,cæteri etiam maiore numero nihil efficere poterant, vt videre licet ex Plutarcho in Gracchis,haud multo poſt princip.

*Qui teneant contrarium.*

7 ¶Et hæc quidem nemo impugnat,licèt contrà facit text. in l.j.§.veteres, ff. de acquir. poſſeſsio.ex quo not.Soci.& Iaſon ibi,ille col.2.verſi.tertiò not.in verſi. vt ſi plures:alter col.3. verſi. tertiò not. quòd vbi in eodem ſubiecto concurrunt duæ qualitates,potiùs attenditur affirmatiua,quàm negatiua.& gl in c.ſtatutum,§.cùm verò, in verbo, eiuſdem ciuitatis, de reſcript. lib.6. ex qua not. ibi Domi.col.4.verſi.not.ex iſta glo.id quod iam diximus, attendi potiùs qualitatem affirmatiuam, quàm negatiuam,cùm vtraque concurrit in perſonam vnius.Imò verò etiam ſi in diuerſa ſubiecta concurrant,vt dicit Iaſon,vbi ſuprà,per text.not.in l.ſi is qui duas,ff.de liber.lega. Cuius reddit rationem ipſe Iaſon,quem vide,ne hic diutiùs immoremur.

OCTAVA LIMITATIO.

*Diſpoſitio inducta per viam*

1 ¶Octauò limita(& hæc eſt vij. & vltima limitatio Fely.in d.c.ij. de treug. & pac.)vt non procedat, quando diſpoſitio inducta per viam priuilegij(vt noſtri loquuntur) eſſet temporalis, ſi intelligere-

*priuilegij, non intelligitur de prima uice.*

tur de prima vice,quia hoc eſſet contra naturam priuilegij,quæ ea eſt,vt ſit perpetuum, c.decet, de reg.iur.lib.6.Ideo priuilegium conceſſum alicui, & eius familiaribus, vt poſsint ingredi eccleſiam tempore interdicti,non de primis tantùm intelligitur,qui ſcilicet familiares erant tempore priuilegij conceſsi,ſed & de aliis in eorum locum ſubrogatis.Ita enim poſt Aegid. Cremo.voluit Io.And. in c.licèt,quod eſt pen.circa medium,& ibi quoque Domi.in §.j.verſi. ſed pone quòd conceſſum,& Phil.Fran.verſi.quærit tamen hîc,de priuileg.lib.6.per no.in c.vlt.de verb.ſignifi. eod.lib.6.& in c. quanto,de cenſib.& in l.filiæ.§.Titia,ff.de cond.& demonſt.& in l.non aliâs,§.vlt.ff. de iudi. & in l. vel inutilem,ff.de vſufru.& in l.placet,ff.de lib.& poſt.Et idem quoque voluit ipſe Ioan. And. in c. qui ſentit,de reg.iur.eo.lib.6.& Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone, & Io.Lup.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.lxix.col.6.verſi.ſed meo iudicio.

*Indultum ad certum tẽpus.*

2 ¶Et eſt ſimile quod tradit Io.Mona.in d.c.vlt. col.2.verſi. ſed quæro epiſcopus de ver.ſignifi.lib.6. quòd ſi epiſcopus habet indultum ad certum tempus,vt quatuor ipſius famuli gaudeant fructibus beneficiorum ſuorum,trahitur etiam ad illos,qui loco priorum fuerunt ſubſtituti: arg.l. ſicut in annos.in ij.reſpon.ff.quib.mod.vſusfruc.amit.Nec obſtat(inquit)l.fideicommiſſa,§.ſi quis decem,ff.de lega.iij.quia ibi illud fit,ne hæres obligetur in infinitum,& ne detur occaſio fatuè conſumendi.

*Nati poſt teſtamentum habetur ratio.*

3 ¶Et hoc dictum Io. Mona. ſequitur Io.And. in d.c.vlt.col.2. ad fin. vbi & in id præterea allegat c. quia circa,extrà de priuileg.cum aliis iuribus ibi allegatis in glo.vlti. & l.ſi ita fuerit, ff. de lega.iij. vbi eius qui natus eſt poſt teſtamentum,vel eius qui poſtea in familiam venit, habetur ratio. & l.ſi mancipia,ff.de fund.inſtruct.vbi in legato fundo cum mancipiis,comprehenduntur mancipia poſt inducta.Sequuntur item Dominic.& Phil.Franc.in eod.c.vlt.ille col.3.verſi.ſed pone epiſcopus,hic col.2.in v.not.Et ex hoc dicunt ipſi Ioan.Andr.& Domin.in d.c.vlt. quòd eadem ratione illud indultum trahitur ad beneficia poſtea quæſita, vt ibi videre poteris. Sed & prius illud dictum Ioan. Andr.in d.c.vlt.ſequitur etiam Ioan.Lup.in d.rub.de donat.inter vir.& vxor.vbi ſuprà.

*Immunitas cõceſſa ſimpliciter,intelligitur perpetua.*

4 ¶Et facit præterea quod ſcribit Alberi.in l.cùm quidam,quæ eſt antepen.in fi.ff.de annu.lega.quòd immunitas conceſſa ſimpliciter,intelligitur perpetua,ad quod allegat tex.in l.beneficium,ff.de conſtit.princi.& d.c.decet,de reg.iur.lib.6. quæ haud dubiè loquuntur de priuilegiis principum, ideo ſecundum ea iura,eſt intelligenda illius ſententia,vt per Ioan. Andr. in c.cùm nuncius, haud multò an.fi.de teſtibus,& Bart.in l.non ſolùm noſtrum,§.ſi liberationis,ff.de liber.lega.cum ſi.

*Priuilegia principum, quomodo interpretanda.*

5 ¶His adde multa latè collecta ab Oldr.conſi.ccc.factum tale eſt magiſtro milite,quibus probat priuilegia principum latiſsimè eſſe interpretanda,extendendáque, & quò ad res, & quò ad perſonas, & quò ad tempus,& quò ad modum agendi,& quò ad omnia genera cauſarum, atque etiam fauorabiliter intelligenda quò ad perpetuam, & commutabilem eorum durationem (vt ipſe loquitur) quæ quidem vltima clauſula propiùs ad hunc locum pertinet. & hoc quidem ſigillatim tractat, & probat,vt ibi videre poteris,ne hîc iterum repetamus.

NONA LIMITATIO.

*Actus iterantur in diſpoſitione hominis non etiam legis uel ſtatuti.*

1 ¶Nonò limita,vt hæc noſtra regula procedat in diſpoſitione hominis, non etiam legis, vel ſtatuti, per tex.qui ad hoc ſolet allegari,in l.veluti,§.hęc vox,vbi Cy.id no.& poſt eum Bal.qui eum §.legit cum §.vlt.l.ſi quis ex argentariis, & Iaſon qui eum §. legit. cum §. prætor ait, l. præcedentis, ff. de eden.Raph.Com.in l.ſi cùm dotem,§.j.verſi.not.tamen ex gloſſ.ff.ſolu.matri.ex hoc limitans hunc noſtrum §.& iterum conſi.xiiij.ſtatutum dictat, verſi. non obſt.l. boues.& Roma. conſi.ccccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis,col.1.vbi intelligit,quando eſt eadem ratio.Alex.dum Cyn.& Bal.vbi ſuprà allegat,conſi.lxxxj.lecto & diſcuſſo,conſi.verſi.& quamuis eodem die, lib.3.& Soci. conſil.v. ſuprascriptus inſignis doctor.col.3.verſi.& confirmatur iſta ratio,lib.4. Phil. Dec. conſi.cclxxvij. in ciuitate Placentiæ,col.pen.verſi.& quia in diſpoſitione hominis,& conſi.cccccxij. cùm reuerendiſſimus,col.2.verſi.ſecundò principaliter,& conſi.609.quæritur ex duobus,col.2.nu.6.& cæteri omnes,quos poſtea in hac limitatione citabimus poſt ſeq.verſi.

*Natura legis quæ.*

2 ¶Et huius quidem differentiæ duplex ratio eſſe poteſt,prior quòd legis natura ea eſt, vt diſponat, non pro vno actu tantùm,ſed perpetuò,& quoties opus fuerit, ne alioquin ſit manca & mutila, & imperfecta,contra l.j.C.de his quib.vt indig.Altera quæ proximè accedit ad priorem,quòd lex ipſa ſemper loquitur,l.j.ff.de condi.ex lege.vt per eam dicit Bart.in l.vlt.ante fi.ff.de reg. Catonia. eſtq́; ſemper in viridi obſeruantia,vt dicit tex. quem & ad hoc noſtri vbique appellant, in l.Arriani, C. de hæret.Qua etiam ratione motus Bar.in l. ſi ita eſſet, col.1. verſi. circa primum dic, ff. de aur. & arg.lega.dicit quòd verbum præſentis temporis prolatum à lege,etiam ad futura trahitur, vti probatur ex d.l.j.ff.de condict.ex leg.

*Statutum de compromittendis cauſis affinium, cur non reſtringatur ad unum compromiſſum.*

3 ¶Et ex hoc plerique dicunt fieri,quòd alibi diximus, ſtatutum de compromittendis cauſis affiniũ, non reſtringi ad vnum compromiſſum,ſed vt toties fiat quoties opus fuerit,donec cauſa fuerit deciſa,& expedita,cùm hæc diſpoſitio ſit legalis,ſiue ſtatutaria.Ita enim hac ratione voluerunt Cy.& Bal.in d.§.hæc vxor.& idem Bal.in l.ſi vt proponis,la j. col.vlt.verſi.ibi, officio ſuo, C. quomo.& quan.iud.dum allegat Cy.in d.§.hæc vox.& ipſe Bal.in l.j.col.8.verſi. quæro teſtator mandauit. C. de his quæ pœnæ nomi.vbi illud dicit quòd ſuprà diximus,legem ſemper loqui.Raph.Com.in l.ſi cùm dotem,§.j.verſi.not.tamen ex glo.& ibi Alex.col.1.verſi. iuxta hoc quæro, ff.ſolu. mat. Alex. conſi.lxx.viſo conſi.col.1.verſi.ſed poſito quòd illud,lib.2.Cæpo.cauſar.criminal. conſi.lxviij.circa primum dubium,col.2.in prin.Soci.qui id reputat ſing,conſi.cxvij.viſa & diligenter, col.2. in prin. lib.1.



lib.j.Iaſ.in d.l.duobus,§.j.col.vlt.verſi.item limita ſupradicta,ff.de iureiuran.& in l. diuortio.§.quod in anno,col.vlt.verſi.ſecundò limita,ff.ſolu.matri.& in l.prætor ait,§.deinde,col.vlt.verſi.nec obſtat ſi diceretur,ff.de oper.no.nunciat.vbi dicit,quòd ſi ex pacto compromiſſum fieri deberet, non cogerentur partes bis compromittere,& Phil.Dec.in c.ſua nobis,col.1.verſi.& iſta habent locum, de appell.Andr.Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone.

*Dos quando iteranda.*

4 ¶Sed ex hoc fit quòd nonnulli in ea quæſtione,an qui tenetur dotare,ſi dotauerit,& dos amiſſa fuerit,teneatur iterum dotare,diſtingunt,an teneatur dotare ex diſpoſitione legis, vt iterum teneatur dotare,ſi dos ſine culpa dotatę amiſſa ſit,per l.vltimam,C.de dot.promiſ.& d.authen.ſed quamuis, C.de rei vxor.actio.& voluerunt Bart.& alij in l.ſi cùm dotem, §.j.ff. ſol. mat. & Bal.in auth. quod locum,C.de collat.cum ſi.An verò ex pacto,vel alia diſpoſitione hominis,& non tenebitur,per l.ſi ſocius pro filia,ff.pro ſoci.de qua diximus ſuprà,in prin.num.7.incip.tertiò. Nam ita has ll.quæ diſcordare videbantur,concord.Bal.Ange.Imo. & Alex. in d.l. ſi cùm dotem,§.j. ille circa medium, alter in fi.ipſe Imo.etiam circa medium,poſtremus col.1.verſi.iuxta hoc quæro, ff.ſolu. matrim. & Lauren.Calca.conſi.xx.iſta quæſtio habet tria, col.1. verſi. ſecunda limitatio.& Socin. conſi. ccxcj. viſis literis,col.5.verſi.ſed huic conſiderationi,lib.2. Sed tu omnino circa hanc deciſi.vide eundem Socin.d.conſi.5.col.3.verſi.ad ſecundum reſpondeo,cum mult.ſeq.lib.4.& quæ dicam infrà nu.xiiij. incip.ſed & hanc.

*Statutum de capiente condemnatum pro delicto,quomodo intelligatur.*

5 ¶Nec omittendum quod per hanc noſtram limitationem,ex ſpecie facti, cõſultò reſpondit Raph. Comen.conſi.xiiij.cuius id exordium eſt, ſtatutum dictat capientem, quòd ſi ex ſtatuto, capiens condemnatum pro delicto,debeat habere dimidiam partem condemnationis, non tantum intelligitur de prima captura,ſed & de ſecunda,& de aliis,quia legis diſpoſitio intelligitur, quoties opus erit,per d.l. veluti,§.j.ff.de eden.& alia quæ allegat.

*Differentia inter diſpoſitionem hominis & legis.*

6 ¶Hæc autem noſtra limitatio ex eo iuuatur (nec illud enim prætereundum eſt) quod ſcriptum eſt à Soci.in l.hæc conditio filiæ,col.2.in vlt.not.ff.de cond.& demonſtrat.notari ex eo tex.& l.qui per ſalutem,& ibi gloſſ.de iureiuran. quòd diſpoſitio hominis verificatur in primo actu valido, non autem in primo actu inualido. Ex quo (inquit) infertur non eſſe differentiam inter diſpoſitionem hominis,& legis in hoc,quia neutra verificatur in primo actu inualido:ſed in eo eſſe differentiam, quando primus actus eſt validus,ſed non ſortitur effectum,tunc enim diſpoſitio legis,non conſumitur illo primo actu:diſpoſitio autem hominis conſumitur,verbi gratia, lex vel ſtatutum iubet fieri compromiſſum inter affines,& factum fuit compromiſſum validum, ſed non ſortitum fuerit effectum,non conſumpta eſt diſpoſitio,ſed debet fieri aliud compromiſſum,& toties quidem fieri,donec laudum ſecutum fuerit.

*De eadem re.*

7 ¶Secus vt ſubdit Soci. ſi teſtator mandauerit hæredi, vt faciat compromiſſum, quia tunc ſi ſemel validè compromiſerit,licèt effectus inde nullus ſecutus fuerit, non tenebitur iterum compromittere,ſufficit enim ſemel ſatisfeciſſe,ſecundum Bald.in d.l.j.vbi ſuprà, C.de his quæ pœnæ nomine, & ita dicit ſe conſuluiſſe Ianuæ.

*Autoris de ea re opinio.*

8 ¶Tandem tamen ſubiungit ipſe Soci.poſſe dici totum contrarium colligi ex d.l.hæc conditio, ſcilicet quòd diſpoſitio hominis conſumitur,primo actu etiam inualido: quia ille tex. dicit benignè dicendum eſſe,non conſumi,ergo (inquit) de iuris rigore ſecus.& hoc videtur probare text. rectè intuenti,in l.dotis promiſsio,in fine ff.de iur.dot.Mihi autem, vt dicam quod ſentio, nihil referre videtur,an id fiat ex æquitate ſcripta,an ſtricto iure,quoniam æquitas illa ſcripta, præfertur rigori iuris,vt not.in l.placuit,C.de iudic.& vide interim quæ dixi ſuprà,in vj.limit.nu.vlt.

*Electio data ab homine. Quid ſi à lege.*

9 ¶Iuuatur item hæc limitatio ex eo,quod à nonnullis dictum eſt,quòd cùm electio data eſt cuipiam ab homine,ſi ſemel elegerit,etiam qualitercunque,variare non licet, eſt enim conſumpta electio, per c.ſi compromiſſarius,de elect.lib.6.Si à lege,licet,per l.eum qui certarum,§.vlt.ff.de verb.oblig. Ita enim per eos tex.voluit Damaſus in c.cauſam,de elect. vti eum allegat gl.in d.c. ſi compromiſſarius,§.porrò eo caſu,in verbo,conſentire,vbi & idem voluit Archid.col.2.in verbo,functus,& ibi quoque Io.And.poſt eum,& ab eo Alberi.in d.§.cùm purè,col.2.verſi.Archi.autem breuiter.

*De eadem re.*

10 ¶Subdunt autem ipſi Damaſus,& Archi.vbi ſuprà,non obſtare l.ij.ff.de optio. lega. vbi ab homine data eſt electio,nec tamen conſumitur vna electione:quia ibi non fuit exhibita tota familia,in qua debuit fieri electio,per l.ſerui electione,ff.de lega.j.poſtea ſubiungit Archi.contra ſecundum membrum videri facere l.ſi cui,ff.de ſeruitu.& l.quod in hæredem,§.eligere,ff. de tribut. actio. vbi data eſt electio à lege,& tamen variare non licet,ex quo dicit hanc eſſe viam brocardicam.

*Pœna legalis ſæpius,conuentionalis non niſi ſemel committitur.*

11 ¶Poſtremo confirmatur hæc limitatio,ex eo quod voluit Bald.in addit.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,in xxxviij.quæſtio.quòd pœna legalis ſæpius committitur:conuentionalis non niſi ſemel, niſi expreſsè dictum ſit,vt ſæpius committatur,quod & ipſum tenuit idem Bal.in l.ſi duo,§.j.ibi,contra hîc,quia aliud,ff.de arbit.Licèt contrarium teneat Imol.in l.ſi ſic ſtipulatus, col.2.verſi.& conclude breuiter,ff.de verb.oblig.vbi dicit nihil referre quantum ad id,ſítne pœna legalis, an conuentionalis,vtriuſque enim eandem eſſe rationem,argu.l.non rectè, C.de fideiuſſoribus & l. cùm quis, ff. ſi certum petat.Et in vtramque partem reſpectu diuerſorum caſuum,facit quod dici ſolet,mitius agi cum lege,quàm cùm homine,l.Celſus,ff.de arbitr.cum ſimilibus.

*Diſpoſitio hominis quando*

12 ¶Sed hanc limitationem ita primò declarabis,vt ſi diſpoſitio hominis facta eſt ex neceſsitate legis, vel ſtatuti,ea cenſeatur eſſe à lege,vel ſtatuto, ita vt non intelligas de primo actu : verbi gratia, in

*censetur facta à lege uel ſtatuto, quid operetur.*

caſu de quo ſuprà locuti ſumus, cùm ſtatutum iubet fieri compromiſſum inter affines, & iudex ſequendo ſtatutum id fieri iuſſerit, certè ſi ex primo compromiſſo lis ſopita non fuerit, iterum compromiſſum faciendum eſt, vt nuncupatim, & in hac ſpecie reſpondit Phil. Dec. conſi.xxij. cuius ſuperſcriptio incipit, ſi pronunciatio, col.1.& 2. Nam cum id faciat iudex neceſſariò ſecutus ſtatutum, id ſtatuto attribuitur. autoritate Bal.in l.nouiſsimè, ff.quod tutor autor. vbi dicit, quòd quando quis facit actum, ad quem tenebatur, actus videtur factus ex neceſsitate, nec voluntati facientis tribuitur, ſed neceſsitati, quod & ipſum ante illum voluit Ioan.Andr.in c.præterea, de iure patrona. & in c.bona fides, in princ.de regu.iur.lib.6. Et hoc quoque vt ſubdit Dec.colligi poteſt ex eo quod ſcribit Bart.in l.j.col.2.verſi.pro ea declaranda, C.de eden. quòd mandatum factũ argentario, vt edat rationes, non producit actionem mandati: quia cum argentarius ad id teneatur ratione officij, non reputatur mandatum hominis voluntarium, ſed neceſsitati legis attribuitur.

13 *De eadem re.*

¶Cui adde quod tradit Bal.poſt Gui.Cu.in l.cùm hi, §.planè, in vtraque lect.ff. de transact. quòd ſi hæres iuſſus à teſtatore vendere alimenta, ea vendiderit, non poterit ſuper hac venditione tranſigi, tanquam facta vi illius teſtamenti, inſpecta ſcilicet cauſa originali. Quódque ſcribit Iac. Butri. in l. ſi hæres teſtamento, ff.de act.empt. quòd ſi ſit ſtatutum, vt de quolibet contractu ſoluatur gabella, hæréſque venditionem fecerit iuſſu teſtatoris, non ſoluitur gabella, quia id factum attribuitur teſtamento, & non actui inter viuos, per gloſſ.ſing.in l.ſi quis ita, in prin.in verbo, defectus, ff.de ſtatu.lib. & id ſequitur Bal.ipſe in ſua marga.in verbo, venditio, col.2.verſi.facio. Adde (inquam) multa alia ſimilia, quæ & nos adduximus in noſtro tractatu Retractuum, tit.j.in fi.illius tit.quæſt.ij.

14 *Beneficium iure ſpeciali cōpetens, non iteratur.*

¶Sed & hanc principalem limitationem ſecundo declarabis, vt procedat in diſpoſitione legis communis, ſecus ſi ex ſpeciali beneficio legis quippiam competat: verbi gratia, pater tenetur iterum dotare filiam, quæ nullo ſuo dolo, aut culpa dotem amiſit, vt diximus & probauimus ſuprà, verſi.iiij. ſed & ex hoc ob eam ſcilicet rationem, quòd ex diſpoſitione iuris communis pater tenetur dotare filiam, l.qui liberos, ff.de rit.nupt.& l.obligamur, §.lege, ff.de actio.& oblig. At frater qui etiam certis caſibus tenetur dotare ſororem inopem, ex ſpeciali beneficio ipſi ſorori inopi conceſſo, per not. in l.cùm plures tutelam gerunt.§.cùm tutor, ff.de adminiſtra.tutor.& l.non omni, C. eo. tit. & latè diximus in tractatu Primigeniorum, quæſtio.lxij. ſi ſemel eam dotauerit, non ampliùs tenebitur eam dotare, etiam ſi nullo ſororis dolo, aut culpa dotem amiſerit, vt non obſcurè ſentit Bart. in l. ſi cùm dotem, §.j.ff.ſolu.matrimo.& apertiùs Bal.in l.vlt. col.2. verſi. ſed nunquid eo caſu, C. de dot. promiſsio. per l.ſi ſocius pro filia, ſuprà allegat.& apertiſsimè idem Bald.in auth.quod locum, & ibi quoque Rom.col.2.verſi.item inducitur, C.de Collati. illam differentiæ rationem afferentes, quòd facilius amittitur beneficium iure ſpeciali competens, quàm iure communi, l.cùm miles, §. militia miſſus, ff.de teſtament.milita. Sed tu tamen vide omnino Alex. in d. l. ſi cum dotem, §. j. col.1. in fi.cum ſeq.

## DECIMA LIMITATIO.

1 *Cum durat eadem ratio diſpoſitionis, proceditur ad ſecundũ actum.*

¶Decimo limita, vt noſtra regula non procedat, quando poſt primum actum etiamnum manet eadem ratio diſpoſitionis, vt procedatur ad ſecundum actum: tunc enim & ad eum procedi poteſt, per id quod dicit Bal. quem ad aliud ſuprà citauimus in vj.limit.in princ.ſcilicet in l.fideicommiſſa, §.ſi quis alicui decem, ff.de lega.iij. hanc inter alias rationem afferens, quare in caſu ſtatuti iubentis compromiſſum fieri inter affines, compromiſſum eſt iterandum, ſi per primum lis non fuerit ſopita, quia videlicet adhuc vendicat ſibi locum ratio ſtatuti, quæ eſt vt lis finiatur, & ſic (inquit) non obſtat l.boues, §.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi. Quaſi diceret Bald. hunc noſtrum §. non procedere, cùm adhuc durat ratio diſpoſitionis.

2 *De eadem re.*

¶Quod & idẽ voluit, & quidem expreſsius Roma.conſi.cccccιiij. in caſu propoſitæ conſultationis, poſt princ.& Anto.conſi.xxx.caſus, Titius quidam teſtator, cuius illic dictum ſæpius in hoc opere ad alia quædam attulimus, loquens in illo ipſo caſu, conſi.xiiij. ſtatutum dictat. Fely.in c. licèt dilectus, ad fi.de teſti. Iaſon in l.veluti, §.hæc vox, quem legit cum §. prætor ait, qui eſt vlt. l. præcedentis, col.2.verſi.pro eius confirmatione, iunctis præced.ff.de eden.& in l.prætor, ait, §.deinde, col.vlt. in vlt.no.ibi, confirmo iſtam concluſionem, ff.de oper.no.nuntiat.

3 *Ratio diſpoſitionẽ ampliat.*

¶Nam vt inquit ipſe Iaſon, donec durat ratio finalis ſtatuti, durat ipſum ſtatutum, l.ij.§.vlt.ff.de donatio. Et vt ei id addas, ratio eſt quæ diſpoſitionem ampliat, & extendit, l.regula, §.ſi quis, & ibi Bar. & Bal.& iterum §.& licèt, ff.de reg.iur.& l.j.§.mater, verſi.quid ſi curatores, & verſi.quid ſi deceſſerint, ff.ad S.C.Tertulli. cum aliis multis concord.text.& doctor. à me latè congeſtis in tractatu, ceſſante cauſa ceſſat effectus, parte j.nu.146. incip.ſecundum autem, cum multis ſequent. Sed aduerte quia hi omnes loquuntur in diſpoſitione legis, ſecundum ea quæ diximus ſuprà in ix.limita. vt ſcilicet locus ſit ſecundo actui, cùm eſt eadem ratio legis in illo ſecundo actu, vt in primo.

## VNDECIMA LIMITATIO.

1 *In dubio de primo intelligendum.*

¶Vndecimo limita, vt hæc regula noſtra procedat in dubio, & cum ſimpliciter fuerit aliquid diſpoſitum, tunc enim etiam in dubio de primo actu intelligitur. Secus ſi aliter diſponentes dixerint. Primum enim inſpiciendum eſt, quod illi expreſsè egerunt. In dubio autem de primo intelligendum eſt. Ita enim apertè declarat text.in l.eum qui Calendis, ff.de verb.oblig.& in l.ſi duo, §.j.ff.de verb. ſignifi. quas nos ſuprà in princ.pro concord.noſtræ regulæ citauimus.

2 *Sed ante inſpicitur quid inter partes actũ ſit.*

¶Id autem generale eſt, vt ſemper aliàs primo loco inſpiciendum ſit, quid inter partes actum eſt, l. ſemper



ſemper in ſtipulationibus, ff.de reg.iur. vbi ita ad verbum ſcribitur. Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt. Súntque in id alij infiniti tex. quos non eſt neceſſe in re tam clara, & minimè dubia adducere.

## DVODECIMA LIMITATIO.

*Intentio quoq; partium ſi appareat, conſideratur.*

1 ¶Duodecimo limita non procedere, non ſolum quando expreſsè aliud dictum eſt à partibus, ſed & ſi ex coniecturis veriſimiliter colligeretur, intentionem earum aliter intelligere, verbi gratia, vt loquamur in illo caſu, de quo ſuprà, in prin.nu.6.incip.tertio ad hanc ſententiam, videlicet ſi quis vendit fructus alicuius prædij huius anni, & id prædium binos fructus hoc anno adferat, de primis tantùm intelligitur, vt ibi diximus. Sed hoc intelligit Ro.in l.diuortio, §.quod in anno, quem legit cum §.ob donationes, col.2.verſi.vnde dicit hic, niſi pretium eſſet æquiualens omnibus fructibus totius anni, ita vt ſit veriſimile partes intellexiſſe de omnibus, per tex.in l.cùm in fundo, §.vxor viro, ff.de iur.dot. Et id ſequitur Alex.ibi, col.3.verſi.limita tamen dictum, Cæpo.in tractatu ſeruitut. ruſtic.prædio.tit.de ſeruitut.iuris paſcendi, col.3.& Geor.Nat.in clemen.ſæpe, in princ.col.lxij.verſi. mihi magis placet, ibi, ad idem adduco quod voluit.

*Ex mentione precij, præſumi emptionem.*

2 ¶Et huc pertinet alia gl.in l.j.§.j.in verbo, agendo, ff.de ſuperfic. quòd ſi dubitetur quis contractus fuerit, precium (inquit) facit diſcerni: quam glo.ſequitur, & dicit valde no. Bar.ibi, paulò ante fi.ver. vlteriùs quæro, & Bal.in l.ex conuentione, col.j.verſi.tertiò caſu, C.de pact. vbi ex ea dicit, id quod dicitur ex mentione precij, præſumi emptionem, vt not.in l.vlt.C.de præd. curial. lib.10. intelligi, quando precium eſt re condignum, & idem Bald.in l.j.col.j.verſi.quæro nunquid ille, & ibi quoque Ang.in lec.Peruſi.Pau.Caſt.Alex.dum ſimpliciter allegat Bal.vterq; paulò ante fi.& Iaſon col.pen. verſi.tertiò ſucceſsiuè quærit, C.qui teſta.face.poſſ. vbi dicunt, quòd ſi quis vendidit rem communem ſimpliciter, an totam eam, an verò partem tantùm ſuam vendere cenſeatur, in dubio id ex quantitate precij eſſe æſtimãdum, quod & ipſum voluit. Alex. qui hanc dicit eſſe communẽ opin. & alios concord.adfert, in l.ſi domus, §.vlt.col.2.verſi. quid in vendente, ff. de lega.j. Sed & illam quoque gloſſ.ſequitur Petr. Anch. qui eam dicit ſing. conſi.ccccij. pluribus rationibus, col.2.verſi. item poteſt intelligi.& Alexan.conſi.lxviij. viſis & opportunè conſideratis, ad fi.lib.5.

*De eadem re.*

3 ¶Et ad id quoque optimè facit alia glo.in l.ſemper in ſtipulationibus, ibi item, actum intellige etiã tacitè, ratione rei quæ venditur, & ibi quoque Bar. in princ. & Philip. Dec.col.1.verſi. item actum videtur, ff.de reg.iur. Et alia item gloſſ. illi omnino ſimilis, in l.in obſcuris, ibi, ſi enim res digna erat, eo.tit.& ipſe Bar.poſt Dy.in l.patronus, §.j.col.2.verſi.fallit ſi ex coniecturis.& idem quoque Bar.in l.cùm tabernam, in prin.poſt medium, ff.de pigno.& in l. Paulus, col.1.verſi. item quod dixi, ff. de ſolut. Franc.Aret. qui duas illas priores gloſſ. allegat, conſi.6. viſo inſtrumento diuiſionis, col.pen. verſi.ſed tamen his non obſtantibus, & Ale.conſi.xxvj.conſideratis verbis, poſt medium, verſi.corroborantur prædicta, lib.4.

*Ex præſumptione nonnunquàm diſpoſitiones interpretandæ.*

4 ¶Sed & pro iſta limitatione optimè facit tex.in l.cùm quidam, ff.de ann.lega. vbi cùm quidam decurionibus diuiſiones dari vouiſſet, die natalis ſui, interpretatum eſt non eſſe veriſimile teſtatorem de vno ſenſiſſe, ſed de perpetuo legato. Nam vt dicit ibi Bart. hanc interpretationem facit Imperator ex qualitate perſonæ relinquentis, & eius cui relinquebatur, ſcilicet decurioni: & ſic ex qualitate perſonæ, non præſumitur quòd voluerit dari ſemel tantùm, argu.l.ſed & ſi ſuſceperit, §.j.ff.de iudi. vt proinde intelligas illum text. inniti præſumptione, coniectura, & veriſimili.

*Mens ueriſimilis teſtatoris ſequenda.*

5 ¶Et quod pulchrè reſponſum eſt à Pet.Anch.conſi.xxvij. non ſeruato ordine, col.3.verſi. poſtquam igitur propter dictum, quòd ſi quis hærede inſtituto, ſubſtituit duos antiquiores domus, iſta ſubſtitutio non reſtringitur ad duos primos antiquiores tantùm, ſed ad ſequentes, illis excluſis, vel repudiantibus, propter veriſimilem mentem teſtatoris, quam ex multis colligit, vt ibi videre licet. Et ſequitur Rom. conſi.ccccxxxviij. in cauſa conſultationis, in iiij. dubio ad fi. Barb. conſi.xxvij. ſcripſit doctiſsimus, col.10.verſi.præterea additur vltimus, & alij quos tibi adduxi in noſtro tractatu primigeniorum q.iij.nu.9.incip.facit item.& præter eos Caro. Rui. conſi.cxix. viſo & bene ponderato, col.antepen.ſub nu.14. in fi.lib.2. dum allegat Pet.Anch. vbi ſuprà.

*Relictum cùm uidua erit, de qua uiduitate intelligatur.*

6 ¶Et quod item no.conſuluit Anto. vt alibi ad aliud propoſitum citauimus, conſi.xxx.caſus Titius quidam teſtator, quòd ſi teſtator reliquit habitationem domus filiæ ſuæ, cùm vidua erit, non intelligitur de prima viduitate tantùm, ſed de aliis omnibus, quia teſtator hoc veriſimiliter intellexit: & inſpecta mente eius eadem eſt ratio omnibus.

*Actum uidetur, quod partes ueriſimiliter intellexerunt.*

7 ¶Poſtremò hanc limitationem hæc ratio adiuuat, nam hæc noſtra regula tum demum procedit, niſi aliter dictum ſit à diſponentibus, vt diximus ſuprà in præcedenti limit. Id autem ſatis actum videri debet, etiam ſi dictum non fuerit, quod partes veriſimiliter intellexerint, aut ſi interrogati fuiſſent, veriſimiliter reſpondiſſent, l.tale pactum, §.vlt.& ibi glo.no.& Bal. qui id ad omnes diſpoſitiones trahit, & alij, ff.de pact. cum aliis infinitis concor. à me collectis in l. ſi vnquam, in præfatione, nu.56.inci.inter tam multa. Sed vt tamen intelligas, & huc quoque ſpectare quæ de veriſimili, latè inibi ſcripſimus nu.37.incip. ſed iam ni fallor, ad nu.61. quæ tu ibi videre poteris. Et hæc quidem limitatio non admodum diſsidet à vj.limitatione, quam ſuprà poſuimus.

## DECIMATERTIA LIMITATIO.

*Actus qui ſuapte natura*

1 ¶Decimotertio limita hanc regulam procedere, quando verba referantur ad aliquẽ actum, qui poteſt ſæpius iterari ab eadem perſona, ſecus ſi ex ſuapte natura traheretur ad plures perſonas. Cuius

*trahitur ad plures perſonas, iteratur.*

rei text.habes,& exemplum in l. in annalibus, C.de lega. & in l. paterfamilias primis, in prin. ff.de vul.& pup.& in l.qui liberis,§.hæc verba,eo.tit.& ita per eos text.nuncupatim voluit Corne.conſi. cclxxix.videtur prima facie,col.pen.verſi.nec obſtat etiam ſecunda ratio,lib.3.vbi ex hoc expreſsè limitat hunc noſtrum §.hoc ſermone.

### DECIMAQVARTA LIMITATIO.

*Secundus actus ſubrogatus in locum primi.*

1 ¶Decimoquarto limita procedere,niſi ſecundus actus ſubrogaretur in locum primi,verbi gratia,Si is qui ex diſpoſitione obtinet duo beneficia,ea aut alterum eorum dimiſerit, non poterit vi illius diſpenſationis vnum,aut duo alia beneficia obtinere, quia ea gratia intelligitur de duobus primis tantùm,per c.ordinarij,ante fi.& ibi glo.de offi.ordina.lib.6.& in c.non poteſt,verſi.illud autem,de præb.eo.lib.& diximus ſuprà in prin.nu.27.inci.decimoſexto,vt relinquamus.Quid igitur ſi vnum illorum priorem permutet cum alio,aut etiam duo illa priora, cum aliis duobus. Et hæc quidem obtinere poterit,quia quod ſubrogatum eſt loco alterius, idem reputat,l. ſi filiæ, §.j.ff. de condi.& demon.& l.ſi donatæ.§.ſi ſponſus,ff.de donat.inter vir.& vxo.permutatum autem ſubrogatur loco eius cum quo permutatur,l.idem ſeruandum,ff.de leg.ij.Et quaſi continuatiuè gratia extenditur,l. quod dicitur,ff.de mili.teſt.Hæc Bal.expreſsim in c.dudum,le ij.col.1.de elec.Nec obſtat (inquit) l. boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſignifi.quia ibi ſecundæ nuptiæ non ſubrogantur loco primarum.

*Res permutata, eandem ſortitur naturam quam alia res cum qua permutata eſt.*

2 ¶Cui adde ad confirmationem huius ſententiæ,quod in vniuerſum dicitur,rem permutatam eandem ſortiri naturam, quàm alia res cum qua permutata eſt: quod ex eo videre licet quod tradit Bald.conſi.cxij.quæritur qui intelligantur,col.2.verſi.& prædicta ſunt vera, lib.1.fundum, cum quo permutatus eſt fundus patrimonialis, cenſeri etiam patrimonialem. quod & ipſum voluit Maſuer. tit.de ſociet.§.item & dicuntur conqueſtus.Quódque ſcribit Albe.autoritate Gui.Cu.in l.vlt.col.2. verſi. item quærit, ff.de neg. geſt. quòd ſi quis rem meam permutat cum alia, & ea ipſa res mea periit,poſſum contra eum agere,vt mihi reddat aliam rem,quam habuit cauſa permutationis.

*De eadem re.*

3 ¶Et quod in eandem ſententiam prodidit Lucas Pen.in l.j.col.4.verſi.ſed quid in quæſtione, C. de impo.lucrat.deſcript.lib.10.rem immobilem à patre receptam ex permutatione alterius, eandem omnino ſortiri naturam,in ídque multas rationes adducit,vt ibi videre poteris. Et ex hoc colligit filios in hac ipſa re ita permutata,eodem modo ſuccedere, vt in illa quam pater reliquit, etiam ſi aliàs aliter ſucceſſuri fuiſſent.Et quod item ex facto reſpondit Iaſ.conſi.ccxxxj. iſtæ duæ mulieres, col.1.lib.2.rem permutatam cum re ſubiecta fideicommiſſo,fieri fideicommiſſariam. Et quod denique ſcriptum eſt à Matth.Afflic.deciſ.Neapoli.cccxxxvj.quidam nobilis, rem permutatam cum re dotali,effici dotalem.Quæ & nos latiùs tractauimus in noſtro tractatu de Retracti. tit.j.§.xxxij. gloſ.j.nu.26.neque enim hic caſus,& ſeq.

### DECIMAQVINTA LIMITATIO.

*Diſpoſitiones inter uiuos ſtrictè interpretandæ, teſtamẽtariæ nõ item.*

1 ¶Decimoquinto limita,vt procedat in diſpoſitionibus inter viuos, in quibus voluntas obligandi ſemper in id fertur,quod minus eſt,l.inter ſtipulantem,ff.de verb.oblig.& l.ſemper in ſtipulationibus,in fi.ff.de reg.iur.& ibi concord. in gl. Et propterea huiuſmodi diſpoſitiones ſunt ſtricti iuris, ſtrictéque ſunt interpretandæ,l.quicquid aſtringendæ,ff.de verb.oblig.Ideo nõ mirum, ſi intelligitur de prima vice tantùm.Secus autem in diſpoſitionibus teſtamentariis, quæ multò longiùs producuntur,pleniúſque interpretantur,l.in teſtamentis, ff.de regu.iur. & ibi quoque concord. quibus adde c.cùm dilecti,in fi.de donat.Et id quidem voluit Anto.conſi.xxx.caſus Titius quidã teſtator, in j.dubio,ad id quoque referens quod ex eo ſuprà diximus,tum in ij.limita.nu.3.incip.ſed aduerte, tùm in iij.nu.11.incip.ſed & ad hãc.Et ſequitur Philip.Dec.con.512.cùm reuerẽdiſsimus,col.2.nu.6.

*De eadem re.*

2 ¶Et idem quoque,nulla Ant.mentione facta,voluit Rom.in l.diuortio.§.quod in anno, quem legit ſub §.ob donationes,col.2.verſi.vnde dicit hîc,ff.ſol.matri.& Alex. in additio. Bar. in l. dotis promiſsio,ff.de iure dot.& vterque quidem per l.defuncta, ff.de vſufruct.& Lauren. Calca. conſil.xx. iſta quæſtio habet tria dubia,col.1.verſi.iſta tamen regula, per l.placet, & ibi gl.ff. de lib.& poſth. de qua & nos diximus in eadem iij.limit.nu.2.

*Contractus in dubio nunquã intelligitur cõtinere promiſsionem annuã.*

3 ¶Sed addit præterea Roma.quòd in dubio,nunquam contractus intelligitur continere promiſsionem annuam,vt no.gloſſ.relata ad text.ſi recte(inquit)intueamur,in l.legatum, ff.de annu.legat. & firmat Bart.in l.eum qui ita,§.qui ita.ff.de verb.oblig. Quin & idem voluiſſe videtur Soci.in l.hæc conditio filiæ,paulò ante fi.ibi,ſed per prædicta,ff.de condi.& demonſt. dum etiam in hac re facit differentiam inter contractus,& vltimas voluntates.

*Diſpoſitio ultimæ uoluntatis æquiparatur diſpoſitioni legis.*

4 ¶Et hanc opinionem confirmat,quod ſuprà diximus in ix. limit. hanc noſtrã regulam non procedere in diſpoſitione legis,vel ſtatuti.Nam ex eo ſequitur,nec in diſpoſitione quoque vltimę voluntatis procedere,vtpote quæ illi æquiparatur,ex ſententia gloſſ.Bart.Raph.Cor.& Alex.& aliorum in l.j.C.de his quibus vt indignis,gloſſ.& Bar.in l in cognitione, ff. de S.C.Silla. Bart. in l. ij.ff. de in diem addictione,& in l.vlt.col.2.verſi.eodem modo pone,ff.de regu.Catoni.Bal.in repe.l.& ſi poſt tres,col.7.verſi.præterea inter contractum,ff.ſi quis cautio.& in l.quoties la ij. in lec. antiqua,C.de fideicom.& in c.j.in prin.col.pen.verſi.deinde quæro pone quòd princeps, tit.de pace Conſtan.Roman.in l.iij.§.filius.col.2.verſi.& hæc faciunt,ff.de lib.& poſthu.& in l.iiij.§. Cato, col.antep. verſi. ſecundo quæro ſtatuta,ff.de verb.oblig.& in l.j.col.4.verſi.quartò inquantũ, C.quando non peten. par.quibus locis,aut magnã parte eorum repræhẽdit Bal.contrariũ,vt ipſe dicit,tenentẽ in l.omnes populi, col.8.ff.de iuſtit.& iure. cum aliis multis, ne dicam infinitis,concordant.à me collectis in tractatu



tractatu Retractuum,tit.j.in fin.nu.13.denique obligatio.Sed quibus adde Fran.Are.hanc expreſsim rationem huius noſtræ limitationis adferentẽ,in l.ſerui electione,poſt princ.ff.de leg.j.& tex. quem nonnulli in hoc citant,in l.Labeo,ff.de ſtatulib.& l.ſeruus hac lege,ff.de manumiſsio.Nam & illud ſcitum eſt,diſponat teſtator,& erit lex.§.diſponat,in auth.de nupt.

*Argumentum de teſtatoribus ad ſtatuentes, & è diuerſo.*

5 ¶Adde,inquam,quòd hinc fit,vt bonum ſit argumentum de teſtatoribus ad ſtatuentes,& è diuerſò,l.vlt.C.de reb.eccl.non alie.& voluit Ang.vt à nonnullis citatur in l.j.ff. de acquir.rer. domi. per text.quem ad hoc dicit ſingu.in l.iiij.C.de omni agr.deſer.lib.11.vti illum allegat,& ſequitur Iaſon in l.teſtandi.in j.no.C.de teſta.ſed in meo codice Ang.nulla eſt illius lec.in eum tit.

*Mens ſtatuentium iiſdẽ modis conſideratur,quibus mẽs teſtatoris.*

6 ¶Adde & poſtremò,quod omnibus modis quibus coniecturatur mens teſtatoris,iiſdem quoque & mens ſtatuentium,vt dicit ipſe Ang.conſi.cclxxxj.Martinus,Ioan.de Florentia,col.2.verſi.item per præcedentia,quod notabile dicit Iaſon in d.l.teſtandi, vbi ſuprà. Et quòd prohibitio teſtatoris æquiparatur prohibitioni ſtatutariæ,vt tradit Petrus Ancha.conſi.clij. plura,& ſequitur etiam Iaſon vbi ſupra,vbi tamen eſt corruptus nu.d.con.

*Vide ſuprà num.88.*

7 ¶Et ad hanc limitationem pertinere poteſt quod proditum eſt à Guid. Suz.& Raph. Comen. in l. eum qui calendis,in prin.ff.de verb.oblig.quòd ſi teſtator legauit fratribus minoribus vnam pitantiam,vt ipſe loquitur,in feſto ſancti Franciſci,non de primo tantùm anno intelligitur,ſed & ſemper, & perpetuò in eodem feſto.& nuncupatim ipſe Raph.repræhendit Bartol. qui contrarium tenuẽrat in l.cum quidam,ff.de annuis legat.fatetur tamen idem Rapha.dictum Bart.poſſe procedere in contractibus,per text.in hoc noſtro §.hoc ſermone. De quo & nos pleniùs diximus ſuprà in prin. nu.88.incip.quadrageſimooctauo vt redeamus.

*Qui teneant contrarium.*

8 ¶Verùm de hoc principali dicto Anto.d.conſi.xxx.dubitat Fely.in d.c.ij.col.2.verſi. bene facit elegans,de treug.& pac.Et id expreſsè,& apertè repræhendit Iaſ. in l.diuortio, §.quod in anno, in fi. ff.ſol.matr.dũ dicit ipſum Anto.in d.conſi.quinq; modis, inter quos hic vnus eſt, limitaſſe hanc regulam,ſed illas limitationes parum ſibi placere,nec tamen adiicit rationem,quare ſibi diſpliceant.

*In teſtamentis difficilius permittitur ſecunda electio, quã in contractibus.*

9 ¶Et pro ipſius Iaſonis opinione,poſſet illud nonnihil facere, quòd in teſtamentis difficiliùs permittitur ſecunda electio,ſcilicet priore iam facta,quàm in contractibus, vt videre licet ex l. ſi ſterilis,§. vlt.ff.de actio.empt.& l.huiuſmodi,§.Stichum,& ibi gloſ.Bar.Raph.Comen.& alij,ff.de legat.j.& l. ſerui electione,& ibi Bar.in j.oppo.Alberi.col.1. Bal.poſt Petr. in prin. Ang.Imo.Raph. Comen.in princ.Pau.Caſt.diſtinguens,Alex.Fran.Are.& Iaſon,eo.tit.& l.fideicommiſſa, §.ſic fideicõmiſſum, ff.de legat.iij.& l.apud Aufidium,& ibi Alberi.poſt Iacob.Ra & Pe.ff. de opt.leg. & Ioan.Mona. in c.ſi tibi,col.vlt.verſi.& vt planè liqueat,de præbend.lib.6.& Ioan.Andr.in c.gratia, paulò ante fi. & ibi Domi.col.vlt.ad fi.& Philip.Fran.col.2.nu.9.de reſcrip.eo.lib.6. Bart.poſt antiquiores in l. eum qui certarum,§.j.col.1.in j.oppoſit.& ibi quoque Alberic. poſt prin.Angel.in fi. Pau.Caſt. poſt medium,ff.de verb.oblig.Pet.Anch.in c.ſi compromiſſarius,col.2.ver.vlt.quia tex.dicit,de elect.lib.6. Ale.in d.l.quicquid,col.2.verſi.ex qua habes perpetuò,& ibi quoque Iaſon col.2.verſi. in ea gl. ibi, & iterum in fi.eius verſi.ff.de verb.oblig. Cuius differentiæ redduntur quatuor rationes, vt videre poteris apud Iaſonem poſt alios,in d.l.ſerui electione,col.3.verſi.operæpretium eſt.

*Cõpromiſſum in teſtamento iuſſum primo compromiſſo conſumptum.*

10 ¶Et certè huic limitationi ex diametro pugnat,quod ſcribit Bal.in l.j.col.8.verſi. quintò quæro teſtator mandauit,C.de his quæ pœnæ nomi.quòd ſi teſtator mandauerit hæredi,vt compromitteret cauſam,quam habebat cum Titio ſuper mutuo,ſub certa pœna:ſufficit vt hæres ſemel compromiſerit,& confeſtim quàm id fecerit,liberatus eſt:quia verbum ab homine prolatũ, conſumitur,etiam ſi poſtea euanuerit:licet ſecus ſit,ſi à lege eſſet prolatum,per l.vlt.§.vlti.& ibi Cy.ff.de eden.Et eum ſequitur Soci.conſi.cxvij.viſa & diligenter,col.2.verſi.hoc etiam apertè, lib.1.vides enim ibi compromiſſum in teſtamento iuſſum,primo compromiſſo conſumptum,etiam ſi euanuerit, tanquàm ſcilicet ab homine iuſſum.Et certè ego ſum in ea ſententia,vt nihil in hoc referat, fiat diſpoſitio à contrahente, an à teſtatore, vtrobique enim cenſetur diſpoſitio hominis, non legis, quantùm ad hoc noſtrum inſtitutum attinet.

### DECIMASEXTA LIMITATIO.

*Diſpoſitio conditionalis intelligitur de prima uice tantũ.*

1 ¶Decimoſexto limita,vt procedat noſtra regula in diſpoſitione conditionali tantùm, non etiam in cæteris,ex eo quod poſt Cy.& Petr.voluit Bart.(quem omnes præter Raph.Com.ſequuntur)in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,col.antepen.verſi.venio ad verſi.pro quo,ff.de verb.oblig.quòd quando promiſsio,vel legatum fructuum naſciturorum ex tali fundo,fit cum relatiuo quis,vel qui,quod coniunctum verbo futuri temporis facit conditionem,l. Stichum qui meus erit, ff.de leg.j. & l. nuper,ff.de legat.iij.vel quando promittuntur fructus naſcituri,non expreſſa quantitate, quo caſu etiã promiſsio cenſetur eſſe conditionalis,l.j.in fi.ff.de cond.& demon.& l.interdum, ff.de verbo. oblig. Tunc nullis fructibus primo anno natis,aut ſi nati fuerint, conſumptis, non debentur fructus anni ſequentis,l.& ſi debitor,§.veriſimile,ff.de contra emp.& l.certus,ff.de vino,triti.& ole.leg.quia conditio intelligitur de prima vice,per hunc noſtrum §.hoc ſermone.Secus quando promittitur certa quantitas fructuum naſciturorum ex aliquo fundo, non adiecto relatiuo: tunc enim quia iſta promiſsio non habet conditionem,non ſolùm de primo anno intelligitur, ſed & de ſequentibus, per tex.in d.§.ſacram,& in l.Firmio,in prin.ff.quando dies leg.ced.Et idem certè voluit Cy.in l. ſi quis argentum,ad fi.prin.verſi.ſi quærat nunquid,C.de donat.

*De eadem re.*

2 ¶Hanc rem primus,ſolúſque expendit Iaſon in d.§.ſacram, ad limitationem huius noſtræ regulæ, quam

quam dicit mirabilem,nouam,& valdè ſingularem.Subdit tamen id ſibi videri ineptiſsimum,quoniam in omni materia ſermo ſimpliciter prolatus,intelligitur de prima vice, per tex.iam ſæpius ſuprà à nobis citatum,in l.dotis promiſsio,verſi.vlt.ff.de iur.dot.Tamen illico ſubiungit defendendo (vt ipſe dicit)opinionem Bart.dici poſſe,quòd ea l.& ſimiliter hic noſter §.hoc ſermone,quem ipſe allegat, bene faciunt pro eo : quia talis promiſsio dotis,de qua loquuntur, habet tacitam conditionem,ſi matrimonium ſequatur,l.ſtipulationem,& l.promittendo, in prin.& l.tali.ff.de iur. dot. Cui in hoc vltimo adde quæ latè diximus in noſtro tractatu Retractuum, tit.ij.§.ij.num.58,ad octauum, & duobus ſeq.

*Contrarium.*

3 ¶Poſtea autem ipſe,vt ad eum redeamus,ſubnectit,quòd contra Bart.iura abundant,probantia in omni alia materia,etiam non conditionali,ſermonem ſimpliciter prolatum intelligi de primo actu, vt in l.eum qui calendis,& ibi glo.j.ff.de verb.oblig. & in l. ſi ſocius pro filia, in prin. & ibi Rapha. Fulgo.id reputans ſingulare,in v.no.ff.pro ſoc.& in c.non poteſt,§.j.& c.mandato,& c.ſi clericus,in princ.& ibi Domi.in iiij.no.de præbend.lib.6.quæ iura allegaui ſuprà in princ. Tandem Iaſon relinquit cogitandum, quia nemo aduertit,& nemo tangit,nec aliud dicit.

*Autoris ſententia, ut in omni materia de primo actu intelligatur.*

4 ¶Ego autem præterea illud ſcio, Bald. qui nihil omnino intactum reliquit (vt ſæpe aliàs dixi) in l. qui per ſalutem,in fi.nouæ lect.ff.de iureiuran.in ea quoque ſententia fuiſſe,vt hic noſter §.hoc ſermone,intelligatur in actu conditionali tantùm,non etiam in præceptiuo , & diſpoſitiuo per d.l. qui per ſalutem.Et idem quoque effectualiter,vt noſtri loquuntur,voluit Ang.conſi.lj. cuius exordium eſt,ex facto propoſito,factum autem incipit,Simon notarius,col.2. At vt tandem in ea re iudicium meum interponam,cenſeo non ſolùm in conditionali materia,ſed & in omni alia regulam noſtram procedere,per iura à Iaſon.citata,& alia plura ſuprà in princ. à nobis quoque citata.

DECIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Niſi actus ſecundus, ſit reuocatorius primi reuocabilis.*

1 ¶Decimoſeptimo limita,vt ſcilicet ſermo ſimpliciter prolatus, de primo actu , non etiam ſecundo intelligatur,niſi ille actus ſecundus ſit reuocatorius primi, qui aliàs ex ſuapte natura ſit reuocabilis, quia tunc reuocari poteſt:Verbi gratia, princeps ciuitati poteſtatem fecit ſtatuendi , quæ quidem ciuitas vſa ea poteſtate quippiam ſtatuit , an poſtea poterit id ſtatutum reuocare , & aliud facere. De qua re loquens Bald.in c.j.in prin.col.pen.verſi.deinde quæro,pone quòd princeps, tit. de pace Conſtant.dicit primùm videri,quòd non,quia ea facultas intelligitur de primo actu, per hunc noſtrum §.hoc ſermone.Subdit tamen contrarium eſſe verius,argum.l.omnium,C. de teſtament. & no.à Ioan.And.in c.non poteſt,de prębend.lib.6.in nouella.Et ſequitur Alex.in addit.Bar.in l.omnes populi,col.9.in verbo,non poteſt reuocari,verſi.ſed quid ſi princeps,ff.de iuſtiti.& iur. Ex quo (inquit)apparet ſtatuta potiùs accedere vltimæ voluntati,quàm contractui,de quo nos diximus ſuprà in xv.limit.num.4. incip. & hanc opinionem.Sed ex hoc vides illos intelligere id quod dictum eſt,in his quæ ex ſua natura reuocari poſſunt.

*An ſtatuta reuocari poſſint à ſtatuentibus.*

2 ¶Sed tu ſuper his,& primùm ſuper eo,an ſtatuta reuocari poſsint à ſtatuentibus, vnde Bart. in d.l. omnes populi,col.9.verſi.quartò quærit vtrùm,quæ eſt iiij. quæſt.iiij.quæſtionis principalis,per totam eam quæſtio.ff.de iuſtit.& iur.& in l.ij.§.j.col.vlt.verſi.& prædicta ſunt multùm,ff.de opti.lega. & in l.ambitioſa,col.pen.verſi.quæro an decretum, ff.de decre.ab ordi.facien. & in d.l.omnium,in iiij.no.& ibi Bal.ad fi.verſi.item nota quod licèt,& Ang.col.ij.verſi.in tex.ibi, inhibitum, Pau. Ca. circa medium,verſi.videtur etiam eſſe hîc caſus.Alex.conſi.j.verſi.& ideo facit, Corne. col.2.verſi. no.quòd licèt teſtamentum,& latè Iaſon.col.2.verſi.ideo facit ſecundum Bar.C.de teſta. Pan.poſt alios in c.dilecto,col.pen.verſi.ſed aduerte ad aliud dictum,de præb.Roma.conſi.cxvj.viſis neceſſariis,ferè per totum.

DECIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Quando res, uel ſubiecta materia repugnat non intelligitur de primo actu.*

1 ¶Decimooctauo limita,vt hæc noſtra regula non procedat,ſi natura rei , ſiue ſubiecta materia repugnet,vt expreſsè voluit Alciat.in hoc noſtro §.hoc ſermone,ad id referens quod ſuprà diximus in 8.limit.de priuilegio quod ſuapte natura perpetuum eſt.Ideóque quod per viam priuilegij conceſſum eſt,primo actu non conſumitur.Quódque etiam diximus ſuprà in ij.limitatione, de re quæ ex conſuetudine regionis requirit reiterationem.

*Omnis diſpoſitio ſumit interpretationē ex natura rei, & ſubiecta materia.*

2 ¶Nam & illud perpetuum eſt, vt omnis diſpoſitio , quæcunque ea ſit, ſumat interpretationem ex natura rei,& ſubiecta materia,l.ſi vno,in prin.& ibi gl.Bar.& Bal.ff.loc.& c.conſtitutus, de religioſ. domibus cum aliis concord.adduct.à Steph.Pheder.in lib.de legum interpretat.par.iij.char.ij.verſ. amplius licèt. & Iaſ. in l.iij.in ij.no.C. de tranſact. & in l. ſtipulatio iſta habere licere, §.hi qui ſunt, col.1.& ſeq.ff.de verb.obli.& Fely.& Dec.in c.nam concupiſcentiã,de conſti.& à me latiùs in repet. l. ſi vnquam,in verbo,reuertatur, nu.37. incip.& aliàs etiam videmus, & ſeq. C. de reuoca.donat.

DECIMANONA LIMITATIO.

*Aequitate ſuadente de ſecundo intelligitur,aut non.*

3 ¶Decimonono limita vt procedat noſtra regula,cùm æquitas id ſuadet,vt ſcilicet de ſecundo actu non intelligatur.At ſi diuerſum ſuadeat,certè & de ſecundo actu intelligetur, vt expreſsim voluit Salyce.in l.dotis promiſsio,ff.de iu.dot.in id referens text.in leg.quo enim,§.j.ff.rem rat. habe.tanquam ſcilicet hæc noſtra regula habeat,vel non habeat locum,vti æquitas ſuadet,aut diſſuadet.Et idem propemodum voluit Raph.Comen.in l. ſi cùm dotem, §.j. poſt medium , ibi not. tamen ex gloſſ.ff.ſol.matrimo.vbi tamen intelligit,in diſpoſitione hominis, ad id ſcilicet reſpiciens quod diximus ſuprà in ix.limit.

¶Et



*De eadem re.*

2 ¶Et huc quidem ſpectat tex.in l.hæc conditio filiæ,in fi.princ.in illis verbis, benignè tamen dicendum eſt,ff.de condi.& demon.vbi in cauſa illius legis conditio nuptiarum, benignè intelligitur de ſecundis nuptiis:benignè igitur,id eſt ex æquitate, vt interpretantur Accur. Bar. & cæteri doctor. ibi.& quidem optimè.Nam id verbum,benignè,id propriè ac peculiariter ſignificat, vt latè docuimus in noſtro tractatu Retractuum,tit.j.§.xxxv.in gloſſ.j quæ eſt in verbo,*d'eſtroicts droitz*. nu.25. incip.& ſicut ſtrictum ius.Et facit quod ſcribit Fran.Aret.in l.ſerui electione, ad fi.prin.ff.de leg.j.& Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno,col.vlt.verſi.tertiò no. limita.ff.ſol.matri. De quo & nos diximus ſupra in iij.limitat.

VICESIMA LIMITATIO.

*Actus iterabilis,aut non iterabilis,quid operentur.*

1 ¶Viceſimò limita,vt procedat noſtra regula in actu non iterabili (vt noſtri loquuntur) durante eodem ſtatu,ſecus in iterabili.Ita enim voluit Alber.autoritate Old.in l.matrimonij,ff.qui & à quibus eum tex.concordans cum l.qui per ſalutem,ff.de iureiur.vt ſcilicet d.lex matrimonij, quæ non admittit alteras nuptias,procedat in actu non iterabili d.autem l.qui per ſalutem, loquatur in actu iterabili.Quò etiam ſpectat quod diximus ſuprà in ij.limi.Porrò alij aliter intelligunt d.l. qui per ſalutem,vt diximus ſuprà in j.limit.

*De eadem re.*

2 ¶Et huc quoque facit,quòd multi in hac materia diſtingunt in die iterabili,& die minimè iterabili, vt videre licet ex Bar.Alberi.& Goffred.Salign.in l.cùm quidam, quæ eſt pen.ff.de annu. legat.& quod item dicitur in alio caſu,ſcilicet de actu iterabili & non iterabili,vt ſciamus, an pœna, vel ſtipulatio ſemel an pluries committatur,per gl.in l.ſi ſic ſtipulatus, in gl.vlt. paulo ante fi. & ibi Bart. col.1.verſi.ſi quæris vtrùm ſtipulatio,poſt princip.illius ver.& Alberi.col.1.in 4.oppoſ.& Bal.paulo poſt prin.iterúmq; poſtea,verſi.nota quòd actus,ff.de verb.oblig. Et vide quæ dicam infrà in xxij. limitat.quæ ad hanc proximè accedit.

VICESIMAPRIMA LIMITATIO.

*Deceptus nulla ſua culpa in primo actu, ad ſecundum admittitur.*

1 ¶Viceſimoprimò limita,vt non procedat noſtra regula,quando quis in primo ſuo actu , nulla ſua culpa fuit deceptus:tunc enim ad alium accedere poteſt,verbi gratia , ſi quis vi gratiæ apoſtolicæ elegerit,ſiue acceptauerit aliquod beneficium, conſummata eſt gratia , nec poterit (etiam hoc dimiſſo)aliud petere,c.quia cunctis,quod eſt primum,& c.executor, de conceſ. præben.lib.6.& diximus ſuprà in princ.nu.54.incip.xv.quod voluit,& ſeq.Sed id ſanè intelligitur,niſi is erranter elegerit,ſiue acceptauerit beneficium alteri collatum,vel debitum , tunc enim poterit aliud eligere , vel acceptare,vt voluit gloſſ.in d.cap.quia cunctis,ad fin.in verbo, cauſa, & ibi quoque ante eam Inn. (nam vt alibi diximus,is multa c.lib.6.legit in lectura decretalium) col.pen.in verbo, voluntatibus, verſi.ſed quæro vtrùm ſemel,& Ioan.And.in nouella,ad fin. Dominic.col.vlt. ſuper glo. in verbo, cauſa,& Philipp.Franc.col.vlt.in gloſ.vlt.de conceſſ.præben.lib.6.& alia gloſ. in c.ne captandæ, in verbo,cauſa ſubſit,& ibi quoque ante eam,Ioan.Mona.circa medium,Archidia.col.2.in verbo , rationabilis cauſa,Ioan.And.col.1.in verbo,ius in ipſo, in nouella. Petr. Anc.col.2. verſi. quærit Ioan. Andr.an qui ſemel,& Dominic.col.2.ſuper gl.in verbo, cauſa, eod.tit.de conceſſ. præben. lib.6. & Rom.conſi.cccxxix.præſens conſultatio,col.1.

*De eadem re.*

2 ¶Et idem in c.gratia, de reſcr. lib.6. vbi is qui ignorans beneficium ſibi abſenti collatum, aliud à ſede Apoſtolica,quod ſimul cum illo tenere non poterat,impetrauerit,eligere debet,vtrùm eorum retinere maluerit:& ſi ſemel vnum elegerit,non poterit ampliùs alterum eligere:vt ſcilicet id procedat,niſi hic qui primum elegit,fuerit deceptus,ignorans ſcilicet id beneficium à ſe electum alteri deberi,vel etiam errans,ſimplex beneficium pro dignitate elegerit.Ita voluit ibi Archid.ad fi.& ipſe Ioan.Andr.col.2.in gl.vlt.arg.l.ij.ff.de opt.leg.& l.ſi maritus, §.vlt. ff. ad l. Iul. de adulter.& c. quia veriſimile,de præſumpti.citántque in eam ſententiam Hoſtien. in d.c.quia cunctis , in verbo, extantibus,de conceſſ.præben.eo.lib.6.Sed hactenus non vidi lecturam Hoſti. in lib.6.nec legi illud c.ſub eo.tit.decretalium.Sed & id ſequuntur Dominic.& Philip.Fran.in d.c. gratia, ille col.vlt. in glo.vlt.hic col.2.nu.9.

*De eadem re.*

3 ¶Sed idem quoque in caſu cap.ſi tibi,de præben.lib.6.voluit Ioan.Mona.ibi,col.vlt.dicens acceptantem in eo caſu poſſe variare, ſi nihil ſit quod ei imputari poſsit , per d.l.ij.ff. de opt. lega. Et aliud quoque non diſsimile in alio caſu ſcribit Calderi.conſi.vj.an ſi conſuetudo,ſub tit.de conſuetud. vt ibi per eum videre poteris.

*Delegatus nulliter faciēs per iuſtum errorē facti,poteſt iterum pronunciare.*

4 ¶Et huc quoq; pertinet quod dicitur,delegatũ,qui ſemel etiam inutiliter pronunciauit,aut quicquã nulliter fecit, non poſſe iterum pronunciare , cùm ſit functus officio, per leg.ſi vt proponis, la j.C. quom.& quan.iud.& c.in literis,& ibi omnes,de offic.deleg.& latè D.à Rota.deciſ.cccxlj.dubitabatur vtrùm auditor,in nouis,hoc tamen non procedit, vbi ipſe delegatus per iuſtum errorem facti nulliter geſsit,vt ſi executor,cui mandatum fuerat,vt prouideret Titio de præbenda , illi prouidit de præbenda Martini,qui cõmuni opinione reputabatur mortuus,cùm adhuc viueret, non impeditur de alia prouidere,per l.error,C.de iur.& fac.igno.& c.dominus,de ſecun.nupt.Ita enim voluerunt Inn.Hoſti.& Io.And.in c.j.in verbo,forte,& ibi Bal.col.1.verſi.ſed quid in eo cui eſt mandata, de re iudi.Bar.in l.iudex poſteaquã,in iiij.oppo.ff.eo.tit. Card.Flor.conſi.xxxij.in deciſi. col.3.verſi. quartò quia quando,& conſi.ciiij.poſt redditum conſilium,col.2.ver.ad aliud dubium, Petr.Anch. in cle.j.col.2.in j.quæſt.de re iudi.Pau.Caſt.in l.cùm quærebatur,ante medium,ff.eo.tit.

*Et an idem*

5 ¶Súntque qui idem tenent in errore iuris, vt videre licet per Hoſti.Ioan.And.Imo.& alios,præter ipſum

*quando errore iuris.*

ipſum Inn.in d.c.j.de re iud.& Petr.Ancha.in d.cle.j.vbi ſuprà.& Alex.in d.l.iudex,col.5.in 3.limita. Sed huius contrarium expreſsè tenet Card.Flor.in illis duobus con.ſuprà allegatis,& bona pars eorum quos citauimus in præce.verſi.dum loquuntur de errore facti tantùm, tanquam aliud ſentiant in errore iuris.

6 ¶Quid quòd ſunt qui negant in ſententiis,& aliis actibus iudicialibus prodeſſe errorem facti, vti nec errorem iuris,& in his Imol.in d.l.iudex poſteaquam, col.4. verſi. fallit etiam quarto, ff.de re iudi.& ibi quoque Alex. col.3.verſi. quartò fallit.& Pan. in d.c.j. col.pen.verſi. aduerte inquantum Inno.loquitur,eod.tit.Nam Inno.in eod.c.j.de re iudic. & qui eum ſequuntur, loquuntur in factis extraiudicialibus,vt in prouiſione de beneficio,de quo latè diximus ſuprà in vj. limit. nu.10.incip. huc item ſpectat.& multis ſeq. Sed tu hîc vide quæ ſcripſimus ſuprà, in j. limit. num.41. ſed quod dictum eſt,& ſeq.

*De eadem re.*

7 ¶Hanc autem principalem limitationem intellige,modò ſi is qui ita errauerit,poſteaquam certior factus fuerit de ſuo errato,& ita iure ſibi non competente in beneficio,quod prius acceptauit,mox, id eſt,ſine mora,aut negligentia ad alium redierit. Ita enim no.voluit Rom. d.conſi.cccxxix.col.2. verſi.ſin autem membrum,per tex.quem dicit ſingul.in c.ſi beneficia,de præbend.lib.6.vbi ſi quis ignoranter recipiat beneficium alteri collatum, vel etiam reſeruatum à Papa, liberè reuertitur ad priora beneficia propter illud dimiſſa,modò poſtquam certior factus fuerit,ſine difficultate aliqua omnino id dimiſerit.Nam ſi(vt inquit Roma.)quis perdit ius quod habet in re,in prioribus illis beneficiis,ob moram dimittendi poſterius illud,multò magis perdit commoditatem iuris ad rem, ſi in mora fuerit relinquendi beneficij acceptati vi gratiæ : multo enim facilius perditur ius ad rem, quàm ius in re,c.ſi is cui,de præben.lib.6.& c.vlt.de conceſſ.prębend.lib.6.Hæc ille.Cui & tu addere potes optimum text.in l.qui contrà,in fin.C.de inceſt.nupt.cùm dicitur,ſi errore comperto coniunctionem huiuſmodi,ſine vlla procraſtinatione diremerunt. & alium quoque in l. quis ſit fugitiuus,§.idem ait ſi ſeruus, ff.de ædilit.edic.ibi, ſi imprudens ſecutus eſt, neque occaſionem redeundi nactus prætermiſit.& in c.cupientes §.inſuper.de elec.lib.6.ibi,tunc infrà idem tempus iuſto impedimento ceſſante,&c.& quod voluit gl.ibi,in §.quòd ſi per xx.in verbo,propoſita,in princ.

*Errãs quomodo recipiatur ad iterationem actus.*

8 ¶Ex hócque approbat Rom.vt ad eum redeamus,eorum ſententiam qui reprobant opinio.Hoſti. dicentium,quòd vbi eſt manifeſtum acceptantem beneficium,ius in illo non habere, non eſſe expectandam ſententiam ſuper declaratione non iuris:nam in re manifeſta,debet ipſe acceptans ſtatim bonam fidem agnoſcere,nec ſententiam expectare,l.emptorem, in princ. ff.de actio. empt. & clariùs in l.quoties,§.denique imperator.ff.de adminiſt.tutor. & ad id quoque citat l. Item ſi res.§. non tamen,ff.de alienat.iudic.mutan.cauſ.fac.& l.j.ff.de inoffi.teſta. Quibus & tu adde alium tex. not.quem & ipſe poſtea ad aliud adducit,in l.nemo rem ſuam vtiliter,§.j.in fi.ff.de verb.oblig.cùm dicitur,hic moram feciſſe videtur,qui litigare maluerit, quàm reſtituere. Adde item & alia multa quæ diximus de execratione litium in noſtro tractat.Retractuum,tit.j.§.viij.glo.vij. in verbo, *le retrayant en decherroit*,num.20.incip.hîc autem maxima,& ſeq.

*In re manifeſta, acceptans non debet ſententiam expectare.*

9 ¶Intellige item hanc limitationem in eo,qui deceptus fuit errans in facto, ſecus ſi in iure errauerit, vt pulchrè voluit Inn. loquens in executore dato à Papa, qui errans in iure, contulit beneficium quod non vacabat, in c.j.in fin. de ſenten. & re iudi. quem nuncupatim ſequitur, ídque dicit not. Card.Flor.conſi.ciiij.cuius initium eſt, poſt redditum, col.2. verſi. ad aliud dubium. Neque enim aliàs error iuris excuſat.Super quo vide quæ diximus ſuprà alicubi.

*Error iuris nihil prodeſt ad iterationem actus.*

VICESIMASECVNDA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimoſecundò limita hanc regulam, vt procedat cùm agitur de ſpecie, quæ ſuapte natura non eſt iterabilis,iuxta l.Lucius,§.impuberem.ff.de lega.iij.Secus,ſi de quantitate,quæ ſua ipſius natura iterari poteſt,ideo ſi quis reliquerit certam quantitatem filiæ,dum vel donec nupſerit, cenſetur eſſe legatum annuum pro quolibet anno,non pro vno tantùm,l.qui concubinam,§.vxori,ff.de lega.iij.& l.legatum,ff.de annu.lega.& l.iij.& iiij.ff.de condit.& demonſt. Ita enim autoritate earũ ll.voluit Imol.in l.in inſtitutione,circa medium, ff.de vulg.& pupil. quem ſequitur Lauren. Calca. conſi.xx.iſta quæſtio habet tria dubia,col.j.verſi.tertia limita.per hoc expreſsim limitans hanc noſtram regulam.Et vide quæ diximus ſuprà in xx.limita.quæ ad hanc proximè pertinet.

*Actus non iterãtur,cum ſpecies ſuapte natura non eſt iterabilis, ſecus ſi ſit.*

VICESIMATERTIA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimotertiò limita,vt procedat noſtra regula,cùm per primum actum ius alteri eſt quæſitum, aliàs ſecus:exempli cauſa,Eligentes per viam electionis,ea publicata,ad ſecundam electionem venire non poſſunt,c.cùm inter canonicos, & c.publicato, de electio. Per viam autem poſtulationis poſſunt,antequam poſtulationem præſentauerint,poſtea non poſſunt,c.bonæ,le ij. de poſtula. prælat.quod non ob aliud eſt,quàm quia per ſimplicem electionem quæritur ius,ſaltem ad rem,electo per poſtulationem,non quæritur ante præſentationem.

*Ius alteri quæſitum per primum actum impedit iterationem, aliàs ſecus.*

2 ¶Quam quidem eius differentiæ rationem poſuit Compoſtel. in d.c.bonæ, col.1.in verbo, quæſitum,& ibi Pan.col.5.verſi.ex hoc habes,vbi ex hoc ponunt hanc regulam generalem, quòd quis variare poteſt,antequam ius ſit alteri quæſitum : ſecus ſi ius ſit quæſitum, & ad hoc quoque allegat ipſe Cõpoſt.l.nemo,ff.de reg.iur.& c.cùm inter dilectos,de electio.& ipſe quoq; Pan.citat clemẽ.j. de renunc.Quod & ipſum voluit Card.Alex.in c.Oſius epiſcopus dixit. §.j.lxj.diſt. & Roch. Cur. in tract.de iure patrona.in verbo,honorificum,col.11.verſi.ſecundò ſuboritur quæſtio acceſſoria.

*De eadem re.*

¶Et



3 ¶Et bene facit,quod à Io.Mona.traditum eſt in c.cùm expediat,col.j.verſi.item publicato,de elect. lib.vj.quòd publicato ſcrutinio electores variare nequeunt,per d. c. publicato, quod vt ſubdit, verum eſt,vbi electus ius habet. Quòd ſi ius non habet,vt ibi,ex ſcrutinio c.ſi cui,eo.tit. & ibi variare poterunt:Et ſequitur Io.And.ibi,poſt prin.in verbo,conſenſerit,& Pet.Anch.ad fi.& Domi.col.j.Et idem propemodum voluit Dy.in c.mutare,in prin.de reg. iur.lib. vj. & Hoſt. in ſumma, tit.de electio.§.vtrum mutari poſsit,col.j.verſi.& vt plenius.& non obſcurè voluit Card.Flor.in d.c.publicato,col.ij.in j.oppo.& iterum col.v.in vij.quæſt.& ante hos omnes Compoſtel. in eo ipſo c. publicato,in verbo,variare.& iterum paulò ante fin.

*Scrutinio publicato, quãdo electores uariare poßint.*

4 ¶Et quod etiam voluerunt D.à Rota,deciſ.xxxv.nota quòd vbi epiſcopus,in antiquis, quod ſi epiſcopus habet ex priuilegio,vel ex conſuetudine,vt poſsit in ſua noua creatione nominare vnum canonicum,in qualibet eccleſia collegiata,& aliquem nominauerit,qui ipſi acceptauerit, non poterit alium nominare, etiam ſi ea nominatio non ſortiatur effectum,per l.apud Aufidium,ff.de opti.lega. & alia quæ allegat,vt diximus ſuprà,in prin.nu.115.incip.ſexageſimoſexto, quod tradiderunt. Nec obſtat(inquiunt)c.ſi electio,de ele.lib.vj.vbi ſi electio non ſortitur effectum, quia electus nolit conſentire,vel poſt conſenſum renunciat,aut moritur, aut propter occultum quodpiam vitium irritatur electio,poterunt eligentes electionem aliam facere,quia ibi ex ſola electione immediatè, in dignitatibus electiuis non quæritur ius,in ſimplicibus autem quæritur,vt in c.ſi tibi abſenti,& ibi not. de electio.libro vj.

5 ¶Vides igitur ex eorum ſententia cardinem huius rei in hoc verti, an ius ſit quæſitum, an non. vt primo caſu variare non liceat,ſecundo liceat.Nam & hoc ipſum in vniuerſum voluiſſe videtur gl. diſtinguens tamen in ſecundo membro,in c.noſti,extrà de elect. & ſimpliciter Archi. tractans, an liceat mutare conſiliũ,in c.certè ego ſum.in verbo,muto conſiliũ.12.q.j.dicens ita eſſe concordanda iura,quæ dicunt licere mutare conſilium,quæque dicunt non licere. quod & ipſum ſequitur Card. Alex.ibi.col.ij.ſuper gl.in verbo,ecce.Et idem quoque voluit Iaſ.in l.ſerui.electione, col.j.verſic.ſecundò limita,ff.de leg.j.in id referens text.ibi,& in d.l.apud Aufidium,ff.de opt.lega.

*Summa huius rei.*

6 ¶Et quod item proditum eſt à Bald.in l.j.C.ſenten.reſcin.non poſſ.vti allegatur ab his, quos ſtatim citabo (licèt in meo codice non reperi) quòd ſi conſentientibus partibus, à delegante ſtatutum eſt tempus delegato ad expediendam cauſam,non poterit ampliùs id tempus prorogari,ne tollatur ius quæſitum alteri parti,ex lapſu eius temporis:& ſequitur Rom.in l.ij.col.xix.verſ.dubitatur vlteriùs, ibi,aut terminus ipſe,ff.de re iudi.& Georg.Nat.in repe.clem.ſæpe,in prin.col.xlij. verſic.prædictis accedat,de verb.ſignific.

*Tempus ſtatutum delegato, ad expediẽdam cauſam,an prorogari poßit.*

7 ¶Quod tamen intelligunt Ro.& Nat.(neque enim id prætereũdum putauimus) niſi quidpiam nouum,atque inopinatũ emerſerit,ob quod is qui prorogationem petit, non potuerit intra tẽpus præſtitutum dicere de iure ſuo:tunc enim iuſtum eſſe,vt ei ſuccurratur,arg.l.de ætate, §.ex cauſa, ff.de interro.act.& c.cæterum,de iuram. calum. vt & in ſimili dicitur tempus præſcriptum appellanti ad proſequendum appellationem,ei prorogari debere, ſi aliquid acciderit,propter quod non potuerit appellationem proſequi,auth.ei qui,C.de temp.appella.& c.ex tenore, de appel. Debet enim iudex maximè in arbitrariis,æquitatem ob oculos ponere,l.quod ſi Epheſi,ff.de eo quod cert.loc.

*De eadem re.*

8 ¶Sed & huc propius accedit quod à Bart. & Alberi. ſcriptum eſt in l.qui per ſalutem.vtroque circa medium,& ibi quoque Angel.Saly.in vlt.oppo.& Iaſon in fin.ff.de iureiur.dum tollere volentes antinomiã,quæ videbatur illius l. & huius noſtri §.dicunt in hoc §.& ſimili, tractari de nouo iure quærendo per matrimonium,ſiue aliquem alium actum.At in d.l.qui per ſalutem, quis iurauerat ex iure ſuo ſibi iam quęſito per acceptationem.Quod & ipſum ſecutus eſt Bened.Plumbi.in l.matrimonij,poſt medium,ff.qui & à quib.dum concordat d.l.matrimonij, quæ omninò ſimilis eſt huic noſtro §.cum d.l.qui per ſalutem. Quibus etiam accedit Bald. in l. qui poſt aditam, paulò ante fi.ff.de impub.& ali.ſubſt.dum allegat d.l.matrimonij,& alias,in hócque manet, vt ſi ex primo actu ius ſit quæſitum, non liceat ad alium tranſire. Sed tu hîc omnino vide quæ diximus ſuprà in j.limitatione,nu.38.incip.declara item tertio,& ſeq.

*Ius ex primo actu quæſitum, quid operetur.*

VICESIMAQVARTA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimoquartò limita procedere,vt primo actu conſumatur diſpoſitio, niſi ipſe actus ſit neceſſarius,ſcilicet continens neceſsitatem actu permanẽtem,vt dicit Bald.in l.vlt.col.vlt.C.qui bon. ced. poſſunt,ad hoc trahens, quod alibi diximus, ſtatutum de compromiſsis non conſumi vno tantùm compromiſſo,ſed tandiu durare,donec lis finita ſit,ſcilicet ſupra in vj.limit.nu.1.& ſeq.atque iterum in limit.ix.nu.3.incip.& ex hoc plerique,& alibi ſæpe.

*Actus neceſſarius iteratur.*

VICESIMAQVINTA LIMITATIO.

1 ¶Viceſimoquintò limita,vt hæc noſtra regula non procedat in vniuerſali,ſiue etiam generali diſpoſitione,aut etiam indefinita,cùm ea æquipollet vniuerſali:tunc non tantùm intelligitur de primo,& de præſenti actu,ſiue tempore,ſed etiam de aliis poſtea futuris,per tex.in l.ſi ſeruitus,ff.de ſerui. vrb. præ.vbi generalis conceſsio ſeruitutis,ne luminibus officiatur, etiam ad futura lumina trahitur. Et ita illum text.intelligunt omnes docto.ibi.

*In uniuerſali ſiue generali diſpoſitione, ad actus iteratiõe procedi tur.*

2 ¶Et illius arg.dicit Bal.in auth.excipitur,in fi.C.de bon.quæ liber.quòd ſi pater ita dicit,concedo filio meo omnes fructus aduentitiorum bonorum ipſius, non ſolùm includuntur fructus illius anni, ſed & aliorum futurorum,quia videtur vniuerſalis conceſsio,& quia vno,& eodem tempore perti-

*Vniuerſalis cõceßio, ad futura trahitur.*

nent ad concedentem, l.Lucius, quę eſt penult.ff.de fund.inſtru.& quod no.Cy.in l.non modus,C.de ſeruit.vbi & idem dicit de vniuerſali conceſsione,vt ſcilicet ad futura trahatur, & ad id quoque allegat d.l.pen.& l.peculium,ff.de lega.ij.

*Omnis decimatio cōceſſa, quid compræhendat.*

3 ¶Sed & Bald.vbi ſupra citat Arch.in c.cognouimus,paulò ante fi.verſ.& eſt argu. quod qui concedit,xij.q.ij.vbi poſt Hugo.dicit, quòd qui generaliter concedit omnem decimationem cuiuſpiam loci,intelligitur concedere etiam futuram decimationem noualium, nam & præteritæ, & præſentes,& futuræ decimationes eodem iure ei competunt,omnéſque eodem iure cenſeri debent, argu. l.j.ff.de pignoribus,& l.ſi quis,quæ eſt vlt.C.quæ res pignor.oblig.poſſ. & hoc quoque ibi ſequitur Card.Alex.etiam ad fin.

*Futura quādo cōpræhendantur ſub indefinita.*

4 ¶Attende tamen lector amantiſsime,ne decipiaris,quod nonnulli tradūt in d.l.ſi ſeruitus,quam tibi pro fundamento huius limitationis poſt alios citauimus, ideo diſponentem, qui indefinitè locutus eſt, intellexiſſe etiam de futuris, quia potuerunt omnia futura præuideri: aliàs enim futura non compræhenderentur,per l.ſi ita eſſet,ff.de aur.& arg.leg.Ita enim expreſsè voluit Bart. in d. l.ſi ita, col.ij.verſ.ſi verò de magno præiudicio.& ante eum Cy.in d.l.non modus,verſ. quandoque concedit ſub nominibus.

VICESIMASEXTA LIMITATIO.

*Diſpoſitio vtēs uerbo quoties,quandocūque, &c. non cōſumitur uno actu.*

1 ¶Viceſimoſextò limita procedere,niſi diſpoſitio permittens,aut aliter diſponens aliquid fieri,vtatur verbo quoties,aut aliis ſimilibus,vt ſi dicat fieri quandocunque, vel quotieſcunque quis voluerit, tunc enim ea diſpoſitio non vno actu conſumetur,ob vim & ſignificationem huiuſmodi dictionū, quæ iterationem important,vt magna autoritate affirmat Arch.in c.nunc verò,ix.q.iij.quem ſequitur Domi.conſ.xcvij.ſuper j.dubio,col. j. verſi.prætextu iſtius, vbi autoritate illius dicit eam dictionem,quoties,eſſe eius naturæ,vt importet vniuerſaliter poteſtatem variandi, ex hócque c.non poteſt,de præb.lib.vj.quo cauetur diſpenſationem ad duo beneficia, intelligi de duobus primis tātùm, vt diximus ſupra,nu.28.incip. decimoſeptimo accedit. non procedere quando in diſpenſatione eſſent illa verba,quoties ſibi placeret.quod & ipſum nulla illorum mentione facta cōſuluit Phil. Dec. conſ.clxix.cuius ſuperſcriptio incipit,diſpenſatio facta in j.dubio.

*De eadem re.*

2 ¶Quibus addes Dy.Alber.Bart.Imo.& Alex.in l.qui bona,§.vlt.ff. de dam.infe.dicētes hęc verba, toties quoties,ſignificare infinitatem,vti etiam ipſe Alex.voluit in l.ſi Stichum,§.j.col.ij.ver.nec ob. ratio,ff.de verb.obli.& in l.ij.§.vlt.col.ij.verſi.puto quòd in terminis,ff.qui ſatiſd.cog.& conſil.cxlv. quoniam abunde,col.j.verſi.ſed hoc non obſtante,lib.2.& alij multi quos tibi citauimus in tractatu Retractuum,tit.ij.§.j.in gl.ij.in verbo,*à tel temps*,nu.11.contrarium,cum multis ſeq.

*Comprobatio eiuſdem.*

3 ¶Et hoc quidem aliis probatur in his dictionibus,& ſimilibus,ex multis text.videlicet in l. ſi ita ſtipulatus à Seio fuero,& ibi Bart.Ang.& Imol.ff de fideiuſſ.quæ loquitur in dictione,quandocunque, ibíque gl.in verbo,ſummas,adducit pro contrario hunc noſtrum §.hoc ſermone, vt intelligas hanc limitationem ad hunc tractatum pertinere,& alios tex.in l.j.§.j.ibi,toties quoties, ff. ſi fami.fur.fecdica.& in l.ſi duo,§.vlt.ff.de arbit.& §.in primis,Inſtit.de eo cui liber.cau.

*Toties quoties repræſentare promittens, liberatur ſi bis repræſentet.*

4 ¶In quo tamen illud annotandum eſt,quod tradit Ang.in l.ſi finita,ff.de dam.infec.& iterum in l. ij. §.qui exhiberi,ff.de cuſt.reo.quòd ſi quis promiſerit alterum repræſentare toties quoties fuerit requiſitus,ſufficit vt bis illum repræſentet,ita vt poſtea liberetur,per d.l.qui bona,§.vlt ff.eo.tit.& l. fideicommiſſa,§.ſi quis decem,ff.de lega.iij.Et illum ſequitur,& multis argu. & rationibus comprobat Roma.in repe.rub.ff.de arbitr.col.x.verſi.quid autem ſi compromiſſum eſt, & conſil.xv. plura ſunt quæ quæruntur,in iiij.codémque vlt.dubio,vbi & alia loca citat ex eodem Ang.

*Qui teneant contrarium.*

5 ¶Sed hæc ſententia repræhenditur ab Imo.Rom.ſibi contrario, Alex.& cæteris recentioribus in d. l.ſi finita,ea quam diximus ratione,quòd ea verba(toties quoties)infinitatem deſignant, propterea que duabus vicibus tantùm minimè contenta eſt.Quod & ipſum tradit idem Ro.in d.l.ij. §. vlt.col. ij.verſi.modò ad propoſitum.& ibi quoque Soci.col.pen.ver. ſextò & vltimò,ff.qui ſatiſd.co.& Pau. Caſt.in l.duobus,§.quod ſi reus,ante fin.& ibi quoque Iaſo.col.pen.ff.de iniu. quo in loco ipſe Pau. monet notarium,vt promittere faciat de ſiſtendo toties quoties.& ipſe item Alex.in d. l. quia bona fide. §.vlt.ff.de dam.infe.& d.conſ.cxlv.in prin.lib.2.& alij quos in id citat Hippol. Marſi.in l.vnius, facinoris.§.cogniturum,col.vij.verſi.item & vltra,cum multis ſeq.ff.de quæſt.& vide quos citaui ſuprà,in prin.nu.49.inci.quid autem ſi quis.

*Infinitas quando toleretur, uel reſtringatur.*

6 ¶Sed & hîc non omittendū ducimus,quod ab Ang.ſcriptum eſt in d.l.ſi ita ſtipulatus à Seio fuero, ff.de fideiuſſ.volens ſoluere contrarium quod gl.ibi fecerat de hoc noſtro §.hoc ſermone, vt ſuprà diximus,hæc tradit,Quòd vbi tractamus de obligatione contrahenda in alicuius conditionis euentum,toleratur infinitas,& ſolus primus actus impletionis conſideratur per hunc noſtrum §. hoc ſermone.Vbi verò tractamus de obligatione multiplicanda,tūc etiam toleratur infinitas, ſi per multiplicationē in effectu,non multiplicatur intereſſe,neq; contrahitur nouū damnum,vt in d.l.ſi ita ſtipulatus,vbi licèt fideiuſſor obligetur in plures quantitates,tamē eas recipere poteſt à reo,& in l. vbi exigitur,§.hæc vox,ff.de eden.de qua nos alibi diximus.Sed vbi ex multiplicatione ſemper induci tur nouum damnū,quantumcunq; verba ſunt apta ad infinitatē,non toleratur infinitas,ſed reſtringitur,l.fideicōmiſſa.§.ſi quis decem,ff.de leg.iij.quam & gl.in d.l.ſi ita ſtipulatus,adduxerat pro cōtraria.Sed antequam obligatio contrahatur,poteſt futurus,vt ipſe loquitur, obligari, dicere ſe nolle in infinitum obligari,& ſic,inquit,intelligitur l.qui bona,§.vlt.ff.de damn.infec.Hæc Ang.

¶Cæterum



*De eadem re.*

7 ¶Cæterum Imo.in d.l.ſi ita ſtipulatus,dicit hæc bene notanda,quia ſecundum ipſum Ange.etiam ſi appoſita ſit dictio,quandoque,vel quandocunq;,in d.§.ſi quis decem, nihilominus procederet quod ibi dicitur.Cuius tamen oppoſitum ſentit Bart.in d.l.ſi ita ſtipulatus,& rurſus in d.l.qui bona, §.vlt. & fortè,vt ſubdit Imo.illud verius eſt,quia ſtandum eſt voluntati teſtantis, nec recedendū à verbis claris,l.aut ille,§.cùm in verbis,ff.de leg.iij.& l.pen.ff.de annu.leg.Et pro hoc facit d.l. ſi ita ſtipulatus,nam poſſet eſſe,quòd ibi ſæpius damnum incurreretur ipſi fideiuſſori, ſi contingeret ex poſt facto reum effici non ſoluendo,vt in §.vlt.inſtit.de replic.Aequitatem tamen habere opinio.Ang.ſed æquitas non ſcripta,& rigor ſcriptus videntur reſiſtere,per ſupradicta.

VICESIMASEPTIMA LIMITATIO.

*Cōceſſio lucratiua, uno actu nō conſumitur.*

1 ¶Viceſimoſeptimò limita, vt procedat in conceſsione oneroſa, ſecus in lucratiua ſiue gratuita, ex hoc quod voluit Alex.in l.diuortio, §.ob donationes,col.iij.verſi.ſecundo limita dictum, ff.ſol. matrim.dum limitat dictum Bal.ibi dicentis,quòd ſi quis vendit fructus cuiuſpiam horti,& bis ipſi fructus colligantur in anno,intelligitur tantùm de primis,de quo nos ſupra diximus in prin. num.6.incip.tertiò ad hanc ſententiam: Vt ſcilicet id procedat in titu.oneroſo,in quo & ipſe Bald. loquitur: in lucratiuo autem ſecus.nam tunc(inquit)id perpetuò intelligitur,per l.ſi ſeruus,ff.de ſeruitu. vrbanorum præd.

*Vide ſuprà ſub 25.limit.nu.2.*

2 ¶Cuius (vt & ipſe dicit) text.argu.dicit idem Bal.in auth.excipitur,ad fi.C.de bon.quæ libe. quòd ſi pater concedit ſuo filio fructus bonorum ſuorum aduentitiorum, non ſolùm includuntur fructus illius,ſed futurorum,& ad hoc quoque alia allegat,de quo nos alibi ſupra diximus in xxv.limitatione.Tanquam ſcilicet intelligat Alex.illam Bal.diuerſitatem,ex ſola diuerſitate lucratiui, aut oneroſi tituli.Subdit tamen ipſe Alex.hoc poſterius dictum Bal.verum eſſe, ſi fructus eorum bonorum aduentitiorum non extabant tempore donationis, nam ſi extarent, de illis tantùm debere intelligi, per tex.in l.ſi ita,ff.de auro & argento leg.

*Fructus cōceſſi quando trahantur ad futuros, & cur.*

3 ¶Ex quo iterum vides Alex.non ſatis ſibi bene conſtare,nec hîc diuerſitatem tituli oneroſi, vel lucratiui quicquam facere,ſed id ex eo tantùm pendere,an fructus extent, an non extent. Si enim extant,de illis tantùm intelligi,etiam in titulo lucratiuo:ſi non extant,ſecus.Et id quidem poſtremum omnino verum eſt.nam ſi nulli extarent,conceſsio,ſiue gratuita,ſiue lucratiua, omninò eſſet inutilis,& ſuperuacua,niſi de fructibus poſtea ſequentibus intelligeretur,quod minimè dicendum eſt, ex not.in l.ſi quando,C.de inoffic.teſtam.cum ſimilib.

*Legatū ut quis ueſtiat, quomodo intelligatur.*

4 ¶Subiungit tamen Alex.pro illa poſteriori ſententia Bal.facere quod ipſemet Bal.ſcribit in l.j. col. ij.verſi.pone quòd teſtator,C.de fideicommiſſ.quòd ſi teſtator mandauerit hæredi,vt veſtiret vxorem ſuam,& ſic(ait Alex.)tit.lucratiuo,intelligitur vt ſingulis annis veſtiat. Sed nos de hoc Bald.dicto,& illius ratione,alibi ſupra diximus.

VICESIMAOCTAVA LIMITATIO.

*Actus proteſtationis iteratur.*

1 ¶Viceſimooctauò limita,vt hæc noſtra regula non procedat in actu proteſtationis,qui tātum abeſt, vt prima ac vna conſumatur,vt etiam iterum,ac interdum ſæpius (ſi quando ea requiritur) fieri debeat:aliàs ea prima proteſtatio euaneſcit, manétque inutilis, & inefficax, peræquè ac ſi nulla facta fuerit per text.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori,ff.de operis noui.nunci.& in l. mora, in fi. principij,ff.de vſuris.

*De eadem re.*

2 ¶Verùm hæc res patitur multas diſtinctiones & declarationes.Nam primùm Bar.in d. §.ſi quis ipſi prætori,col.ij.in 2. oppoſitione, videtur, inquit, quòd ſufficiat proteſtationem ſemel eſſe factam,l. Titia,§.vſuras,ff.de leg.ij.Idque ita ſoluit,quòd quando proteſtor,quòd non ſtat per me,tunc ſi ſtat per aduerſarij delictum,vel contumaciam,ſufficit vna proteſtatio,nec requiruntur plures,niſi prima fuerit remiſſa,per dictum §.vſuras,& dictam legem,mora,& ibi glo.in verbo, repetendi, & facit l. iij.§.illud,ff.quod vi aut clam.

*De eadem re.*

3 ¶Aut ſtat per aduerſarij caſum, vel dignitatem, & ſic ſine delicto illius,& tunc aut proteſtatio fit ad conſeruandum ius proteſtantis,& ſufficit ſemel fieri,l. ſi intra, & l.in contractibus, §.pen.C.de non nume.pecu.& l.vt perfectius,C.de annali excep.cum ſimilibus.Aut fit proteſtatio ad acquirendum ius quodpiam nouum,& tunc finito impedimento aduerſarij,debet iterum fieri,aliàs prima poteſtatio nihil operaretur,per dictum §.ſi quis ipſi prætori.

*Proteſtatio re iteranda.*

4 ¶Ex hócque ſubinfert, quòd ſi emptor cui mouetur lis de re empta,proteſtatus fuerit ſe non poſſe eam litem nunciare vēditori,quia ignoratur,quo in loco ſit ſine culpa ipſius,iuxta l.ſi dictum,§.pen. ff.de euictio.tunc ſi reuerſus fuerit,debet ei denunciare,aliàs prima illa proteſtatio nihil operaretur, videretúrque ab ea receſſum,per d.§.ſi quis ipſi prętori,quod,inquit,tene menti ad multa.Sed tu ſuper hoc vltimo vide Ang.in d.§.ſi quis ipſi prætori,verſi.ex hoc dicit,& ibi quoque Paul. Caſt.col.j. verſi.qui per hoc dicit,Imolam,col.ij.verſic.item adde ſecundo,Roma.col.ij.verſ.inquantum Bart. in eadem,Alex.col.iij.verſi.ex hoc infert,Iaſonem,col.v.verſi.tertio inquantum, & præterea Antonium in c.vlt.col.ij.in iiij.quæſt.extrà de appellat.

*Qui conſulendi ſuper hac re*

5 ¶Porrò ſi alia multa ſuper hac re,an ſcilicet vna proteſtatio ſufficiat, & de ſimilibus ſcilicet interpellatione,denunciatione,admonitione,requiſitione,citatione,& aliis id genus,vide omnes in d. §.ſi quis ipſi prætori,glo.in c.ſi epiſcopus,xviij.diſt.& in c.cupientes,§.ſi per viginti,in verbo, propoſitā. verſi.ſed ſolet quæri,& ibi Petr.Anch.col.vlt.verſi.incidenter tamen quæritur,Dominic.col.iij.verſ. & nota iſtam glo.& Phil.Franc.col.ij.verſi.in eadem glo.in fi.Innocen.in c.cum nobis,col.ij.in ver-

bo,reuocare,verſic.item an ſunt.Ioan.Andr.in c.ego,col.j.in verbo,vocatus,de iureiur. & alios plurimos citatos ab Alex.in d.§.ſi quis ipſi prætori,col.j.& ij.

VICESIMANONA LIMITATIO.

1 *Promiſſio generis ſubalterni uno actu non conſumitur.*

¶Viceſimononò limita,non procedere in promiſsione cuiuſpiam generis ſubalterni ( quod vocant dialectici & noſtrates) in quo quidem haud dubiè eſt electio debitoris, l.plerunque, §.pen.ff.de iure doti.& c.in alternatiuis,de reg.iur.lib.6.cum concord. ibi adductis. Sed quod ad noſtram tractationem pertinet, ſi ſemel vnum promiſſor elegerit, non ex hac prima electione conſumitur electio, quin poſsit poſtea,& ſæpius quidem aliud eligere,& ſoluere,l.qui ex pluribus,& ibi gl.Bar.& alij, ff. de verb.oblig.& l.eum qui certarum,§.j.& ibi etiam gloſa,& doctor,ff.eo.tit.In quibus locis,ne hîc te diutiùs detineam, videbis vtrùm & id facere poterit poſt litem conteſtatam, an & poſt ſententiam,& an id procedat in voluntate expreſſa,aut tacita,& an in teſtamentis,vt in contractibus,& an cùm à lege datur electio,an & cùm ab homine.

TRICESIMA LIMITATIO.

1 *In pignoribus actus iteratio conceditur.*

¶Triceſimò limita,vt non procedat in pignoribus,& hypothecis,ſiue prætoriis,ſiue conuentionalibus,nam ſi creditor cadat poſſeſsione pignoris, vel hypothecæ quam habebat, ſiue nulla eius culpa,ſiue etiam ſua culpa,non ita perdit ius pignoris,quin poſsit iterum eam poſſeſsionem recuperare hypothecaria actione,vt eſt text.expreſſus,& no.in l.vlt.& ibi omnes doc.C.de præto.pigno.Sed cui ſimilis eſt alius,in l.is cui,§.quæri poteſt,ff.vt in poſ.leg.& voluit gloſa,in l.ſi quis miſſum, §. vlt. in gl.pen.in fi.ff.de dam.infect.& Inno.in c.contingit,in prin.de dol.& contu.

2 *Niſi creditor alienationi cõſenſerit.*

¶Sed hoc ita accipiendum eſt,niſi creditor expreſsè conſenſerit alienationi rei pigneratę.Nam licèt ea poſtea redeat in dominium debitoris,non tamen redit pignus,quin ipſum perpetuò manet liberatum,per alium text.& ipſum quoque not.in l.vlt.C.de remiſ.pigno.quem ſing.dicunt Bal.Ang.& Saly. ibi.Niſi tamen in duobus caſibus,qui ibi adſcribuntur à doc.vti videre poteris.

TRICESIMAPRIMA LIMITATIO.

1 *In cõſtituto nõ intelligitur de prima uice tantùm.*

¶Triceſimoprimò limita,vt ſimiliter non procedat in conſtituto,verbi gratia,vt id intelligas,ſi conſtitutarius,id eſt,is pro quo venditor,aut alius id genus ſe conſtituerit poſsidere rem venditam, aut aliter ceſſam,ipſius rei realem,ſiue naturalem poſſeſsionem appræhenderit, & ea poſtea cadat, & deinde res ad conſtituentem redierit,redit & poſſeſsio,vi illius conſtituti in conſtitutarium,ex ſententia Bal.in c.ſi facta.col.j.verſi.pone vendo tibi,& ibi quoque Matth.Afflict.col.iij. verſic.& dicit hîc,tit.ſi de feud.fuer.contr.inter domi.& agna.& alij,quos tibi citaui in noſtro tract. Conſtituti, in v.limit.quo in loco videbis,an id verum ſit.

TRICESIMASECVNDA LIMITATIO.

1 *Actus reiterari poteſt, quãdo deſtructio uoluntatis ad interpretãtem ſpectat.*

¶Triceſimoſecundò limita,vt non procedat,quando deſtructio voluntatis ad interpretantem, ſiue declarantem ſpectat,verbi gratia,diximus in prin.nu.40.incip.viceſimo quod voluit,quòd declaratio,ſiue interpretatio obſcuritatis,vel ambiguitatis,non niſi ſemel fieri poteſt,per gloſ.in l. quicquid aſtringendæ,in prin.ff.de verb.oblig.cum multis ſi.ibi adductis.Sed id intelligitur, niſi is qui diſpoſuit aliquid obſcurè,poſteáque ſemel interpretatus fuerit aut declarauerit,id ipſum obſcurum poſsit totum ipſum reuocare.Exempli cauſa,teſtator quicquam obſcurum diſpoſuit, cuius diſpoſitio ambulatoria eſt vſque ad mortem,eſtque ei ſemper liberum reuocare teſtamẽtum,l. quod per manus, ff.de iu.codi.& l.iij.ff.de adim.lega. cum ſimi. Ideóque ei licet interpretari, & declarare teſtamentum,non ſemel tantùm,ſed & toties quoties libuerit,l.hæredes palam,§.ſed ſi notam,ff.de teſtam.Id quod ab Ang.annotatum eſt in d.l.quicquid aſtringendæ,paulò ante fin. & ibi quoque Alex.col.pe. verſi.ex qua habes,ff.de verb.oblig.& nos quoque diximus ſuprà,in prin.nu.46.incip.quinetiam illud,ſed id inter limitationes repetere non inconueniens mihi viſum eſt.

TRICESIMATERTIA LIMITATIO.

1 *Sermo ſimpliciter prolatus de primo actu intelligitur,niſi natura repugnet.*

¶Triceſimotertiò limita,vt procedat,niſi natura repugnaret,verbi gratia,in caſu l. eum qui calẽdis, ff.de verb.oblig.de qua diximus ſuprà,nu.21.incip.duodecimo accedit.in ea igitur l.dicitur quòd ſi quis ſimpliciter ſtipulatur calendis Ianuariis,intelligitur de primis.Quid ergo ſi quis in menſe Decembri, ſtipulatus fuerit calendis Ianuariis partum Aretuſæ, quæ nondum prægnans eſt,aut certè prægnans eſt ex duobus menſibus tãtùm,ita vt natura repugnet, vt ſtipulatio poſsit habere effectũ in primis illis calendis Ianuariis proximè ſequentibus ſtipulationem.Igitur non de illis ſtipulatio illa intelligenda eſt,ſed de aliis partum ſequentibus,vt dicit gl.in d.l.eum qui calendis, in verbo, calendis,in prin.per text.in l.interdum,in prin.ff.eo. tit. vbi interdum pura ſtipulatio, ex re ipſa dilationem capit,vt ſi id quod in vtero ſit.ſtipuletur: tunc enim incipit actio, cùm ea per rerum naturam præſtari poteſt.

2 *De eadem re.*

¶Quibus adde quæ latè congeſsimus in noſtro tractatu,ceſſante cauſa ceſſat effectus, nume.70.incip.ſuntque & aliæ,& ſeq.quo conuinceremus naturam, leges, & cæteras diſpoſitiones interpretari. Hæc autem limitatio poteſt reduci ad ipſam noſtram regulam,vt ſcilicet ea ſtipulatio intelligatur de primis calendis,poſtquam res præſtari poſsit.

FINIS.

AND.



# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI CONSILIARII TRACTATVS

## DE POENIS

*Legum,ac Conſuetudinum,Statutorúmque temperandis,aut etiam remittendis, & id quibus,quótque ex cauſis.*

## ANDREAS TIRAQVELLVS ANDREAE TIRAQVELLI AVTHORIS FILIVS, ILLVSTRISSIMO ATQVE integerrimo in ſuprema Pariſienſi curia Præſidi ſuo Domino Seguiero S.

SVadet natura,ac pietas,vt citra vllam inuidiam, Patris mei optimi recordari poſsim: qui vt poſteritatis, ſic filij memoria excidere nunquam poteſt.Præterquam quòd enim eadem quæ poſteri, beneficia ab eo acceperim, multò plura etiam pro ingenita pietate, ac amoris magnitudine non fateri accepiſſe,non modò ingrati, ſed planè impij ſit animi.Vt igitur fas eſt,ea me agnoſcere omnia, ſic maximè decet vnum commemorare. hoc autem illud eſt, Præſes illuſtriſſ. quòd longiſsimo antè tempore, quàm eius,ſenatúſque totius beneficio,adſcriptus eſſem, tam claro,ac illuſtri ordini, cui nunc magno cum honore,ac omniũ bono præes, ex eius de te ſermone frequenti,& multo ( breuis enim de te eſſe non poteſt) abundè cognoui,quanta virtutum tuarum eſſet præſtantia,vel priuatim,vel publicè.Paucioribus enim dicere vix eſt,quàm ſanctè ac grauiter familiæ tuæ,atque Reipublicæ præſis,quanta denique animi integritate in omnibus te geras:adeò,vt poſtremum illud ſæpius audierim,multo ſe fœliciorem futurum, ſi annuente numine contingeret, me, vel ſuorum aliquem, tantam virtutum tuarum habere notitiam, quam ille habebat: ita te numeris omnibus eruditionis,ac virtutis impletum admirabatur. Vt enim Socrates apud Platonem,plurimi facit virtutes ipſas antè cognoſcere, quàm illas verè conſecuti ſimus,ſic ille tam ſui,quàm tui, aliorúmque virorum clariſsimorum exemplo,notas,deinde expetendas eſſe virtutes ſen-

tiebat. Iſtud quoque haud tacebat, te tam propenſo animo in ſe, ſibíque iunctos extitiſſe, vt diuinam propè talem beneuolentiam crederet, quòd citra vllum ſuum meritum (vt dicebat) ex te prodiiſſet. Cuius tam crebrò recordabatur, vt cogitaret, ſi nõ tantam humanitatem, ac beneuolentiam dignum aliquod meritum anteuertiſſet, ſequi ſaltem debere, in teſtimonium ac fidem grati animi. Cui tam recto, ac pio voto ſatis ego pro virili facturus, quem velut hæredem, ac ſucceſſorem tantæ amicitiæ perhumaniter complexus es, relictum à patre Tractatum de minuendis, augendis, vel etiam temperandis pœnis, tibi tanquàm poſthumum offerre volui: cùm quòd in his iudiciis, quæ circa pœnarum irrogationem verſantur, ſic æquitas, omniſque virtus elucet tua, vt natus magis, quàm inſtructus, aut factus iudex videare: tum quòd in eadem propè iuſtitiæ palęſtra tempus aliquod meme tecum, tanquàm nouus quidam miles (hoc enim ingenuè fatear oportet) cum ſtrenuo quodam duce, cúmque ampliſsimo virtutis ſtipendio exercui, inde ſummam fiduciam cepi, opus eiuſmodi pro candore tuo tibi probatum iri, neminémque poſt tuum de eo iudicium, iniquum iudicem fore. Nam tecum omnes velut poſthumum, omni fauore dignum iudicabunt, vtpotè deſtitutum & authore & parente eo, cuius munere, & ad te omniúmque manus grandior, ornatiórque peruenire potuiſſet. Vale Præſes ampliſsime.

VINCENTII



# VINCENTII MONSIGOTTI DE DOMINO TIRAQVELLO AD LECTOREM

## *HEXASTICHON.*

*Heu, quanta eſt veræ generoſo in pectore laudis*
*Vis, & quos fructus omnibus illa parit.*
*Nam ceu deberet, quem cœperat, author honorem,*
*Non ceſſauit opus quàm æderet antè nouum.*
*Sic laudem fugiens habuit, ſic ampla relata eſt*
*Merces, ſi fias doctior hoc opere.*

# IN D. ANDREAM TIRAQVELLVM

πολυγόνον καὶ πολύγραφον.

*Facundus, fœcundus, aquæ Tiraquellus amator:*
*Bis quindecim librorum, & liberûm parens:*
*Qui niſi reſtinxiſſet aquis, abſtemius, ignes:*
*Impleſſet orbem prole animi, atque corporis.*

*PRAEFATIO.*

# PRAEFATIO.

*Iudex eos tantum morti adiudicare poteſt quos lex aut conſuetudo ipſa condemnauerit.*

1 NON STATIM atque iudex quiſpiam habet ius vitæ, neciſque, liberũ ei eſt paſsim quos voluerit, morti adiudicare, ſed eos tantùm, quos lex, aut conſuetudo primùm condemnauerit. Sicuti neque eſt in eius arbitrio eos redimere, vel etiam mitiùs punire, qui ex legis, ſiue conſuetudinis præſcripto fuerint, aut vltimo addicti ſupplicio, aut alteri pœnæ deuoti. Nam vbi eſt certa pœna à lege, vel conſuetudine ſtatuta, non eam poteſt iudex remittere, aut minuere, ſiue augere, aut aliter mutare, & arbitrari: vt de pœna à lege ſtatuta, text. eſt in l.j.§.j.in fi.ff.ad S.C.Turpil.& c.de cauſis. & ibi Doct.de offi.deleg.& c.licèt.& ibi glo.in verbo, pœnam pecuniariam.de pœn.

*In arbitrio ipſius iudicantis eſt facti quæſtio: pœnæ uerò perſecutio, legis auctoritati reſeruatur.*

2 ¶Facti enim quæſtio in arbitrio eſt iudicantis: pœnæ verò perſecutio, nõ eius voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur, d.l.j.§.calumniatoribus.in fi.ff.eo.ad S.C.Turpil.& l.ordine.in prin. ff. ad municip.& l.ſi operis publici.C.de pœn.& cano.ſi quem pœnituerit.§. notandum. 2. quæſt.3. & c.iudicet.3.q.7. Et quæ pœna à iure eſt ſtatuta, retractari non poteſt.l.ſi qua pœna. quæ eſt antepe.ff.de verb.ſigni. Abſurdum enim eſſet vt inferior tolleret, aut immutaret legem ſuperioris, tot vigiliis, & laboribus conditam.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.& c.inferior.21.diſtin. & c. eccleſia veſtra.de elect.& clem.2.in prin.eo.tit.& facit quod in ſimili voluit gl.in c.vlt.in verbo, figura. de hæreti.lib.vj. Quin lex ſuperioris, etiam ſi non habeat rationem, non poteſt infringi per inferiorem, vt dicit Bald.in l.non omnium.poſt prin.ff.de legib.per tex.in l.proſpexit.ff.qui & à quib. Nam ſufficit (vt ſubdit) ſic fuiſſe ſtatutum: vt per illum tex.dicit Inno.in c.irrefragabili.in fi.de offi.ordin.

*Duplici ratione iudex impeditur ne reũ à pœna à iure ſtatuta liberet.*

3 ¶Secundùm quam ſententiam princeps Theologorum (quos Speculatiuos vocant) Thomas 2.2.q. 67.argu.quo ſcribit duplici ratione iudicem impediri, ne reum à pœna à iure ſtatuta liberet: primò ex parte accuſatoris, cuius plerumque intereſt, vt reus puniatur. Secundò ex parte Reipub. cuius etiã intereſt, puniri maleficia: & ideò (inquit) in his quæ ſunt determinata ſecundum legem diuinam, vel humanam, non eſt iudicis miſericordiam facere, ita enim loquitur. Cui adde text.in §.oportet.in authen.de iudic.vbi iudex non debet eſſe clementior lege: quem tex. Accurſius ibi dicit mirabilem, & illum expendit Archi.in c.qui bona.col.vj.verſ.& ſi pœna eſt terminata.17.quæſt.1.& Bald.in ca. 1.col.j.in fi.tit.quæ fuit pri.cauſ.bene.amit.& in c.at ſi clerici.col.4.verſ.quæro nunquid Epiſcopus. extrà de iudi.vbi illũ ad hoc facit ſing. quòd quando lex, vel ſtatutum iubet imponi certam pœnã, non poteſt ſuper ea iudex diſpenſare. Quemadmodum & è contrario, non debet iudex eſſe lege ſeuerior, vbi dicit idem Bald.conſ.298.cuius eſt initium, quæritur vtrùm vſurarius manifeſtus. col. 2.verſi.præthereà ſicut nos.lib.2.per quædam iura, quæ mihi parum facere videntur.

*Si qua pœna à cõſuetudine introducta ſit, nõ licet iudici ab ea recedere.*

4 ¶Quod autem ad conſuetudinem pertinet, illud quoque certum eſt, quòd ſi eſt certa pœna à conſuetudine introducta, non licet ab ea recedere, neque eſt locus arbitrio iudicis, vt eſt text.expreſſus in l.ſi quis reum.ff.de cuſto.reor.per quem ita voluerunt Ant.Imo.Pan.Feli. Philip. Dec. & omnes ferè in d.c.de cauſis.de offi.deleg.& hoc quoque voluit gl.ordi.in l.hodie.ff.de pœn.& in l.ſi Abarſacoram.C.de fideiuſſ.& in l.ſi ſeuerior.& ibi Bald.col.2.verſ.tertiò oppono quòd iudex.C. ex qui. cauſ.infa.irro.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui not.infa.vbi & Barb.col.4.verſ. quæro in criminalibus.& Bald.col.vj. verſi. quartò oppono. vbi dicit, quòd in pœna arbitraria debemus conſiderare conſuetudinem, quam qui tranſgreditur, dicitur tranſgredi modum. quod dicit not. & ipſe Bart.in l.accuſatorem.quæ eſt pen.§.ad crimen.col.4.verſ.quæro.dicitur hîc, & ibi etiam Imo. col.11.verſ.quid autem ſi pœna ſit arbitraria.ff.de publi.iudi.vbi dicit ipſe Imo. quòd quando conſuetum eſt imponi aliquam pœnam pro delicto, & iudex eam exceſſerit, poteſt peti ſententiam reduci ad arbitrium boni viri, ſecundum not. in d. §. pœna grauior.l.quid ergo. ff.de his qui not. ita enim eum allegat, & dicit ſing. Ang. Are.in tractatu maleficiorum, in verbo præſente Caio, & appellante.col.11.in paruis.verſ.ſin autem ex aliquo delicto.licèt ipſe Imo.dicat ſimpliciter eo caſu appellari. Et in hac quoque ſententia fuit idem Bald.conſ.ccccxliij.Cechus confecit venenum. lib. iij. vbi dicit, quòd pœna arbitraria, poteſt per conſuetudinem reduci ad certam pœnam: per text.in l. ſaccularij.§.ſunt quędam.ff.de extraord.crimi.& rurſum idem Bald.in l.reos.col.2.verſ.quæro quid in pœna. & ibi quoque Saly.col.2.verſi.ad quartum.C.de accuſa.& ipſe Bald.in l.ſi quis non dicam rapere.col.2.verſi.iuxta hoc incidenter cadit.C.de epiſ.& cler.vbi dicit, quòd iudex non debet recedere à pœna conſuetudinis: per d.l.ſaccularij.alioquin æquè punietur, ac ſi à lege receſsiſſet, & in rub. de offi. deleg.col.pe.& Albe.in 3.parte ſtatutorum, 463.diſputauit etiã. col. vlt. vbi dicit, quòd vbi eſt pœna extraordinaria, debet iudex ſequi conſuetã pœnarũ impoſitionẽ.& Ang.in d.l.vlt.ff.de iniur. Ant.in c.j.col.pen. de conſtit.& in c.j. col.pen.de reſcri.vbi dicit per gl.in d. §. pœna grauior.

quòd



quòd ſi iudex imponat aliam pœnam quàm conſuetam, dicitur modum excedere, quia illa ſuccedit loco pœnæ arbitrariæ.& Panor.in c.inter cæteras.col.vlt.de reſcr.vbi dicit, quòd in impoſitione pœnæ iudex non debet venire contra conſuetudinem.quod dicit not.& in c.licèt. col. vlt.verſi. vltimò aduerte.de pœn.& Floria.in l.item ſi obſtetrix.col.2.ff.ad leg.Aqui.ad hoc allegans d.l.ſaccularij §.ſuņt quædam.ff.de extraordin.& Alex.conſ.5.in caſu inquiſitionis.col.vlt.lib.j.& conſ.75. attenta diſpoſitione.ad fi.lib.3.Matheſil.no.48. nota quòd vbi pro aliquo. Maria. Soc. in c. veniens. char.5.col.eiuſdem 3.in 5.quæſt.de accuſa.& in c.inquiſitionis.vbi etiam Fely.col.5.verſ.in gl.in verbo, aliôquin.eo.tit.Bartol.Cæp.in rep.auth.ſed nouo iure.col.5.& iterum 14.C.de ſer.fugi. Cornęus conſ.202.licèt in hac conſultatione.col.2.verſ.licèt enim.li.j.Feli.latè inter cæteros, col.5.verſ.quinta reſtrictio.de reſcript.vbi ad hoc multa aggregat, & in c.ſicut.col. 3. in 3. limitatione. de proba. & Philip.Dec.conſ.100.in cauſa inquiſitionis.col.vlt.

*In pœnis arbitrariis illud certum eſt quod conſuetum.*

5 ¶Et conſimile eſt quod per not.in d.§.pœna grauior.dicit Bart.in l.ſeruum quoque. §. publicè.col. 2.verſ.& ſi tu dicis.ff.de procu. quòd in pœnis arbitrariis illud eſt certum, quod conſuetum eſt. & quod dicit idem Bart.in l.vlt.poſt princ.verſi.in crimine.ff.de priua. delict. quòd in actione iniuriarum, in aliiſque, in quibus non eſt certa pœna, illa cenſetur ordinaria, quam cõſuetudo taxauit. Nec aliud ſibi vult quod ſcribit Bald.in rub.de offic.dele.col. pen.verſ. contra notorium. quòd ſi iudex excedat modum in puniendo, vltra quàm ſit conſuetum, vel aliàs non ſeruet conſuetudinem, poteſt ab eo appellari, per not.in d.§.pœna grauior.& in d.l.ſaccularij.§.ſunt quædam.& §. vlt. Quódque voluit idem Bald.in l.quicunque.col.pe.verſ.ſcias autem.C.de ſer.fugit.id non eſſe arbitrariũ, quod eſt conſuetum.per tex.in d.§.ſunt quædam.& poſt eum Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, quas ſi non ſoluerit infra decem dies.Barb.conſ.4.propè inquit Pſalmiſta.col.4 .verſ. prætereà præſupponitur.lib.2.& conſ.90 præclarè ſcriptum eſt.col.pe.lib.4.& conſ.63. licet in medium illud adducere.col.vlt.lib.4.& conſ.83.Supremus dixit Deus.col.3.eod.quoque lib.4.& alibi ſæpè.

*Conſuetudo poteſtatem habet in ſanguinẽ hominis.*

6 ¶Huc quoque vergit, quòd notabiliter ſcribit Bald.ipſe in c.1.in verbo, damna.in fi.tit.de pac.Conſtan.quòd conſuetudo habet poteſtatem in ſanguinem hominis, per tex.in d §.ſunt quædam. refert & ſequitur Io.de Ana.in c.ſicut col.pe.de iud. Quibus conſonat quod voluit Pan.in d. c.inter cæteras.col.vlt.verſ.item dubito.& ibi poſt eum.Fel.d.verſ.quinta reſtrictio.de reſcript. quòd ſi conſuetudo introduxit impoſitionem vnius ex pœnis alternatiuis, non poterit iudex aliam imponere. Et quod tradit idem Panor.in c.ea quæ.per illũ tex.à contrario, in quarto not.de ſtat.monachor.quòd cõſuetudo non praua mutat pœnas regulæ, ordinis, & iuris communis, per no.in d.§.pœna grauior. & in d.c.inquiſitionis.de accuſat.

*Iudex tenetur iudicare ſecũdum ipſam conſuetudinem.*

7 ¶Quæ omnia apertè confirmat tex.in l.j.C.de peti.bo.ſub.lib.10.in illis verbis, plectendi conſuetudo.& quod ibi no.Io.Pla.in 2.not.facítque optimè tex.in auth.iubemus. C. de iudi. per quem not. Bal.in vlt.no.quòd non ſolùm eſt iudex aſtrictus ad iudicandum ſecundum ius commune, ſed & ſecundum conſuetudinem. Ideò (vt ſubdit) ſi iudicet contra conſuetudinem, æquè facit litem ſuam, ac ſi contra ius commune iudicet. Sed & melior eſt tex.ad hoc in §.1.Inſt.de offi.iud.quem ſtudiosè not.Phili.Dec.in d.c.de cauſis.col.2. Et idem quoque voluit ipſe Bald.in c.cùm omnes.col.3.verſ.& eodẽ modo.de conſti.per d.§.ſunt quædam.l.ſaccularij.ff.de extra.& not.in d.§.pœna grauior.l.quid ergo.ff. de iis qui notant.infam. Et alibi dicit idem Bald.in rubr.de dila. ante fin. quòd ſi iudex non ſeruet conſuetudinem, ita poteſt ab eo appellari, ſicut ſi non ſeruaret ius commune. allegat cap. 1. eo.tit.& l.an in totum.C.de ædific.priuat.

*Iudex aut alius à principe non poteſt recedere à pœna legis uel conſuetudinis.*

8 ¶Non poteſt ergo iudex, aut alius à Principe, recedere à pœna legis, vel cõſuetudinis. Quin ſi eam minuerit, aut omninò remiſerit (ſunt enim illa paria, vt probat tex.in l.ſeruos, in fi.C. de vi publica. & vt voluit per illum tex. Lucas Penna.in l.j.col.8.in verbo.diſtulerit.in princ.C.de deſert. lib. 12) ſi, inquam, iudex pœnam legis, ſiue conſuetudinis minuerit, aut immunitatem conceſſerit, ſeſe oſtendit conſcium ipſius criminis. Textus eſt admodum notandus in l.ij.in fi.C. de commerciis & mercim.cùm dicitur, *Et ſi iudex repertum non vindicat, tegere vt conſcius crimino ſa feſtinat.*& ibi notabiliter Bald.& facit text.in c.ſicut inquit.ante fi.ibi, *Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens, &c.*& rurſum in c.negligere, ibi, *Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, &c.*ij. q. vij.quod & iiſdem verbis ſcriptum eſt in c.error.lxxxiij.diſt.vnde dicit alibi tex.quòd hoc caſu idem crimen incurrit, l. 1. C. de priuat. carceribus.

*Carol. 1. iuſsit ſuſpendi iudicẽ qui homicidam pœna manus tãtũ punierat.*

9 ¶Propterea leges eandem pœnam in eum ſtatuerunt, quia delinquens ipſe puniri debuit.tex.eſt notabilis in l.nulli.in fi.ibi, *Niſi ipſe id pati velit, quod aliis diſsimulando conceſſit.* C.ne ſacr.bap.reite.quẽ tex.ad hoc ponderauit Io.Faber.ibi, & expreſsiùs Luc.de Pen.in d.l.1. vbi ſuprà de deſer. & Andr. Iſer.in c.j.tit.quæ ſunt regal.vbi per hoc dicitur, Carolum primum iuſsiſſe iudicem ſuſpendi, qui homicidam pœna manus tantùm punierat. Et Paul.Caſt.in d.l.& ſi ſeuerior.col.j.& Ro. in rep. l. ſi verò.§.de viro.in 26.fal.ff.ſol.matr. Et dicit vnicum idem Rom.in ſing. 77. incip.veni, quia tu ſcis quòd iudex ex cauſa.& Io.Ana.in c.qualiter.huius initij. 2. §.ad corrigẽdos.col.7.verſ.circa quartũ, & ibi etiam Fely.col.8.verſ.& pro complemento.de accu.& idem voluit per illum tex ipſe Fely.in d.c.de cauſis. col.6. verſ. gl. in verbo, infringas.de offfc.deleg.& Barb.in procem.cle.in verbo, ſalutem.col. 13. verſ. 29.vbi dicit ad hoc ſing.eſſe tex.in d.l.nulli.

*Iudex qui non uindicat læſam*

10 ¶Sed & ad hoc eſt ſimilis tex.in l.1.in fi.& iterum in l.Chriſtianis.etiam in fi.C. de paga. quem citat Io.Fab.in d.l.nulli.vbi & ad hoc quoque allegat tex.in l.j.C.de priua.carcer. Ex quo not. Bald.

quòd

*maieſtatem, eadem pœna tenetur.*

quòd iudex, qui non vindicat læſam maieſtatem, tenetur pœna læſæ maieſtatis. & ad hoc etiam illum ponderat Lucas de Pen. vbi ſuprà proximè text. quoque in l.2.C.de ſepul.viol.& in l.vlt. C.ad l.Iul.de vi pub.& in l.præcepit, verſ.inſuper.C.de cano.largit.titul. lib. 10.in illis verbis, *eandem pœnam formidantibus*, & iterũ in fi.ipſius legis, quem ad hæc no.Io.Plat.ibi,& Io.Fab.vbi ſuprà.& tex. in c.vt clericorum, verſ.pręlati verò.de vit.& honeſt.cleric.vbi probatur hoc maximè procedere, ſi obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis id ipſum iudex fecerit,& ibi Bal.illũ tex.not.

*Iudices qui nocentes liberãt, æquè peccant ac ipſi rei.*

11 ¶Cui ſententiæ maiorem in modum concinit Tullius, dum arbitratus eſt iudices, qui nocentes liberarent, tam grande facinus, quàm reos ipſos committere, inquiens in ſecũda actione in Verrem, cùm de ipſo Verre loqueretur, Non iſtum maius in ſe ſcelus concepiſſe, cùm ſana ſpoliaret, cùm tot homines innocentes necaret, cùm ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit, cùm prædonum duces accepta pecunia dimiſerit, quàm eos, qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum iurati ſententia ſua liberarent.

*Iudex qui nocẽtem liberat, infamis efficitur.*

12 ¶Præterea is iudex infamis efficitur, vt eſt tex.in d.l.ſeruos.in fi.C.de vi pub. quem ad hoc allegauit Hoſti.& poſt illum Io.And.in nouella, vterque in verbo, eandem. Panorm. in fi. & Philip. Dec. col.vlt.in d.c.de cauſis.de offi.deleg.& Rom.d.ſing.77.vbi dicit magnum eſſe vituperium legiſtis, quòd ille tex.eſſet illis ignotus, Canoniſtis, autem cognitus,& ad hoc etiam allegauit Io.Plat.in d.l. 1.C.de deſert.lib.12.vbi & in eam rem eſt bonus tex.ſed vnum obiter notato, quod ſcribit Cyn. in d.l.ſeruos.in fi.quòd Barones de facto, aut de conſuetudine pro libito pœnas remittunt,& delictorum gratiam concedunt:tametſi de iure communi id ad ſolum principem pertineat. & hoc quoque illic retulit poſt eum Bald.hodie tamen ea conſuetudine non vtimur in hoc Regno, & forſitan olim ita vſi ſunt in aliquibus ipſius regni partibus.

*Iudex qui pœnam remiſerit, aut minuerit.*

13 ¶Sed redeamus ad propoſitum negotium:punitur quoque iudex qui pœnam remiſerit, aut minuerit, bonorum amiſsione, vt eſt tex.in d.l.j.C.de deſer.lib.12.per quem ita voluerunt Pan. & alij in d. c.de cauſis.& Ro.in d.l.de viro.in 26.fal.ff.ſolut.matri.

*Et exilio, & 10. lib. auri punitur.*

14 ¶Punitur item exilio,& decem libris auri mulctatur.tex.in auth.vt neque mil.neque fœder. Alibi quoque punitur tanquam committens crimen læſæ maieſtatis, d.l.j.C.de priua. carcer. quam & ad hoc ponderauit Rom.in d.fal.26.Alibi item aliis pœnis, vt videre licet ex l.j.in fi.& ibi Bald.in vlt. not.C.de monop.& l.ſi quis ſepulchrum.C.de ſepul.viol.& l.prætor.§.diuus Hadrianus, ff.eo.tit.& l. vnic.in fi.C.publi.læti.vlt.tit.lib.12.& not.per Bart.& Bald.in l.mancipia. C. de ſeruis fugiti. & aliis compluribus locis.

*Iudex qui pœnam à iure definitam auxit, eandem pati debet.*

15 ¶Si verò è contrario iudex pœnam iam à iure definitam auxerit, eam quoque pœnam pati debet, quam aliis iniuſtè irrogauit, vt eſt tex.in l.lege Iulia.§.vlt.ff.ad l.Iul.repe.quem dicit mirabilẽ. Bald. in l.j.col.4.verſ.& aduerte.C.ex delic.defun.Fely.in c.accuſaſti.in princ.de accu.& facit tex.in l.j.in prin.ff.ad leg.Corn.de ſica.quem etiã allegat Bald.in d.l.j.C.ex delict.defunct.ad hoc ſcilicet, quòd iudex aliquem iniuſtè puniens, tenetur lege Cornelia de ſicariis. & vtrumque text. citat Bald. ipſe in c.ij.poſt medium.de re iud.ad hoc quòd iudex, qui cauſa non diſcuſſa morti aliquem adiudicat, homicida eſt.

*Iudex temerè pœnas minuere aut augere non poteſt.*

16 ¶Sed quæ dicta ſunt, ſanè intelligito, vt videlicet non poſsit iudex temere,& ſine cauſa minuere, aut augere pœnas à iure ſtatutas, aliôquin ſubiturus pœnas, de quibus ſuprà diximus. Ob cauſam verò vtrumque impunè facere, imò etiam remittere poterit, vt de primo eſt tex.in d.l.etſi ſeuerior.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.& ibi latè glo.& Doct.& voluit Inno.in c.j.de conſtit.Bart. & Doct. in l. hodie.ff.de pœn.Bald.conſ.34.caſus talis eſt, Guid.ante fi.lib.j.cum ſim.

*Accuſator infra tempus nõ proſequens ſubit pœnã legibus conſtitutã.*

17 ¶De ſecundo tex.eſt.in d.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.vbi etiam gl.& Doct.& c. quoniam frequenter.§.vlt.vt lit.non conteſt.quibus etiam adde tex.in l.2.verſ.etſi perſona.C.vt intra certum temp.vbi accuſator intra legitimum tempus non proſequens, ſubit pœnam legibus conſtitutam, id eſt quarta parte omnium bonorum mulctatur, infamiáque notatur, vt habetur in l. j. eiuſdem tit. Quia ſi perſona vilior fuerit cùm damnum famæ non ſit iniuria, iudex pœnam exilij imponet. Ex ea ergo cauſa, tranſgreditur iudex pœnam ordinariam. Non permittit autem is text. vt non tam leuiter ac canis Nilũ (vt eſt in prouerbio) illum delibemus, quin, antè quàm ad alia trãſeamus, ex eo notandum moneam, infamiam vili perſonæ non eſſe iniuriam. Nam profectò tantùm abeſt, vt improbi, viles ac dedecoroſi homines infamiã, ac cõtumeliam referant, vt vel illam magnoperè concupiſcant: eiúſque (vt ſcribit Cornelius Tacitus) lib.11. Hiſtoriæ Auguſtæ, apud illos nouiſsima voluptas eſt. Et à Iuuenale dictum eſt in mulierem impudicam, Satyra vj.

*—Famam contempſerat olim,*
*Cuius apud molles minima eſt iactura.*

Hinc Nero omnium quadrupedum nequiſsimus, eos, qui in eum maledicta, atque conuitia coniecerant grauiora, pœna affici prohibuit, & id quidem contemptu omninò infamiæ. Ergo vt redeamus, ſi vir huiuſmodi comperiatur, qui contempturus eſt infamiam, quam ob delictũ à ſe perpetratum ex lege debet incurrere, certè iudex eum acriùs puniet: per d.textum, in d.l.ſecunda.C.vt intra cert.temp.

*Iudex poteſt diminuere, augere, uel remittere pœnas.*

18 ¶De vtroque verò, videlicèt de pœnæ ex cauſa diminutione, vel augmento, eſt bona gl.in d. c. ſi quem pœnituerit, §.notandum.in verbo, voluntati.2.q.3.& not.Archi.in d.c.qui bona.col.6.verſi.& hæc vera ſunt, 17.quæſt.j.De tertio autẽ, videlicèt de remiſsione pœnæ ex cauſa, eſt tex. in l.in metallum.



tallum, ff.de pœn.& l.non omnes.ff.de re milit.quæ iura ita allegat Rom.conſ.429.incip.conſidero in propoſita conſultatione.

*A pœnis ex cauſa iudici licet recedere.*

19 ¶Quæ omnia procedunt non ſolùm in pœnis à lege, ſed & à conſuetudine quoque introductis, vt videlicèt ab illis liceat ex cauſa recedere, vt voluit gloſ.in d.l.hodie.ff.de pœn.& not.Panor.in d. c. de cauſis.in fi.& ibi etiam Philip.Dec.col.pe.verſ.& iſta concluſio.de offi.deleg.& Feli.id d.c. inquiſitionis, col.v.ſuper gl.in verbo, alioquin.de accuſat.

*Iudex poteſt pœnam ordinariã transgredi, licèt à ſtatuto introducta ſit.*

20 ¶Quinetiam in pœnis quoque à ſtatuto introductis id obtinet, vt voluit not. Bart.in d.§.pœna grauior, in fi.& in l.vlt.ff.de recepta.& Bal.in d.l.etſi.ſeuerior.col.ij.verſ.ex prædictis,& ibi Saly.& Pau. de Caſt.circa medium, qui hoc dicit notabile,& idem Bald.in l.clari, in princ.C.de fideicom. Pan. in cap.vlt.col.vlt.verſ.quædam eſt adiectio.de conſti.& in cap.niſi.col.vlt.de offi.deleg.& in c. vlt. in ij.not.de tranſact.& in c.ſacris.col.j.verſ.vltimò facit iſte tex.quod met.cauſ.& in c. vt menſuræ. in fi.& ibi Ant.Burg.de empt.& vendi.& in c.2.de delict.puer.& Pau.de Caſt.conſ.277.in cauſa incarceratorum.col.3.verſ.ex his ſequitur.lib.2.& iterum conſ.328. clarum eſt in iure.in nouis, circa med.d.lib.2.& Fulgo.conſ.124.præſuppoſitis.col.vlt.verſ.cæterùm, Ioan. Plat.in l. omnes iudices.in 4.nota.C.de delator.lib.x.& Franc.Aret.conſi.130.Conſultiſsime domine Collateralis. in fi.& in c. at ſi clerici.§.de adulteriis.col.4.in fi.& ibi Philip.Dec.col.8.verſ.ſecundò limitatur.de iudi.& idem Dec.in d.c.de cauſis.col.vlt.extrà de offic.deleg.

*Statutum præciſè eſt obſeruandum.*

21 ¶Quanquam Bald.hac in re, vt aliàs ſæpè, ſibi contrarius, contrarium à diametro tenuit, poſt Iac. Butr.in l.j.C.ſi aduer.delict.& in l.eum qui.in fi.C.de furt.& in repet.d.l.quid ergo.§.pœna grauior. col.iij.verſ.iuxta hoc.ff.de his, qui not.infa.hac vna ratione motus. quòd ſtatutum (vt dicit) eſt præciſè obſeruandum.

*Statuta ſecundum rationẽ intelligẽda ſunt.*

22 ¶Sed certè prima opinio vt eſt communior, ita & verior, cùm ſit eadem ratio in pœnis ſtatutariis (vt ita dicam) vt in legibus: neque ſunt ſtatuta Iudaicè,& ſecundùm corticem intelligenda, ſed ſecundùm rationem, vt dicit ipſemet Bald.in l.quicunque.col.pen.verſ.quarto caſu, in fi.eius verſi. C. de ſer.fugit.& in l.omnes populi.col.9.aliàs 14.verſ.in contrarium videtur.ff.de iuſti.& iur.& conſil. 294.ad euidentiam præmittendum eſt.in fi.lib.j.& Pau.de Caſt.d.conſ.325.col.2.lib.2.& Ioan.Ana. in c.ſicut.col.vlt.de Iudæis.Alex.conſ.83.viſa facti narratione.col 2.verſ.& ſtatuta. lib. 2. & iterum conſ. 144.poſt redditum primum conſilium.col.2.verſi.non obſtat quod ſtatutum.in fi.eo.lib.2.rurſúſque conſ.59.viſo titulo quæſtionis præmiſſæ.col.pen.verſ.nec enim ſtatuta.lib. 4. & Barb. conſi. lxxxj.præclarè & luculenter.col.4.verſic.item quia ſtatuta.in fi.li.4.Pro quo dicto allegant omnes gloſſ.quam Barb.vbi ſuprà dicit reputari ſingul.l.damni.huius initij j.§.ſi is qui, in verbo, aliquas. ff. de dam.infect.Et facit quod dicit Bart.in l.apud Iulianum.in prin.ad S.C.Trebellian.quòd ex cauſa receditur à ſtatuto cogente aliquos ad ſuſcipiendum arbitramentum.Et quod voluit idem Bart. & poſt eum Paul.de Caſt.in l.filiusfamiliàs.§.procuratorem, per illum tex.ff. de procur. quòd licèt quis ex lege cogatur præciſè ad aliquid, hoc tamen intelligitur, niſi ſubſit aliqua cauſa legitima.

*Iuramentũ magiſtratus debet reduci ad ipsã æquitatem.*

23 ¶Et hoc ſanè quod diximus de minuendis ex cauſa pœnis ſtatutorum, procedit etiam, ſi iudex iurauerit (vt plerunque fit) ſeruare ſtatuta ciuitatis, quia iuramentum Magiſtratus debet reduci ad ęquitatem, nec debet intelligi præciſè.ar.§.& æquus.in auth.iuſiur.quod præſta.ab his.colla.ij.Ita voluit expreſsè Bald.in d.l.etſi ſeuerior.loco ſuprà citato,& ibi etiam Pau.de Caſt.& latè conſuluit Rom. in rep.rub.ff.de arbitr.col.v.verſ.item quia quanuis iurauerit. & conſ. 429. conſidero in propoſita conſultatione.& Franc.Aret.in d.c.at ſi clerici.§.de adulteriis.de iud.& affatim Guido Papæ deciſ. 206.in hac ciuitate,& Laud.in addi.ad Gandi.in tract.maleficiorum.in tit.vtrum pœna poſsit augeri in prin.Et hoc quidem confirmat tex.in c.j.de his quæ fiunt à maio. par. cap. vbi ex cauſa poteſt recedi à conſuetudine iurata.quod ibi not.Io.And.& Pan.hoc quoque trahentes ad ſtatutũ iuratũ.

*Pœna ipſo iure impoſita poteſt ex cauſa minui.*

24 ¶Procedunt præterea quæ ſuprà dicta ſunt, vt videlicèt pœna ſtatuta,& determinata poſsit ex cauſa minui, etiam ſi huiuſmodi pœna eſſet ipſo iure impoſita.vt ſing.conſuluit Panor.conſ. 22. quanquã conſultatio ad maiorem, &c.col.vlt.verſ.nec obſtat minoritas, lib.1.vbi ad hoc allegat Bart. in d.l. vlt.ff.de recep.qui tamen hoc non dicit, ſed id ſolùm ad quod illum ſuprà citauimus.

*A iure communi plerunque recedimus ex cauſa.*

25 ¶Sed nihil mirum cuiquam videri debet, ſi pœnæ à legibus, ſtatutis, & cõſuetudinibus impoſitę ex cauſa minui, aut augeri poſſunt: cùm & aliàs plerunque ex cauſa, recedamus à iure communi. De qua re, quoniam vtilis eſt,& pulchra,& ad omnes propemodum noſtrorum iuriũ partes pertinet, paulò latiùs diſſeremus. Imprimis adduco tex.penitiſsimis medullis inſigendum, & quem Bald. in d.l.etſi ſeuerior.ad hoc noſtrum propoſitum citat, videlicèt l.ſi hominem.ff. mandati. vbi procurator generalis ea poteſt impedire, quæ dominus conficienda ſpeciatim demandârat ex iuſta cauſa, quam dominus ignorabat, tenetúrque qui nõ paruerit huiuſmodi procuratori ex cauſa denuntiãti, ne fieret quod dominus ante præceparat, quam legem dicit multùm notandam Bart. & commendant omnes Docto.ibi & eam dicit vnicam Bald.in c.j.col.8. verſ.pone quòd dominus, vt lite non conteſt.vbi per eam dicit, quòd procurator ad confitendum conſtitutus, poterit negare, ex cauſa quæ ſuperuenit. Illam quoque dicit ſingul.Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.col.21.verſi.quinta concluſio. ff.de oper.nou.nuntia.Barb.autem illam legem valde ſingul.dicit conſ. 20. illud afferam in mediũ. col.12.verſ.modò ad iſtum caſum.lib.2.& conſ.1.col.22.verſ.& adduco ſimile.lib.3.& conſ.76. illud in medium afferam.col.3.verſ.præterea hoc decidit.lib.item 3.& alibi valde mirabilem dicit idem Barb.conſ.36.ſapienter ſcripſit Pſalmiſta.col.antep.verſ.facit ad prædicta.lib.2.& notabilem Panor.

in prima

in prima diſputatione,cuius eſt initium,Epiſcopus & quidam rector.col.pen.verſi.tertiò probatur. & Corne.conſil.ccxxxxv.incip.de pluribus.col.pen.lib.2.

*Ex cauſa epiſcopus poteſt immutare pœnitentiam à Papa indictã.*

26 ¶Et per illum tex.glo.not.in cap.tempora.xxvj.q.7.quòd Epiſcopus ex cauſa poteſt mutare pœnitentiam à Papa indictam.Quam gl.facit ad hoc ſing.Roma.dicto conſi.ccccxxviij.col.vlt.& iterum ſingul.456.Papa imponit pœnitentiam.& Barba.dicto conſi.xxxvj.lib.2.& Anto.Butr.in cap.vt menſuræ.col.3.verſi.& per iſta concludo.de emp.& vend.Sed idem voluiſſe videtur glo.in verbo,in tuæ.in cap.accedens.50.diſt.per illum tex.& iterum alia in cap.latorem.in gloſ.vlti.in verbo, conuerſionem.xxxiiij.q.ij.quæ & illud quoque dicit,quòd ſacerdos parœcialis poteſt ex cauſa minuere pœnitentiam ab Epiſcopo impoſitam.in qua re illam facit ſingul.Barb.dicto conſi. xxxvj.& hoc quoque voluit Card.poſt Laud.in clem.abuſionibus.§.ad hæc.in xij.q.j.de pœnit.& remiſ. per tex.in dicto c.accedens.& dicto cap.latorem.

*Sacerdos pœnam iniunctã ex magna cauſa poteſt minuere.*

27 ¶Sed & hoc procedit,etiam ſi diſpenſatio prohibeatur , vt videlicet poſsit nihilominus ſacerdos pœnam iniunctam, ex magna cauſa minuere,vt voluit not.Panorm.poſt Hoſtien.in cap.vlti.in vltimo not.de maledict.& ſequitur Philip.Dec.in dicto cap.at ſi clerici.§.de adulteriis.col.6. verſicu. prædicta concluſio.de iudic.vbi tamen limitat procedere , quando ſuperior non poſſet conſuli , vt not.Roma.in repet.l.ſi verò.§.de viro.in xlvj.fallen.ff.ſolu. matr.

*Pœnitẽtia publica poteſt cõmutari in priuatam.*

28 ¶Et ex hoc Hoſt.& Panorm.dicto poteſt notab.limitari,quod à pleriſque ſcribitur , pœnitentiam publicam,quæ ex diſpoſitione iuris fieri debet,non poſſe cõmutari in priuatam,vt not. Ant. in c.j. de pœniten.& remiſſ.cum concord.adductis per recentiores,in c.accuſaſti,in fi.de accuſa.vt videlicèt hoc procedat,niſi ex cauſa id fiat.Hoſtien.enim & Panorm.vbi ſuprà,loquuntur in caſu dict. c. vlt.de maledict.loquentis de pœnitentia publica.& ita ad hoc illorum dictum ponderat Dec.in d.§. de adulteriis.col.iij.Ex quibus certè minùs mirum videbitur,quod voluit gl.c.quod ſuper:in verbo, potens.de voto.quòd regulariter pœnitentia poteſt ex cauſa commutari ab eo ſacerdote , qui eam iniunxit.quam ſequitur Pan.ibi.col.vlt.pro qua dicit eſſe tex.iuncta gl.in c.presbyter. lxxxij. diſtin.

*Quibus à ciuitate conceſſũ eſt arbitriũ, nõ poſſunt ſtatuto derogare.*

29 ¶Præterea,per tex.in d.l.ſi hominem.voluerunt Bart.Bald.& plerique omnes in ea ipſa lege,quòd hi,quibus à ciuitate conceſſum eſt arbitrium,non poſſunt ſtatuto derogare:niſi tamẽ ex noua cauſa,vel etiam antiqua,quæ tempore ſtatuti ignorabatur. Quod & idem voluit Bart. ipſe per illum ipſum text.in l.ambitioſa.col.ij.verſ.item ex vigore.ff.de decre. ab ord. fac. & in prima conſtit. C. col.pen.verſ.extra gl.quæro vbi & ad hoc dicit illum tex.not.& Pan.in c.ſtuduiſti.in j.not.atque iterum in 1.oppo.de offic.deleg.vbi dicit hoc dictum eſſe menti tenendum.& Ro.conſ. 37. viſo puncto ſuprà narrato.in 2.dubio,verſ.iij.quia ex vigore,& rurſum dicto conſ.ccccxxviij.in fi. & Barb. d.conſ.lxxvj.lib.iij.

*Procurator ex cauſa ſuperueniente poteſt reuocare factũ domini.*

30 ¶Per illum quoque tex.dicit Bald.in c.cùm olim,verſ.opponitur quòd factum.de cauſ.poſſ.& proprie.quòd procurator poteſt ex cauſa ſuperueniente reuocare factum domini.quod dicit eſſe not. dignum:Et idem Bald.in l.error.in fi.C.de iur.& fac.ignor. dicit per illum tex. in d. l. ſi hominem. quòd procurator ex cauſa,poteſt reuocare confeſsionem domini.Et ipſe Bald.in l. ſi aliquem. ff. de offic.proconſul.& legat.dicit per illum etiam tex.quòd generalis viſitator poteſt corrigere malè factum à ſpeciali viſitatore.Et idem Bald.in repet.l.ij.col.xxxviij.verſ.venio ad ſecundum.ff.de iureiur.dicit quòd ex cauſa poteſt Epiſcopus ſtatuere,quòd certo caſu iuramentum non obſeruetur:per tex.in d.l.ſi hominem.Et idem in l.1.col.2.verſ.ſed dubitatur nunquid ſtatutum.C.de iur.aur.anulo. & natalib. quòd Imperator ex magna cauſa poteſt diſpenſare contra legem diuinam, per d.l.ſi hominem. ff.mandat.

*Epiſcopus ex cauſa poteſt diſpenſare cõtra canones concilij.*

31 ¶Sed vt Bald.miſſum faciamus,cuius hoc certè proprium eſt,vt tam multa,atque varia ſolus ſcripſiſſe videatur,quàm ſimul cæteri omnes,huic quod proximè diximus,adſtipulatur,quòd licèt aliàs Epiſcopus non poſsit diſpenſare contra canones Concilij,ſecundùm gl.in c.cùm dilecti, in verbo, ætate.& ibi Pan.de elec.& Archi.in c.licèt canon.eod.tit.lib.vj.imò nec poſsit id legatus facere:cap. dilectus,eius initij 1.& ibi etiam Panor.in j.not.& iterum in c.dilecto.vbi idem Panor. in 4. not. de præben.nec alius quiuis inferior ſummo Pontifice,vt not.glo.& ipſe Panor.in cle.j.in verbo, eligatur.de elect.Quin & ipſe Papa difficiliorem ſe reddit huiuſmodi in diſpenſationibus contra canones Concilij,vt eſt tex.in c.poſt tranſlationem.de renuntia.Hoc tamen poteſt Epiſcopus ex cauſa, etiam ſi expreſsè permiſſum non reperiatur,vt not.conſuluit per tex.in d.l.ſi hominem. Roman.d. conſ.428.col.vlt.qui & idem ipſum voluit ſin.486.ſed an poſsit Epiſcop.& vtrobique citat Ioan.de Ligna.in d.§.de adulteriis.& D.à Rota,qui & eundem Ligna.aduocant,deciſ.v.quæ incipit , in religioſo profeſſo.col.1.de iure patronat.in nouis.Sed & idẽ quod voluit Pan.in d.§.de adulteriis , col. iiij.verſ.prædicta limita.vbi multùm commendat,& dicit not.tex.in d.l.ſi hominem. & ibi etiam Fel.col.ij.verſ.tertiò fallit,qui hoc tamen limitat,& ibi quoque Decius,col.5.verſ.quartò fallit,& idẽ Panor.in repe.c.ſi quis contra.col.7.verſ.& per illam dicit.extrà de for.compet.& in d.c.cùm dilecti,col.pen.verſ.vide tamen.de elect.vbi etiam limitat.& Fely.latè in c.j.col.15.in 7.fallen.& ita de conſtit.vbi & hoc limitat.

*Epiſcopus ex euidenti cauſa poteſt ſtatuere contra ius commune.*

32 ¶Cui ſententiæ aſſentitur quod ſcribit Bald.in l.omnes populi , col. 3. verſ. ſed hîc dubitatur , ff. de iuſti.& iur.quòd Epiſcopus ex magna,& euidenti cauſa poteſt ſtatuere cõtra ius commune, per d.l. ſi hominem.Quod dictum ſequitur,& facit ſing.Iaſon ibi,col.3.& ante illum Panor.in c. vlt. col. 7. verſ.



verſic.dicit tamen Bald.& ibi Rochus Cur.col.xxxvj.verſic. ſecundò quæritur, de conſue.& idem Panor.in c.dilecti,eius initij ij.col.ij.verſi.adduco ſecundò , de appel.ſequitur quoque idem Panor. in d.§.de adulteriis.col.iiij.vbi ſuprà.& Alexan.in l.nemo poteſt.col.j.ff.de leg.j.& in l.ex duobus. §. etiamſi.qui eſt vlt.col.ij.ff.de vul.& pupil.ſubſti.& conſ.cvj.perſpectis his quæ in themate.col.4.ver. tamen fallit quando ſubeſt.lib.ij.& Barb.nulla Panor.facta mentione,d.conſi.xxxvj.lib.ij.& d.conſ. 1.lib.iij.& d.conſi.lxxvj.eo.lib.iij.& ſequitur idem Barb.in rub.C.qui admit.char.vj.col.iiij.verſi. & primò.vbi multa in hanc ſententiam accumulat.& Fely.in d.c.j.de conſti.& in c.quòd ſuper his.col. ij.in ij.fall.de maior.& obed.& idẽvoluit(nulla etiam Bal.mentione facta)Rom.d.conſi.ccccxxviij. ante fi.vbi ad hoc allegat tex.quem dicit no.in c.vlt.de tranſac.vbi certè eſt bonus text.ex quo not. Anto.& Imo.quòd quanuis Legatus de latere non poſsit ſtatuere contra ius , nec committere cauſam ſummariè,vt eſt gl.ordi.in c.vlt.in verbo,figura,de hære.lib.vj.poteſt tamen ex euidenti,& neceſſaria cauſa.& ſequitur etiam Alex.qui id ſing.dicit in d.l.ex duobus.§.vlt.col.ij.

*Poteſtas ex cauſa poteſt à ſtatuto per eum iurato recedere.*

33 ¶Nec hinc longè abeſt,quod ab eodem Bald.memoriæ proditum dicitur, in rub. C. qui admit. ad bono.poſſeſ.circa princip.quòd Poteſtas poteſt ex cauſa ſuperueniente recedere à ſtatuto,etiam per eum iurato,per text.in d.l.ſi hominem.quod tamen in meo Codice non reperi, ſed illum in id citat, & ſequitur Barba.d.conſi.j.lib.j.& d.conſi.lxxvj.eod. lib. & Felyn. in d.c.j.de conſtit.& Iaſon in d.l. omnes populi.in fi.in j.lect.Sed tu omninò vide Philip.Dec.in rub.C.qui admit. Hócque maiorem in modum confirmat quod ſuprà diximus,iudicem poſſe ex cauſa recedere à pœna ſtatuti , etiam iurati. Finitimúmque eſt quod per text. in d.l.ſi hominem , tradit Angel. in tractatu de ſyndicatu. num.18 :.quòd officialis,qui ex aliqua euidenti vtilitate Reip.aliquid agit contra ſtatuta, non tenetur in ſyndicatu.

*Legatus generalis ex magna cauſa, de cauſa commiſſa delegato poteſt ſe impedire.*

34 ¶Sed & per illum text. in d.l.ſi hominem , atque ètiam per capit.ſignificauit. de offic. deleg.voluit Cardina.Flor.in d.cap.ſtuduiſti.de offic. lega. quòd ex magna cauſa poteſt legatus generalis ſe impedire,de cauſa commiſſa delegato,illíq; inhibere,ne de ea cognoſcat , licèt aliàs in ea dicatur maior Legato generali , vt dicit ibidem text. & idem voluit Panorm. in d.c. vlt.colum.x.verſic.& per hoc dictum.de conſuetud.& in d.cap.dilecti,huius initij.ij.columna ſecunda.de appell.vbi hoc dicit ſolenne & ſingul. notandum. & facit valde notabilem text. in dicta l.ſi hominem. A quo dicto non multùm diſtat , quod per eum text. & per not.per Ioan.Ananiam in cap.ſi contra vnum. de officio deleg.lib.vj.dicit idem Panorm.in repet.d.c.ſi quis contra.col.x.verſi.ſed circa prædicta poſſet dubitari de foro competenti , quòd à delegato Epiſcopi , poteſt ad vicarium ipſius Epiſcopi appellari ex magna cauſa , puta , quia fortè Epiſcopus eſt abſens , licèt aliàs ſecus : per textum in dicto cap.ſtuduiſti.

*Legatus poteſt cõmittere cauſam cognoſcẽdã ſummariè.*

35 ¶His quoque concinit , quòd licèt legatus etiam de latere non poſsit committere cauſam cognoſcendam ſummariè,vt voluit gl.reputata ſing.in c.vlt.in verbo,figura.de hæret.lib.vj. poteſt tamen vbi eſt euidens,& neceſſaria cauſa,ex ſententia Ant.& Imo.in c.vlt.ar.illius text. de tranſact. ſequitur,& reputat ſing.Alex.in l.nemo poteſt.col.j.ff.de leg.j.

*Executor ex cauſa non conſiderata per mandantem tã cauſæ cognitionem quàm exceptionem poteſt admittere.*

36 ¶Idem quoque Panor.vt non longiùs ab eo diſcedamus,in c.de cætero.col.ij.de re iudic. dicit per text.in d.l.ſi hominem,quòd nuntius executor,ſiue miniſter poteſt ex cauſa nouiter orta , vel antiqua non conſiderata per mandantem, adhibere cauſæ cognitionem : & exceptionem aliquam admittere,licèt aliàs ſecus:& ad hoc dicit illum text.no.ſed & idem Panorm.in d.c.vlt.col.vlt.de conſuet.dicit per text.in d.l.ſi hominem.quòd licèt conſuetudo ſemel reprobata à lege, non poſſet amplius induci,per auth.nauigia.C.de fur.& l.eos.C.de vſur.& not.per Bart. in l. de quibus. in 9. & 10. oppo.ff.de legi.& ibi concord.à recent.poteſt tamen ex noua cauſa,quæ non ſuberat tempore legis damnantis conſuetudinem.quod & ipſum voluit ipſe Panor.in c.ij.col.pe.& ibi Fely.col.iiij. de proba.Domi.& Card.Alex.in c.fruſtrà.viij.diſtinct.& Fran.Are.in l.teſtamenti factio.col.ij.ff. de teſta. & Rochus Curt.in rep.d.c.vlt.char.xxiij.verſi.limita modò dictam concluſionem.Idem rurſum in c.nouit.col.vj.verſi.ſed quid diceres.de iudi.dicit per text. in d. l.ſi hominem. quòd Papa poteſt ex magna cauſa , exercere iuriſdictionem temporalem in præiudicium gladij imperialis. quem ita refert,&ſequitur,vt pleraque ex ſupradictis Fely.in d.c.j.de conſtit.

*Hoſtem inuadere cõtra mãdatum principis quando licet.*

37 ¶Adde quod per illum text.in d.l.ſi hominem,dicit eleganter Franc.Cremon.ſing.150. incip. mandatum. quòd licèt qui contra mandatum ducis aduerſus hoſtem pugnauerit , capite puniendus ſit, etſi victoriam reportarit,per tex.quem dicit ſing.in l.deſertorem.§.in bello.ff de re milit.de quo dicam latè infrà cauſ.51.Tamen id limitat procedere,niſi ex aliqua noua cauſa, aut etiam veteri , quæ ducem latebat,id ipſum fecerit. Id quod dicit menti eſſe perpetuò notandum.& dicit text. in d.l.ſi hominem,eſſe ad hoc ſing.Et ſequitur Rochus Curtius in d.c.vlt.loco ſuprà allegato.de conſuet.

*Princeps ex cauſa ius , aut rẽ alterius poteſt auferre.*

38 ¶At vereor , ne nimium immoremur ſuper d.l.ſi hominem. ideò ad alia accedamus ad hanc rem pertinentia, licèt Princeps non poſsit ius, aut rem alterius auferre , vt plenè not. in d.l. quoties. C. de precibus. Imperat.offeren. & in l.vlt.C.ſi contra ius , vel vtil.public.cum ſimilibus poteſt tamen ex cauſa id facere,vt voluit gloſſ.in l.Barbarius.in verbo,multò magis.ad fin.ff.de offic.prætor. vbi Iaſon latè confirmat, multáque in eam rem adducit , quæ ( vt breuitati conſulam ) prætermitto. Sed & hoc quoque voluerunt Pe.Cyn.& Bald.in l.reſcripta. C. de precibus Imperat.offeren. Bart. poſt Iac.Aret.in prœmio ff.col.ij.verſi.quæro ſecundum.& in l.quæcunque.in fin. C. de fid.inſtru. & iur.haſt.fiſca.lib.x.& Ioan.Faber in §.ſed naturalia.colum.ij.verſic.nunquid ergo princeps.Inſtit.

de iure natur.Bald.in l.j.per gloſſ. ibi.ff.de conſtit. princip. & clanculum in l.ſancimus.C.de pœn.& Anto.in c.niſi.de offic.leg. Angel.conſil.cxxxix.viſis omnibus.col.ij. verſic. non enim poteſt. Lucas de Pen.in l.mulieres.quæ eſt vlt.colum.ix.verſic.vnde poteſt princeps.C.de incol.lib.x.Paul. Caſtr. conſil.cv.donatio prædicta.in fin.& propè per totum lib j.Panorm. poſt alios, in cap. quæ in eccleſiarum.de conſtit.& ibi recentiores,qui concordantes adducunt.Fulgo.conſil.cxliij.incip.Antonius, Ro.conſil.cccx.in caſu propoſitæ conſultationis.poſt princ. Alexand. latè conſi.ccxvj.nec arguendi ſumus.col.iij.verſic.pro hoc quia licèt,lib.ij.& conſil.xciiij. viſis & ſæpiùs recenſitis. col. penultima verſiculo,ſed præmiſsis.lib.v.Barba.conſil.lv.clementiſsimum.col.x. verſic. & ſi quiſpiam, & ſæpè alibi,in eod.conſil.lib.iiij.& conſil.lxiiij.ſcribitur Exodi.col.penult.eod.lib.iiij.Ludouic.Bolo. conſi. vj.cor mundum,& c.viſo igitur inſtrumento.col.ix.verſic. & ſi diceretur mihi.& Corn.conſi.xc.in cauſa vertente.col.ij.verſic.& princeps.lib.iiij. & Philip. Dec.conſil.cclxxj.in caſu tranſmiſſo.col.iij. verſi.vlterius etiam conſiderandum.

*Idē facere poteſt ciuitas, & communitas.*

39 ¶Nec id ſolùm Princeps,ſed & ciuitas quoque,ſiue communitas poteſt facere, vt voluit Bart.in d. procem.ff.col.iij.verſic.item quæro quid de ciuitate.& in d.l.quæcunque.in fi.C.de fid.inſtru. lib. x. Bald. in l.bene à Zenone.col.j.in fi.C.de quadr.præſcrip. per Inno.& Io.And.in nouella.in c.in noſtra.de iniur.vbi eſt bonus tex.& etiam voluit Rom.d.conſi.cx.& conſi.clij. ſpiritus ſancti gratia inuocata.col.vlt.vbi ad hoc multa allegata.& Alex.conſi.cxc.maturè digeſtis.col.iij.verſ.fortificantur prædicta.lib.ij.Phil.Dec.conſi.ccclvij.caſu magnifici.col.ij.

*Id poteſt & inferior.*

40 ¶Sed & alius quoque inferior id poteſt,vt vult gloſſ. loquens de Epiſcopo, in c.conſtitutus. in verbo, à quocunque.in fi.de religi.domi.& Alex.conſi.cj.viſis inſtrumentis.col.vj. verſic. & etiam permittitur.lib.j.& d.conſi.ccxvj.lib.ij.Quin & ſtatutum municipale poteſt ex cauſa ius alterius particularis tollere,licèt aliàs non poſsit,vt latè per Angel. conſil.liij.quæſtione propoſita.& expreſsiùs. conſil.lxiij.ſi prouiſio facta, poſt princip. allegat l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij.ff. de vſufruct.& quemadm.quis vtat.& l.certa forma.C.de iur.fiſc.lib.x.

*Princeps ex cauſa contractum à ſe initum reuocare poteſt.*

41 ¶Adhæc,Princeps,qui aliàs ex contractu obligatur,nec poteſt illum reuocare,vt eſt text.in cap.j. de natur.feud.& voluit glo. ordi.in c.ad apoſtolicæ.de iudi.lib.vj.& plenè per Doct. in c.j.de probat.& alibi latiùs dicemus:poteſt tamen reuocare ex cauſa contractum à ſe initum, vt voluit Bal.in l.vlt. in prin.ff.de Senat.per tex.in l.qui fundos.C.de om.ag.deſer.lib.xj.& idem Bal.in l.pen.C. de donat. inter vir.& vxor.& idem videtur voluiſſe ipſe Bald.in l.vlt.in prin.ff.de pœn.Anto.& Imo.in c.cùm M.Ferrarienſis de conſtit.& Roma.d.conſi.ccclij.ante fi.& Alex.d.conſi.cj.col.v.verſ.quod ſuperior. lib.j.& d.conſi.ccxvj.col.v.lib.ij.& Soc.conſi.lviij.ſuper propoſita quæſtione.col.j.in fi.lib.iij.

*Idem in uniuerſitate.*

42 ¶Et idem in Vniuerſitate dicit Card.Flor.conſil.lxxxvj.cuius initium eſt dominus Nicolaus Marchio.per text.in d.cap.in noſtra.de iniur.& ſequitur Iaſon in d.l.Barbarius.col.viij.verſi.duodecimò facit.ff.de offic.prætor.vbi ad hoc dicit eſſe meliorem text.quem Card.non allegat,in l.quod ſemel ff.de decre.ab ord.fac.

*Princeps poteſt cognoſcere de cauſa & iudicare parte non citata.*

43 ¶Præterea,licèt Princeps non poſsit cognoſcere de cauſa,& iudicare non citata parte,vt voluerunt gl.& Bal.in l.vlt.C.de legib.cum concord.quas alibi afferemus:poteſt tamen ex cauſa, vt voluit gl. in l.is qui.quæ eſt antepe.in fi.ff.ex quib.cau.maior.& Bald.in l.ij.circa prin.C.quo.& quan.iud.& in l.ne cauſas.circa med.C.de appel.vbi reſpondet ad cle.paſtoralis.quæ videbatur innuere contrariũ. de ſenten.& re iudic.& Alex.qui eam gl.dicit no.conſi.ij.viſis codicillis.col.v.verſi. & non dubium. lib.j.quod & repetitur conſ.lxxxvij.lib.ij.& Iaſon qui illam quoque gl.dicit valde no.in l.j.col.ij.ver. limita tamen niſi ex cauſa.ff.de conſtitu.princ.& Phil.Dec.conſ.ccclxj.omiſſa longa ſerie.col.j. & eſt tex.expreſſus in cap.in fi.de ſenten.& re iud.

*Ex cauſa princeps poteſt tollere defenſionem.*

44 ¶Poteſt & Princeps ex cauſa tollere defenſionem,quæ naturalis eſt,vt voluit Alber. vt à nonnullis citatur,in l.omnes.col.j.C.de epiſcop.& cler.Angel.in l.ſi ſic legatum.ff.de leg.j.Alex.in l. cùm mulier.col.iij.in ij.quæſtio.Bar.ff.ſolu.matr.Nellus in tractatu bãnitorum, in ij.q.ij.temporis.Phil.Dec. qui vnum Ang.vbi ſuprà,citat d.conſi.ccclxj.Nam & poteſt tollere ex cauſa ea,quæ ſunt de iure naturali,vel gentium,vt no.Panor.poſt alios in c.quæ in eccleſiarum de conſtit.

*Papa an cõtra ius diuinum diſpenſet.*

45 ¶Item Papa poteſt ex cauſa,contra ius diuinum diſpenſare,per glo.in c.à nobis.in verbo, exemptis. de deci.& not.Innoc.in c.poſt tranſlationem,in fi.extrà de renun.& Pe.de Anc.in repe.c. canonum ſtatuta.in ij.oppo.extrà de conſtit.cum infinitis propè concord.adductis per Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum.col.j.verſi.prima concluſio.& multis ſeq.eo.tit.

*Papa diſpenſat monach.& clericũ ad matrimonium contrahendum.*

46 ¶Poteſt & ipſe ex cauſa diſpenſare cum monacho,& clerico conſtituto in ſacris, vt contrahat matrimonium,vt de primo voluit Innoc.in c.cùm ad monaſterium.vbi & Panor.poſt alios, in col.pen. de ſtat.mona.& latè Ioan. And.in regula,actus legitimi. & iterum in regula,ſemel Deo. de reg.iur. lib.6.in Mercur.& Bald.in l.ſi pater.§.vlt. & in l.ſi quis cum filium, tibi filius.ff. de adopt. & Pe. de Anc.in d.c.1.col.5.ver.vlteriùs quæro,de conſtit.& con.ccxxxix.parum dubitationis,per tot.& Imo. in cle.j.col.vlt.ver.ſed quęrit Gul.de conſang.& affin.& Mari.Soci.con.xiij.pręſens cõſultatio.col.4. verſi.8.probatur.& iterum con.28.circa primũ quæſitum.col.4.ver.quartò principaliter.& Iaſ.in l.ſi arrogator.col.2.verſic.item attende.ff.de adopt.Catel.Cotta.memor.incipi. filius vnicus,& in memor.Papa poteſt.& è Theologis Richar.in iiij.ſenten.diſt.xxxviij.q.ix.De ſecundo, ſcilicet de clerico conſtituto in ſacris.no.Bal.in l.reſcripta.verſi.item diſpenſat.C.de precib.imper.offer.& no.per gl.& Doc.in c.cùm olim.de cleri.coniug.





47 ¶Poteſt item diſpenſare in matrimonio contracto,per verba de præſenti,vt no.gloſſ.in d.c. cùm ad monaſterium.in verbo,abdicatio in fi.glo.vlt.in c.ex publico.de conuer.coniugat.quam ſequuntur Hoſti.Io.And.& alij ibi.& Bal.in l.Deo nobis.col.iij.verſi.vlteriùs not. C. de epiſ.& cler. & Petr.de Anc.in d.c.j.col.vj.verſi.circa matrimonium.& d.conſi.ccxxxix.& conſ.ccccix. viſo & diligenter inſpecto.col.ij.verſi.idem poteſt circa.& Imol.in c.vlt.de tranſact. vbi dicit ita communiter teneri.Et ita etiam poſt longam diſputationem reſidet Card.Alex.in c.vl.de ſpon.duo.Quinetiã in matrimonio quoque copula carnali conſummato.hoc idem conſuluit Maria.d.con.28.incipit in 2.dubio.

*Item in matrimonio contracto per uerba de præſenti.*

48 ¶Sic & in iuramento, & ſuper vſuris poteſt Papa ex cauſa diſpenſare. vt de primo habetur in c.venerabilem.de elect.& per gl.& Doct.in cap.quanto.de iureiur.& in c.authoritatem.in gl.j.ad fin.xv. quæſt.vj.& Bal.in repe.l.ij.col.xlj.verſi.ſuper ij.quæſtione.ff.de iureiur.Card.Flor.in cle.j.ad fin.verſ. decimoſeptimò quæro.de iureiur.De ſecundo eſt tex.in c.ſalubriter.de vſur.& latè per Alex. conſi. 1.col.ij.verſi.ſed præmiſsis.lib.ij.& conſi.ſeq.col.ij.verſic. denique non obſtat.& conſil.cvij. cuius eſt exordium,pro inueſtigatione.eo.lib.ij.

*Super iuramẽto, & uſuris.*

49 ¶Sed Princeps ſecularis poteſt ex cauſa ius diuinum limitare, vt patet in homicidio, & teſtibus.& not.Bar.in proœ.ff.col.iij.verſi.item quæro quid de reſcriptis.& latè in l.omnes populi.in iij.q.princ. quæ eſt in vij.col.verſi. ſecundò iuxta prędicta.ff.de iuſti.& iur.& Alb.in j.parte ſtatutorum.q.8.ſed an valeat,& latiùs in l.quoties.col.iij.ver.& quia de hoc.& multis ſeq. C. de precib. Imper. offer. & Alex.d.conſi.cvij.col.iij.lib.ij.& Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum.col.ij.ver.prima concluſio.& ſeq.de conſtit.ſed tu hìc vide Bal.in auth.ad hæc col.j.verſ.quæro nunquid vſuræ.cum ſeq.C.de vſur.

*Princeps poteſt ex cauſa ius diuinum limitare.*

50 ¶Accedat & quod not.Panor.in c.fraternitatis.col.vj.verſi. &ſi multùm moueor.de teſti.quòd licèt poſt publicationem teſtium à iudice factam,non poſsit pars ampliùs teſtes producere,licèt teſtificata non didicerit,vt voluit Hoſtien.in ſumma.tit.de teſtib.§.& vtrum.verſ.dictis igitur.& Ioan.And. in c.conſtitutus.extrà eo.& Bar.in authen.qui ſemel.col.iij.verſi.circa tertium, & ſeq.C.de probat. Tamen ſi ſuperueniret cauſa, veriſimiliter non cogitata tempore publicationis, poſſet teſtes producere,ſicut & ex cauſa admitteretur poſt dilationem.l.oratione.& l.vlt.ff.de fer.& dila. & arg.cap. licèt.de probat.

*Superueniente cauſa poſt publicationem teſtes poteſt pars producere.*

51 ¶Sed & id quod voluerunt Anto.& Imo.in c.veſtra.de loca.quòd licèt Epiſcopus, etiam cum conſenſu ſui capituli non poſsit facere ſtatuta in præiudicium iurium aliorum prælatorum inferiorum, vel Eccleſiarum ſubditarum abſentium,vt voluerunt Inno.Hoſti.& Ioan.And.& alij ibi,per ea quæ habentur in c.pe.& vlt.de his quæ fiunt à præla.ſine conſen. capit. fallit tamen ſi ſubeſt aliqua iuſta cauſa,per id quod habetur in cap.vlt.de his quæ fiunt à maio. par. cap. & per not. per Inno.& Ioan. And.in c.in noſtra. de iniur.

*Si ſubeſt iuſta cauſa epiſcopus poteſt facere ſtatuta in præiudiciũ inferiorum prælatorum.*

52 ¶Denique non omittendus eſt text.in l.iij.in princ.ff.de condi.indeb.vbi ex noua, & inopinata cauſa repetuntur legata,ex teſtamento ſoluta.& eſt text.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iud.vbi licèt condẽnatus ad ſoluendũ cogatur præciſè ſoluere,nec ſatis ſit dare compromiſſorem,ex magna tamen, & idonea cauſa id ſufficiet.& text.in §.mandatum.Inſtit.mand.vbi qui ſemel mandatum ſuſceperit,illud debet perficere,niſi quamprimùm,videlicet re integra,renuntiauerit,alioquin mandati tenebitur:niſi tamen iuſta cauſa interceſſerit.Et ſimilis eſt fermè text.in l.filius familiàs.§. procuratorem. ff.de procurat.vbi procurator pro quo conſentiente,dominus ſatiſdedit,cogitur iudicium ſuſcipere. niſi tamen ex cauſa legitima relinquat, puta ſi inimicitiæ capitales interuenerint inter dominum ipſum,& procuratorem,aut dignitas procuratori acceſſerit,aut Reip.cauſa abſuturus eſt.Ex quo notant Bald.& Paul.de Caſt.ibi,quòd licèt quis ex lege ad aliquid præciſè cogatur,intelligitur tamen, niſi ſubſit aliqua legitima cauſa.

*Ex noua cauſa,legata ſoluta repetuntur.*

*Limitatio præcedentis.*

Satis ergo atque ſatis probatum eſt,omnes legum,atque ſtatutorum ſanctiones ex cauſa ceſſare, infringi,corruere,vt iam non mirum videri debeat, ſi non tam arctis anguſtiis circunſcribatur iudicis poteſtas, quin interdum poſsit ex cauſa pœnas à lege, ſtatuto, vel conſuetudine indictas minuere,aut augere.

53 ¶Sed animaduertendum eſt,quòd licèt aliàs non ſit neceſſe in ſententia cauſam inſerere,vt eſt tex, ordinarius in capit.ſicut.& cap.cùm Bartolus.de re iudic.cum ſimilib. quin fatuus eſt iudex, qui idipſum fecerit, vtpote qui viam aperiat ſuæ ipſius impugnandæ ſententiæ, vt dicit Imol.in l.ſi is ad quem.ff.de acq.hæredit.

*In ſententia iudex non tenetur cauſam inſerere.*

54 ¶Niſi adiiciat dictionem, *Maximè*,vt pulchrè per ipſum Panor.in cap.ex parte.de conceſsione præbend.in hoc tamen caſu debet iudex cauſam aut minutæ,aut auctæ pœnæ in ſentẽtia exprimere:vt nominatim voluit Blad.in repet.d.l.quid ergo.§.pœna grauior. col. vj.verſic. iſtorum op.in fin.ff.de his qui notan.infami.& in l.data.col.ij.verſi.& ex hoc infero,iunctis his quæ priùs dixerat.C.qui accuſa.non poſſ.& Saly.in l.properandum.§.illo proculdubio.col.ij.verſic. aut quæritur quò ad ipſius. C.de iudi.& Pau.de Caſt.conſil.cccxxviij.clarum eſt in iure.ad fin.lib. ij. & Ioan.de Plat.in l.vlt. C. quemadm.ciuil.mun.indic.lib.x.& Ang.Aret.in tractatu maleficiorum,in verbo, *quas ſi non ſoluerit infra decem dies*.col.v.verſi.& aduertas.in fin.

*Auctæ & minutæ pœnæ cauſam nominatim iudex ſentẽtia exprimere debet.*

55 ¶Neç in hoc caſu ſolùm,ſed & ſemper aliàs,cùm ex cauſa iudex recedit à iure cõmuni, debet eam cauſam adſcribere,per tex.in l.ſciendũ.ff.de appell.reci.quẽ ita allegat Lucas Pen.in l.j.col.j.in fi. C. de his qui non imple.ſtipendiis ſacrament.ſoluti ſunt.lib.x.& Panor.in d.c.ſicut.col.ij.verſi. quartus. & ibi latè Fely.col.ix.verſi.dum Doct.ponunt.vbi ex hoc dicũt id quod ſuprà diximus,ſcilicet quòd

*Iudex cùm ex cauſa recedit à iure communi, debet eam cauſam adſcribere.*

ſi iudex ex cauſa recedit, debet eã cauſam nominatim adſcribere, quod & ante eos voluit Io.And. in addi.Specul.titu.de ſenten.& quæ ipſam ſeq.§.qualiter.verſi.verùm ſi rationes.per text.in cap.calumniam.de pœnis.& in §.oportet. in authen.de iudicib.

*Iudex qui aliquid illicitum decernit, debet cauſam exprimere, aliàs citatus non tenetur obedire.*

55 ¶Ad quod facit quod notabiliter ſcribit Inno.ille parẽs iuris Canonici in c.prætereà in fi.iunctis his quæ antè dixerat, de dilat.quod iudex qui citationem aut aliud quiduis prima facie illicitum, & iniuſtum decernit, quod tamen ex aliqua cauſa iuſtificari poteſt, debet ipſe iudex eam cauſam exprimere, aliàs non tenetur citatus obedire. Quod dictum plerique omnes ad hoc allegãt, quod vbi alicui ex aliqua cauſa licitum eſt à regulari iure recedere, non ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi illa exprimatur.& inter cæteros Oldra.conſ.cccxxvj.quòd articuli dati col.ij.verſi.item non ſufficit.vbi per hoc concludit idem eſſe in Papa, qui ex cauſa aliquid contra ius concernens vniuerſalem ſtatum eccleſiæ reſcribit, vt videlicet debeat cauſam exprimere.quod dictum pro ſingu.citat omnium ſingulariſsimus Roma.conſi.cccclxxxxiij.dubitatur primò vtrum electio.col.pe.verſ.ſecundo reſpõdeo. vbi & pro not.allegat.ſed & ſequitur illud dictum Inno.ſed & pro ſing.citat idem Roma.conſ.499. in præmiſſa conſultatione.col.j.vbi & ſequitur quoque illud dictum Oldra.

*Actus in ſe malus, in dubio ad malum eſt referendus.*

56 ¶Quin & illud dictum Inno.ſequitur & dicit nota.Panor.in c.j.col.ij.verſi.in gloſſ.ij.in fin.de cleric. non reſid.vbi & per hoc dicit quòd licèt actus indifferens ad bonum, & malum, ſit ad bonum in dubio referendis.cap.eſtote.de reg.iur. tamen ſi actus in ſe malus eſt, ad malum in dubio eſt referendus, licèt poſsit habere aliquam excuſationem.ad quod etiam allegat in arg.cap.j. de præſumpt.& l. nam ludus.ff.ad leg.Aquil.Et pro hoc dicto Panor.dicit Felin.in c.j.col. v. in quinta ampliatione. de re iud.eſſe tex.valde ſing.in cap.dilecti.de accuſa.per quem Io.de Ana.ibi, col.ij.poſt Pet.de Anc.dicit ſingu.limitari theoricam Bart.in l.non ſolùm.§.ſed vt probari. ff.de oper. noui nunt. & ibi quoque Panor.in quinto not.dicit illum tex.eſſe ad hoc ſingularem.

*Sufficit aliquid eſſe notoriũ ſecundum regularem curſum, licèt aliquo caſu accidentali poſſit excuſari.*

57 ¶Sequitur quoque illud Inno.dictum, Ant.in c.vlt.col.vlt.de libel.obla.vbi & per hoc dicit poſt ibi, quòd ſufficit aliquid eſſe notorium ſecundùm regularem curſum, licèt aliquo caſu accidentali excuſari poſsit.quod & idem voluit ipſe Inno.in l.ad teſtium.§.j.in princ.ff. de teſtib. vbi etiam allegat Inno.vbi ſuprà, & gl.in cle.vlt.de reſcri.& quod not.in l.omnes.§.Lucius Titius.ff.quæ in frau.cred.

58 ¶Sequitur item, & cõmendat illud dictum Innoc. multíſque ſimilibus condecorat Fely.in dicto cap.j.quo loco nuper citauimus.de re iud.& in d.c.ſicut loco ſuprà allegato.& in cap.cùm ordinem. col.vij.in iij.conſideratione.& in c.ſuper literis.col.xj.verſi.decima regula.de reſcrip.& in c.j.col. 17. in fin.vij.fallen.de conſtit.& nouiſsimè Philip. Dec.conſi.viij.viſo puncto, & diligenter examinatis omnibus.in prin.vbi & multa ſimilia aggregat.

*In citatione ut quis perſonaliter ueniat, debet exprimi cauſa.*

59 ¶Sed & illud dictum ſequitur, commendat, & eleganter enarrat. Bart.in l.ij.in vtraque lec.& vtrobique, col.j.ff.ſi quis in ius voc.non ie.& Bal.in l.j.§.vſus.in fin. ff. de procur. vbi per hoc dicit, quòd in citatione, vt quis perſonaliter veniat, debet exprimi cauſa, cùm ſit contra ius commune. per l.vlti.C. de procur.id quod reputat not.Phil.Dec.in c.perſonas.col.v.verſi.tertius caſus.de appell.

*Proponens nullitatem quomodo admittatur.*

60 ¶Sequitur etiam illud Inno.dictum Rapha.Cuma.conſi.lx.viſis compromiſſo, &c.vbi per hoc notabiliter conſuluit, quòd ſi per ſtatutum ſit prohibita nullitas, quanuis tamen poſsit aliquo caſu proponi, videlicet cùm eſt ex defectu iuriſdictionis, ſecundùm gloſſ.ordin.in cle.j.de ſequeſtrat. poſſ.& fruct. Tamen non admittendus eſt proponens ſimpliciter nullitatem, non allegata ipſa cauſa ex defectu iuriſdictionis.

*Notoria qualitas eſt quæ prima facie talis uidetur.*

61 ¶Sequitur denique Fran.Aret.in l.in illa.col.v.verſi.tertiò adde.ff.de verb.oblig.& in cap.ſignificauerunt.col.pen.de teſtib.Ex eóque infert, quòd illa qualitas dicitur notoria, quæ prima facie de iure communi eſt talis, licèt poſsit ſubeſſe cauſa, propter quam redderetur falſa. ad quod etiam allegat cap.ad decimas de reſtit.ſpol.lib.vj.& Bart.in d.l.ij.& licèt illud dictum Inno.in d.c.prætereà.ſit omnibus celebratiſsimum, & quibuſdam reputatum ſing.vt patet ex ſuprà dictis: idem tamen fermè voluit ipſe Inno.in c.prudentiam.in prin.vbi & alij Doct.de offic.deleg.

*Qui conſequi uult aliquid cõtra regulas iuris communis, cauſas narrare debet.*

62 ¶Huc vergit & text.not.in l.j.C.de præd. curial. lib.x. vbi quoties quis aliquid contra regulas iuris communis conſequi contendit, cauſas eas, ob quas id iure conſequi poteſt, narrare debet. Et ita illum text.ad hoc ponderat, & dicit not.Roma.conſi.clxiij.cuius eſt initium, conſtitutio curiæ.col.ij. verſi.prima autem, vbi & ad hoc dicit etiam facere tex. in l.ſi adulterium cum incæſtu.§.iidem Pollioni.ff.de adult.

*Seruus regulariter nõ poteſt torqueri in dominum.*

63 ¶Ex eodem autem fonte manat, quod voluit gloſſ.notab.in l.ij.in glo.vlt. ff. de appell.recip.quòd ſi iudex pronuntiet nominatim ſeruum torquendum contra dominũ, eſt ſententia ipſo iure nulla, licèt aliquando ſeruus poſsit torqueri in dominum, non tamen regulariter.l. j. C. de quæſtio.quam gloſſ.ad id pro not.citat Alex.in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.col.iij.verſic.ſed quæri poteſt.ff.ſol.matr. & Matheſi.not.x.nota quòd ſententia.vbi per eam gl. dicit quòd ſententia lata expreſsè contra regulam iuris communis, eſt nulla, licèt reperiantur aliqui caſus excepti, in quibus ſaluari poſſet illa ſententia, cùm illi caſus non ſint expreſsi in ſententia.

*Sententia continet iuris errorem expreſſum, cum eſt lata cõtra regu.*

64 ¶Et idem voluit Alex.ipſe in l.ſi ſe non obtulit.q.4.§.ſi quis condemnatus.col.ij.verſi. pro hoc etiã. ff.de re iudic.cùm dicit, quòd ſententia dicitur continere expreſſum errorẽ iuris, quando eſt lata cõtra regulã, niſi exprimatur tale quid in ipſa ſententia, per quod appareat ꝙ ſententia iudicis ſit lata in caſu fallentiæ, vt dicit probari in d.l.ij.in fi.cum glo.ff.ſi quis in ius voca.non ier. & ibi Bar.iuncta l. prima, & ij. ff.de fer.Ideò (inquit) ad hoc vt valeat citatio facta ad diem feriatam, requiritur, quòd

expreſsè



expreſsè citetur in cauſa alimentorum, & ſimilium, quæ in die feriato expediri poſſunt.

65 ¶Et bene facit quod tradit Bar.in l.Lucius.in fin.ff.de his qui not.infa.vbi conſuluit iudicibus, vt ſi fidem teſtibus non adhibeant, cauſam eius rei in ſententia adſcribant, ne teneantur poſteà in ſyndicatu. ſequitur Barb .in rub.B.qui admit.char.6.col.3.verſic.& moueor. Et quòd hoc caſu teneatur iudex cauſam exprimere, tenet Inno.quem tamen Bar.non allegat, in c.quoniam contra falſam.col. 2.de probat.& faciunt no.per eundem Inno.Panor.& alios in c.cauſam quæ.de ſentent.& re iudi.& vide Bal.in l.cum magiſtratus.ad fin.verſi.item illud eſt.C.quan.prouoc.non eſt neceſſ.

*Ne teneatur iudex, cauſã cur non credat teſtibus adſcribere debet ſententiæ.*

66 ¶His concinit, quod voluit Ioan.And.in additionib.Spec.tit.de ſent.& quæ ipſam ſeq.§.qualiter.verſ. verùm.quòd vbi victus non condemnatur in expenſis, debet eius rei cauſa exprimi. quod & voluit etiam Fed.Senen.conſi.139.quæſtio noſtra.col.vlt.& Ioan.Fab.in §.hæc autem col.2. verſicu. igitur iudex.Inſti.de pœn.tem.litig.& Bald.in authen.generaliter.col.4.verſic.quia ergo propter multiplicitatem.C.de epiſc.& cleric.& in authen.nouo iure.per illum text.C.de iud.Card.Flor.in cle. ſæpè. §.& quia.in xvij.quæſtione.de verbor.ſignifi.vbi & illud dicit procedere generaliter, quando iudex recedit à iure communi, & ibi Georg.Natta in rep.col.pen.in gloſſ.in verbo, in ſcriptis.verſic.fallit ſecundò.Panor.in d.c.ſicut.de re iudic.per tex.in §.oportet.in auth.de iudi.& Ioan.Pla.in l.vlt.C.de muner.lib.xij.Alex.in d.l.properandum.§.illo proculdubio.C.de iudic.& conſi.clxxxiij.in cauſa, & lite vertente inter Franciſcum.col.j.lib.vj.

*Si uictus non cõdemnetur in expenſis, cauſa debet exprimi.*

67 ¶Quibus conſonat, quod dicit Angel.in l. vtique.in fin.ff.de rei vend. quòd quando fertur ſententia contra fundatam alterius partis intentionem, cauſa eſt eius rei exprimenda. Et Anto. in c. per tuas. col.vij.per text.ibi, de ſent.excom.quòd ſufficit ſententiam habere in ſe euidentem iniquitatem, licèt cauſaliter ſaluari poſsit. Et quod ante illos ſcribit Barb.in l.quòties.per illum text.ff. ſi quis cautio.illud non dicit dubium, de quo eſt regula, licèt ſint aliqui caſus ſpeciales, niſi & de illis ſpecialis fiat mentio.& allegat not.per ſe in d.l.ij.ff.ſi quis in ius vocat.non ier.

*Cauſa eſt exprimenda cùm ſentẽtia fertur contra fundatã alterius partis intentionem.*

68 ¶Quorum ſententiam manifeſtè approbat text. in c. Quintauallis. de iureiur. vbi iuramentum de exhæredando filium, cenſetur illicitum, licèt aliquo caſu poſsit eſſe iuſtum. Atque etiam text.in c. conſtitutis.de elect.per quem dicit ibi Panor.in j. not. quòd vbi per libellum petitur aliquid contra regulas iuris, debet exprimi cauſa, ex qua peti poſsit, ad quod etiam allegat Innoc.in d.c.prætereà. de dilation.

*Iuramẽtum de exhæredãdo filium cẽſetur illicitũ, licet aliquo caſu poßit eſſe iuſtum.*

69 ¶His quoq; atteſtatur, quòd licèt in appellationibus à diffinitiua interpoſitis, non ſit neceſſaria cauſæ expreſsio, l.ſcio.§.quid ergo.& l.appellanti.§.nõ ſoluere.ff.de appellat.& c.quò ad cõſultationẽ. & c.cùm in eccleſia.eo.tit.tamẽ in notoriis, in quibus regulariter non admittitur appellatio.c.cùm ſit Romana. & c.conſuluit.& c.cum ſpeciali.§.porrò.de appel.& in aliis caſibus, in quibus regulariter prohibetur appellatio, neceſſe eſt cauſam in appellatione à diffinitiua, inſerere, vt voluit Innoc. in c.paſtoralis.§.prætereà.de offic.deleg.& in c.ad noſtram.& ibi expreſsiùs Panorm.col.vlt. verſic. vltimò ſcias.de appel.& Specul.titu.de execut.ſent.§.nunc dicendum.verſic. ſed nunquid in totum. Roma.conſil.cccxxxiiij.in propoſita conſultatione.in fi.vbi hoc dicit eſſe de mente gl.in c.Romana.§.ſin autem.de appel.lib.vj.vbi etiam voluit Pe.de Anc.col.iij.verſi.vndecimò colligit. & Panor. in d.c.cùm ſit Romana.& in d.c.conſuluit.& ibi Philip.& recentiores, & idem Panor.in d.c.quò ad conſultationem.col.pen.& in c.cùm ſuper.in vj.not.vbi dicit eſſe menti tenendum, & vtrobique recentiores, de re iudic.& Cuma.d.conſi.60.col.j.

*In notoriis neceſſe eſt cauſam in appellatione à diffinitiua inſerere.*

70 ¶Illud tamen quod diximus, requiri expreſsionem cauſæ, cùm pœna augetur, vel minuitur, intellige procedere ad ipſius iudicis excuſationem, vel ſententiæ ſuppletionem (vt noſtri loquuntur) non autem ad ipſius ſententiæ ſubſtantiam, vel validitatem. Nam ſi ſine cauſa hoc facit, lex ſupplet id quod deeſt.d.l.4.§.ſi quis condemnatus.ff.de re iud.Ita dicit Bal.in d.§.pœna grauior. loco ſuprà citato, & Saly.in d.l.properandum.§.illo proculdubio. C. de iudi. vbi etiam Alex. Et quòd ipſa cauſa non ſit hoc caſu neceſſariò exprimenda ad validitatem ſententiæ, tenet Bart.in l.relegatorum.§.ad tempus.in fi.ff.de interd.& releg.& in d.§.pœna grauior. d. l. quid ergo.ff.de iis qui notan.infa.col. ij.verſic.item ſimiliter.& verſi.tertiò eſt videndum.vbi & hoc idem firmat Alberi.poſt Ray.col.12. verſic.item quæro.& ſentit idem Bar.in l.quod ad ſtatum.ff.de pœnis.& latè Fely.in d.c.ſicut.col.x. verſi.cæterùm dixi.de re iudic.Porrò ſcio id plerunque obſeruari, vt cùm in noſtris iudiciis diſcedimus ex cauſa à communibus regulis, vel leniendo pœnas ordinarias, vel aliàs, adiicimus illam vulgarem clauſulam, *Pour certaines cauſes, & conſiderations à ce nous mouuans*.vel illam, *Et pour cauſe*.vt cùm dicitur, *Sans deſpens, & pour cauſe*.quanquàm noſtris moribus hæc non ſint neceſſaria.

*Expreßio cauſæ procedit ad iudicis excuſationem, quia ſi ſine cauſa facit lex ſupplet.*

SVNT AVTEM MVLTAE CAVSAE, ob quas iudex poſsit, & debeat minuere, atque etiam prorſus remittere, aut augere pœnas à iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine determinatas. Quarum hîc plurimas operæpretium eſſe duxi adſcribere. Nam huius rei vſus quàm ſit frequens, quámque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, vt in ſimili dicit Iureconſult. in l.j.in prin.ff.de appel. Et vt alibi ſcribitur, quæ quotidiana ſunt, ea veluti ſtudioſiùs attingere debemus. l. legaui.ff. de liber. leg. Cauſas ergo minuendi, & remittendi primùm aggrediamur. Nam de vtriſque permixtim dicemus.

# AN ET QVIBVS EX CAVSIS POENAE legum, conſuetudinum, ſtatutorum temperandæ ſint, aut etiam remittendæ,

## PRIMA CAVSA.

*Qui ira, aut dolore deliquit, leuius eſt puniendus.*

1 PRIMVM igitur, vt ab ea exordiar, quæ frequentiùs vſu euenit, videlicèt, cùm quis impellente ira, aut dolore deliquerit: is enim leuiùs puniendus eſt. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn. & l. ſi non conuicij. & ibi not. C. de iniur. & l. 2. C. de aboli. & c. ſi quis iratus. & ibi gloſſ. 2. qu. iij. & not. etiam gloſſ. in l. iij. ff. de diuor. & in l. quicquid. ff. de reg. iur. & in c. diuortium. de pœnitent. diſt. 1. & Rom. ſing. 510. volo commentare. ante fi. Iracundia enim ſæpè innocẽtes adducit ad crimen. c. ira. 11. q. 3. & quod inconſulto calore fit, calũnia caret. c. ſi quem pœnituerit. §. notandum. 2. q. 3. qui quidẽ §. depromptus eſt ex imis viſceribus text. l. j. §. quæri. ff. ad Turpil. quem ad hoc pro notabili citat Franc. conſi. 80. ſicut decet. col. vlt. quòd non propriè dicitur doloſè, & ex animo factum, quod per iram delinquitur. Et vt ſcribit Ariſtoteles philoſophorum antiſtes, lib. 5. Moralium Nicomachio-

*Quæcunq; ira, aut natura perturbationes acciduñt, ob id homines prauos non reddunt.*

2 rum, c. 8. Quæ ob iram, aliáſque animi † perturbationes, quæcunq; neceſſariò, vel naturâ hominibus accidunt, iniuriam quidem faciunt, ſed nondum idcirco ſunt iniuſti, vel praui.

¶Ideóque licèt non permittatur marito vxorem in adulterio depræhenſam occidere. l. nec in ea. §. ius occidendi. qui eſt vlt. ff. de adult. tamen quia vxor alterius concubitum patiendo, iniuriam viro, domuíque ſuæ infert non modicam. l. ſi maritus ſit. §. lex Iulia. & l. miles. §. ſocer. ff. eo. tit. ob eámque rem maritus tantum dolorem haud dubiè concipit, quàm alius nemo, vel ipſius vxoris pater. l. 2. §.

*Vir moleſtius fert vxoris adulterium, quàm filij interitum, ideo ſi illã interimat in actu ipſo, non punitur pœna legis Corneliæ.*

3 ſi ſimul. ff. eo. vſque adeò, vt vir moleſtiùs ferat vxoris adulterium, quàm filij interitum. vt clanculum annuit tex. in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. quem ita intelligunt Ray. Bal. & alij ibi, cum concord. quas tibi adduximus in noſtris legibus Connubialibus, l. xiij. nu. 27. incip. igitur vt redeamus. ideò ſi maritus vxorem in adulterio compertam confeſtim interimat, non punietur, vt cæteri homicidæ, pœna legis Corneliæ de ſicariis, id eſt, vltimo ſupplicio, ſed tantùm relegabitur, vt eſt text. elegans in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adult. qui eius rei rationem reddit memoriæ penitus præcordiis infigendam. quoniam difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare. Quem tex. Ang. ibi dicit allegari pro illis, qui aggrediuntur aliquem ſibi verba iniurioſa dicentem, vt videlicèt ſint mitiùs puniendi. Et illum ſing. facit Panor. in c. 1. de iniur. Franc. Aret. conſi. xxxiiij. viſis diligenter teſtibus. paulò ante fi. & Iaſ. in l. vt vim. col. iij. verſic. tertiò multum aduerte. ff. de iuſtit. & iur. Valde autem ſing. dicit Fely. in cap. ſignificaſti. huius initij ij. col. penult. verſic. tertia concluſio. de homicid.

*Dolor an excuſet ſcelus commiſſum.*

4 ¶Eſt tamen illi in ea deciſione tex. ſimilis in l. j §. vlt. ff. ad leg. Cornel. de ſica. & in l. iij. §. ſi maritus. verſi. ſi tamen maritus. iuncta gl. ff. de S. C. Silla. & in l. Gracchus. C. de adult. & in c. ſi verè. huius initij 1. verſi. nec ille compellendus. & ibi gl. & Panor. in v. no. de ſenten. excom. & facit tex. in l. diuus. & ibi gl. ff. ad l. Pompe. de parr. & quod voluit gl. in c. inter hæc ſanctitas. 33. q. 2. per text. in d. l. Gracchus. Quibus germanum eſt illud Ouidianum lib. 4. Metamorph.

*Quamuis amor excuſare dolorem,*
*Indiciúmque dolor poterat.*

id eſt amor Clytiæ, quo Solem deperibat, excuſare poterat dolorem, quem ex Solis, & Leucothoës adulterio conceperat. Quo quidem dolore mota Clytie ipſa, id Orchamo, patri Leucothoës indicârat: proptereáq; excuſandam ſe dicit Clytie, ꝙ ea non mediocri dolore impulſa idipſum fecerat.

*Ira percitus, & prouocatus ſi percutit, leuius punitur.*

5 ¶Per illum autem tex. in d. §. Imperatores. dicit no. Panor. in d. c. 1. de iniur. quòd licèt qui iracundia percitus, prouocatúſque alium percuſſerit, ex ea percuſsione teneatur, per text. ibi, & in l. vlt. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & alios, quos ibi adducit, is tamen leuiùs eſt puniendus. Quod & idem fermè dicit per illum met tex. ipſe Panor. in c. dilecti filij. ante fi. de except. & ibi recentiores, & in c. cùm te. col. antep. verſic. ſed pone quòd. de re iudic. & in c. ex literarũ de apoſta. & in c. ſtatuimus. de maledi. & in cap. olim ex literis. conſi ij. verſi. & ex hoc no. de reſcrip. vbi dicit valde not. ad hoc text. in d. §. Imperatores. & rurſus idem Panor. in d. c. ſi verò. ſuprà allegato.

*Qui defendendo ſe aggreſſorem interficit, mitius punitur.*

6 ¶Cui ſententiæ proculdubiò conuenit, quod tradit excellentiſsimus ille decretorum doctor Ioan. Andr. (ita illum appellat Feder. Sen. conſil. j. col. pen.) in addi. ad Spec. in rub. de homicid. ad fi. verſi. & quæſtio. & de illo ſecundo. in c. ſignificauit. per illum text. in verſi. attendentes. iuncta glo. de pœni. & remiſ. quòd etſi non licet excedere moderamen inculpatæ tutelæ, iuribus vulgatis: ſi tamen quis ſe defendendo legitimum moderamen ſupergreſſus, aggreſſorem interemerit, licèt ob id puniri debeat: tamen non tenetur lege Cornelia de ſicariis. ſed excuſatur, vt non omnino puniatur tanquam doloſus, ſed mitiùs, tanquã culpabilis. Ad quod etiã allegat l. lex Cornelia. ff. ad leg. Cor. de ſicar. & l. 1. C. eo. & c. olim. huius initij 1. in fin. de reſti. ſpoli. vbi idẽ quoque dicit Ant. & ſequitur etiã Bal. in d.

*Metus, rixa, et dolor, tollunt deliberandi cõſilium.*

7 c. j. §. ſi qui verò. huius initij 1. in fi. titu. de pac. iuram. fir. vbi eleganter dicit, † quòd rixa, & metus inſtantis periculi, & nimius dolor tollit deliberandi conſilium: & quòd homo intẽſo dolore permotus, non eſt in plenitudine intellectus, per tex. in d. l. Gracchus. Idẽ quoq; ſequitur ipſe Bal. in c. j. in verbo vitam ſuam defendendo. tit. de pac. tenen. & in repe. l. j. col. 5. in 9. q. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. circa vlt. col.



vlt. col. & ibi latè Iaſ. col. 3. & latiùs Claudius de Seyſel. in ſua repet. ff. de iuſti. & iur. & idem Bald. in l. Imperator. huius initij 2. in 2. lec. verſ. quæritur pater. ff. de ſtatu homi. & in conſi. 109. qui mortem aliter vitare non valens. poſt medium, lib. 4. & iterum conſ. 312. viſis actis. col. vlt. li. 4. & Io. Fab. in §. ius autem gentium. col. 3. verſ. item credo quòd ſi inuaſus. Inſti. de iur. nat. gent. & ciui. & Saly. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi pub. & Paul. Ca. conſ. cclv. viſo ſuprà ſcripto puncto. col. vlt. lib. j. & conſ. 277. in cauſa incarceratorum. col. 3. verſ. ex his ſequitur. lib. 2. & Rom. ſing. 3. ſi quis exceſſerit, vbi hoc reputat ſing. & in l. cùm mulier. col. 32. verſ. aduerte tamẽ, quia etiam offenſa. ff. ſol. matr. Flor. in l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. Alex. in addi. Bart. in d. l. j. col. vlt. C. vnde vi. & conſ. 76. viſa inquiſitione cõtra Fortunerium formata. col. j. lib. j. & conſ. cix. viſis, & vt oportet conſideratis omnibus. col. iij. verſ. & ad hoc alleg. eo. lib. j. & conſ. xxiiij animaduerſis his, quæ tam per teſtes. col. ij. li. 2. & conſ. cxl. videtur in caſu propoſito. col. pen. & vlt. eo. lib. ij. & conſ. ij. viſo proceſſu in cauſa. col. pe. li. vij. & cõſ. xix. viſo proceſſu inquiſitionis. col. 4. verſ. & poſito. eo. li. 7. Et Fran. Are. d. conſ. xxxiiij. ante fi. vbi & hoc facit ſing. & conſ. lxxx. ſicut decet huius feſtinatio. col. pe. verſ. circa ſecundum. & conſ. clxv. ſicut Io. dicit in Apocalypſi, col. vlt. & Ang. Aret. in §. ius autem gentium. col. iij. verſi. vnum addas. Inſti. de iure natu. gen. & ciuil. vbi etiam facit ſing. tex. in d. §. Imperatores. & in tractatu maleficiorum. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. col. iiij. in paruis. verſ. aduertas etiam. vbi & illum text. dicit ſing. & Philip. Corn. conſ. cvij. viſa inquiſitione. col. ij. lib. 1. & conſ. cciiij. pro deciſione præſentis conſultationis. paulò ante fi. eo. li. j. vbi & hoc reputat ſing. & conſ. cxxxiiij. in cauſa magiſtri Pauli. col. j. lib. iij. & Cæpol. in conſiliis criminalibus, conſ. j. col. iij. verſ. præſumptiones autem. Soci. conſ. clxxviij. primo aſpectu. in fi. Fely. in d. c. dilecti. col. antepe. verſ. ſecunda declaratio. de except. vbi ad hoc multa latè congerit. & in c. ſicut ex literis in fi. de iureiur. & in c. qualiter. huius initij ij. §. vlt. col. vij. de accuſ. & d. c. ſignificaſti. huius initij 2. col. pen. de homici. vbi hoc reputat ſing. & Lud. Bolo. conſ. xxxvj. cor mundum, & c. præſuppoſita igitur caſus narratione. col. v. verſi. tertium moderamen. & latè conſ. ſeq. col. ij. & ſeq. & conſ. lxiij. Cor mundum. & c. viſo igitur ſtatuto. col. iij. verſ. poſtremò dato, non tamen conceſſo.

*Aggreſſus qui modum exceſſit, punitur tantùm pro exceſſu.*

8 ¶Quod multis modis eſt ampliãdum. Primò, vt habeat locum, etiam ſi is, quem alter aggreſſus eſt, modum ex propoſito exceſſerit, vt hoc quoque caſu non puniatur pro toto, ſed pro exceſſu tãtùm, & ſic mitiùs, vt dicit Bald. in d. l. vt vim. verſ. cognoſcuntur. col. 3. vbi eleganter dicit, ſic turbatus nõ poteſt ſemper habere ſtatêram in manu. & in c. 2. verſ. ecce exemplum de moderatione, de vit. & hon. cler. per tex. in d. c. olim. in fi. repræhendítque gloſſam contrarium ſentiẽtem, in d. c. ſignificaſti. de homi. & aliam gl. c. in ſumma xxxiij. q. 1. idem voluit Sali. in d. l. Gracchus. col. vlt. & Anto. in d. c. olim. circa vlt. col. & Ang. conſ. 76. & 109. & 140. & 283. & 119. ſuprà allega. & Fran. Aret. d. conſ. 80. ante fi. imò voluit Panor. in d. c. ſignificaſti. in duobus locis, videlicèt col. 2. & pen. poſt glo. vlt. ibi, quòd ſi non ex propoſito modum exceſſerit, ſed indeliberatè, furore iracundiæ accenſus, omnino non teneatur: per d. c. olim. id quod etiam voluit glo. c. in ſumma. 23. q. j.

*Prouocatus, ſi aggreſſorẽ fugientem interimat, tenetur tantùm ut culpoſus, non ut doloſus.*

9 ¶Amplia ſecundò procedere, etiam ſi is, qui prouocauit, aufugiat, & eum fugientem, prouocatus interimat, vt videlicèt non teneatur vt doloſus, & homicida voluntarius, ſed vt culpoſus (vt noſtri loquuntur) ita enim voluit Cy. poſt Iaco. de Are. in d. l. j. col. pen. verſ. item quæritur, pone quòd quidam aggreſſus. & ibi etiam Io. Fab. circa medium. Bald. col. vj. verſ. decimò quæritur. C. vnde vi. vbi ipſe Bald. dicit eſſe no. dignum, & Ant. in d. c. olim. col. vlt. verſi. inquantum dixi. & ibi etiam Panor. col. viij. verſi. aduerte tamen. vbi hoc dicit no. facítque etiam no. tex. in d. §. Imperatores. & Lucas de Pen. in l. deuotum. col. 3. verſ. ſecundò quæritur. quid ſi me percutias. C. de meta. & epidemetic. lib. xij. & Io. Ana. in c. ſi perfodiens. in fi. de homi. & Io. Lig. in tractatu de Bello. c. 98. incip. ſeptimò quæritur. Paul. Caſt. in d. conſ. 275. col. vlt. lib. ij. vbi dicit, quòd ita vidit Bald. Papiæ conſulentem. & Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. col. v. verſ. quæritur, Titius. Fran. Are. d. conſ. xxxiiij. vbi hoc facit ſing. & d. conſ. 80. ad fi. & Corneus d. conſ. 204. in fi. libri 1. vbi hoc dicit notabile. & Fely. d. c. dilecti. vbi monet ne hoc dictum obliuiſcãtur, quia vix poſſet eſſe aliud notabilius. & in d. c. ſignificaſti. huius initij 2. de homi. & Bolog. d. conſi. xxxvj. & Hippo. Marſil. ſing. 106. occidens aggreſſorem. vbi hoc reputat ſing. è Theologis. Ang. Clauaſ. in verbo, defenſio. verſ. vlt.

*Qui calore inducti innocentem interfecerunt, mitius puniuntur.*

10 ¶Amplia tertiò iſtud obtinere, etiam ſi qui occiſus eſt, nõ dederit cauſam iræ, quæ occiſorem ad maleficium impulerit, vt videlicèt in hoc caſu ſit mitiùs puniendus, vt dicit ſingulariter Rom. in d. l. cùm mulier. loco ſuperiùs allegato, per tex. quem ad hoc dicit ſing. in l. lex Iulia. in fi. ff. ad le. Iul. repet. vbi qui calore inducti interfecerunt vel innocentem, vel quem punire non debuerant, & ſic qui nullo modo interfectorem offenderat, in inſulam deportari debent, quamuis aliàs homicida quod fecit, ſemper expectare iubetur. l. nemo. C. de epi. audien. & hoc dictum Rom. refert, & ſequitur Alex. in addi. ad Bart. in d. l. lex Iulia. & Fely. in d. c. dilecti. vbi dicit hoc dictum eſſe notabile, & multa homicidia poſſe eo modo à pœna mortis excuſari. & Hippoly. Marſil. qui hoc dicit ſing. in ſuo ſing. 270. incip. homicida puniendus eſt.

*Excedens ſe defendendo, an l. Cornelia de ſicar. teneatur.*

11 ¶Amplia quartò, & id admodum notandum eſt, etiam ſi is qui ſe defendendo modum exceſsit, dabat operam rei illicitæ, per tex. in d. §. Imperatores. & in d. l. Gracchus. nam & ita voluit Angel. in l. ſi cùm ſeruo. ff. de iniur. Flori. in d. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil.

12 ¶Supradictis nimirum concinit text. not. in l. qui cùm maior. §. ſi libertus. ff. de bonis libert. vbi ſcri-

*Prouocato, qui uoluit ulciſci, ignoſcendum.*

bitur, ignoſcendum eſſe ei, qui voluit ſe vlciſci prouocatus. Per quem Specul. (quem patrem practicæ appellat Iaſ. in l. hac conſultiſsima. col. j. C. qui teſta. face. poſ.) in ea fuit ſententia, in tit. de accuſatore. §. j. verſ. quid ſi te vocaui. vt is non debeat puniri, qui iniuriis prouocatus, alteri viciſsim iniuriã dixerit. Ad quod etiam allegat l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadru. pauper. feciſ. dicat. vbi & hoc refert, & ſequitur Floria. & id quoque latè confirmat Lucas de Pen. in l. errat qui tibi. in v. quæſt. C. de caſtr. peculi. milit. & præfect. ann. lib. 12. multa in eam rem afferens, quæ breuitati conſulens omitto. Quã ſententiam etſi Pan. apertè reprobet in omnibus fermè locis, quos ſuprà citauimus, nu. 4. incip. per illum autem. in eo videlicet, quòd Specul. diceret hunc non eſſe puniendum: dicit tamen Panor. mitiùs eſſe puniendum, quàm ſi non prouocatus iniuriam feciſſet. Et ſequitur Fely. latè, locis ſuprà citatis, & ante eos voluit Pet. Iac. in tit. de actio. iniur. prætoria. col. vlt. verſ. ſed quid erit. per text. in d. §. Imperatores. & in d. §. ſi maritus.

13 *Iniuria quæ fit Deo, grauior ea quæ fit homini.*

¶Nec id ſolùm procedit, cum homini fit iniuria, de qua locuti ſumus, ſed & cum fit Deo, cuius iniuria eſt multò grauior, quàm quæ homini fit. c. ſunt qui opes ſuas. 17. q. 4. & c. mouet te. 22. q. 2. ęquũ eſt enim, vt tantò grauior ſit Dei iniuria, quantò Deus eſt homine ſuperior. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœn. & l. omnes. §. j. ff. de re milit. & §. atrox. Inſtit. de iniur. Ideóq; ſi quis contra Deũ blaſphemauerit, † de iure ciuili vltimo ſupplicio punitur. in auth. ne luxu. homi. cont. na. poſt prin. de iure Canonico, aliis grauioribus, citra mortem, ſuppliciis plectitur, quæ continentur in c. 2. de malefi. Tamẽ,

14 *Blaſphemus ultimo ſupplicio punitur, tamen mitius qui calore iracundiæ.*

qui calore iracundiæ linguam in blaſphemiam contra Deum publicè relaxauerit (in eo enim caſu loquitur d. c. 2.) non punitur pœna illius c. ſed benignius cum eo agitur, vt voluerunt Gof. Ab. Antiquus, Henric. Bohic. col. j. & Panorm. qui not. diſtinguit Io. And. & alij in d. c. 2. per tex. in l. 2. in fi. C. de iniur. & in l. ſi non conuicij. C. de iniur. & alia iura quæ allegant. Quod & voluit Archi. in c. quid ergo. in fi. q. 5. dicens Hieronymum ibi de huiuſmodi blaſphemia loqui, quæ ſcilicèt fit calore iracundiæ, cùm leuem eſſe culpam aſſerit. Idem quoque nouiſsimè tenuit Philip. Dec. conſ. 163. in cauſa matrimoniali. col. 7. verſ. non obſtat illud dictum de blaſphemia. vbi & illud ſubdit, quòd qui per iracundiã in ludo fortè plaſphemauerit, non dicitur propriè blaſphemator. allegat Cy. Bal. & Saly. in d. l. 2. C. de iniur. & Bald. in l. 2. C. ad leg. Iul. maie. quod dictum omnino aduerſatur diſtinctioni Panor. in d. c. 2.

15 *Platoni mitius punitur qui ira quã qui ſponte aliquem cæcidit.*

¶Quid plura? Plato grauiſsimus omnium philoſophorum, & princeps (ita enim eum vocat Tullius lib. 2. de legibus) illum quoque leuius punit in ſuis legibus, qui ira concitatus, quàm qui ſponte alterũ occiderit. Nam ille, qui conſultò ciuem manu propria per iniuriam interfecerit, morte plectitur: at cùm is qui primo iræ impetu, abſq; pręmeditatione interfecit, inuoluntario (vt inquit) homicidæ ſimilis iudicatur, non tamen omninò inuoluntarius eſt, ſed inuoluntarij habere ſimilitudinem dicitur: ille autem qui irã ſeruãs nec repentè, ſed cum inſidiis ſe poſteà vindicat, homicidæ voluntarij fit perſimilis non tamen omninò volũtarius eſt. Idcirco ſi quis hominem liberum non pręmeditatione, atq; inſidiis, ſed repentè ira commotus interemerit, duobus ad domandam iram annis exulet, vt ira eius diuturnior diti ùs puniatur. Ita Plato ſanxit. li. de legibus 3. & meminit Euſebius ad Theodorum in præparatione euangelica, lib. 13. c. item 13.

16 *Dolor delictũ minuit ſecundũ Theologos.*

¶In qua re Plato, vt aliàs ſæpiſsimè Moyſis legem imitari videtur, qui etiam ſanxerit eum mitiùs eſſe puniendum, qui dolore ſtimulatus eum interemit, qui proximum occiderat. vt ſcribitur Deut. c. 19. Quem locum enarrans Alex. Ales, Theologorum Scholaſticorum verus Achilles, in 4. par. ſuę Summę q. 86. membro 3. articulo 1. Multa (inquit) perpetrata inſtante dolore, remanent impunita, quæ ſi ceſſante dolore fierent, eſſent punienda.

17 *Parricidium parricidio ultũ non punitur.*

¶Nec abs re fuerit duo exempla hiſtorica à Valerio Maxi. lib. rerum memorabilium 8. c. j. memoriæ prodita hoc potiſsimum loco recenſere. Primum, de muliere quadam, quæ matrẽ fuſte percuſſam interemerat, dolore commota necatorum veneno liberorum, quos auia, filię infenſa ſuſtulerat, eámque quòd parricidium parricidio vlta eſſet, M. Pompilius prætor neque damnauit, neque abſoluit. Secundũ, de adultera muliere, quæ virum, & filium eodem tempore venenis clàm datis irata interfecerat: quoniam illi alterum eius filium ex viro priore genitum inſidiis occidiſſent. Quã rem Dolabella ad ſe delatam, Athenas ad Areopagitarum cognitionem reiecit, quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam iuſto dolore impulſam ſuſtinuit. Areopagitę autem, inſpecta cauſa, & accuſatorem, & reum poſt centum annos ad ſe venire iuſſerunt, eodem affectu moti, quo Dolabella. Sic neque abſolutum mulieris veneficium eſt, quod per leges non licuit, neque nocens damnata punitáque, quæ digna venia fuit. Quod & Gellius repetiit lib. Noctium Attic. 12. c. 7. Conſimile eſt aliud exemplum quod Doſitheus lib. 3. rerum Italicarum, & ab eo Plutarchus Cheronenſis in ſuis Parallelis, c. 71. ſcriptum reliquit.

18 *Matrem cum adultero interimẽs Fabricianus abſolutus.*

Cum Fabricianus matrem, eiúſque adulterum Petronium Valentinum interemiſſet, cum ſuum ipſius patrem obtruncaſſent, Senatus decreuit, ne res illa Fabriciano fraudi eſſet.

*Patris ulciſcẽdi cauſa qui matrẽ necauit.*

19 Sed & in præſentia venit in mentem quod eloquentiæ vberrimus fons Cicero ſcribit in oratione, quam totis eloquentiæ viribus ſcripſit pro Annio Milo. ſtatim poſt principium: non ſine cauſa fictis fabulis doctiſsimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris vlciſcendi causâ matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolùm humana, ſed etiam Deæ ſapientiſsimæ ſentẽtia, liberatũ. Hæc ille. Quæ autem ea eſt fabula, tu videris. Sed quòd ad ſpeciem in d. §. Imperatores, relatam, ſpecialiùs pertinet. Valerius li. vj. c. j. multos ſtrictim percurrit, qui dolore ſuo, quẽ ex vxorũ

adulte



adulterio cõceperant, pro publica lege vſi ſunt, eos quidem, quos in adulterio cum vxoribus deprę-henſos, aut interemerunt, aut caſtrauerunt, aut familiæ ſtuprandos obiecerunt. quibus irę ſuę induliſſe fraudi non fuit.

*Minus peccat qui calore iracundiæ impulſus peccat.*

20 Adde & tu ſuprà dictis, quòd non ſolùm in foro iudiciali (de quo iam multa diſſeruimus) ſed & in foro, quod conſcientiæ appellant, minùs peccat, qui peccat calore iracundiæ, quàm ſi nulla omnino commotus iracundia, id faceret: vt etiam conſtanter affirmat vtriuſque fori peritiſsimus Pan. in c. ſicut ex literis. in 3. not. extrà de iureiur. Horum autem in promptu cauſa eſt: Is enim quem ira, aut dolor occupat prope eſt, vt ſit furioſus, éſtque veluti extra ſe, ſuæq; mentis non eſt cõpos. Quod in ſe perſpiciens Geta Terentianus in Adelphis: vix, inquit, ſum compos animi, ita ardeo iracũdia. Et in eadẽ fabula Mitio, Tandem, ait, reprime iracundiã, atq; ad te redi. Propterea Horatius ſcribit:

*Ira furor breuis eſt.*

Quem in teſtimonium aſciſcit Bene. Plum. in rep. auth. ex cauſa. col. vlt. C. de lib. præter. Cui & adſtipulatur illud diuini illius vatis Pſal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et eius filij Salomonis prouerbiorũ c. 27. ira non habet miſericordiã, nec erũpens furor. nã mos Hebræorum erat ſæpiùs eandẽ ſententiã aliis verbis iterare: vt patet ex eodẽ c. xxvij. cum dicitur, Laudet te alienus, & nõ os tuũ: extraneus, & non labia tua. Et Pſal. 127. Vxor tua ſicut vitis abundãs in lateribus domus tuæ: filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu mẽſę tuę. & alibi ſæpè: vt hinc intelligas, & iram aſsimilari furori.

*Ira percitus conſilij impatiens.*

21 ¶Bene igitur dicebat Bald. quem ſuprà retulimus, in j. §. ſi quis verò. huius initij 1. tit de pac. iura. fir. quòd non habet deliberandi conſiliũ, quem ira iam corripuit. Cui ſubſcribens Tull. in oratione pro M. Marcel. Iracũdia (inquit) eſt inimica conſilio. Et vt ait vulgaris ille, nõ tamẽ contẽnendus author:

*Impedit ira animum, ne poſsit cernere verum.*

Quem citat gl. in auth. de appel. §. j. in fi. & Specul. tit. de aduoc. §. 4. verſ. iracundia. Et ita illum verſum Græcè vertit Maximus Planudes:

θυμὸς γὰρ πάντῃ νόον εἴργει τ᾽ἀτρεκὲς ἀθρεῖν.

Et eſt tex. xj. quæſt. iij. c. illa præpoſitorũ. ꝙ cõmotionis tẽpore iuſtũ putamus omne quod facimus.

*Seuerius non punienda delicta quæ ira, aut dolore graui perpetrata.*

22 ¶Ideóque Iurecõſulti (vt in omnibus rebus, ita & in hac quoq;) prudentiſsimi ſanxerũt delicta, quę ira, aut dolore concitati cõmiſimus, non eſſe ſeueriùs punienda: idq; ſtatuerunt conſcientia infirmitatis, fragilitatíſque humanæ naturæ: de qua in l. hac conſultiſsima. §. at cum humana. C. qui teſta. fac. poſ. Quotus enim quiſque præſentẽ irã, aut dolorẽ, vel diſsimulare, vel cõprimere poteſt, quin aduſq; factũ, dictúmve improbũ detegat? dolori, & iræ omnes fermè cedimus, paremus, ſuccumbimus: difficillimũ ſanè eſt iuſtũ dolorem tẽperare, vt iam diximus ex iuriſcõſulti ſententia: difficillimum item tacere, cùm doleas, vt ſcribit Cicero pro Murena. Vix dolor frenos capit: vt dicit Atreus Apud Senecam in Thyeſte actu 3. Scena 1.

*Sapientiſsimi uix doloris affectui imperare poſſunt.*

23 ¶Quæ tot doctiſsimorum, prudentiſsimorúmque virorũ ſententiæ, vel ea potiſsimùm ratione cõprobantur, quòd ſapientiſsimi, atque aliàs temperatiſsimi viri, huic affectui imperare poſſe deſperarunt. Plato ille fulgentiſsimum omnium virtutum ſydus, aduerſus ſeruũ ira percitus, vocato Speuſippo ſororis filio, aut vt alij contendunt, Xenocrate, Accipito (ait) tu, & verberato, nam & ego iratus ſum. verebatur ſapientiſsimus vir, ne iræ frenos, modúmque dare non poſſet. cuius rei teſtẽ habeo Plutarchum in libro De liberis educand. vbi & ſimile quidpiam refert de Archita Tarentino philoſopho Pithagorico, ipſiúſq; Platonis cõtemporaneo. quod & idem retulit in libro, de ſera numinum vindicta, & Lactantius in lib. de ira Dei, c. 18. & ante eos Valerius Maximus, lib. 4. c. 1. & his prior M. Tullius lib. 4. Tuſculanarum quæſtio. Sed quod de Platone diximus, id quoque Seneca graphicè deſcripſit lib. 3. de Ira, his verbis, Non potuit impetrare Plato à ſe tempus, cùm ſeruo ſuo iraſceretur, ſed ponere illum ſtatim tunicam, & præbere ſcapulas verberibus iuſsit, ſua manu ipſe percuſſurus. Poſtquàm intellexit iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum, ſuſpẽſam detinebat, & ſtabat percuſſori ſimilis. Interrogatus deinde ab amico, qui fortè interuenerat, quid ageret, Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo, velut ſtupens, geſtum illũ ſæuituro deformem ſapienti viro ſeruabat, oblitus iam ſerui, quia alium quem potiùs caſtigaret, inuenerat. Itaque abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem. Et ob peccatum quoddam commotior, Tu, inquit, Speuſippe, ſeruulum iſtum verberibus obiurga: nam ego iraſcor, ob hoc nõ cæcidi, propter ꝙ alius cæcidiſſet. Iraſcor, inquit: plus faciã quã oportet.

*Iracundiæ calore dicta factáue irrita ſunt.*

24 ¶Non abs re igitur iura ſanxerunt, iracundiæ calore facta, dictáve, vt ſint irrita nulliúſque momẽti: vt eſt tex. elegans in l. 3. & ibi gl. ff. de diuor. & in l. quicquid. & ibi etiam gl. & Bart. ff. de reg. iur. & in l. ſi filiam tuam. & ibi latè Iaſ. C. de inoffi. teſta. & in c. diuortiũ. vbi item gl. de pœnit. diſt. j. Ideóque contractus calore iracundiæ factus non tenet. l. licitatio. in princ. ff. de public. & ita per illum text. not. glo. in d. l. 3. de diuort. & in d. l. quicquid. vbi etiam Bart. loquens de venditione. & glo. etiam in d. c. diuortium. & in c. ſi quis iratus. 2. q. 3. & Rom. ſing. 510. incip. volo commentare. vbi tamen pulchrè limitat non procedere in contractu facto ad pias cauſas: per tex. quem dicit ſing. in c. ſunt qui opes. 17. q. 4. & ſequi videtur Alex. in addit. ad Bart. in d. l. quicquid. & Fel. in c. Matthæus. in vlt. not. extrà de ſimo. de quo & nos dicemus in priuilegiis piæ cauſæ.

*Confeſsio iudicialis præ ira facta nõ ualet.*

25 ¶Confeſsio quoque etiam iudicialis calore iracundiæ facta non valet: vt voluit gl. in c. ex literis. in verbo, admonita. in fi. de diuor. quam ſequuntur Ant. Imo. Panor. qui illam quoque facit ſing. in c. olim. de reſcript. Idem Ant. in c. atteſtationes. de deſponſ. impub. & Panor. qui illam dicit not. in c. at

ſi cleri

ſi clerici.col.6.verſ.tertiò limitatur. vbi ad hoc limitat,& in c.vlt.col.4.verſic.nota vnum caſum. de confeſ.vbi dicit illam gl.valde not.& in c.afferte. in pen. no. de præſump. & in c.cùm venerabilis. col.3.verſ.nota bene.de excep.vbi & illam no.dicit,& in c.cùm olim.huius initij 2.col. pen. verſ. in confeſsione.de priuile.vbi dicit ſe neſcire eam gl.alibi,& in c.ſi verò.col.6.verſ.nunc habes ex prędictis.de iureiur.vbi & illam quoque facit no.& ibi etiam Fely.col. 2. verſ. de alis actibus. & idem Panor.in cap.dudum.col.2.de conuerſ.coniug.vbi etiam dicit ſing.& in c.2.verſ.ſed quæro quid ſi calore.de maled.vbi etiam item facit ſing.& ibi etiam Ioan.Ana.col.2.& Rom. d.ſing. vbi & illam dicit ſing.& Fely.in d.c.Matthæus.& ita etiam ſentit Bald.poſt Azo.in ſumma,in l.j. col. vlt. C. de ædilit.acti.Philip.Dec.in d.l.quicquid.de reg.iur.

*Iuramentum præ ira factũ, non tenet.*

26 ¶Nec etiam tenet iuramẽtum calore iracundiæ factum.tex.eſt in l.2.C.ad leg.Iul.maie. quem vnicum apud legiſtas dicit Rom.d.ſing.510.vbi & aſſerit & alium quoque eſſe apud Canoniſtas vnicũ, in d.c.ſicut ex literis.de iureiur.ſecundùm vnum intellectum.& hoc certè ibi no.Io. And. & Anto. qui hoc diſtinguendo limitat,& Panor.qui illius diſtinctionem reprobans,tenet huiuſmodi iuramẽtum indiſtinctè non valere,& ibi etiam nouiſsimè Fely.qui illi tamẽ diſtinctioni ſubſcribit. & Pan. in d.c.ſi verò.vbi ſuprà citauimus,de iureiur.vbi & illam diſtinctionem ſibi contrarius ſequitur. & Philip.Dec.in d.l.quicquid.& è Theologis Ant.Flor.in 2.parte ſummæ,tit.10.c.5.col.5.verſ. quartus caſus.vbi ſequitur diſtinctionem Anto.Et in hanc ſententiam bene facit, quod in iuramento deliberatio requiritur:vt poſt alios nouiſsimè ſcribit Gabriel Biel (recens Theologus, ſed qui nemini fermè antiquorum cedat)in 3.ſenten.di.q.2.col.2.verſi.ſecundò notandum.

*Votum calore iracundiæ emiſſum non valet.*

27 ¶Neque votum calore iracundiæ emiſſum valet,per gl.in d.c.dudum. ſuper ver.calore iracundiæ. de conuer.coniug.& ibi Anton.& Pan.qui diſtinctionem Ant.quam in iuramento reprobauerat(vt diximus)hîc amplexatur.& idem Pan.in c.ex literis.vbi hanc glo.indiſtinctè dicit procedere : motus authoritate D.Thomæ,qui 2.2.quæſt. 87. aliàs 88. arti.1. dicit quatuor eſſe neceſſaria in voto, deliberationem,propoſitum,voluntatem,& promiſsionem,ſicuti etiam ipſum Thomam refert, & ſequitur Archi.in c.qui bona.col.1.17.q.1.& Io.And.in c.literarum.de voto.& ſubiungit Pan. bene ad id facere.c.literaturam.& etiam d.c.nuptiarum.in princ.27.q.1.& quod dicitur in c. non eſt. 16. q.1.vbi Deus non vult niſi militem voluntarium, quæ omnia iiſdem fermè verbis, vt à Panor. accepiſſe videatur,vſurpauit,aut ab eo Panor.Rom.d.ſing.510.vbi etiam dicit ſing.gl.in d. c. dudum. atque etiam Alex.in addit.Bart.in d.l.quicquid.de reg.iur.Sequitur item illam gl.Barb.in l.j.in prin. col.vij.ff.de verb.oblig.vbi & illam glo.citat pro ſing.& Iaſ.in d. l. ſi filiam. qui ad hoc allegat d. c. ſunt qui opes.& Fel.in d.c.Matthæus.& in d.c.ſi verò.& Philip.Dec.in d.l.quicquid.Et in hanc partem videtur inclinare Archid.in c.procliuis.20.quæſt.iij.& nominatim voluit Anto.Flor.vbi ſuprà.

*Electio, præ ira facta, irrita.*

28 ¶Electio quoque calore iracundiæ facta, non valet : vt voluit Firmianus, in ſuo vbere tractatu de Epiſcopo.in j.parte,lib.3.quæſt.35.per tex.in c.auditis.de elect.in ver.prorumpit.& ibi quoque confirmat,quæ de contractu,confeſsione,iuramento,& voto diximus.Intelligitq; d. c.ſunt qui opes.in donatione collata in piam cauſam,ſicut intellexit Ro.quem tamen non allegat.

*Beneficium ſecundum ex ira acceptatum,nõ facit uacare primum.*

29 ¶Præterea,acceptatio ſecundi beneficij eodem modo accepta,non facit vacare primum : vt voluit Panor.poſt alios,in c.de multa.col.5.verſ.extra caſum.gl.de præb.arg.d.c.ex literis.& c.notandum. 2.q.3.reprehenditque Ant.ibi contrarium tenentem.& idem voluit Card.Flor.in cle. 1. in 1. oppo. de offic.vica.& Fely.in d.c.ſicut ex literis.col.vlt.& Philip.Dec.vbi ſupra.

*Non obligat profeſsio præ ira facta.*

30 ¶Profeſsio item iracundiæ calore facta,non tenet,neque obligat:vt voluit Ant.in d. c. ſicut ex literis.& Fely.etiam in d.c.ſi verò.quod eadem ratione confirmare poſſumus,quam ſuprà adduximus, cùm de voto loqueremur.Non longè enim diſtat profeſsio à voto,imò profeſsio eſt voti ſpecies, vt clarè liquet.

## SECVNDA CAVSA.

*Furore percitus qui crimen committit, fati ſui infœlicitate excuſatur.*

1 ET haec quidem de prima cauſa, in qua quoniam diximus illum eſſe veluti furioſum,qui ira correptus eſt,de furioſo quoque ſecundo loco dicendum eſt. Qui ergo furore percitus crimen committit,de pœna illius diſsimulandum eſt : ſatis enim ſuo furore punitur, & illum fati infœlicitas excuſat. Hæc ferè ſunt verba Iuriſconſulti,in l.diuus.ff.de offic.præſid.& conſonat l.infans.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.& l.illud.§.ſanè.ff.de iniur.& in c.indicas.3.q.9.& c.aliquos ſcimus. cum ſeq. c.illa cauenda.15.q.j.& cle.1.de homici.& faciunt not.per gl.in l.ſi quis in tantam.in 6.q. & ibi Doct. C.vnde vi.& per Bald.conſ.347.ecce formata apparet. lib. 3.

*Factum à furioſo caſu attribuitur eſſe factum ſine adminiculo cuiuſquam.*

2 ¶Quibus ſuffragatur,quod legitur in l.vlt.in fi.ff.de admi.tut,perinde habendum eſſe quod à furioſo factum eſt,ac ſi caſu aliquo ſine facto perſonæ id accidiſſet.Et alibi dicitur æquè ęſtimandum eſſe damnum,quod furioſus dederit,ac ſi quadrupes fecerit,aut ſi tegula ceciderit. l. ſed & ſi quemcunque alium ferro ſe petentem.§.j.ff.ad leg.Aquil.Nam furioſus non intelligit quod agit.§.furioſus.Inſt.de inut.ſtip.& nulla eſt ipſius voluntas.l.furioſi. ff.de reg. iur. & §. præterea.Inſtitu.quibus non eſt permiſ.fac.teſta.

*Furioſi nõ peccant ex ſententia Theologorum.*

3 ¶Et hæc quidem ex noſtris legibus:cæterùm Theologi conſtanter affirmant furioſos non peccare: vt per Alex.Ales,Scholaſticorum præceptorem,in 2.parte ſuæ vberrimæ ſummæ, q. 172. membro 1.& 3.& alib i ſæpè,& pleniſsimè tractatur in 2.ſent.diſt.22. Aelius autẽ Spartianus author eſt,quòd Adria



nus Imperator apud Tarraconem ſpaciatus per viridaria, ſeruo in ſe cũ gladio furioſius irruente,illum quidẽ retentũ miniſtris accurrentibus tradidit,& vbi furioſum eſſe conſtitit,medicis curandum dedit,in nullo omnino commotus.

*Plures prudẽtes ſe eſſe inſanos ſimulauerunt.*

4 Denique plurimi prudentéſque viri furioſos ſe,atq; inſanos eſſe ſimularunt,vt ſibi commiſſorũ, aut committendorum impunitatem compararent,vt de Moyſe Iudæorum legiſlatore legitur:& de Solone altero Athenienſium legum conditore tradunt Plutarchus, & Laërtius, vterque in vita illius.Et de L.Iunio Bruto ſcriptum reliquit Liuius.j.decad.lib.j. vbi hinc dicit illum fuiſſe Brutum cognominatum.

*Qui ſua culpa in furorem incidit,nõ puniẽdus, cum non peccet.*

5 ¶Et hoc certè procedit etiam in eo,qui ſua culpa in furorẽ incidit.vt voluit gl.in c.ſi quis inſaniens. §.ſed hoc fortè.15.quæſt.1.cum glo.in verbo propria.vbi in ea re Gratianum repræhendit,& Laud. & Pe.An.in d.cle.j.de homicid.& ibi etiam Card.Flor.in 6.q.ob id potiſsimùm motus,quòd ſicuti diximus,non ſecus habendum ſit,quod à furioſo factũ eſt,quàm ſi caſu contigiſſet. & Floria. in d.l. ſed & ſi.§.iniuriam.ff.ad le.Aquil. & Gabriel Biel (Theologus inter recentiores maximi nominis) lib.2.Sentent.di.22.q.2.conſ.iij.dicit furioſum nõ peccare in his,quæ in furore facit,etiam ſi ſua culpa in furorem incidit.

*Contraria quorundã Theol. & Canoniſtarum ſentent.*

6 Quanquam Lapus in d. cle.aliter ſcripſerit,hos videlicèt nõ excuſans,per no.in c.quãdo quis. & ibi gl.de conſe.diſt.4.& in c.ſi euangelica.55.diſt.& alia iura ad hoc per eum adducta.Cui ſententiæ multi quoque Theologi aſſentiunt,dicentes hos quidem non omninò excuſari ab his,quæ faciunt in furore,in quẽ ſua culpa ceciderunt.In qua opinione fuit Alex.Ales,in 3.parte ſummæ, q.41.mẽb. 4.ar.2.ante fi.& diuus Bonauentura in 2.Sen.di.22.ar.4.

*Qui ſponte furioſus eſt factus,non excuſatur.*

7 Marianus autem in repe.c.ad audientiam.in 3.q.5.q.1.de homici. hos ita concordat, quòd ſi quis ſua ſponte effectus eſt furioſus,vt quia aliquid vltrò comedit,quod ſciebat homines in furorẽ vertere,tunc non excuſatur:aliàs excuſatur.Quid autem ſit dicendum, alij viderint. Ego autem illud tantùm dixero,Lapi ſententiam ſi probabilior videbitur,ita intelligendam eſſe,vt etiam talis furioſus ſua culpa factus,leuiùs puniatur,ſi deliquerit,per ea, quæ dicã in ſeq.cauſ.& de ebrio, in 6.cauſ.

*Furioſo ad mẽtẽ redeũti, pro delicto quædã eſt pœnitentia imponenda.*

8 Porrò Lucas de Pen.in l.ſi apparitor.col.vlt.C de cohortalib.& prin.cornic.lib.12.quę dicta ſunt in principio,ita explanauit,vt ſi furioſus poſt commiſſum delictum ad ſuam mentem peruenerit, ſit ei aliqualis(vt ipſe loquitur) pro delicto pœnitentia imponenda,per tex.in c.ſi quis inſaniens. 15. q.j.Et hoc(inquit) toleratur,ne diſciplina eccleſiæ deſeratur.vt in ſimili dicitur in c. excommunicatorũ.23.q.5.Et hoc quoq; voluiſſe videtur Archi.in c.bona.col.10.verſ.idẽ dicitur de furioſo.17.q.j.

*Decij cõtraria opinio.*

9 ¶Verùm Philip.Dec.in l.in negotiis.ff.de reg.iur.hoc dictum reprobat,ex tex.in d.l.diuus,de offic. præſi.& in d.l.pe.§.vlt.ff.ad leg.Pomp.de parri.& in d.l.vlt.in fi.ff.de admi. tut. háncque partem dicit tenere glo.in d.§.ſed hoc fortè.cui ſubiicitur d.c.ſi quis inſaniens.15.q.1.cùm dicit quòd ſententia illius c.non eſt approbanda.in d.autem c.excommunicatorum.potuit eſſe culpa, quæ non cadit in furioſum.Et ego cum Decio ſentio.

*Parẽtes furioſi ob non diligẽtem cuſtodiam puniendi.*

10 ¶Illud autem non prætermiſerim,quòd etſi furioſi non ſunt puniendi,parentes tamen, aut alij conſanguinei,qui illos negligenter obſeruarunt,puniendi ſunt,vt eſt tex.in d.l.diuus.ante fi.Cui ſuccinit Platonis lex lib.de legibus 12.qua cautum eſt,vt propinqui furioſum domi quocunque modo poſſint,cuſtodiant:quod niſi fecerint,mulctẽtur:qui maximi cenſus ſunt, drachmis centum,ſiue ſeruũ, ſiue liberum minùs diligenter cuſtodiant. Qui ſecundi cenſus,quatuor de quinque minæ partibus: qui tertij,tribus:qui quarti,duabus.Legibus autem antiquis huiuſmodi furioſi relinquebantur cuſtodiæ agnatorum,& gentilium.Cicero lib. 2.De inuentione:Si furioſus eſt,agnatorum gentiliúmque in eo,pecuniáque eius poteſtas eſto:vt Varro de Re ruſtica lib.1.c.2. Qui ſalubrem locum negligit,mente captus eſt,atque ad agnatos,& gentiles deducendus.

## TERTIA CAVSA.

*In delictis furor ſuperueniẽs pœnã minuit.*

1 TERTIO,non ſolùm qui in furore deliquit,non puniendus eſt:ſed & qui dum ſanæ mentis eſſet,facinus perpetrauit, poſteà furore correptus eſt, mitiùs ſanè puniendus eſt,& ſic furor ſuperueniens pœnam minuat,per id quod voluit Bald.& poſt eum Alex.& alij recentiores,in l.furioſum. in fi. C. qui teſta. fac. poſſ. quòd furor poſt delictum adueniens excuſat à pœna corporali,non tamen à bonorum annotatione.& idem Bald.dicit quòd aduerſus illum procedi non poteſt:in l.humanitatis.col.8.verſ.tertiò quæritur,ſi furioſus.& ibi Fran.Aret.col.antep.verſ.circa aliud.C.de impub.& aliis ſubſtit.& ipſe Bald.in c.j.in fi.tit.an ille,qui inter.fra.do.ſui.vbi etiam Aluarot.poſt eum, & Imo.in c.Raynutius in materia exemplaris ſubſtitutionis.de teſtam.& in l. ex facto. & ibi etiam Fran.Aret.col.15.verſ.ſi verò.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& Floria.qui hoc reputat mirabile,in l.ſed & ſi quemcunque.la j.§.iniuriam.col.2.verſ.prædictis adde.ff.ad leg.Aquil.& Angel. Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo,ſcienter & doloſè. col.3.verſ.quid in furioſo. vbi hoc dicit ſing. & ibi Aug. Ari.in addit.qui id dicit ſe in facto vidiſſe.& Cæpola caut.8.incip.eſt & alia cautela.Alij autem ponũt ſub 2.caut.& Iaſ.in l.patre furioſo.col.antep.verſ.cõſequẽter no.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & nouiſsimè Ferd.Loaz.in rep.§.diui.l.filiusfa.char.pe.verſ. ex quibus ſing.inferri poteſt.ff. de leg.j.

*Ignorãtis loco furioſus habetur.*

2 ¶Cuius rei eſt vtique bona ratio,vt plerique autumant:tum quoniam furioſus habetur loco abſentis,& ignorantis:vt eſt tex.in l.ſed ſi vnius.§.filiofamiliàs.ff.de iniur.& l.Iulianus.ff.de diuor.& l.j.§. adipiſ

adipiſcimur.ff.de acquir.poſſeſ.& l.2.§.furioſus.ff.de procur.& l.vbi non voce.§.furioſus.ff. de reg. iur.& tex.omnium optimus in l.ſi ei qui.quæ eſt 2.§.furioſus.ff.de iur.codic.vbi furioſus per omnia, & in omnibus abſentis,& quieſcentis loco habetur.quem tex facit ſing.Ang.in d.l.in negotiis. ff. de reg.iur.cúmque dicit eſſe meliorem de iure,idem Ang. in d.l. vbi non voce. At pœna corporalis ferri non poteſt in abſentem.l.abſentem. ff. de pœn. Nec cùm pœna corporalis venit imponenda, admittitur curator,aut procurator.l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudic.Et hanc rationem ſentit Bald. in d.l.furioſum.& in d.c.j.an ille,qui interf.fra.domi.ſui.in vſib.feud.

*Mortuo æquiparatur furioſus.*

3 ¶Tum quoque,quia furioſus mortuo æquiparatur.l.qui ad certum.ff.loca.& l.bonorum. ff. rem rat. haber.& not.glo.l.ſiquis alium.ff.de acquir. hæred. At mortuus de iure communi non patitur pœnam corporalem.l.defuncto.ff.de publ.iud.& ibi concord.vide Cy.in l.j.aut 2.C.qui teſt.fac.poſſ.Et hanc quoque rationem ſentit Bald.in d.l.humanitatis.C.de impub.& al.ſubſtitut. quem vide in 4. fal.Imo.& Fran.Aret.in d.l.ex facto.ff. de vulg.& pupil. Quamobrem dicit Bald. rem mirandam ſatis in d.l. humanitatis. ſi poſt latam capitalem ſententiam in flagitioſum,eum furor occupet, tutius eſſe vt non mandetur executioni.De quo etiam per Imo.in d.c.Raynutius.

*Si condẽnatus furioſus fiat.*

*Furor poſt delictum ſuperueniens.*

4 ¶Tamen Ludo.Rom.in d.l.furioſum.& etiam in l.ſi ſeruum.ff.ſi ex noxal.cauſa agat.huic opinioni reclamat,dicens furorem poſt delictum aduenientem nullo modo excuſare, quin delinquens ipſe corporaliter puniatur,prout delicti qualitas expoſtulauerit:quoniam in publicis delictis attenditur tempus commiſsi delicti,non perſonæ mutatio,ex ſententia Bart.& aliorum in d.l.ſi ſeruum. & per tex.in l.1 ff.de pœnis.& l.j.§.j.ff.ad Turpil.& l.ſi quis Decurio.C.ad leg.Corn.de falſ.Et hanc opin. ſequitur Lance.Polit.in tract.ſubſtit.char.40.verſi.circa hoc autem quæritur. vbi etiam reſpondet ei quod dictum eſt,furioſum haberi pro abſente, & mortuo.

*Furor an liberet à pœna æterna Theolo.*

5 ¶Et eam quidem opin.dicit veriorem de iure Iaſ.in d.l.furioſum.& in d.l.ſi ſeruum.& in d.l.ex facto.col.x.verſi.& reperio.ff.de vulg.& pupil.Idque tribus mediis (vt ita loquar cum noſtris) vltra rationẽ Rom. Primò,per tex.in d.l.diuus.verſi.ſi verò.in illis verbis, *nec morbo eius dandam veniam.* & in illis verbis, *ſupplicio afficiendus.* Secundò, per id quod fortiùs tenet Bart.in l.nunquam. §.ſi vi aut clam.per illum tex.ff.de accuſ.quòd ſi aliquis cõmiſit peccatum mortale,cùm eſſet ſanę mẽtis, deinde in eo mortali peccato efficiatur furioſus,& in furore moriatur,certè apud Deum damnabitur,& ita dicit tenere Theologos.Si ergo apud Deum furor ſuperueniens non liberat à pœna ęterna,que longè immenſior eſt,multò minus à pœna temporali,cùm mitius agatur cum Deo, quàm cum homine.l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollicit.quod dictum pro not.reaſſumpſit idem Iaſ.in d.l.patre furioſo.Tertiò,per id quod no.ipſe Bart.in d.l.ex facto.col.5.verſ.ſeptimò in pupillari requiritur. ibi,quæro quæ eſt ratio,quòd pater poteſt exhæredare filium furioſum,ex cauſa ingratitudinis ante furiam commiſſæ.quem & ibi ſequuntur Imo.Fran.Aret.& alij recentiores,in eam rem citantes text.in l.cum furioſus.quę eſt vlt.§.ſed cùm antiquitas.C.de curar.furio.iuncto tex.in l.ſi quis in ſuo. §.legis.C.de inoffi.teſta.Addit & Iaſon vbi ſuprà l.de creationibus.C.de epiſc.audi. Et tãdem quoque ipſe Iaſon in d.l.ex facto.loco ſuprà allegato,reſpondet ei, quod diximus, furioſum eſſe loco abſentis,& mortui.

*In pœnis mitior eſt ſequẽda,in opinionibus contrariis.*

6 ¶Dicit tamen Iaſ.non eſſe diſcedendum à prima opinione,nec iudicando, nec conſulendo, nec legendo:cum in pœnis ſequenda ſit mitior pars,vbi ſunt diuerſæ opiniones,per tex.in l.interpretatione.& l.ſanctio.ff.de pœn.Et quia durum videretur,ſi verè furioſus decapitaretur:poſteà verò veluti ſui oblitus dicit,in d.l.ex facto.col.xj.verſ.& reperio.ff.de vulg & pupil.poſſe reſponderi textui d.l. diuus.quia ibi dicitur, quòd ſuper ea re eſt conſulendus Princeps:& ſubiungitur,quòd propter immanitatem ſceleris(ibi enim ponitur caſus de eo qui matrem interemerat)morbo eius non eſt danda venia.Ideóque datur clarè intelligi,quòd niſi eſſet tanta criminis immanitas,non eſſet huiuſmodi furioſus ſupplicio afficiendus.

*Furioſus non eſt ſupplicio afficiendus.*

7 ¶Id quod ipſe Iaſ.deprompſit è penu Fran.Aret.in d.l.humanitatis.& in d.l. ex facto. vbi hanc rem latè examinat,& primam opinionem ſequitur,nominatim carpens Rom.qui contrarium tenuit, & reſpondet ad rationem illius.Et in hanc etiam ſententiam inclinat Hipp.Marſil.in l.j.col.7.verſ.ſed prędicta poſſent.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. Sed ad id quod de immanitate ſceleris dictum eſt, adde quod latè ſcribam infrà in 49.cauſa,nu.10.incip. illud tamen.

*Si proceſſus ante furorem non eſt inchoatus,furioſus nõ eſt cõdẽnãdus.*

8 Alex.in d.l.ex facto.col.8.verſ.adde quòd ex hoc infert.in ea eſt ſententia,vt ſi proceſſus non ſit inchoatus ante furorem,non ſit condemnandus:ſed ſi iam expeditus eſſet proceſſus, poſsit puniri. Reſpondétque etiam ei,quod diximus furioſum haberi pro mortuo.& d.l.diuus.vt ibi per eum videre poteris.Aliter autem has diuerſas opiniones conciliat Catellianus Cotta memor. incip.homicidium.col.2.verſ.ſed quid in furioſo.an,ſ.pœna ſit à l.certo modo ſtatuta, & ſit locus opinioni Bal. an minimè,& procedat opinio Rom.ex his,quæ ſcribit Barb.in tract. de præſt. Card. in j. quæſt. j. par.Sed id non mihi placet,nullam enim video rationem diuerſitatis vtriuſque caſus.

## CAVSA QVARTA.

*Amor eſt una de 4 ſpeciebus furoris Plato.*

1 QVARTO, cùm amor ſit quædam furoris ſpecies, teſte ipſo ſapientię antiſtite Platone, qui in Phędro ſcribit quatuor eſſe illius ſpecies,inter quas amorem reponit,qui eſt à Venere:idcirco Poëtę paſsim amorem furorem vocant: & amantes furibundos, furentes, furioſos. Catullus in nuptiis Pelei, & Thetidis,

Heu



*Heu miſerè exagitans immiti corde furores.* Virgilius lib.4.
*Ardet amans Dido,traxítque per oſſa furorem.* Et alibi eodem lib.
*—Quid vota furentem,*
*Quid delubra iuuant?* Et paulò pòſt:
*Vritur infœlix Dido, totáque vagatur*
*Vrbe furens.* Ouidius in epiſtola Helenæ ad Paridem:
*Qua licet & poſſum,luctor celare furorem.*
Et decimo Metamorphoſeos,de Myrrha loquens:
*Exiluit gremio furibunda.*

Eſt quoque text.apud nos hunc affectum furorem vocans,in c.cùm in iuuentute.de præſump.

*Philoſophicum non muliebre, amorem continere.*

2 ¶Sícque nihil hoc furore vehementius:quem retinere eſt perfectæ Philoſophiæ,vt eſt etiam text. qui & hanc affectionem furorẽ vocat,in authen.quib.mo.nat.effic. legiti.§.illud. cui omnino aſſentiens Socrates lib.3.Platonis de Rep.Voluptate(inquit) venerea,nulla vehementior, nulláve furioſior.Et apud ipſum Platonem in Sympoſio, Agatho nullam ait voluptatem, eſſe amore potentiorem.Et latinæ eloquentiæ parẽs Cicero,lib.4.Tuſculanarum quæſt.Maximè (ait) admonendus eſt quantus ſit furor amoris:omnibus enim ex animi perturbationibus, eſt profectò nulla vehemẽtior. Et Bald.omnium doctrinatum peritus,in l.precibus.col.6.verſi.quid ergo ſi petiit non idoneos.C. de impub.& aliis ſubſtit.ſcribit philoſophicum eſſe,non muliebre, huiuſmodi affectum intra debitos limites carcerare. quem refert & ſequitur Fran. Curt. ſenior conſil. lxvij. ſuper controuerſia, col.3.verſi.tranſeo ad ſecundum.

*Qui nimio amore deliquit, leuius eſt puniendus.*

3 ¶Proptereà non temerè(vt reor)contenderim,eum leuiùs eſſe puniendum, ne dicam impunitum relinquendum,qui præ nimio,ardentioríque amore quicquam deliquerit, veluti non ex animi ſententia,ſed furore concitatus idipſum admiſerit.In qua ſententia, ne id nouiter dixiſſe videar, fuit egregius doctor Oldra.conſiſtorialis aduocatus,conſi.ccx.regularis habet traditio, col.2.verſi. tertia conſideratio,vbi aliquem quodammodo excuſat, tanquam furioſum, qui vt quadam muliere potiretur,quam deperditè adamabat, magicas imagines ad eam rem (vt ipſe putabat) accommodatas,confecerat,dæmonéſque inuocârat.quod grauiſsimum eſt delictum, vt not.in ca.ij. de ſortil. citátq; teſtimonium Ariſtotelis,qui vij.Ethicorum lib.c.ij.ſcribit hos venereorum appetitus, nonnullos in furorem,atque inſaniam adigere.

*Paulina Romana, à Mundo duce,in templo Iſidis mira arte cõſtuprata, exilio tantùm plectitur Mundus,quòd ui amoris, & forma captus id egiſſet.*

4 ¶Secundùm quam ſententiam Ioſephus lib.Antiquitatum 18.c.6.& Aegeſippus lib.2.rerum Iudaicarum,c.4.hiſtoriam referunt huic loco non parum conuenientem:Paulina Romana ſpectatiſsimi generis fœmina,in templo Iſidis à Iuuene quodam,nomine Mundo, duce equeſtris militiæ, qui illam miſerè deperibat,miro commento conſtuprata eſt, fraude ſacerdotum Iſiacorum, qui ab Ida, Mundi liberta,corrupti pecuniâ,ſub ſpecie Anubidis, amatorem Paulinæ complexibus copulauerunt.Quo facinore comperto,Tiberius Imperator ſacerdotes cum Ida,quæ omnium malorum caput extiterat,in cruces adegit,templum Iſidis euertit, ſtatuam ipſius Deæ in Tyberim iactari iuſſit: Mundum autem exilio tantùm damnauit, dignum eum maiori pœna non iudicans, quòd amoris vehementia,formæque ſuperatus gratiâ deliquiſſet.

*Ex tyrãni ore uox humanitatis, pro oſculo publicè dato uirgini, filij Piſiſtrati.*

5 ¶Et hûc quoque nonnihil pertinet, quod à Valerio Maximo lib.5. rerum memorabilium.c.1.ſcriptum eſt de Piſiſtrato Athenienſium tyranno.nam cùm adoleſcens quiſpiam, amore virginis eius filiæ accenſus,in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet,hortante vxore, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeret,reſpondit,Si eos,qui nos amant interficiamus,quid his faciemus,quibus odio ſumus?ſubdítque Valerius,maximè dignam vocem eſſe,cui adiiciatur,eam ex tyranni ore de humanitate manâſſe.

## CAVSA QVINTA.

*Dormiens ſi quid faciat quod habeat ſpeciẽ delicti, non punitur.*

1 QVINTO, quia dormiens quoque,& furioſus æquiparantur l.j.§. adipiſcimur. ff.de acqui.poſſ.& ibi no.Et de furioſo abundè diximus, reſtat vt de dormiente quoque diſſeramus.Et ſanè ſi dormiens quicquam faciat, quod habeat ſpeciem delicti,quia fortè hominem occîdit,non punitur,vt eſt text. in cle.vnica, de homic.Cuius rei rationem eſſe dicunt ibi Laudu.& poſt eum Cardi.Flor. in vj. q.id quod diximus,videlicet dormientem comparari furioſo,atque etiam amenti,vt eſt text.in c.maiores.§.ſed adhuc.& §.item quęritur.de baptiſ.Ideóque ſicut quod à furioſo factum eſt,perinde eſt cenſendum,atque ſi caſu eueniſſet,vt diximus,ita & quod à dormiente eſt commiſſum.& ita,videlicet quòd dormiens excuſetur ab homicidio,voluerunt Alb.Rom.Alex.Fran.Are. & Iaſ.in dict.§.adipiſcimur.& Florian.in l.ſed & ſi quemcunque.§.iniuriam.ff.ad leg.Aquiliam.

*Dormiens mortuo, ut ſomnus morti æquiparatur.*

2 ¶Addo & illud quoque,quòd dormiens mortuo,& ſomnus morti veriſsimè cõparatur. rectè enim Virgilius lib.6.Aeneidos:

*Dulcis & alta quies placidæque ſimillima morti.* Et alibi:
*Mors homini facilis,dulcíque ſimillima ſomno.*

Quod epitheton ab Homero ſumpſiſſe videtur:qui & mortem νήδυμον ὕπνον.id eſt dulcem ſomnum,vocat Iliados lib.16.

Πέμπειν μιν θανατόντε φέρειν καὶ νήδυμον ὕπνον.

Et Tullius in Catone,Iam verò videtis nihil morti eſſe tam ſimile,quàm ſomnum. Et Silius Italicus lib.15.

*Nox ſimilis morti dederat placidiſsima ſomnos.*

Quin Ouidius ſomnum imaginem eſſe mortis ſcribit,lib.2.Amorum,Elegia.9.

*Stulte quid eſt ſomnus,gelidæ niſi mortis imago?*
*Longa quieſcendi tempora fata dabunt.*

Quos verſus è noſtris afferunt,commendántque Card.Flor.Barb.in cle.j.in fi.prin.de ſum. Tri. & fid.cat.vbi eſt & ad hoc bonus text.ſimiles vtique faciens ſomnum,& mortem.

3 ¶ Propterea Plato lib.6.de legibus:Nemo (ait)dum dormit,alicuius pretij eſt, non magis quàm ſi non viueret.Vnde fluxiſſe videri poteſt illud Ariſtotelicum,lib.5.De generatione animalium, ca.1. ſomnum talē rem ſua natura videri,vt viuendi,& non viuendi interluminium ſit:& neque omnino ſit qui dormit,neque non ſit:Viuitur enim potiſsimùm vigilia, propter ſenſum. Et illud quoque Plinianum ex Varrone,in præfatione naturalis hiſtoriæ:Dum iſta muſsitamus,pluribus horis viuimus:profectò enim vita,vigilia eſt. Propterea verum eſt illud Ariſtotelis ex Plutarcho, in Commentario De contentione ignis,& aquæ:Breue admodum viuendi tempus homini eſſe tributum: nam ſomnus veluti publicanus, dimidium aufert. Vnde & natum illud Ariſtor. prouerbium,lib.1. Moralium:Fœlices nihil admodum cæteris diſtare, dimidio vitæ. Quibus admodum conueniunt verba Plinij lib.7.c.50.Incertum,ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ,quicquid datur nobis. Malignum verò,& breue,etiam in his,quibus largiſsimè contingit, vniuerſum vtique æui tempus intuentibus.Quid quòd æſtimatione nocturnæ quietis,dimidio quiſque ſpatio vitæ ſuæ viuit? Pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingit quies. Libanius Antiochenus Celſinum arguens,quòd ſomno immodicè indulgeret:Muta(inquit) ſententiam.Cum enim breuis mortalibus ſit vita,id demum tempus viuere videmur,quo vigilamus:quis enim dormienti viſus? quis auditus? quis guſtus?quis tactus?quis denique odoratus?mortis certè imago,dormientis eſt corpus.

*Nemo dū dormit maioris eſt pretij quàm ſi non viueret.*

4 ¶Qua ratione moti Homerus & Heſiodus vatum anteſignani,ſomnum mortis fratrem appellauerunt.Homeri locus eſt in xiiij.Iliados:

Λῆμνον δ᾽ εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο θόαντος.
Ἔνθ᾽ ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Heſiodi autem in Theogonia:
Ὕπνον κασίγνητον θανάτοιο.

Nam & ipſe Homerus lib.Iliados 16.mortem & ſomnum gemellos vocat:

Πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι,
Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν. Quos ſecutus Virgilius lib.6.Aeneidos:

*Et conſanguineus lethi ſopor.*

Et Seneca ſomnum interpellans, Frater (inquit) duræ languidæ mortis. Et Valerius Flaccus lib.8. Argonauticôn:

*Nunc age,maior adeſt fratríque ſimillime letho.*

In quam ſententiam Leontinus Gorgias ſenio iam feſſus,ac perimbecillis:cùm in ſomnum paulatim prolaberetur,at familiarium quiſpiam accedens,ex eo vt ſe haberet, ſciſcitaretur, Iam inquit, me apud fratrē deponere adortus eſt ſopor:ἤδη μὲν ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ: vt tradit Aelian.De varia Hiſtoria lib.2.c.35, & Cæl. Rhodig.lib.antiq.lect.xxx.c.9. Diogenē quoq; cùm medicus ſomno preſſum excitaſſet:rogaſſétq;,num quid ſentiret mali: Nihil, inquit, nam frater fratrem occupat,ſignificans ſcilicet ſomnū eum,eſſe mortis initiū. teſtis Plutarchus in oratione conſolatoria ad Apolloniū.Eſt & ſenarius apud Græcos,qui ſomnū parua mortis myſteria appellat:

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

Ob idque dicitur nox vtriuſque nutrix fuiſſe & ſomni,& mortis,vt ſcribit Pauſanias lib.5.

*Somnus mortis frater ex poetis.*

5 ¶Hinc interrogatus Phyſicorum conſultiſsimus, quidnam ſomnus eſſet, reſpondit, Parua mors. Deinde quid mors eſſet,reſpondit, Magnus ſomnus.cui ſubſcribens diuus Hieremias propheta inſignis,c.51.mortem ſomnum ſempiternum appellat:& Horatius non diſsimiliter perpetuum ſoporem,cùm inquit,de morte Quintilij loquens:

*Ergo Quintilium perpetuus ſopor vrget.*

Cui ſuffragatur illud Catulli ad Lesbiam,epig.5.

*Soles occidere,& redire poſſunt:*
*Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,*
*Nox eſt perpetua vna dormienda.*

Virgilius autem lib.10.Aeneidos æternam noctem dicit:

*Olli dura quies oculos,& ferreus vrget*
*Somnus:in æternam clauduntur lumina noctem.*

Quod epitheton accepit ab Home.lib.13.Iliados,de morte quoque loquente,

Τὼν δ᾽ ὀφθαλμὼν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

*Somnus parua mors ex Phyſicis.*

6 ¶Hinc item fluxit,vt docti viri plerunque ſoporem, & ſomnum, & quietem, pro morte, dormire, mori,vſurparint.Plautus in Amphitrione,actu primo,ſcena j.

*Iampridem videtur factum,heri quod homines quatuor*
*In ſoporem collocaſtis nudos.* Et paulò poſt:

*Quies eſt mors, & dormire mori.*

Quatuor



*Quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat.*

Rurſúmque poſt pauca:

*Quid,ſi ego illum tractim tangam,vt dormiat?* Et Propertius lib.2.eleg.
*Quòd ſi fortè tibi properarint fata quietem*

Et Virgilius quo loco citauimus,num.præcedenti.

7 ¶Quo etiam genere locutionis vtuntur ſacræ literæ,vt patet lib.2.Reg.c.7.Cúmq; completi erunt dies tui,& dormieris cum patribus tuis. & 2.Reg.cap.11. Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis. & aliis pluribus locis librorum Reg.Et Iob 14.Homo cùm dormierit,non reſurget. Et Daniel.12.c. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere,euigilabunt. Et Ioan.2. Lazarus amicus noſter dormit:ſed vado vt è ſomno excitem eum.Dixerunt ergo diſcipuli eius:Domine ſi dormit,ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius.& paulò pòſt,Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos vt credatis,&c. Et D.Paulus 1. ad Corinth.15. Deinde viſus eſt pluſquàm quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſque adhuc,quidam autem dormierunt.& alibi ſæpè.

*Dormire pro mori ex ſacris literis.*

8 ¶Philoſophi quoque,qui rerum cauſas,& naturas ſolerti ingenio inueſtigarunt, docent parum intereſſe inter ſomnum,& mortem:Alterum enim,Alcmeonis teſtimonio apud Plutarchum,De placitis philoſophorum,lib.5.c.24.fieri ſanguinis receptu in venarum confluuium: Alterum, abſoluto ſanguinis in venas ipſas collectu.Empedocles autem putat ſomnum ſanguinarij caloris refrigerationem eſſe:quæ quidem ſi modicè temperata ſit,ſequi ſomnum:ſi immodicè, mortem. Diogenes, Si penitus ſanguis diffuſus venas corporis impleuerit,inteſtinúmque earum aërem ad pectus, ſubditúmque illi ventrem propulerit,tum denique ſomnum fieri,ex quo præcordia concaleſcere. Quòd ſi omnis funditus aër ex venis eruperit,mortem exiſtere. Plato, & Stoici ſomnum fieri autumant, ſenſibilis quidem ſpiritus remiſsione,& tanquam laxatione:quemadmodum, & ſuper terram concidente flatu:eodem verò ſe recipiente ad ſuperciliorum interſtitium, id eſt animæ principatum. At verò cùm omnifaria ſit ſpiritus ſenſibilis remiſsio,tum demum ſequi mortem.

*Inter ſomnum & mortem parum intereſt.*

9 ¶Cùm ergo dormientes parum à mortuis diſtent,mortui autem vt palam eſt,delinquere, & (vt dicunt Theologi) mereri,aut demereri non poſsint, vt latè differunt in iiij.ſententiarum,diſt.vlt.planè colligitur,culpæ non adſcribendum eſſe, quod illis dormientibus contingit. Quod & teſtatur Diuus Bernardus in libro,quem diuinitus De libero arbitrio conſcripſit,dicens Veſanis,& infantibus,& dormientibus nihil quod agant, imputatur.& latè concludunt Theologi recentiores, in ij. ſententiarum diſt.xxv.ea potiſsimùm ratione moti, quòd omne peccatum ex iudicio rationis dependet,quo ſublato tollitur omnis ratio peccati.Iudicium autem in dormiente eſſe non poteſt,cùm dependeat ab operationibus potentiarum animalium,quæ tunc veluti ligantur, & quieſcunt, vel ex ſententia Ariſtotelis,qui communem ſomnum corporis,& animæ opinatur,vt ex eo refert Plutarchus in lib.ſuprà citato,c.25.Propterea omnium Theologorum ſententia eſt, pollutionem nocturnam,quæ dormienti euenit, ex infirmitate, aut ſuperfluitate, aut etiam ex ſomno, aut ex alia quacunque re aduentitia,vel innata,ſine culpa præcedente ipſius dormientis,non eſſe peccatum,vt à quibuſdam tractatur in d.diſt.xxv.& latè à Diuo Thoma 2.ij.quæſt.cliiij. arti.quinto, & ſcribitur in decretis canonicis vj.diſt.c.1. teſtamentum qui eſt.

*Culpæ non adſcribēdū quod dormientibus contingit.*

10 ¶Sed ſuprà dicta intellige,niſi in culpa fuerit dormiens, quoniam ſciebat ſe eo vitio laborare, vt dormiendo ſurgeret,arma caperet,vim inferret,verberaret,occideret,& cætera huiuſmodi,nec diligentiam adhibuit,vt huic rei obuiam iretur,arma remouendo,ſe ligari, vincirique, ſi opus eſſet, præcipiendo,& alia quibus futuro periculo conſulatur, faciendo, teneretur enim de culpa, per id quòd ſimile habetur in l.lege Cornelia.ff.ad leg. Cornel. de ſicar. & l.ſi putator.ff.ad leg. Aquil. Et ita voluerunt Gul.Cu.& Ray.in l.diuus.ff.de offic.præſi.& Pet. Iac.tit.de acti.ex paup. col.3. verſic. item prędicta faciūt.& Bar.in l.pœna parricidij.ff.ad leg.Pompeiam de parric.& Pe.Anc.& Card. in d.cle.j.de homi.& Flo.in l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornacarius.ff.ad leg.Aquil.& Ang.Are.in tract. maleſi.in verbo,comparent dicti inquiſiti in termino defenſionis. col.6.verſi. quid ſi dicat. in paruis.Alex.Fran.Are.& Iaſ.in vtraque lect.in d.l.j.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſ. Maria.in rep.c.ad audientiam.in xij.quæſtione quintæ quæſtionis principalis:vbi dicit,quòd talis non incurrit irregularitatem.Barb.in l.j.in prin.col.8.ff.de verb.oblig. Quam ſententiam confirmat, quòd pollutio nocturna,alioquin irrepræhenſibilis,vt diximus,ſi tamen eam culpa præceſſerit,quoniam ex ciborum ingluuie,aut turpi cogitatione proceſſerit,non eſt ſine peccato : vt aſſerunt Theologi, & ſcribitur vj.diſt.ca.1.& c.non eſt peccatum.quod eſt vlt.

*Imputatur dormienti ſi ſciebat ſe vitio laborare, unde damnum ſecutum eſt.*

11 ¶Quoniam autem ſuprà locuti ſumus de iis, qui dormientes ſurgunt, &c.ne ſuperuacaneum quibuſdam videatur,non eſt ſilentio prætereundum,eſſe plurimos, qui re ipſa dormientes è lecto ſurgunt,ambulant,vel longiuſculè,arma capiunt,multáque alia ac ſi vigilarent,conficiunt, cuiuſmodi refert Laud.in d.cle.j.de homic. fuiſſe ſibi apud Pariſios ſocium Anglicum, qui noctu dormiens, ab vſque templo Diui Benedicti iuit ad flumen Sequanæ, ibíque puerum interemit, & non expergefactus ſeſe in lectum coniecit. Bart. autem in l.vt vim. ad medium. ff.de iuſt. & iur.tradit fuiſſe quendam Piſanum,qui ſe noctu dormiens armabat,vagabatúrque per vrbem cantando. Marianus quoque vbi ſuprà,in d.c.ad audientiam.in x.q.v.q. principalis, teſtis eſt habuiſſe ſe vicinam puellam,quæ dormiens è lecto ſurgebat, panémque faciebat. cuius rei ſi quis cauſam noſſe deſideret, legat Petrum Aponnenſem,virum rerum naturalium peritiſſimum,in Ariſtotelem lib. Problema-

*Plurimi dormientes mira perpetrant, ut Pariſiis & Piſis accidit.*

tum xxx.cap.vlt.& Cælium Rhodiginum,libro antiquarum lectionum xxx.cap.9.poſterioris editionis,& Albertum Magnum,lib.2.De ſomno,& vigilia, & ex antiquioribus Ariſtotelem, lib.1. De generatione animalium.cap.1.vt non omittam, quod ſcribit Anto. Muſa, aut, vt alij malunt, Apuleius in libello De betonica,hanc herbam eam vim habere,vt animos hominum,& corpora cuſtodiat,& nocturnas ambulationes à maleficiis,periculis,& viſionibus metuẽdas tueatur,& defendat.

## CAVSA SEXTA.

1 *Vbi ebrietas, ibi eſt furor et abſentia, & ideo minus puniuntur.*

SEXTO, quoniam non longè diſtat ebrius ab inſano, demente, furioſo, vbi enim ebrietas,ibi & furor eſt. cap. venter.xxxv. diſt. cenſetúrque veluti abſens, qui ebrius eſt,ex ſententia illius Mimi,vel Publij,vel alterius:

*Abſentem lædit,qui cum ebrio litigat.*

De eo quoque hîc ordine dicendum eſt.Ebrius ergo ſi delictum commiſerit,clementiùs eſt plectendus.text.eſt in l.omne delictum.§.per vinum.ff.de re milit.& cap.ſanè.xv.q.iij.& cap. inebriauerunt. xv.q.iiij.j. & facit l.reſpiciendum.§. delinquunt. ff. de pœn. quem text.Bald.in cap.à crapula.de vit.& hone.cler.facit ſing.ad hoc,quòd delinquentes per ebrietatem,non dicuntur ſtudioſè delinquere,ſed impetuoſè,& ideò minùs puniri debent, trahítque ad ſtatuta punientia doloſè delinquentes.

2 *Ebrietas eſt uoluntaria inſania.*

¶Facit prætereà,quod not.Ab.Ant.Panorm.& Ioan. Ana. in cap.2. de maled. qui hoc dicunt procedere, etiam ſi per pœnalem conſtitutionem diceretur expreſſè, quòd delinquens nullam conſequeretur miſericordiam.quod eſt multum not.& glo.& Doct.in dict.l. quid ergo. §. pœna grauior. ff.de his qui not. infam. vbi Bald.in repet.col.pen.in prin.dicit authoritate Senecæ, epiſtola ad Lucillium lxxxiij.nihil aliud eſſe ebrietatem,quàm voluntariam inſaniam.& Bart.in l.aut facta.§.cauſa.in fin.ff.de pœn.dum dicit,quòd qui ex ebrietate alterum percutit,non dicitur pacem rumpere. & Bald.in l.j.col.pen.verſi.extra quæritur.C.vnde vi.& in l.data opera.col.2.verſi.ebrietas. C. qui accuſ.non poſſ.de cuius illic dicto poſteà dicemus.& Card. in clem.j.in 8.q. de homicid. Panorm. in cap.ſicut.col.2.de teſtib.Florian.in d.l.ſed & ſi quemcunque.§.iniuriam.col.2.ff.ad leg. Aquil. in l.j.col.7.ff.de verb.oblig.Ioan.Ana.in cap.vlt.col.1.& 2.de his qui filios occid.

3 *Ebrij infirmitate potius quã induſtria delinquunt.*

¶In quam ſententiam Alex.Ales in ij. parte ſuæ ſummæ, quæſt.clxxij. membr.ij.iij. & iiij. copioſè diſſerit ebrios ex infirmitate potiùs,quàm ex ſtudio,vel induſtria peccare.Súntque plerique omnes in ea opinione,vt iudicent ebrios non tam grauiter peccare,quàm ſi citra ebrietatem deliquiſſent: vt voluit diuus Thomas,Durandus,& alij lib.ſententiarum ij.diſt.xxij.idem Thomas in j.ij.q.lxxij. Richardus in iiij.diſt.xv. art.iij.quæſt.vj.& Angel.Claua.in verbo,ebrietas.verſi.iij.& affatim Martinus cognomento Magiſter,Parrhiſienſis Doctor in ſuo libro de temperantia, quo loco de ebrietate diſſerit,in iij.eadémque in vlt.quæſtione,vbi in eam rem ponit ſex concluſiones.

4 *Ebrietas crimen eleuat.*

¶Quintilianus ſummus Oratorum, libro Oratoriarum Inſtitutionum vij.cap.1. ſcribit ebrietatem in qualitate crimen eleuare:& lib.5.eod.c.quo de argumentis diſſerit, Accedunt (inquit) aliquando fortuna,ebrietas,ignorantia,quæ ad veniam valent.nec id ignorabat Apuleius Madaurenſis,qui lib. Metamorphoſeos iij. ſeſe ab homicidio, cuius accuſabatur,ex eo purgare contendit,quoniam potulentus ipſe fecerat.

5 *Temulẽtus malè dicẽs de Imperatore, non eſt puniendus.*

¶Quid?quòd Imperator edicto ſanxit ne omnino puniretur, qui de ſe temulentus malè loqueretur.l.j.C.ſi quis Impe.maledi.vbi Angel.no.ebrietatem illo caſu hoc operari, ne delictum vllo modo puniatur.Quam ſanctionem longo antè tempore obſeruarat Pyrrhus Epirotarum Rex, qui,vt teſtis eſt Plutarchus in vita illius,& in Græcorum apophthegmatis,cum audiſſet à quibuſdam adoleſcentibus inter bibendum conuitiis,maledictíſque ſe oneratum,iuſſit eos omnes interdiu coram agi.Quod vbi factum eſt,eorum primum rogauit, an ea de ſe dixiſſet: cui iuuenis reſpondit: Hoc nempe Rex diximus,dixiſſemúſque longè plura, ſi plus vini habuiſſemus, ſiue,vt ſcribit Quintilianus lib.6. cap.4. quo de riſu diſſerit, Imò verò (inquit) niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te. qua vrbanitate tota eſt criminis inuidia diſſoluta, aut vt verbis vtar Valerij lib.5. rerum memorabilium cap.1.Quæ tam vrbana crapulæ excuſatio,támque ſimplex veritatis confeſsio, iram Regis in riſum conuertit.

6 *Natura ebrioſi ſunt excuſandi,ſi quid perperam præ ebrietate dicãt.*

¶Dionyſius quoque ſenior,vir alioquin truculentus,cum accepiſſet duos adoleſcentes, multa de ſe, ipſiúſque tyrannide petulanter,maledicéque locutos inter potandum,vtrunque ad cœnam inuitauit,quorum cùm alterum ebrioſè multa,contumelioſéque delirantem,alterum raró, moderatè, & cautè bibentem intueretur,illum quidem dimiſit,vtpote qui natura eſſet cõtumelioſus,& ob ebrietatem maledixiſſet:hunc autem è medio ſuſtulit,teſtis ipſe Plutarchus in Apoph. Imperatorum.

7 *Ebrius conuitiis lacerans Piſiſtratum, benignè acceptus.*

¶In qua re quoque laudatur Piſiſtratus Athenienſium tyrannus: qui à Traſippo amico inter cœnam ſine fine conuitio laceratus,ita & animum & vocem ab ira cohibuit,vt putares ſatellitem, & tyranno malè audire:abeuntem quoque,veritus ne propter metum, maturius ſe conuitio ſubtraheret, inuitatione familiari cœpit retinere, Traſippus concitatæ temulentiæ impetu enectus, os eius ſputo reſperſit:nec tamen in vindictam ſui valuit accendere:ille verò filios ſuos, violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes, retraxit. Poſtero quoque die Traſippo ſupplicium à ſe voluntaria morte volenti exigere, venit ad eum, datáque fide in eodem gradu amicitiæ manſurum, ab incœpto



cœpto reuocauit.Hæc Vale.quo loco nuper citauimus. Seneca autem lib.3. de Ira, illud addit, Piſiſtratum præſentibus qui eum in vltionem irritabant,reſpondiſſe non magis ſe illi ſuccenſere,quàm ſiquis obligatis oculis in ſe incurriſſet.Plato autẽ li.1.de Legib.ebrium comparat puero:ὁ μόνον ἄρ', ὡς ἔοικε, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθεὶς: Non ſolùm vt videtur ſenex fuerit bis puer,ſed etiam ebrius.De puero autem dicemus poſteà in cauſa ſeq.

8 ¶Hanc partem fulſit,quod voluerunt plerique è noſtris, non valere contractum factum ab ebrio. hoc enim voluit glo.in c.vnuſquiſque.in verb.quod ebrius.xxij.q.4.per text.in d.c.ſanè.xv.quæſ. 3. quam ſequitur Rom.in l.j.in prin.& ibi etiam Barb. col.6.verſi. quid in ebrio.ff.de verb. oblig.vbi etiam rationes eius rei adducit,& Alex.poſt Bal.in l.dolum.C. de dol.ma.etiam per tex.in d.c.ſanè.vbi dicitur,quod ebrij neſciunt,quid loquantur.ex quo fit (inquit) quòd æquiparantur furioſis, & infantibus,qui contrahere nequeunt,per l.j.§.furioſus.ff.de actio.& oblig. Et vide quid de ea re conſulit Fulgo.conſi.lxxx.quidam ſer,Ventura,col.vlt. Similiter non valet teſtamentum ebrij: vt dicit Bal.in ca.à crapula.in prin.de vit.& honeſt.cler.nec teſtimonium, vt voluit idem Bal. in c.j.& ibi recentiores,de teſtib.Qui autem de matrimonio,vide latè Philip. Dec.conſi.cxij. incip.in præſenti conſultatione.

*Contractus factus ab ebrio non ualet.*

9 ¶Non defuerunt tamen,qui ebrios delinquentes duplici pœna afficiendos eſſe putarint:ea ratione ducti,quia principium in ipſis eſt,cùm in ipſorum ſit poteſtate ebrietatem vitare, quæ quidem delicti cauſſa eſt:author Ariſtoteles lib.Ethic.iij.c.5.Qui tamen hi fuerint,qui hoc conſtituerint,eo loco non aperit.ſed idem lib.2.Politicorum,c.10.eodémque vltimo memoriæ prodidit, Pittacum illum Mitilenenſem ex ſeptem Græciæ ſapientibus legem tuliſſe,ebrios,ſi quem pulſauerint,maiori pœna damnari,quàm ſi ſobrij feciſſent, quòd in ſua poteſtate fuiſſet ebrios non eſſe. Cuius etiam rei in vita ipſius Pittaci meminit Laërtius,hoc propemodum ſenſu:Ebrios cùm peccarent, duplici incommodo afficiendos per legem ſtatuit:vt cauerent temulentiam,abundat quippe inſula vino.

*Quidã ebrios delinquẽtes duplici pœna afficiendos putarunt.*

10 ¶De qua re etiam meminit Bal.in repe.d.l.j. col.pen. ver. extrà quæritur. C.vnde vi. vbi ad ipſam Pittaci rationem eleganter reſpondit:fatetur enim eum qui per ebrietatem deliquit, eſſe in duplici culpa,videlicet ebrietatis,& criminis,ſed verum dolum eſſe multò deteriorem, quàm multas culpas.Ex quo dicto vnum valde no.colligo,quòd ſi quiſpiam de induſtria, & dolo malo ſeſe inebriauerit,vt in ipſa ebrietate aliquod facinus perpetraret, ex eóque vel impunitatem, vel pœnæ diminutionem poſtularet,non eſſe illi quoquomodo parcendum,cùm non in culpa ſolùm ſit,ſed in dolo.Ad quod etiam facit,quod in ſimili dicemus infrà,in xiij.cauſa,num.vlt.de eo qui ignorantiam affectauit,vt ea ſe à crimine excuſaret.

*In ebrio uerus dolus multò deterior quã multæ culpæ.*

11 ¶Secundò quod dictum eſt ebrietatem pœnam minuere,intelligit ipſe Bald. (vt multi allegant) in d.l.data.col.2.verſi.nunc de tertio.C.qui accu.non poſſ.quando ebrietas magna eſt: ſi autem ſit leuis,nec delictum,nec pœnam attenuat.Quod dictum ſequitur Firmianus in vbere,copioſóque tractatu de Epiſcopo,in ij.par.lib.4.verſi.cxxvj.& Angel.in tractatu maleficiorum. in verbo, ſcienter & doloſè.col.6.verſi.ſed quid ſi quis propter ebrietatem.& certè Bald.vbi ſuprà, hoc primùm dicit,poſteà tamen ita loquitur, vt videatur etiam velle leuem ebrietatem quadamtenus excuſare: non tantum tamen quantum magnam,veluti ſit minor dolus in commiſſo per leuem ebrietatem, quàm citra ebrietatem, & ego quidem hoc verum exiſtimo, per iura ſuprà allegata.

*Ebrietas leuis nec delictũ nec pœnam attenuat, ſecus in magna.*

12 ¶Quanquàm ipſe Bal.in d.l.j.C.vnde vi.quo loco nuper citauimus, dicit aliquod diſcrimine,quòd propter ebrietatem non eſt lenienda pœna:niſi ſit tanta ebrietas,quòd quaſi induxerit mentis exilium.Bar.autem in d.l.reſpiciendnm.§.delinquunt.verſi.ſed quæro an maleficium. ff. de pœn. dicit ſimpliciter delictum in ebrietate factum eſſe puniendum, per d.l.omne delictum.§. qui ſe.ff. de re milit.ſecundùm quem text.intelligi debet eius dictum. An autem qui ebrius hominem interemit, incidat in irregularitatem (quam vocant) vide Card.Flor.& Imol.in clem.j.de homi.Panor.in cap. quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.& latè Maria. Soci. in repet. cap.ad audientiam.xiij.q.5. quæſt. princ.de homicid.

*In ebrietate quæ inducit mẽtis exilium, eſt leniẽda pœna.*

## CAVSA SEPTIMA.

1 SEPTIMO, ob ætatem tenellam,& floreſcentem mitius quis punitur.l.auxiliũ. §.in delictis.& ibi Doctores.ff.de mino.& l.ſi ex cauſa.§. nunc videndum vtrum minoribus & ibi gloſſ.& Bart.eo.tit.l.ſi adulterium.§.j.verſi. fratres. & verſi. inceſtum.ff.ad leg.Iul.de adult.& l.j.§.impubes.ff.ad S.C.Sillan.& l. ferè in omnibus. & ibi optima glo.ff.de reg.iur.& l.ſi fratres tui.C. ex quib.cau.infa.irrog. & cap.j. & ij.& vtrobique Panor.& Io.Ana.de delic.puer.& c.ij.& ibi glo. Panor.& alij,de apoſt.d.c.j.& ibi Panor.& Fel.& iterum c.vlt.de ſent.excom.& c.pœnitentes.& ibi gloſ.in verb. iuuenibus.50.diſt.& c.hoc ſit.xxvj.q.vij.& c.interfectores. & c.in adoleſcentia. xxxiij.q.ij.& c. ſi duo. xxxv.q.vj.& c.ſi eos.in fi.de conſe.diſt.iiij.& glo.& Doct.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& in l.ſeuerior.C.eod.vbi inter cæteros Bart.de Alex.latè diſſerit hoc procedere,etiam ſi non fuerit petitum, & ibi etiam Alex. (quem vide) dicit in hoc caſu teneri iudicem minuere pœnam,cùm iſta ſit cauſa intrinſeca legis minuentis delictum.

*Ob ætatem tenellam mitius quis punitur.*

2 ¶Et idem quoque præter ſuprà dictos tenuit Archid.in cap.qui bona.col.8.ver.item hæc vera ſunt. & latè Alberi.Gand.in tract.maleficiorum.tit.de pœn. col.15.in paruis. verſi. cùm aliquis minor. &

*Iudex tenetur minuere pœnã*

*cum cauſa intrinſeca legis minuit delictũ.*

Bal.in l.ſi arrogati ff.de tutel.& in l.adminiſtrantes.§.qui corporis.ff. de excu.tut. & in d.l. ſed & ſi quemcunq; §.iniuriam.ff.ad leg.Aquil.& Bar.& Bal.in l.j.C.ſi aduer.delict.Bal.in l.quicunq;.col.4. verſi.4.caſu.C.de ſer.fugi.& conſi.lix.licèt eleganter.circa mediũ lib.1.& Pet.Anch.conſi.cclxxxiij. iure ſcripto, & conſuetudine.in fin. & Raph. Cu.conſil.xcv.Chriſtophorus. ante fi. & Raph. Fulg. conſi.cxxiiij.præſuppoſito ſtatuto. col.vlt. & conſil.clvij.ſuppoſito ſtatuto. col.2. & Angel. Aret.in tract.maleficior.in verbo,ſcienter & doloſè.col.2.verſi. quid in infante. cum multis ſeq. vbi etiam diſtinguit.& Lud.Bolo.conſi.xxxvij.cor mundum.& c.licèt aliàs in præſenti.col.6.verſi. præterea, ſi ſupra dicta ceſſarent.& Hippo.Marſil.in l.j.col.11.verſi.17.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.

*Aetati parcendum in puero, ut ſexui in fœmina.*

3 ¶ Quibus alludit illud Pſalmographi poëtæ,Pſal.24. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.Illud quoque patientiſsimi Iob cap.13. Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.Et quod Cæſar apud Lucanum. lib.9. Pharſaliæ, de Ptolemæo, teneræ, puerilíſque ætatis loquens qui Pompeium iuſſerat interimi, ait in hæc verba:

*—Sed parcimus annis,*
*Donamúſque nefas.*

In quam etiam ſententiam Demetrius Philippi Macedonum Regis filius,apud Liuium quartæ decad.lib.10.Te(inquit)maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat,te adoleſcentiæ, te errori veniam impetrare. Et Plutarchus, vir in omni genere doctrinæ conſummatiſsimus, cùm Agidæ Regis Spartani mortem deteſtaretur,hæc ferè ſcribit:Spartæ quidem primùm Agidam, ex his qui regnarunt,ab Ephoris interfectum fuiſſe conſtat,opus ſanè pulcherrimum & Sparta dignum,in ciuitate moliri auſum,cùm in ea eſſet adhuc ætate conſtitutus,in qua homines, ſi quid errauerint, facile veniam conſequi ſolent.Apud Sueton.Tranquillum in Auguſto,c.5.C.Lectorius adoleſcens patricij generis,in deprecanda grauiore adulterij pœna, inter cætera, ætatem Senatui allegauit. Seneca lib.3.de Ira,inter ea,quæ iram lenire debent, & nos à vindicta retrahere, pueritiam ponit, & ſexum fœmineum.Puerum (inquit) ætas excuſet,fœminam ſexus.

*Aetas iuuenilis maximè ad delinquendum irritat.*

4 ¶His ſuffragatur,quòd ætas iuuenilis ex iis eſt,quæ maximè ad delinquendum irritant:vt dicit Lactantius lib.De Ira Dei,c.22.Et ideò (vt ille dicit paulò pòſt) quòd multi in prima ætate turpes & omni iudicio damnati,poſtmodum tamen laudabiles extiterunt:quod vtiq; non fieret (vt ille ſubdit)ſi omne peccatum pœna ſequeretur.Quam ſententiam aliter expreſsit Tullius in oratione pro Cælio,quem propter ætatem quoque nitebatur defendere, his verbis:Equidem multos & vidi in hac ciuitate,& audiui,qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent,emerſiſſe aliquando,& ſe ad frugem bonam(vt dicitur)recepiſſe,grauéſque homines,atque illuſtres fuiſſe. Datur enim conſenſu omnium huic aliquis ludus ætati,& ipſa natura profundit adoleſcentię cupiditates.quæ ſi ita erumpunt,vt nullius vitam labefactent,nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent. Et rurſum:Multa nobis blandimenta natura ipſa genuit,quæ quibus ſopita virtus conniueret, & interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit,quibus illa inſiſtere,aut ingredi ſine caſu aliquo,aut prolapſione vix poſſet,& multarum rerum iucundiſsimarum varietatem dedit,qua non modò hęc ætas,ſed etiam iam corroborata,caperetur Et paulò poſt:Detur aliquid ætati,ſit adoleſcentia liberior,non omnia voluptatibus denegentur,non ſemper ſuperet vera illa,& directa ratio:vincat aliquando cupiditas,voluptáſque rationem.Et paucis interiectis: Poſtremò cùm paruerit voluptatibus,dederit aliquid temporis ad ludum ætatis,atque inanes haſce adoleſcentiæ cupiditates, reuocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ,rei forenſis,reipublicæ:vt ea quæ ratione antea non perſpexerat,ſatietate abieciſſe,experiendo contempſiſſe videatur.Ac multi & noſtra,& patrum, maiorúmque memoria Iudices,ſummi homines,& clariſsimi ciues fuerunt: quorum cùm adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent,eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt. Ex quibus neminem mihi neceſſe eſt nominare,voſmet vobiſcum recordamini. Nolo enim cuiuſquam fortis:atque illuſtris viri ne minimum quidem erratum,cum maxima laude coniungere.Quod ſi facere vellem, multi à me ſummi,atque ornatiſsimi viri prædicarentur:quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim pro fuſa luxuries,magnitudo æris alieni,ſumptus,libidines nominarẽtur:quæ multis poſteà virtutibus obtecta,adoleſcentiæ,qui vellet,excuſatione defenderet,&c.Quibus accedens D.Auguſtinus,Nonnullos(inquit)legimus & vidimus,qui aut adoleſcentiæ vanitate ſeu ignorantiæ cæcitate decepti,vario peccatorum genere tenebantur obnoxij, deinde ocyus ab errore conuerſi, maiora adhuc opera feciſſe iuſtitiæ,quàm antea peccata admiſerant. Hanc autem Ciceronis, Lactantij,& Auguſtini ſententiam,multis atque variis exemplis virorum illuſtrium comprobat Valerius, libro rerum memorabilium vj.cap.9.quæ illic in promptu ſunt omnibus. Et huc quoque ſpectat, quod ex Platone afferemus in ſeq.cauſa, num.2.

*Tribus de cauſis ex delicto mitius ſunt adoleſcentes puniendi.*

5 ¶ Ex quibus facilè colligimus,tres eſſe potiſsimum rationes,quibus adoleſcentes mitius ex delicto ſunt puniendi.Primùm quoniam adoleſcentia ſit veluti ſuapte natura proprium,& peculiare vitiorum irritamentum,ideo ſi quid peccauerit adoleſcens,magis eſt adſcribendum ætatis vitio, quàm pertinaci malitiæ,& improbitati.Deinde,quia nondum ſit huic ætati plenum rationis iudiciũ,atque conſilium,vt teſtatur Ariſtoteles lib.Politicon j.cap.vlt.& Cicero lib.j. Officiorum, ſcribens adoleſcentiæ ineſſe maximam imbecillitatem conſilij.Et Iureconſultus in l.j.ff.de minor.vbi aſſerit fragile eſſe,& infirmum huiuſmodi ætatis conſilium:ex hócque fieri,vt minoribus xxv. annis auxiliũ ſit prætor illo edicto pollicitus.Hinc quoque manare,vt adoleſcentes tutorum, & curatorum auxilio



lio egeant,nec rei ſuæ adminiſtratio eis committi debeat.Nouiſsimè, quoniam ſpes eſt eos emendatiores futuros,vitiáq; vnà cum adoleſcentia depoſituros.Cùm ergo pœna ob id inter cætera delinquentibus imponatur,vt emendatiores fiant,vt alibi latius dicemus: reſtat, vt ceſſante ea cauſa, quia videlicet citra pœnam futurum ſit vt emendentur,debeat ceſſare pœna,aut certè minui.

*Adoleſcens quod commiſit non eſt impunitum relinquẽdum.*

6 ¶Neque enim omnino impunitum relinquendum eſt,quod adoleſcens commiſerit,modò ſit in ea ætate,in qua crimen,quod intẽditur,cadere poteſt.l.impunitas.C.de pœn. & facit l.ſi quis te reum. C.de ſicar.& cap.ſi quis cuiuſlibet. in fi. & ibi gloſ. in verb.nec ætatẽ.xxj.q.v. Nam in criminibus ætatis ſuffragio,minores non iuuantur.Etenim malorum mores, infirmitas animi non excuſat. l.j. & ij.C.ſi aduerſ.del.c.Impubes autem,vel puer non doli capax, omnino non punitur. l. illud relatum.in prin.ff.de iniuriis.quæ repetitur in cap.illud relatum.xv.q.j.& ibi gloſſ. & è Theologis, Anton.Flor.in ij.parte iij.partis principalis ſuæ Summæ,tit.xxx.cap.1. Quanquam lex alicubi pœnam capitalem imponat impuberibus.tex.eſt mirandus in l.excipiuntur.ff.de S.C.Sillan.& l.ſi arrogati. ff. de tutel.

*Mitius agendum cum iunioribus.*

7 ¶Sed contra hanc ſententiam,quæ dicit mitius agendum cum iunioribus,eſt alia Ciceronis ſententia (ſi tamen is fuit) in lib.4.Rhetoricorum ad Hærennium,in hæc verba, Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere,falluntur:propterea quòd ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis.At ſapienter faciunt,qui adoleſcentes maximè caſtigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſsint,eas in ætate maturiſsima velint comparare.Sed id proculdubiò intelligendum eſt, ſecundum ea,quæ diximus in præcedenti cauſa.

*Ob ætatem mitius,aut nõ punitus, factus maior non poterit amplius puniri.*

8 ¶Antequàm verò hinc digrediamur,illud ſuperpondij loco adiicimus,quod apud vnicum Doctorem ſcriptum reperimus:Quòd ſi delinquens quiſpiam propter ætatem teneram, aut mitius, aut nullo modo punitus eſt,fortè ex forma ſtatuti, non poterit effectus maior, amplius de ipſo delicto puniri.Ita voluit Hippol.Marſil.in l.infans.col.2.ff.de ſicar.& in l.de minore.in princ. col.vlt.verſic. & an minor.ff.de quæſt.vtrobiq; per gloſſ.in l.ſciant.C.de legi.hæred.quam dicit Doctor.ibi fuiſſe ſecutos,quanquam nihil apud eos comperi. nec id quoque ea gloſſ. voluit, quod tamen veriſsimum exiſtimo.

*Puer punitus eſt tanquàm ſacrilegus in templo Dianæ.*

9 ¶Et illud quoque quod ab Aeliano lib.omnigenæ hiſtoriæ 5.cap.16. ſcriptum eſt, puerum quempiam apud Athenienſes,cùm auream laminam,quæ ex Dianæ corona deciderat, ſuſtuliſſet,in iudicium adductum fuiſſe.Iudices autem cùm crepundia,talos,& laminam auream propoſuiſſent puero,is iterum ad aurum inclinauit,ideóque plexus eſt tanquam ſacrilegus: neque ætati veniam dederunt,ſed flagitium & ſcelus vindicarunt.

## CAVSA OCTAVA.

*Ob ſenectutem pœna mitigatur.*

1 OCTAVO, propter ætatem ingraueſcentem,pœna quoque mitigatur. l.ſi quis ingraueſcente valetudine.§.ignoſcitur.ff. de S.C. Sillania.& l.ij.ff.de termi.mot. & l.ferè in omnibus.& ibi gloſſ ff.de reg.iur. & c.tanta nequitia. lxxxvj.diſt. vbi pulcherrimus text.& cap.tanta.j.q.vij.& cap.tempora.xxvj.q.vij.& gloſ.& Doct. in l.quid ergo.§ pœna grauior.ff.de his qui not.infam.& in l.& ſi ſeuerior.C.eod. & gloſſ.in cap.pœnitentes.50.diſt.& Alber.Gand.in tract.maleficiorũ.tit.de pœn. col.15.verſi.item in ſenect.& Bald.in c.j.de maior.& obed. & Rom. in rep.l.ſi verò.§.de viro. in liij. ſal.ff.ſol.matrim.& Ioan.Plat.in l.vlt.C.qui ætat.ſe excuſ.lib.10.& Doct. alibi ſæpè. propterea dicit gloſ.in clemen.j.§.pen.in verbo,neceſsitate.& ibi not. Panor. de priuileg. quòd ſenectus eſt cauſa probabilis diſpenſandi eum aliquo,ſuper pœna delicti.

*Peccata,ex imbecillitate ſenum profecta, indulgentia digna mitiſsima.*

2 ¶Id quod Plato legum conſultiſsimus ſuis legibus ſanxit:Si quis(inquit) ſimile eorum quæ aut ſacrilegij,proditores,legum corruptores committunt,ob inſaniam,vel morbo, vel ſenio preſſus, vel in ætate puerili conſtitutus,ita vt ab iſtis nihilo differat,admiſerit,iudicibus declaratus, & ipſo, aut defenſore referente,quod ſic affectus id commiſerit,damnum quod intulit,ſimplex omnino reſtituat:cætera ſibi remittantur.Et alibi lib.quæſt.Peccata(ait)& puerorum, & ſeniorum ex imbecillitate profecta quidem eſſe putabit, & illis tanquam peccantibus Legumlator leges præſcribet, ſed mitiſsimas omnium,plurimáque venia,& indulgentia dignas. Nec longè hinc diſsidet alia lex diui Benedicti in regula Monachorum.cap.37.dicentis,ipſam naturam quodammodo trahi ad miſericordiam ſenum,& infantum:ideóque ſtatuit,vt nullatenus illis diſtrictio regulæ teneatur: quæ quidem & ad caput quoque præcedens clarè pertinet. Et huc quoque nonnihil ſpectat illud Virgilij lib.12.Aeneid.

*Dauni miſerere ſenectæ.*

*Senectus eſt veluti altera adoleſcentia.*

3 ¶His autem concinunt quæ in illo ipſo præcedenti capite diximus, eſſe cum adoleſcentibus agendum mitius.Nam ſenectus eſt veluti altera adoleſcentia,atque pueritia:Senes enim omnibus modis in pueritiam reuolui, rurſúmq; ad initium reuerti videntur, vt ſcitiſsimè ſcribunt Plato in lib.de Regno,& Ariſtoteles lib.Orbicularium quæſtionum,xvij.c.iij.quod & quotidiana propè experientia videre licet. Primùm enim (vt ſcribit Eraſmus) redit albor, ſimul & raritas capillitij, quorum vtrunque pueris familiare,deinde balbuties,veluti altera infantia: præterea gingiua exarmata dentibus, aut certè perpaucis, & eis vacillantibus inſtructa, quod & ipſum infantibus commune. Quin etiam ſenibus omne corpus ad puerilem modum decreſcit, conſimilis virium imbecillitas,

iam verò cibi quoque conſimiles vtrique ætati congruunt. Poſtremò morum ineptia, leuitas animi,& hoc ipſum nihil ſapere in ſenibus, infantiam quandam referre videtur. author eſt enim in Politicis Ariſtoteles poſt annos duodequinquaginta ingenij vigorem euaneſcere,& alibi in iiſdem Politicis,mentis atque animi ſenectutem eſſe,vt corporis. Quapropter Euripides in Bacchis ait:

*Veſtram ſenectam video mentis indigam.*

Et Plautus in Mercatore:

*Senex quum extemplò eſt,iam nec ſentit,nec ſapit,*
*Aiunt ſolere eum repueraſcere.*

4 ¶Vnde fit,vt ſenes pueris mirè delectentur,quaſi ſimiles, iam ad ſummum amorem propenſi. Hinc quoque illud Antiphonis,Senem nutrire,perinde eſt quaſi nutrias puerum. Propterea ſenes, quod iam diximus ex Plauto,éſtque Luciani ſententia in Saturnalibus,repueraſcere dicuntur, quaſi iterum in pueritiam reuerſi,& de illis effertur vulgò notiſsimum prouerbium: Bis pueri ſenes. cuius è Græcis meminerunt Plato lib.1.de Repub.& iterum lib.1.de Legibus. Ariſtophanes in nubibus,Sophocles in Peleo,Theopompus,& Lucianus,& è Latinis ſcriptoribus Seneca,& Auſonius ad Heſperium,& longè ante eos ille vndecunque doctiſsimus Varro,cui hæc vna eſt ex illis prouerbialibus Satyrarum inſcriptionibus, quam citat Gellius lib. Noctium Atticarum ſexto, capite quinto. Ex quo item Lucianus ipſe Callipædas fieri ſenes ſcribit,quòd ipſi puerum ſapiant. Et vt monet Cato ille Cenſorius,ſi is eſt:

*Senes pueris mirè delectantur.*

*Cùm ſapias animo,noli irridere ſenectam:*
*Nam quicunque ſenex,ſenſus puerilis in illo eſt.*

Quos verſus ita Græcè vertit Planudes:

*Ἀρτίφρων τελέθων νόῳ, μὴ χλεύαζε γεραιόν.*
*Πάντεσι γὰρ πολιοῖς παίδων φρένες εἰσὶ νεογνῶν.*

5 ¶Refert Aelianus in varia hiſtoria lib.3.c.18.quo diſſerit de Sileni,& Midæ cõfabulationibus,extra orbem noſtrum homines quoſdam eſſe, quos Meropas vocant, quos duo flumina circunfluunt, vnum voluptatis,alterum triſtitiæ,ac mœroris:vtrique adnaſci arbores, quæ eius poteſtatis fructus producunt,vt qui ex his deguſtarit,indeſinentes lachrymas fundat, ſícque demum moriatur illarũ pomo veſcentes, deſideria omnino alia deſinunt, contractas quoque ætates prorſus repetentes. Siquidem ſenectam exuere primùm,ac vigorem induere, pérque quoſdam velut gradus effectos iuuenes.tranſire mox ad pueriles annos,ac demum infantialiter commori.

*Extra orbem Merope habẽt 2.flumina uoluptatis, & triſtitiæ.*

6 ¶Ex noſtris verò Accurſius in l.ſenectus.C.de dona.ſcribit,ſenes habere ſenſum puerilem. Archi. quoque in d.c.tanta.xxvj.diſt.tradit ſenes ita dictos eſſe:quòd ſe neſciunt, delirant enim per nimiã ætatem. Quidam tamen(vt ille ſubdit)ita dictos putant, à ſenſus diminutione: quoniam præ vetuſtate deſipiant. Phyſici enim dicunt puerorum,& ſenum ætates conuenire: in illis ſiquidem nondũ, ſi eſt ſanguis,eſt calidus,in iſtis verò iam frigidus eſt. hæc ille. Bald. item hanc minuendæ pœnæ in ſenibus rationem perſpiciens in repet. d.§. pœna grauior.l.quid ergo.ff. de his qui notant.infam. col.5.verſi.quæro iuxta prædicta.dicit poſt Odoff.quòd nimis ſenes,interdum reuertuntur ad ſenſum puerilem. Hoc tamen non placet Angel.qui in authen. de mona. poſt prin. dicit illum text.loquentem de quodam annorum centum viginti,pollente virtutibus, facere contra vulgares, qui dicunt ſenem reuerti ad ſenſum puerilem. Sed certè rarenter accidit,quod ille text.tradit.

*Senes habent ſenſum puerilem.*

7 ¶Ideò vt concludamus,cùm iuniores ſint mitius puniendi, ob id potiſsimùm, quòd nondum habeant perfectum conſilium,atque iudicium (vt iam diximus)conſequenter ſeniores,qui quantum ad eam rem pertinet,ſunt in pari cauſa,vt qui bonam partem conſilij,mentíſque amiſerunt,clementius quoque plectentur. Quod & aſtruit illud Aluarici apud Claudianum,de victoria Stilitonis:

*Senes qui bonam partẽ conſilij amiſerunt, & iuniores mitius plectũtur.*

*Si non mentis inops,fraudatáque ſenſibus ætas*
*Præberet veniam,nunquam hæc opprobria linguæ*
*Turpia Danubius me ſoſpite ferret inultus.*

## CAVSA NONA.

1 NONO, propter ſexum mitius agendum eſt in pœnis,cum mulieribus.l.ſacrilegij pœnam.in prin.ff.ad leg.Iul.pecu.& l.ſi adulterium cum inceſtu. §.ſtuprum.& §.fratres.& §.inceſtum.ff.ad leg.Iul.de adult.& c.ſicut dignum. in prin. de homicid.& c.indignantur. xxxij.q.vj. vbi eſt text. elegans, tantò grauius viros puniri oportere,quantò magis ad eos pertinet,& virtute vincere,& exemplo regere fœminas. Et facit text.in l.quiſquis.§.ad filias.C.ad leg.Iul.maieſt. in illis verbis, *mitior enim circa eas debet eſſe ſententia,quas pro infirmitate ſexus &c.*& quod voluit Bal. in l. quicunq;. col.3.verſi.& in ſumma.C.de ſeruis fugiti.

*Ob ſexum mulieres mitius puniuntur.*

2 ¶Apud Saxonem Hiſtoriæ Danicæ lib.5.Ericus vir multæ prudentiæ contendit muliebribus erratis ſæpius ignoſcendum eſſe,nec pœnam infligendam eſſe,niſi correctio culpam nequiuiſſet corrigere. Aurelianus Imperator Zenobiam ad pœnam à militibus requiſitam, quòd ſibi imperium vſurpauerat,vita donauit:indignum exiſtimans mulierem interimere. author in vita ipſius Aureliani Vopiſcus. Sententia eſt Virgiliana lib.2.Aeneidos:

*Muliebribus erratis ſæpius ignoſcendum.*

*Nullum*



*Nullum memorabile nomen*
*Fœminea in pœna eſt.*

Plinius lib.8.Naturalis Hiſtoriæ, rem ſatis miram dicit, Leonem vbi ſæuit,in viros plus, quàm in fœminas fremere:veluti eum natura docuerit fœminas clementius,quàm mares tractandas. Et huc quoque pertinet quod ex Seneca adduximus ſuprà,in ſeptima cauſa, num.3.in fin.

3 ¶Theologi aſſerunt virum cæteris per omnia paribus grauius peccare, quàm fœminam. Hinc D. Thomas ij.ij.quæſt.clxiij.art.vlt.autumat Adam plus peccauiſſe, quàm Euam, conſiderata conditione peccantium:quoniam ille erat iſta perfectior,licèt aliis circũſtantiis minus peccauerit. Quod & voluit diuus Bonauentura,in lib.2.ſententiarum, diſt.xxij. arti.j. quæſt.iij. & ibi etiam Scotus, & alij,& è noſtris Archi.in c.illud xl.diſtinct.

*Vir cæteris paribus, grauius peccat quàm fœmina,ex ſententia Theologorum.*

4 ¶Hinc quoque vir fornicando,aut adulterando grauius peccat,quàm fœmina, habito ad id reſpectu,quod plus rationis vir habeat, quàm fœmina, licèt aliis conſiderationibus plus peccet mulier. de quo per Doct.Theologos in 4.ſentent.diſt.xxxv.vbi D.Thomas in iiij.q.& D.Bonauentura in expoſitione tex. & Richar. art.vij.q.iiij. & Robert. Hol.in ſapientiam Salomonis. lectione xlvj. & Anton.Flor.in j.parte iij.partis principalis,tit.j.§.quantum ad primum certum eſt.verſ.ſecundò debet eſſe in operibus.& Ioan.Nider.in expoſitione Decalogi,in primo præcepto, poſt principium, & è noſtris Archi.in c.j.col.1.de pœnit.diſt.j.per text.in d.c.indignantur. Et nos quoque pleniùs diximus in noſtris Legibus Connubial.l.j.nu.poſtremæ editionis,lxxxv.incip.ſed & eodem,& ſeq.

*Vir in rebus uenereis grauius peccat ipſa fœmina.*

5 ¶Et quòd huius rei ea ratio ſit,quam ſuprà ſcripſimus,ſatis conſtat ex his quæ dicta ſunt,quoniam videlicet minus habeant rationis fœminæ, quam mares:vt latius quoque diſſeruimus in noſtris Legibus Connubial.l.j.nu.69.incip. ſecundum quoque.& multis ſeq. Vnde conſentaneum, vt minus etiam ſint puniendæ,ſi quid admiſerint. Quod vel hinc ſatis conſtat, quòd vir ab altero laceſsitus,ſi in defenſione modum exceſſerit,puniendus eſt,licèt mitius,vt multis probauimus ſuprà in j.cauſa. At ſi brutum animal,quod omnino rationis eſt expers, alterum prouocans interemerit, nulla domino competit actio.l.j.§.cùm arietes.ff.ſi quadrup. pauper.feciſſ.dicat.quoniam, vt ait Feli. in d.c. dilecti.col.6.verſ.prouocatus delinquens de except. Deus dedit rationem hominibus, qua affectus omneis,ac perturbationes vincant. In brutis verò nulla eſt ratio,quæ poſsit iram compeſcere ad limites moderatæ defenſionis:ideóque ſua illis facta non imputantur: vt eſt text.in can. firmiſsimè tene.§.ex eo autem.xv.q.j. Ob ídque Feli.ipſe poſt alios repræhendit Spec. alicubi dicentem, vt in d.j.cauſa diximus,iniuriis laceſsitum,ſi prouocanti iniuriam dixerit,eſſe excuſandum,per d.§.cùm arietes.cùm ſecus ſit iudicandum de hominibus,ac de brutis animantibus.

*Minus habent rationis ipſæ fœminæ quàm mares, ideo minus puniendæ.*

6 ¶Igitur vt ad propoſitum veniamus,cum viri plus habeant rationis, quàm fœminæ,qua poſsint virilius vitiorum incitamentis,& (vt vocant Theologi)tentationibus reſiſtere, æquum eſt, mulieres clementius puniri.non tamen impunitas omnino relinqui conuenit, vt bruta, quæ prorſus ratione carent,cùm fœminę aliquid rationis habeant. Vide tamen quæ dicam infrà in xj.cauſa,nu.item xj. ex Bal.in l.j.C.de interd.mat.in ij.lect.& rurſum nu.23.eius cauſæ ex glo. in c.vlt.j. q.iiij. Ex quibus intellige hæc,quæ dicta ſunt duobus modis declarari.

*Impunitas non eſt relinquenda fœminis ut brutis, cũ illæ aliquid rationis habeant.*

## CAVSA DECIMA.

1 DECIMO, ignoſcendum iis eſt,qui rudes nouo quopiam in negotio, vel arte incipiunt verſari,ſi quid per imperitiam deliquerint, vt eſt text.in l.deſertorem. §.ſi plures.ff.de re milit.vbi tyroni parcendũ eſt:& l.qui cum vno.§.examinantur qui eſt vlt.eo.tit.vbi ita ſcribitur, Sed & ignorãti adhuc diſciplinam tyroni ignoſcitur.& iterũ in l.qui cõmeatus.in fi.eo. quoq; tit. vbi tyroni in hoc facilius ignoſcitur. Quos text.dicit alibi non reperiri Barbat.in repe.rub.C. qui admit.col.10.

*Rudibus in arte ſi per imperitiam deliquerint ignoſcendum.*

2 ¶Et illorũ authoritate reſpondit Rom.conſi.ccxxviij.pro plena diſcuſsione,col.2.ver.ſecundò quia cùm ipſe.parcendum eſſe ciui nouello,qui ignoranter quicquam fecit contra ſtatuta ciuitatis.quod & idem voluit ipſe Rom.conſi.cclj.clariſsimè dicitur ante medium.& rurſum conſ.ccccxcj.in caſu propoſitæ conſultationis.& in rep.l.ſi verò.§.de viro.fal.lj.verſi.21.ff.ſol.matri.& ſing.lxxiij.nũquid ciui nouello. Et idem propemodum ante eum dixerat Bal.in l.cunctos pop.col.antep.ver.circa maleficium.& ibi Iaſ.apertius in ij.lect.col.15.verſi.item inquantum.C.de ſum.Trin. & fid.cat.& idem Bal.in l.data opera.col.5.ver.quæ de iure cõmuni.C.qui accuſ.non poſſ. Et hoc quoq; voluit Barb. in d.rub.qui admit.ad bono.poſ.& in rub.ff.de verb.oblig.col.8.ver.ſed profectò venia dignus ſum. & Fran Cur.ſenior conſi.xxvij.magnificus vir.col.10.ver.ſecundò præmitto.& Feli.in cap.à nobis. poſt prin.de except.& Franc.Curtius Iunior conſi.xix.viſo,ac diligenter cõſiderato proceſſu. col.3. verſi.& tantò maximè.& Io.Crottus in repet.c.vt animarum.in 3.no.de conſtitut. lib.6. vbi dicit ſe per hoc defendiſſe ſcholaſticum,qui contra ſtatuta Bononienſium,ex alieno territorio pannum faciendis veſtibus attulerat Bononiam.

*Ciui nouello qui commiſit in ſtatuta ciuitatis,parcendũ eſt.*

3 ¶Et vt ex cæteris authoribus aliquid adferam, Quintilianus ille declamator,auus, vt nonnulli putant,Fabij Quintiliani rhetoris,declam.ccclxxvj.nouitiis etiam ſeruulis ignoſcitur. Et his germanũ eſt illud Græcorũ prouerbium,à Diogeniano in collectaneis relatum, *συγγνώμη πρωτοπείρῳ*,id eſt, venia primùm experienti. Quod & D.Chryſoſtomus probat in quadam homilia, *καὶ τῷ μὲν ἐν ἀρχῇ πεσόντι συγγινώσκομεν ἅπαντες διὰ τὴν ἀπειρίαν*: Et ei qui lapſus eſt in initio, veniam damus

*Nouitiis ſeruulis ignoſcitur.*

omnes

omnes, ob imperitiam. Et aliud quoque non abſimile prouerbium, συγγώμη τῷ πρῶτον ἁμαρτάνοντι, veniam primùm delinquenti, de qubus Eraſmus Chi.j.c entur.ix.ca.61.

*Nouitij ſerui ſi iteratò delinquunt, pœna di gna afficiũtur.*

4 ¶Verùm, ſi tales iteratò deliquerint, non iam illis parcitur: ſed pœna competenti afficiuntur, vt eſt text.in d.§.ſi plures.& facit text.in l.iij.ante fi.C.de epi.aud.in illis verbis, Remiſsionem veniæ, crimina niſi ſemel commiſſa non habeant.ex quo text.no.Bal.ibi, quòd qui geminauit delictum, non debet ſperare veniam.per illum quoque dicit ſing.Gul.Cu.quem ſequuntur Bald.ipſe, & Paul.Ca. quòd ſi quis à Principe gratiam habuit de vno homicidio, fecítque poſteà alterum homicidium, & de illo obtinuit gratiam, nulla primi homicidij mentione facta, huiuſmodi gratia eſt ſubreptitia. Hoc quoque ſequitur Rom.in l.de pupillo.§.ſi in pluribus.vbi hoc reputat ſing.& ibi quoq; Iaſon, col.pen.in fi.ff.de oper.no.nuntia.ſequitur item Io.Ana.in c.ad abolendam.col.2. de hæret. & Barba.in d.c.vlt.col.2.& ibi quoque Rochus Curtius, col.etiam ij.de conſuetu. & idem Barba. in cap. ſuper literis.col.23.verſi.& per iſtam gloſſ.de reſcrip. vbi dicit vidiſſe ſe aliquem decapitari Bononiæ, qui in ſua gratia non fecerat mentionem de primo homicidio.Io.Cro.in d.c.vt animarum. col. vlt.vbi hoc dicit eſſe ſing.& Matthæus Afflict.in conſtit.Siciliæ, incip.cum vniuerſis. col.3.in x.no. facit prætereà tex.in cap.ſi vir.in fin.de adulte.& quod ibi no.glo.& Panor.& ca.ad abolendam.de hæret.cum ſimilib.

*Iteratum facinus non debet eſſe impunitũ.*

5 ¶In quam ſententiam princeps Lyricorum Pindarus:

τὰς δύο ἀμπλακίας φερεπόνους.

Tanquam ſcilicet iteratum facinus non oportere eſſe impunitum. Et in eos quoque qui iterum eadem in re peccant, eſt ſenarius prouerbialis à Zenodoto in Collectaneis adagiorum relatus:

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσκρούειν λίθον.

*Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.*

Cuius meminit Cicero epiſt.famil.x.epiſt.xix.& Auſonius in epiſt.iij. ad Paulum. Ad quod etiam alludit Ouidius lib.2.Triſtium, poſt princip.

*At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,*
*Saxa memor refero rurſus ad iſta pedem.*

Quo quidem prouerbio planè ſignificatur, iteranti culpam, non eſſe dandam veniam. A quo non longè diſsidet Mimus ille Publij Syri apud Gellium lib.17.cap.14.& Macrobium lib.Satur.ij.cap.7.

*Improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.*

*Qui crimen iterum perpetrat, præſumitur doloſè feciſſe.*

6 ¶Facit & ad hoc quod ſcribit Albert.Gand.in tit.de homicid.col.vlt.verſi. iſtud autem not.quòd ſi quis homicidium, aut aliud crimen à ſe aliàs perpetratum iterum perpetret, præſumitur in dubio doloſè, & malo animo feciſſe. Quod dictum pro ſingul.citat Hippo. Marſil.in l.j.§. diuus.col.vlt.ff. ad legem Cornel.de ſicar.Sed tu aduerte, quòd hoc Albert.non dicit: quin illud ſimpliciter tradit, illum qui alterum vulnerauit, vel occidit præſumi doloſè. & malo animo feciſſe, nec loquitur de crimine aliàs commiſſo.& ad hoc etiam allegat text.hoc ſimpliciter volentes, ſcilicet in d.l.j.§.ad l. Cornel.de ſicar.& l.ſi non conuitij.C.de iniur.in quibus probatur dolum præſumi in his, quæ ſunt ex ſe mala.de quo latiùs ſcribam infrà cap.14.Propterea nullum omnino dubium eſt videri illum doloſè committere, qui delictum iterat, cùm & id quoque præſumatur, ſi ſemel tantùm cõmiſerit.

*Pœnitentibus iterum peccantibus, an Deus parcat.*

7 ¶Nec deſunt, qui vel Deum Optimum Maximum non parcere iterum peccantibus, etiam pœnitentibus aſſeuerant, alioquin enim (vt ipſi dicunt) remiſsio eſſet ad peccatum inuitatio, vel iuxta eiuſdem Publij alium Mimum:

*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.*

Quis enim (inquiunt) nõ ſemper peccaret, ſi redire ſemper ſperaret. Propterea Deum ſemper mali incitatorem futurum dicebant, ſi ſemper pœnitentibus ſubueniat, eíque placere peccata, quibus præſtò ſemper eſſet gratia. Cæterùm (inquiunt) quem Deus bis illuminauit? quem leproſum bis mundauit? quem mortuum bis ſuſcitauit? non Lazarum, quem dilexit: non filium viduæ, quem miſertus, matri ſuæ reddidit, non filium diſsipatorem legitur bis ſuſcepiſſe: non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberaſſe: in nulla perſona bis iterauit factum, dicens (vt illi inquiunt) à Domino non ſæpè fieri remedium. Dixit multis, Vade, & noli ampliùs peccare, ne quid tibi deterius contingat, promittens pœnam, non veniam: quibus poſſet videri accedere diuus Paulus ad Hebræos 6.c. Impoſsibile eſt, ait, eos qui prolapſi ſunt, rurſus renouari &c.

*Hanc opin. refutat D. Auguſtin. & Cano.*

8 ¶Sed iſtorum opinionem abundè, redundantérque reprobat: atque illorum importunis argumentis reſpondet diuus Auguſtinus in lib.De pœnitentia.cuius verba repetuntur in iiij.lib.ſententiar.diſt. xiiij.vbi longè, latéque Doctores Theologi, & in Decretis Canonicis cap. adhuc perfidi.de pœnit. diſtinctione tertia, atq; etiam Alexand.Ales in quarta parte Summæ, quæſtione ſexageſima quarta. membro ſecundo & tertio.in quibus locis oſtendunt, probántque propè ſuperfluenter, Deum etiam iterum, atque iterum lapſis parcere. Nam dominus Petro interroganti, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? reſpondit: Non dico tibi, vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, vt ſcribitur Matthæi decimooctauo capite. Verùm non dubium eſt grauius peccare, difficiliúſque veniam obtinere: vulnus enim iteratum, vt dicit Auguſtinus in libro Soliloquiorum, & in Decretis, vbi ſuprà citauimus, ſanatur tardius: frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur.

Cauſa



## CAVSA VNDECIMA.

*Qui ignoranter, ruſticitate, aut ſimplicitate deliquit, minus peccat, & ideo minus punitur.*

1 VNDECIMO, non ſolùm in caſu præcedenti, ſed & ſemper aliàs, cùm quis ignoranter ruſticitate, aut ſimplicitate ductus reliquit, quanuis regulariter non omnino excuſetur, quin peccet, & puniatur l.j.ff.de legi.& ibi cõcord. in glo.& c. qui ſecundùm carnem.xxiij.q.iiij.& c.ſi quis dederit.xxiiij.q.j.& ibi quoque concord.in gloſ.& c.quemadmodum.& ibi gloſſ. in verb.ignorantiam. xxxij.q.vij.& in eam rem multa adducit diuus Hieronymus in dialogo contra Pelagium, & noſter Gratianus xv.q.j.in Summa, & Alex.Ales.in ij.parte Summæ, q.clxxij.membro j.& in quarta parte.q.lxv.membro ij.art.j.& D.Bonauentura in ij.ſententiarum, diſt.xxij.& ibi quoque alij.

*Ignorãter agẽti uel ſimpliciter aut ruſticè ſæpius parcitur.*

2 ¶Licèt (inquam) non omnino excuſetur: is tamen minùs peccat, vt omnes Theologi aſſerunt, dict. diſt.xxij.& diuus Thomas j. ij.q.lxxvj.art.iij.& ſeq. ideò mitiùs cum eo agitur.quin & plerunq; ei parcitur.l.ij.ff.ſi quis in ius voca.non ier.l.ſi quis id quod.§.j.ff.de iuriſd. omni.iudic.vbi recentiores multa ad hoc iura adducunt. Et prætereà l.ſi quis ingraueſcente.§.ſi quis ignorans.ff.de S.C.Sillan. & ibi concord.in gloſſ.& l.Senatuſconſulto.C.de his qui ſibi adſcrib.in teſta.& c. ſuper literis.de reſcrip.& ibi gloſ.quę adducit concord.& Doct.& c.cùm vniuerſorũ.& ibi etiam glo.de rer.permu.& c.inter.in fi.de tranſla. Epiſc.& c.2.& ibi glo.Panor.& Ioan.Andr. de ſortile.& c.pen.8. diſt. & can. vnum orarium.§.criminis.verſi.peccata. xxv. diſt. & c. tanta nequitia.86. diſt. & c.tanta.j.q.vij. & c.ſi quis dederit.& ibi glo.in verbo, dederit.24.q.j.& c.ſciendũ.de pœnit.diſt.ij.& c.2.de cõſe.diſt.ij.

*Ignorantia iuris à dolo excuſat.*

3 ¶Pro quibus facit etiam, quòd ignorantia iuris (de ea enim loquimur) excuſat à dolo, vt voluit glo. not.in l.plagij.C.ad leg.Flaui.de plag.quam ad hoc dicit ſing.Ioan.Ana.in c.per tuas.huius initij iij. & ibi poſt eum Fely.in iij.no.de ſimo.Et ibi quoque Panor.no.per illum tex. minùs peccare, qui iuris ignorantia peccat, quàm qui ſcienter facit.ſed eſt glo.illi ſimilis in l.j.in glo.vlt.ff.de abig. & alia quoq; in l.venditioni.C.de vſucap.pro empt.& pro illis eſt tex.in l.ſed etſi lege.§.ſcire.& ibi Bar.ff. de petit.hæred.& etiam tex.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis ignorans.verſi.etſi ſciens.ff.de S. C. Sillan. & in l.ſi quis id quod.verſi.doli.& ibi Ang.& Alex.qui hoc limitat.ff.de iuriſdict.omni.iudi. Et hoc etiam voluit Pe.Anc.& Card.Florent.in cle.j.in princ.de ſepul.vbi & ad hoc ipſe Card.allegat tex. in l.j.§.ſi publicanus.ff.vi bon.rap.& idem voluit Paul. Caſt. conſi.cclxxvij.in cauſa incarceratorũ. col.2.verſi.ſecundò præmittendum, lib.2.& iterum conſil.ccxcij.ad primum videtur reſpondendũ. in fi.iij.dubij.rurſúmque conſi.ccccxxx.circa primum quæſitum.poſt princ.eo.lib.2. Ioan.Pla.in l.j. in fi.C.vt dignitat.ſeruet.ord.lib.12.vbi tamen intelligit, niſi ſit color quæſitus, & Philip. Dec.conſi. xxxvij.in cauſa rigoroſæ accuſationis.col.4.verſi.ſimiliter requiritur, quòd hoc factum ſit. & per glo.in d.l.plagij.dicit not.Bal.conſi.ix.ad euidentiam dicendorum.lib.3.quòd ignorantia ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat à pœna corporali.Et faciunt quæ latè dicemus infrà.in xliiij.cauſ.nu.24.

*Nullus inferior à principe poteſt facere ut ignorãtia probabili factum puniatur.*

4 ¶Facit prætereà quod not.voluit Rom.in l. de pupillo.§.nuntiationem.ff.de ope. noui nunt. quòd nullus inferior à Principe poteſt facere, quòd ignorantia probabili factum puniatur. dicítque hoc fuiſſe ſing.dictum. Compoſtel.in c. capitulum. de reſcrip. ideóque legatus hoc non poteſt, ſecundum Archi.in c.ſi apoſtolicæ.de præb.lib.6.Papa.de quo vide glo.in c.ſi quis iuſto.de elect.lib.6.& text.not.& ibi Doct.in c.1.poſt prin.de conceſſ.præb.eo.lib.

*Non omnes tenent errorem iuris excuſare à dolo.*

5 ¶Et licèt id quod ſuprà diximus, errorem iuris excuſare à dolo, non omnino videatur ſine dubio tranſiſſe in rem iudicatam, propter rex.in §.quia tamen.Inſtit.vi bon.rap.quem in iuris ignorantia, non facti intelligit Inno. ille Cano.coryphæus in c.cùm in officiis.col.vlt.de teſta. ſuper quo vide Ioan.Ana.in d.c.per tuas.

*Error eſt iuris intricati, nec minus probabilis quàm error facti.*

6 ¶At illud certè caret omni ſcrupulo, errorem iuris implicati (vt loquimur) atq; intricari eſſe, dicítq; probabilem, non ſecus ac errorem facti, vt eſt text.quem in id ponderat Ant. in cap. cùm dilectus, & ibi quoque Imo.col.4.verſi.poteſt dicere, Card.Flor.Pet.Anc.& Panor. qui dicit multùm nota. & ipſe Card.in cle.j.in iiij.q.de regula.& in cle.j.§.ſanè.in iij.oppo. de vſur.& in cle.j.in xxv. quæſt. de reb.eccle.non alie.Spec.tit.de expenſis.§.nunc videndum.col.1.& Ioan. And.in c.vt debitus.per gloſ.ibi, in verbo, rationabili, de appel.& in c.j.de poſtu.Præla.lib.6.Bal.in prin.ff.col.vlt. verſi. ſexti dicunt.Ange.in l.deſtitiſſe.ff.de iud.& in l.properandum.§.ſin autem alterutra. C.eo.Anto. in c.de quarta.& ibi Panor.col.2.de præſcrip.Imo.in c.ſi diligenti.& ibi Panor. col.7.verſi. in eadem gloſ. ibi, habeat.eo.tit.& iterum in rep.c.vlt.col.vlt.eod.tit. Panor.in c.vlt.in ij.not. de conſtit. & in c. dudum.col.5.verſi.item nota quòd de deci.& Rom.conſi.cxxiij.circa primum dubium.col.3.verſi. ſecundò quia credidit.& Alex.conſi.xcij.perſpectis his.col.vlt.lib.1.Corn.conſi.ccxc. quòd fuerit iuſtè condemnatus.col.4.verſi.& probabile.lib.1. & iterum conſi.cccxxiij. clariſsimum eſt. in fi. eod. lib.1.& conſi.cxlvij.quia cauſa.col.2.verſi.adeò quòd probabile.lib.2.& conſi. ſeq. in præſenti conſultatione.col.3.verſi.& quando ius.eo.lib.2.Id quod etiam dixerat conſi.cxxvij.primo aſpectu.col. antepen.verſi.adeò quòd qui dicit.eo.lib.2.vbi dicit no.ad hoc tex.in d.c.cùm dilectus. & iterum conſi.cxxxj.cuius viſa copia.col.pen.verſi.ex quibus rectè.lib.3.& conſi.cxxxix.quanquam, ante fin. lib.4.& Soci.conſi.xxxiij.viſo inſtrumento dominæ.col.vlt.lib.4.vbi ad hoc dicit ſing. gloſſ. in d.c. cùm dilectus.cum aliis concord.latè adductis per Fely. in c.de quarta. col.9.verſi.limita vtiliter.de præſcrip.quibus addes quod no.ſcribit Ioan.Fab.in §.hæc autem.col.2.verſi. crederem tamen.Inſti. de pœn.teme.litig.quòd error iuris dubij inducit iuſtam cauſam litigandi.

*Supradicta nõ*

7 ¶Reſtat, vt quæ diximus multis modis intelligenda, declaremus. Ergo, quod dictum eſt ignorantiam

tiam

*procedũt in iis quæ fiunt contra ius naturale, aut eiuſdem rationem.*

tiam,ſiue ruſticitatem,aut ſimplicitatem excuſare,intellige primò non procedere in his,quæ fierẽt contra ius naturale,aut ipſius iuris naturalis rationalem:vt ex tex.in l.ij.& ibi gloſſ.& Doct. C.de in ius voc.& voluit etiam gloſſ.in l.reſpiciendum. §. delinquunt.& ibi Bar.ff.de pœn. glo. in ſumma, 38.diſt.& in can.turbatur.§.notandum.j.q.iiij.vbi eſt bonus text.Dy.in c.ignorantia. col.pen. de regu.iur.lib.6.Cy.& Bald.in l.j.C.de interd.mat.Gul.de mon.Lau.in cle.j.& ibi etiam Card.in v.q.de conſan.& affin.Bal.in l.in actionibus.§.planè. col.pen.ff.de in lit. iur.& in c.vlt. col.3.verſi. item non parcitur.de confeſſ. Panor. in c.ſuper literis. col.6. ſuper glo. in verbo ſimplicitate. de reſcrip. & è Theologis Alex.Ales in ij. parte ſummæ, q.xlj. membro iiij. artic.ij.& bene facit tex. in l.ſi adulterium.§.ſtuprum,& ibi gloſſ.in verb.iure gentium.ff.de adult.

*Non procedit ſi contra ius gentium.*

8 ¶Intellige ſecundò vt procedat quod diximus in præcedenti arti.non ſolùm,ſi quid fiat contra ius naturale,ſed etiam ſi contra ius gentium,per id quod not.ſcribit Bal.in l.ſi quis in tantã. col.3.verſi. ſeptimò quæritur. C. vnde vi, quòd non excuſatur qui poſſeſsionem ab alio occupatam , propria authoritate inuadit,arbitratus ſimplicitate quadam , & errore hoc ſibi licere : quia ſimplicitas huiuſmodi mala eſt,& contra ius gentium,quæ non excuſat , niſi perueniret ex alia cauſa rationabili, vt in caſu quem ſubiungit.Ant.Bal.verò gloſſ.ibi,in quæſtione,dixerat militem, & ruſticum ea lege teneri,cùm inuadere,ſit contra ius naturale,per text.in dict.l.ij.C.de in ius vocand. & illam glo. ſequitur Bal.ibi col.j.verſi.nunquid miles, & ruſticus.vbi etiam dicit , quòd violentia eſt delictum, quod committitur contra ius gentium,in quo nulli parcendum eſt,per text.in d.§. ſtuprum. vbi tamen gloſſ.exponit iure gentium,id eſt,iure naturali. Ex quibus patet Accurſium illud quod dictũ eſt,iuri naturali aſsignare,quod Bal.iuri gentium.Sed vtcunque ſit,quanuis & vtrunque eſſe poſsit, hoc dictum eſt valde notandum.

*Non procedit in errante iure ciuili notorio & indubitato.*

9 ¶Intellige tertiò,non procedere in eo,qui erraret in iure ciuili notorio , & indubitato , per id quod dicit not.Ang.in l.ex conſenſu §. vlt.ff.de appel. quòd ſicut cauſa , quæ à iure naturali eſt probata, non excuſat à vero dolo,ita nec cauſa reprobata à iure ciuili notorio,& indubitato.& cum hoc dicto tranſit Imo.ibi,circa princ.vlti.char. & Alexan. conſi.ciij. hoc initio , videtur prima conſideratione dicendum.col.penult.verſi.& dato quòd comes Nicolaus, lib.1. & vide quæ dicam infrà in cauſa xlij. in fin.

*Nec in his quæ ſunt contra ſpeciem honeſtatis.*

10 ¶Intellige quartò,non procedere in his,quæ ſunt contra ſpeciem honeſtatis,vt pulchrè voluit Bal. in l.quicunque.col.pen.verſi.& not.quòd in his.C.de ſer. fugi.referens ad id text.in d. l.j. C. de interd.matr.vbi & hoc dictum ſequitur Alex.in addit.ad Bal.ibi.& Firmianus in tractatu de Epiſcopo,in iiij.parte lib.4.in lx.quæſt.verſi.item ſciendum.& Iaſon in d.l.ſi quis id quod.col.8.verſi.tertiò fallit.ff.de iuriſdictione omni.iudi.

*Nec in iis quæ clã facta ſunt, ignorantia aut ſimplicitas procedit.*

11 ¶Intellige quintò non procedere in his,quæ clàm facta ſunt,in quibus,etſi prætendatur ignorantia, vel ſimplicitas,præſumitur tamen dolus:neque excuſatur aliàs excuſandus:text. eſt nota. in l.vlti.ff. de rit.nupt.& ita per illum text.voluit gloſſ.not.in l.qui contra.in verbo, errore.C.de inceſt.nupt.& gloſſ.in d.l.j.C.de inter.mat.& ibi Doct.inter quos Bal.in prima lectione,dicit ex hoc habere notabilem limitationem legum,quæ dicunt ſexum, & ruſticitatem excuſari. Et in ij. lectio. dicit menti eſſe tenendam eam gloſ.cõtra ruſticos.& idem Bal.in l.error facti.col.3.in j.quæſt.C.de iur. & fact. ignor.& Bart.in l.ſi adulterium.in princ.col.pen.ff.ad leg.Iul.de adulte.& Rom.ſing.714.regula eſt quòd quæcunque.& conſi.cccccvj.in re præſenti breuiter.&c.col.1.vbi ad hoc dicit ſin.text.in d.l.j. ſecundum lect.gloſſ.& Ioan.Ana.in cap.cùm ex in iuncto.in 3.not.& ibi etiam Felin.in prin.de hæret.vbi eſt bonus text.ad hoc,& Panor.in cap.de homine.de celeb.miſſ.& Alex. in addi.ad Bart.in l.pen.C.de iuris & fact.ignor.Firmia.vbi nuper citauimus d.q.lx.verſi.item neminem excuſat.Fely. in cap.conſuluit.col.pen.verſi.gloſſ.in verbo,lucem.de offic.& poteſt.iud.deleg.& in cap. porrò.de ſenten.excom.& in cap.quoniam.col.3.verſi.quinta concluſio.de ſimo.vbi & de hoc dicit eſſe text. in c.vlt.§.ſi quis verò de cland.deſpo.vbi certè eſt text.elegans in hæc ferè verba,*Cùm illi clàm contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur.*

*Ad idem cum præcedenti.*

12 ¶Et huc pertinet illud Ioannis c.3. Qui malè agit,odit lucem.quod vſurpauit Pontifex in d.c. conſuluit.de offic.& poteſt.iud.delegat.quo loco glo.& Docto.multa iura congregant,quæ actus clandeſtinos ſimulationis,doli,& fraudis inſimulant. Quod & facit Rom. conſi.liiij.viſis circa id.col.3. verſi.3. ſimiliter. & Cæpo. in tractatu de ſimulatione contractuum. in xx. præſumptione. Barba. conſi.liij.præclarè ſcripſit Pſalmiſta,col.12.ver.& præmitto pro euidentia.lib.2.& latiſsimè Hippo. Marſil.in rub.ff.de ſicar.col.2.

*Sacrificia quæ clanculum fiũt ſunt ſuſpectiſſima.*

13 ¶Concinit quoq; ſupradictis,quod ſcribit Fabius lib.Oratoriarũ Inſtitutionum v.c.10.quo de argumentis differit,Tropon interdum ad coniecturas pertinere.vt ſi dicam bona mente factũ, ideò palam:mala,ideóq; ex inſidiis,noctu in ſolitudine. & quod Demonax philoſophus celeberrimus Imperatoris Hadriani temporibus,nunquam adduci potuit,vt ad ſacra , myſteriáq; Eleuſina accederet:quo nomine accuſatus veluti patriæ religionis contemptor,id in concione excuſauit,teſtatus ea ſacrificia iure ſibi eſſe ſuſpectiſsima,quòd clanculum, & in occulto fierent.quoniam ſi bona eſſent, ea omnino in aperto fieri oporteret : quò alios ad amplectendam eam religionem inducerent : ſi mala:ad cauendam. Teſtis Lucianus in vita illius.

*Quãdo aliquid dicatur clã fieri*

14 ¶Si autem ſcire velis quando aliquid dicatur clàm fieri,vide per gloſſ.& Bar.in l.ij.C.de his,qui ex pub.rati.lib.10. gloſ.in c.vlti. de cland.deſponſ. Bar.in l.pupillus.§.vlt.ff. de autho. tut.& in l.j.C.de præd.



præd.decur.ſine decret.non alie. lib.x.Bart.in l non intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſc.Angel. in l. in tacitis.ff.de leg.j.Bal.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in 7.col.ff.de offic.proconſ.latè Alexan.& Iaſon in l.clam poſsidere.ff.de acq.poſſ.

*Qui contraria in teſtimonio depoſuit, nullo modo excuſatur.*

15 ¶Intellige ſextò,niſi in eo,qui taliter dicitur deliquiſſe,inſit contrarietas,putà , quia contraria in teſtimonio depoſuit,quo caſu nullo modo excuſatur:vt no.dicit Bal.in l.ſcripturæ.ante fi.C.de fid.inſtru.allegans ad hoc dictum Io.And.quòd dicit eſſe no.in c.cùm Iohannes.de fid.inſtru.dicentis,ꝙ non poteſt eſſe ſimplicitas,vbi eſt contrarietas.& hoc Bal.dictum ſequitur Alex.in addi. ad Bart.in d.l.pe.C.de iur.& fac.ignor.& Barb.in repe.c.Raynaldus.col.50.verſi.ſecundò limita niſi de teſta.& conſ.3.clementiſsimi Dei patris,col.14.verſ.& ſic vera ſit concluſio.lib.2.vbi hoc dictũ Io.And.allegat pro ſing.& conſ.5.ſupremi optimi Principis.col.4.verſ.item ponderet.eo.lib.2.& conſ.11. illud in mediũ afferam,quod glorioſus Paulus.col.2.verſ.& dicit belliſsimè.li.4.& Fely.in c. quoniã.& Phil. Dec.in c.ex parte.huius initij 2.col.5.verſi.nonò fallit. de offic.deleg. & in c.ſollicitudinẽ.col.2.in 8. no.de appell.& in c.paſtoralis.col.6.in fi.j.concluſionis de excep.& in l.vbi repugnãtia.ff.de reg. iur.

*Ruſticus nõ punitur de falſo, niſi ex malitia falſum depoſuerit.*

16 ¶Contrarium tamen in hac ipſa ſpecie tenuit Ang.in §.licet.col.2.verſ.ibi,eos dereliqui,nota quòd quando teſtis, &c. in authen. de teſtib.vbi dicit,quòd ſi ruſticus teſtis ſit ſibi contrarius, non tamen punitur de falſo,niſi conſtet quòd ex malitia falſum depoſuerit, dicítque,quòd ad hoc debent iudices multùm aduertere,& hanc partem ſequi videtur Iaſon in d.l.ſi quis id quod.col.8.verſic. item ſi ruſticus.iuncto verſi.ſeptimò limita.hoc quidem relinquo arbitrio iudicis,qui prudenter conſiderabit,cuiuſmodi ſit is ruſticus:quæ,qualíſve contrarietas inuenitur,&c.

*Ruſticus ſagax non excuſatur, ſi deliquit, ſed opere & conuerſatione qui talis eſt.*

17 ¶Intellige ſeptimò,procedere,niſi is,qui dicitur ruſticus , & per ruſticitatem deliquiſſe , ſit ruſticus ſagax:quia is non excuſatur:vt voluit gl.not.in l.athletæ.§.de ruſticis.ff.de excuſ.tut. quem ſequitur Bal.in d.l.j.in vtraque lect.in fin.C.de inter.matr.vbi in j.lect.dicit eſſe menti tenendum:& per eam dicit idem Bal.in l.ij.in iiij.q.in fi.C.de reſcin.vend.quòd ei demum ruſtico ſubuenitur , qui verè eſt ruſticus opere,& conuerſatione.Eam quoque gl.ſequitur idem Bal.in l.ſi quis id quod.col.ij.in j.lect. & ibi quoque Raph.Fulg.& idem Bal.in c.vlt.col.v.verſi.item fallit in ruſtico.ff.de confeſſ.& in ſua Margarita,in verbo,ruſtici.Pau.Ca.Alex.& Iaſ.in l.ij.C.ſi quis in ius voc. non ier. & Barba. in repe. d.c.Raynaldus.col.50.verſi.limita ſecundò niſi.& conſi.lxxvj. illud in medium afferam , quod pulchrè ſcripſit.col.vlt.lib.iij.in quibus locis ipſe Barba.illam facit ſing.& Iaſ.in d. l. ſi quis id quod.col. viij.limita prædictam regulam.& Corn.conſi.clxv.circa primum col.viij.verſic.confert, quia ſagax erat.libro ij.

*Ruſticitati non parcitur in introductis ad rigorẽ iuris conſeruandum.*

18 ¶Intellige octauò,nõ procedere in his,quæ ſunt introducta ad rigorem iuris conſeruandum:in illis enim ruſticitati non parcitur:vt voluit gl.in ſumma xxxviij.diſt.& in can.turbatur.§. notandum. in gl.j.in fi.j.quæſt.iiij.afferentes pro exemplo l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Et idem voluit gl.iuris ciuilis,in l.cùm quis.& ibi Bar.Bald.& Pau.de Ca.omnes ad fi.C.de iur.& fact.ignor.& gl.in l.iuris. huius initij ij.eo.tit.quæ ponit exemplum in eo,qui triennio ceſſauit ſoluere canonem.Gul. Cu. in l.ſi quis ex argentariis.§.vlt.cum lege ſeq.ff.de eden.Bal.Raph.Fulg.Paul.Ca.Rom.Alex.Fran.Are. & recentiores in l.iuris ignorantia.C.qui admit.Ex quibus & aliqui ad hoc allegant text. in §. vlt.in authen.de hæred.& Falci.idem Bal.in l.vlt.in prin.in iij.quæſt.C.de iur.delib. vbi per hoc dicit non excuſari ruſticum,qui non fecit inuentarium,ſed ſtandum eſſe rigori iuris.& Bar.& Salyc. in l.j. C. de iur.& fac.igno.& idem Bar.in l.j. §.nuntiatio.col.vlt.ff. de oper.noui.nuntiat.& conſil.cliiij. maritus fecit hæredem.Saly.in l.pe.C.qui admit.Ang.in l.vbi.in prin.ff.de eden.Pe.Anc.in repe.cap.j.in. quæſt.princip.verſi.ſed hìc quæro,ſtatuto cauetur.de conſtit.& Roman. conſi. cxxv.mater & ſoror prædictæ.col.ij.verſi.tertiò confirmatur.Alex.in addit.ad Bal.in d.l.j.C.de interd.matr.& conſi.40. hoc capite viſo themate,& omnibus.lib.vj.& conſi.clxv.dubitatur.col.ij.eod.lib.vj.Fely.in d.c.quoniam.col.iij.in iiij.fal.de ſimo.& Iaſ.in l.vlt.col.xxxix.verſi.decimoſertò quæro.C.de iur.emphi.

*Ruſticus ſi omiſerit formã rei non excuſatur errore iuris.*

19 ¶Intellige nonò,non procedere etiam in his,quæ ſunt introducta ad ſolennitatem, vel formã actus, quia videlicet omiſerit ruſticus ſolennitatem, vel formam rei.verbi gratia , in teſtamento non adhibuit ſeptem teſtes,certè non patrocinatur ei error iuris:vt dicit Bald. loquens in ruſtico , minore: milite,muliere,in d.c.vlt.col.iij.verſi.item non patrocinatur.de confeſſ.quia vt ſubdit, vbi agitur de productione alicuius actus in eſſe,vt ipſe loquitur,omiſsio modi & formæ,omnibus nocet, & etiam error tabellionis,aut aduocati,vt optimè not.l.ambiguam.C.de teſta.& idem dicit ipſe Bald.Saly.& & alij recentiores in l.iuris ignorantia.C.qui admit.per l.vlt.C.de teſta.iuncta gl.in l.ambiguitatem. in verbo,ex mente.eo.tit.& idem Bal.in l.vlt.in prin.col.3.C.de iure delib.& Alex.d.conſ.166.lib.6. & conſi.vij.attentis & ponderatis. col. vlt.lib.vij.cum aliis multis concord. traditis per ipſum Alex. in d.l.iuris ignorantia.

*Si ruſticus conſulere potuerit peritiores,non excuſatur iuris ignorantia.*

20 ¶Intellige decimò ,vt ruſtico parcatur erranti in iure ciuili , cùm peritiores conſulere non potuerit: at ſi potuerit,nec fecerit,non illi parcitur:per tex.in l.bonorum.ff.de bon.poſſeſ.& in l.ij.§.vlt.ff.quis ord.in bono.poſſeſ.ſerue.& no.Bald.& Saly.Rom.& alij recentiores in d.l.iuris.C.qui admit. Anto. in c.ij.de conſtit.Rom.in l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.

*Contra naturã eſt non conſulere peritiores.*

21 ¶Cuius rei ratio eſt,vt ſcribit Bal.in d.c.vlt.quo loco nuper citauimus,de confeſ. quia homines natura ſcire deſiderant,ideóq; contra naturã eſt,non conſulere peritiores,quorũ doctrina, imperitorũ, & ruſticorũ mens illuminatur,per tex.not.& elegantem in l.ſi auiam.C.de inge.manu. in fi. cùm dicitur,*ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes,facilè cognoſceres.*Ergo non eſt ruſtico parcendum , qui in

hoc contra naturam peccauit,ex his quæ deduximus in prima limitatione.

22 ¶Et hoc quoque intellige.vt ſi etiam non eſſent periti in loco habitationis ruſtici,tamen non excuſatur,ſi ſint in ciuitate quadam vicina:vt voluerunt Bald.Salyc.Rom.& recẽtiores in d.l.iuris ignorantia. per text.in l.diuus. ff. de tutor.& curat.dat.ab his.& in l.j.§.ſi quando.ff.de magiſtrat.conue. ideò(inquiũt)quemadmodum mulieres eunt ad ciuitatem pro indulgentiis,& ruſtici ad nemus pro lignis,ita debent ire ad ciuitates pro conſiliis.

*Si ſint periti in uicina ciuitate, ruſticus nõ excuſatur.*

23 ¶Intellige vndecimò,vt ruſticis ſuccurratur in caſibus à iure expreſsis tantùm:vt voluit glo.in c.vlt. ſi quis.in j.q.iiij.Anto.in c.ij.col.iiij.de conſtit.Alex.qui alios citat,in l.ſi quis id quod.col.iij.ver.item not.quòd ruſticitas.ff.de iuriſd.omn.iud.Phil.Dec.conſi.cclxxiiij.incip.viſo puncto.col.ij.verſic. ſed ſuprà dictis.qui ad hoc dicit facere tex.in d.l.vlt.C.de iur.& facti ignor. Et illã quidem gl.idem expreſsè ſtatuit in mulieribus.

*Ruſticus ſuccurritur in caſibus à iure expreßis.*

24 ¶Poſſem & alia pleraque huc adducere à noſtris Doctoribus longè,latéque tractata,videlicèt, an,& quando,& in quibus aliis caſibus,iuris ignorantia,ſiue ſimplicitas,vel ruſticitas, aut excuſet, aut non excuſet.Quæ quoniam iam ſunt trita,& omnibus obuia,conſultò prætermittenda duximus. Omnia enim perſcribere ad rem pertinentia,nec voluimus,nec poſſumus.

*Idem eſt & in ipſis mulieribus,quas iuris ignorantia, & reliqua excuſant ut ruſtic.*

## CAVSA DVODECIMA.

1 DVODECIMO,qui è diuerſo quadã ingenij ſubtilitate aberrãtes delinquunt, mitiùs etiã ſunt puniẽdi.Si enim qui ſimplicitate peccauerũt,leuiùs ſunt plectẽdi,vt dictũ eſt in præcedenti cauſa,multò magis his eſt mitior ſtatuẽda pœna,cùm & minùs peccent,q̃ ſuperiores.Hos enim cõpellit falſa ſubtilitas, in quã non cadũt volũtarij,ſed veluti inuiti:illos decipit ignorãtia volũtaria.Ita dicit gloſſ.no.in c. ſchiſma.in verbo,magis eſt,24.q.1.quam ad hoc cõmendat Fely.in c.j.de hæret.

*Ingenij ſubtilitate delinquẽs mitius punitur, quia minus peccat reliquis.*

2 ¶Et ſimile quidpiam voluit Bald.in c.dilecti.poſt princ.de iud.cùm dicit, quòd magis reprobatur nimia groſsities,quàm nimia ſubtilitas.Quem ita refert,& ſequitur Iaſon in l. cùm ſtipulati ſumus. §.ſequitur.in iij.not.ff.de verb.oblig.& Anto.Bauer.in rep.l.cùm filio.col.ij.ff.de leg.j.

*Reprobatur potius nimia großities quàm ſubtilitas.*

3 ¶Sed caue,quia Bal.vbi ſuprà,ſi ſolerter eius verba introſpiciantur,videtur ſentire contrarium. Primùm enim not.ex eo tex.quòd nimia ſubtilitas reprobatur:ſubdit autem confeſtim, niſi ſit mendũ in codicibus, quibus circunferuntur huiuſmodi verba, adeò quòd magis reprobatur nimia groſsities:l.vlt.C.de hæred. inſtitut.in quibus verbis puto deeſſe dictionem,quàm, vt ſcribi debeat, adeò quòd magis reprobatur,quàm nimia groſsities:aliôquin non quadrarent huic, quod primùm dixerat,neque verbis ſequentibus,quæ ſunt huiuſmodi : Nam nimia ſubtilitas tendit ad perniciem.l.ſed hæc nimium.ff.de excuſ.tut.& nimia groſsities eſt quædã ineptia,quæ à iure reprobatur.Hæc ibi.

*Nimia ſubtilitas tendit ad perniciem, & ipſa großities eſt ineptia.*

## CAVSA DECIMATERTIA.

1 DECIMOTERTIO,qui caſu,aut imprudentia,ſiue etiam facti ignorantia non de induſtria,aut doloſè quicquã admiſerunt,aut non puniũtur, aut leuiùs puniri debent.l.j.§.diuus.ff.ad leg.Corn.de ſicar.& l.abſentẽ.§. vlt. & l.Metrodorũ.& l.reſpiciendũ.§.delinquunt,& ibi gl.not.ff.de pœn.quo in poſtremo loco eſt caſus de eo,qui dum venaretur,telo in ferã miſſo,hominẽ interemit.Quæ ipſa ſpecies aliquando contigit in Adraſto Phryge,Gordij filio,qui vibrato in aprũ iaculo, non illum,ſed fruſtrato ictu Atym,filium Crœſi,Lydorum Regem adeptus,interemit, cui ipſe Crœſus Rex quòd imprudens feciſſet: pepercit, at nihilominus Adraſtus ſeſe ſuper buſtum ipſius Atydis confodit.author Herodotus lib.j.

*Qui caſu & nõ de induſtria quicquam admiſerũt, leuius puniuntur.*

2 ¶Sed & præcedẽtibus adde tex.in l.iij.§.ſed etenim.& l.qui ædes.& l.ſi fortuito.ff.de incend.rui.naufra.& l.vlt.ff.de decre.ab ordi. fac.& ibi concord.in gl. & l.ferè.& ibi glo.ff.de reg.iur.& cap. lator. & cap.dilectus.& c.ex literis.& duobus cap.ſequen.de homicid.& c.ij.& ibi glo. de cognat.ſpiritual. & c.ſi homicidium.xxiij.q.v.

*Ad idem cum præcedenti.*

3 ¶Et ad excuſationem huiuſmodi ignorantiæ,multa congeſsit Roma.in repet.l.ſi verò.§.de viro.in 51.ſol.ff.ſol.mat.& conſ.473.circa propoſitã etiã cõſultationẽ.Fely.& Phil.Dec.in c.à nobis.in princ. de except.& idẽ Dec.in c.ij.in gl.vlt.in j.concluſione.de conſti.& conſ.64. fermè per totũ,& omniũ vberrimè Hippo.de Marſi.in l.qui falſam.col.x.verſ.& circa hanc materiam,cum duabus col. ſeq.ff. ad leg.Corn.de falſ.quibus adde tex.elegantem,in l.j.C.ad leg.Cornel.de ſic. quòd quæ ex improuiſo caſu accidunt,fato plerunque, non noxæ imputantur.

*Multa excusãt ignorantiam ſecundum Rom.*

4 ¶His ſuffragatur lex Numæ Põpilij,illius antiqui Romanorũ Regis, his verbis authore Feſto Põpeio lib.14.concepta,Si quis hominẽ liberum morti ſciens duit, parricida eſto.ſciens enim,ſcienter dixit,ne vel imprudentẽ includere videretur.Illud quoque ſolenniſsimũ iuſiurandum, quo veteres Romani conceptis etiã verbis in magnis rebus,præſertim verò in ſanciendis fœderibus,vtebantur: Si ſciens fallo,me Iuppiter,ſalua vrbe,arcéque,bonis eiiciat,vnde ego lapidẽ hunc eiicio. Apud Feſtum Pompeium lib.x.ſtatim poſt princip.& nonnihil meminit Cicero,epiſtol.Familiar.lib. 7. & latiùs Polyb.lib.3.vt non prætermittã quod ad Romanorũ quoque leges,moréſque pertinet,Liuium, iij.decad.lib.x.ſcripſiſſe,latũ ad populum Romanũ eſſe,ne Cn.Seruilio fraudi eſſet,ꝙ patre,qui ſella curuli ſediſſet,viuo,cùm id ignoraret,Trib.pleb.atq; Aedilis fuiſſet,contrà q̃ ſancitum legibus erat.

*Numæ Pompilij l. in homicidas,imprudentes non compræhendit.*

Quin &



5 ¶Quin & Solon Athenienſium legiſlator, ſuis legibus monet iudices Areopagitas interſtinguere, perpenderéque num cædes,vulnus,incendium prouidentia commiſſum ſit,id eſt conſultò,vt interpretatur Galenus in commentariis præſagiorũ Hippocratis lib.j.c. vj. quo loco adſcribit verba eius legis:Loca erant in Attica iudiciis conſtituta. ſi quis conſultò & præmeditatè mortem alicui intuliſſet,in Martio pago:ſin præter voluntatem,& cogitatam rationem, in Palladio : ſin verò cædem factam eſſe confiteretur,iure an iniuria patratum eſſet,ídque in dubium vocaretur, in Delphio rationes iudicabantur.Cuius rei teſtis eſt Aelianus variæ hiſtoriæ lib.v.cap.xv.

*Areopagitæ perpendebant num ſcelera cõſultò facta fuiſſent.*

Archades quoque eos,qui ſponte Lycæum ingrediebantur, lapidibus obruebant. Qui verò per ignorantiam intrauerant,ad Eleutheros mittebant, vt refert Plutarchus:qui id declarat problematôn cap.clij.

6 ¶Hoc quoque legibus Moſaicis obſeruatum eſt,vt imprudẽter factum clementiùs puniretur. Nam licèt qui hominem ſpontè, & ſcienter interemerat, morte multaretur, qui tamen imprudenter, & non voluntarius idipſum commiſerat,exilio tantùm,eóque non perpetuo puniebatur,erátque locus conſtitutus,qui ei pro refugio erat,vt ſcribitur Exodi xxj.cap.nu.35.Deuterono.xix.atque Ioſue xx. cap.& meminit D.Ambro.in cap.illa,xv.q.j.

*Imprudẽter factum clementius punitur.*

7 ¶Et apud Græcos eadem fermè lex erat,vel authore Thucydide,qui lib. iiij. belli Peloponenſis introducit quoſpiam Athenienſes ita loquentes : Etenim delictis non voluntariis refugium eſſe aras. In quam ſententiam moribundum quidam apud Xenophontem lib.Pędiæ Cyri.iij. Tygranem alloquens,Noli Tygranes(inquit)quicquam ſuccenſere patri de morte mea, non enim vlla maleuolentia hoc fecit,ſed imprudentia. Quæcunque verò per imprudentiam ab hominibus delinquuntur,hæc omnia arbitror eſſe inuita.

*Quæ per imprudentiam delinquuntur,omnia ſunt inuita.*

Claudius autem Saturninus Iuriſconſultus elegantiſsimus in l.aut facta.§.euentus.ff.de pœn.ſcribit apud ipſos Græcos fortuitos caſus exilio voluntario lueri ſolitos : adfertque teſtimonium Homeri Poëtarum(inquit)præcipui:

Εὖ τέμε τυτθὸν ἐόντα μενοίτιος ἐξ ὀπόεντος,
Ἤγαγον ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμφιδάμοντος
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Qui quidem elegantiſsimi,& venuſtiſsimi verſus, ad pœnarum aut remiſsionem, aut imminutionem accommodatiſsimi ſunt inſcripti in Pandectis Florentinis:ſuntque deprompti, & petiti ex lib.xxiij.Iliad quanquam ſunt,qui in eo loco Iuriſconſulti, alios verſus eiuſdem Homeri ſubſtituiſſent.nec apud Græcos tantùm,ſed & apud Memphitas,qui caſu & imprudenter alium occidiſſet,ex lege exulabat:vt tradit Philoſtratus in vita Apollonij.lib.vj.

8 ¶Nec interim prætermittendum eſt,quod à Tito Liuio ſcriptum eſt,iiij.decad.lib.j. Contraxerunt (inquit)cum Philippo bellum Atheniẽſes,haud quaquàm digna cauſa:Archananes duo iuuenes per initiorum dies,non initiati templum Cereris imprudẽtia religionis, cum cætera turba ingreſsi ſunt: facilè eos ſermo prodidit,abſurdè quædam pronuntiantes:adductíque ad antiſtitem templi,cùm palam eſſet eos per errorem ingreſſos,tanquàm ob infandum ſcelus interfecti ſunt. Quod tam fœdè ac hoſtiliter factum gens Archananum ad Philippum detulit.Ex quibus verbis facilè intelligas Liuium factum ipſum non probare.

*Per imprudentiam iuuenes tẽplũ Cereris ingreßi infando ſcelere interfecti ſunt.*

9 ¶Et huc quoque ſpectat alia hiſtoria, aut potiùs fabula ab Aeliano relata libro De natura animaliũ 11.cap.32.Vinitor(inquit)dum ſcrobem fodit,pulchram & generoſam vitem plãtaturus,ligonis ictu Aſpidem ſacram,& minimè infeſtam hominibus,quæ fortè illic latebat, imprudens mediam diſſecuit.Deinceps cùm terram dimoueret,poſteriorem eius partem,quæ caudam continet, in arena latentem,comperit:anteriorem verò,quæ à ventre ad ceruicem tendit, adhuc reptantem, & cruentam. Quamobrem obſtupefactus,& mentis inops,totus ad inſaniam,eámque vehementem, redactus eſt.Et cùm interdiu nec apud ſe,nec rationis compos eſſet, tum noctu etiam delirans, à lecto exiliebat:& Aſpidem ſe perſequi dictitabat,& veluti morſu læſus, terribili clamore vociferabatur, & auxilium implorabat:& interemptæ ab ipſo Aſpidis ſimulacrum, ſe videre dicebat : ídque frendens,& minans:& aliquando morſu ſe impetitum eiulatu quidem ſe dolere arguebat. Cùm autem idem aliquando duraſſet morbus,cognati eius ſupplicem ipſum in ædem Serapidis ducunt:Deúmque vt ſpectrum illud Aſpidis amoliri,& cohibere dignetur,orant. Miſertus autem ille,virum curauit. At nimiùm certè durus ac ſeuerus in ſe fuit Charonda ille Tyriorum, aut(vt alij ſcribunt)Turiorum Rex & Legiſlator : qui cùm cauiſſet, ne quis cum ferro,in concionem prodiret, capitíſque pœnam indixiſſet,ſi quis id feciſſet:interiectóque deinde tempore,ex longinquo rure,gladio accinctus domum repetens,ſubitò indicta concione ſtans erat.in eam prodiit,ab eóq; qui proximè conſtiterat,ſolutæ à ſe legis monitus Et idem(inquit)illam ſanciam:ac protinus ferro,quod habebat,diſtricto,incubuit,vt à Valerio Max.proditum eſt lib.vj.cap.v.in fin. Et meminerunt è noſtris Iacob. Aluarot.in §.ad Palatium.titu.de pace Conſtan.& Matthæ.Afflict.in conſtitut.intentionum.col.iiij. verſi.in vj.quæſtio.Et omnium prior Diodorus Siculus lib.xij.Biblioth.vbi tradit quoſdam ſcriptores id tribuere Diocli Siracuſanorum Legiſlatori.

*Aſpidis ſpectrũ uinitorem ad inſaniã adegit.*

10 ¶Quid,quòd eſt legalis ſententia,quòd ſtatutum,aut alia conſtitutio puniens capitaliter homicidiũ, aut illud delictum,intelligitur,ſi dolo fuerit commiſſum,non caſu, etiam ſi culpa interuenerit. tex.

*Statutum puniẽs homicidiũ intelligitur, ſi*

*dolo non caſu fuerit commiſſum.*

eſt in l.cùm autem.§.excipitur.ff.de ædil. edict. vbi dicitur, Capitalem fraudem admiſiſſe accipiemus dolo malo,& per nequitiam:cæterùm ſi quis errore,ſi quis caſu fecerit,ceſſabit edictum.Et ita voluit Ioan.Andr.in cap.pro poſſeſſore.col.ij.de reg.iur.lib.vj.in merc.& Guido Suza.in quæſtionibus ſtatutorum.colum.ij.Cy.Bald.Ang.Pau.Caſt.in l.j.ad fin.& Iaſon col.pen.ff.de legib.inter quos Iaſon dicit illum textũ in d.§.excipitur.eſſe ad hoc meliorem de iure.& hoc etiam dicit ipſe Iaſon in l.non dubium.col.viij.verſ.item adde,quòd licet ſtatutum.C.de legib. Eandem quoque ſententiã tenuit ipſe Cy.in l.ſi quis non dicam rapere.col.iij.verſi.quinto & vltimo caſu.C. de Epiſc. & cleri. & Bar.in l.j.§.j.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuer.& in l.j.in prin.col.3.verſi.quædã verò ſunt.ff.ad Turpil.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.col.3.verſ.iuxta hoc quæro.ff.de his,qui not.infam.& in l.quod Nerua.ff.depo.& Bal.in l.omnes populi.col.9.verſic.in contrarium videtur.& ibi Io.Cacia. in repet. col.107.ff.de iuſti.& iur.& idem Bald.in l.in actionibus.col.2.& ibi Iaſ.latè col.5. & 6.ff.de in litem iuran.& ipſe Bal.in l.j.§.quod prætor.& ibi Iaſ.col.j.verſic.item adde.ff.ne quis eũ qui in ius voca.& idem Bal.in l.3.§.quacunq;.col.vlt.verſi.quò ad tertium.ff.de iureiur.& in repe.l.cunctos populos.in vlt.char.C.de ſum.Trini.& fide catho.& in l.quicunque.col.5.verſi.quarto caſu.& iterum verſ.item pro hoc & ibi Pau.Ca.C.de ſer.fugi.& in l.& ſi ſeuerior.vbi & Saly.Pau.Ca.Alex.& recẽtiores poſt gl.ibi.C.ex quib.cau.infa.irrog.& idẽ Bal.in l.ex morte.C.ad leg.Aquil.& in l.data opera.col.ij.ver. nunc de ſecundo.& iterum verſic. item ſi ſtatutum.C.qui accu.non poſſ.& in l.ij.per illum text.vbi etiam Saly.C.de noxa.& ipſe Bal.con.3.qui mortẽ aliter vitare.lib.4.vbi plus dicit, quòd nunquam reperitur,ꝙ ob ſimplicem culpam,quis famam perdere debeat,nedum membrum, aut vitam:vt dicit no.in §.ſuſpectus.Inſti.de ſuſpect.tut.& aliis locis per eum allegatis,& Ang.in l.ſi vſufructus.verſi. & hoc etiam tantùm.ff.de vſufruct.& in l.is qui cum telo.C.ad leg.Corn.de ſicar.& in l.plagij.C.ad leg.Fla.de plag.& in l.Gracchus.C.de adult.& conſi.27.pro deciſione.in fi.& iterum conſi.288.viſo themate.col.vlt.Anto.in ca.2. de conſtit.per tex.in l.Cornelia.ff.de ſicar.Saly.in l.Senatus.C. de his, qui ſibi adſcribunt in teſta.& in l.ſi quis necandi.C.de ſicar.Pe.Anchar.conſil.283. iure ſcripto.ad fi. & iterum conſi.391.videtur prima facie.ante fi.Card.Flo.in d.c.lator.de homi.vbi dicit,& poſt eum Io.Ana.& Fely.quòd ſtante ſtatuto,quòd qui occidit,occidatur,ſi ex culpa leui, vel etiam lata , caſu quis occiderit,non occidetur.& ita dicit ſe cum pluribus conſuluiſſe pro quodam , qui volens incidere ramos impedientes piſcationẽ cum proacha(ita enim appellat)ferrata, ſine dolo ſocium occidit.Et ita verè conſuluit ipſe Cardinal.44.pro domino Chriſtophoro,circa fin.& idem Cardi.conſ. 94.hæc eſt quædam inſiquiſitio.Pau.Ca.in l.3.in ij.no.C.de epiſ.audi.vbi hoc reputat ſing.& in l. j. C.vbi Senat.vel clariſſ.ibi hoc dicit not.& vtrobique coarguit aſſeſſores ignoranter,qui ſimpliciter verbis ſtatim contrarium faciunt,& conſi.277.in cauſa carceratorum.in prin.lib.2.Rapha. Cuma. conſi.134 viſis denuntia. &c.in fi.Panor.& alij recentiores in c.2.de conſtitu.Io.Ana.in c. ſicut. col. pen.de Iudæ.& in c.vlt.col.19.verſi.adde etiam.de maled.& in d. cap. ex literis. huius initij 2.in fi.& iterum in c.presbyter.col.j.de homi.Io.Plat.in l.j.in ij.not.C.de his qui ſe defe.lib.x.Flori. in l. oſſa. §.ſi in locum.poſt gloſ.ibi,in verbo dolo.ff.de relig.& ſumpt.funer.& in l.iij.§. iniuriarum.colum.ij. ff.ad leg.Aquil.Alexand.conſi.cix.viſis & vt oportet conſideratis.col.iiij. verſic. tertiò principaliter conſidero,lib.j.& conſi.cxl.videtur in caſu propoſito.col.ij.verſi.cùm ergo non habuit.lib.ij.& conſ. xix.circa primum & tertium,col.pen.verſi.& poſito.lib.7.& Angel.Aret.in tracta.maleſi. in verbo, ſcienter & doloſè,in prin.& ibi latè Laud.in addi.& Fran.Are.conſ.clxv.ſicut Ioannes dicit in Apocalypſi paulò ante fi.Barba.conſi.xl.illud adduco in proſpectum,col.9.verſi.& adduco quod voluit, libro ij.Cæpola caute.xij.ſtatutum dicit,& ſeq.caute.& in conſi.crimi.conſi.xxix. viſo proceſſu.col. antep.& iterum conſi.xxx.Ragacij ſcholarium,col.j.verſi.& quòd hoc ſit verum.rurſumq́ue conſil. xxxj.ſuper homicidio,col.iiij.verſi.quæ quidem decem.itémque conſi.xxxiij.multa poſſent : col.ij. atque conſi.xxxiiij.ſi vnquam.col.ix.verſi.modò ad propoſitum.& conſi.xxxvij.viſa inquiſitione,& Socy.inter conſi,Franc.Curtij.conſi.xx.ſæpenumero.col.xix.in iij.capite,quæſtio.iiij.& Iaſon latiſſimè in l.iij.§.quod prætor,quem legit cum j.col.eiuſdem.§.j.ff.ne quis eum qui in ius vocabit.vi exi. & Ludouic.Bolo.conſi.xxxvj.ſecundò de iure.col.iiij.in fin.& conſi.lxiij. verſi. in quibus locis ponitur.col.vlt.& nouiſſimè Philip.Dec.in c.cognoſcentes.col.v.verſi.ex quibus infertur, de conſti.in j. lec.& conſi.ix.de homicidio commiſſo.in prin.& conſi.lxxxiij.in cauſa accuſationis Perretæ,col.iij. verſi.tertio reſpondetur,Fran.Cur.ſenior conſi.vij.diligenter ac maturè conſideratis,col.iiij. verſic. eandem doctrinam,& copioſiſſimè omnium Hippo.Marſil.in l.de minore.col.vj. verſic. & quando homicidium.& ſeq.ff.de quæſt.& in l.j.§.præterea.col.iij.verſi.vlteriùs dico.ff.de ſica.& in rub.ff. de falſ.col.j.verſi.ſed hodie communiter.

11

*Cõtraria Bald. opinio ad prædicta.*

¶Quanquã tamen,ne hoc prætermittam,contrariũ tenuerit Bald.(vt ipſe ſibi hîc, vt aliàs ſæpè malè conſtat)in l.quæ fortuitis,col.pen.verſi.& ſcias quòd nulla pœna.C.de pig.act. ſed admodum difficile eſt vt contra ſeipſum pugnans, & ſimul contra infinitum prope numerum,& veteranorum,& nouitiorum militum tot armis munitorum,victoriam reportet:vt in ſimili latè dicemus infrà in 51. cauſa,nu.43.audacis eſt profecto,& duobus ſeq.

*Omniũ hominũ cõmune eſt per imprudẽtiã delinquere, cũ nemo ſciat ſi quid ſibi ſimile eueniet.*

12 ¶Apud Oratores in partibus purgationis non modicã vim obtinet imprudentia. Propterea Ariſtoteles in libro præceptorum Rhetorices,de cauſis ciuilibus , in exordiis generis iudicialis, ita ſcribit : Si verò quorum nos accuſator criminatur, ea feciſſe fateamur,ex iuſti,ac legitimi partibus defendere pergamus , magis legitimas res noſtras, iuſtioréſque demonſtrare elaborabimus. quod ſi

minùs



minùs commodè fieri potuerit,ad imprudentiam , caſumq́ue defugiemus , & ignoſcendum nobis eſſe argumentabimur:demonſtrantes quòd omnium quidem hominum per imprudentiam delinquere commune ſit:ſed afficere iniuria,improborum eſſe proprium : dicas etiam, & æquum & bonum eſſe,& iuſtum,ac conducibile his ignoſcere,qui per imprudentiam deliquerunt,neminẽ enim hominum ſcire,ſi quid aliquando ſibi huiuſmodi euenturum ſit.Et M.Tullius Oratorum princeps lib.ij.Rhetoricæ veteris,poſteaquam duas partes conceſſionis eſſe dixit,videlicet purgationem,& deprecationem,ita ſubiungit Purgatio eſt,per quam eius qui accuſatur,non factum ipſum , ſed voluntas defenditur:& habet partes tres,imprudentiam , caſum , neceſſitatem. móxque exempla earum proponit,quæ cuique videre licet.Idémque fermè ait ipſe Tullius ( ſi is fuit qui libros Rhetoricorum ad Herennium conſcripſit)lib.ij.idem quoque lib.ij.de Oratore , inducit Antonium in hęc verba diſſerentem:Iure autem omnia defendamus,quæ ſunt eius generis,vt aut oportuerit , aut licuerit,aut neceſſe fuerit,aut imprudentiâ,aut caſu facta eſſe videantur.

13 ¶Adde quod notabiliter voluit gloſſ.in c.presbyterum.de homi. quòd in foro conſcientiæ non punitur quis de homicidio non dolo commiſſo,etiam ſi culpa præceſſerit, quam gloſſ.ad hæc not. & ſequitur Ioan.Ana.ibi,& Panor. & Felyn.qui & ad hoc allegat dictum Innoc.in c. ſicut dignum.col. vlt.eod.tit.quòd ſi damnum datum eſt alicui ex culpa alterius , vt quia non bene ignem cooperuerit,qui ob id domum vicini cremauit, non tenetur in foro conſcientiæ ad reſarciendum damnum: licèt pro culpa ſit ei iniungenda pœnitentia.Sequuntur item illud dictum Inno. ipſe Panorm. in c.j. col.ij.& ibi Felyn.col.xj.verſicu. tertius caſus. & Philip.Dec. in lect.ij.col.v.verſicu. quintò adde. de conſtitutionibus.idem Panormitanus in c.dilecti.columna quinta,verſic.ſed tu diſtingue.de arbi. & in c.quoniam.col.ix.verſi.in gl.in verbo negligentiam.de proba.& in c.cùm cauſam.col.v.verſi.circa quod.notabiliter.de teſtib.& in c.ſi egreſſus.in j.not.de iniur.& rurſum in c.vlt.in j.no.vbi multũ dubitat,& in c.j.de cuſt.reor.Ex quibus nõnulli diſtinguunt inter latam,& leuem culpam, & an adfuerit animus nocendi,nécne,vt apud eos videre poteris.Roma.qui id dicit vnicum in mundo,ſing. cv.pridie fui interrogatus.Barb.in rep.c.Raynaldus.col.cxiiij.verſi.inquantum dominus Ab. de teſta.vbi videtur tenere contrarium,Anto.Corſet.in ſuis ſing.in verbo,forum conſcientiæ.

*In foro cõſciẽtiæ non punitur quis de homicidio nõ dolo commiſſo.*

14 ¶Ex his autem procedit,quòd cùm delicta,quæ imprudenter ſunt commiſſa , ex magna parte impunita relinqui ſoleant, vt dictum eſt:ideò cùm quis alterum de crimine accuſat , quod ignorantia poteſt excuſari,debet nominatim exprimere reum ſcienter id commiſiſſe , vt not. Bart.in l.omnes. ad fi.C.de agri.& cenſi.lib.xj.& Ang.in §.pe.in fi.in auth.de eccle.tit.& in l.j.col.ij.C.de Nili agger. non rump.vbi dicit quendam fuiſſe liberatum, quia non fuerit articulatum (vt ipſe loquitur) quòd ſciens opem bannito tulerat.& ita latè conſuluit,multáſque concord.adducit Barb.conſil.51. illud in medium referam.in prin.lib.iij.& conſil.v.illud in medium adducam. in princ.lib.iiij. & conſil.lxij. Paulus apoſtolus.col.vij.verſi.cùm ergo in propoſito.eod.lib.iiij.& Feli.in c.à nobis.col.j.de excep. & Phil.Dec.conſi.lxij.in cauſa qua agitur inter monaſterium.

*Imprudẽter delicta cõmiſſa, magna ex parte impunita.*

15 ¶In qua re tamen ( ne quid deeſſe videatur) ita exiſtimo diſtinguendum poſt ipſum Dec.in c.à nobis.in j.no.de excep.Aut lex,vel ſtatutum, in quo pœna pro delicto imponitur , exprimit eam pœnam eſſe impoſitam ei delicto,quod ſcienter factum eſt,& tunc proculdubiò debet expreſsè articulari in libello tale delictum fuiſſe ſcienter factum:illa enim qualitas requiſita in lege, vel ſtatuto,debet allegari,& probari.l.j.§.ait prætor.& ibi no.Bar.ff.ne quid in flu.pub.& l.pe.§.docere. ff. ne quis eum qui in ius voca.vi exi.& no.Io.And.in c.j.de homi.lib.vj.in nouella,Bal. in l. ſi quis non dicam rapere.C.de epi.& cler.& in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.Alex.conſ.vlt.viſo proceſſu,lib.ij.& conſ. xlj.viſis & optimè diſcuſſis omnibus.col.ij.verſi.& prædicta maximè procedunt,lib.iiij.& ipſe Phil. Dec.in c.licet cauſam.col.xiiij.verſi.ſextò idem dicendum.de prob.& conſi.xiij.an appellatione cognatorum. col. iij.verſic.difficultas eſt,& vis tota.& conſi.xviij.viſo puncto.colum.iij.in princip. Et faciunt not.per Bart.in l.non ſolùm.§.ſed vt probari. ff.de oper.noui nuntia. Et hæc quidem de primo illo membro.

*Qualitas requiſita in lege uel ſtatuto debet allegari.*

16 ¶Aut verò lex,vel ſtatutum puniens,non loquitur expreſsè de crimine ſcienter facto , & tunc , aut ſumus in caſibus, in quibus dolus,& ſcientia præſumitur,putà in his,quæ de ſui natura mala ſunt,& de genere prohibitorum,quæ quanuis aliquo caſu poſſint excuſari,tamen contra ea præſumitur.l.j. C.ad leg.Cornel.de ſicar.& l.ſi non conuitij.C.de iniur.& c.j.& ibi Bald.& alij,de præſumptio.& c. ij.& ibi Panorm.de reg.iur.voluit Alber.de Gan.in tract.de homi.col.vlt.verſic.illud autem. & Bal. in l.dolum.C.de dol.mal.& conſil.lxxix.dauanti da voi,col.j.in fi.lib.ij.& Pet.Anc. in c. cùm dilecti. per illum tex.de accuſ.quem ibi ſequitur Ioan.de Ana.col.ij.verſi.eſt hic mirabilis.& Alex.conſi.36. viſis his quæ per dominos.in prin.lib.j.quod con.iterum repetitur in lib.iij.conſi.lxxix. & idẽ Alex. conſi.iij.ponderatis verbis inquiſitionis.col.j.lib.j.& conſi.xxiij. animaduerſis his quæ tã per teſtes. poſt prin.lib.ij.& Corneus conſi.clxxiij.viſis proceſſu,& ſtatuto.col.v.verſi.nec obſtat quod dicitur. lib.j.Et hoc quidem caſu non videtur opus eſſe ſcientiam,aut dolum allegare,ſecundum Ang.in l.ſi vacantia.C.de bon.vaca.lib.x.& Fely.c.cognoſcentes.col.ij.in fi.de conſtit.

*Præſumitur ſẽper cõtra prohibita de ſui natura mala, licèt poſſint excuſari.*

17 ¶Cuius rei eſt ratio,quia ſatis eſt allegare qualitatem,ex qua infertur illud,quod ius præſumit , ſine illius allegatione,nam libellus quantum ad hoc præſumptiuè concludit.l.omnes.§. Lucius. & ibi gl. & alij.ff.de his quæ in fraud.cred.& Bar.& alij.in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet. & Bald. conſil. ccxcix.Petrus Lombard.in fin.lib.iij.& Fran.de Spoleto inter conſi.ipſius Bald.conſi.cccclxviij. viſa petitione

*Sufficit allegare qualitatẽ,ex qua infertur illud quod ius præſumit.*

porrecta.lib.j.& Angel.conſil.ccl.primò videndum eſt,factum verò illius incip. domina Libertina. poſt princip. & Anton.in cap.ſi cautio.de fid.inſtru.& Roma.conſil.cv. viſo themate.poſt princip.

18 *Indifferẽtia in meliorem partem interpretanda.*

¶Aut denique ſumus in caſibus,in quibus ſcientia vel dolus non præſumitur,putà in his,quæ ſe poſſunt habere ad bonum, & malum, quæ indifferentia vulgò philoſophi nuncupant: quæ ſemper in dubio in meliorem partem præſumuntur,& debent interpretari.l.meritò.ff.pro ſoc.& c.ij. de regul. iur.vbi facta,quæ dubium eſt,quo animo fiant,in meliorem partem interpretanda ſunt. quod enim ſcriptum eſt, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt.& c. abiit Iudas. & ibi gloſſ xj.q.iij.& Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.& ibi latè Alex.ff.de no.oper.nunt.Bal.in l.j.col. iiij.verſi.& not.C.de ſer.fugi.& ibi latè Iaſon,col.v.verſi. tertiò multum not.& Panor.conſil.lxviij. videtur primò.col.ij.lib.j.& conſi.cxiij.tria ſunt.in primo dubio, lib.ij. Roman. conſil.ccclij.quo ad primum,in fi.Alex.conſi.xxviij.quoniã abundè.lib.iiij.Fran.Aret.conſi.lxx.ſicut docet. col.iij. Barb. in l.j.§.ex his.col.vlt.ff.de verb.obli.& copioſè Phil.Dec.con.clxxxix.lætatus ſum plurimũ.col.ij.Et hoc certè caſu debet ſcientia,ſiue dolus allegari.Et ita loquitur Bar.in d.l.omnes.& Ang.locis ſuprà in prin.adductis:ſi tamen eſſet aliquid,quod eſſet cõmuniter notũ,ideóque præſumeretur ſcientia.c. vlt.qui ma.accu.poſ.cum ſimilibus,tunc non eſſet opus allegare ſcientiã, vt dicit Bar.in d.l. omnes.

19 *In negatiuis debet fieri mẽtio ſcientiæ, ſecus in affirmatiuis.*

¶In hac re tamen aliter(ne illud prætermittã)diſtinguit Bar.in l.j.char.4.ver.ſuper ſecundo puncto. C.qui accu.non poſſunt.videlicet quòd quando aliquis accuſatur pro facto negatiuo,putà quòd nõ denuntiauit maleficium, debet fieri mentio ſcientiæ,ſed cùm accuſatur, quòd aliquid fecerit, non debet neceſſariò allegari ſcientia,allegat gloſſ.no.l.ex maleficiis.§.longè minùs.ff.de actio.& obl.Et hanc Bal.diſt.ſequitur Io.Ana.in rub.de accu.circa fi.& Rom.d.conſi.cv. poſt prin. vbi ad hoc facit ſing.gl.in d.§.longè minùs.& Ang.Aret.in Tracta.malefic.in verbo, necnon ad querelam. col.pen. verſi.aduertas tamen.vbi dicit eam gloſ.auream.Sed Auguſt.in ſua ad Angel.addi.hanc diſtinctionem reprobat, per multa,quæ ibi allegat, & poſt eam Felyn.& Dec.in d.c.à nobis colum.j. ad quos legentem remitto.

20 *Semper allegãdũ, ſi dolo aut ſcientia eſt factum,aliàs præſumitur.*

¶Sed illud non prætermiſerim quòd huic,quod diximus,non requiri dolum, aut ſcientiam allegari in his actibus,in quibus præſumitur,contradicit Alex.conſi.cccv.in cauſa & lite vertẽte inter dominum Benedictum.col.vlt.lib.v.vbi expreſsè dicit,ꝙ aliàs præſumeretur,quòd quis ex certa ſcientia & dolo aliquid fecerit,tamen ſemper eſſet hoc allegandum,aliàs huiuſmodi præſumptio in hoc nõ releuaret,per tex.no.& ibi no.l.ſi adulteriũ cum inceſtu.§.iidem Pollioni.ff.de adul.& quod no.Bar. in d.l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.ad quod etiã multa faciunt quæ dicam in tractatu noſtro de præſcript.

21 *Authoris opinio de prædictis.*

¶Verùm vt ego dicam quod ſentio,arbitror Alex.non fuiſſe in ea re ſanæ opinionis,nam d.§.iidem Pollioni.& alia per eum allegata,intelliguntur,quando id quod præſumitur, procedit ex facto,vel animo eius,qui huic præſumptioni innititur,vt bona fides,de qua is tex.loquitur. quo caſu omninò requiritur vt alleget,ſed quando proficiſcitur ex facto,aut animo alieno,vt in caſu noſtro,ſufficit allegare qualitatem, ex qua infertur id,quòd præſumitur, per d.§. Lucius. Et ita expreſsè diſtinguit Bar.in d.l.cùm quid.& ibi quoque alij poſt eum:& Bal.d.conſi.ccxcv.Petrus Lombard.in fin.lib.iij. & Ant.locis ſuprà citatis,& idem Alex.ſibi contrarius,conſi.j.col.pe.lib.v.

22 *Ignorãtia iuſta & probabilis excuſat:nõ craſſa,quæ ſciẽtiæ æquiparatur.*

¶Sed quod dictum eſt in princ.ignorantiam excuſare,intelligendum eſt ſanè procedere in ignorantia iuſta,& probabili:non autem in affectata,craſſa,& ſupina,quia iſta æquiparatur ſcientiæ.c.eos. de tempo.ordin.& cap.cùm inhibitio.§.j.de clan.deſpon.cum ſi.& per Theologos,in ij.ſententiar. diſt. xxij.& Alex.Ales,in ij.parte ſummæ,q.cxxix.membro 7.& in 3. parte q. xlj.membro 4.art.2.& D. Tho.in 1.parte 2.partis quæſt.76.art.4.ideóque voluit gloſſa.no.in c.vlt.§.vt autem.in verbo,ſcienter.de offic.deleg. lib. vj. quòd conſtitutio pœnalis in ſcienter delinquentes lata, ligat & ignorantes ignorantia affectata,& non probabili.& ibid.Dominic.dicens hoc eſſe bene no.& eſt gloſſ. ſimilis in cle.j.in verbo,ſcienter.de conſang.& affi.cum quibus ſimiliter tranſeunt Gul.Laud.& Card. Flor.in iij.quæſt.ibi,& Fely.in d.c.à nobis.col.j.de excep.& Phil.Fran.in c.vt animarum.in vlt.no.de conſti. lib.vj.& Hippo.Marſi.in l.qui falſam.col.xiij.verſi.item prædictam concluſionem.ff. ad leg. Cornel. de falſ.& in l.j.§.cùm latrones.col.iij.verſi.ad prædicta etiam facit.ff.de quæſtio.

23 *Extenſione nõ propriè ſcientia compræhẽdit ignorantiã.*

¶Sed Io.Crottus in d.c.vt animarum.col.iij.verſi.vlt.no.allegans ſolùm glo.in d.cle.j.dubitat de veritate illius,quatuor potiſsimum rationibus:Primò, quia quòd ſcientia compræhendat ignorãtiam affectatam,non eſt ex proprietate ſermonis,ſed ex quadam extenſione,per tex.in d.c.eos.in verbo, *ſeu affectata ignorantia*.quod verbum eſt ampliatiuum præcedentis ſermonis.l.ſi quis ita legauerit.ff. de auro & arg.lega.ſed in materia pœnali non debet fieri extenſio de caſu ad caſum,in quo nõ verſatur omnino data ratio,nec de caſu vero ad fictum.l.pe.& vlt.C.de interdic.matri.etiam ſi ex larga ſignificatione vocabuli poſſet ille caſus compræhendi.l.ſi vxor.in prin. ff. ad leg.Iul.de adult.quam pro ſing.allegat Fran.Aret.in c.per tuas.de proba.

24 *Affectata ignorantia nõ æquiparatur veræ ſcientiæ,ſed fictæ.*

¶Secundò,quia affectata ignorantia non æquiparatur ſcientiæ veræ,ſed ſcientiæ fictæ,per text.in d. c.cùm inhibitio.§.j.ibi, *affectatores ignorantiæ*,quod verbum importat fictionem. l. ſi antequàm.iuncta l.ſeq.ff.de S.C.Silla.vbi pœna impoſita hæredi,non vindicanti necem defuncti,non comprehendit fideicommiſſarium,qui eſt hæres fictus. l.in pari.§.j.ff.de reg.iur.& l.ſi filiusfa.§.j.ff.quod cum eo qui in alien.poteſt.& ita illum tex.not.Fran.Aret.in l.j.ff.de vulg.& pupil.

25 *Res hæreditaria fictè & nõ verè eſt alterius*

¶Et facit quod no.Bar.in l.vlt.C.vnde vi.quòd ea lex puniens occupantem rem alterius,non cõpræhendit occupantem rem hæreditariam,quæ fictè,& nõ verè eſt alterius.l.j.§.j.ff.de rer.diui. iuncta l.

hæres



hæres quandoque.ff.de acquir.hæred. Et quod dicit idem Bart. quem ſequuntur Doct. in l.ſi quis maior. C.de tranſac.quòd pœna illius legis, quæ imponitur maiori venienti contra iuramentum, non ligat minorem venientem contra iuramentum:quia licèt minor iurans reputetur maior, auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.hoc tamen eſt per fictionem,non per veritatem.

26 *Scientia,& ignorantia affectata æquiparantur.*

26 ¶Et ſi dicatur,quòd quando caſus verus, & caſus fictus æquiparantur à lege antiqua, tunc etiam conſtitutio,quæ aliàs eſt ſtrictè interpretanda,loquens in caſu vero, compræhendit caſum fictum. c.ad audientiam.& c.cùm dilectus.& ibi Imo.Panor.de cleric.non reſiden.ſed ſcientia, & ignorantia affectata æquiparantur.per d.c.eos igitur.&c.Reſpondetur,quòd hoc verum eſt, quando huiuſmodi conſtitutio continet idem,quod ius commune, quod æquiparat illos duos caſus, vt declarat Panorm.vbi ſuprà.

*Diſpoſitionis pœnalis extenſio.*

27 ¶Tertiò,quia minor eſt ignorantia affectata,quàm ſcientia.d.c.cùm inhibitio, in verbo, *vel ſaltem affectatores ignorantiæ*.quod verbum denotat diminutionẽ. c. per veſtras.de dona. inter vir.& vxor. & c.cauſam quæ. & ibi Panor. de elec. Sed diſpoſitio pœnalis non debet extendi de maiori ad minus,vt eſt text.in d.l.ſi vxor.in prin.ff.ad leg.Iul.de adult.

*Scientia an cõprehẽdat ignorantiam affectatam.*

28 ¶Quartò,quia ex proprietate ſermonis ſcientia non compræhendit affectatam ignorantiam,vt dictum eſt,ſed quando ſumus in materia reſtringibili,verba quæ poſſunt capi & largo & ſtricto modo,debent capi ſtricto & non largo modo.c. Rodulphus.de reſc.& ibi no.Panor.& l. quòd ſi nepotes.in prin.ff.de teſt.tutel.& voluit Mattheſ.in no.149.nota quòd hoc verbum.in fi.

*Minùs punitur ignorãs quàm ſciens.*

29 ¶Et hæc quidem:ſed & longo antè interuallo,Lucas de Pen.quem ipſe non allegat, in l. j. col. 3. in prin.C.de colo.Illirician. lib.xj.conſtanter ſcribit minùs puniri ignorantem,quàm ſcientem,etiam ſi craſſa ignorantia fuerit,& ſupina,per quædam iura,quæ illic allegat.quæ an illius dictum probẽt, aliorum ſit iudicium.

*Supina ignorantia puniẽda non tam ſeuerè quàm ſcientia.*

30 ¶Ego verò,vt tandem meum in hac re iudicium interponam, crediderim hanc craſſam, & ſupinã ignorantiam puniendam quidem,ſed non tam ſeuerè,quàm ſcientiam: quoniam huiuſmodi ignorantia ſufficit ad excuſationem doli.l.j.in fi.ff.ſi ager vecti.quam ad id citat Bald. d. conſil. 98. ego præſuppono.ante fi.li.3.Sed affectatam ignorantiã,quam ſcilicèt ſibi aſciſcit delinquẽs, ne deliquiſſe videatur, grauiùs aut ſaltem æquè puniendam eſſe atque ſcientiam.arg.tex.not.in c.ita fidei. de iure fiſc.Quod & confirmatur ex eo quod dixi ſuprà in 6.cauſa,nu.10.incip.de qua re,dum loquor de ebrio,qui ſe inebriauit, vt ſe excuſaret à crimine,quod in ebrietate volebat patrare.

## CAVSA DECIMAQVARTA.

*Qui per latã culpam & ſine dolo deliquit, mitius punitur.*

1 DECIMOQVARTO, non ſolùm ſi aliquid imprudenter, aut ignoranter admiſſum fuerit,ſed & ſi culpa etiam lata,dolo tamen non interueniente, mitiùs quoque agendum eſt cum delinquente,vt patet ex multis,quæ dicta ſunt in præcedenti cauſa,& etiam in cauſa omnium prima,& eſt tex.in l.lege Cornel. §.1.& l.in lege.ff.ad leg.Cor.de ſicar.Et ita conſuluit Petr.Anchar.conſ. cclxxxiij. iure ſcripto,& conſuetudine.in fi.cùm dicit,quòd non eſt corporaliter puniendus,qui per latam culpam,ſine dolo tamen deliquit.Et in hanc ſententiam dicit Nellus de ſancto Gemini. in tract.bannitorum,in 2.parte ſecundi tẽporis,quæſt.37.quòd ſi ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè occidi,aliquis alterum occidit non bannitum,eum falsò exiſtimans eſſe alterum quempiam,qui fuerat bannitus,non debet huiuſmodi occiſor decapitari,cùm fuerit in culpa tantùm, nõ in dolo:ſed pro modo culpæ arbitrio iudicis eſt puniendus.

*Contraria deciſio ſuperioribus.*

2 ¶Quamquam contra hanc deciſionem videtur eſſe tex.expreſſus in l.eum qui.§.ſi iniuria.ff. de iniur.& in l.ſcientiam.§.ſed & ſi defendendi.ff.ad leg.Aquil. quarum authoritate dicit Bart.in d.l. reſpiciendum.§.delinquunt,in fi.ff.de pœn.quòd ſi quis cùm vellet percutere Titium percuſsit ſociũ, debet puniri corporaliter.licèt idẽ Bar.alibi reliquerit cogitãdũ,ſcilicèt in l.ſi cùm ſeruo.ff.de iniur.

*Puniendus delinquens ſecũdum rei euentũ non animum.*

3 ¶Et per tex.in d.§.ſi iniuria.dicit idem Bart.in l.diuus.ff.ad leg. Corn. de ſicar. quòd ſi quis, dum vellet vnum duntaxat percutere,duos percuſsit,debet puniri ſecundum rei euentum,non ſecundũ animum:& ſequitur Io.Ana.in cap.2.col.16.verſ.adde etiam quia Ang.de maleſi.& Panor.in c.j.de cuſt.Euchar.tum per d.§.ſi iniuria,tum etiam ne delicta maneãt impunita,tum quoque quia in delictis ſufficit dolus in genere.allegat Io.Ana.in reg.cùm quis.de reg.iur.in Merc. Et hanc ſentẽtiam confirmat quod ſcribitur Exodi viceſimoprimo, quòd ſi litigabant duo viri, & percuſſerunt mulierem prægnantem.&c.

*Qui caſu unũ pro alio percuſſit,quomodo puniatur.*

4 ¶Sed Ang.in d.l.ſi cum ſeruo.per illum tex.repræhendit deciſi.Bart.quam ſuprà citauimus, dicítque hunc qui vnum percuſsit,putans alium percutere, non debere puniri lege Cornelia, neque iniuriarum,ſed pro motu iudicis,propter culpam,ſi qua fuit,ſecus ſi nulla. & idem tenet ipſe Ang. in d.§.delinquunt.& conſ.289.viſo facto.col.1.Floria.in d.§.& ſi defendendi.& Cæpol.conſ.33. multa poſſent.col.4.& Iaſ.dicens hanc partem in iudicando ſeruandam.in l.j.col.3.in fi.verſ. quid autem ſi volebam.ff.de legi.& in l.ſi pater tuus.col.3.verſ.gl.in verbo,auferendum. C. de hære.inſti. & ante hos omnes Bald.cuius tamen non meminerunt,in l.ait prætor.§.quacunque. verſ. quo ad tertium. ff.de iureiur.& Signo.Homo.conſ.j. ſtatuto ciuitatis Papiæ. vbi conſuluit de eo, qui cùm rixaretur cum alio,vxorem illius prægnantem caſu percuſsit,ex quo aborta fuerat. Et in eandem fermè ſententiam remigrat idem Homod.conſ.27.ſtatuto ciuitatis Papiæ cauetur.col.pe. vbi conſuluit non

eſſe decapitandum eum,qui cùm vellet prohibere ne ſe canis mordicus præhenderet, lapidem in eum proiecit,quo hominem interemit,idque in loco publici itineris.

*Nulla lex culpam morte puniat.*

5 ¶Quid plura?Bart.in d.l.in lege.ff.de ſica.& in l.j.§.j.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.dicit, quòd nulla lex eſt,quæ culpam morte puniat.quod & voluit Bald.conſ.109.qui mortem aliter vitare. li.4. vbi plus dicit,nuſquam reperiri quòd etiam famam propter culpam amittamus. Quod tamen reprehendit Ang.in d.l.in lege.& in d.l.j.§.j.ſi quis teſta.& in l.plagij.C.ad l.Flaui.de plagi.& in l.is qui cum telo. C.de ſicar.& conſ.cclxxxviij.viſo themate ſupradicto.col.vlt.& aliis compluribus locis, in quibus multos caſus allegat,in quibus quis capitaliter ex ſola culpa punitur,videlicèt l.pe.C.de cuſto.reor. vbi etiam no.Bald.& l ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.& l.omne delictum. §. qui in acie. & §.exploratores.verſ.ſed & caligatus.ff.de re mil.& l.milites.vbi etiam Ang.de cuſt.re. & l. j. vbi idem Ang.C de priuat.car.& l.vlt.C.ad leg.Iul.de vi.& l.j.C.nemi.lice.ſig.ſalua.Chriſt. humi. & l. excipiuntur.ff.de S.C.Sill.vbi etiam impubes negligens punitur capitaliter,qui caſus eſt not.ſecundum ipſum Angel.in d.l.plagij.alibi autem idem Ang.in l. impuberem. ff. de furt. loquens de illo caſu,audi,inquit,ſeueram ſententiam capitalem latam contra impuberem.Sed & tu vltra Ang.adde alium caſum,in quo culpa capitaliter punitur,ſcilicèt in l.3.§.alio ſenatuſconſulto.ff.ad leg. Cornel.de ſica.

*Cùm ad pœnam inferendã requiritur dolus.*

6 ¶Propterea Angel.ipſe in multis ex dictis locis,quibus eum citauimus nu. præced. dicit doctrinam Bart.tunc ſolùm procedere,quando ad pœnam inferendam requiritur dolus, vt videlicet eo caſu lata culpa dolo non æquipararetur,neque ſit quis propter latam culpam ea pœna puniendus,per d.l.in lege.& l.ſi quis id quod.§.doli.ff.de iuriſd.omn.iudic.cuius ſententiæ adſtipulator eſt Io. Ana. in c. presbyterum.in j.no.de homi.

*Vbi dolus nominatim punitur,dolo lata culpa nõ æquiparatur.*

7 ¶Sed quod ad hoc caput pertinet, illud certum eſt, quòd vbi nominatim dolus punitur, lata culpa non æquiparatur dolo.Ita voluit glo.in d.l.in lege.ff.ad leg.Cornel.de ſica.& in l.j.§.ſi quis ff.ne vis fiat.& in l.magna.ff.de verb.ſignifi.& Bart.in l.quod Nerua.col.7.verſ. illos enim tres. in 2. lect. ff. depo.& in l.j.in prin.ff.de legi. vbi dicit,quòd in maleficiis lata culpa dolo non æquiparatur:& Bal. conſ.277.in cauſa Gulielmi.lib.5.& Panorm.conſil.iiij.facti contingentia,quædam mulier.lib.j.vbi hoc quoq; dicit procedere,cùm agitur de pœna pecuniaria,& conſi.lxviij. in Chriſti nomine amen. videtur primò,col.ij.verſic.ſed his non obſtantibus.eo.lib.j.vbi hoc dicit probari in d.l.j.§.ſi quis.ff. ne vis fiat.& in l.2.§.hæc actio.ff.vi bono.rap.& in c.ſi quis ſuadente.12. quæſt. 4. iuncto c. ſi verò. huius initij 2.de ſenten.excom.De qua re abundanter videre licet apud Canoniſtas, maximè recentiores in c.2.de conſtit.& latè per Hippo.Marſi.in d.l.in lege.poſt princ.ff.de ſica.& in ſing.276. voluntas.per Iaſ.in l.ſi pater tuus.col.2.verſ.Berta rixans cum Seio.C.de hæred.inſtit.

## CAVSA DECIMAQVINTA.

*Si ſit leuis dolus,iudex debet pœnam minuere.*

1 DECIMOQVINTO, in dolo quoque iudex debet pœnam minuere, ſi ſuit minor,aut leuis quiſpiam dolus:vt apertè ſentit Bald.in l.& ſi ſeuerior.col.2. verſ.ex prædictis videtur concludendum,& ibi etiam Salyc.C.ex quib. cauſ.infa.irro.& Alex.conſ.cxliiij.poſt redditum primum conſilium.ante fi.lib.2.& conſ. clx.viſis narratis.col.vlt.verſi.confirmo etiam prædicta.li.7.vbi hoc reputat not. & Fran.Aret.conſ.lxxx.ſicut decet.col.iij. verſi. confirmantur prædicta. vbi & ad hoc allegat tex.in l.vbi falſi examen.in fi.C.ad l.Cornel.de falſ.& nouiſsimè Ludo. Bolo. conſil. xxxvij.licèt aliàs in præſenti cauſa conſuluerim,col.4.verſ.plus dico.

*Ex circunſtantiis delicti minuenda pœna eſt arbitrio iudicis.*

2 ¶Propterea ſubdit Fran.Aret.vbi ſuprà,quòd vbi punitur ex dolo præſumpto, ſi tamen ipſa doli præſumptio habeat multa aduerſantia,quæ eam præſumptionem,ſiue probationem,quæ extat de præſumptione doli,attenuent, eſt iuſta cauſa mitigandi pœnam, quæ ex ipſo dolo præſumpto infligitur.verbi gratia,quiſpiam homicidium perpetrauit,fuitque præſumptiuè probatus occidendi animus,ſunt tamen quæ faciunt, vt huiuſmodi præſumptio non ſit vſquequaque euidens, quin aliqualiter dubia reddatur,& non tam certa,quàm ſi non adeſſent,puta conſanguinitas,amicitia, bona conuerſatio præcedens,modus,& cauſa offendendi,hoc certè eſt iuſta cauſa minuendi pœnam arbitrio iudicis ita dicit probare tex.in l.non omnes.in prin.ff.de re milit. & optimè facere l. 3. §. is qui ad hoſtem.eo.tit.verſ.ſed ſi ex improuiſo.ff.eo.tit.Et hanc quoque concluſionem firmare dicit Nico Matth.cúmque ſequi Bald.in l.ſi fugitiui. C. de ſer.fugi. & hoc ſe credere eſſe verum, ſicut euangelium,& id certè credo veriſsimum:licet Nicol.Matth.& Bald.vbi ſuprà,id non adeò ſpecialiter dicant.

## CAVSA DECIMASEXTA.

*Iudex ratione amicitiæ pœnã minuere poteſt delinquenti.*

1 DECIMOSEXTO, poteſt iudex ratione amicitiæ, quæ illi eſt cum eo, qui deliquit,pœnã minuere,vt videtur probare tex.in c.niſi.in princ.de offi.deleg.vbi Papa cuipiam pœnã peccati remiſit ratione ſpecialis dilectionis, vt illic dicitur. Et quòd iudex id quoque poſsit,no.ibi per eum tex.gl.Inno.& Bal.qui eam glo. dicit ad hoc no.dignã,& limitat procedere in his ſolùm, in quibus iudex habet arbitrium,& Ant.But.ibi.

2 ¶Et hoc ſequi videtur Io.Fab.dum eam glo.ſimpliciter allegat,in l.& ſi ſæuerior, C.ex quib. cauſ. infa.



infa.irro.& Iaſ.in l.j.in princ.col.vlt.in fi.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.vbi illam gl.allegat pro no. ſed eam facit ſing.Ro.in repe.l.ſi verò.§.de viro.in 25.fal.ff.ſol.matri.vbi tamen reprobat, & Barb. in repe.c.Raynaldus.col.117.verſ.& idem dicas in Principe.de teſta.vbi intelligit ſicuti poſteà dicemus.in repe.l.cùm acutiſsimi.col.12.verſ.& ſi verbis.C.de fideicom.vbi eam ſimpliciter allegat. & Pet.Ra.in ſuo alpha.in verbo,amicus.

*Lata differentia inter principem,& ſimplicem iudicem.*

3 ¶Sed & illum text.not.Lucas de Pen.in l.j.col.10.verſ.item quia ratione amicitiæ.C.de deſer.lib.12. vbi tamen clanculum hoc reprobat,vti etiam Barb.nuncupatim eam gl.carpens in d.c. Raynaldus. quo loco nuper citauimus,intelligit illum tex.procedere in Papa tantùm, de quo & ille tex. loquitur:Latam enim eſſe differentiam inter principem,& ſimplicem iudicem,quia ille dominus,iſte ſeruus & miniſter legum.§.oportet,in auth.de iudi. Nec mirãdum ſi Papa,aut Princeps poſsit ob amicitiam pœnam remittere,cùm & aliàs omnes pœnæ ſint in eius arbitrio conſtitutæ. l. j. C. de ſum. Trin.& not.per Bart.in l.reſcripta.C.de precib.Imper.offer.Hæc fermè Barb.

*Amicitiæ nullus locus eſt,ſi interſit reipubl. aut priuati.*

4 ¶Cæterùm Ioan.Ana.in c.pen.col.j.verſi.nota deciſam.de Iudæis,de hac ipſa re loquens, dicit ſolere diſtingui,vtrum pœna ſit arbitraria,an non:vtrùm concernat vindictam,an non: vtrùm huiuſmodi remiſsio tendat in graue præiudicium aduerſarij,an non:vtrùm denique fiat à Principe, an ab inferiore.Et ego certè ſatius ducerem nullum eſſe in his locum amicitiæ,ſi interſit Reipub. aut priuati cuiuſpiam,vel teſtimonio Cæſaris in ea elegantiſsima oratione,quam habuit apud Saluſtiũ, in Catilina.Cuius id exordium eſt:Omnes homines qui de rebus dubiis conſultant,ab odio,amicitia,ira,atque miſericordia vacuos eſſe decet. De quo & nos ampliſsimè dicemus infrà in 51. cauſa, nu.62.incip.At hoc ipſum, & ſeq.

*Propter merita præcedentia poteſt minui pœna delicti.*

5 ¶Quid,quòd nonnulli intelligunt d.c.niſi. procedere in amicitia, quæ orta eſt ex virtutibus delinquentis?& inter cæteros Pan.cuius authoritas apud omnes magna eſt in eo ipſo c.in j. not. Neque enim(inquit)alia amicitia conſideranda eſt,cùm ſcriptum ſit,Non erit apud te acceptio perſonarũ. Deutero.1.c.quod & repetitur in c.nouit.de iudi.propter merita autem (vt ſubdit) præcedentia poteſt minui pœna delicti,iuxta illud Pſal.36.Si ceciderit iuſtus,nõ collidetur,quia Dominus ſupponet manum ſuam.De quo(inquit)dic,vt latius habetur per Ioan.And.in c.accuſatus.de hæret.lib.6.poſt D.Thomã 2.2.quæſt.86.Et ita quoque eum text.intelligit Barb.in l.Titius.col.19.ff.de verb.oblig. Sed hoc pertinet ad cauſam 51.de qua inferius tractabimus.

## CAVSA DECIMASEPTIMA.

*Clementius agitur cum delinquente ratione amicitiæ iudicis cum eo qui intercedit.*

1 DECIMOSEPTIMO, ſi verum eſt quod in princ.præcedentis cauſæ dictum eſt,certè & illud poſſumus dicere, non ſolùm ratione amicitiæ, quam iudex habet cum eo,qui deliquit,ſed & cum alio,qui pro delinquẽte intercedit, clementiùs cum eo agi poſſe,per text.à paucis ad hoc annotatum in c. clerico iacente. l. diſt. in illis verbis, *pro amore Dei & tuo.*& tex.in c.veniam.33.q.9.ibi, tam bonis quàm charis, quem & ipſum ponderat Barb.in d.c.Raynaldus.Et hoc quoque probari poteſt exemplo externo. Aelianus enim omnifariæ hiſtoriæ lib.1.capit.30.ſcribit Ptolemæum regem amore Galatæ ſupplicantis pro quibuſdam ad ſupplicium condemnatis,idipſum remiſiſſe.

*Text.canon. loquuntur in Papa.*

2 ¶Sed profectò illi tex.iuris canonici loquuntur etiam in ſummo Pontifice.Proinde videant ſtudioſi,an id quoque in cæteris obtineat.Sed tu tamen interim vide text. in ſummo Pontifice non loquentem,in c.miror.17.quæſt.4.cùm ibi dicitur. *Tuus ſi de tuo amico fortè præſumeret fugitiuus, poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri.*

## CAVSA DECIMAOCTAVA.

1 DECIMOOCTAVO, ſi pater filium, qui crimen etiam capitale commiſit, iudici obtulerit,remiſsius eſt puniendus filius,ne videatur pater ad ſuppliciũ filium obtuliſſe.tex.elegans in l.milites agrum.§.deſertorem.& ibi glo.ff.de re milit.& per illum tex.Rayn.Forliui.homicidam quendam, qui à patre captus fuerat,& ad iudicem ductus,liberauit à morte,ſicut etiam retulit Salyce.in l.propter inſidias.C. qui accuſ.non poſſ.vbi etiam Pau.Caſtr.dicit ſe in eam ſententiam aliquando conſuluiſſe,de filio, quẽ reum maieſtatis pater Imperatori obtulerat,cuius viſo conſilio,lectóque eo tex.quem Pau.in id citauerat,Imperator non vltimo ſupplicio delinquentem puniuit.ſed tantùm decennio relegauit, ſicuti refert Cæpola cautela 1.qui hoc dicit ſingulariter menti tenendum,& Fely.in c.accuſaſti.paulò poſt medium.de accuſ.vbi & illum tex.pro ſingu.allegat.& Hippol.de Marſil.in l.inauditum. col.2. verſi.modò vlterius.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.& in l.j.§.ad quæſtionem.col.6.verſic.vlterius nota.ff. de quæſtionib.in quibus locis illum quoque tex.ad hoc dicit ſing.

*Qui prædicta tueantur doctores.*

2 ¶Miror tamen Cæpol.Fely.& Hippo.retuliſſe Pau.Caſtr.hoc ſcripſiſſe ſuper dict.l.propter inſidias. cùm in eam,at ne in totum quidem lib.9.C.quidpiam ſcripſerit Pau.Quocunque tamen res ſe modo habeat,hoc idem voluit per illum tex.Fely.ipſe,in cap.quærenti.col.3.verſic.tertius eſt quando. de offic.deleg.ipſe quoque Hippol.in l.vnius facinoris.§.cogniturum.in verbo, ne hi qui.§. nec ſi. ad fi.ff.de quæſt.vbi etiam illum tex.in d.§.deſertorem.dicit ſing.& in l.diuus.col.2.verſic.quod ego intelligo.ff.ad l.Pompe.de parric.& Iaſ.in l.j.col.2.verſic.limita iſtud non procedere.C.de his quib. vt indig.& facit etiam tex.in l.qui cum vno.§.qui filium.ff.eo.tit.de re milit.quem etiam ad hoc citat gl.in dicto §.deſertorem.& Cæpol.dict.caut.j.

¶Hic

*Artaxerxis ſententia ſuper filio oblato à patre puniẽdo*

3 ¶Hîc etiam in memoriam reducit hiſtoriam ab Aeliano,lib. omnifariæ hiſtoriæ 1.cap.34. eodémq; vlt.Homo quidam genere Mardus,nomine Rhacones,filium habebat nomine Cartonem,qui Magos & ſapientes multis damnis affligebat.Primùm igitur pater eum inſtituere,erudire,& verbis reducere in viam tentabat:verùm cùm ille non admitteret diſciplinam , & quodam tempore vicini iudices eò venirent,vbi ſedes ſuas habebat adoleſcentis pater,ille comprehenſum filium , & manibus in tergum reuinctis,ad iudices adduxit:ibi,quæcunque vnquam per audaciam deliquiſſet,cum accuſatione commemorauit:& à iudicibus poſtulauit,vt adoleſcentem ad mortem raperent.At illi animis conſternati,ſuis ſententiis eum condemnare noluerunt:ſed vtrumque ad regem Perſarum Artaxerxem adduxerunt.Mardo verò ſemper inſtante,& eodem contendente , excipiens rex , ait: Potiſne es etiam ferre,vt filius in tuo conſpectu vita priuetur?Qui reſpondit:maximè : quoniã cùm in horto naſcentium lactucarum ſurculos amaros deſtringo,& amputo:tantùm abeſt vt dolorem ex eo mater ipſorum lactuca patiatur,vt etiam magis efflореſcat,item magnitudine & dulcedine plus augeatur.Ad eundem modum,ego,ô rex,cùm videro eum,qui meam familiam lædit,& vitæ fratrum officit,obſtátque,vitam amittere,& à ſuis in ipſos iniuriis prohiberi,etiam ipſe amplificabor: & reliquos mei generis ſimiliter mecum proſperam fortunam agere conſpiciam. Quibus auditis Artaxerxes,Rhaconem collaudauit,& in collegium regiorum iudicum cooptauit , his verbis præſentes allocutus:Qui tam ſeuerè,& iuſtè de propriis liberis ſententiam audet pronunciare, omnino etiam in alienis criminibus incorruptum,& ſyncerum iudicem ſe præſtabit. Adoleſcentẽ verò præſenti culpa liberauit,grauiſsimam mortem interminatus,ſi præter antecedentia peccata, in poſterũ ſimili in crimine depræhenſus fuiſſet.

## CAVSA DECIMANONA.

*Mitius agetur cum patre,quẽ filius puniendũ obtulerit.*

1 DECIMONO, non ſolùm ſi pater filium offerat,ſed & è diuerſo, ſi filius patrem,idem quoque quod diximus in præcedenti cauſa,agẽdum eſt, per id quod notabiliter dicit Ang.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto. in fin.ff. de adulte. quòd ſi filius patrem bannitum capiat,& ad magiſtratum ducat,debet patri vita concedi,propter filium,qui illum præſentauit. per tex. in d.§.deſertorem. quod dictum ſequitur,dicítque notandum Hippo.in d.l.inauditum.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& d.§.ad quæſtionem.ff.de quæſt.quibus locis citauimus ſuprà in proxima cauſa 18.

## CAVSA VIGESIMA.

*Clementius puniendus qui ut conſulat amico aliquid legibus prohibitum admiſit.*

1 VIGESIMO, cùm quis vt cõſulat cõſanguineo vel affini,pietate motus quidpiã legibus prohibitũ admiſerit,clementiùs eſt puniendus. text. eſt aureis literis ſcribendus in l.2.ff.de receptatorib.vbi ſcribitur,non ſeuerè admodum puniendos,qui cognatos , vel affines apud ſe receptauerunt : non enim par eſſe eorum delictum,& eorum,qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt , & illum text. no.gl.Cy.& Io.Fab.in l.j.C.de his qui latro.vel aliis crimi.re.occul.& gl. in c.fœlicis.poſt prin.in verbo,receptauerit.de pœn.lib.6.& gl.in §.conuenticula.verſ.receptatoribus.in verbo,feriendis.tit.de pac.iur.firm.& glo.Zenze.in extrauag.Io.22. incip. ad noſtri apoſtolatus. in verbo,receptauit,tit.de priuil.& Albert.de Gan.in tracta.maleficiorũ,tit.de furibus,& latron.col.7.ibi, *prætereà.ſi ſcientes*.& iterum col.8. verſ. verùm cùm ſit frater. Lucas de Pen.in l.ſi apparitor. col. ix. verſi.item perſona alterius.C.de cohor.lib.12.& Ang.Aret.in tract.malefic.in verbo, dicto maleficio ſemper adſtitit.col.4.verſ.quod ſi recepit.

*Mitius punitur qui cõtra ſtatutũ receptauit bãnitum conſanguineum.*

2 ¶Et per illum dicit Bart.in d.l.2.ff.de receptatorib.& ibi poſt eum Alex.in ipſius addit.quòd mitius punitur,qui contra ſtatutum receptauit bannitum conſanguineum.Quod & idem dicit Bald.in d.l.1.C.de his,qui lat.& Alber.in vltima parte ſtatutorum,quæſt.7.incip. ſed nunquid filius. verſic. ſed quod non.And.Iſer.Iac.Bel.& Matthæ.Afflict.in d.§.receptatoribus.idẽ And.& Matth.in Conſtit. Siciliæ,incip.Pacterenorum,& Ioan.Ana.in c.2.col.5.verſ.pone quòd ſtatuto cauetur.de delic. pue. & Nellus de Sanct.Gemi.in tracta.bannitorum.in 3.parte,quæſt.21.& Domi.in d.c.fœlicis. & Ioan. Plat.in l.vlt.C.de fabri.lib.11.& in 1.C.de deſer.lib.12.& Rom.in l.1.col.4.verſi.item inducit ſcilicet. ff.in ius voca.vt eant.& in repe.l.ſi verò.§.de viro.in 17. fal. §. ſol. matri. vbi allegat illum text. pro not.& Alex.conſ.144.poſt redditum.in fi.lib.2.& Fely.in c.literas.col.pen.de præſumpt.& in c. cùm quidam.col.pen.de iureiur.

*Militi parcitur,qui ob affectionem parentum ad tempus militiã deſerit.*

3 ¶Et huc quoque pertinet text.in l.qui cum vno.§.vlt.ff.de re mili.vbi datur venia militi , qui ob affectionem parentum,& affinium ad tempus militiam deſeruit , licèt aliàs grauiſsimè eſſet puniendus.Et tex.in cap.2.de apoſta.vbi mitius quoque punitur,qui vt fratri ſalutem compararet , baptiſmum iterauit.& quod voluit gl.in c.peruenit.j.quæſt.3.non tantum peccare,qui dat conſanguineis, quod dare non debet,quàm qui extraneis.Et quod in pulchro caſu conſuluit Bald.conſ.xxxiiij.caſus eſt talis.Guid.in fi.lib.j.eum quidem eſſe leuius puniendum,qui pietate in fratrem motus,ipſius fratris tractatum de proditione non reuelauit:ad quod tamen nihil allegat.

*Mitius punitur notarius falſum cõmittens ob honorem patris.*

4 ¶Et quod item reſpondit Pau.Ca.conſ.371.præmittendum eſt ad euidentiam.col.vlt.li.j.notarium, qui vt honorem patris tutaretur,falſum commiſit,mitius eſſe puniendum:vt qui magis affectione ſanguinis,ac pietate paterna,quàm dolo ductus eſt:per multa quę ibi allegat.Nec hinc longè abeſt,

quod



quòd Tullius Philip.5.contendit,duobus Cn.Pompeij ſummi,& ſingularis viri filiis pietatem fraudi eſſe non debere.quoniam videlicèt contra Cæſarem paterna pietate ducti,arma ſumpſiſſent.

*Declaratio illius qui receptat bannitum.*

5 ¶Sed illud , quod diximus receptantem bannitum conſanguineum mitius puniendum , exiſtimant plerique ita limitandum, vt non procedat in receptante bannitum hoſtem publicum , & condemnatum,de rebellione contra Principem.Cuius ſententiæ fuerunt Bart.in d.l.2.de receptatorib.Andræ.Iſer.in d.§.receptatoribus.& Matth.Afflict.in d.conſti.Sicil.incip.Pacterenorum.ea ratione ducti quoniam hoſtis publicus,& rebellis perdit cognationem,& agnationẽ,ſicuti & ciuitatem. l. poſtliminium.§.filiusfam.ff.de capt.& poſtlimi.reuerſ.

*Frater fratrem & filius patrẽ hoſtes patriæ impunè poßũt occidere.*

6 ¶Prottereà,licèt ſtatuto permittente bannitum impunè occidere, non poſsit tamen filius patrem bannitum occidere,vt voluerunt Dy.Bart.& Angel.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.per illum textum.ff.de adult.Ac ne frater quidem fratrem bannitum,vt voluit Nellus in d.tracta. bannitorum in 2.parte 2.temporis,quæſt.53.incip.quæritur,duos ciues.vbi refert ita tenuiſſe Aegidium in quadam diſputatione,quod pro valde no.ſequitur Cæpo.conſi.5.caſus talis eſt.col.4. verſ.ſextò pro hoc,poſſunt tamen & filius,& frater impunè interimere parentem,fratrémque bannitum , hoſtem ciuitatis:vt dicit ipſe Bart.in d.§.liberto.per tex.in d.§.filius.& l.minimè.ff.de relig.& ſumpt.fun.vbi & hoc quoque voluit Bart.

*An filius patrem bannitum occidere poßit ex ſtatuto.*

7 ¶Sunt tamen & qui indiſcriminatim ſenſerunt poſſe filium patrem bannitum occidere ex forma ſtatuti,& contra quos videre poteris(ne hìc latius vagemur)apud Iaſo.in l.omnes populi. in 2. lect. col.11.verſ tertiò aduerte.ff.de iuſti.& iur.Quibus adde Pau.Caſt. ab eo non memoratum , conſil. ccccxxvj.quòd iſti officiales.in prin.lib.1.Pan.conſ.cviij.placet mihi ſententia.circa medium lib.j.

Verùm pedibus non ſtatim eundum in illam Bart.And. Iſer. & Matthæ. ſententiam cenſuerim. cùm dict.l.2.de recept.videatur conſideraſſe naturalem conſanguinitatis affectionem quę nos monet,ac veluti vrget,atque impellit,inuitóſque propemodum eò trahit, vt conſanguineorum ſaluti, id eſt,noſtro ſanguini conſulamus.quam quidem uffectionem proptereà non amittimus , quòd leges ipſæ ciuiles conſanguinitatis affectus tollunt ob delictum.Nec enim deſinit eſſe naturaliter cognatus,& conſanguineus,hoſtis ipſe publicus,cùm ea ſanguinis qualitas nullo pacto aboleri,nullóque iure dirimi poſsit,vt omnibus perſpicuum eſt,& leges proclamant.in l.ius autem.ff.de pact.& l. iura ſanguinis.ff.de reg.iur.

*Sublato iure ſucceßionis nõ tollitur ius naturalis coniunctionis.*

8 ¶Qua ratione motus Rom.conſ.clxxix.ampliſsime doctor.col.v.verſi.non refragatur ſecunda ratio,notabiliter conſuluit,auth.hoc inter liberos. C. de teſta. habere locum inter liberos etiam non ſucceſsibiles:licèt enim ſublatum ſit ius ſucceſsionis ciuilis,non tamen eſt ſublatum ius coniunctionis naturalis illic conſideratum,quod nulla diſpoſitione tolli poteſt,per dicta iura.

*Banniti qui ſe ad hoſtes cõferunt , pro hoſtibus habẽtur.*

9 ¶Quin ipſe Bart.in l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.dicit,quòd hi banniti, qui ſe ad hoſtes conferunt,ideóque & ipſi pro hoſtibus habentur,iuxta l.hoſtes ff.de capti.& poſtli.reuer.& l.3. in fi.ff.ad l.Cornel.de ſicar.perdunt ea,quæ ſunt iuris ciuilis,non tamen ea , quæ ſunt iuris gentium communia,videlicet omnibus gentibus,per l.quidam ſunt.in fi.ff.de pœn. & idem quoque voluit ipſe Bart.in ſua diſputatione incip.Lucanæ ciuitatis.col.7.verſ. reſtat videre quæ perdat , & ex recẽtioribus Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi in pluribus.col.vlt.ff.de oper.no.nunti. vbi & ad hoc põderat tex. in l.ſi mandauero tibi.§.is cuius.ff.manda.Et bene facit quod pulchrè voluit Bald. conſil.liiij. incip. ſtatuto terræ Nurſiæ.lib.5.quòd banniti affectionem naturalem retinent,nam natura communis eſt omnibus.l.hos accuſare.§.vlt.ff.de accuſat.ideóque in pulchro caſu illic conſuluit, ſtatutum cõſiderans naturalem conſanguineorum affectionem,habere locum in bannitis.

*Sententia Bal. ſuper præcedentibus.*

10 ¶Ideóque cogita:Neque enim etiam auſim pertinaciter refragari ſententiæ Bald. legum clariſsimi omnium interpretis,vt interim cæteros eiuſdem ſententiæ prætermittam,præſertim cum in leuiori caſu Bald.alter iuris prudentiæ oculus,in d.§. receptatoribus. quem legit ſub d. §. conuenticula. col.j.videatur reſtringere d.l.2.de recep.vt videlicet non procedat in violatore pacis. quem ſequitur Alex.in addit.ad Bart.in d.l.2.& Matthæ.Afflict. vbi ſuprà.

*Filius nõ tenetur alere patrẽ bannitũ ob id quòd fuiſſet cõtra patriam.*

11 ¶Et pro opin.Bart.& aliorum optimè facit,quòd licèt filius teneatur alere patrem bannitum,vt dicit ipſe Bart.in l.ſi quis à liberis.§.ſed vtrùm.ff.de libe.agnoſc.per tex.iuncta glo. in §. ſi verò contigerit.in auth.de inceſt.nup.& in l.mutus.§.manente.ff.de iur.dot. hoc tamen fallit in eo qui eſſet bannitus,ob id quòd fuiſſet contra patriam,vt dicit Alex.in addit.Bart.in d.§.ſed vtrùm.per d.l.minimè.iuncta l.neceſſariò.ff.de religio.Sed & multi tenent indiſtinctè filium non teneri , nec debere alere patrem bannitum.videlicèt Bald.in c.j.in prin.tit.de pact.conſt.per text.in verbo,ponderauit, & in l.ſi quis.C.de inceſt.nup.& Aluar.in c.j.§.ſi verò pacis.per illum text.tit. de pact. tenen. vbi & per hoc not.quòd quis priuatur debito iure naturæ,propter bannum.Sed vtcunque,licèt potior ſit cauſa patriæ quàm parentum , vt ſatis declarat d.l.minimè.non poſſum tamen mihi aliter perſuadere,quàm vt non ſit eius tam graue delictum , nec adeò grauiter puniendum , qui patrẽ quacunque ex cauſa bannitum nec ſubtraxit,modò ne id faciens patriam ipſam ſubuerteret.

*Natura differentiã non facit inter parẽtes & naturales.*

Cæterùm quæ ſuprà diximus , intellige habere locum,& procedere non ſolùm in parentibus, liberis,& aliis conſanguineis legitimis & naturalibus ſimul,ſed & in naturalibus tantùm,erga quos parem affectionem,& amicitiã habemus,ac in legitimos & naturales. Neque enim natura differentiã facit inter vtroſque.§.ſi verò non habens.in auth.quibus modis natur.effic.legit.& §. ſi quis ergo filios.in auth.quib.modis.naturales effic.ſui.Nam & affectio & voluntas conſideratur ex iure naturali,non

rali,non

rali,non ciuili.l.hos accuſare.§.in omnibus.ff.de accu.& huc quoque ſpectat l.adoptiuus.§.ſeruiles. verſ.vnde nec vulgò.ff.de ritu nupt.Cuius authoritate Pet.Anch.conſi.ccxxv.Videtur prima facie. col.pen.dicit, quòd proles naturalis habetur pro legitima, quo ad fœdus naturale.Et quod ſcribit Bal.in c.quæ in eccleſiarum.col.vlt.de conſtit.quòd filius illegitimus cõmunis eſt amore,& natura: per d.§.in omnibus.Et quod idem Bal.in l.j.col.v.verſi.expedita eſt.C.vnde vi.tradit,quòd vt quis poteſt ſe defendere,ita & filium,ſiue legitimũ,ſiue illegitimum:quia natura cõmunis eſt, per d.§.in omnibus. Nec (vt ſubdit) conſtitutio naturam immutare poteſt,aut coarctare ſtimulos naturales. l.amiciſsimos.§.Lucius.ff.de excuſ.tut.Et facit (inquit) l.ij.& iij.ff.de libe.cau.Sed & idem econtrariò,vt filius poſsit defendere patrem naturalem,vt ſeipſum: quemadmodum idem Bal.in l.cùm acutiſsimi.col.ij.verſi.quæro, quid ſi ſtatutum.C.de fideicom.per d.§.in omnibus.Ob idque dicit puniri,vt parricidam,qui occidit patrem,aut filiũ naturalem.Quod & ipſum dixerat idem Bal. Bart. & cæteri poſt eos in l.parentes.ff.de in ius vocan.vbi ipſe Bal.dicit ſingul.tex.in d.§.in omnibus.Et præterea idem Bal.in l.ius ciuile.col.2.verſi.& illa faciunt.de iuſti.& iure.& in l.cùm acutiſsimi.col. 2.verſi.quæro,quid ſi ſtatutum.C.de fideicom.& in l.quiſquis.col.2.verſic.præterea de ſpurio.C. ad leg.Iul.maieſt.& in c.naturales.col.vlt.tit.ſi de feu.fuer.contro.& conſi.cccclvij.ad euidentiam. col. ij.verſi.præterea ſicut patri.lib.5.Imo.in l.Lucius.§.vlti.ff.de lega.ij.& in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. & ibi quoque recentiores ff.ad Senatuſcon.Trebel.

12 *Pietas propriè parentum & filiorum eſt,eadem & de naturalibus.*

¶Et huc quoque pertinet l.vxorem.§.codicillis.in fi.ff.de lega.iij.vbi pietas, quæ propriè parẽtum & filiorum eſt,vt dicemus infrà,eadem quoque dicitur de naturalibus. & d.l. parentes. ff. de in ius vocan.vbi filius naturalis, non poteſt vocare in ius patrem ſine venia,quia vt ibi dicitur,vna omnibus ſeruanda eſt reuerentia.Ex quo Guliel.Cuneus,Bald.& Ang.& omnes propè dicunt, nihil intereſſe inter filium merè naturalem & legitimum in his quæ meram naturam tangunt: cuiuſmodi eſt reuerentia,& affectus naturalis.Id quod denique voluit Bald.in l.j.col.xiiij.verſ.pone,filius.C.de confeſſ.quòd ſicut pater legitimus & naturalis poteſt reuocare confeſsionem criminis de filio factam,& probare contrarium,per multa iura,quæ illic allegat: ita & pater merè naturalis, cùm natura ſit communis,per dictum §.in omnibus.

13 *Sæpe parentes plus amant filios illegitimos quàm legitimos.*

¶Et huc quoque facit quod ſcribit idem Bald.conſi.cclxvj.ad euidentiam præmitti.col.3.verſ.præterea,ſicut patri. lib.3.Vt tamen non prætermittam ſæpè accidiſſe, vt parentes vehementius amarent ſuos filios naturales,& illegitimos,quàm legitimos.Quod & Pelopem, & Hebium feciſſe tradit Plutarchus Parallelorum cap.62. & ſeq. authoritate Doſithei in Pelopidarum lib. in lib. iij. rerum Italicarum.

## CAVSA VIGESIMAPRIMA.

1 *Hæc procedũt in his omnibus qui ſpirituali uinculo ſunt iuncti.*

VIGESIMOPRIMO, non temere contenderim id quod diximus non ſolùm in conſanguineis naturalibus,&(vt vulgò loquimur)carnalibus obtinere,ſed in patribus,matribus,& filiis ſpiritualibus,quos vulgò patrinos, matrinas, & filiolos vocamus,atque in eis quos compatres,& cõmatres, etiam vulgò appellamus, aliiſque huiuſmodi ſpirituali vinculo iunctis.Qua in ſententia fuit Paul.Ca.conſ. cxxix.viſo ſupraſcripto puncto,& contentis in eo.col.4.verſ.& confirmátur prædicta,lib.j.dum dicit quòd ſicut ei parcitur,qui receptauit bannitum cognatũ, per legem 2.ff. de recep.& dictum eſt in præcedenti cauſa,ita & ei qui compatrem receptauit,eademque vt dicit,ratione,vt etiam (inquit) qui promiſit quempiam defendere aduerſus omnes,non intelligitur promittere aduerſus compatrem,ſicut nec aduerſus ſe,& ſuos,per no.in c.petitio. de iureiur. cum ſimilib.In qua re multa hîc repetenda ducimus, quæ & nos quoque diximus in noſtris commentariis in l. ſi vnquam.in verſ.ſuſceperit liberos.C.de reuocan.donat. vtpotè & hîc admodum neceſſaria.

2 *Homo debet diligere patrinum, quẽ uocant, ut patrẽ.*

¶Primùm,quod,vt ſcribitur in c.1.trigeſima quæſt.3.ita debet diligere homo eum,qui ipſum de ſacro fonte ſuſcepit,ſicut patrem.Quin & gl.c.ſeq.incip.Pyctacium.in verbo,multò magis, dicit,argumento illius tex.patrem ſpiritualem eſſe magis diligendum quàm carnalem:nec huic rei obeſſe, quod ca.ſuperiori dicitur,æquè eſſe diligendum.Non enim propterea tollit,quin plus diligi debeat. Subditque paulò poſt:plus deferendum eſſe patri ſpirituali,in exhibitione reuerẽtiæ,quàm ipſi carnali.Et ipſam gl.dicit ſing.Barb.in l.2.col.7.ff.de verb.oblig.& in repet.l.cùm acutiſsimi. col. cxvj. verſ.& ad hoc allego.C.de fideicom.Quanquam & huic ſimilis eſt alia ſing.glo.in c.qui dormierit, xxvij.quæſt.2.inquiens affinitatem ſpiritualem maiorem,& ſuperiorem eſſe,quàm carnalem.Ideóque & alibi gl.in c.aut facta.in verbo,parentum.de pœnitentia,diſt.j.dicit,per tex.in d.c.Pyctacium. non minus eſſe puniendum,qui occidit patrem ſpiritualem,quàm qui carnalem.Quam quidem gl. ſingularem ſequitur Alex.in addit.ad Bart.in l.diuus,& eodem etiam accedit Hippol.Marſil.in fi.ff. ad leg.Pompe.de parricid.

3 *Filius ut parẽtes proprios ſine uenia in ius uocare non poteſt,ſic nec ſpirituales.*

¶Hinc ex ſententia multorum, maximi in legibus nominis, quemadmodum filius non poteſt in ius vocare patrem,& matrem naturalem ſine venia,ita nec patrem,aut matrem ſpiritualem. Cuius opinionis fuerunt celeberrimi Iureconſulti,Guliel.Cuneus.Bal.& Ang.Pau.Ca.Rom.& Alex. & Iaſ. in l.generaliter.ff.de in ius vocan.Ang.& Fulg.in l.adoptiuum.per illum ſingularem text. ff.eod. tit. Alex.in l.1.in princ.C.eo.tit.Ang.Are.in §.pœnales.col.4.verſ.ex quo infertur.& ibi Iaſ.col.10.verſ. nunquid ergo.& Zazius col.2.& Lud.Gomes,col.11.verſ.& omnia prædicta. Inſtit. de actio. & Benedict.



nedict.in repe.cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.in j.gl.nu.765.Paris à Puteo in tract.Syndicatus,in verbo,ſuſpicio.col.vlt.

4 ¶Quanuis Ioan.Fab.in d.§.pœnales.verſi.& in eum.in prin. dicit non eſſe neceſſariam veniæ petitionem,cùm non reperiatur iure cautum, curialibus tamen(vt ipſe loquitur) eſſe, vt petatur: ſed & quod non requiratur veniæ petitio,tenuit Roma.ſibi contrarius in l.ſed ſi hac. §. prætor ait.ff.de in ius vocan.Sed prima opin.communior eſt, & verior: quam & confirmat quod ſcribit Bald.in cap. 1.§.vlt.col.iiij.verſic.dubitatur tandem.tit.de prohi.feud. alie. per Fed. quòd cùm reuerentia actionem furti excludat,ideò non poſsit propterea quis patrem ſpiritualem actione furti conuenire,arg. l.non debet.ff.de dol.

*Nõ poteſt quis patrẽ ſpiritualẽ actione furti conuenire.*

5 ¶Quadrat & ſuperioribus,quod plerique non contemnendæ authoritatis viri ſcripſerunt, poſſe recuſari iudicem compatrem,ſiue patrem,aut filium ſpiritualem partis aduerſæ.Nam id voluit Spec. tit.de appel.§.nunc dicamus.verſi.circa hoc autem.in ij.parte.& ſentit in titu. de relat. §. qualiter.in tertia forma,incip.ſanctiſsimo,& c.nouerit ſanctitas veſtra, &c. & Ioan. And. qui id tamen dubium eſſe dicit in c.Romana.§.quòd ſi obiiciatur,& ibi Domi.col.pen.verſicu.in fin.gloſſ.& ex primo de appel.lib.vj.& in c.cùm ſpeciali,ſuper iiij.gloſſ.& ibi etiam Imol.col.v.verſi.& not. quòd vbi etiam. Panor.col.ij.verſic.& pone exemplum.Philip.Dec.col.ij.eod.tit.Imo.in c.prudentiam. col.vj.verſic. in gloſſ.duobus.de offic.deleg.Philip.in c.poſtremo.col.vlt.de appel.Firmia.in tract.de epiſc. in iiij. parte,lib.iiij.col.viij.verſic.ſecunda ſi eſt compater, & in ſuo fertili indice, ſeu manis repertorio,in verbo, compater.verſic.xiij.& Iaſon in l.cùm apertiſsimi.col.iij.verſi.ſexta cauſa. C. de iud.Bened. in rep.d.c.Raynutius.in verbo,in eodem teſtamento relinquens.huius initij.ij.num. xx. de teſta.vbi tamen id dicit tum demũ procedere,ſi ex more patriæ tanta ex hac neceſsitudine oriatur amicitia, quanta inter conſanguineos.

*Recuſari quomodo poſsit iudex.*

6 ¶Quin & non parum multi maximæ authoritatis fuerunt in ea ſententia, vt exiſtimarint iſtos non eſſe teſtes idoneos.in hac enim fuit Bald.in d.l.generaliter.ff.de in ius vocan. & ibi Alexand. col.ij. verſi.ex iſta æquiparatione.Saly.in l.teſtis idoneus.ff.de teſti.per tex.in l.ſi quis alumnam. & ibi not. C.de nupt.& Raph.Fulg.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de in ius vocando.Alex.ſubdubius tamen, conſ.143. quoniam abundè,& rectè concluſum.col.ij.verſ.quidam etiam ex illis teſtibus.lib.ij.& conſ.34.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Cer.col.vj.verſi.ad hoc etiam accederet.lib.3.vbi tamen dicit in ea re non ſe facere magnũ fundamentũ.Phil.Fran.qui id dicit ſing.in c.j.in prin.col.3.verſ.in gl.in verbo, ſpiritualem.de cognat.ſpir.lib.6.Steph.Bertran.conſ.178.viſo proceſſu.num.13.lib.2.& Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ,cuius eſt exordium,mores diſſolutè viuentium.verſi.xxx.

*Supradicti omnes, non ſunt teſtes idonei.*

7 ¶Contrarium tamen tenuerunt alij multi,& numero & authoritate ſuperiores, & nonnulli ex illis, ſcilicet Bar.conſi.92.in quæſtione vertente inter dominum Simonem.col.3.verſi. nec obſtat quòd ipſe eſt Sanctolus pater.& Bal.ſibi contrarius in l.parentes.col.ij.verſic. quæro igitur vtrum lex noſtra.& ibi etiam Saly.ſibi quoque contrarius.C.de teſti.idem Salyc. & Florin.in d.l.teſtis idoneus. ff. eo.Rom.Alexan.ſibi contrarius,Soci.& Iaſ.in d.l.generaliter.ff.de in ius voc.Io.Ana.in c. cùm dilectus.col.vlt.de accuſat.Ioan.Plat.in §.teſtes.Inſtit.de teſt.Alber. Maleta. in tract.de teſti.in j. parte j. partis,col.8.in paruis.verſi.ſed quid erit de patre.Alex.in addi.Bar.in l.in legibus.ff.de teſti.& conſil. xlij.in cauſa & lite vertente.col.vlt.verſ.nec obſtat quòd vnus.lib.3.& conſi.cxxv.viſo themate.col. ij.lib.4.& conſi.clxxxvj.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ser Ioannem.col.ij.verſi.non obſtat etiã ſi diceretur.lib.7.Fran.Are.in c.cùm oporteat.col.4.verſi.nunquid autem conſanguinitas. de accuſat.Corn.conſi.lxj.viſa copia proceſſus.col.3.verſic.oſtenſa itaque.lib.3. Cæpola cauſarum ciuilium conſi.v.in quæſtione vertente.col.j.verſic.nec etiam ex eo.& Fely.in c.cùm nuntius.col.j. verſi.& inquãtum Doct.de teſti.& Iaſon in d.l.cùm apertiſsimi.col.2.verſi.facit quod ſingulariter.C.de iudic. & in d.§.pœnales.vbi ſuprà,Inſti.de acti.Carol.Ruinus conſi.81.viſo proceſſu.col.7.nu.19.lib.3.Lanfra.Oria.in rep.c.quoniam contra falſam.in materia teſtium.de prob. Aufrer. in tracta.de reprobationibus teſtium,in litera p.verſi.pater ſpiritualis.Bened.in d.c.Raynut.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,nu.767.Stepha.Bertran.ſibi item contrarius, conſil.300.nobilis non multò ante fin. lib.2.& nouiſsimè Viglius Phrygius in §.pater.in gl.j.in fi.Inſtit.de teſta.

*Qui contrariũ tenuerunt.*

8 ¶Qua in re illud veriſsimum eſſe exiſtimo,quod traditum eſt à Fulgo.conſ.xj.emphyteuta,ad medium,non omninò hos repellendos eſſe,ſed eorum fidem non eſſe vſquequaque integram:quod & ipſum quoque voluerunt Alex.conſi.237.perſpectis his.col.vlt.verſ.& poſita.lib.6.& Firmi.in d.ſuo repertorio,in verbo,compater.verſi.xiiij.Philip.Dec. qui id dicit relinqui arbitrio iudicis. in c. cùm ſpeciali.col.ij.verſi.decimoquartò.tertiò Abbas concludit.de appel.Fran. Ripa in l.admonendi.nu. 181.ff.de iureiur.Alciat.dum dicit illos non eſſe omni exceptione maiores.in d.l.j.in prin.C.de in ius voc.At Fran.Cur.in d.tract.de teſtib.concluſ.30.adeò obſcurus,vt vix intelligi poſsit quid ipſe ſentiat,licèt in hanc partem inclinare videatur.

*Fides parẽtum ſpiritualium nõ eſt uſquequaque integra.*

9 ¶Adde & tu ſuperioribus,quòd huiuſmodi patres ſpirituales,hos filios tenentur alere, vt patres naturales,ex ſentẽtia Ioan.Fab.in l.j.C.de alen.lib.& Bal.qui tamen dubitat,in auth.niſi rogati.col.vlt. C.ad Treb.Philip.Fran.qui id dicit no.in d.c.j.de cogna.ſpiri.lib.6.Nicol.Peru.& ipſe quoque nutabundus in tract.ſucceſ.ab inteſt.char.3.in paruis,verſi.ſeptima & vltima ſpecies.Barb.in rep.c.Rayn. col.37.verſi.& adduco.de teſtament.Fran.Cur.in d.tract.de teſti.conclu.30.ad fin.Catel. Cot.qui in ſing.dicit in memo.inci.commater. Budæus vir vtique admirandus in lib.j.de Philologia, vbi ſcri-

*Filios alere tenentur patres ſpirituales, ut naturales.*

bit proditam eſſe quandam actionem honorariam,ad horum nutrimentum,ſi egeant: & nouiſsimè Ludo.Goza,conſi.13.in hac cauſa.col.2.nu.18.licèt contrarium non obſcurè videatur tenere Bened. in repet.d.c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.nu.767.

10 ¶Sed & adde,quod ipſe Ioan.Fab.tradit,in §.ſunt prætereà.verſi. ſed ſi quis. col.j.& ibi quoq; Ioan. Plat.& Ang.Are.vterq; item col.j.Inſti.de actio.quòd hæ perſonæ ſpirituales, de quibus loquimur, non poſſunt conueniri,niſi inquantum facere poſſunt,quemadmodum parẽtes naturales, de quibus in d.§.Et quod item Barb.conſtanter firmauit in rep.l.cùm acutiſsimi,col.125.verſic.faciat elegans. C.de fideic.hos filios naturales excludere ſubſtitutos.Sed huic ſententiæ apertè reſiſtit Bal.in d. authent.niſi rogati.col.pe.verſ.ſed tunc quæro.C.ad Treb.& plerique omnes, quos tibi collegimus in d.l.ſi vnquam.in verbo,ſuſceperit liberos.nu.26.incip.nec item ſpirituales.

*Parentes ſpirituales quando poßint conueniri.*

11 ¶Sed quod minimè dubium eſt noſtris legum interpretibus,licèt nulla legè cautum ſit, mulier poteſt accuſare occiſorem ſui compatris,vt aliàs ſuorum iniuriam proſequi:id enim magna authoritate ſcribit Bal.in l.j.col.12.verſ.ſed an commater.C.qui accuſ.non poſſ.Rom.loquens de filia ſpirituali,in l.quanuis.col.vlt.ff.de in ius vocan.Alex.d.conſil.34.vbi ſupra citauimus, lib.3.Ioan.Ana.in d.c. cùm dilectus.col.vlt.de accuſ.Bertran.Laud.in addit.Albert.Gand.in tit.qui accu.poſſ.col.3.Iaſon in d.l.generaliter.col.j.ff.de in ius vocan.& in l.apertiſsimi.col.2.verſi.ſexta cauſa.C.de iudi. vbi id dicit ſing.ſed vtrobique erranter citat Bal.in l.j.C.vnde vi.Catel.Cotta,qui & hoc dicit ſing. in d.memor.commater.& Steph.Bertr.con.178.lib.2.

*Vt mulier ſuorum poteſt iniuriã proſequi, ſic occiſorẽ ſui compatris.*

12 ¶Cætera autem hos ſpirituales neceſſarios tangentia, videbis in dictis noſtris commentariis in d.l. ſi vnquam.Sed quod ad hunc noſtrum caſum ſpecialiter pertinet, ſequendum arbitror Paul. Caſtr. qui hoc caſu mitiùs puniendum cenſet,qui compatres,patréſque ac filios ſpirituales receptarunt:neque enim deeſſe affectionem,quæ illos moueat.

*Parentum ſpiritualium affectio.*

## CAVSA VIGESIMASECVNDA.

1 VIGESIMOSECVNDO, Si conſanguineorum fauor efficit,vt quòd propter eos admiſimus,non ſit ſeueriùs puniendum,non minùs & amicorum cauſa id efficere debet,cùm amicitia neceſsitudini anteponenda ſit, aut certè non poſthabẽda, vel ex Platonis Philoſoph.antiſtitis ſentẽtia, in qua etiã fuiſſe videtur Solõ Athenienſiũ Legiſlator,qui cùm permiſiſſet pro voluntate cuiuſque,niſi ſui eſſent filij, hæredem conſtitui,ex hoc enim viſus eſt(vt ait Plutarchus in vita illius) amicitiã propinquitati,& gratiam neceſsitudini, etiam bonorũ in ſucceſsione præferre, præterquam tamen filiorum,quos is excipit.Iſocrates orator eximius ad Demonicũ ſcribens,miris effert laudibus Hipponicum ipſius Demonici patrem, quoniam magis approbabat ſui ſtudioſos, quàm propinquitate vlla coniunctos,exiſtimabátque ad ſocietatem eſſe potentiorem natura legem, mores genere, delectum neceſsitate.

*Amicitia eſt neceßitudini anteponenda.*

2 ¶Nec deſunt Latini ſcriptores huius ſententiæ aſſertores.D.enim Ambroſ.(nã à diuis primùm exordiendum eſt)ait:Plerũque amici ſe potiùs beneuolentię quiſq; cõmittit,quàm fratris neceſsitudini. Valerius Maxi. author grauiſsimus,c.7.lib.4.in hæc verba exorditur,Contẽplemur nunc amicitiæ vinculum potens,& præualidũ,neq; vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: hoc etiã certius & exploratius,quia illud naſcendi ſors fortuitum opus,hoc vniuſcuiuſque ſolido iudicio incoacta voluntas contrahit.Itaq; celerius ſine repræhenſione propinquũ auertere,quàm amicum:quia altera direptioni vtique iniquitatis,altera vtique leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cùm enim deſerta ſit futura vita hominis, nullius amicitiæ cincta præſidio, tam neceſſarium ſubſidium temerè aſſumi non debet:ſemel autem appræhenſam rectè ſperni non conuenit.hæc ille.

*Amici beneuolentiæ ſe quis magis committit quàm fratris neceßitudini,ex D. Ambroſ.*

3 ¶Sed & vtroque prior Tullius,lib.j.Offic.Sanguinis(ait)coniunctio,& beneuolentia deuincit charitate homines:magnum eſt enim eadem habere monumenta maiorum,eiſdémque vti ſacris, ſepulchra habere cõmunia:ſed omniũ ſocietatũ nulla præſtantior eſt,nulla firmior,quàm cùm viri boni, moribus ſimiles,ſunt familiaritate coniuncti.Idem quoq; in Lælio,hanc ſententiã, hac item ratione comprobat,Ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt,ex amicitia non poteſt: ſublata enim beneuolentia,amicitiæ nomen tollitur,propinquitatis remanet: ergo illud in quo neceſſariò beneuolentia permanet,anteponendum eſt ei,à quo beneuolentia remoueri poteſt.Hæc ille. Quòd autem ex propinquitate beneuolentia tolli poſsit,imò verò plerumque tollatur,ſatis docet illud Ouidij vulgò notiſsimum lib.j.Metamor. *Fratrum quoque gratia rara eſt.*

*Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuinci charitate homines.*

Cuius è noſtris meminit Barb.conſ.20.illud afferã in mediũ,quod Deo ſupremo.col.12.verſic. cùm ergo tẽpore.lib.ij.& conſ.53.à Ioue principiũ.col.pe.lib.3.& conſ.87.propè eſt dominus.col.3.verſ.& in hoc fratre.lib.4.ſecundum quam ſententiam, Trebellius Pollio in Claudio, vice miraculi eſſe opinatur fratres amare,cùm dicit,Amauit & fratres,iam poteſt eſſe dignum miraculo.

4 ¶Id quod apertè ex Cicero.ſententia,& argumento,demonſtat amicitiam,propinquitati longo eſſe interuallo præferendam.Quod & recentiores Theologi adſtruunt,qui cũ de ordine charitatis diſſerunt,cenſent coniunctos ſanguine,in his duntaxat quæ ipſam concernunt,amicis anteponendos, in cæteris poſtponendos arbitrantur,vt licet videre per D.Thomam 2.2.q.27.& Anto. Flo.in 4.parte ſummæ,tit.6.c.5.At alibi idem D.Thom.in eo videlicet opuſculo, quod ſcripſit de dilectione Dei, & proximi,ſimpliciter aſſerit amicitiam conſanguinitati præponderare.

*Amicitia propinquitati præferenda etiam ex Theologis.*

¶Apud



5 ¶Apud Iuriſconſultos,qui ordinem ſcripturæ inſpiciẽdum iubent,l.generaliter.ff.de fideicom.liber. cum ſimilib.non ſemel reperimus charitatem neceſsitudini in ordine ſcripturæ prælatam.l.ſi ſeruus plurium .§ .vlt. ibi, *legatarij charitas, & neceßitudo*.ff.de leg.j.& l.Theopompus.in illis verbis, *amici mei, & cognati*. ff. de dote præleg.& l. ſed ſi plures.§.in arrogato.in fin.ibi, *amicus, vel cognatus*.ff.de vulg.& pupil.ſub.& l.affectionis,ibi,*amicos, vel neceſſarios*.ff.de donat.Et hoc quoque ſatis ſentire videtur Panor.in c.vlt.ad fin.de poſtu. prælator. notans ex dicto Vincen. quòd ibi propinquitas præfertur amicitiæ,quaſi dicat ſecus eſſe alibi.

*Charitas neceßitudini in ordine ſcripturæ prælata.*

6 ¶Quid plura?fraterna propinquitas,atque amicitia cæteras omnes(paternam ſemper excipio) facile antecedit,eſt enim Heſiodi ſententia in eo opere,cui tit.eſt, Ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

*Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.*

*Fraterna amicitia cæteras antecellit.*

Cui accedens Mycipſa in oratione,quam moriens ad filios habuit,apud Saluſtium in Iugurtha, inquit: Quis autem amicitior,quàm frater fratri? Et Quintilianus auus declamatione 321.Quæ poteſt amicitia eſſe tam fœlix,quæ imitetur fraternitatem? Certè quoties blandiri voluimus his, qui eſſe amici videntur, nulla adulatio præcedere vltra hoc nomen poteſt, quàm vt fratres vocemus. Et paulo pòſt,Nam quid eſt aliud fraternitas,quàm diuiſus ſpiritus? Et vt inquit P. Nigidius apud Gellium lib.12.c.10.atque etiam Feſtus Pompeius lib.6.frater dicitur,quaſi ferè alter. Ideóque Cicero lib.ij.Epiſtolarum familiarium ad Cælium,de fratre loquens:Quoniam(inquit)alterum me reliquiſſem.Quàm copioſè,vt ſcribit Valerius lib.v.c. item v. in princip. ſuauitatis illa recordatio eſt. In eodem domicilio antequam naſceretur, habitaui, in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi, eoſdem appellaui parentes, eadem pro me vota excubuerunt,parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi,chara eſt vxor,dulces liberi,iucundi amici,accepti affines, ſed poſteà cognitis, nulla etiam beneuolentia accedere debet,quæ priorem exhauriat.

7 ¶Refert Herodotus in Thalia, quòd cùm Darius, qui primus huius nominis fuit,Rex Perſarum, Intaphernem capite damnaſſet,eiúſque liberos, atq; omnem demum eius familiam ad necem vinciri iuſsiſſet, vxor tamen ipſius Intaphernis illum ad eam miſericordiam adduxit, vt ei obtulerit vnius electionem ex vinctis domeſticis ſuis,quem vellet liberari: illa autem ex omnibus fratrẽ delegit.quod admiratus Rex,ab ea quæſiuit,quamobrem viro,filiiſq; prætermiſsis fratrẽ elegiſſet, vt ſupereſſet,qui & remotiori ab ſe gradu,quàm filij,& minùs iucundus,quàm maritus?cui illa reſpondens,Rex(inquit)maritus mihi alius,atque alij liberi,ſi hos amiſero eſſe poſſunt,alius frater parentibus meis iam vita defunctis nulla ratione eſſe poteſt.Quo reſponſo delectatus Darius,eum,quem mulier optauerat,miſſum fecit,& filiorum natu maximum,cæteris omnibus interfici iuſsis. Cui ſimile eſt quod Antigone apud Sophoclem,in fabula eiuſdem nominis,dicit ſe fratrem viro, ac filiis anteponere,his enim amiſsis alios facilè comparari,fratrem verò,ſi parentes obierint,nunquam ſibi naſciturum eſſe.Quod & retulit Ariſtoteles lib.Rhetoricorum iij.c.xlvj. verſus autem Sophoclis in eam ſententiam,hi ſunt:

*Parentibus defunctis alius frater nullatenus eſſe poteſt.*

Πόσις μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν,
Καὶ παῖς ἐπ' ἄλλου φωτὸς εἰ τοῦδ' ἤμπλακον.
Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν
Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
*Marito mortuo alius eſſet,*
*Et alius gnatus,ſi hunc amitterem.*
*Sed matre & patre ſepultis*
*Non poteſt iterum naſci frater.*

8 ¶Apud Iuriſconſultos non ſemel fratres,ſororéſque vocantur dulciſsimi.l.cum pater.§.dulciſsimis: ff.de leg.ij.& l.Thais.§.ſorore.ff.de fideicom.liber.Et alibi chariſsimi,in eadem l. Thais.§.Lucius. extátque deciſio Dominorum Rot.non valere reſignationem beneficij factam, vt frater liberetur è carceribus,tanquam metu factam:cùm illata fratri contumelia,mihi inferri cenſeatur, per iura quæ allegant deci.463.dubitatur an valeat reſignatio,in nouis.aliàs eſt deciſ.7.ſub tit.de renunt.

*Fratres & ſorores uocantur dulcißimi à Iuriſconſ.*

9 ¶Vetus eſt apud Platonem lib.2.de Rep.adagium, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, id eſt,frater viro adeſto, de fido auxilio dici ſolitum, quoniã in rebus periculoſis vix vnquã frater ſolet deeſſe fratri. Quod ex Homero ſumptum idem Plato teſtatur in Protagora, vbi Socrates Prodicum aduocans,vt Simonidem eiuſdem ciuitatis hominem,à Protagoræ calumnia tueatur:Videor equidem (inquit)aduocare te(quemadmodum ait Homerus)Scamãdrum ab Achille obſeſſum, Simoëntem aduocaſſe, ſcilicet lib.Iliados 21.

φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ
σχῶμεν. id eſt, ad verbum,
*Dilecte frater fortitudinem viri ambo*
*Impediamus.*

*Frater uiro adeſto,de fido auxilio uetus adagium.*

At Plutarchus in Cæſare tradit Caſcam, Cæſare retinente gladium, fratris auxilium verbis Græcis inuocaſſe:

ἀδελφὲ βοήθει.

10 ¶Verùm hãc tam magnam affectionem fraternam ſuperat,aut certè æquat amicitia.Eſt enim amiſ

*Amicitia æ-*

*quat fraternã affectionẽ quia eſt uelut quædã fraternitas.*

citia ipſa veluti quædam fraternitas, vt eſt text.in l.verum.in prin.iuncta gloſſ.ff.pro ſoc.& not.Soc. conſi.263.capio primum.col.6.verſic.ſed ad iſta reſpondeo,& Iaſon in l.quæ dotis.col. 13. in 3.caſu. ff.ſol.matri.Ideóque quos impensè diligimus,plerunque fratres vocamus,vt iam diximus ex Quintiliani ſententia,& atteſtatur Iuriſconſultus in l.nemo.§.j.ff.de hære.inſtit. vbi & illud quoque dicitur,non vitiari inſtitutionem amici extranei,ſub fratris appellatione factam,nec immeritò, nam(vt Menander ait)puta fratres veros amicos.

11 *Amicus dicitur alter ipſe, ut frater, ferè alter.*

¶Propterea quemadmodum frater (vt dictum eſt) dicitur quaſi ferè alter, ita & amicus veteri prouerbio, dicitur alter ipſe, quod ad Pythagoram authorem plerique referunt, alij ad Zenonem Stoicorum principem, qui interrogatus quis eſſet amicus, Alter (inquit)ego:author Laërtius. Cuius ſententiæ meminit Ariſtoteles lib.Ethicorum ix.cap.item ix. Idem lib. Magnorum moralium, ἔστι γὰρ ὥς φαμεν,ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ. id eſt, Eſt enim, vt dicere ſolemus, amicus alter ego. & Cicero in Lælio, & Diuus Hieronymus ad Auguſtinum ſic ſcribens, Cum amico, quaſi cum altero ſe, eſſe loquendum. è noſtris Barb.conſi.iij.clementiſsimi Dei patris noſtri.col.v.verſi.item adduco iura.libro ſecundo,& in repet. cap.Raynutius. quam Ioanninam vocant.de teſtamen.& in repet.l.cum acutiſsimi.colum.xj.verſiculo,& ſi verbis daretur audacia.C.de fideicommiſſ.Cui ſimile eſt quod Pythagoras effici in amicitia volebat,vt vnus fiat ex pluribus,ſicuti tradit Tullius lib.primo offic.& in Lælio.

12 *Leges pluris æſtimant amicitiam, quàm fraternitatem.*

¶Quid? quòd leges pluris exiſtimarunt amicitiam, quàm fraternitatem, vt quæ ſanxerint magis amicitiæ,atque conſortij rationem eſſe habendam, quàm fraternitatis, ad metiendam qualitatem rerum à fratre,eodémque commilitone donatarum, vt eſt text.not.in l.cùm allegas.C. de caſtren. pecul.lib.xij.vbi ſi frater ex commilitio amicitior factus, fratri commilitoni quidpiam donauerit, vt in peculio caſtrenſi habendum eſt,conſiderata potiùs qualitate amicitiæ ex militia auctæ, quàm fraternitatis:éſtque omnino ſimilis tex.niſi quòd generaliter de agnatis loquitur, in l.pen.in prin.ff. eod.tit.quarum legum authoritate ſubnixus Alber.in l.ſed & hæ perſonæ.ff.de procur. dicit amicitiam plus habere ponderis,quàm fraternitatem.

13 *Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit quàm frater.*

¶Itaque Salomon ille omnium ſapientiſsimus prouerb.xviij.c.in fin.Vir,ait, amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit,quàm frater.Et Eſdras ille propheta,& ſcriba Hebræus,ſermonis ordine palam docuit, cedere fraternitatem amicitiæ, cum ſcribit capite quarto, Non meminerunt, cùm biberunt, charitatem nec fraternitatem. Homerus ille ingeniorum fons vberrimus,ſuum Odyſſææ lib.8.ita claudit:

> Ἤ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
> Ἐσθλός,ἐπεὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
> Γίνεται,ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

Quibus ſignificatur amicum,ſiue ſocium gratum,bonum,& prudentem,fratre inferiorem nõ eſſe.

14 *Amicus amico non inefficaciter ſtipulari poteſt, ut frater fratri non inutiliter.*

¶Ex quibus forſitan pleriſque poterit videri, quòd ſicut frater fratri non inutiliter poteſt ſtipulari, quanuis alter alteri ſtipulari non poſsit,vt eſt gl.no.in §.ij.inſtit.de ſtipul.ſer.ita & amicus amico non inefficaciter ſtipulari poterit. Quæ ſententia primò confirmari videbitur per tex.ſing nondum ab aliquo(quem viderim)ponderatum,in l.ſi libertus artem.ff.de oper.lib.vbi ſi patronus fuerit ſtipulatus operas à liberto,qui artem Pantomimi, vel medicinæ exerceat, ea ſtipulatio & ad amicos patroni extenditur,quibus ludos edentibus,vel ægrotantibus, videtur ipſe patronus fuiſſe ſtipulatus,libertum operam gratuitam præbiturum,ſi ergo ex ſtipulatione in fauorem amicorum præſumpta, atque coniecturata tantùm,quis amicis obligatur, multò magis ex ſtipulatione pro amicis expreſsè facta,& quæ reuera interuenit, ne plus valeat præſumptio in caſu præſumpto,quàm veritas in caſu vero,habeátque tacitum plus roboris atque virium,quàm expreſſum, contra text. in l.qui ad certum.ff.loca.& l.filio.ff.de lib.& poſthu.cum ſimil.

15 *Verbis directis poteſt quilibet ſtipulari piis locis, & cauſis.*

¶Hanc opinionem ſecundò adiuuat hæc ratio,Si id facit pietas, ſiue pia cauſa, vt alter alteri poſsit ſtipulari,vt certè facit per gloſſ. in c.quoties cordis oculus,in verbo,ex parte.j.q.vij.per quam dicit Bald.in l.illud.col.ij.verſic.ego addo.C.de ſacroſ.eccleſi.quòd etiam verbis directis poteſt quilibet ſtipulari piis locis,& cauſis.& ad hoc facit illam ſing.& poſt eum Barb.conſil. lxxxvij.propè eſt dominus.colum.ij.libro iiij.de quo pleniùs dicimus in priuilegiis piæ cauſæ,conſequens eſt, vt id quoque amicitia efficiat. Sunt enim amicitia,& pietas quadam cognatione connexæ, & quodammodo fraternizant: cuius rei etſi deeſſent alia teſtimonia, illud ſanè ad id probandum ſufficeret, quòd quemadmodum amicitia Diis & parentibus peculiariter, priuatímque debetur,vtpote cum duobus præceptis decalogi,primo,ſcilicèt primæ tabulæ,& primo item ſecũdæ tabulæ ſpeciatim præcipiatur:ita & pietas propriè,& veluti domeſticè erga Deos,& parentes dicitur, vt perſpicuum eſt omnibus,& probatur:Primùm quidem de Deo,per id quod ſcribit Cicero in Topicis,æquitatem tripartitam,quòd vna ad ſuperos Deos,quæ pietas appellatur,&c.Et quod in libris quos ſcripſit De natura Deorum,in multis locis oſtendit pietatem obſeruari,potiſsimùm circa obſeruantiam diuini cultus, quod & D.Auguſt.ſæpiùs ſcriptum reliquit, & præſertim in libris de Ciuitate Dei, & in eo lib.qui Enchiridion inſcribitur,vbi & eandem dicit appellari,quæ à Græcis εὐσέβεια,vel certè θεοσέβεια dicitur,quarum vtraque ad religionem, & ad Deum pertinet. Ideóque Speuſippus Platonis diſcipulus, in ipſius Platonis diffinitionibus, hanc ita deſcribit: Pietas eſt iuſtitia erga Deum voluntaria veneratio Dei, recta honoris diuini ſcientia. Et hoc nimirum confirmat, quod legum interpretes





dixerunt,piam cauſam definientes,tam ſuper l.j.C.de ſacro.eccl.& in authen.ſimiliter.C.ad leg.Fal. quàm alibi ſæpè,illam videlicet ad Deum ferè referentes. Et ſanè ſemper dicitur relictum in piam cauſam,quod Deo relinquitur,vt dicit Pet.Peru.in tracta.canonici epiſco.c.x.per tex.in l.j.§.ad municipum.ff.ad l.Falc.& ſequitur Firmi.in tract.de Epiſco.in iiij.parte.lib.iiij.in xxxj.q.ver.congruenter.cum multis aliis concor.à me collectis in commentariis piæ cauſæ,propterea tex.in §. quia verò multùm in auth.vt ſine prohib.mat.appellat impietatem,Dei offenſionem.

*Liberi parentibus pietatem non operas debent, cum qua amicitia fraternizat.*

Secundum de parentibus ſatis noſtris legibus(ne longè exempla repetamus)comprobatur in l.2. ff.de inoffic.teſta.& in l.pen.ff.de obſe.liber.vbi hæc verba ſcribuntur:Nam pietatem liberi parentibus,non operas debent.cui concinnens Seneca lib.vj.de beneficiis.Debemus(inquit)parentibus noſtris pietatem.Pietas ergo(vt iterum dicamus) & amicitia cum iiſdem propriè debeantur, fraternizant.Non mirum igitur ſi Tullius parens eloquentiæ, qui nominum proprietates probè intellexit, hoc pietatis nomen,cùm ad amicum ſcriberet,ſtudioſè vſurpauit in epiſtola ad Lentulum,quæ prima eſt familiarum epiſtolarum:Ego(inquit) omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus.

*Amicus uicem procuratoris obtinet.*

16 ¶Huic item opinioni tertiò adſtipulatur,quòd amicus vicem procuratoris obtinet,vtpote qui ſine mandato id poſsit facere quod procurator,etiam cum mandato,vt paulò infrà dicetur. Sed procurator non ſolùm poteſt domino ſtipulari,ſed & id in dubio,cùm res illius agit,facere intelligitur. l. poſt dotem.& ibi Doctor.ff.ſol.matr.cum ſimilib.Ergo & amicus id poteſt.

*Satis alicui acquirit, quod amico ipſius.*

17 ¶Facit quartò text.not.in l.ſi vnus.§.j.iuncta gl.ſing.in verbo,videmus.ff.de pact.vbi licèt alteri per liberam perſonam acquiri non poſsit,l.vlt.C.de acq.poſſ.cum ſi.poteſt tamen amico per amicum,ea potiſsimùm ratione,qua ſatis videtur alicui acquiri,quod amico ipſius acquiritur. Quanquam Bal. & Ang.ibi eam gl.videantur intelligere,quando amico acquiritur liberatio eius rei, in qua propter me grauabatur,verbi gratia,quia pro me fideiuſſerat,in quo caſu loquitur tex.ibi. Sed vtcunque ea gl.intelligatur,eſt proculdubiò in ratione amicitiæ maiorem in modum notanda,atque(quod monent ipſi Bal.& Ang.)menti tenenda.

*Iaſon id non admittit.*

18 ¶Sed Iaſon ibi illud non admittit, dicens huiuſmodi intereſſe amicitiæ non ſatis eſſe, vt quis alteri ſtipulari poſsit,vel paciſci,vt voluit gl.not.in l.fideiuſſori.in verbo,neque enim,& ibi Doct. ff.eo.& videtur eſſe tex.in l.iij.§.ſed & fortè.ff.iudic.ſol.

*Quæ fiunt ab amicis nil diſtant ab iis quæ nos facimus.*

19 ¶Sed & quintò ad ſupradictam ſententiam,quæ admittit ſtipulationem fratris pro fratre, accedit, quod pulchrè dicit Bald.conſi.ccccxxxj.& quia in accuſatione inſtituta.verſi.quinta ratio.lib. iiij. ea quæ fiunt ab amicis nihil ab his diſtare,quæ nos ipſi facimus,argu.l.cùm ſeruus.ff.de verb. oblig. & l.liberto.ff.de negot.geſt.

*Stipulatio amici ratificata æquè debet prodeſſe ac procuratoris.*

20 ¶Sextò,hanc ſententiam fulſit hæc ratio:Ratihabitio ſequens retrotrahitur, & mandato æquiparatur.l.vlt.in fin.C.ad Maced.Ergo ſtipulatio non ſolùm amici,ſed & potiùs extranei ab eo ratificata, pro quo fuit interpoſita,æquè debet prodeſſe,atque ſtipulatio procuratoris,qui mandatum ab initio habuit,vt ratihabitio tetrotrahatur.

*Author hæc de amici ſtipulatione ſcripſit exercendi ingenij gratia.*

21 ¶Hæc quidem ſcripſi magis exercendi mei,aliorúmque ingenij,quàm vt ſperarem me legum peritis perſuaſurum amicum,pro amico poſſe ſtipulari,cùm ne frater fratri ſtipulari poſsit,niſi cùm ſunt in eiuſdem poteſtate,prout etiam intelligit gl.quam citauimus in §.j.Inſtit. de ſtip.ſer. eadem videlicet ratione,qua pater filio,quem habet in poteſtate,ſtipulari poteſt,& contrà filius patri, in cuius eſt poteſtate,& ſeruus domino,vt eſt tex.in d.§.j.& in l.quodcunq;.ff.de verb.obli. Quòd ſi filius ſit emãcipatus,nõ poteſt ſtipulari patri,per l.debitor.§.vlt.ff.ad Treb.& voluit Bar.in l.quod dicitur.§. vlt.ff.de verb.oblig.& Bal.in l.executorẽ.col.iij.ver.ſi verò non eſt præſens.C.de execut.rei iud.vbi reddit rationem,quia patria poteſtas,quæ inuenta eſt ad acquirendum,euanuit. Subdítque per eandem rationem,idem eſſe in filio naturali tantùm, vt videlicet non poſsit patri ſtipulari, quia in eo ceſſat patria poteſtas:& vtrunque ſequitur Iaſ.in d.l.quodcunque.in prin.& in d. l. quod dicitur. col. xiij.verſi.quintò quærit.Nec è diuerſo pater filio emancipato, vt tenuit Petr. Beſutius in d.l.quod dicitur.per tex.in l.ſi genero.cum gl.C.de iur.dot.& alia quædam quæ allegat: de quo tamen vide Bal.in l.cum dos.ff.de pac.dot.Bar.Imo.Raph.Cu.Alex.& Iaſ.d.l. quod dicitur. Bart.in l. ſtipulatio iſta habere.§.ſi ſtipuler.in 8.fal.ff.de verb.oblig.Imo.Paul.Caſt. Alex.& Iaſ.in d.l. quodcunque.§.ſi quis ita.eod.tit.Nec etiam mater ſtipulari filio poteſt,quòd ſine dubio eſt,id atteſtantibus Bart. in l. pactum dotale.C.de pac.conuen.& in l.pater.per illum text.eod.Cy.& aliis in l.ij.C.de prætor. ſtip. Bal.in d.l.executorem & in l.cùm dos.ff.de pac.dot.& l.Caius.& ibi Imo.ff.ſol.matr.& nemo hactenus contradicit,licèt videatur tex.in contrarium in l.Publia.ff.depo.Nec etiam in contrarium filius matri,per l.inter ſocerũ.§.cùm pro ſe.& ibi Bal.ff.de pact.dot.& in l.debito.§.ea quæ.& ibi no.Alex. ff.ad Treb.& not.etiã gl.in d.l.Publia.in prin.in verbo,filio.ff.depo.Cy.in l.ij.C.de contrah.& commit.ſtip.& Doct.in d.l.quod dicitur.ff.de verb.obli.Nec denique maritus vxori,ſecundum Raynal. & Alex.in l.pactũ.C.de pact.cum tamen amor coniugũ cæteros ſuperare videatur, vt latè diximus in noſtris comment.ad l.ſi vnquam.in præfat.nu.12.incip.ſed vt redeamus.C.de reuoc.donat.

*Amicitia ſuperat parentum affectionem ex Iuriſconſ. etiã.*

22 ¶Quid ſi oſtenderimus,vel noſtrum Doctorum authoritate,amicitiam ſuperare parentum affectionem, qua nullam eſſe maiorem ferunt,vt & latè oſtendimus in verbo,liberis,nume.96. incip. nam amicitia.& multis ſeq.Sed vt clarè id quod propoſuimus,liqueat,id primum ſcire oportet, eſſe text. not.l.alimenta.§.j.ff.de alim.& cib.leg. vbi licèt aliàs appellatione libertorum non veniant liberti li-

bertorum,vt eſt tex.in l.pater.§.duobus.ff.de legat.iij.& l.Modeſtinus.ff.de verborum ſigni.veniunt tamen liberti libertorum,quo ex ſingulari dilectione teſtator,qui teſtamēto quidquam libertis ſuis relinquit,vt ſuos tractabat.& ex hoc not.Bar.in d.§.duobus.quòd licèt appellatione filiorum,nō veniant filij filiorum,id eſt nepotes.l.quòd ſi nepotes.ff.de teſta.tutel.& l.filij.& l.iuſta. & l. liberorum. ff.de verb.ſigni.fallit tamen in nepotibus,quos teſtator ob ſingularem amorem,vt filios nominabat, atque tractabat:quod dictum ſequitur Alex.ibi in addit.& Roma.in rep.l.ſi verò.§.de viro.in 35.fal. in prin.ff.ſol.matr.Ex quo facilè colligitur,maiorem haberi rationē affectionis & dilectionis,quàm qualitatis nepotis,niſi & ſingularis adſit dilectio.

23 *Id omne obtinet inter amicos,quod de iure inter coniunctos.*

¶Igitur cùm omnium ſententia,amicitia nulla ex parte ſit neceſsitudini poſthabēda,ideò quidquid à iure ſtatuitur inter coniunctos,& neceſſarios ratione affectionis ſanguinis, hoc ipſum quoque obtinet inter amicos,vt not.Panor.vir omnium opin.iuris peritia clariſsimus,in c.requiſiſti.col.pen. de teſtam.per gl.ibi,in verbo,præſumitur,& in verbo,nec eſt.& Alexan.in l.exigendi.col.ij.verſic.& id quod dicitur.& ibi etiā Iaſ.col.ij.& rurſum col.v.verſ.contrariam opinionem.C.de procur.& Barb. in l.ſciendum col.xxxiij.verſi.ego tetigi iſtum paſſum.ff.de verb.oblig.vbi facit ſing. gl.in d. verbo, præſumitur.& in c.cùm M.Ferra.col.vj.verſi.quinimo dico fore.de conſtit.c.nonnulli.de reſcript.& c.coram.col.v.verſi.pro declaratione.de offic.deleg.& in rep.c.Raynaldus.col.118.verſic.vndecimò limita.de teſta.& conſi.75.ſapienter ſcribitur.col.v.verſi.item dicit iſte.lib.iiij.Fely.in d. c. quoniam abbas.col.iij.verſi.capio illud.vbi & illam gl.dicit ſing.de offic. deleg. & Iaſ.in l.ſi res obligata.col.ij. verſi.adde aliud.ff.de leg.j.& in l.Titia.col.vj.verſi.vlt.circa iſtam.ff.de verb.oblig.& conſ.70. conſtat ex inſtrumento.col.vlt.lib.j.Alc.in l.latæ.§.amicos.ff.de verb.ſignific.Hippol.Marſi.in repet.rub. ff.de fideiuſſ.num.234.Ioan.Monteſer.in repetit.l.frater à fratre.col.vj.in 4.not.ff.de condict.indeb.

24 *Relictū à prælato conſanguineo præſumitur contemplatione perſonæ, nō eccleſiæ,ita & relictum ab amico.*

¶Innititur autem (vt iam diximus) Panorm.huius ſententiæ Princeps in d. c. requiſiſti.authoritate duarum illarum gloſſar.& alterius,quam poſteà deſignabimus,quæ & ad hanc rem (de qua tractamus)maximè pertinent:priores quidem in eo ipſo c.requiſiſti.in verbo,præſumitur.& in verbo,nec eſt.quæ dicit quòd ſicut relictum prælato à conſanguineo, præſumitur contemplatione perſonæ, non eccleſiæ relictum,vt ibi eſt tex.ita & relictum ab amico,per tex.ad id optimum in cap.quicunque.quod eſt ij.in princ.cùm dicit,*atque amicitia*.xij. q.3. quod & ipſum voluit Innoc. in c.ij.col.j.in verbo,diſponere.de ſepult.& Bald.poſt Pet.in authen.licentiam.col.j.C.de epiſcop. & cleric.arg.l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de leg.j.& in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff.de leg.ij.& l.qui habebat.ff. de reb.dub. & in l.ſocium qui in eo.§.vlt.ff.pro ſoc.

25 *Qui reliquit executorem teſtamēti amicū, nō dignitatem, ſed amicitiam cōſideraſſe uidetur.*

¶Altera autem gl.quam citat Panor.in d.c.requiſiſti.eſt in c.ij.in verbo,expreſſerit.de teſt.lib.6.quæ dicit,vt ipſe Panor.refert,quòd ſi quis reliquerit executorem teſtamenti amicum ſuum, ſub nomine dignitatis,videtur non dignitatem,ſed amicitiam conſideraſſe,ideò mortuo ipſo executore,non tranſit officium in ſucceſſorem in dignitate : quod & idem voluit ipſe Panor. in c. quoniam abbas. col.ij.verſi.ſed conclude ſic.de offic.deleg.vbi & ad hoc facit not.gl.in d.verbo, expreſſerit.quæ tamen nullam de amico facit mentionem,ſed tantùm de propinquo loquitur.

26 *Statuta in conſanguineis ratione affectionis, trahuntur & ad amicos.*

¶Stat ergo huiuſmodi concluſio,ſtatuta in conſanguineis ratione affectionis,trahi & ad amicos, ex quo & illud manare poteſt,quòd quemadmodum liberi, nec etiam cæteri capiunt legata ex teſtamento minùs ſolenni.l.vlt.C.famil.ercīſc.& l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam. vtpote cùm in huiuſmodi teſtamento condito à patre inter liberos,ſemper intelligitur clauſula codicillaris,vt voluit gl.reputata ſing.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.in verbo,non valuit.in fin.& ibi Imo.& recentiores.ff.de vulg.& pupil.Raph.Fulgo.in l.filij.C.famil.ercīſc.vbi ponderat gloſſ.ſimilem ibi, in verbo,ab inteſtato.& Alexand.in l.vlt.in ij.col.C.de codic.& idem Alex.& Iaſ. qui illam gl. dicunt ſing.d.§.ex imperfecto. Ita quoque & amici, veluti liberorum non abſimiles, ex teſtamento item minùs ſolenni legata capiuntur,vt voluit gloſſ. not.in l.in teſtamento. ff. de fideic.liber. quam alibi non reperiri dicit, & ſequitur Bald.in l.ſi iure.C.de teſta.manu.eam quoque ſing. dicit Mattheſi.in in not.xlj.nota mirabilem doctrinam.& Barb.conſil.iij.illud referam in mediū quod belliſsimè ſcriptum eſt colum.iij.verſic.ita propoſito.lib.item iij.& Iaſ.in l.j.colum.quinta.verſic. & clarum eſt. C. de ſumma Trinitate fide catholica,in lectura Ticinenſi.& in l. non dubium. colum.vlt. verſic.ideò tu reſpondeas.C.de teſtam.& in l.cùm alienam.colum.ſecunda.in iij.limitatione. C. de legat.Barb. in repetitione d.l.cùm acutiſsimi.d.colum.xj.& iterum conſi.xxij.clementiſsimum Deum oro. ver. primò dicitur in puncto. col. iij. lib. iiij.qui poſteà quàm dixit eam gloſſ.reputari ſing.ab omnibus, ſubiungit ſimilem eſſe in d.l.ſi iure.& pro his eſſe text.quem in d.l.cùm acutiſsimi. ſcribit à nemine vſque ad ſua tempora fuiſſe ponderatum in d.l.cùm alienam. Sed ( quod pace illius dixerim) illum ipſum text.ad hoc longo antè interuallo allegauit gloſſa in dicta l.in teſtamento. vbi & in eam rem multò melior eſt tex.quem & ipſum ad hoc facit ſing Roman. in repet.dict.§.de viro.in xxvj.fal.in prin.ff.ſol.matrimo.& conſi.clxxix.ampliſsime Doctor.col.pen. verſi.ad quod dicendum moueor. & Matheſil.d.not.xlj.

27 *Ardor liciti amoris habet uim clauſulæ codicillaris.*

¶Hincq;,ſcilicet ex eo,quod dicit ea gl.in d.l.in teſtamento,aſſumit Bal.in d.l.ſi iure.C.de teſta. manu.quòd ardor liciti amoris habet vim clauſulæ codicillaris, quod quidem licèt non audeat ſimpliciter affirmare,ſed tum demum ſolùm,ſi libertatis fauor concurrat, tametſi ipſe idem id ſine vllo delectu voluit,per eandē gl.ipſe Bal.in ſua Margarita,in verbo,Codicillus.verſi.penult. vbi & eam gloſſ.dicit ſingul.& Roman.in illis duobus locis nuper citatis.Alexand.in dict.l.cum alienam. col.ij. & ibi



& ibi Iaſ.in d.3.limit.& Barb.in d.l.cùm acutiſsimi.d.col.11.& in rep.c.Raynaldus.col. 118. verſ. vndecimò limita.de teſtam.& in rub.de reſcri.in clem.col. viij. in paruis.& in tract.de præſtan. Card. in 3.q.1.partis.col.2.verſ.& pro tanto dicit.& iterū col.14.verſ.& quod dixi.& d.conſ.iij.col.v.lib.4. & conſ.lxxvij.præclarè ſcribitur.col.2.lib.4.Soci.qui id ſing.dicit conſ.lviij.Ioan.col.3.verſ.accedit. lib.1.Iaſ.qui vbique fere id dicit ſing.in d.l.j.C.de ſum.Trini.& in l.exigendi.in 3.not.verſi. ſecundò facit.C.de procur.& in d.l.non dubium.C.de teſta.& in l.eam quam.col.vj.verſ. prima fallentia. & iterum col.9.verſ.circa decimū caſum.C.de fideic.& in l.verbis ciuilibus.col.3.verſ. tertius caſus. ff. de vulg.& pup.& in l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.col.vlt.ff.de legat.j.& Fely.in c.j.ad fi. de teſtib. Catel.Cotta in memor.incip.amor licitus.Alci.in d.l.latæ.§.amicos.ff.de verb.ſignifi.Panthal.Cald. in rep.l.2.col.71.verſ.ſecundo loco.C.de reſcin.vend.Hipp.Marſil.in d.rep.rub. de fideiuſſ. vbi ſuprà. & Bened.in c.Raynutius.in verbo,teſtamentū.huius initij 3.nu.46.de teſta.& Anto. Bauer. in rep.l. cùm filiofamil.char.4.col.vlt.ff.de lega.1.

28 ¶Ex hoc quoque Rom.d.conſ.clxxix.quo loco ſuprà citauimus,aliud depromit, quod & huc pertinet,ſcilicet quòd is ardor liciti amoris habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ,in primo teſtamento appoſitæ.Quod quidem dictum dicit ſing.Iaſ.in d.l.j.C.de ſum. Tri. & d.l.exigendi. vbi ſuprà.C.de procur.& in d.l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.col.vlt.ff.de legat.1.& in d.l.non dubium.col. vlt.C.de teſta.vbi etiam dicit hoc eſſe multùm notandum ad declarationem. l. ſi quis in principio teſtamenti,cum his quæ not.Bart.ibi.ff.de leg.3.& in l.ſancimus.C.de teſta.vbi & ipſe Iaſ. col. pen. id dictum memorat,& ſequitur,licet in d.l.non dubium.dicit ſe credere non eſſe verum.Sed id etiā ſequitur Alciat.in d.l.latæ.§.amicos.de verb.ſignifi.

*Ardor ille habet uim reuocationis clauſulæ derogatoriæ in primo teſtamento appoſitæ.*

29 ¶Nec hinc multùm abeſt,quòd ſicut legata debentur venientibus ab inteſtato, licet hæreditas ex teſtamēto non fuerit adita.l.j.& vlt.C.de codicil.cum ſimil.Ita & amicis teſtatoris debetur, vt voluit glo.not.in d.l.eam quam.in verbo,decimò propter pietatem,& affectionem.per text.in d. l. in teſtamento.quam gl.ibi omnes approbant, quos vide,& maximè Alex. & facit ſing.Bald.in rep. j. col.14.verſ.ſuper 9.quæſt.dicit prædictus Doct.C.de ſacro.eccleſ.Et vltra alios eam no.ad id quod ſuprà diximus,pietatem,& amicitiam comparari,vt videlicet,quæ ratione pietatis locum obtinent, ea quoque ratione amicitiæ procedant.

*Vt legata debentur uenientibus ab inteſtato ante aditam hæreditatem,ſic & amicis.*

30 ¶Quibus & proximum eſt,quod voluit Gul.Cu.in d.l.cum alienam.quem & ibi refert, & ſequitur Alex.col.2.verſ.in gl.ſi.ibi,æſtimat.vbi hinc occaſione ſumpta,quod text.ibi dicit legatum rei alienæ ignoranter factum non valere,niſi fiat coniunctæ perſonæ, ſcribit quòd amicus quem teſtator diligit vt coniunctū,licet re vera non ſit coniunctus,habetur tamen pro coniuncto in caſu d.l.arg.l. ſi ſeruus pluriū.§.ſi.ff.de leg.j.& d.l.nemo.§.j.ff.de hær.inſtit.Quod & idem voluit Fulg.in d.l.cùm alienam.loquens in amico valde dilecto,quo videlicet teſtator ſæpè plus afficitur, quàm cōiunctis perſonis.& ibi etiam Pau.Caſt.loquens in familiari dilecto,qui longo tempore ſeruiuit teſtatori, & ibi quoque Iaſ.in dicta 3.limitat.& Barb.in d.c.Raynaldus.d.col.xj.vbi ad hoc allegat gl.quam dicit valde ſing.in d.l.cùm alienam.quamuis gloſ.ibi nihil dicat,ſed credo quòd voluerit allegare text.in d.l.cùm alienam.qui optimè ad hoc facit in illis verbis, *Vel alia perſonæ*.

*Amicus quem teſtator diligit ut coniunctum licet non ſit talis,habetur pro coniuncto.*

31 ¶Ad quod facit quod ſupra diximus,pietatem,& amicitiam veluti fraternizare,nam valet legatum rei alienæ,ignoranter factum piæ cauſæ.vt ſing.voluit Roma.conſi.ccxxxv.quò ad primum.col.2. verſi.vltimò videndum.per tex.in l.Paulus.ff.de fideicom.lib.vbi fauore libertatis valet legatum: etiam ſi teſtator ignorauerit ſeruum,cui libertatem reliquit,eſſe alterius,putans eſſe ſuum:valet autem argumentum à relicto libertatis,ad relictum ad pias cauſas,vt aſſerit Bal.in l.proximè.ad fi. ff. de his quæ in teſtam.delen.& in l.Titio vſuſfructus.§.vlt.ff.de condit.& demon. de qua re dicam latiùs in priuilegiis piæ cauſæ.

*Valet argumētum à relicto libertatis ad pias cauſas.*

32 ¶Facit præterea,quod ſing.dicit Bal.in l.j.col.xij.verſi.quid de ſingulari amico.C.qui accu. nō poſ. quòd ſingulares amici veniunt appellatione ſuorum.Nam amicus amico dicit,Tuus ſum in omnibus,& me tuum eſſe recognoſco,vt dicit gl.in l.coloni.in verbo,& cuius ipſi ſunt.C.in quib.cau.col. lib.xj.quod dictum Bal.pro ſing.cōmendat Firmia.in ſuo repertorio,in verbo,ſuitas.verſi.32.& Catel.in d.memor.incip.amor licitus.& iterum in alio memor.incip.ſuorū appellatione.Et idem quoque voluit per illam gl.in d.l.coloni.Barb.in d.l.cùm acutiſsimi.d.col.xj. vbi dicit eam gl.eſſe ſcribendam literis aureis,tacito tamē nomine Bal.& rurſum col.xlj.verſi.ego ſuperius. vbi facit illam gl.ſing.& iterum col.xlix.verſi.& etiā tunc erit.vbi allegat Bal.in d.l.j.& hoc dicit probari per tex. in l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem.C.de teſta.iuncta d.glo.in d.l.in teſtamento.Et idem Barb.in d.l.ſciendum.col.41.verſi.ſecundò partes eligunt.ff.de verbo.oblig.& in d.c.Raynaldus.vbi ſuprà. & in d.conſi.lxxvij.col.2.lib.4.in quibus tribus locis illam gloſ.pro ſing.allegat ſuppreſſo etiam nomine Bal.& idem Barb.dicto conſi.xxij.col.3.verſi.primo dicitur.lib.4.vbi dicit illam reputari ſingul.& Fely.ad hoc allegans d.glo.nulla quoque Bal.facta mentione, in d.c. quoniam Abbas. col.2. de offic.deleg.& in c.cùm dilectus.ad fi.de accuſa.

*Singulares amici ueniunt appellatione ſuorum.*

33 ¶Non omitto tamē quod Bal.in d.l.j.nu.33.C.qui accu.non poſ.dicit,quòd illa gl. abuſiuè loquitur, nec aliquo iure probatur.& Roma.in repet.d.§.de viro.in 26.fallent.dicit,quòd loquitur referendo communem loquendi conſuetudinem, & Barb.dicto conſi.iij.col.6.verſic.& ſic ex iſtis.& iterum col.xj.verſi.nec obſtat ſi quiſpiam.lib.2.dicit illam gl.quam poſteriore loco facit ſing.loqui ſecundùm morem laicorum,& vulgarium. Nam ſecundùm iuris diſpoſitionem non veniunt amici ap-

*Secūdum iuris diſpoſitionem appellatione ſuorum nō ueniunt amici.*

pellatione ſuorum,ſecundùm gl.quam etiam in dicta col.xj.dicit ſingu.& meliorem de iure,in l.ſi fœmina.C.ad Turpil.vbi tamen gl.nihil omnino de amico loquitur.Sed & quod id lege non probatur,aſſerit Io.Ana.in c.cùm dilectus.col.vlt.de accuſ.poſt Bal.in d.l.j.ob ídque ſubobſcurè negat vterque amicum poſſe excuſare pro iniuria illata amico.

34 *Amicus pro amico ut coniũctus admittitur ad agendum ſine mandato cum cautione rati.*

¶Huc quoque ſpectat,quod ex multorum ſententia,ſicut coniunctus pro coniuncto admittitur ad agendum ſine mandato,cum cautione rati:vt ſunt iura vulgata:ita etiam amicus pro amico. Ita voluit Specul.cuius vel vnius authoritas apud omnes quàm multorũ pluris ſemper valuit,tit. de aduo. §.obiicitur.verſ.eſt & quartus ordo.Io.And.Ant.Pan.qui tamẽ nutat.in c.vlt.de poſtul.Gul.Cu. Cy. in addi.Bald.Raph.Fulg.& Paul.Ca.in l.ſed & hæ.de procur.& Fely.in c.cùm M.Ferrarienſis.col.7. verſ.nota ſemper.de conſtit.Pet.Cy.& Io.Fab.in l.inuitus.& in l.exigendi,& ibi etiam Salyc. & Iaſ. C.de procur.& in l.mandatum.C.manda.Bart.in l.non ſolùm.§.qui alieno.verſ.ita intelligunt.ff.de proc.Bald.in l.maritus.poſt prin.C.eod.Fulg.in l.tutori.C.de neg.geſt.vbi dicit illum text.qui videtur innuere contrarium,intelligi de amico leui amicitia coniuncto.Pet.Anch.in clem.1.de procur. Panor conſ.vij.tria circa primum dubium.col.3.verſ.ſi enim quiſquis agens.lib.2. Alex.in d.l. cùm alienam.col.2.C.de lega.Barb.in d.l.cùm acutiſsimi.col.11.& conſi.lx.illud in medium afferam.col. viij.verſ.præterea facit.lib.3.& Soci.(ſi is eſt)in tractatu fallentiarum,regula ccxix.quæ incipit, lex generaliter loquens.verſ.fallit ratione amicitiæ.& conſi.cclxiij.capio primum.col.6.verſ.ſed ad iſta reſpondeo.dum allegat not.in d.§.qui alieno.& in d.l.exigendi.& Philip.Corn. conſi.lxxxj. primus conſultationis articulus.col.pen.verſ.hinc videmus.lib.1.& Iaſ.in d.l.Titia in prin.col.5.verſ.vlt. circa iſtam.ff.de verb.oblig.Alci.in l.latæ.§.amicos.ff.de verb.ſigni.

35 *Contra uoluntatem coniuncti non admittitur coniunctus.*

¶Et ad hoc optimè facit huiuſmodi ratio:Non poteſt videri alia ratione ſtatutũ, vt coniunctus pro coniuncto poſsit agere ſine mandato,quàm propter affectionem, ex qua tacita voluntas abſentis coniuncti arguitur,quia contra ipſius voluntatem non admiteretur coniunctus,vt eſt tex.expreſſus in l.Pomponius.§.vlt.ff.de procur.& ita expreſsè hanc ſolam huiuſce rei rationem eſſe dicit Pan. in c.nõnulli.§.ſunt & alij.col.5.verſ.& vlterius etiam ſuaderi poſſet.de reſcript.vbi & eadem ratione tenet contra communem opi.admitti concanonicum pro concanonico, cùm ratio admittendi coniunctum militet in concanonico.Qua etiam ratione poſſumus intrepidè aſſerere, amicum pro amico admittendum,cùm maior ſit affectio inter amicos,quàm coniunctos, potiúſque illis noſtra negotia committimus,quàm iſtis,vt ſatis dictum eſt,& poſteà item dicemus.

36 *Qui contrarium tenent ilis reſpondet Iaſ.*

¶Sunt tamen plerique non contemnendæ authoritatis viri,qui multis,magníſque rationibus, & argumentis contrarium tenuerunt,quos ſi quis ſcire velit,legat Pan.in d.c.vlt.col. 3. verſ. aduerte. de poſtul.qui licet teneat hanc partem,dicit tamen quòd fortè contrarium teneretur:legat inquã Ale. in rep.l.ſæpè.col.33.verſ.ſecundò poteſt ſaluari dictum Inno.ff.de re iud.& in ſua addi.ad Bart. in d. §.qui alieno.Sed omnibus eorum argumentis,& rationibus reſpondet Iaſ.in d.l.exigendi. vt ibi videre poteris.

37 *Amicus nomine electi cõfirmationem petere poteſt ſine mandato.*

¶Verùm,primam ſententiam non minimum comprobat gl.not.in c.quàm ſit.in verbo,petere.verſ. ſed pone.de elect.6.quę hinc ſumpta occaſione,quòd tex.ibi ſtatuit,vt electus infra tres mẽſes poſt conſenſum electioni præſtitum confirmationem petat,alioquin electio eo ipſo vires amittat:quęrit, an ſit ſatis,vt electi amicus eius nomine hanc confirmationem petat ſine mandato? & concludit ſatis eſſe,modò electus ratum habeat infra illos tres menſes, & illam gloſſam ſequitur Dominicus eodem loco.

38 *Amicus pro amico ſine mãdato poteſt impetrare literas ad beneficia.*

¶Nec hinc quidem longè abeſt,quod dicit Pan.in c.dura.col. 2.verſic. idem in literis. de crimi.fal. quòd amicus pro amico poteſt ſine mandato impetrare literas ad beneficia,vt dicit notab.per glo. in c.ad aures.& c.nonnulli.de reſcrip.id quod etiam dicit Barb.nulla Panor.facta mentione, in d.c. Raynaldus.quo loco ſuprà citauimus,& d.conſi.iij.col.11.verſi.nec obſtat ſi quis adduceret. lib.2. & conſ.liiij.à Ioue principium.col.v.verſ.ergo nullo modo.lib.4.& vbique ad hoc allegat dd.glo.quas in primis locis dicit ſingul. nec alibi in cenſura canonica reperiri.Verumtamen illæ gloſ. nihil de amico loquuntur: imò dicunt vnumquemque ſine delectu poſſe pro alio ſine mandato reſcriptum ad beneficia obtinenda, non etiam ad lites impetrare. & quod de amico dictum eſt, longè latéque examinat ipſe Barb.in d.rub.de reſcrip.in cle.col.8.& ſeq.

39 *Sacerdos ut pro coniunctis ſic pro amico intimo poſtulare poteſt.*

¶His quoque accommodari poteſt,quod voluit Hoſtien.& poſt eum Ioan.And.& Ant.in d.c. vlt. de poſtula.quòd quemadmodum Sacerdos,alioquin prohibitus poſtulare,poteſt tamen pro coniunctis perſonis,ſi neceſsitas immineat:vt eſt ibi tex.ita etiam poteſt pro amico intimo fraterna charitate dilecto.

40 ¶Cui accedit quod tradit Inno.in c.cùm I.& A.de re iudica.quòd religioſus poteſt eſſe procurator pro amico monaſterij,etiam laico,ſicuti & pro monaſterio,etiam ſine conſenſu Abbatis. ſequitur Ant.in cle.& ſi principalis.& ibi Barb.col.12.verſ.an autem poſsit eſſe arbiter. de reſcr. vbi per hoc dicit quòd religioſus poteſt eſſe arbiter inter amicos monaſterij, ſicuti vbi verſatur vtilitas ipſius monaſterij.& idem Ant.in c.j.col.vlt.de ſynd.& in c.peruenit,in j.no.qui fil.ſunt legit.Ro.ſing. 276. monachus non poteſt.vbi hoc dicit ſing.cum aliis concord.adductis per Fely.in d.c.cùm I.& A.col. antepen.verſ.caſus in quibus.

41 *Vt quis ſine mandato agit ad implementum piarum cauſarũ,ita & in amicitia poteſt.*

¶Adiuuat quoque hanc opi.huiuſmodi ratio.Nam quis ſine mãdato poteſt agere ad implementũ eorum,quæ ad pias cauſas diſponuntur.vt eſt tex.in §. ſi autem qui hoc facere.in auth. de eccl. tit. Spec.



Spec.tit.de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua.verſ.ſed nonne quilibet de populo. & poſt illum Rom. qui illum tex.dicit ſing.conſ.lxix.viſo quæſtionis themate.col.j. verſ. ſecundò principaliter. & expreſſius conſ.428.in terminis propoſitæ conſultationis.col.3.verſ.tertiò.ad idem.& alibi fortè latius dicemus.Ac iam ſuprà demonſtratum ſatis eſt, amicitiam & piam cauſam æquo iure incedere.Igitur & hoc quoque in amicitia,vt in pia cauſa obtinere debet.

*Vt quis uim cõ ſanguineo illatam impunè poteſt propulſare,ſic & amico ſtrictè coniuncto.*

42 ¶Confirmantur ſupradicta, quòd quemadmodum quis poteſt vim conſanguineo illatam impunè propulſare,vt voluit not.Bald.in l.raptores.per illum tex.in 2.not.C.de epiſ.& cler.cum concor. alibi per me traditis.ita & vim amico magna, & (vt noſtri dicunt) ſtricta amicitia coniuncto illatam licet repellere.Ita not.dicit Bal.in l.vt vim.col.3.verſ.quintò quæritur an liceat.ff.de iuſti.& iur.quoniam tales amici(vt ait)æquiparantur conſanguineis.alleg.d.l. cum alienam. C. de lega. Et veri(vt ſubdit)amici ſunt vera anima in pluribus corporibus,vt dicit Ariſtot.quem is citat,lib.Ethic.9.cap. viij.id quod iiſdem ferè verbis refert,& ſequitur Barb.in d.l.cùm acutiſsimi.col.xj.verſ. & ſi verbis daretur audacia.C.de fideicom.Sed & illud Ariſtotelicum citat idem Bald.in l.Imperialem.in prin. tit.de prohib.feu.alie.Et illud quoque Bal.dictum in d.l.vt vim.ſequitur Corn.conſ.cvij.viſa inquiſitione.col.3.verſ.quinimo etiam.lib.1.Idem autem Bal.alibi,videlicet in c.cùm inter R. ſeniorem. verſ.dicit ſtatutum.de elect.quòd amico licet amici ſanguinem redimere.

*Amico licet amici ſanguinẽ redimere ideo poteſt reſiſtere cuicũque inferenti uim etiã in rebus.*

43 ¶Quinetiam plus dicit Bart(aut quiſquis is fuit)in l.deuotum.in fi.per illum text.C.de meta. & epideme.lib.12.quòd amicus poteſt reſiſtere cuicunque inferenti vim amico,etiam in rebus. quod dicit eſſe notandum.quod & ibi tenet Ioan.Plat per illum ipſum text.& ſequitur Cornel. d.conſ.cvij. col.3.verſ.quin inſuper.& conſi.cciiij.pro deciſione,col.2.verſ.& pro defenſione,lib. 1. vide Bart. in d.l.vt vim.& ibi omnino Claudium de Seiſel.& Bald.in rep.l.j.C. vnde vi. Idem quoque Bart. in l. prohibitum.C.de iur.fiſc.lib.10.dicit,quòd amicus etiam inuocatus poteſt(ſicuti & conſanguineus) iuuare amicum reſiſtendo etiam de facto officiali iniuſtè exequenti:refert & ſequitur Bal. conſ. 143. ſuper quæſtione verrente.col.2.lib.item 2.vbi per hoc pulchrè dicit,quòd amicus amico poteſt ſuffragium defenſionis impartiri etiam ſine requiſitione.

*Tãtum operatur amicitia in conſideranda affectione,quã tũ coniunctio.*

44 ¶Ex quibus iuncta gl.in d.l.vt vim.quæ voluit in metienda alterius licita defenſione affectionẽ conſiderari,manifeſtè colligitur tantum operari amicitiam in conſideranda affectione, quantum coniunctionem ſanguinis.Ideóque Bart.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.dicit,quòd illa gl. non tantùm intelligitur de affectione ſanguinis.Quódque ex ipſius Bart.in eo loco ſententia ſcribit Bald. in c. ſicut.huius initij 2.col.vlt.verſ.dicit Bart.de iureiur.quòd licitum eſt conſanguineis, & amicis etiam non requiſitis obſeſſum motu proprio iuuare.Et idem fermè dicit ipſe Bald.in c.j.col.vlt.verſ.quęro vtrùm quis,quod met.cau.Sed ſi vera diſpicimus,longè valentior eſt amicitiæ affectio,quàm cõſanguinitatis, ſi Iuſtino credimus,ita ſcribenti li.5.Alij fratres,aut filios,aut parentes deflent cognatos, alij amicos chariores cognatis,& ſuprà quoque ſatis diximus.

*Ad teſtis repulſionem plus æſtimatur intẽſa amicitia quã fraternitas.*

45 ¶Et Bald.qui conſ.xxxix.factum ſuper quo conſilium petitur,lib.2. dicit fratrem pro fratre admitti teſtem in cauſa ciuili,niſi ratione intenſæ amicitiæ repellatur.Bald. ergo ad teſtis repulſionem pluris æſtimauit intenſam(vt cum eo loquar)amicitiam,quàm fraternitatem,qua nulla propè charior eſt,vt diximus,coniunctio.Et idem fermè voluit Bald.in l.parentes.C.de teſtib.vbi & ad hoc allegat d.l.cùm allegas.C.de caſtren.pecu.lib.12.& idem Bald.in l.j.C.de epi. & cler. vbi & in eam rem allegat d.l.cùm allegas.& in tractatu de duobus fratribus.& Barb.in c.repellantur.de accuſ.

*An magna amicitia ſemper repellat à teſtimonio.*

46 ¶Sed quoniam huc prouecti ſumus:nónne magna amicitia ſemper repellit à teſtimonio,vt voluit gl.in ſumma.3.q.5.& Spec.tit.de teſtib.§.j.in prin.& Bald.in c.j.de teſti.verſ.quæro nunquid & Ro. conſ.ccccv.quæſtio propoſita.& Alex.conſ.lxxviij.in cauſa & lite vertente inter Bartholomæum. col.2.verſ.nec obſtat etiam ſi dicatur,lib.j.Fely.in c.quoties.col.2.de teſtib.& facit tex.in l.3.ad prin. ff.de teſtib.& in can.ſi teſtes.§.teſtium. 4.q.3. cum ſi. Nulla tamen conſanguinitas præter eam, quæ eſt inter parentes & liberos,omninò repellit in cauſis ciuilibus,niſi propter aliud quidpiam aduentitium,vt plenè not.per legum interpretes in d.l.parentes.& per canonum interpretes in c.accedens huius initij 1.vt lit.non conteſt.

*Qui iurauit defendere quempiã contra omnes,nõ tenetur contra amicos & conſang.*

47 ¶Nec videtur à propoſito alienum,quod voluit Ab. antiquus in c. petitio. de iureiur. quòd ſi quiſpiam iurauit alium defendere contra omnem hominem,non videtur iuraſſe,nec tenetur illum defendere aduerſus ſuos ipſius amicos,ſicut nec contra conſanguineos.quod & Pan.ibi col.vlt. verſi. non tamen placet.admittit in magna amicitia coniunctis,ad quos ipſe iurans videtur eandem, quã ad ſeipſum habere affectionẽ.allegat not.in d.l.ſed & hæ.ff.de procur.& alia iura. & ſequitur Barb. in d.l.cùm acutiſsimi.col.91.verſ.& facit quod voluit.C.de fideicom.vbi ex hoc not. quòd ęquiparantur ſanguinis coniunctio, & magna amicitia.Et idem voluit nulla prædictorum Doct.facta mẽtione,Ioan.Montefer.in repet.l.frater à fratre.col.6.ff.de condict.indeb.

*Mulier non poteſt promittere pœnam, ſi non nupſerit.*

48 ¶Confine eſt,& quod voluit Cy.in l.vlt.col.pe.in viij.quæſt. C. de ſponſ. quòd ſicut mulier non poteſt pœnam promittere,ſi non nupſerit,quia matrimonia debent eſſe libera,vt ibi not. & in l. Titia. ff.de verb.oblig.ſic nec illi quibuſcum eſt mulieri conſanguinitas,aut magna amicitia:propter quos, ne videlicet ipſi ſoluendo pœnam incommodum paterentur, nuberet mulier. quod & idem voluit Bart.in d.l.Titia.poſt prin.& ibi quoque Ang.in prin.Fran.Aret.col.vj.verſ.in ea.glo.ibi,& Io. And. in c.gemma.ad fi.verſ.alij loquuntur.de ſponſa.& ibi etiam expreſsè Collec.& Panor.col.3.verſ.venio ad ſecundum.

¶Cui

49 ¶Cui & ſimile eſt quod dicit Bart.in l.ſi plagij.verſ.quæro ſi valeat.ff.de verb.oblig. quòd tum demum valet huiuſmodi ſtipulatio,Promitto centum,ſi Titius plagiũ fecerit,cùm Titius ille ſit meus conſanguineus,aut amicus,vt qui verebitur facere plagium , ne incidam in pœnam.

*Vt conſanguineorum præſentia excludit fraudis præſũptionem, ſic & amicorum.*

50 ¶Adde,quòd ſicut conſanguineorum præſentia excludit præſumptionem fraudis & metus.l. Polla. & ibi Bald.C.de his quib.vt indi.& idem Bal.in l.vnica.col.12.verſ.ſed pone minor. C. de confeſſ. & in c.ſicut.col.2.de probat.& conſ.199.refutatio non valuit.lib.5.& in c.j.circa medium, de tranſact. qui hoc dicit ſing.notan.in d.l.Polla.Ita & amicorum quoque.l.tranſactionem & ibi Doct.C.de tranſact.& Bart.in l.1.C.de præd.cur.lib.10.& Bald.in §.item ſacramenta.col.4.verſ.item poteſt introducere.tit.de pact.iuram.firm.

*Amicis pupilli interuenientibus ceſſat omnis fraudis ſuſpitio.*

51 ¶Propterea licet tutor non poſsit bonorum poſſeſsionem pupillo delatam repudiare.l. tutor. ff. de bono.poſſ.poteſt tamen amicis pupilli interuenientibus,quaſi tunc ceſſet omnis fraudis ſuſpicio,vt voluit glo.in d.l.tutor.quam ſequitur Bald.in l.pupillorum.poſt prin.C.de repu.hære. & ibi Iaſ. qui eam facit ſing.& idem Bald.in rub.C.qui admit.col.2.verſ.& ideò de facto dicebam.vbi eam quoque facit ſing.ad hoc,quòd non ſufficit amicos eſſe præſentes,niſi ſciant quid agatur, & intelligant negotium.

52 ¶Et dicit pulchrè Bart.in l.frater à fratre.in vlt.charta,verſ.tertiò quæro.ff.de condict.in deb.quòd licet paterfa.non poſsit emere filio bona,quorum eſt legitimus adminiſtrator,cùm de his non poſsit filius diſponere ſine patris authoritate,nec poſsit pater ſe authore emere,per tex.in l.j. ff. de autho.tuto.nec fortè(vt ait)contraheretur obligatio etiam naturalis,ſicuti dicimus de pupillo contrahente cum tutore.l.pupillus.eo.tit.fallit tamen quando id fieret præſentibus amicis, tanquam etiã ceſſet omnis ſuſpicio,videatúrque factum palam & bona fide.per d.l.tranſactionem.ideo valeret l. cùm ipſe.C.de contrahen.empt.quod dictum dicit ſing.& memoria dignum Iaſ.in d. l. frater à fratre.col.xxij.verſi. ſigna tamen vnum.in princ.& in l.ſingularia.col.vj.verſic.pulchrum.ff.ſi cert.pet. & in l.pacta nouiſsima.in tertio notab.C.de pa.& in c.j.col.3.verſic.confirmo etiam per id titu. qui feuda dare poſſunt.

*Vt inter conſanguineos cõtrahentes ſæpe fraus præſumitur, ſic & inter amicos.*

53 ¶Sed & è contrario quemadmodum inter conſanguineos inuicem contrahentes plerunque fraus præſumitur,& ſimulatio.l.data,& ibi Doct.C.de donat.Bar.& alij in l.poſt contractum.ff.de donat. cum ſimil.ita & inter amicos quoque,vt ſing.voluit Barb.d.conſ.xxij.col.3 li.iiij.& Pau.Pic. in rep. d.l.poſt contractum.col.12.verſ.vlt.dominus Bart.concludit.

54 ¶Quid?quòd idem Barb.in rep.d.l.cùm acutiſsimi.col.xj.(in qua ſuperiùs illum ſępè citauimus)dicit,quòd lex illa loquens in filio,aut alio deſcendente hærede inſtituto, & rogato hæreditatem reſtituere,habet locum in amico grandi amicitia iuncto.Ad quod citat pleraque ex his quæ ſuprà diximus,dicítque hoc ſibi videri veriſsimum:& nouum,dolendum tamen,quòd à nemine graui , & excellenti Doctore hoc fuerit auditum.Quod iterum ſcribit,& affirmat col.xj.verſ. & ſi verbis daretur.cum ſequentibus:& refert Iaſ.in l.exigendi.col.v.verſ.adde etiam illud. C. de procur. vbi tamen non firmat,quin ſubobſcurè reprobat idẽ Iaſ.in d.l.Titia.in prin.col.v.nu.14.verſ.vltimò circa. ff.de verb.oblig.& apertius Soci.in repetit. l.cùm auus.col.3.ff.de condict.& demon.vbi reſpondet omnibus rationibus Barb.

*Amicus pro amico poteſt appellare.*

55 ¶Nec ſilentio prætermittendum id,quod dicit Archi.in c.ſtatuimus.de elec.lib.6. & in c. non ſolẽt. 2.quæſt.6.quòd licet non audiantur appellantes,niſi quorum intereſt,vel quibus eſt mandatum.l.j. ff.de appellat.recip.amicus tamen pro amico poteſt appellare.ſequitur Luc.de Pen.in l.j.col.2.verſ. item ſcias quòd.C.de caſtren.pecul.milit.lib.12.Alex.in addit.Bart.in d.l.j.Et optimè facit glo.in d. l.j.ff.de appellat.recip.cùm exponit illa verba,quorum intereſt , ita dicendo , vel pecunialiter , vel affectione.

*Si magnus amicus conſtituatur procurator ni contradicat expreſſe,acceptat mandatũ.*

56 ¶His ſuccinere videtur quod poſt Pet.voluit Cy. in l. inuitus. C. de proc.col.v.verſ.ex his pendet. ꝙ ſicut coniunctus procurator cõſtitutus, videtur tacitè,non contradicendo,acceptare mandatũ,licèt ſit ſecus in extraneo,per tex.in l.ſi filius.§.inuitus.ff.eo.Ita quoque, ſi magnus amicus conſtituatur procurator,vt ſcilicet videatur ( niſi expreſsè contradicat) mandatum acceptare, & ſequitur ibi Bart.in 2.lect.Bald.qui dicit notandum.col.2.verſ.primò quæro.Saly.& Pau. Caſt. Inferúntque Cy. & Bald.quòd ſi quis apud amicum eo præſente aliquid relinquat,videtur ipſe amicus huius rei cuſtodiam ſuſcepiſſe,licet ſecus in alio videatur,per tex. in l.j.§.adeò. ff. de pact.& vtrunque ſequitur Pet.Anch.in c.licet.de procur.lib.vj.& in cle.j.eo.tit.ſequitur item quod priore loco dictum eſt, Iaſ. in l.quæ dotis.col.13.in tertio caſu.ff.ſol.matri.licèt contrarium teneat Ant. in c.ex parte decanĩ. de reſcrip.& Domin.in c.qui ad agendum.de procur. lib.6.

*Vt coniunctio ſic amicitia facit ratum habere quod nomine ſuo factum eo ſciente.*

57 ¶Sed & è diuerſo(licèt non omnibus in confeſſo ſit) quod ſcribit Inn.in eo ipſo c. ex parte decani. de reſcrip.quòd ſi quis me ſciente , & non contradicente , meo nomine agat in iudicio , videor id ratum habere,tamen Imo.& Alex.in l.2.§.voluntatem.col.2.verſ.& de materia.ff.ſol. matr. dicunt haud dubiè iſtud procedere,quando inter agentem,& eum cuius nomine agitur,eſſet ſanguinis cõiunctio:ſicut etiam ſi inter eos eſſet amicitia.vt not.Cy.in l.in adoptione.ff. de adopt.

*Ratione amicitiæ ut coniunctionis,præſumitur donatio.*

58 ¶Adhæc,vt præſumitur donatio,& liberalitas ratione coniunctionis ſanguinis.l. ſi ſeruus cõmunis. ff.de donat.inter vir.& vxor.cum concord. per me alibi traditis : aliàs autem ſecus. l. cùm de indebito.ff.de probat,cum ſimilib.Ita etiam ratione amicitiæ,vt voluit Bald.in l.2.in j.q.C. de iure dot. allegat gl.in l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.quæ nihil de amico dicit.& idem voluit ipſe Bald.in l.j. verſic. quæro.



quæro.C.ad Velleia.& in c.ſi cautio.col.1.verſ.quæro nunquid teneat.de fide inſtru. vbi etiam allegat no.in d.l.cum quid.Sed & id voluit gl.quam non allegat in l.Aurelius.§.Titius.ff.de ali.lega.extendens illum tex.loquentem in ſanguine coniunctis,ad coniunctos amicitia & charitate.

59 ¶Et bene facit ad hoc tex.quem ea gl.allegat in l.ſi ſeruus plurium.§. vlt.(quem ſuprà citauimus.) ff.de lega.1.vbi etiam glo.ponderat,& tex.in l.pe.in prin.ff.de ali.lega.& quod voluit gloſſ. in l.ſi is qui.§.j.in verbo,maximè.ff.de reb.dub.& alia glo. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iuris. quæ intelligit textum ibi dicentem,quòd in ſtipulationibus,& cæteris cõtractibus id ſequitur quod actum eſt:deinde quòd in regione,in qua id actum eſt,frequentatur:in dubio verò quod minimum eſt,vt hoc videlicet vltimum procedat, niſi quis donet amiciſsimo , quo caſu ex tacita donnantis coniectura fiet latior verborum interpretatio.& ad hoc facit illam gloſſ.ſing.Roma.in repet. l.ſi verò.§.de viro.in 26.fal.ff.ſol.matri.& pro ea dicit eſſe textum no.in l. capienda occaſio. §. quod factum.ff.de reg.iur.cuius hæc verba ſunt,non omnino ab ea re aliena.Quod in obſcuro fit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem,vbi glo. ad hanc ſententiam refert text. in l. cùm alienam. C.de lega.ſuprà ſepius citatum.Sed & illam glo.in d.l.ſemper.ad hoc no.Soci.in tracta.fal.in reg.incip.lex generaliter loquens.verſ.fallit ratione amicitiæ.& nouiſsimè Pe.Rauen.in ſuo Alpha.in verbo amicus.vbi etiam facit ſing.atque tex.in d.l.capienda.

*Ex tacita donãtis coniectura fiet latior uerborum interpretatio.*

60 ¶Præterea quemadmodum nihil intereſt , an iudex conſueuerit vexare conſanguineos appellantium,an appellantes ipſos,vt voluit Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori.in 9.quæſtio.ff.de oper. noui.nuntia.& alibi latiſsimè differemus.Idem quoque,ſi amicos appellantium moleſtare ſolitus ſit, vt nominatim dixit Ang.in addi.ad Bart.ſuper 9.quæſtio.per id quod no.ipſe Bart.in l.ſi ſtipulatus fuero.ff.de verb.oblig.vbi dicit,quòd non prodeſt alicui habere ius habitandi in aliqua domo , niſi poſsit ſecum ducere amicum.

*Non prodeſt habere ius habitandi domũ, niſi quis poſsit ibi ducere amicum.*

61 ¶Item ſicuti vaſallus offendens dominum,perdit feudum,iuribus vulgatis,ita & offendens amicum domini,vt videntur voluiſſe Iac.Bel.Bal.Alua.in l.Imperialem. §. illud quoque. tit. de prohi. feud. alien.per Fede.& Nicol.Eueraldus (vir certè non mediocris eruditionis) in nouo pulchróque tractatu de locis legalibus,in loco à contrariis,ſiue oppoſitis , col.3. mouentúrque , quòd quemadmodum vaſallus,ſi cum inimicis domini amicitiam ineat,feudum perdit,vt eſt tex.in c.j. tit. quot ſunt teſtes neceſſ.ad prob.feud.ingratit.& no.in cle.paſtoralis.de re iud.ita quoque vt contrariorum eadem ſit diſciplina,ſi eum amicis domini inimicitias contrahat,illóſque offendat,trahúntque in hũc ſenſum id quod dicitur in d.§.illud quoque.l.Imperialem tit.de prohibit.feud.alien.

*Perdit feudum uaſalus offendens amicum domini.*

62 ¶Sed & vt legentes magis,atque magis cognoſcant,quanti leges noſtræ, earúmque interpretes fecerunt amicitiam,poſtremò huc multa , primùm ex noſtris legibus , deinde ex legum ipſarum interpretibus,nullo ordine ſeruato in eam rem afferemus,vt interim taceam Ariſtot.Theophraſtum, Tullium,Senecam,atque alios externos ſcriptores,qui de amicitia tam multa ſcripſere, vt non niſi iuſto volumine complecti nequeas.

*Varia de amicitia ex probatis auctoribus profert auctor.*

63 ¶Primùm igitur adduco text.not.in l.is qui amicitia. ff. de negot. geſt. vbi quemadmodum pater non repetit,quod in cauſam filij paterno affectu erogat,iuribus ad hoc vulgatis,ita nec alius,qui paterna amicitia quicquam impendit,per quem tex.dicit Lucas de Pen.in l.j.col.j. C. de Caſtr. pecul. lib.12.quòd amicus quodammodo loco patris habetur.

*Qui paterna amicitia erogat,eius filio non repetit.*

64 ¶Secundò,text.in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.in fi.ff.de vulg. & pupil. vbi donatum filio ab amico patris,videtur donatum ipſius patris contemplatione,& illi quæritur.Ex quo not.Bart.quòd donatum ſponſæ ab amicis ſponſi,ſponſo quæritur non ſpõſæ,de quo latè ibi per alios,& per Cor.conſ. lxxxj.primus conſultationis articulus,col.antepe.& ſeq. lib.j.

*Donatũ ſpõſæ ab amicis.*

65 ¶Tertiò,tex.in l.2.in prin.ff.qui pet.tut.vbi amici parẽtum,ſicuti & cognati poſſunt petere illorum liberis tutores dari.Quin & dum datur tutor, aut curator infanti,aut minori , non tantùm conſanguinei, ſed & amici vocandi ſunt, vt voluit Bald.in c.j.col.pen.verſ.quid ergo.titu.de mili.vaſ. qui contum. eſt.

*Conſanguinei & amici uocãdi in dan.tut.*

66 ¶Quartò,textus eſt in ipſa lege j.ex quo notat Lucas de Pen. æquiparari opus propinquorum , & amicorum.

67 ¶Quintò,tex.in l.ſciendum.ff.de vſur.& in l.amiciſsimos.in prin.ff.de excu.tut.& l.Seio. in prin. ff. de annuis legat. quibus iuribus conſtat homines negotiis , rebúſque ſuis, ſuorúmque amicos adhibere ſolitos.

68 ¶Sextò,in l.poſtliminij.poſt prin.ff.de capti. & poſtli. reuerſ. vbi reuerſus ad nos intelligitur , qui ad amicos noſtros peruenit, non minùs,quàm ſi intra noſtra præſidia eſſe inceperit.

69 ¶Septimò,tex.in l.vlt.ff.vbi pupil.educ.deb.ex quo no.glo.vocandos eſſe amicos abſentis, cùm debet aliquid fieri in eius præiudicium.& eſt ſimilis fermè tex.quem ea glo.alleg.in l.ergo.ff.ex quib. cauſ.maio.vbi non aliter illud edictum habet locum , quàm ſi amici fuerint interrogati , an velint defendere,& ex eo not.Bart.& alij,quòd vt quis dicatur verus contumax,requiritur vt ipſius amici inquirantur,an velint defendere.Et l.hæc autem.§.j.ff.qui.ex cauſ.in poſſ.ea.vbi amici pupilli requirendi ſunt,vt defendant,antequàm iudex decernat bonorum poſſeſsionem :neque enim veriſimile eſt,vt illic dicitur,amicos omiſſuros pupilli defenſionem.

*Vocandi abſentis amici,cũ quid debet fieri in eius præiudicium.*

70 ¶Propterea plerique voluerunt citandos eſſe amicos abſentis debitoris,antequàm perueniatur ad ſecundum decretum.in qua opinione fuit glo.in c.conſultationibus.de offic.deleg. ibi. *interrogandi ſunt*

*Citandi amici debitoris abſen*

*tis antequam perueniatur ad ſecundum decretum.*

*ſunt amici.*& gl.in c.cauſam,quæ.de dol.& contum.& in c.vlt.in gl.vlt.& ibi quoque Inn.& Io.And. de eo qui mit.in poſ.& glo.in cle.j.in verbo,liceret.de reſcrip.& in cle.j.in verbo, ex certa ſcientia. & ibi Card.Flor.in vj.q.de iudi.& Azo in Summa.C.de bon.author.iud. poſsi. verſic.ſed nunquid. Spec.tit.de citatione.§.ſequitur.verſ.ſed nunquid.Bart.in auth.qui ſemel. circa medium. C. quo.& quan.iudex.Ang.in l.vt perfectiùs,col.2.C.de ann.except.Saly.in l.3.C.de procur. & latè Alex. qui adducit concord.in l.ſi finita.§.Iulianus.col.18.ff.de dam.infect.& ibi etiam Ludo.Bol. in rep. char. xj.& 2.ſeq.Sed & cùm datur curator bonis abſentis,citandi ſunt eius amici,vt conſuluit Raph.Fulg. conſ.114.Nicolaus de Quinto.col.2.

71 ¶Octauò,tex.in l.aut qui aliter.verſ.& ſi fortè.ff.quòd vi aut clam.vbi clam facere dicitur, qui ſe opus facturum non denuntiat amicis,his abſentibus,quibus erat denuntiandum.

72 ¶Nonò,tex.in l.1.C.ſi per vim,vel ali.mo.vbi amicus etiam ſine mandato admittitur ad recuperandam poſſeſsionem,qua quis abſens ſpoliatus eſt,quod bene facit ad id quod ſuprà diximus, amicũ pro amico poſſe agere.

73 ¶Decimò,tex.in l.1.§.ſimilíque modo.huius initij 2.C.de lati.liber.tol.in illis verbis, & hoc neque ſecretò,neque inter ſolos amicos.Ex quibus colligitur noſtra nos ſecreta ſolere amicis cõmittere.

74 ¶Vndecimò,tex.in eo ipſo §.in illis verbis,*tali affectione fuerit accenſus,vt etiam filiũ ſuum nominare*, &c.Ex quibus item colligitur amicitiam tantùm habere virium,vt vel ſeruos filios proprios nominare faciat.

*In contrahẽdis nuptiis amici conuocãdi.*

75 ¶Duodecimò,in l.ſi donationum.in fi.C.de nup.ex quo notanda ſunt duo ad hunc locum maximè pertinentia.primùm,quòd in contrahendis nuptiis amici ſunt conuocãdi. ſecundum id certè multum habere ponderis & momenti,quod amicorum fide,& conſenſu vſurpatum eſt.

76 ¶Decimotertiò,tex.in c.de induciis.3.q.3.vbi in noſtris negotiis quærenda ſunt amicorum conſilia.

77 ¶Decimoquartò,quod tradit gl.1.§.ait prætor.ff.de poſt.quòd licèt aliàs qui poſsit cogi,vt ſit aduocatus,non tamen contra amicum.quem facit ſing.Pet.Rauen.in ſuo Alpha.in verbo, amicus.in fin.

78 ¶Decimoquintò,quod ſcribit Bar.in l.2.col.item 2.C.de nego.geſt.quòd amicus aliàs non conſuetus patrocinari,præſumitur gratis pro amico patrocinari.

79 ¶Decimoſextò,quod tradit idem Bart.in l.gerit.col.3.verſ.quæro quid ſi conuocatis amicis, &c.ff. de acquir.hæred.actum præſumi deliberatũ quem conuocatis amicis conficimus.per tex.in l. Pamphilo.§.propoſitum.ff.de lega.3.ibi,*accerſitis amicis.* de quo etiam per alios in d. l. gerit. & eundem Bart.in l.vlt.ff.de teſta.& Iaſ.in l.j.C.de ſum.tri.in vtraque lec.videlicet in Padu.col.3.verſ.non ob. in lec.autem Tici.in v.col.verſ.& non obſt.

80 ¶Decimoſeptimò,quod dicit Bald.in d.rub.C.qui admit.col.4.in 6.quæſt.verſic.item ſi hæreditas ſit delata.quòd ſi delata ſit hæreditas abſenti,qui vagatur per mundum,& neſcitur vbi ſit, poſſunt amici pro eo comparere ſine mandato,& efficere,vt ei decernatur bonorum poſſeſsio.

*Amici abſentis poſſunt acceptare hæreditatẽ delatam.*

81 ¶Decimooctauò,quod voluit idem Bald.in c.conſultationibus.in fi.de offi.deleg. quòd amicus etiã ſine ſatiſdatione admittitur ad allegandum cauſas abſentiæ.quod dicit eſſe menti tenendum, & allegat gloſ.quam ad hoc dicit ſing.in l.in eo.§.nemo.ff.de regul.iur. quæ tamen indefinitè loquitur de tertio,vt admittatur nulla amici facta mentione.

*Potentia amicorum facit hominẽ excellentem.*

82 ¶Decimononò,quod voluit idem Bald.in c.ſuper eo.huius initij 2.de teſtib. quòd potentia amicorum facit hominem excellentem.Sed & ibi Pan.col.2.verſi.tertiò not. de potentia. dicit quòd quis propter amicos eſt potentior.in eúmque ſenſum trahit text. ibi loquentem de potentia, cui planè conſonat Plautinum in Truculento adagium:

*Vbi amici, ibi opes.*

Quod & Quintilianus vſurpauit lib.v.tit.de exemplis,cui potiſsimùm locus fuit apud Scythas,quibus is ditiſsimus exiſtimabatur,qui certiſsimos,optimóſque amicos poſsideret, ſicuti Apud Lucianum retulit Toxaris,& ipſe Scytha.Propterea & antiquis celebratum eſt illud prouerbium, *Amicus igni,& aqua magis eſt neceſſarius.* cuius meminere Ariſtoteles in Moralibus, Cicero in Lælio, Plutarchus in commentario,quem ſcripſit,De aſſentatoris,& amici diſcrimine.

83 ¶Vigeſimò quod dicit ipſe Pan.in c.quoniam frequenter.§.porrò. col. 3. verſ. quærò an ille. vt lit. non conteſt.quòd ſatis videtur probari aliquem impedire,ne citatio ad eum perueniat, ex eo quòd amicus eius impedit.

*Verba uolo relinquere,ubi diſponant.*

84 ¶Vigeſimoprimò,quod voluit Iaſ.in d.l.j.in vtraque lect.videlicet in j.col.3.& in 2.col.v.C.de ſum. Tri.dum reſpondet ad tex.in l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de lega.3.per quem Bart. in l. ſerui electione.in prin.ff.de lega.j.dixerat quòd iſta verba,*Volo,vel,vellem relinquere Titio fundum*, diſponunt in vltima voluntate,licèt non in contractibus.Nam contra Bart.tenent omnes, præter Ang. in d.l. ſerui electione.quos ſequitur Iaſon,vbi ſuprà.Nec obſtat inquit,d.§.propoſitum.quia illic multa cõcurrebant, inter quæ illud eſt,quia huiuſmodi verba fuerunt prolata erga perſonam veriſimiliter multum dilectam. arg.d.l.in teſtamento cum glo.ff.de fideicom.liber.

*Plus excuſatur receptans amicum bannitum quàm alıud.*

85 ¶Plura de amicis,amicitiáque ex legum authoritate congeſsi in vnum locum, quàm fortè antea à quoquam ex noſtratibus ſit factum.Nunc verò tempus eſt,vt ad id redeamus,de quo præcipuè noſtra eſt diſputatio.Quæcunque à nobis de amicis dicta ſunt,eò certè tendunt,vt demonſtrem quẽadmodum clementiùs puniendum eſt,quod pro conſanguineis commiſsimus.ita & quod pro amicis,quod & apertè (ne authoritate alterius careamus) ſentit Alexan. vir in legibus omnium iudicio

consu



conſummatiſsimus,conſi.cxliiij.poſt redditum primum conſilium.in fi.lib.ij.vbi per text.in d.l.ij. ff. de receptatorib.loquentem de conſanguineis,dicit plus excuſari receptantem bannitum amicum, quàm alium: quaſi ea lex magis conſideret amicitiam quæ plerunque nobis eſt cum neceſſariis, quàm ipſam conſanguinitatem.

*Adam peccauit uictus amicabili beneuolentia in Euã, ſicq; minus, ex Theologis.*

86 ¶Et hoc quidem ſententia, vel Theologorum ſcriptorum authoritate poteſt comprobari. Petrus enim Lombardus,vulgò magiſter ſententiarum vocatus,lib.ij.diſt.xxij. & ibi Theologi ſcholaſtici dicunt, Euam ſimpliciter loquendo plus peccaſſe in tranſgreſsione præcepti diuini, quàm Adam, Cuius rei hanc inter alias rationem afferunt,quòd Adam ipſe peccauit victus amicabili quadam in Euam beneuolentia, qua plerunque fit, vt offendatur Deus:ne offendatur amicus quæ verba ſumpta ſunt ex diuo Auguſtino xij.ſuper Geneſi c.vlt.& rurſus idem Auguſtinus de ea re loquens, noluit (inquit) contriſtari ſuas delitias,conſenſit in actum prohibitum.

*Lyſandri facinora.*

87 ¶Lyſander Lacedæmonius vir alioquin & virtutibus,& rei militaris peritia clariſsimus, plurima tamẽ propter amicos facinora cõmiſit,plurimas pro illorũ dominatione, & potentia cædes confecit, ſicuti Plutarchus refert tũ in vita illius,tũ in eiuſdẽ,& Scyllæ Romani cõparatione. Chilo itẽ Lacedæmonius (qui habitus ſapiẽs,& vnus ex ſeptẽ) falſum pro amici ſalute cõſiliũ dediſſe dicitur,vt teſtis eſt Gellius lib.j.c.3.vt hinc ſapiẽtũ virorũ authoritate,& exẽplo diſcamus nõ eſſe tã graue ſcelus, quod amici cauſa cõmittitur. Nã vt ſcribit Cicero de amic.ſi qua fortuna acciderit,vt minus iuſtæ amicorũ volũtates adiuuãdæ ſint, in quibus eorũ aut caput,aut fama agatur,declinandũ eſt de via, modò ne ſũma turpitudo ſequatur.Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſsit.Quã ſententiã de prõpſiſſe videtur ex Theophra.qui & eiuſdẽ tit.lib.cõpoſuit,ſic enim propemodũ de ea re ſcribit li. 1.Parua & tenuis vel turpitudo,vel infamia ſubeũda eſt,ſi ea re magna vtilitas amico quæri poteſt.

*Amicus uſque ad aras ex Pericle.*

88 ¶Verùm ipſe Tullius videtur fuiſſe ſibi contrarius:antè enim ſcripſerat nullã eſſe excuſationẽ peccati,ſi amici cauſa peccaueris,háncq; primã in amicitia legẽ ſanciuerat,vt neq; rogemus res turpes, neque faciamus rogati,turpis enim excuſatio eſt,& minimè accipienda,cũ in cæteris peccatis, tũ ſi quis contra Rẽpub.ſe amici cauſa feciſſe fateatur.Et paulò pòſt,Talis (ait) improborũ conſenſio, nõ modò excuſatione amicitiæ tegenda non eſt,ſed potiùs ſupplicio omni vindicanda eſt.hæc ille.Secundùm quam ſententiã Pericles Athenienſis ab amico rogatus,vt pro re,cauſaq; eius falſum deieraret,reſpondit ſe ad aram vſque amicũ eſſe,ſicuti referunt Plutarchus in vita illius,& in Apophth. Græcorum & Gellius,loco nuper citato: Publius Rutilius amico cuidam per indignationem quærenti,Quid mihi opus eſt amicitia tua ſi quæ rogo non facis?reſpondit: Imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum?Teſtis Valerius lib.vj.rerum memorabiliũ,c.iiij. & è noſtris recenſet Panor.in c.repellantur.in ij.no.de accu.vbi & ipſe poſtquàm ex eo tex.notauit affectionem amicitiæ,quandoque hominem inducere ad blaſphemandum,& malè loquẽdum de inimico amici:ſubdit tamen nihil pro amico inhoneſtum eſſe faciendum,citátque illam legem Ciceronis.

*Amicitia inueterata non excuſat receptantem bannitum.*

89 ¶Saly.quoque in l.nullus.C.de male.& mathemat.no.ex tex.ibi amicitiam reproborum eſſe repellendam,quod dicit notandum ad hoc, vt amicitia inueterata non excuſet receptantem bannitum. Et illi legi conſonat, & Charondæ Thurij lex,qua improbum ſtatim amicitiæ renuntiari iuſsit,graues inſuper pœnas ſanxit,ſi quis aliquando cum malis amicitiam iniiſſet, aut initam non ſtatim diſcidiſſet.teſtis Diodorus lib.Bibliothec æxij.Verùm vt id caput tandem concludam,non mihi rectè videtur dixiſſe Saly. per ea quæ longè,latéque diximus:fateor tamen non eſſe peccandum propter amicum,ſi tamen peccaueris ob id ſolùm,vt ſaluti eius conſulas,non tam ſeuerè id peccatũ eſſe puniendum cenſeo,quàm ſi extranei cauſa id ipſum admiſeris.Sed de his propè nimiùm diximus.

## CAVSA VIGESIMATERTIA.

*Vicinitas pro quadã affinitate eſt.*

1 VIGESIMOTERTIO,in vicinis quoque id obſeruandum arbitror, quod in conſanguineis,& amicis dictum eſt.Vicinitas enim pro quadam affinitate eſt, eámque Terentius in Heaut.reputat in propinqua parte amicitiæ.Solomon prouer. 27. Melior, ait,eſt vicinus iuxtà,quàm frater procul.Et Cicero lib.j.offic. Vicinũ (inquit) citiùs adiuueris in fructibus percipiendis,quàm aut fratrem, aut familiarẽ. Herodot.lib.j.tradit Perſas illos imprimis obſeruare reuerenter, qui proximè habitant: ſecundas tribuere his, qui à primis proximi,atque ſic deinceps progredientes,quò viciniores,hoc arctiori neceſsitudine iũctos exiſtimare.Heſiodus in fi.lib.j.cui eſt tit. Opera & dies, vicinos potiſsimùm ad conuiuium vocandos eſſe monet.Proinde apud D.Lucam cap.xv. Qui ouem inuenit,quam perdiderat, veniens domum conuocat amicos,& vicinos (de conſanguineis autem nihil dicit) dicens illis,Congratulamini mihi,quia inueni ouem meam, quæ perierat.quod & repetitur in decretis canonicis,in c.pœnitentem.xxvj.q.vij.Ex quo facilè poſſumus colligere arctiorem quodammodo & amicitiam,& familiaritatem nobis eſſe cum vicinis,quàm cum conſanguineis. ideóque ſacræ literæ in ordine ſcripturæ vicinos cognatis anteponunt,Lucæ j.c.Et audiuerunt vicini & cognati eius.

*Vt præſumitur ſcientia in factis propinquorum,ſic & uicinorum.*

2 ¶Non mirum igitur,ſi quemadmodum præſumitur ſcientia in factis conſanguineorum. l.de tutela. C.de in integ.reſtit.& l.octaui.ff.vnde cognati.& l.ſi filium.C.de liber.cauſ.ita quoq; & vicinorum. l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur.& l.ſi ita.§.vlt.ff.de fun.inſtruc.& c.quoſdam.& c.quanto. de præſumpt.& c.cum dilectus.de purga.cano.& ibi Panor.& voluit glo.in c.paratus.in verbo, neſcire. 23.q.j.& gl.no.in §.j.verſ.ſancimus.in verbo,officij.in auth.de teſtib. quæ dicit, quòd vicinus præſu-

mitur ſcire bonitatem,& legalitatem hominis meliùs quàm alius nemo. Ad quod etiam allegat l.cũ de lanionis.§.aſinam.ff.de fund.inſtruɛ.& l.de minore.§.pen.ff.de quæſt.quam gl.& ibi no.Ange.& vltra eam allegat l.2.C.quando fiſcus vel priua.& per hoc dicit(ſubdubius tamen)valere diɛtũ teſtis deponentis aliquem eſſe bonum, & legalem virum, & ſe id ſcire, quia eſt vicinus. De qua re affatim diſſerunt Doɛ.in l.j.ſi cert.pet.& Alex.conſi.xcij.viſo & opportunè.col.ij.verſi. hoc præſuppoſito.nu.8.lib.v.& vtrobique concord.plurimæ.

3 *Amici propria auɛtoritate reſiſtere poſſunt officiali.*

¶Item ſicut conſanguinei,& amici, vel inuocati poſſunt propria authoritate reſiſtere officiali, vt diximus in præcedenti cauſa,nu.43.incip.confirmantur ſupradiɛta,ita etiam vicini:vt ſcribit Bart.in l.prohibitum.verſi.item nota quòd licèt. C. de iur.fiſc.allegat text. nominatim de vicino loquentem,in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur.

4 *Ex bonis vicinis multa commoda & obleɛtamẽta: ſecus ab improbis.*

¶Illud autem ſciendum,quòd quemadmodum ex bonis,probiſque vicinis multa nobis commoda, & obleɛtamenta proueniunt,non ſecus atque ab conſanguineis, & amicis, ſic & ab improbis multa quotidie incommoda,atque detrimenta oriuntur. Heſiodus (quem multi Homero anteponere non dubitarunt)hanc de ea re ſententiam protulit,in eo opere,cui eſt tit. Ἔργα καὶ ἡμέραι,lib.j.

Πῆμα κακὸς γείτων.

Sed ego integram eius ſententiam adſcribendam ſatiùs duxi.Ea eſt huiuſmodi:

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
γείτονες ἄζωστοι ἔκιον ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
Ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

id eſt,vt vertit Nicolaus Valla:

*Si aduerſi quicquam acciderit de more repentè,*
*Primùm illa occurret,quæ ſi ſine veſtibus eſſet,*
*Nuda etiam veniet,quod nec tibi ſanguine iunɛtus*
*Non aget:iſte ſibi veſtes,atque omnia ponet,*
*Improba damnoſa eſt vicinia:ſed proba ſi ſit,*
*Vtilis.Hæc igitur capienda eſt peɛtore toto,*
*Tanquam laudis opus:neque enim lamenta refundes*
*Amiſiſſe bouem,proba ſi vicinia tecum eſt.*

Quem locum aliter traducit Eraſmus:

*Si qua domi inciderit tibi res,tunc illico omiſſis*
*Adſunt vicini zonis:cinguntur at ipſi*
*Affines,noxa eſt vicinis vt improbus ingens.*
*Contrà ita maxima commoditas,ſi commodus adſit.*
*Deeſt honos huic,bona quem vicinia deficit.at nec*
*Intereat bos,ni vicinus vbi improbus adſit.*

Illam autem ſententiam,cladem eſſe malum vicinum, tanquam prouerbialem adfert Callarius in epiſt.ad Callielem inter epiſtolas ruſticas Aeliani,

γάλαι μὲν ὂν λέλεκται κακὸν εἶναι γείτων κακός.

5 *Ager vendibilis vicini commendatione fit longè vendibilior.*

¶Quam quidem ſententiam cum Spartiata quidam laudibus efferret,audiens Diogenes ille Cynicus,Atqui(inquit)& Meſenij periere,& eorum boues in vicinia vobis conſtitutis:Quippe Meſanam bello Lacedæmonij affixerant,author Pauſanias.Themiſtocles autem Athenienſium Princeps, vt Plutarchus in Apophthegmatis,& in vita ipſius retulit,cùm agrum vænalem proſcriberet, cæteris commendationibus illud addere præconem iuſsit,ὅτι καὶ ἀγαθοὺς γείτονας ἔχει,id eſt, quòd vicinos bonos haberet,quaſi vicini cõmendatione futurus eſſet longè vendibilior.Cui & ſuffragatur quod ſcribit Cicero in epiſtolis ad Atticum,lib.xij.epiſt.eius lib.xxvij.omnium verò 258. Domum tuam pluris video futuram,vicino Cæſare.Et illud Martialis lib.vj.epig.xix.

*Non de vi,neque cæde,nec veneno,*
*Sed lis eſt mihi de tribus capellis.*
*Vicini queror has abeſſe furto.*

Et alibi,ſcilicet lib.vij.epigr.xcij.

*Propter vicinum qui pretioſus erat.*

Nec hîc omittendum eſſe duxi extare apud Iouianum Pontanum in Aɛtio. dialo. j. exemplum inſtrumenti veteris venditionis, in quo inter cætera illud ſcribitur, Tribules ac vicinos bonos habet, quos mox nominat.

6 *Ob malos vicinos res minoris valet, & plurimũ intereſt non habere malum vicinũ.*

¶Ex legibus Romanis quanuis venditori prædij demonſtratione fundi faɛta,non ſit neceſſe, confines emptori nominare.l.cum ſeruo.§.vlt.ff.de contrah.empt.veruntamen ſi quis vendendo prædio confinem celauerit,quem emptor ſi audiſſet,empturus non eſſet,teneri venditorem ad intereſſe dicit Iuriſconſultus,l.quod ſæpè.§.vlt.ff.eod.quem tex.intelligunt gl.& Doɛ.in vicino malo.& per illum tex.dicit Bal.conſ.482.magnifici viri domini.col.j.lib.j.quòd propter malos vicinos, res minoris valet,minoriſque emitur, venditur,ſed corruptè allegat Bal.l.quid tamen.cùm d.l.quod ſæpè vel let allegare.per illum quoque tex.dicit Corn.conſ.282.circa primum conſultationis articulum. col. iij.verſi.facit canon.lib.j.quòd plurimum intereſt non habere malum vicinum.

7 *Prædium empturus, videat de vicinis diligentiſſimè.*

¶Proptereà Marcus ille Cato omnium bonarum artium magiſter, lib.j. De re ruſtica illud monet, vt cùm prædium cõparare cogitabimus,animaduertamus,vicini quo paɛto niteant.Quod referens

Columella



Columella,& illud quoque Heſiodicum ſuprà citatum, lib. Rei ruſticæ,j.c.iij.De vicini commodo (inquit)non eſt quidem certum,quem nonnunquam mors, aliæque nobiſcum diuerſæ cauſæ mutant.Et ideò quidam reſpuunt Catonis ſententiam,qui tamen multùm videntur errare.Nam quem admodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt ipſam ſibi malam facere fortunam:quod facit,qui nequam vicinum ſuis numis parat, cùm à primis cunabulis,ſi modò liberis parentibus eſt oriundus, audiſſe poterit:

Μηδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

id eſt,vt obiter illud Heſiodicum interpreter:

*Nec bos intereat,vicinus ſi improbus abſit.*

Quod non ſolùm(vt ad Columellam redeam)de boue dicitur,ſed omnibus partibus rei noſtræ familiaris,adeò quidem vt multi prætulerint carere penatibus,& propter iniuriam vicinorum, ſedes ſuas profugerint.niſi aliter exiſtimamus diuerſum orbem,gentes vniuerſas petiiſſe reliɛto patrio ſolo,Archæos dico,& Hiberos,Albanos quoque,nec minùs Siculos,& vt primordia noſtra contingã, Pelagos,Aborigines, Archadas, quàm quia malos vicinos ferre non potuerint. Ac ne tantùm de publicis calamitatibus loquar,priuatos quoq; memoria tradidit,& in regionibus Græciæ, & in hac ipſa Heſperia deteſtabiles fuiſſe vicinos,niſi Autholycus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus,aut Auentini montis incola,palatinis vllum gaudium,finitimis ſuis Cacus attulit.Malo enim præteritorum,quàm præſentium meminiſſe,ne vicinum meum nominem,qui nec arborem prolixiorem ſtare noſtræ regionis,nec inuiolatum ſeminarium, nec pedamenti quicquam annexum vineæ,nec etiam pecudes negligentius paſci ſinit.Iure igitur(quantum mea fert opinio)M.Porcius talem peſtem vitare cenſuit.

8 ¶Plinius item lib.xviij.c.v.Agrum (inquit) paraturos ante omnia intueri oportet aquarum vim,& vicinum : ſingula, magnas interpretationes nec dubias. Palladius quoque qui de eadem diſciplina ſcripſit lib.j.c.vj.Tria(inquit)mala æquè nocent,ſterilitas,morbus,vicinus. Ante hos Plautus in Mercatore,aɛtu.iiij.ſcena quoque iiij. *Agrum paraturus aquarum vim intueatur, & vicinum.*

*Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus,*
*Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*

Et huc quoque nonnihil alludit illud Virgilij,Eglog.j.

*Nec mala vicini pecoris contagia lædent.*

Et eglo.9.

*Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.*

Vnde & illud Martialis ſumptum eſt lib.viij.epigr.lv.

*Iugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.*

E noſtris Lucas de Pen.in l.quicunque.col.viij.in verbo,vicinos.C.de omn.agr.deſer.lib. xj. multis probat vicinitatem malorum obeſſe,atque inter alia citat illud Saluſtianum in bello Iugurtino : vti quiſque potenti confinis erat,ſedibus pellebatur.

9 ¶Vt interim non omittam illud Demoſthenis aduerſus Calliɛteam, οὐκ ἦν ἄρα, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν: Non erat quicquam, viri Athenienſes, pernicioſius,quàm improbum vicinum,nec ſuis cõtentum eſſe,naɛtum.Cui adſtipulatur illud Ariſtidis in Themiſtocle,Ἔστω τὸ γειτόνημα ἁλμυρὸν,ὥς φασιν: Sit ſalſuginoſa(vt aiunt)vicinia.id quod illius interpres tradit ex Alcmane poëta lyrico ſumptum. Ex quo & illud quoque Platonis lib.iiij. De legibus:Μάλα γε μὴν ὄντως, ἁλμυρὸν γειτόνημα: Non ſanè verè ſalſuginoſa, & mala vicinia:ſuper quo & tu vide Eraſmum Chil.j.cent.vj.c.xxxvij. *Non eſt quicquam pernicioſius improbo vicino.*

10 ¶Huc nimirum referri poteſt quod poſt Iacob.Aret. ſcriptum reliquit Bar. in l. ſi ita teſtamento.§. vlt.ff.de fund.inſtr.ar.illius text.quòd damnum datum in agro,magis præſumitur à vicinis datum, quàm ab aliis. Sicuti & furta quoque,vti ſubdit, à vicinis,potiùs quàm ab aliis faɛta præſumuntur, etiam arg.l.dominus horreorum.ff.loc.vbi & hoc ſentit ipſe Bar.in fi.& idem quoque ipſe Bart. in l. ij.ff.de vi pub.& in l.vlt.col.ij.ff.de minor.dum loquens de vicinis,alleg.d.l.ſi ita teſtamento.§.vlt.& Ang.Are.in traɛt.maleſic.in verbo,fama publica præcedente.col.xv.verſic.quæro in quo caſu teſtes. *Damnũ datum in agro magis præſumitur à vicinis datum, ſicut & furtũ.*

11 ¶Hincque multa ſunt Italiæ ſtatuta, quibus damnum datum tranſeuntibus, ſarciri debet à vicinis locorum,tanquàm ſcilicet præſumatur ab illis,aut culpa eorum faɛtum,de quibus noſtri Doɛ. vbique tam in lec.quàm in conſil. Quibus adſtipulatur quod ab Ariſtotele traditum eſt lib. θαυμασίων ἀκουσμάτων, id eſt,admirabilium conſultationum,c.79.Ex Italia viam eſſe aduſque Celtas,Gallos, & Celtiberos,Heracleam vocatã,in qua Græci & indigenæ tranſeuntes ab incolis obſeruantur, ne quid eis fortè mali accidat,nam & hi pœnas pendunt, damnúmque leges ſarciunt, in quorum finibus datum fuerit. *Damnũ datum tranſeuntibus ſarciri debet à vicinis.*

12 ¶Hæc tamen intelligenda cenſeo de malis vicinis,non etiam de bonis,ex ſententia Bal.in l.j.in prin. & rurſum in fin.C.loca.vbi pulchrè admodum.& eleganter loquitur. & Alex.in add. ad Bart.in d. l.ij.ff.de via publi.& Auguſti.Ari.& Bernard.Landri.in addi.ad Ang.Are.loco nuper citato.& Iaſon in l.in aɛtionibus.col.pen.verſi.intellige.nu.42.ff.de in lit.iurando.& Matthæ.Affliɛ.in conſtit. Siciliæ incip.in quæſtionibus.col.vlt.& Hippo.de Marſil.in l.qui falſam.col.pen.verſic. pro quibus etiam facit.ff.ad leg.Cornel.de falſ. *Hæc procedũt in malis vicinis non in bonis.*

## CAVSA VIGESIMAQVARTA.

1 *Facilè culpa abſtergitur quã mater boni operis pietas comitatur.*

VIGESIMOQVARTO, Quanuis nullatenus ſit ab officio boni viri nè tantulùm quidem diſcedendum, vel propter ſalutem alterius, c. primum. verſic. ſeptimum genus. & c. mihi autem. & meliùs c. ne quis. & c. faciat. & c. ſi quis ad te. xxij. q. ij. & per Theologos in iij. lib. ſentent. diſt. xxxviij. Tamen quia facilè culpa abſtergitur, quam mater boni operis pietas ipſa comitatur. c. ſi quælibet. xxij. q. ij. Ideò non ſolùm, ſi pro ſalute conſanguinei, amici, aut vicini (de quibus affatim diximus) ſed & alterius proſſus extranei, & nulla alia ratione coniuncti, quàm quòd homo eſt, peccauerit, veluti quadã pietate motus, mitiùs eſt etiam puniendus: text. eſt not. in l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dol. mal. vbi qui compeditum alterius ſeruum miſericordia ductus, vt fugeret, ſoluerit, in factum actione duntaxat: ſi non miſericordia furti quoque tenetur. & tex. in l. vlt. poſt prin. ff. de cuſto. reor. vbi qui miſeratione cuſtodiam dimiſerit, mitiùs eſt puniendus, quàm qui fraudulenter idipſum amiſerit.

2 *Melius eſt reprehẽdi de miſericordia quã crudelitate.*

¶Et huc quoque accedit tex. in c. alligant. xxvj. q. vij. vbi hæc verba adſcribuntur: Deinde etſi erramus, nónne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem? cuius tex. authoritate Panor. in c. ij. de reg. iur. dicit quòd melius eſt repræhendi de miſericordia, quàm de ſeueritate. Et facit quod voluit gl. in c. ij. in verbo, intentio. de apoſta. ex quo no. Panor. ibi, quòd faciliùs expiatur delictum, ex quadam pietate commiſſum, quàm vbi impietas præſtat cauſam delicto. hanc partem ſequitur Luc. Pen. in l. j. col. xij. verſi. item cùm delinquens. C. de deſer. lib. xij. & in l. ſi apparitor. col. vij. verſicu. cauſa & hæc multiplex. C. de cohor. lib. xij. dum inter cauſas minuendæ pœnæ, illam affert, cùm quis ex pietate delinquit, per tex. in d. c. ſi quælibet.

3 *Natura cognatione inter omnes homines cõſtituit.*

¶Adde quòd inter omnes homines cognationem quandam Natura conſtituit. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & facit l. non ſolùm. ff. de appel. & ibi gl. & Doct. illum tex. ad hoc referentes. Tullius. lib. j. de Legibus: Omnium (ait) quæ in hominum doctorum diſputatione verſantur, nihil eſt profectò præſtabilius, quàm plenè intelligi nos ad iuſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed natura eſſe conſtitutum ius etiam patebit, ſi hominum inter ipſos ſocietatem, coniunctionémque perſpexeris. Nihil eſt enim vnum vni tam ſimile, tam par, quàm omnes inter noſmetipſos ſumus. Idem lib. v. & vlti. Finium: In omni autem honeſto, quod per ſe expetẽdum dicimus, nihil eſt tam illuſtre, nec quod latiùs pateat, quàm cõiunctio inter homines hominum, & quaſi quædam ſocietas, & communicatio vtilitatum, & ipſa charitas generis humani, quæ nata à primo ſatu (ita enim legendum eſt, non ſtatu, vt vulgò corruptè legitur) quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio, & ſtirpe coniungitur, ſerpit ſenſim foras cognationibus, primùm tamen affinitatibus, deinde amicitiis, pòſt in ciuitatibus cum ciuibus, & his qui publicè ſocij, atque amici ſunt: deinde totius amplexu gentis humanæ, quæ animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico ſocietatem coniunctionis humanæ munificè, & æquè tuens, Iuſtitia dicitur, & cætera quæ ſequuntur.

4 *Clementius puniendus qui ut ſalutẽ hominis cuiuſque tutaretur, iniuſtum quidpiam admiſerit.*

¶Sed dicet, aliquis, ſi ſemper eſt mitiùs puniendus, qui vt alterius qualiſcunque, & prorſus extranei ſaluti conſuleret, deliquit, quid ſi Diis placet) tot verba de coniunctis, amicis, & vicinis fruſtra effudiſti, vt probares dandam eſſe aliquam in ea re conſanguinitati, amicitiæ, vicinitati veniam? Nempe vt demonſtrarem aliquam eſſe inter hos differentiam, vt videlicet ſit clementiùs is puniendus, qui vt ſalutem cuiuſque hominis tutaretur, iniuſtum quidpiam admiſerit. Sed iterum iſto leuiùs ſit plectendus, qui pro coniunctis, & cæteris huiuſmodi peccauerit. Iſtic enim ad delinquendum adducit generalis illa cognatio, quæ inter humanum genus intercedit, hæc & eadem generalis cognatio, & præterea ſpecialis animi, vel corporis, vel vtriuſque coniunctio ex conſanguinitate, amicitia, vicinitate producta: quæ tantò maior eſt, quò ſpecialior eſt, atque propinquior: & ſunt duæ rationes vna fortiores, auth. ceſſante. C. de legi. hære. cum ſi.

## CAVSA VIGESIMAQVINTA.

1 *In baptiſmo cõmiſſa crimina dimittuntur.*

VIGESIMOQVINTO, Si quis poſt commiſſum delictum baptizetur, ei pœna delicti remittitur, cùm & crimina ipſa dimittantur, nec obſint. xxvj. diſt. fermè per totum. & c. quod autem. 32. q. 1. & c. vlt. de pœni. diſt. 7. & c. 2. in fi. de conſec. diſt. 4. vbi quidquid ab homine factum, dictum, cogitatum eſt, per baptiſmum aboletur & quaſi factum non ſit habetur, & iterum c. regenerante, & aliis multis, ead. diſt. & c. gaudemus, de diuort. & latè per Theologos in 4. Sentent. diſt. 4.

2 *Iudæus cõmiſſo enormi crimine, poſtea baptizatus fuit liberatus.*

¶Et hoc quoque procedit in foro iudiciali, vt ſentit gloſſ. vlt. 49. diſt. in Summa. & expreſsiùs in d. c. quod autem. in gl. etiam vlt. & c. vlt. in gl. quoque vlt. & Cald. Ant. & latiùs Imo. & Fely. in c. de his. de accuſa. & Barba. in cle. j. verſi. nos igitur. col. pen. de ſumma Trinit. vbi hoc tamen dicit procedere ſi non ſimulanter id fecerit, non aliàs, & nouiſsimè Thomas Ferratius caut. 24. quæritur per ſcribentes, verſi. ſi vis ipſam mortem. vbi ita dicit fuiſſe obtentum Paduæ in cauſa cuiuſdam Iudæi, qui commiſſo quodam enormi delicto Chriſtianum ſe effecerat, conuocatiſq; illuſtrioribus totius vniuerſitatis Doctoribus, cauſaq; per vtramque partem diſputata, fuit tandem liberatus.

3 *Hoc procedit in foro pœnitẽtiali non iudiciali.*

¶Contrarium videlicet hoc ſolùm procedere in foro pœnitentiali, non etiam iudiciali, tenent plerique omnes, his potiſsimùm rationibus: Baptiſmus enim reſpicit animam, cùm per ſacramẽtum quis efficiatur membrũ Chriſti. c. quia paſſus. de pœni. diſt. 2. Et ideò abſolutio, quã eccleſia baptizato tribuit, intelligitur quo ad animã, quia talis remiſsio videtur habere cauſam limitatã reſpectu animæ.

Et quia



Et quia eccleſia non defendit iuſtè condemnatos pro furtis, & delictis. c. vlt. 24. q. vlt. Præterea, delinquentes plerunque quempiam priuatum lædunt (ſemper verò Remp. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vecti. cum ſi. In quorũ præiudicium non debet videri ab eccleſia conceſſum remiſsionis beneficium, l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. ſi. & c. ſuper eo. de offic. deleg. & c. ex tuarũ. de autho. & vſu pal. Et hoc præſertim dicẽdum in eccleſia, quæ eſt cultrix iuſtitiæ. c. j. tit. de ali. feud. Et facit quod in Euangelio legitur, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

4 ¶Et in ſimili dicimus, quòd punitus in foro pœnitentiali poteſt accuſari, & puniri in foro iudiciali, vt voluit gloſſ. in d. c. de his, & ibi etiam Doc. de accu. vbi Panorm. Mari. & Fran. extendunt etiam, ſi fuerit impoſita publica pœnitentia, de quo latè Anto. Burg. col. iij. verſicu. capio gloſſ. cum multis ſeq. de empt. & vendi. Et abſolutus à crimine in foro eccleſiaſtico, poteſt nihilominùs in foro ſeculari conueniri, vt latè probat Pet. Anch. in c. ea quæ. de reg. iur. lib. vj. Anto. But. & Panorm. in c. j. de offic. ordin. & Io. Ana. in c. ij. de adult. & dicit Bal. in l. placet. C. de ſacro. eccle. quòd abſolutio facta ab eccleſia, non intelligitur in præiudicium fori ſecularis. *Abſolutus in foro eccleſiaſtico, poteſt cõueniri in foro ſeculari.*

5 ¶Denique facilè poſſet quiſque Iudæus, aut alius Ethnicus pœnam criminis vitare, ad baptiſmum etiam in fraudem confugiens, & ita præſtaretur occaſio delinquendi, cùm eſſet via paratiſsima ad pœnam euitandam, quod non eſt dicendum. l. conueniri. ff. de pac. dotal. & l. ſi maritus. §. legis, verſi. cæterum. ibi, euitandi criminis ſine cauſa. ff. ad leg. Iul. de adult.

6 ¶Et ita in hanc partem quòd baptiſmus nihil remittat ex foro iudiciali, concludit gl. in c. admonere, in verbo, pœnitentia. 32. q. 2. & gl. Inno. & Hoſti. col. vlt. in fi. Io. And. Pet. Peru. Anto. & Panor. in d. c. gaudemus, per tex. ibi. in fi. de diuor. Panor. & Io. Ana. qui dicit hanc eſſe communem opi. Maria. & Fran. Are. in d. c. de his. de accuſ. & Cardi. in cle. j. §. ſanè. in 14. q. de vſur. Lucas Pen. in l. ſi apparitor. col. pen. C. de cohor. lib. xij. & è recentioribus, Philip. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum. col. viij. verſic. tertiò & vltimò. de conſtit. vbi in hanc partem dicit ſe conſuluiſſe Paduæ, cùm ex facto huiuſmodi ſpecies incidiſſet, & ſecundum ipſius conſilium fuiſſe iudicatum per Thomam Macomum, Poteſtatem Paduanum. Eius autem in eam rem conſi. eſt cxxx. proponitur quod Iudæus. vbi hanc partem multis rationibus, & argumentis longè latéque confirmat. *Baptiſmus nil remittit ex foro iudiciali.*

7 ¶Et hoc quoq; è Theologis ſentit Alex. Ales, in iiij. parte ſuæ Summæ, q. xx. membro j. artic. ij. cùm dicit, quòd in baptiſmo omnis culpa deletur, & reſtituitur homo in priſtinam innocentiam, quantum ad animam, quaſi ſecus ſit de corpore: & idem quoque iiſdem omninò verbis dicit D. Bonauentura in d. 4. ſentent. diſt. 2. arti. 1. q. item 1. Sed & hoc voluiſſe videtur D. Thomas in 3. parte Summæ, q. 68. art. v. in fi. dum ſcribit, quòd baptizati debent ſatisfacere proximis, de iniuriis ante baptiſmum illatis. Sed & expreſsiùs hanc ſententiam ſequutus eſt q. ſeq. arti. 2. in fi. dicit enim, quòd licèt homicida liberetur à reatu pœnæ per baptiſmum, quò ad Deum, remanet tamen obligatus quò ad homines quos iuſtum eſt ædificari de pœna, ſicut ſcandalizari de culpa, piè tamen talibus princeps pœnam indulgeret. hæc ille. quem ſequitur (loco iam citato) Aſteſſanus lib. 4. ſuæ Summæ, titu. item 4. art. j. col. vlt. verſi. vtrùm iudex ſecularis. & in eadem fuit opinione Anto. Flo. in j. parte 3. partis princip. Summæ, tit. 14. c. 13. poſt prin. dicens quòd omnis pœna debita in Dei iudicio, remittitur in baptiſmo, ſed non debita in iudicio hominum, quia non tollit pœnam mortis debitam pro maleficio commiſſo. *Baptizati debent ſatisfacere proximis de iniuriis ante baptiſmũ illatis.*

8 ¶Quid autem de eo, qui poſt commiſſum delictum efficitur clericus, vel ingreditur religionem, vide Oldr. conſi. 4. quòd laicus delinquens. Bart. & alios in l. j. ff. de pœn. Bal. in l. j. ad ſi. C. an ſer. ex fact. ſu. Cæpol. caut. 9. cuius eſt exordium, ſi quis commiſit. Iaſ. in l. pe. in prin. in vlt. not. ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. Gul. Iac. Bu. & Bal. in l. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. Io. And. in c. j. de obl. ad rati. Cy. in authen. cauſa quæ fit. C. de epi. & cler. Iac. Are. in l. iam tamen. ff. iudi. ſol. Bart. Brix. q. 32. incip. aliquis litigabat. *Quid in clerico, uel ingreſſo religionẽ poſt delictum commiſſum.*

## CAVSA VIGESIMASEXTA.

1 VIGESIMOSEXTO, cùm is qui deliquit, plures habet filios, eſt cum eo mitiùs agendũ fauore liberorũ, l. vnic. §. ſi plures liberos. ff. de portion. quæ lib. damn. conced. cuius hæc verba ſunt. Adrianus Imperator in hæc ferè verba eleganter cuidã reſcripſit, Fauorabilem apud me cauſam liberorum numerus facit. quem tex. ad hoc no. Ro. in repe. l. ſi verò. §. de viro. in 45. verſi. 9. ff. ſol. matr. & facit ſing. Barb. in repe. l. cum acutiſsimi. col. 28. verſi. ſed vt quiſque relinquat. C. de fideicom. & facit text. not. in l. qui in prouincia. §. diuus Marcus. ff. de rit. nupt. quem & ad hoc dicit ſing. Bal. in c. naturales. tit. ſi de feud. fuerit contro. quòd liberorum numerus inducit facilitatem diſpenſandi. facit etiam tex. in c. 2. de his qui fili. occid. quem etiã ad hoc ponderauit Luc. de Pen. in l. 1. col. 10. verſic. econtra videtur. C. de deſer. lib. 12. & in l. ſi apparitor. col. 7. verſi. itẽ futuræ vt. C. de cohor. eo. lib. 12. Et tex. item in c. quia circa. & ibi gloſſ. vlt. ante fi. de conſanguin. & affi. & tex. in can. j. 35. q. 8. & quod dicit ibi gl. in verbo, filio. & gl. in c. cum haberet, in verbo, multiplicitas. & ibi etiam Hoſt. Ioan. Andr. & Panor. de eo qui dux. in matri. quampol. per adult. *Fauore liberorũ mitius agendum eſt cum eo qui deliquit.*

2 ¶Qua ratione Sergium Galbam temporum ſuorum eloquentiſsimum (ſi Suetonio credimus in Galba cap. 3) iudicij flammam euaſiſſe accepimus. Tradit enim M. Tullius in lib. De claris oratoribus, cui & titulus eſt Brutus, Luſitanos ab ipſo Sergio Galba prætore contra interpoſitã (vt exiſtimabatur) fidem interfectos, ex quo Titus Trib. pleb. populum Rom. incitauit in Galbam, & in eum *Sergius Galba pœna & iudicio ſoluitur, ratione liberorũ.*

rogationem tulit ſimilem priuilegij. M.quoque Cato Cenſorius legem ſuadens,luculenta oratione in illum inuectus eſt,tum quanta eloquentiæ vis in Galba foret cognitum eſt, qui liberos ſuos paruulos,filiúmque etiam Sulpitij Galbæ ſuis ipſe manibus circunferens,fletu,ac commiſeratione mouit populum Rom.ad miſericordiam,& ita ſe eripuit flammæ,atque euaſit damnationem.Cuius rei quoque fit mentio à Fabio lib.ij.Oratoriarum Inſtitutionum,quo loco de Rhetorica, eiúſque fine differit in hæc verba: Sergium quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modò liberos paruulos in concione produxerat,ſed Galbæ etiam Sulpitij filium ſuis ipſe manibus circuntulerat, elapſum eſſe cùm aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. Sed & idem quoque retulit Valerius Maximus,lib.8.c.1.vbi dicit,quòd quæ innocentiæ tribui nequiuerat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt.& L.Florus,lib.Epitome Liuij,49.

*Menecrates pœnam euitat, ſui nepotis prætextu.*

3 ¶Simile quidpiam tradit Lucianus in Toxari, quòd cùm Menecrates Maſsilienſis à ſexcentum viris condemnatus, facultatibus exutus fuiſſet, & infamis pronuntiatus, tandem curia ſuper ipſius nepote commota,qui illi ex Zenothemi genero,& Cydimacha filia natus erat,remiſit mulctã Menecrati,éſtque rei,& famæ reſtitutus. Itaque Quintilianus ipſe lib.6.Affert (inquit) in his momentum,& ætas,& ſexus,& pignora,liberi dico,& parentes,& propinqui, quæ omnia tractari variè ſolent.& paulò pòſt illud monet,vt eos in iudicio producamus,qui periclitantur,ſqualidos, atque deformes,& liberos,& parentes.Item paulò mox: Quare & obſecratio illa iudicum per chariſsima pignora,vtique & ſi reo ſunt liberi,coniunx,parentes,vtilis erit.

## CAVSA VIGESIMASEPTIMA.

*Cũ iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione multum temperatè debet iudicare.*

1 VIGESIMOSEPTIMO,Cùm quis condemnatur non ex euidentibus probationibus,ſed ex vehementi præſumptione,vt fit interdum,aut aliàs quouis modo, leuius certè eſt puniendus:vt voluit Abb.antiquus,& poſt eum Io.And. Collec. & Card.qui hoc dicit ſing.& Pet.Anch.Anto.Imo.Panor.& Fely.in c.afferte.per illũ tex.de prçſum.vbi Salomon,quoniam non euidenter,ſed ex præſumptione compertum habuit delictum meretricis,eam ad filij reſtitutionem ſolùm, non etiam ad aliquam pœnam corporalem condemnauit.& idem voluit per tex.in d.c.afferte.in not.in c.quia veriſimile.eo.tit.vbi dicit,quòd cùm iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione,debet multum temperare ſententiã:nec debet condemnare niſi raro,& modicè,& non ad pœnam corporalem. & eum ibi ſequuntur Hoſti.& Bal.qui hoc dicit notandum.Petr.Anch.Panor.qui tamen diſtinguit.

*Ex præſumptionibus & indiciis an procedatur ad pœnam.*

2 ¶Et quanquam ille tex.in d.c.afferte.pleriſque non videatur iſtud probare,quia ibi ſolùm agebatur ad filij reſtitutionem,& non ad pœnam corporalem,tamen in eam ſententiam plerique omnes cõueniunt,videlicet Alber. Gandi. ſummæ authoritatis vir,& magnus practicus, teſtimonio Io.Ana. in addi.Spec.tit.de procur.§.j.verſ.item quòd cauſa eſt criminalis.in addi.incip.per hoc videtur,ipſe inquam Alber.in ſuo tract.malefic.tit.de præſump.& indi.indub.ex quib.condem.poſſ.ſequi.col.iij. verſi.ſol.videtur,per multa quæ illic allegat,& iterum paulò ante fi.d.tit.vbi dicit,quòd ex præſumptionibus & indiciis quantumcunque violentis,& vrgentibus atque etiã indubitatis,non proceditur ad condemnationem pœnæ corporalis.& ita dicit tenuiſſe omnes Doct.Bononiæ, & quoſcunq; ſuæ ætatis,quos viderit, & ſe vidiſſe de conſuetudine obſeruari.& idem quoque voluit Spec.tit.de præſumpt.§.ſpecies autem.verſi.in ſumma.Oldra.conſi.192.viſo diligenter.& Bald.in l. presbyteri. eius initij 1.col.pen.verſ.& adde quòd quando.C.de epiſc.& cler.& in l.non eſt veriſimile.ante fi.ff.quod met.cauſ.& in l.eius.§.j.in fin.ff.de teſta.& in l.ſciant cuncti.ad fi.verſicu.ſextò probatur poſt Nicol. Matth.C.de prob.vbi etiam Paul.Caſt.qui ex hoc dicit, ſe quempiam à morte liberaſſe: qui viſus fuerat exire gladio euaginato ab agro quodam,in quo repertus occiſus inimicus patris illius,qui in eo die domo egrediẽti iuſſerat ne rediret,quin priùs aliquid noui audiret, & cùm domum rediſſet, dixit ei pater,vt fugeret.Et ipſe Bal.in l.ſi fugitiui.col.ij.verſi.ſi autem non eſt certum.& ibi Cæpol. in vlt.char.C.de ſer.fugi.& ipſe Bal.in c.j.in fi.tit.qui mod.feud.amit.huius initij.ij.& in rub. de offi. deleg.col.pe.verſi.item dicit quòd principes.& conſi. ccl. in quæſtione domini Milani.col.ij.verſic. ſecundò eſt videndum.lib.j.& conſi.ccclxiiij.quia quæſtio iſta.col.ij. verſic. prætereà mitiganda eſt. lib.iij.Ant.in c.quanto.de præſump.& Imo.in l.vlt.ff.de hæred.inſtit.Pet.Anc.in regula iuris, ſemel malus.col.x.de reg.iur.lib.6.& Domi.in c.habuiſſe.in j.not.xxxiij.diſt.Panorm. c.ij. ad medium. de coha.cler.& mul.& in c.accedens.de accuſ.& in c.auditis.col.pen. verſic. ſed contraria prædicta. de præſcr.& Pau.Ca.conſ.299.viſa inquiſitione ſuprà ſcripta.col.vlt.lib.2.vbi & ipſe dicit, ſe quendam defendiſſe à pœna capitis:contra quem erant ita fortia indubitata indicia,vt animus, & intellectus hominis non potuiſſet credere,alium quàm eum feciſſe illud homicidium, ſubdítque temerarium fore contra deciſionem tanti viri,& tam experti(loquitur autem de Albert.Gand. quem ipſe ibi allegat)Roma.in l.j.§.ſi quis in villa.in fi.ff.de S.C.Sylla.& Franc.Aret.in l. eius qui.§.ſi cui. de teſta.& Barb.conſi.26.illud in medium referam,quod prophetæ clariſsimo.col.7.verſic.modò extat ſolennis.lib.j.& conſi.23.ſapientiſsimus dixit Eccleſiaſtes.col.vlt.verſic.& ex iſtis.lib.ij.Alex.in l.j.col.viij. verſi.ad vnum tamen.ff.ſi cer.pet.vbi multa ad hoc adducit.& conſi. xv.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ per poteſtatem Parmæ.colum.ij.verſic.tertiò per id quod dicit. lib.j.& conſi.cxv.in cauſa inquiſitionis formatæ contra dominam Helenam.ad fin.lib.iij.& conſi.ij.viſo proceſſu.poſt princip. lib.7.& conſi.clxxxviij.& viſo proceſſu inquiſitionis.col.vlt.lib. 7. & Cæpola conſilio criminalium.





conſi.vj.veritas primi dubij.col.2.verſ.& licet ſecundum.& conſi.xxvij.requiſitus.col.vlt. & conſil. xxxij.quidam ruſtici.col.pen.& conſi.xxxiiij.ſin vnquam.in iiij.q. & conſ. xxxix.Baptiſta Mæonij. col.2.verſ.nec obſtat.& Soci.in rep.l.j.col.4.ff.de vulg.& pup.& Aug.Ari.in addit.Ang.Are.in tract. malefi.in verbo,de anno præſenti.& iterum in verbo,comparuerunt.col.j.Fely.in c.qualiter & quãdo.eius initij 2.§.vlt.col.vij.verſ.tertia cauſa.de accuſ.vbi hoc reputat ſing.& in c.venerabilis.col.4. verſ.ſecundo not.& ibi latè Philip.Dec.col.11.cum ſeq.de excep.& idem Dec.in c. iij.loco. col. pen. verſ.& pro talibus.de probat.Hippol.Marſil.in l.j.§.diuus.col.5.verſ.ratio eſt.ff.ad l.Cornel.de ſicar. & in repet.rubr.C.de prob.col.50.verſ.teneas menti.vbi & illud dictum Inno.dicit ſing.& Iaſ. in l. vt vim.col.3.verſ.moueor per illud.ff.de iuſtit.& iur.& in l.j.col.v.verſ.tu aduerte licèt.C. de ſer.fugit.& Matth.Afflic.in conſtit.Siciliæ,incip.mala noxia.col.2.de hoc eſt tex.ſing.vt dicit Franc. Are. in c.inter ſolicitudines.de purg.cano.ſecundum lecturam glo.vlt. quam & ad hoc not. Alex. in d.l. 1.ff.ſi cert.pet.& d.conſi.2.lib.vij.& Iaſ.in d.l.j.& Fely.in d.c. afferte.

*Lex Lombarda de occiſis in duello.*

3 ¶Et hoc quoque lex Lombarda videtur obſeruaſſe.nam cùm probatio, quæ fit per duellum, non ſit vera,& indubitata,quoniam multi ſub iuſto clypeo perierunt, vt eſt in ea lege Lombarda, titul. qual.quis ſe defend.debe.l.recolimus.& dicit glo.in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.in verbo, niſi domino committente.in fi.ff.ad leg.Aquil.& in §.ſi quis hominem,& ibi etiam Bald.tit.de pace tenen.& Cy.in auth.generaliter.C.de epiſc.& cler.& Bal.in l.ex hoc iure.col.3.verſi.octauò quçritur.ff.de iuſtit.& iur.& in rub.C.de Lat.liber.tol.conſ.ccccxv.quidam fuit interfectus.lib.v.& eſt de hoc tex.in c.2.de purg.vulg.Nam incerti ſumus de iudicio Dei:vt dicit gl.in d.§.ſi quis hominẽ. & vt dicit Pſalmiſta Ode xxxv.iudicia Dei abyſſus multa.Et diuus Paulus ad Roma.c.2.Incõpræhenſibilia iudicia eius.Ideò ſi aliquis per duellum probetur occidiſſe hominem ex lege Lombarda, non punitur ad mortem:quemadmodum & hi,qui verè & indubitatè idipſum commiſiſſe probantur,per l.nemo.C.de epi.audi.ſed tantùm manus amputatione,vt ſcribitur in d.l.Lombar. in tit. de homic.liberorum hominum.l.qui verò intra treugam.& in d.l.recolimus.& ita referunt glo.in d. §. ſi quis hominem.& ibi Bald.col.v.& Nicol.Mat.quem refert idem Bald.in d.l.vlt.in fi.C.de proba. & Io.Ana.in c.j.col.vlt.de cler.pug.in duel.& Barb.d.conſ.lxij.col.vij.verſ.& quidem Bald. lib.1.& Paris de Puteo in tractatu de re milit.lib.1.tit.quid ſit duellum.& nouiſsimè Catel. Cot.vir & legũ & artium humanarum peritiſsimus,in memor.perduellionis reus.ad fin.

*Fama fallax.*

4 ¶Hinc quoque fit,quòd cùm fama plurimum fallax ſit,& mendax, nec tunc quidem cùm aliquid veri aſſerit,ſine mendacij vitio eſt,vt ſcribit Tertullianus in Apologetico cap.vij.cui accedit diuus Hieronymus ad Ruffinum inquiens, Multùm in vtrãque partem crebrò fama mentitur:& tam de bonis mala,quàm de malis bona falſorum ora concelebrant.

Quod & ſatis probat illud Virgil.Eclog.vj.

*Quid loquar,aut Scyllam Niſi,quam fama ſecuta*
*Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris?*

Nam Niſi filia,hæc Scylla non fuit,ſed Phorci.verùm Virgilius τὸ πρέπον famæ ſeruauit:quæ plurimùm ex falſo trahere ſolet.Sic & apud Ouidium Penelope in epiſtola ad Vlyſſem,

*Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.*

Cùm non ab Hectore victum,ſed à Memnone, Auroræ filio, necatum fuiſſe conſtet ex Quintio Calabro,aut quiſquis is fuit,qui Iliada exorſus eſt à fine Homeri.Sed & famam ſequebatur,quæ id falsò narrabat.Apertiſsimè autem Virgilius in Aethna:

*Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.*

Et id quoque atteſtantur leges noſtræ,ſtatuentes ſolam famam non inducere plenam probationẽ, at ne ſemiplenam quidem regulariter,ſecundum Bart.& alios in l.at qui natura.§.cùm me abſente. cum concord.ibi adductis per recentiores.

*Pœna quibus minuenda.*

5 ¶Cùm igitur fama talis ſit,hinc fit,vt in quibus caſibus ex ſola fama proceditur ad condemnationem,vt in caſu c.cùm deſideres.§.ſecundæ quæſtioni.de ſenten.excom.& in eo qui traditur per gl. & Bart.in l.1.ff.de excep.eſt certè pœna minuenda, ne videlicet tam grauis, & ſeuera imponatur, quàm ſi ex certa probatione fieret condemnatio.tex.eſt in c.illud.de cleri.excom.mi.ſecundum Fely.in d.c.qualiter & quando.huius initij 2.§.vlt.col.7.verſ.quarta cauſa.de accu.Et hoc quidem verum eſt,per ea quæ dicta ſunt:ſed ille tex.hoc expreſsim non probat:ſed bene facit in arg. nam ibi mitius punitur,qui habens notitiam excommunicationis per ſolam famam celebrauit,quàm ſi aliàs fuiſſet verè certioratus.

*In pœnis corporalibus mitius agimus in dolo præſumpto quã uero.*

6 ¶Sed & hinc quoque prodiit,quod pulchrè,& notabiliter ſcribit Bald.in c.1.ad fi.tit. qui. mo. feud. amit.huius initij 2.quòd in pœnis corporalibus mitius agimus in dolo præſumpto, quàm in vero, per l.j.ff.ad leg.Corne.de ſica.cum ſimilib. Credo quòd voluit allegare l. j. eiuſdem tit. C. Et licèt Bald. ſolus ſit in ea ſententia,ſaltem quòd nunc meminerim,tamen cùm non habeat contradictorem,imò verò habeat aſſertores in ſimilibus ſuprà adductis,niſi & ipſa eadem ſint,non video, cur eum non ſequamur tam excellentem iurium interpretem.

*Probatio ex confeſſione nõ ſimplici reſultans,non debet capitaliter puniri.*

7 ¶Ex hoc item fit,quòd quamuis is qui confeſſus eſt ſe homicidium feciſſe ad ſui defenſionem,poſſit vt homicida puniri,niſi defenſionem probet,ex ſententia Bart.in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de lib.leg.& Bald.in l.j.col.viij.in x.q.C.de confeſſ.cùm aliis concord.adductis per Alex. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter.verſi.ex prædictis infertur.ff.de verb.oblig.tamen quia huiuſmodi probatio reſul-

tans ex huiuſmodi confeſsione non ſimplici,& pura,ſed qualificata,non eſt adeò euidens,& indubitata,non debet capitaliter puniri.Ita ſing.voluit Pan.in d.c.auditis.col.pe.de præſcrip.innixus ea generali ſententia,quam diximus de probatione præſumptitia.Et ſequitur & dicit alibi non reperiri,& eſſe in ſolenni cultu apud recentiores practicos Fely.ibi col.vij.verſ.obſtat ſecundò.Et licèt(inquit) contra id videatur deciſio Bal.in c.dudum.eius initij 2.in fi.de elec.& Lanfranc.in c.quoniam.char. xv.verſ.pro deciſione huius quæſtionis.de probat.tamen ſatius putat illam Panor.opi.ſequi. Cuius etiam meminit idem Fely.in c.ſignificaſti.eius initij 2.col.pe.verſ.& iſta nota.de homici.vbi tamen dubitare videtur,cùm dicit hanc eſſe ſtupendam limitationem d.ſententiæ Bart.ſi ea vera ſit. Meminit item Alex.qui id dicit ſignanter notandum,licèt non certo firmet,in l.non ſolum.§.ſciẽdum. col.2.verſ.& ibi ſubdit.ff.de oper.noui nuntia.& Hippo.Marſi.qui id ſing.dicit in l.repeti.col.8.verſ. quartus eſt caſus.de quæſtio.& ſing.185.confeſsio inquiſiti.in fi.& Iaſ.qui etiam de hoc dubitat in d. l.vt vim.vbi ſuprà.ff.de iuſti.& iur.vbi tamen dicit id ſibi feciſſe magnum honorem in actu practico.Sed vt non omittam,illam Bart.ſententiam non omnibus placuiſſe,vt videre licet ex Saly.in l.j. verſi.quartò opponitur.C.de confeſſ.Et certè ea mihi admodum dura eſſe videtur,ſi homicidium aliter non ſit probatum,quàm per huiuſmodi confeſsionem rei.

*Mandãs famulo homicidium tenetur pœna capitis.*

8 ¶Ex quibus non ſatis tuta videtur deciſio Bart.in l.ſi quis mihi bona.§.pater Seio. ff. de acquir. hæred.de quodam milite Florentino,qui cùm ab aliquo paſſus fuiſſet iniuriam,dixiſſétque famulo, vt nunquam domum reuerteretur,donec aliquid reſciret de huiuſmodi negotio : confeſtim illum famulus interemit,ob quod miles fuit decapitatus,tanquam eius mandato fuiſſet homicidium perpetratum,de quo dicit eſſe textum ibi,& ſequuntur Bald.Imo.Paul.de Caſtr. & alij ibi.& Bald. in l. non ideò minus.C.de accuſ.Pet.Anc.conſi.cxvij.aliàs 266.Pan.in c.ſententiam.col.pen. verſi. nec obſtat ſi dicatur,nec cleri.vel mo.Ioan.Ana.conſi.lix.viſa inquiſitione formata per magnificum dominum capitaneum Florentinum.Roma.ſing.714.tu ſcis quòd Bart.& Ang.Aret.in tracta. maleficiorum:in verbo,Sempronium mandatorem.in 12.quæſtione.& Matheſ.not.188.nota.quòd vbi creditor.vbi hoc ampliat etiam procedere , ſi dominus per huiuſmodi verba prohiberet expreſsè ne interficeret,per tex.no.in c.vlt.de homic.lib.vj.& Ant.Corſet.in ſuis ſing.in verbo, præceptum. huius initij 1.vbi hoc latè examinat.

*Ex præſumpta probatione debet quis mitius puniri.*

9 ¶Item Iaſon in l.j.col.v.verſ.caue tamen quod in prædictis caſibus.ff.ſi cert.pet. dicit ſe dubitare de dicta deciſione,ea ratione,quòd ex præſumpta probatione debet quis mitius puniri,vt diximus. & Alex.quoque in addi.ad Bart.in d.§.pater Seio.ſubobſcurè eam deciſionem impugnat , alia tamen ratione.Idem tamẽ Iaſ. in l.j.col.v.verſ.tertiò multum no.C.de ſer.fugi.poſtquàm dicit eam ipſam deciſionem videri dubiam ea,qua diximus ratione,& aliis quæ allegat, tãdem tamen illam approbat,cum ſex notab.limitationibus:quas ibi vide per eum.

*In præſumptione honoris præſumitur aliter quàm ex præſumptione legis.*

10 ¶Quod autem dictum eſt non eſſe imponendam pœnam corporalem , quando ex præſumptione ſolùm proceditur ad condemnationem,intellige procedere in præſumptione hominis:ſecus autem in præſumptione legis,ex qua cùm quis condemnatur,non debet pœna minui.Ita voluit Pan.in d.c. accedens.col.2.verſ.nec obſtat quando dicitur.de accu. quem ſequitur Iohan. montefer. in repet. l. nemo poteſt.col.v.de lega.1.& facit tex.not.in l.ſi quis adulterij. C. de adult. vbi ex præſumptione illius imponitur pœna capitalis,quem ad hoc ponderat Matheſ.in ſing.116.nota,quòd præſumptio. & quod voluit gl. in c.cùm contumacia.de hæret.lib.vj.

*Limitationes uariæ de præſumpt.*

11 ¶Aliàs limitationes tradit Fely.in d.c. afferte. quas hîc ponere ſuperſedimus , quia illic in promptu ſunt omnibus,tum quoque quòd quædam ex illis mihi non videntur propriè hanc deciſionem limitare,tum quia in aliis,dum vult tantùm limitare , omnino deſtruere videtur. Sed & in eam rem alia pleraque adducit Hippol.Marſil.in l.repet.col.vj.verſ.videamus ergo.cum duabus ſeq.col.ff. de quæſt.quæ illic quoque omnibus videre licet.

## CAVSA VIGESIMAOCTAVA.

*Si pœnitet delinquens perpetrato crimine,puniri non debet.*

1 VIGESIMOOCTAVO, Si perpetrato crimine delinquentem illius pœniteat , fiátque bonus ipſe delinquens,certè puniri non debet.ita allegatur voluiſſe Specul. in tit. de accuſatore.§.j.verſ.quid ſi quis interfecit patrem.per tex.in c.accuſaſti,de accu.& in c.odio.86.diſt.quod pro no.& ſing.refert & ſequitur Hippol.Marſi.in l.qui falſam. col.vij.verſ.& non omitto.ff.ad leg.Cornel.de falſ. Cui cõſonat quod ſcribit Ariſtoteles lib.orbicularium quæſtionum,29.c.13.nihil errare iudices, qui reum vſqueadeò emendatum liberant,vt nihil prætereà delinquere vellet.

2 ¶Et hoc quoque confirmat huiuſmodi ſimile,quòd licèt pater poſsit filiam,quæ in corpus peccauerit,exhæredare,vt eſt tex.in l.ſi filiam.C.de inoffi. teſtam. poſsit item illi & dotem & alimenta denegare,vt voluit Specul.tit.qui fil.ſunt legit.verſ.quid ſi filia.tamen ſi filia ad bonos mores conuerſa pœnitentiam egerit,iam non eſt ius patri,ea quæ diximus,facere:vt dicit Spec.vbi ſuprà., & Ant. in cap.quintauallis.col.2.verſi.& dicit Ioan.And.de iureiur.& Alex.in l.j.col.9.verſ.ſed Imo.ibi dicit.ff.ſol.matri.& Iaſ.qui hoc dicit eſſe mirabile,in auth.non licet.col.1.verſ.item diligenter aduerte.C.de liber.præter. Et bene facit l.imperialis.C.de nupt.&c.ferrum. 50.diſt.cum ſimil.

*Qui non accuſat interfecto- rem paternum perdit hæreditatem.*

3 ¶Sed quòd pace Hippo.dixerim,nec tex.in d.c.accuſaſti.à Specul.citatus,nec ipſe hoc dicit , ſed illud tantùm quærit,an ſi quis patre meo interfecto agat pœnitentiam,bonúſque fiat,poſsim eum licitè



citè accuſare?in qua re dubitant.Nam ſi non accuſem,inquiunt,hæreditatẽ perdo.l.j.C. de his quib. vt ind ig.Rurſus ſi accuſem,videor ex odio procedere,cùm ſit emendatus, per dictũ c. accuſaſti.& d.c. odio.Et huic parti magis fauere videntur,vt videlicèt ſi potius abſtinendum.

*Abſolutus in foro pœnitentiali poteſt accuſari.*

4 ¶At Io.And.in d.c.accuſaſti.& poſt eum Pan.alteram partem intrepidè ſequuntur : quoniam abſolutus in foro pœnitentiali poteſt accuſari,& puniri in foro iudiciali,vt voluerunt glo.& Doct.in c.de his eo. tit. Et faciunt quæ diximus ſuprà in xxv. cauſa. Et illud prætereà , quòd in conſummatis delictis non iam eſt locus pœnitentiæ ad euitandam pœnam delicti,vt plenè no.in l. ſi quis non dicam rapere.C.de epi.& cler.Sed fortaſsis poſſet attentari hunc eſſe aliquantò mitius puniendum, ſi planè conſtaret eum verè emendatum eſſe,ex his,quæ dicam inferius.

*De Glauco & ciue Mileſio celebris ſuper pignore quæſtio à Pythia ſoluta.*

5 ¶Nec tamen inde prius diſcedam,quàm retulerim hiſtoriam ab Herodoto quoque relatam lib.6. de Glauco Lacedæmonio,vitæ ſanctitate ſatis commendato : ad quem vir quidam Mileſius fluctuante Ionia aſsiduis bellis,diuendita parte bonorum acceſsit , & apud eum pecuniam depoſuit, exiſtimans fore,vt & ſalua eſſet , & ſibi redderetur cùm allatis ſymbolis repoſceret. Longo autem pòſt tempore,filij eius,qui pecuniam depoſuiſſet,Spartam veniunt: Glaucum conueniunt , exhibitíſque ſymbolis pecuniam repetunt:at ille repellere homines:neque eius rei quicquam ſe reminiſci dicebat.Ipſe autem Glaucus Apollinem conſuluit,an iureiurando pecuniam prædaretur, quã apud ſe depoſitam à quodam Mileſio,filij eius repoſcebant?Reſpondit autem Pythia his verſibus:

Γλαῦκ' ἐπικυδείδη,τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω
ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα ληΐσσασθαι,
ὄμνυ,ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστὶν ἀνώνυμος,οὐδ' ἔπι χεῖρες,
οὐδὲ πόδεν,κραιπνὸς δὲ μετέρχεται,εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν,καὶ οἶκον ἅπαντα:
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. Quos ita latinos reddidit Valla interpres:

*Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus,*
*Sic orco viciſſe, interuertiſſéque numos:*
*Deiera & Euorcum quoniam manet exitus idem,*
*Aſt orci natus,qui nomine,qui manibus,qui*
*Nullis eſt pedibus,rapidè aduenit,vſque adeò,dum*
*Conuoluens omnem perdat prolémque,domúmque,*
*Cum ſobole Euorci melius ſed poſtea agetur.*

Subdítque Herodotus, His auditis Glaucus ſibi veniam eorum,quæ dixiſſet,vt daret, Deum obſecrabat.Cui Pythia inquit, idem polleret tentare Deum,& facere.Tunc Glaucus accitis Mileſiis hoſpitibus,pecuniam reddidit.Cur autem hæc oratio apud vos inſtituta eſt,dicetur:Glauci nunc nulla ſupereſt neque ſoboles,neque domus , quæ illius cenſeatur , ſed ex Sparta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de depoſito cogitare,quàm vt repetentibus reddatur. Hactenus Herodotus. Sed & hanc quoque hiſtoriam recenſet Iuuenalis Satyra 13.

*Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,*
*Haud impunitum quondam fore,quòd dubitaret.*
*Depoſitum retinere,& fraudem iure tueri,*
*Iurando:quærebat enim quæ numinis eſſet*
*Mens:& an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.*
*Reddidit ergo metu non moribus,& tamen omnem*
*Vocem adyti dignam templo,verámque probauit,*
*Extinctus tota pariter cum prole,domóque.*
*Et quanuis longa deductis gente propinquis,*
*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.*

Quanquam,vt vides ex hiſtoria Herodoti,non hîc fuit nuda voluntas, cùm ad denegationem depoſiti ſemel proceſſerat:ideò non excuſabatur ex eo,quòd poſteà pœnituerat. Crimen enim denegatione perfectum erat , vti & ex venditione rei depoſitæ , poſtea redemptæ in cauſam depoſiti. quæ ſi etiam ſine dolo malo perierit,tenetur tamen depoſitarius depoſiti : quia ſemel dolum fecit, cùm venderet.vt eſt tex.ſing.l.j.§.ſi rem depoſitam.ff.depoſi.Quòd ſi ſola voluntas , ſiue cogitatio fuiſſet,certè noſtris legibus id impunè fuiſſet,per l.cognitionis.ff.de pœnis.Apud Deum verò id nõ impunè ferimus.Scitum enim eſt illud decalogi,Deutero. c. v. Non concupiſces vxorem proximi tui,non domum,non agrum,non ſeruum,non ancillam , non bouem,non aſinum , & vniuerſa quæ illius ſunt. Et illud Matthęi v.Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.Cui aſſentiens Iuuenalis ad ea,quæ ex eo ſuprà diximus,hæc ſubdit:

*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
*Facti crimen habet.cedo ſi conata peregit?*

Leges autem noſtræ in hoc ſecutæ ſunt leges Moyſis,quibus non animum ſed manum tantùm puniebat : ſicut alibi latè diximus.

Cauſa

## CAVSA VIGESIMANONA.

1 *Vetera peccata iam obliterata non eſſe repetenda.*

VIGESIMONONO, Leuius quis punitur, cùm poſt delictum à ſe commiſſum iam multum temporis eſt tranſactum. textus eſt de hoc ſingularis, quem ita plerique omnes antiqui legum interpretes intelligũt, in l. ſi diutino. ff. de pœn. Quamobrẽ Domitianus Imperator Rom. authore Tranquillo, inceſta Veſtalium à patre Veſpaſiano, Titóque fratre neglecta, variè coërcuit. Prima capitali ſupplicio, arbitrio quidem puniendarum relicto: poſteriora verò, ſeuerius, more ſcilicèt veteri, vt viuæ defoderentur: quod erat atrociſsimum mortis genus apud Liuium 1. deca. lib. 3. M. Duillius tribunus plebis edixit, vetera peccata iam obliterata non eſſe repetenda.

2 *Eius qui à familia occiſus, querela 20. ann. exceptione excluditur.*

¶Et huc nonnihil facit, quòd eius, qui à familia occiſus eſt, antequàm mortem illius vlciſceretur, & cæterorum quoque criminum querela 20. annorum exceptione excluditur: vt de primo eſt text. in l. in cognitione. ff. de S.C. Syl. De reliquis in l. querela. C. ad legem Cornel. de fal. & quod habetur in c. cùm venerabilis, ante fi. de excep. Præter tamen pauca, de quibus per gl. & Docto. in d. l. querela. Sed ad hoc de iure canonico, & in foro eccleſiaſtico obſeruetur. vide gl. in c. admonere. & in verbo pœnitentiam. 33. q. 2. & Panor. in c. licèt. & ibi omnino Philip. Dec. col. xviij. de proba. & ipſum Pan. in c. cùm haberet. in 3. no. de eo qui dux. in matrimo. quam poll. per adulte. & in c. vlt. poſt prin. de purg. cano. Io. Ana. in c. ſuper eo. de crim. falſ. & Anfrer. in deci. Tholo. q. 188. item fuit quæſitum, ſi aliquis commiſit crimen.

3 *Succeſsiua crimina ut hæreſis, grauius coercenda, ſecus ſi momẽtanea.*

¶Intellige tamen vt quæ iam diu commiſſa ſunt, leuius puniri debeant, cùm ſunt momentanea, vt homicidium, & cætera huiuſmodi, & quæ ſemel ſunt perpetrata. Quia ſi ſint ſucceſsiua, vt matrimonium prohibitum, hæreſis, aut alia id genus, in quibus quis diu perſtiterit, eò grauius coërcẽdus eſt, quò diutius permanſerit. nam vt dicit tex. in c. non debet. in fi. de conſang. & affin. diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget: tantóque ſunt grauiora crimina, quantò diutius infœlicẽ animam detinent alligatam. & eſt ſimilis tex. in c. vlt. in prin. de conſue. & in d. c. cùm haberet. de eo qui dux. in matr. & c. non ſatis. in fi. & c. cùm in eccleſiæ, in medio. de ſimo. & c. ſicut nobis. in fin. de regul. & tranſ. ad relig. & c. ſchiſma. 24. q. j. Et vt dicit eleganter text. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. quid tam ridiculum eſt, quàm meliorem furis conditionem eſſe, propter continuationem furti æſtimare? Sed & ſi quæcunque delicta fuerint iterata, grauius quoque ſunt punienda, vt infrà latius dicemus. Et ita eam l. ſi diutino. intelligunt gl. Bart. & alij, qui ad hoc multa alia iura afferunt, quæ illic in promptu ſunt omnibus. & Per. Anc. Barb. & Roc. Cur. in d. c. vlt. de conſue.

4 *Delictum curſu temporis nõ deſinit eſſe delictum.*

¶Illius autem legis ita intellectæ vt diximus, ratio non eſt, quòd crimen ſine culpa proceſſu temporis aboleatur, aut minuatur, vt eſt tex. in l. ſicut. C. ad l. Cor. de falſ. ex quo not. Bald. in d. l. querela. ante fi. eo. tit. quòd delictum ſolo curſu temporis non deſinit eſſe delictum. Ita etiam no. per gl. in c. citò. in verbo, multiplicis. 1. quæſt. 1. quæ ad hoc multa iura adducit. Sed nec vllam ab aliquo ſcriptã rationem comperi, nec aliam cogitare poſſum. niſi quòd qui aliàs quidpiam admiſerit, diutius tamẽ poſteà à delictis abſtinuerit, aut magis videtur peccauiſſe impetu, ignorantia, infirmitate, & cæteris id genus, quæ delictum minuunt, quàm dolo, & peccandi conſuetudine. Vita enim ſequens iam diu bene, rectéque, ac longè à ſceleribus acta, ſatis oſtendit, atque declarat non aliud facinus cõmiſiſſe peruicaci quadam, aut inueterata ingenij malitia. Ex ſequentibus enim cùm in omnibus rebus, tum maximè in his, quæ ad mores attinent, præcedentia mirum in modum declarantur. l. ſi hi qui. & ibi Bald. & Doct. C. de adult. & §. vlt. & ibi glo. in verbo, vt appareat. in auth. de reſtit. & ea quæ par. cum ſimil.

5 *Qui triennio bene uixit uidetur ſatis emẽdatus.*

¶Aut quocunq; id animo fecerit, ſi tamen aliquãto pòſt tẽpore, id eſt, triẽnio, bene honeſtéq; vixerit, videtur ſatis atq; ſatis emendatus, vt eſt tex. penitiſsimis memoriæ præcordiis infigendus, in §. hinc autem nobis. verſ. triennij verò. in auth. de mona. cùm dicitur *Attamen ſufficit ad meliorem purgationem delictorum, & ad virtutis argumentum* (ſic enim malo legere, quàm augmentum) *triennalis temporis teſtimonium*. & quod not Ang. & Saly. qui illum tex. facit ſing. in l. fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. & ibi Alex. & Iaſ. col. pen. ff. qui ſatiſd. cog. & idem Saly. in l. ſi minorem. col. 2. verſic. & ideò vt tollam obiecta C. de in int. reſt. mi. & Luc. Pen. in l. principes. in 83. præſumpt. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. Imo. in c. cùm deputati. & ibi Fely. col. j. in prin. de iudi. & Panorm. in c. teſtimonium. in 3. not. de teſtib. & ibi Barb. in rep. circa fi. & Ludo. Rom. conſi. ccxxxvj. vt præmiſſa conſultatio. col. 2. verſ. tertiò ponderandum. vbi & illum tex. facit ſing. & Fran. Curt. in tract. de ſequeſtris. quem poſuit in l. j. C. de prohib. ſeq. pec in vj. q. prin. & Anto. Corſe. qui hoc reputat ſing. in ſuis ſing. in verbo, prȩſumptio regula eſt &c. Iaſ. qui illum tex. ſolennem vocat. in l. ſi priuſquam, col. 14. verſ. tu ergo dic. ff. de oper. noui nun. Philip. Dec. conſ. clxiij. in cauſa matrimoniali. col. vij. verſ. quartò non deponit. & vide infrà in 51. cauſa. nu. 171. incip. igitur neminem.

6 *Cùm quis ſatis eſt emendatus, aut nullo modo aut mitius puniẽdus.*

¶At inter alias puniendorum delictorum cauſas, hanc primam poſuit Plato in Gorgia, Taurus philoſophus in commentariis eius lib. in prin. & Seneca li. j. de Clementia. & Gellius lib. vj. ca. 14. vt qui peccauit, ex pœna fiat emendatior, atque correctior. de quo eſt tex. apud nos in l. ſi pœna. ff. de pœnis. & in c. qui ea. 38. diſt. & c. cùm dicitur. 33. q. 2. & latè diximus in noſtris legib. Connubialibus. l. 9. nu. 224. incip. Propterea cùm Plato. Quæ cauſa cùm ceſſet, vtpote cùm iſte ſatis (vt iam diximus) videatur emendatus, conſequens eſt, vt aut nullo modo, aut certè mitius ſit puniendus.

¶Sed



7 ¶Sed hinc non prius diſcedendum putaui, quàm id dixerim, quòd etſi verum eſt, vt qui iam longo antè tempore deliquit, & ſemper poſteà bene vixit, mitius ſit puniendus, rationibus ſuprà adductis, id tamen non probatur ex d. l. ſi diutino. ſed id potius, vt qui diutino tempore in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda ſit. Hȩc enim ſunt verba eius legis. Quid autem reatus ſit, & quomodo ea lex intelligatur, nemo vnus eſt qui ignoret, poſt annotationes Budȩi in eum locum, ad quem ſtudioſos relego. illud tantùm dixerim, eo vocabulo primum omnium vſum eſſe Meſſalam: vt ſcribit Quintil. lib. 8. c. 3. Auguſtus Cæſar diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud, quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: vt ſi quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ ſubiret, vt tradit Suetonius in vita illius, c. 32. Et Domitianus reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit: nec repeti, niſi intra annum, eáque conditione permiſit, vt accuſatori, qui cauſam teneret, exilium pœna eſſet: vt idem ſcribit in vita quoque ipſius Domitiani, c. 9.

*Qui diu in reatu fuit, aliquatenus eius pœna ſubleuanda eſt.*

## CAVSA TRIGESIMA.

1 *Non conuictus qui crimen cõfitetur, mitius eſt puniendus.*

TRIGESIMO, cùm quis confiteatur crimen non conuictus, eſt cum eo agendũ mitius, quàm ſi negans conuinceretur. l. j. C. ne tut. vel cura. vecti. condu. & auth. ſed nouo iure. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & c. vlt. & ibi gl. de furt. & c. inter corporalia. verſ. ſanè quoniam. de tranſlat. epiſc. & c. 3. & ibi gloſ. 50. diſt. & c. vlt. in prin. 82. diſt. & c. ſi quis omnem. ante fi. 1. q. 7. & c. imprimis. verſ. ſi autem epiſcop. & ibi gl. 2. q. 1. & c. non dicatis. 12. q. j. & c. qui admiſit. & c. ſi quis presbyter. 15. q. 8. & c. facilius. in prin. & ibi gl. de pœnit. di. 1. & no. gl. in l. non omnes. §. vlt. ff. de re milit. & voluit Pan. in c. at ſi clerici. & ibi Fely. col. 2. & Philip. Dec. col. 4. in 6. no. de iud.

2 *Spontè confitẽti interdum omnino parcitur.*

¶Quin interdum omnino parcitur ſponte confitenti ſeipſúmque deferenti. l. edicto. in prin. ff. de iure fiſc. & l. 3. §. vlt. ff. de ali. iud. mutan. cau. fa. & ibi gl. quæ adducit multas concord. & vltra illas, l. in eos in fi. ff. de cuſto. reo. & ibi etiam concord. in gl. Quibus adſtipulatur illud Salomonis prouerbio. 28. Qui confeſſus fuerit ſcelera ſua, miſericordiam conſequetur. Illud quoque Fabij lib. 6. quo loco de altercatione diſſerit: Nocet etiam diu pugnare in his, quæ obtinere non poſsit. Nam vbi vinci neceſſe eſt, expedit cedere: quia ſiue plura ſunt, de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides: ſiue vnum, mitior ſolet pœna irrogari verecundiæ: nam culpam præſertim depræhenſam pertinaciter tueri, culpa altera eſt.

3 *Rem manifeſtã inficiari augentis eſt crimen, non diluentis.*

¶Ad quam ſententiam referendum eſt, quod ſcribit Cicero in 3. actione in Verrem, ante fi. Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, vt cùm impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur ſi negaret. Quod autem apud Ciceronem peccatu legendum ſit, vel refragantibus omnibus exemplaribus, admonet Gellius lib. 12. c. 19. id enim obiter lectorem admonere volui. Eandem autẽ ſententiam aliter expreſsit Plinius li. Epiſt. 4. ad Vrſum, epiſto. eius lib. 9. Rem (inquit) manifeſtam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis.

4 *Delicti confeſſio meretur ueniam.*

¶Cæterùm Ariſtoteles lib. Rhetorices De cauſis ciuilibus, ad Alexand. Si te (inquit) accuſarit, ac dixerit deliquiſſe, vt veniam conſequare facilè præſtabis. Titus quoque Liui. 3. dec. lib. 10. de Aſdrubale loquens, qui cùm varia oratione vſus eſſet, nunc purgando crimina, nunc quidem fatendo, ne imprudenter certa negantibus difficilis venia eſſet, &c. Et Libanius Antiochenus ad Richomenem ſcribit ipſam delicti confeſsionem mereri veniam, ac genus quoddam defenſionis credi ſupplicem confeſsionem. Itaque Domitianus vir alioquin crudelis, & ſanguinarius, ſtupratores Corneliæ maximæ virginum Veſtalium, in comitio ad necem cædi imperauit, excepto prætorio viro, cui dubia etiam tum cauſa, & incertis quæſtionibus atque tormentis, de ſemetipſo profeſſo exilium indulſit. teſtis Suetonius in vita illius, c. 8.

5 *Manifeſtanti ſeipſum impunitas præſtabatur.*

¶Sed & ſecundum Athenienſium leges omnium optimas, & ex quibus maxima pars noſtrarũ deprompta eſt, teſte Liui. 1. dec. lib. 1. manifeſtanti ſeipſum etiam impunitas conſtituebatur. Cuius legis profugio ſuadente Timȩo, vt recenſet Plutarc. Cheronen. in Alcibiade, Andocides qui ob Mercurij ſtatuam perfractam iuſſu populi in carcerem truſus fuerat, ſeſe innocentem nocentem confeſſus, ob id liberatus eſt.

6 *Sponte confeſſus leuius puniebatur quàm conuictus.*

¶Quin etiã ex legibus Moſaicis leuius quoque puniebatur ſponte confeſſus, quàm conuictus. Quod hinc cuique manifeſtum eſt, quòd fur conuictus puniebatur in duplum, vel quadruplum, vel quintuplum, ſecundum eam diſtinctionem quæ traditur Exodi 22. c. quia ſi fuiſſet ſponte confeſſus, in id ſolùm puniebatur, quòd vltra rei ablatæ reſtitutionem, quintam quoque partem ipſius rei reddere cogebatur, vt legitur Nume. v. poſt prin. & ita intellexit ibi Nicol. de Lyra, interpres Bibliorum nominatiſsimus, & ante eum diuus Auguſtinus, cùm dicit, quia annuntiauit, non eo damno plectẽdus fuit, quo furem conuictum plecti oportet. atque etiam Alex. Ales in 3. parte Summæ q. 47. mẽbro v. arti. 2. & in 4. parte q. 86. membro 2. arti. item 2. in fi.

7 *Natura præſcripſit ut mitius in confitẽtes agamus.*

¶In hac re autem leges naturam hominum ſunt quodammodo imitatæ: vſu enim & experientia compertum eſt, confeſsionem delicti, ad mitigandam placandámque iram, vlciſcendíque cupiditatem eius in quem peccauimus, magnum habet momentum: tanquam id nobis natura præſcripſerit, vt mitius in confitentes agamus. Sic Dauus ille Terentianus ſe crucem meritum confeſſus eſt, quò ſe ab ira & verberibus Pamphili vindicaret. Sic Demipho apud eundẽ poëtam in Phormione, quò

Nauſi

Nauſiſtratam Chremeti placatam redderet, Verùm(inquit)quando iam accuſando fieri infectum non poteſt, ignoſce: confitetur, purgat: quis vis amplius? Sic denique Horatius vates ingenioſiſsimus lib.j.Carminum, Ode 16.in prin.vt ſibi Tindaridem, quam læſerat, conciliaret crimen fatetur:

*O mater pulchra filia pulchrior,*
*Quem criminoſis cunque voles modum*
*Pones Iambis: &c.*

*Nil efficacius apud Alex. ad impetrandam ueniam ipſa erroris confeſsione.*

8 ¶Arrianus hiſtoricus, quem plerique eundem eſſe autumant, cuius multas leges habemus, in rebus geſtis Alexandri lib. 6. ſcribit erroris confeſsionem apud Alexandrum ipſum plurimum valuiſſe: nec quicquam ad impetrandam veniam hoc vno apud eum fuiſſe efficacius. Sed & idem author lib.7.de hac re ipſa non minus ſanctè, & religioſè loquitur, quàm ſi Chriſtianorum ſacris, atque diſciplina initiatus fuiſſet: Plerique(inquit)quanuis ſe deliquiſſe ſciant, id tamen tanquam rectè factũ pertinaciter defendunt, culpam ſuam, per hunc modum celatam iri exiſtimantes. Qui mihi quidem magno errore teneri videntur. Summa enim medicina peccati eſt, quantum ego exiſtimo, & peccatum confiteri ſuum, & eiuſdem pœnitentiam præ ſe ferre. Nam qui iniuriam accipit, illam haud dubiè aliquando leuius perfert, ſi eum qui intulit, & fateri ſe deliquiſſe, & iniuriæ pœnitere animaduertat. Ad hæc qui violat alterum, ſi dolere ſe facto doceat, bonam ſpem cæteris præſtat, ſe poſthac nihil admiſſurum tale. Hæc Arrianus. Denique ex Seneca, aut quiſquis eſt in Prouerbiis quæ eius nomine circunferuntur, proximũ(inquit)ad innocentẽ tenet locũ verecundia, & peccati confeſsio.

*Metu tormentorum qui confitetur, pro cõuicto habendus eſt.*

9 ¶Intellige tamen prædicta procedere in ſponte confeſſo, citra metum probationis, vel tormentorum: nam ſi propter metum alterutrius confiteretur, pro conuicto habendus eſt, nihilque ab eo differt, quò ad pœnæ impoſitionem: vt voluit gl.in c.de hoc.in verſ.iure. de ſimo. quod Panorm. ibi ſequitur, & dicit eſſe ſingulariter notandum, quia quotidie ſolet allegari: & ſequuntur alij ibi, & idem Pan.qui illam quoque dicit not.in c.at ſi clerici.col.2.verſ.nota paria eſſe. & ibi etiam Felyn. col. 2. verſ.nota etiam quod mitius.& Philip.Dec.in 6.not.extrà de iudic.& eſt ſimilis gl.in cap.3.50. diſt. per tex.in d.c.vlt.24.diſt.vbi & idem glo.voluit in vlt.gl.in fin.& ibi Do.& rurſum gl.in d.cap.non dicatis.12.quæſt.j.& item in Summa.15.quæſt.8.atque etiam in d.c.qui admiſit.& in c. ex tempore. in glo.magna, verſ.ſi mediocre.& manifeſtum.de tempo.ordi.

*Sponte qui cõfitetur.*

10 ¶Dicitur autem ſponte confeſſus, & non timore probationis, quando nullo præcedente ſtimulo, ſponte ſe offert iudici, crimẽnque cõfitetur. ſecus, ſi iam accerſitus erat ad iudicium, vt expreſsè voluit Panor.in d.c.de hoc.de ſimo.nihil tamen allegans. Verùm contrarium voluit Bald. poſt Bart. in l.ea quæ.in 11.quæſt.C.de condic.indeb.vt videlicet videatur ſpõte cõfeſſus ad hoc vt ei proſit, ſi confiteatur, poſtquàm eſt tractus in iudicium, modò ſtatim confiteatur, id eſt, antequàm teſtes ſint recepti, per tex.in l.eum qui.ff.de iureiur.& idem voluit Ioan.Ana.in d.c.de hoc.& ibi poſt eum Felynus, de ſimon.

*Talis confeſsio prodeſt, etiã ſi ſtatim poſt negationem.*

11 ¶Imò plus dicit Bald.in d.l.ea quæ.in 10.q. etiam prodeſſe, ſi poſt negationem ſtatim confiteatur per not.in c.vlt.de iura.cal.lib.6.quod & idem voluit ipſe Bald.in d.l.eum qui.in prin.per illum tex. & ipſe Bald.in l.contra negantem.col.j.C.de lege Aquil.& in cap.vaſallus.col.3. verſ. tertiò quærit. tit.ſi de feud.fuer.contro.int.do.& agn.& in c.j.§.porrò.col.4.verſ.nunc generaliter quæro. tit.quæ fuit pri.cauſ.bene.amit.& Rom.conſ.lix.ad diſcutiendum.in vlt.dubio, vbi multa allegat. & iterum conſi.lxx.viſis themate & quæſtione.in 2.q.3.dubij.& Angel.in §.ex maleficiis.col.8.verſ. & aduertas ſecundum Bald.Inſtit.de acti.& latiſsiſsimè Barb.bonſ.lxxx.illud referam in medium.per 4.primas col.de quo tamen per Saly.Fulg.& alios in d.l.eum qui.

12 ¶Sed hoc ſanè ſemper intelligendum eſt, modò aduerſarius, vel iudex non fuerit oneratus probandi neceſsitate.per d.l.eum qui.& ita voluerunt omnes fermè, quos ſuprà citauimus. & Ang. in §. ſi enim.in auth.de trient.& ſemiſ.cum concord.adductis per recentiores in d.l.eum qui.

*Metu probationis confeſſus.*

13 ¶Sed & iſta prima limitatio intelligenda eſt, vt etiam ille, qui metu probationis confeſſus eſt, debeat aliqualiter(vt noſtri loquuntur)clementius puniri, eritque in iudicis arbitrio, quantum ſit de pœna remittendum. Ita dicit not.Hoſti.in d.c.de hoc.de ſimo.arg.c. vlt. de tranſact. Quem & ſi reprobat Pan.ibi, quoniam hoc nullo iure probetur. idem tamen Pan.in d.c.at ſi clerici.col. 2. verſ.nota paria eſſe.de iudi.dicit hoc dictum videri valde æquum, & ibi etiam ſequuntur Philip. Franc. & Felyn.in d.c.de hoc.

*Qui incurrit pœnam ſtatuti pro crimine, confeſſus nec mitius, nec cõuictus ſeuerius punitur.*

14 ¶Intellige ſecũdò id quod in principio diximus, vt non procedat, quando per legem, vel ſtatutũ quis incurreret pœnam ipſo iure delicto commiſſo: neque enim hoc caſu confeſſus punitur mitius, neq; conuictus ſeuerius, ſed æqualiter vterque. Tex.eſt, & ibi Bar.pulchrè hoc notans in l.id quod ſeruo. §.j.ff.de pecu.leg.& l.palam.§.vlt.verſ.deprehenſa.ff.de rit.nup. Et ita etiam dicit per illos tex.Ang. Are.in tract.maleficio.in verbo, comparent inquiſiti.vbi hoc dicit ſing.notandum, & ante eum Bal. in l.ea quæ.in 2.q.C.de condict.indeb.vbi & hoc dicit notabile.& Pet.Anc.in c.perpetuæ. col. j. de elec.lib.6.vbi id dicit eſſe menti tenendum.& in c.j.col.vlt.de homic.lib.6.Flor.in l.2.circa mediũ. ff.ad leg.Aqui.Alex.in l.eum qui in prin.ff.de iureiur.Card.Alex. in c.vaſallus. col.1. tit. ſi de feud. fuer.contr.inter domi.& vaſal.& Fel.in d.c.de hoc.de ſimo.glo.valde not. in c. imprimis. in verbo, ſponte.2.q.1.quæ tamen nihil de hac re dicit.& nouiſsimè Hippol.Marſil.in l.de vnoquoque.nu.88. ff.de re iud.& in rep.rub.ff.de fideiuſſ.nu.142.& in l.j.nu.66.C.de rap.virg.





*Statutum fauorabile cũ pœna minuitur propter confeſsionẽ delinquẽtis.*

15 ¶Sed Auguſt.Ari.in ſuis ad Ang.Are.addi.in d.tractatu maleficiorum.vbi ſuprà, hoc dictum ſubobſcurè repræhendit: neque enim id vt ipſe dicit, probat text.in d.l.id quod ſeruo.§.j.ſicuti etiam declarat Bal.in d.l.ea quæ. Sed nec tex.in d.§.depræhẽſa: ſi rectè expendatur, quia ibi materia eſt odioſa. nos autem loquimur in caſu fauorabili; cùm videlicet pœna minuitur propter confeſsionẽ delinquentis, per ea quæ dicit Bal.in c.j.§.porrò.tit.quæ ſit cau.bene.amit. Hæc Auguſt. Quã ſententiam nulla Auguſtini mentione facta, videtur fuiſſe imitatus Phil.Dec.in d.c.at ſi clerici.in fi.6.no.

*Pœna à iure impoſita, nec confeſsione, aut alio aduentitio minui poteſt.*

16 ¶Sed non propterea diſcedendum arbitror à prima opinione, quæ vel nemine defendente ſatis ſeipſam tutatur. Quî enim fieri poteſt, vt pœna quæ iam eſt ipſo iure impoſita, & quæ iam quæſita eſt parti, & filio, ſiue Reipub.per confeſsionem, aut aliud aduentitium, minui poſsit: quando etiã videmus in ea nullum eſſe pœnitentiæ locum? vt voluit gl.in cle.ne in agro.§.quia verò.in verbo, ipſo facto.de ſtatut.monac.cum multis concord.à me collectis in commentariis l.ſi vnquam.in verbo, reuertatur.nu.307.incip.octauum, vbi quid ſit.C.de reuoc.donat.nec item locum eſſe purgationi moræ.l.ſi is cui.& ibi Bart ff.de leg.ij.cum aliis quoque multis concord.à me item congeſtis in d.l.ſi vnquam.vbi ſuprà, nu.310.incip.decimum, quod & à ſuperioribus.

*Qualitatẽ delicti alterãs licet confiteatur, cõuictus poſteà æquè punitur.*

17 ¶Intellige tertiò, vt non procedat, quando quis ſponte confitetur delictum, negat tamen qualitatem delictum ipſum alterantem: nam ſi poſteà conuincatur de qualitate negata, æquè punitur, ac ſi omnino negaſſet: de quo tamen quia id non indiſcriminatim procedit, vide abundanter per Bart. in diſp.incip.per Italiam communiter ſunt ſtatuta.& in d.l.eum qui.ff. de iureiur.& in l.proinde.§.notandum.ff.ad leg. Aquil. Bald. in d. l. ea quæ.in vij.q.& in d.l.contra negantem.col.ij.verſic. quæro nunquid ille.& in d.§.porrò.col.vlt.& Flor.in l.in lege Aquilia.ff.ad leg. Aquil. & in l. ſi ex plagis.§. tabernarius. ff.eod.tit.Ange.Aret.vbi nuper allegauimus.col.vlt.verſi.quærit Bald.Barb.in addit.ad Bal.in §.item ſi vaſallus.tit.de contro.inueſt.& Fel.in d.c.de hoc.col.ij.de ſimon.

18 ¶Quartò intellige, vt mitiùs puniatur confeſſus ſpontè, quàm conuictus ex veris & indubitatis præſumptionibus: ſecus, ſi ex præſumptione tantùm ſit conuictus, quia is mitiùs puniendus eſſet, quàm ſpontè confeſſus, vt voluit glo.meo iudicio ſing.in c.j.ſuper verbo, capitalem. titul. de pact.tenen.& eius viol.& ibi not.Bal.col.v.verſi.deinde tu habes.vbi monet illam gl.not.

*Si pœna mitigabilis, mitius punitur ſponte confeſſus.*

19 ¶Quintò intellige dummodò pœna ſit mitigabilis: alioquin non mitiùs punitur ſponte confeſſus. Exempli gratia, ſi pœna ſit, vt electio non ritè facta, ſit irrita: illa enim pœna mitigari non poteſt. Ita dicit Domi.in d.c.vlt.xxiiij.diſt.& in d.cap.imprimis.ij.quæſt.j.per tex.in c.innotuit.de elec.& Fely. in d.cap.de hoc, de ſimo.

*Si pœna nõ recipit diminutionem, nõ habet locum ſtatutũ loquens de diminutione.*

20 ¶Et facit quod ſcribit Ang.Are.in d.tractatu maleficiorum, in verbo, deducta quarta parte propter beneficium confeſsionis.poſt prin.quòd ſtante ſtatuto, vt propter confeſsionem deducatur quarta pars pœnæ, non haberet tamen locum huiuſmodi ſtatutum, quando pœna nullam reciperet diminutionem per multa iura, quæ illic allegat, & Bal.in l.vlt.col.ij.verſi.modò quæro.C. de exec. rei iudi.& in l.de ætate.§.vlt.ff.de interro.acti.& Iaſon in d.l.eum qui.ff.de iureiur.

## CAVSA TRIGESIMAPRIMA.

*Ob natales mitius agitur cum delinquente.*

1 TRIGESIMOPRIMO, propter dignitatem, natales, & maiorum nobilitatem, cum delinquente agitur mitiùs. Sed antequàm progrediamur, dicere voluimus nos hîc bonam huius cauſæ partem mutuare ex noſtris Comment. De nobilitate, c.20.quod libenter omiſiſſemus, eum locum deſignare contenti: ſed ne id faceremus, ſuaſit primùm quòd ea res priuatim, & peculiariter ad hunc noſtrum tractatũ pertinet: mox, quòd illud Nobilitatis opus ingentis molis eſt, & non modici pretij, vt non omnibus per facultates emere liceat: hoc verò multò minoris pretij, vt facilè pauperrimus quiſq; emere poſsit. Item, vt non pauca hîc illis adiiciamus. Denique, vt ſatisfaciam veteri illi prouerbio, Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν: Bis & ter quod pulchrum eſt. à Platone in Philebo, & in Gorgia, & in lib.6.de Legibus vſurpatum. Id igitur quòd diximus in prin.huius cauſæ, probat l.ſacrilegij pœnam in prin.ibi *Pro qualitate perſonæ*, & iterum in §.j.ibi, *Aut ſi honeſtiore loco natus*.ff.ad le.Iul.pecu.& l.Pædius.ibi, *ſi ſordidiores erunt*.& iterum l.vlt.ibi, *ſit humiliore loco*.ff.de incen.rui.nau.& in l.annonam.§.pœna autem, ibi, *Humiliores ad opus publicum dari*.& l.vlt.ff.de ſepul.vio.& l.j.§.quanquam.ff.de abig.& l.j.in fi.ff.de furib.baln.& l.j. §.expilatores.& iterum.§.vlt.ff.de effract.& l. ſtellionatus.§.ſolent.& §.pœna.ff.de crimi.ſtellio. & l. ij.ff.de ter.mot.vbi Bart.qui eam legem priorem legit, dicit pœnam fuſtium, & verberũ à nobilibus eſſe alienam.& l.j.§.vlt.iterúmque l.iij.§.legis.rurſumque l.pen.ff.ad leg.Corn.de ſicar.& l. in ſeruorum.in prin.ff.de pœnis. vbi ſerui, & humiliores in hoc æquiparantur.& l.moris.§.ſed enim. & rurſum l.capitalium.§.non omnes.& §.& venerarij.eod.tit.& l.deſertorem.§. pœnæ militum.& §.is qui ad hoſtes.ff.de re milit.& l.j.& l.veteranos.ff.de priuil.veter.d.l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpect. tut. & l.nemo.C.de ſum.Tri.& fid.catho.& l.arriani.& l.quicunque.verſi.ſin verò ignorante.& ibi Raph.Fulg. C.de hæret.& l.vlt.& ibi Saly.C.de pac.& l.j.C.de aduo.diuer.iudi.& l.ij.& ibi Saly.C.vt nemo priua.& l.ne cui.C.locat.& ſeruos.& ibi gl.C.de vi pub.& l.j.& ibi gl.in verb.mediocris.& l. milites.& l.diuo.& vtrobique Saly.C.de quæſt.l.j.C.vt nemo ad ſuum patri.lib.xj.& §.j.& ibi gl. in verbo, viles.in authen. de inc.nup.& cap.paſtoralis.in fi.prin.ibi.*Dignitati deferat, & perſonæ*.de offic.deleg.& cap.vlt.ibi, *volentes tamen nobilitati parcere Comitus*, & ibi.gloſſ.in verbo, nobilitati.Hoſti.Ant.in ij.not. Petr.Anc.& Panor.de pœnis.& c.qui contra.vbi eſt tex.in id expreſsiſsimus, & ibi gl. xxiiij.q.j.& c.

contra,& ibi gl.xxvj.q.v.& facit etiam c.j.verſi.qui verò.de vſur.lib.vj.& c.cùm beatus.& ibi glo.in verbo,grauioribus.xlv.diſt.& cle.multorum.& ibi gl.in verbo,inferiores.& ibi Card.Alex.in ix.no. de hæret.& prætereà voluit gl.in l.aut damnum.§.in miniſterium.in verbo,fœminæ.ff.de pœnis. & in c.vlt.in gl.vlt.in prin.de tranſac.& in c.cùm quidam.& ibi alij de iureiur.Alber.in l.illicitas.§. qui vniuerſas.in fi.ff.de offi.præſid.vbi dicit,quòd plerunque nobiles ſolent deportari,vbi ignobiles decapitarentur.Saly.in l.& ſi ſeuerior.col.j.nu.3.C.ex qui.cau.infa.irro.latè Cæpol.in v.q.& in vj.priuilegio nobilitatis.& plerique omnes vbique.

*Nobilis paratus pretio redimere pœnā, audiendus eſt.*

2 ¶Et hæc quidem adeò procedunt,vt ſi pœnalis conſtitutio expreſsè dicat, nullam miſericordam ex quopiam delicto delinquentem conſecuturum,vt in caſu c.ij.de maledi.Tamen vt dicit Hoſti.ibi,in verbo,miſericordiam,ſi is qui ita deliquit,ſit nobilis , quem non decet publicè pœnitentiam agere, de qua is tex.loquitur,& paratus eſt magno pretio,ſiue eleemoſynis redimere , audiendus eſt. quod dictum ſequitur,& dicit ſatis æquum Panor.ibi.in v.not.

*Pœna laquei eſt ignominioſiſsima.*

3 ¶Ex his autem fit , vt cùm pœna laquei ſit ignominioſiſsima , viliſsimáque ac fœdiſsima omnium pœnarum.vt tradit Bal.in rub.de offic.deleg.col.penult.verſi.contra notorium. & in l.omnes.& ibi quoque Ioan.Plat.C.de delato.lib.x.& Ang.in authen.ſed nouo iure.ante fi.C.de ſer.fugiti. Id quod multis ante ſeculis dixerat Euripides in Helena:

Ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι,
Κἂν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὲς νομίζεται. Id eſt,
*Turpes quidem laquei ſublimes,*
*Et ſeruis indecorum exiſtimantur.*

Et Liuius lib. ij. decadis v. loquens de morte Q. Fuluij Flacci:Hic(inquit)fœda morte periit.Nam(vt poſteà ſubdit)ſerui manè cubiculū ingreſsi laqueo dependentem inuenere.Ex quo & id mortis genus informe appellarunt Decreta Canonica à paucis in hoc animaduerſa,in c.ſceleratior.de pœni.diſt.iij. quod de Iuda loquitur,qui ſeſe laqueo ſuſpenderat.Quam etiam hiſtoriam recenſens Iuuencus ita ſcribit:

*Informem rapuit ficus de vertice mortem.*

Similique modo appellauit Ioſephus apud Aegeſippum lib.iij.Informis(ait)lethi laqueum homines inuenerunt,feræ neſciunt.Et ante hos Virgilius lib.xij.Aeneid.

*Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.*

Quo in loco Seruius informe ideò dicit appellari, quoniam in pontificalibus libris cautum fuerat, vt qui laqueo vitam finiuiſſet,inſepultus abiiceretur,quòd ea mors eſſet infamiſsima.

*Laquei mors eſt præpoſtera, cū ſpiritus includatur,qui debet exire. à Iuriſcōſ.informis dicitur & quare.*

4 ¶Plinius autem lib.14.c.19.ſcribit in veteri Romanorum religione nefaſtum fuiſſe libare Diis vino vitis,iuxta quā hominis mors laqueo pependerat.Idem lib.2.c.25.hanc pœnam ſcitè præpoſteram, vocat,quia ſcilicet includitur ſpiritus,cui debet quæri exitus.Dicit enim de terra loquens, Quin & venena noſtri miſeria inſtituiſſe credi poteſt : ne laquei torqueret pœna præpoſtera, incluſo ſpiritu, cui quæreretur exitus.Quem ſecutus Sextus Aurelius Victor,Maximianus ( ait ) Herculeus à Conſtantino apud Maſsiliā obſeſſus,deinde captus pœnas mortis genere præpoſtero fractis laqueo ceruicibus luit.Et hanc ſanè pœnam veluti grauiſsimam & infamiſsimam iuſsit Deus Optimus Maximus,quibuſdam idololatris ſacerdotibus infligi.Numer.cap.25.Atq; etiam Ioſue,iudex Princépsve Iudæorum hac pœna, vt atrociſsima plurimos Reges Ethnicos affecit,Ioſue 7.iterúmque x.

*Suſpēdioſi lugeri prohibentur iure noſtro*

5 ¶Leges autem noſtræ ſuſpendioſos(ita vocant eos,qui eam pœnam paſsi ſunt ) lugeri vetant.l.liberorum §.non ſolent.ff.de his qui not.infa.Alibi autem in illis ſcribitur , viles & abiectos , & infimæ ſortis homines eo genere mortis affici ſolere,non etiam Decuriones,alióſque honeſtiores.l. moris. §.ſed enim.ff.de pœnis.Proindéque dicit glo.in l.iij.§.j.in verbo,torquentur.ff.de re mili.milites ex quo delicto plebei ſuſpenduntur,non eo genere mortis plecti,ſed,vt dicunt Doct.decapitari,aut alia pœna non adeò graui,& ignominioſa affici.Ita enim voluerunt ibi Barto. & Alex.in addi.illius:qui & id trahit ad nobiles,& alios id genus honeſtiores:& idem Bar.in l.capitalium.§.ſerui.ff.de pœnis, Bald.in l.data.ſtatim poſt prin.C.qui accuſ.non poſſ.& in d.c.j.§.ſi ruſticus.in fin.& ibi Marti. Laud. etiam in fi.& Card.Alex.& Matthæ.Afflict.col.ij.tit.de pac.tenen.Idem Bal.in d.c.cùm quidam. in fi.& ibi etiam Panor.col.vlt.& Fely.col.iij.verſi.tertia declaratio.de iureiur.ipſe Bal.conſi. 426.præmittendum eſt.in prin.lib.j.& ipſe quoque Panor.in d.c.paſtoralis.in princ.in vj.not.de offic.deleg. Lucas de Pen.in l.quanuis.col. ij.C.de Decuri.lib.x.& in l.j.col.vj.in verbo,degeneris. C. de deſert. lib.xij.Ioan.Plat.in l.omnes iudices.poſt prin.de digni.eod.lib.xij.Roma.in repet.l.ſi verò.§. de viro. in iiij.fal.verſi.ij.ff.ſol.matrim.Io.Ana.in c.vlt.de collu.deteg.Cæpola con.cau.cri.40.Lucius.col.iij. verſ.& idem vbi id dicit no.Barb.in procemio Clem.in verbo,ſalutē.col.xiij.verſi. xxviij.Lud.Bol. conſi.xxxvij.nobilis quidam.col.antepen.vbi dicit d.gl.ad hoc ſing.Philip.Dec.in cap.at ſi clerici.in vij.not.de iudic.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,vti fecit conſi.lxv.ſtatuto cauetur.col.vlt.

*Pœna laquei non eſt adeò infamis in Gallia ac in Italia,teſte Bartol.*

6 ¶Quanquam ſcio id genus mortis non atrox, atque ignominioſum exiſtimari quibuſdam populis, vt de Gallis ſcribit Bart.in d.l.iij.§.j.ff.de re milit.vbi dicit eam pœnam non adeò infamem eſſe in Gallia,vt in Italia.Quilibet etiam nobilis ſuſpenditur apud Gallos,& quod reperit,& dicit not.Cæpol.d.conſi.40.col.iiij.verſic.& hoc quantum ad torturam. Neſcio autem an temporibus eorum id apud nos obſeruabatur:nunc autem video aliter fieri,niſi nobiles, aut in dignitate conſtituti crimina quæpiam ſordida commiſerint. Illud autem ſcio apud plurimos Germanorum , eam mortem olim non fuiſſe deformem habitam , vt qui morientium propinquorum gulam laqueo frangerent , vt memoriæ prodidit Bardeſanes , in dialogo de fato , & eius authoritate Euſebius Cæſarienſis



rienſis de præparatione euangel.lib.6.c.8.Tibareni quoque quos impensè dilexerant, ſenes ſuſpendebant in patibulis,vt retulit D.Hieronymus in Iouinianum lib.ij.Id quod etiam Perſas facere tradit Sextus Empiricus:Sed & apud Erulos Danubij accolas , vxor defuncti ſi non multò poſt viri ſepulchrū laqueo vitam finiuiſſet,perpetuæ ignominiæ nota inurebatur,vt Procopius teſtis eſt.Aelianus autem lib.13.de varia hiſtoria, c.36. tradit quòd cùm Olympias miſiſſet Eurydicæ Philippi & cuiuſpiam Illyridis filiæ cicutam,laqueū,& enſem,vt mortis genus deligeret, illa laqueum delegit.

*Romanis nefas erat virgines ſtrangulare.*

7 ¶Nec omittemus vetuſto more Romanorum nefas fuiſſe,virgines ſtrangulare , vt ſcribit ipſe Suetonius in eodem Tiberio,quem refert ob id ipſum puellas quaſdā carnifici vitiandas dediſſe,deinde ſtrangulandas. Lege autem Moſaica,maledictus à Deo,qui pendebat in ligno, vt ſcribitur Deutero.cap.21.in fin.& repetitur in c.ſi verò.§.tanquam. de pœni.diſt.ij. De qua re loquens Alex. Ales ſummæ authoritatis Theologus , in iij.parte ſummæ , q.xlvij.art.ij.ſcribit, in lege Moſaica quatuor tantùm mortis genera fuiſſe ſtatuta,videlicet,Lapidationem,Cremationem, Decapitationem, Suſpenſionem.Cuius rei rationem reddens,ſubnectit quatuor eſſe potiſsimùm,quæ ſolent in pœnis timeri,ſcilicet Diuturnitatem,Acerbitatem,& eam quam vocat Irremediabilitatem,& ignominiam. At diuturnitatem eſſe in lapidatione , Acerbitatem in crematione, Irremediabilitatem in decapitatione , Ignominiam verò , ſiue vilitatem in ſuſpenſione : quod , vt ſubdit , ignominioſiſsimum eſt mortis genus. Vnde illud profectum autumat, quod nuper adduximus , Maledictus homo &c. Vt non mirum ſit,quod ſcribit Suetonius in Tiberio,cap.liij.quòd cùm ipſe Tiberius Agrippinam nurum crudeliſsimè,aliter tamen , quàm laqueo interemerat , pro tali clementia interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerentur : quod & retulit Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ,lib.v.Cæterùm lex illa horrendi criminis in perduelliones arborem,qua quis ſuſpendebatur , infœlicem vocabat.lib.j. Infœlici,inquit,arbori reſte ſuſpendito:teſtis Liuius j.decad.

*Magicæ arti dediti, ſuperſtitioſa multa ex ſuſpendioſis peragunt.*

8 ¶At mirum eſt quòd de ſuperſtitionibus huiuſmodi ſuſpendioſorum à bonis authoribus ſcriptum eſt,quod nos obiter memorare voluimus,præſertim quòd nonnihil ad huiuſmodi miſerabile,ac veluti prodigioſum, monſtroſumq; vitæ ſupplicium pertinet:ſcilicet peritiſsimos artis magicæ multa ex carnibus,oſsibúſque horum ſuſpendioſorum ad rem ipſam magicam pertinentia conficere ſolitos,eáque in magicis veneficiis medicatiſsima exiſtimare.Quod & teſtatur Lucanus lib. 6. Pharſaliæ,de Erithone Magices conſultiſsima tradit:

*-Laqueum nodóſque nocentes*
*Ore ſuo rupit,pendentia corpora carpſit,*
*Abraſitque cruces,percuſſáque viſcera nimbus*
*Vulſit,& incoctas admiſſo ſole medullas* &c.

Et Apuleius Madaurenſis,& ipſe magiæ deditiſsimus,cùm de ferali officina Pamphiles Theſſalicæ mulieris,in ea arte inſtructiſsimæ loqueretur,lib.iij.Metamorphoſeos , Hic (ait) nares & digiti, illic carnoſi claui pendentium,&c.Cæterùm,Plinius,lib.xxviij.c.j. ſcribit Antheum ex caluaria ſuſpendio interempti catapotia feciſſe,contra rabidi canis morſum.Et cap.iiij.eiuſdem lib.tradit laqueum ſuſpendioſi circundatum temporibus,dolorem capitis ſedare.

*Cum nobilibus in pœnis mitius agendū eſt quàm cū ignobilibus.*

9 ¶Sed hæc veluti ſuperſtitioſa,& omnimodo ridicula miſſa faciamus , & ad præcipuum noſtri inſtituti propoſitum redeamus.Ex his,quæ ſuprà diximus, ſatis conſtat ex noſtris legibus , earúmque interpretum opinionibus mitiùs in pœnis agendum eſſe cum nobilibus , vt & aliis perſonis honeſtioribus,& in dignitate conſtitutis,quàm cum ignobilibus,& aliis perſonis vilioribus.Quod & aliorum authoritate probare poſſumus.Nam Quintilianus oratorum ſummus , lib.vj.Inſtitutionū ora. c.j.de concluſione differens,Periclitantem(inquit)commendat dignitas,& ſtudia fortia, & ſuſceptæ in bello cicatrices,& nobilitas,& merita maiorum.Idem lib.vij.quo loco de qualitate loquitur,ſcribit ad pœnarum deprecationem prodeſſe nobilitatem , dignitatem , propinquos , comites. Tullius quoque ante illum,lib.ij.Rhetoricorum,de deprecatione loquens,Hæc(ait)ignoſcendi ratio quæretur ex his locis,ſi plura aut maiora officia,quàm maleficia videbuntur conſtare:ſi qua virtus,aut nobilitas erit in eo,qui ſupplicabit.Idem in defenſione Lucij Flacci,maiorum & generis honores, imperium,& rerum geſtarum gloriam non prætermiſit. Ob ídque in eo etiam ſi quid erraſſet , vt ille inquit , omnes boni conniuendum eſſe arbitrarentur. Idem quoque in defenſione Aemilij Scauri, meritorum,nobilitatíſque maiorum commendatione, maximè vſus eſt,vt tradit ipſe Quintilianus in eo loco,quem primùm citauimus,ſed eius oratio non extat. At Valerius Maximus lib. viij.cap.j. rem ipſam refert,ſcribítque Scaurum ipſum,cuius ſalus obruebatur criminibus, tamen propter vetuſtiſsimam nobilitatem,& recentem patris memoriam abſolutum fuiſſe.Apud Liuium j.decad.lib. iij.familia Claudia requirit populum,vt Appius Claudius Decemuir,qui reus erat, Claudiorum nobilitati condonetur. Sed & apud Suetonium in Auguſto , cap. v. C. Lectorius adoleſcens patricij generis,in deprecanda grauiore pœna adulterij,natales inter cætera allegat. Et huc quoque appoſitiſsimè referri poteſt illud Euripidis apud Stobæum,Sermone lxxxiiij.

φειδώμεθ᾽ ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα·
Κακὸς δ᾽ ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι. Id eſt:
*Parcamus viris nobilibus,parcamus:*
*Malos autem reſpuamus,vt digni ſunt.*

Sed vt redeamus ad Tulliū,facit ad hoc caput quod is ſcribit in 2.oratione de lege Agraria,Quem-

admodum(inquit)cùm petebam, nulli me vobis authore generis mei commendabant: ſic ſi quid deliquero,nullæ ſunt imagines,quæ me à vobis deprecentur.

*Nobiles rei criminis non detinentur in carceribus.*

10 ¶Sed & huc pertinet,quòd nobiles rei criminis,non detinētur in carceribus, vt tradit Lucas de Pen. quibuſdam iuribus ſuffultus,in l.mulieres.col.v.verſi.viij.C.de dignit.lib.xij. Et ſi quando ex criminis qualitate in vinculis cauſam dicere debet, non adeò ſtrictè detinendus eſt: vt probatur in cap. quiſquis.& ibi Archi.ij.q.viij.ſuper quo vide ipſum Luc.de Pen.in l.quoties.col.ij.verſic.item no.ſecundum.C.eo.tit.de dignit.Sed ita vt non prætermittendum ſit,quod apud Liuium j.decadis lib.iij. C. Claudius queritur virum honoratiſsimæ imaginis, videlicet Appium Claudium, in vincula fuiſſe coniectum.Ex quo quoque paulò pòſt Quintus Cincinnatus pronuntiauit,Agite, vbi hîc curiam circunſederitis,& forum infeſtum feceritis,& carcerem Principibus impleueritis.&c.

*Vilis perſona non cōuicta debet mitti in carcerem, nobilis honeſtè in palatio detineri.*

11 ¶Hincque Bal.in l.ij.col.ij.verſi.aut pœna eſt.C.de exhi.reis.Dum quæritur (ait) an quis reus criminis ſit detinendus in carcere,& quando,& qualiter?Si nondum(inquit)ſit conuictus,aut confeſſus, ſi eſt vilis perſona,debet mitti in carcerem:ſin nobilis,debet honeſtè in Palatio detineri, atque ita iudex arbitrabitur.per l.j.ff.de cuſto. reor. Quod & idem ipſum propemodum ſcripſerat Cyn. in d.l. ij.in iiij.not.Ex quo facilè intelliges nobilem non adeò eſſe ſtrictè detinendum.In quam etiam ſententiam Franc.Are.in l.ſi quis poſt accuſationem.col.vlt.ff.de teſtam.tradit honeſtam perſonam ratione officij,vel dignitatis,non priùs debere trudi in carcerem, quàm fuerit conuictus, per l. ſi quis filio exhæredato.§.eius qui deportatur.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.teſtament. & per l. vlt.circa med.C. de accuſat.

*Poteſtas nō tātum nobili totū Palatiū,ſed & totā ciuitatem pro carcere poteſt aſsignare.*

12 ¶Quibus etiam adſtipulatur quod ab Ang.proditum eſt in l.pen.ff.quod metus.cauſ. quòd Poteſtas non ſolùm poteſt aſsignare nobili totum Palatium pro carcere,ſed & totam ciuitatem. atque ita faciens ſatisfacit ſtatuto diſponenti,quòd accuſatus de delicto debeat poni in carceribus:quod ipſum refert & ſequitur Franc. Curt.ſenior in repe.l.admonendi.& ibi quoque Iaſ.etiam in repe.nu.174. ff.de iureiur.& ipſe Iaſon in l.ſi pecuniam.§.vlt.in fi.ff.de condict. ob cauſ. vbi id dicit ſingul. & diligenter eſſe notandum.& Catell.Cotta in memor.incip.carceres variantur.

*Excuſatus poteſtas in ſyndicatu qui nobili uiro palatium pro carcere aſſignauerat.*

13 ¶Propterea idem Ang.in l.ſi à bonæfidei.ff.de rei vindic.per eum tex.dicit ſe excuſauiſſe in ſyndicatu quendam poteſtatem, qui nobili viro quem Aritiani Bononiæ ei cuſtodiendum tradiderant, Palatium pro carcere aſsignauerat, à quo is nobilis aufugerat:quod dictum multùm commendat Barb.in cap.accedens.nu.2.col.2.vt lit.non conte.& in cap.j.col.4.de commod.& in extraua.volentes.in verbo,nobilis.& conſi.52.illud in medium.col.4.lib.j.& alibi ſæpe.Fran.Cur. ſenior qui id dicit mirabile.in d.l.admonendi.& ibi etiam Iaſ.locis ſuprà deſignatis, & prætereà ipſe Iaſ.nu.182.& in d.l.ſi pecuniam.§.vlt.& in auth.iubemus.col.vlt.C.de iudic.& Fely.in c.cùm contingat.col.3.verſ. prima concluſio.de reſcrip.Catel.Cotta in memo.nobilitas.Alcia.in tract.de præſum.48.nu.2.Hippol.Marſil.l.j.§.ad quæſtionem.col.4.verſ.& facit not.ff.de quæſtio.Ioan.Lup.in repe.rub. de donat. inter virum & vxo. §.9.col.3.nu.14.Pet.Geral.qui id ſing.dicit,ſing.30.incip.pro nobilibus.

*Nobilis qui aufugit à Palatio ſibi pro carcere dato, debet poſtea in carcere detineri.*

14 ¶Quæ tamen intelligenda ſunt niſi is nobilis ſemel aufugerit à Palatio, quod illi fuerat loco carceris aſsignatum.Nam debet poſteà in vinculis,& carcere detineri, nec debet cum fideiuſſoribus relaxari.per gl.not.quam ſequuntur Bal.& Rom.qui illam dicit notatu dignam, in l. lege Cornelia.in verbo,ex vinculis.ff.de Senatuſconſ.Syllania.Sequitur item ipſe Alex.in d.l.ſi pecuniam.§.ſed ſi acceperit,qui eſt vlt.col.2.verſi.limitat tamen.ff.de condict.ob cau.vbi id declarat. & in addi.Bart.in l.j.ff.de cuſto.reo.vbi illam dicit ſing.& Ang.Are.in tract.malef.in verbo,fama publica.col.xxxij. in paruis,verſi.quartò notandum eſt,vbi etiam illam dicit ſing. Franc.Curt.Senior in repet.d.l.admonendi.col.48.verſi.Quod limito.ff.de iureiur.& Barb.qui illam quoq; dicit ſing.in c.nullus. de præſumpt.& conſi.76.incip.ſapienter ſcribitur.col.4.& Ioan.Lup.qui in hoc caſu nominatim loquitur: in d.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.9.col.vlt.verſic.intellige tamen prædicta. Et bene facit quod voluit Bal.in l.nemo.in fi.per illum tex.C.de epi.audi.

*Nobiles nō ſubiiciuntur quæſtionibus plebeiorum.*

15 ¶Sed ad hoc quoque caput ſpectat,quòd nobiles non ſubiiciuntur quæſtionibus plebeiorum, vt dicit Ioan.Ray.in tract.nobilitatis.in 7.q.poſt princip.per tex.in l.deſertorē.§.j.ff.de re milit. & l.milites.& l.diuo.C.de quæſtion.& l.ſeueram.C.de digni.lib.xij.vbi ſcribitur,ſeueram indignationē(aut, vt alij legunt,indagationem,quod mihi magis placet)per tormenta quærentem à clariſsimo homine ſubmouemus.Sed huiuſmodi text.non de omnibus paſsim nobilibus loquuntur,ſed de certis quibuſdam,vt etiam expendit Luc.Pen.in d.l.mulieres.col.iij.verſic.xiij.priuilegiati ſunt.C. de dignit. lib.xij Sed eſt tex.omnium optimus pro omnibus nobilibus,vt ſcilicet non torqueantur inſcio Principe.in l.nullus.in verbis, *generis aut dignitatis.* C.ad leg.Iul.maie.vbi tamen excipitur crimen læſæ maieſtatis:Niſi & illum text.interpreteris ſecundum alia iura non generaliter loquentia. Et faciunt quæ ſcribit Barb.conſi.xlvij.ſcribitur præclarè.col.xij.nu.15.& 16.

*In Francia omnes indifferenter cum crimē exigit, quæſtioni ſubiiciūtur.*

16 ¶Hoc tamen non obſeruatur in regno Franciæ,vbi omnes nullo dignitatis, nobilitatiſve diſcrimine,quæſtioni ſubiiciuntur,ſi res exegerit,vt in Comite declaratum fuiſſe areſto,retulit Aufrerius in 4.parte eius operis,cui titulus eſt,Stylus Parlamenti,cap.19.Tametſi quæſtiones olim non niſi ſeruis, non ètiam liberis, vt plurimùm adhibebantur,vt ſatis videre eſt ex titu.ff.de quæſtionibus.Nam vt ſcribitur in §. vlti. in authentica,vt nulli iudicum. grauior eſt ipla tortura, quàm vtriuſque manus abſciſſio, vt non leuiter ea danda ſit liberis hominibus, præſertim nobilibus. Sed eò res progreſſa eſt,vt



eſt,vt indiſcriminatim omnibus,& in omnibus criminibus adhibeatur.Nam & licèt Decuriones ex iure communi non torqueantur.l.Decuriores. C. de quæſtion. tamen inualuit conſuetudo, vt torqueantur,vti ſcribit Matth.Affli.in c.ſi voluerit.col.2.nu.14.tit.de cap.qui curi.vend.

*Niſi nobilitas ipſa augeat delictum, mitius agendum cum nobilibus.*

17 ¶Ex quibus clarè liquet in criminalibus mitiùs agendum eſſe cum nobilibus,& in dignitate conſtitutis.Sed id tamen multis modis intelligendum eſt:primò,niſi nobilitas,aut dignitas augeat delictū, quod plerunque facit d.l.quædam delicta.& ibi Bart.& Alber.de pœnis.& l.ij.& l.omne delictum.§. augetur.ff.de re milit.& c.homo.& ibi glo.xl.diſt. & c.quia ſanctitas.50.diſt.& c.nullus itaque.& ibi gl.j.quæſt.j.& c.nulli.xxv.q.j.& c.vlt.xxx.q.j.& c.j.de cler.vena.& c. excommunicamus.§.credente. verſi.ſi verò clericus.& ibi gl.in verbo,exerceatur.quæ concord.citat,de hæretic.c.inter corporalia, verſi.ſanè quoniam.de tranſlat.Epiſc. vbi gl.in hanc ſententiam allegat illud Iuuenalis, nomine tamen authoris tacito:

*Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe*
*Crimen habet,quantò qui peccat,maior habetur.*

Quod etiam citat Fely.in c.mulieres.col.iij.de ſent.excom.Et facit etiam quod voluit gl.in c.hi qui. xv.q.vlt.cum ſimi.

*Vt grauius peccant in dignitate conſtituti, ita grauius puniuntur.*

18 ¶Tunc enim,cùm ſcilicet nobilitas,vel dignitas auget delictum,vt pœna delicto reſpondeat, iuxta tex.in d.l.quædam.& c.non afferamus.xxiiij.q.j.grauiùs puniuntur conſtituti in dignitate,ſicuti grauiùs peccant.d.l.quædam.& ibi Bart.Alb.& alij.ff.de pœn.& d.l.iij.§.is qui ad hoſtes.ff.de re milit.& l.presbyteri.C.de epiſ.& cler.quæ & repetitur in can.quia iuxta.§.presbyteri.v.q.vlt.vbi multò magis pœna digni ſunt,quibus cum plurimùm honoris per noſtram iuſsionem delatum eſt,ſi in occulto crimine inueniantur.& l.omnes.& ibi Bal.C.de Decurio.lib.x.& l.j.in fi.C.de conduc.& procur. lib.xj.cùm dicitur,grauior enim pœna conſtituenda eſt in hos,& ibi Lucas de Pen. & l.per id tēpus. & ibi quoque Lucas de Pen.C.de curioſ.& ſtatio.lib.xij.& c.cùm quidam.de iureiur.& c.j. & ibi gl. Io.Ana.& alij de cler.vena.& d.§.credentes.& d.c.quia ſanctitas.& c.nulli.& ibi gl.xix.diſt.& c.præcipuè.xj.q.iij.& c.vlt.xxx.q.j.gl.& Bal.in d.§.ſi ruſticus.gl.in c.ij.in verbo,ſacerdotali.de offi.dele.lib. vj.Iac.Are.Dy.Cy.Bal.& Saly.in d.l.nemo.C.de ſum.Tri.& Iac.Bel.& Bal.in d.§. ſi quis verò auſu. Io.Plat.in l.vlt.per illum tex.C.de fabri.lib.xj.Cæpol.d.conſi.xl.col.iiij. verſic.tamen iſta regula. Et huc pertinet illud Thucydidis lib.v.Neque hoc minùs veſtra refert:qui quò maiores cæteris eſtis, eò maiori,ſi labemini,eritis pœnarum magnitudine digni.

*Tū grauius nobilis punitur, cū dedecus cedit in contumeliam dignitatis.*

19 ¶Tum autem dicitur crimen augeri dignitate,cùm in his peccamus,quæ dignitatem noſtram concernunt,atque illius adminiſtrationem,vel in his,propter dignitatem,vel honorem ſumus conſecuti:vel cùm delictum cedit in dedecus & contumeliam ipſius dignitatis, vt patet ex iuribus citatis in duobus præced.verſi.Et ita voluerunt etiam fermè omnes,quos ſuprà citauimus. & prætereà Bart. in d.l.quædam.& Alex.in d.l.ij.paulò ante finem.C.vt nemo priuat.Vel etiam quando delinquimus prætextu,colore,& velamento dignitatis,ſecundum Ray.& Saly.in d.l.presbyteri,per tex.ibi, in illis verbis,quòd nihil metuant.C.de epiſc.& cler.

*Dignitate crimen augetur ex 4.*

20 ¶Diuus autem Thomas j.ij.q.lxxiij.artic.vlt.ſcribit ex quatuor augeri crimen dignitate, ex quibus ſuprà aliquot tetigimus.Huius verba hæc ſunt doctiora,quàm elegantiora.Primùm propter ſpecialem repugnantiam actus peccati,aut magnitudinem.veluti ſi Princeps iuſtitiam violet, qui ponitur iuſtitiæ cuſtos:& ſi ſacerdos fornicetur,qui caſtitatem vouit. de quo vltimo exemplo vide glo. in c. qui viderit.xxxij.q.v.Item propter exemplum ſiue ſcandalum,quia, vt Gregor. ait in Paſtorali, In exemplum culpa vehementer extenditur,quando pro reuerentia gradus,peccator honoratur. Ad plurium autem notitiam veniunt peccata magnorū,& magis homines indignè ferunt.Tertiò propter ingratitudinem:quia omne bonum,quo quis magnificatur,eſt Dei beneficium, cùm homo ſit ingratus peccando:& quantum ad hoc,quælibet maioritas,etiam in temporalibus bonis,peccatum aggrauat,ſecundum illud Sapientiæ vj.Pontentes potenter tormenta patientur. Quartò, quia faciliùs poſſunt reſiſtere peccato maiores,vt qui excedunt ſcientia,& virtute.Vnde dicit Dominus Lucæ xij.Seruus ſciens voluntatem domini,& non faciens,plagis vapulabit multis. Ex quibus nonnulla huic loco conueniunt,quædam minimè:ſed quiſque quod ſibi videtur accipiet.

*Nobilis proditor, iura nobilitatis amittit, & eius nobilitatis inſignia delenda ſunt.*

21 ¶Ex his autem fit,vt cùm nihil magis repugnet veræ nobilitati, quàm proditio: nam & proditor nobilitatem amittit,quod ex eo conſtat,quòd nobilitatis inſignia illius delenda ſunt.l.eos qui. ff. de pœnis.quam in id ſing.dicit Rom.ſing.476.eorum arma.& iterum ſing.669.an arma.& à Principis facie arcendus,vt dicit Matthæ.Afflict.in c.1.col.3.nu.22.tit.an ille qui interfe.frat.do.citans Bal.ibi, qui tamen in vniuerſum loquitur.Certè ſi nobilis adeò ſuæ dignitatis oblitus fuerit, vt in proditionem incurrat,non modò pœna ignobilium,ſed etiam grauiori puniendus eſt,teſtimonio Bald.in d. c.cùm quidam.de iureiur.vbi & ex hoc limitat quod ſuprà diximus,nobilem ex delicto, quo ignobilis laqueo ſuſpenditur,decapitari,aut aliàs puniri debere: vt non procedat, ſi proditionem nobilis commiſerit,tunc enim altioribus furcis ſuſpendendus eſt, vt dicit obſeruari in noſtro Regno Franciæ.Et ſequitur Fely.ibi.col.iij.verſi.tertius eſt,& iterum verſi.quod autem dictum eſt. & in d. c. paſtoralis.col.j.verſi.ſecundò fallit.de offic.deleg.

*Metij ſupplicium.*

22 ¶Et ne hac in re exemplo careamus,Quis neſcit grauiſsimum,atrociſsimúmque, ne dicam crudeliſsimum ſupplicium Metij Suffetij,Albanorum Principis ob proditionem ab eo in Tullum Hoſtiliū Regem,& Romanos perpetratam?Is enim admotis duabus quadrigis,in currum earum diſten-

tùs,& deligatus eſt,deinde equi in diuerſum iter concitati, lacerum corpus qua inhæſerant membra portarunt:vt tradit Liuius j.decadis lib.j.Dionyſius Alicarnaſſ.lib. iij. Aluxarchus lib.iij. rerum Italicarum,& ex eo Plutarchus Paral.c.xiij.Plinius ſecundus(ſi is eſt)in lib.de viris illuſtribus.c.iiij. in ſi.Gellius lib.xx.c.j.in ſi.Paulus Oroſius lib.ij.c.v.Ex quo illud Virg.lib.viij.Aeneid.

*Non procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ*
*Diſtulerant.*

Et ibi quoque Seruius.Et illud etiam Claudiani in bello Gildonico:

*Et ſi non cupidus eſſem præraptus ab aſtris,*
*Exemplum ſequerer Tulli:laniandáque dumis*
*Impia diuerſis aptarem membra quadrigis.*

Subdit autem Liuius vbi ſuprà, Auertere omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos: primum vltimúmque ſupplicium exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas. Verùm,quod obiter dicere voluimus, id ſupplicium nõ primùm inuentum fuit à Romanis.Nam Hercules Pyræchmen Euboæ Regem à ſe victum ſimili ſupplicio affecit:vt ex lib.De fluminibus tertio,prodidit Plutarchus Parall.c.xiij.

23 ¶Et cùm etiam falſitas ſit admodum aliena à nobilitate, nam & hæc eſt proditioni affinis, & cognata:ideò ſi nobilis crimen falſi commiſerit,gauiùs quoque puniendus eſt,vt ſcribit Alberic.in d.l. quædam.ff.de pœnis.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapol.404.eadémque vlt.fuit per illuſtrem.col.pen. verſi.nec alleuiat,allegans in idem gl.in c.ſingula.89.diſt.vbi tamen nulla eſt gl.quæ id dicat,quæue de ea re loquatur,niſi mendum ſit in meo codice.Sed in id facit bonus tex.in l.presbyteri.C.de epiſ. & cleri.loquẽs de crimine falſi,vbi ita ſcribitur,Multò magis etenim pœna digni ſunt, quibus cùm plurimum honoris per noſtram iuſsionem delatum eſt,occulto inueniuntur in crimine.& alius tex. in l.ſi quis Decurio.C.de falſis.vbi in crimine falſi Decurio quæſtioni ſubiicitur, licèt aliàs minimè. l.Decuriones.C.de quæſt.Luc.autem de Pen.in l.mulieres.col.v.verſi.vltimò nota. C. de dignit.lib. xij.ſcribit nobilitatem amitti per periurium,& falſum teſtimonium.Quod & ipſum voluit Matthæ. Afflict.in cap.vlt.titu.quib.mod.feud.amitt.& d.deciſ.Neapolitan.vlti.& Maria.Socin.iunior.conſi. xxxix. perſpectis his,nume.41.lib.ij.At Cy.in l.tranſigere.colum.iij.verſi. quidam moderniores.C. de tranſact. dicit, hominem ad nihilum redigi per falſitatem, vt qui ſemper poſthac ſine fide ſit, nec ei vnquam credatur.Hæc enim illum lucrifacere,vt nunquam poſteà ei credatur, vt Ariſtoteles de mendace dicebat.

*Falſitas proditioni affinis.*

24 ¶Adeò autem id crimen leges xij. Tabularum exhorruerunt, vt qui id commiſiſſent è ſaxo Tarpeio deiici iuberent,vt videre licet ex Gellio lib.x.c. j. Tametſi ea pœna adeò noſtris Iuriſconſultis cruciabilis,atque inhumana viſa eſt,vt eam omnino aboleuerint.l.ſi diutino.in ſi.ff.de pœnis.Polybius autem lib.vj.tradit eos qui crimen commiſiſſent, fuſtibus & lapidibus obrui ſolitos. E noſtris, Bar.in l.Lucius.in ſi.ff.ad S.C.Turp.ſcribit ſtatuta de prælaxandis carceratis, non prorogari ad crimen falſi.Sed & Barb.in tract.de præſtan.Card.q.ix.j.partis col.ij.tradit,id priuilegium, quod nonnulli tribuunt Cardinalibus præſtandi immunitatem ſceleratis eis occurrentibus, de quo per Bart. & Saly.in l.addictos.C.de appel.non recip.& de hoc quoque dicemus infrà in cauſa 55. non habere locum in reis criminis falſi.Quæ omnino etiam approbat Marc.Mant.Apophth. xv.incip. occurrit. Quin Ioan. Ana. in rub.de crimine falſi, dicit id crimen tam abominabile,quàm aliud nullum. Et Ang.in §.minorem.in authen.de nupt.ſcribit id eſſe deteſtabilius homicidio,& veneficio: quem ſequitur Matthæ.Afflict.d.dec.vlt.& Maria.Soci.Iunior d.conſi.xxxix.col.ij.nu.j.lib. ij. Adeò quoque id crimen atrox exiſtimat Hipp.Marſil.ſing.clxiij.incip.crimen falſi.& in practica crimi.§.attingam. col.ij.& conſi.cv.item vltrà prædicta.col.ij.vt propter id liceat leges tranſgredi, ex ſententia Innoc. in c.j.de conſtit.

*Pœna criminis falſi Romæ olim à Iuriſcon. eſt abolita.*

25 ¶Hinc item fit,vt nobilis errans in fide plus puniendus ſit,quàm ignobilis,aut certè æquè, & ſecundum formam iuris,ex ſententia Archi.in d.c.qui contra xxiiij.q.j.& Fely.in d.c.paſtoralis.col.ij.verſ. ſextò fallit,& in d.c.cùm quidam.col.iij.verſi.quintus eſt.de iureiur. Nam quis neget nobilem, qui Deo ſuam nobilitatem debet,ſi in fide & religione ipſius D. O. M. errauerit, multò magis in eum peccare,quàm ignobilem?quanquam id aliò referri poteſt,vt dicam poſteà.

*Nobilis errans in fide,plus puniẽdus eſt quã ignobilis.*

26 ¶Sed & ex eo quoque illud fit,vt nobilis contemnens,vel tranſgrediens mandatum Principis, grauiùs puniatur,quàm ignobilis,vt magna authoritate affirmat Bal.in c.j.§.ſi quis verò auſu.per illum text.tit.de pace iura.firman.& nuncupatim ſequitur ibi Matthæ.Afflict.qui eum §. legit cum princ. col.pen.in x.not.& Fely.in illis duobus locis,ſcilicet in d.c.paſtoralis.col.ij.verſic.quartò.& in d.cap. cùm quidam.col.ij.verſi.ſecundus eſt.

27 ¶Secundò intellige,vt nobiles in pœnis criminalibus mitiùs puniantur: at in pecuniariis magis puniantur,cæteris quidem paribus.l.properandum.§.ſin autem vtrinque:& ibi Bar.& alij.C.de iudi. & d.§.ſi quis verò auſu.& ibi gloſſ.in verbo,centum.Bal.Card.Alex.& Matthæ.Afflict.tit. de pace iura.fir.gl.in c.j.§.ſi ruſticus.verſi.ſimiles ruſticũ.in verbo,aut diuino.in ſi.& ibi Bal.Aluaro. & Cardi. Alex.tit.de pace tenen.gl.& omnes in d.c.cùm quidam de iureiur.gl.in c.non cogantur.xlj.diſt.& in d.c. qui contra.24.q.j.Odof.Cy.Alb.Bal.& alij in d.l.nemo.C.de ſum.Tri.Hoſti.& Io. And.in c.ea quæ.de ſtat.mon.Alb.Gand.in tract.malefic.tit.de pœnis reor.col.31.in paruis,verſic. item quæro an pari pœna.Bart.& alij in dict.l.quædam.ff.de pœnis,idem Bart.in l.illicitas. §. vlt.ff.de offic. præſid.

*Nobiles in pecuniariis magis puniuntur, licet mitiùs in criminalibus.*

& in



& in l.1.col.pe.verſ.ſequitur in diffinitione acceptus.& verſ. nam nobiles de iure communi. C. de dign.lib.12.Alber.in d.l.presbyter.col.1.C.de Epi.& cler.Ioan.Fab.& Angel.Are.in §.j.verſ.licèt autem.Inſti.qui & ex quib.cauſ.manu.non lic.Sal.in l.ſeruos.C.ad le.Iul.de vi publi.Luc.de Pen. in d. l.j.col.vlt.C.de condu.& procur.lib.xj.Io.Ana.in d.c.j.de cler.vena.& in c.vlt.col.4.verſ.nota quòd maior pœna de maled.& in d.c.excõmunicamus.§.credentes.col.vlt.ad ſi.de hæret. Maſuer. tit.de pœnis.§.ad infligendam.Matth.Afflict.in c.ſi ruſticus.col.2.verſ.deinde gl.not. tit. de pace tenenda.

28 ¶Cuius differentiæ ratio in promptu eſt.Nam affligitur magis nobilis ex parua quapiam pœna corporali,quàm ex magna ignobilis:Ideóq; modica pœna maior in eo cenſetur, quàm magna in plebeio,& è diuerſo in pœnis pecuniariis,vt dicunt propè omnes quos ſuprà citauimus.Et cùm pœna ob id inter alias multas cauſas imponatur,vt peccantes emendatiores fiant,& vt metu pœnę ipſi & cæteri deterreantur,vt latè diximus in legibus connubialib.l.9.nu.224.propterea cùm Plato. Conſequens eſt igitur,vt ea pœna imponatur,quæ magis timetur.Pœna autem pecuniaria, niſi magna ſit,non admodum timetur nobilibus,& iis qui in dignitate conſtituti ſunt, vtpote frequenter locupletibus,vt ſatis patet ex hiſtoria memoranda,quam retulit Phauorinus ex Q. Labeone, in libris quos ad xij.tabulas conſcripſit apud Gellium lib.20.eodémque vlt.cap.j. Nam cùm lex xij. tabul. huiuſmodi eſſet,Si iniuria alteri faxit,xxv.æris pœna ſunto.Neratius quiſpiam homo improbus pro delectamento habebat,os hominis liberi,manus ſuæ palma verberare,eum ſeruus ſequebatur, crumenam plenam aſsium portitans,& quemcunque depalmauerat, numerari ſecundum xij. tabulas xxv.aſſes iubebat.Propterea hanc legem aboleſcere,& relinqui cenſuerunt, iniuriíſque æſtimandis Recuperatores ſe daturos edixerunt.Accur.autem noſter in l.illicitas.§.ne potentiores. ff. de offic. Præſid.dicit per eum tex.in verbo,lumine vnico,vt ipſe legit,quòd tenuioris fortunæ homines nõ pluris lumen,ſiue oculum ęſtimant,quàm porcellum.quod & annotat Bald.ibi,& in auth. niſi breuiores.C.de ſen.ex breuicul.recit.& Cæpol.in tract.de ſeruit.vrb.præd.c.34.col.j.& Geor. Nath. in repe.cle.ſæpè.col.77.verſ.quæ autem dicatur cauſa breuis.de verb.ſig.Sed vt hoc in tranſcurſu dicam,mendum eſt manifeſtũ in eo tex.& in eo vocabulo,lumine,ex quo Accurſi.illud ſumpſit quod diximus.neque enim lumine,ſed limine pro domo,legi debet,vt ſcitè tradit Catel. Cot. in memor. incip.Limen pro domo,vt etiã diximus in noſtris legibus Connubial.l.10.nu.27. Sed & huc. Quãquam Bal.& ipſe ſecutus Accurſij veſtigia in auth.ſed nouo iure. col. vlt.verſ.ſed hæc ſententia. C. de ſeruis fugi.dum allegat d.§.ne potentiores.in eo legit,lumine,non limine.

*Nobilis magis affligitur ex parua pœna corporali, quã ex magna ignobilis.*

29 ¶Cæterùm ad confirmationem eorum quæ diximus, Bart.in l.j.§.vlt.ff. de pœnis. ſcribit id quod dici ſolet,quamlibet pœnam corporalem,vel minimam,eſſe grauiorem qualibet pœna pecuniaria, vel maxima,non procedere in perſonis vilibus. per l.hoc opere.in ſi.ff.de oper.libert. Et certè ſicut nobili maxima pœna,ſiue iniuria eſt etiam ſola facti infamia.l.non debet.ff.de dol. mal. ita ignobili quælibet infamia quantumcunque magna,eſt illi modica, vel nulla pœna,vt probat text.in l.2.C.vt intra cert.tempus.cuius hæc verba ſunt,Et ſi perſona vilior fuerit,cuius damnum famæ non ſit iniuria.& ita ille tex.expendit Bald.cui nihil,vt reor,ignotum fuit,conſi.116.quod petitur.poſt prin. li.3.

*Pœna corporalis uel minima,eſt grauior qualibet pecuniaria.*

30 ¶Tertiò intellige quod diximus,mitius agendum cum nobili,quàm cum ignobili, non procedere in pœnis relatiuis.Verbi gratia,ſi nobilis accuſet plebeium,nec probet delictum, eadẽ omninò pœna punietur,qua puniri debuiſſet plebeius,ſi delictum probatum fuiſſet,vt eſt tex.in l. ad Cõmentarienſem.C.de cuſto.reo.& ibi glo.Gul.Cu.Bald.in vtraque lect.ſcilicet in j.lect. col.vlt. verſ. vltimò format.& in 2.lect.col.j.& etiam Ang.in l.athletas.§.item calumniator.in ſi.ff.de his qui not.infa.idem Gul.Cun.in l.2.& ibi quoque Bal.in ſi.C.de fid.inſtr.Io.Ana.in c.ſuper his.col.pe. de accuſ. Fely.in d.c.paſtoralis.col.2.verſ.octauò fallit.de offi.deleg.& in d.c.cùm quidam.col.3.verſic. quarta declaratio.de iureiur.& in c.cùm dilectus.col.pe.de calumn. & Iaſ. conſi. cxliiij. facti contingentia. ad ſi.lib.2.Quanquam videtur tex.in contrarium in l.ab Imperatore.ff.de præuar. & ibi Bald. Sed tu hîc vide Io.Ana.in c.cùm dilectus.col.vlt.verſ.quæro circa prædicta.de calum.

*In pœnis relatiuis nõ procedit,mitius eſſe agendum cum nobili quàm cum ignobili.*

31 ¶Quartò cùm nobilis mãdauit pauperi,vt delictum cõmittat,vel auxiliatus eſt pauperi delinquẽti, Nam tunc iſte nobilis eadem pœna punietur,qua pauper mandatarius,vel cui auxiliatus eſt, vt voluit Bart.loquens in caſu diuerſo,cùm ſcilicet nobilis,mandato plebeij deliquit. in l.vtrùm. verſ. & iſtam legem.ff.ad leg.Pomp.de parricid.per tex.ibi.Ex quo apertè colligitur,inſpici qualitatem,quę in faciente eſt,non quæ in mandante:& idem Bart.in l.is qui ouem.col.vlt.ff.de furt. & in l. qui ſeruo.§.item placuit.eo.tit.& conſ.66.ad declarationem.in ſi.De quo & tu vide latè Bald.in l.non ideò minus.col.3.in 4.quæſtio.C.de accuſ.& Saly.in l.j.col.8.verſ.quæro,ſi propter qualitatem. & 2. ſeq. C.de rap.virgi.& Ang.in tract.malefi.in verbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.col.2.verſ.quæro qua pœna,& multis ſeq.& latiſsimè Cæpol.conſ.34.ſi vnquam.in 2.dubio.& Fran.Are.in l. ſi ſtipulatus fuero per te.col.2.ff.de verb.oblig.

*Cum nobilis mandauit pauperi ut delictũ committeret, eadem pœna punietur qua mandatarius.*

32 ¶Et in multis ex illis locis poteris intelligere,an & hoc procedat,cùm mandans,vel auxilians ignorat qualitatem mandatarij,ſiue eius cui opitulatus eſt, de quo quoniam alij quoque id tenent, alij contrarium,vide Ang.in l.j.col.j.C.de Nili agge.non rumpen.& Fely.poſt alios in c.j.col.ſexta,verſ. tertium membrum.ff.de offi.& poteſtate iud.deleg.quos tu,ſi opus ſit,videre poteris,ne hîc diutius immorer ad alia properans.

33 ¶Quintò intellige quod diximus,nobilem,aut aliàs in dignitate conſtitutum minus eſſe puniendũ, niſi fortè aliter ſuaſerit fieri nimia contumacia,vt probat tex.iiſdem verbis vtens in cap.2.in fin. de

*Minus punitur in dignitate cõſtitutus, niſi ni*

*mia cõtumacia aliter ſuaſerit.*

offi.deleg.lib.6.quem ad hoc quod diximus,annotant Ioan.And. & Ant. in c. ea quę. de ſtatu monac.& Henric.in d.c.cùm quidã.& ibi Fely.col.2.verſ.quartus.Luc.Pen.in d.l.j.col.vlt.C. de condu. & procur.lib.11.Fely.in d.c.paſtoralis.col.2.verſ.quintò fallit.Matthę.Affliɫt.in d.c.j.col.vlt.num.98. tit.de pace iuram.firmand.Et hoc vitiũ frequens eſt in nobilibus;ideóque magis in illis puniẽdum, vt ſint exemplo cæteris.l.aut facta.§.vlt.ff.de pœnis.

*Pœnæ arbitrariæ difformes uocantur.*

34 ¶Sextò intellige in pœnis arbitrariis,quæ ſcilicèt,quoniam certæ non ſunt ex legibus, vel ſtatutis, relictæ ſunt arbitrio iudicum,quas & ideò noſtri difformes vocant.Secus in pœnis vniformiter,certè,& determinatè,indiſtinctéque,& indiſcriminatim impoſitis.tunc enim ea pœna æqualiter puniri debent nobiles,& ignobiles,ſecundùm Ia.Bu.Guil.Cu.& Bal.in d.l.nemo.C.de ſacro.eccl.Bal. in d. §.ſi ruſticus.ante fi.tit.de pace iur.fir.Saly.in l.ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi publi.Luc.Pen.in d.l.j.ad fi. C.de conduc.& procur.lib.11.Cæpol.d.conſ.xl.col.4.verſ.tamen iſta regula.

*Hoc procedit, niſi iudex iuſta cauſa cenſuerit utrũque puniẽdum mitius aut grauius.*

35 ¶Quod tamen omninò intelligendum,niſi iudex ex iuſta, & magna cauſa cenſuerit, vel grauius, vel mitius vtrunque & nobilem,& ignobilem eſſe puniendum, quàm lege vel ſtatuto præſcriptum ſit,ſecundùm l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui not.infam.& in l.ſi ſeuerior.C.ex quib.cauſ. infam.irrog.Nam & id expreſsim in caſu,de quo loquimur,voluit Saly. in d.l. ſeruos. Cui & tu adde not.per Inno.in c.1.& ibi latiſsimè Fely.& Dec. extra,de conſtit. & quæ nos latiſsimè diximus ſuprà in præfat.

36 ¶Septimò intellige niſi aliter expreſsim diſponant,vt ſcilicet nobiles grauius puniantur ex eodem delicto,quàm ignobiles.Cuiuſmodi ſtatuta ſunt in multis locis Italiæ,& inter cæteros in Tuſcia, vt refert Saly in d.l.1.col.8.& verſ.& quæ hîc,& in præcedenti.C.de raptor.virg.& hoc ſæpe, vt poſteà dicemus:tunc enim ex eorum ſententia qui hæc ſtatuta referunt, ea ſunt ſeruanda. Nihil enim impedit quin id ſtatui poſsit,præſertim in iis locis in quibus nobiles ſunt admodum ad vitia & ſcelera procliui,vt diximus in noſtro tract.Nobilitatis.c.37.

*Verſus Deum maior eſt ingratitudo nobilis quàm ignobilis.*

37 ¶Octauò intellige quæ diximus,in pœnis fori iudicialis.At in pœnis fori pœnitentialis,quod & forum conſcientiæ appellant,magis puniendus eſt nobilis,& in dignitate conſtitutus, vt qui plus cæteris per omnia paribus,peccare videtur:tum quia magis contemnit,qui plus recipit à Deo,nec recognoſcit,ideò maior eſt ingratitudo illius.Ex quo illud in primis iſtis animaduertendum, & ſcrinio pectoris penitiſsimè recondendum Sapientiæ 6.Audite Reges terræ,& intelligite.Diſcite iudices finium terræ.Præbete aures vos,qui continetis multitudines,& placetis vobis in turbis rationũ: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis,& virtus ab Altiſsimo qui interrogabit opera veſtra,& cogitationes ſcrutabitur:quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis,quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt,fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur.

*Peccata nobilium trahi ſolent ab inferioribus in exemplum.*

38 ¶Tum item quòd nobilium,& in dignitate conſtitutorum peccata trahi ſolent ab inferioribus in exemplum,vt dicit tex.in d.c.cùm quidam.vbi glo.Imo.Fely.& alij.& hoc dicunt, quod diximus, magis iſtos puniendos in hoc foro pœnitentiali:& alius tex.in c.ſicut.& in c.paſtoralis.2.q.7.& cap. ex merito.6.q.j.& omnium optimus in cap.præcipuè.11.quæſt.3.quem aureum dicit Barb. conſ. xl. clementiſsimum.col.6.lib.4.& tex.item in c.magnæ.de voto.vbi ad hoc citat glo.ibi, & in d.c. ex merito.illud Claudiani,eius tamen nomine tacito:

*—Totus componitur orbis*
*Regis ad exemplum.* Et mox ſequitur apud eundem Claudianum,
*—Nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent,quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.*

*Qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea.*

39 ¶Quibus ſimile eſt & illud ſapientiſsimi illius Eccleſiaſt.cap.10.Secundum iudicem populi,ſic & miniſtri eius.Et qualis eſt Rector ciuitatis,& tales inhabitantes in ea. & ſubdit, Rex inſipiens perdit populum ſuum.Eſt & Platonis ſententia à Cicer.Epiſt.lib.1.ad Lentulum vſurpata, Quales in Rep. Principes eſſent,tales reliquos eſſe ciues.quam etiam citat Barb.conſ.j.col.v.verſ. & ſi quiſpiam dixerit,quòd loquitur.lib.1.& d.conſ.xl.conſ.vj.lib.iiij. vbi dicit Platonem huiuſmodi ſententiam afflatu ſpiritus ſancti protuliſſe.quod & idem dicit ipſe Barb.conſ.lxxxij.clementiſsimi.col.v.eo. lib. iiij.& in procem.Cle.in verſ.quoniam nulla.col.v.Et ipſe Cicero,li.3.de legib.legem xij. tabul.enarrans,qua cauebatur,vt magiſtratus vitio vacarent,atque cæteris ſpecimen eſſent, hæc verba adiecit:Vt enim cupiditatibus Principum,& vitiis inſici ſolet tota ciuitas, ſic emendari,& corrigi continentia.Et paulò poſt:Nam licet videre,ſi velis replicare memoriam temporum, qualéſque ſummi ciuitatis viri fuerunt,tales totam ciuitatem fuiſſe.Quæcunque mutatio morum in Principibus extiterit,eandem in populo ſententiam.Et apud Laërtium,Antigonus Macedonum Rex ad Zenonẽ ſcribens,cùm multa de doctrina,& fœlicitate promiſiſſet,hoc tandem in calce ſubiecit,Cuiuſmodi fuerit dux,vt plurimùm ſubditos fieri neceſſe eſt.Ageſilaus quoq; ille Magnus & ipſe Lacedæmoniorum Rex,interrogatus,quare vehementi hyeme ſine tunica ea ætate (is enim tum ſenex erat) circumiret,reſpondit,Quò iuuenes imitentur,habentes ij quidem & ſenis,& Principis exemplum. Author Plutarchus in Apophtheg.Laconicis,& Aelianus de varia hiſtoria lib.7.cap.13. Sed & Herodianus lib.4.Solent,inquit,plerunque homines vitam Principis æmulari.

Hactenus



*An nobiles ſint tantum puniendi conſulto principe.*

40 ¶Hactenus igitur diximus de pœnis nobilium,an videlicet ij plus minúſve puniri debeant, quàm ignobiles. Qui locus facit vt in mentem veniat nonnullorum ſententia, qui voluerunt nobiles ipſos non eſſe puniendos,niſi prius conſulto Principe.Hi ſunt,Iac. Ra.vt ipſe citatur: neque enim extant ſcripta illius(quod ſciam)in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic.Præſid.& Raph.Cuma.in l.j.§. his quibus.ff.de lega.3.per tex.in l.diui.§.vlt. ff.de pœnis.Ita enim illos citat Alciat. in cap. quod ſedem.num.85.de offi.ordi.quamuis id non repererim in meo codice Raph.Verùm ille tex.non ſimpliciter loquitur de nobilibus,ſed de Principibus ciuitatis.Et eſt alius tex.loquens de Decurione,in l.2.ff.de bon.eor.qui ſibi mort.conſci.cùm dicitur,Si is de cuius pœna Imperatoti reſcriptum eſt, veluti qui Decurio fuerit.Sed hæc in Gallia non obſeruantur.

## CAVSA TRIGESIMASECVNDA.

*Mulcta minui aut remitti poteſt propter paupertatem.*

1 TRIGESIMOSECVNDO, ſatis conſtat ex eo quod diximus in ſuperiori capite, mitius eſt agendum cum pauperibus,quàm cum diuitibus, cùm agitur de pœna pecuniaria,nedum cùm de mulcta tractatur.Nam quãtum ad mulctam pertinet, omnibus in confeſſo eſt,minui aut remitti poſſe propter paupertatem, per text. in l.illicitas.§.vlt.ff.de offi.præſid.quem in id dicit not.Bal.in c.at ſi clerici.col.4. verſ.quæro nunquid Epiſcopus.de iudic.atque etiam per tex.in l.eos.in fin.C.de mod.mulc.& id quoque not.gl.in l.& in mulctis.C.de appel.

*Mulcta minuitur non pœna, pauperi ex Bart.*

2 ¶De pœna verò non omnes conueniunt.Bart.enim in l.j.in fi.principij. ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.dicit mulctam ex paupertate minui,non etiam pœnam.& idem ſentit ipſe in d.l.illicitas.§.vlt. & in l.iudex poſteaquam.in prima oppoſit.ff.de re iudic.& Bald.in d.c.at ſi clerici.col.quarta. verſi. quæro in quibus criminibus.de iudic.Ioan.Fab.in d.l.eos.col.2.C.de mod.mulct.Paul.Caſtr.& Ro. in dict.l.j.§.j.ff.ſi quis ius dicen.& Iaſon in l.ſi quis id quod.col.3.verſic. quartò limita.ff. de iuriſdict. omn. iudic.

3 ¶Verùm Bald.ſibi contrarius,dicit pœnam quoque propter paupertatem minui.in l.certa ratione. col.3.verſi.illud etiam nota.C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.quem ſequitur Iaſ. ſibi quoque contrarius in d.l.j.in princip.colum.vlt.ff.ſi quis ius dicent.non obtempera.dicens hanc videri eſſe doctrinam Bart.Bald.& Angel.& aliorum in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& in hanc partem videtur inclinare Guid.Pap.in ſtatuto:ſi quis per literas.in verbo, mitigatione. in fin. & faciunt quæ ſupra diximus in præcedenti cauſa.

*Mulcta impoſita,ob paupertatem minui poteſt.*

4 ¶In qua noſtrorum controuerſia,vt eorum opiniones concordes efficiamus,illud dici poteſt, mulctam etiam poſtquàm impoſita eſt,poſſe minui propter paupertatem: pœnam verò non, niſi ante ipſius impoſitionem,& hæc ſolutio ſiue mauis diſtinctio,elicitur è Bart.in d.l.iudex poſteaquàm.& eam nominatim adſcribũt Bal.Ant.& expreſsius Pan.in c.niſi.de offi.leg.& Iaſ.vbi ſupra proximè.

*Bannum propter paupertatem remitti poteſt.*

5 ¶Ex eo autem quod de mulcta dictum eſt,ſequitur quòd cùm bãnum mulctæ æquiparetur,vt voluit gl.in l.j.§.hoc reſcripto.ff.de vent.inſpic.& in l.j.in princ.ff.de admi. tut. ideò & bannum quoq; remitti poteſt propter paupertatem.Ita dicit pulchrè Bart.in d.l.illicitas §.vlt.poſt princip.ff.de offi. præſi.vbi hoc dicit eſſe notandum.ſequitur Pan.in d.c. niſi de offi.deleg. qui etiam dicit tex. in d.l. illicitas.§.vlt.eſſe multum not.ad duo.Primùm ad hoc, quòd iudex poſsit remittere mulctam etiã impoſitam,& per conſequens bannum, propter paupertatem cõdemnati.Denique propter inopiã ſoluendi mulctam,non fit mutatio ipſius mulctæ in corpus.

*Qui ſequãtur opinionẽ Bar. ſuprapoſitam.*

6 ¶Illud quoque dictum Bart.ſequitur & dicit ſing.Ang.Aret.in tractatu maleſi. in verbo, qui iudex videns quòd inquiſiti non comparent.col.viij.verſ.quæro an continuatum ſit delictum, ibi, *ex quo ſequitur*. Et id quoque ſequitur Guido Papæ,in dicto verbo,mitigatione.poſt prin.& Fely.in c.qualiter,& quando.huius initij 2.§.vlt.col.7.verſ.quinta cauſa.de accuſ.

## CAVSA TRIGESIMATERTIA.

*Obtentũ paupertatis non licet delinquere.*

1 TRIGESIMOTERTIO, & id quidem aliquid habet commune cum præcedentibus,quòd etſi nunquam liceat obtentu paupertatis delinquere,vt eſt text.in l.palàm. §.non eſt ignoſcendum.ff.de rit.nupt.& c.quoniam ſimoniaca labes.de ſimo.Is tamẽ leuius peccat,qui ob paupertatem,vrgente videlicet fame,ac neceſsitate, quicquam admittit:ideóque & ſemper leuius eſt puniendus, quàm ſi vltro nulla re impellente id fecerit,per ea quæ not.per Doct.in d.c.quoniam.de ſimo.& in c.ſi quis propter.de furt.cum ſim. & nominatim voluit Goſre.in Summa de furt.verſ.excuſatur autem. vbi dicit, quòd ſi quis neceſſitate compulſus,ea tamen non extrema quicquam furatus fuerit,licèt non omnino excuſetur, mitius tamen puniendus eſt,nec tantũ peccat,quantum ſi nulla omnino neceſsitas adfuiſſet,per d. cap. ſi quis propter.quod dictum pro ſing.citat Cæpola in rep.auth.ſed nouo iure.col.25.in paruis.C.de ſer.fug.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe.

*Neceſsitas ueniam aliquam habet apud humaniter iudicantes.*

2 ¶Id quod etiam adſtruit Demoſthenes Græcæ eloquentiæ princeps,Fas eſt(inquit) magis iraſci aduerſus iniquos diuites,quàm pauperes.Neceſsitas enim veniam aliquam habet apud humaniter iudicantes:multa namque cogit liberos inopia facere,in quibus miſericordiam iuſtius, quàm pœnam inueniant.cui conuenire videtur Plato,qui in Legibus ait,pauperum peccata ob huius vitæ incommoda,leuius apud inferos puniri,diuitum verò grauius.

Eruut

*Neceſſitas non habet legem.*

3 ¶Erunt & qui huc trahent id quod vulgò dicere ſolemus, Neceſſitas non habet legẽ. vt dicit tex. in c. ſicut. de conſec. diſt. 1. & gl. quæ ad hoc multa alleg. in l. 1. in verbo, expedire. ff. de offi. Conſul. & gl. in l. item quamuis. in verbo, neceſſitatem. in fi. ff. cõmu. diui. & in l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. & in l. j. in fi. ff. de oper. lib. Idque eſt quod alibi dicitur, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. cap. quod non eſt. de reg. iur. in antiq. vbi gl. adducit concord. Item quod alibi ſcribitur, inculpabile eſt iudicandum, quod neceſſitas intulit. in c. ad limina. 30. q. 1. & c. 1. 34. q. 1.

*Paupertas à multis prohibitis excuſat.*

4 ¶Propterea neceſſitas ipſa, ſiue mauis paupertas, quæ & neceſſitatis eſt ſpecies, à multis alioquin prohibitis excuſat, multáque contra regulas iuris inducit, vt latè tractant gl. & Doct. in c. querelam. de iureiur. gl. in c. vlt. 34. q. j. & Arch. in c. pauper. 11. q. 3. & in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. lib. 6. & Zenzel. in extrauag. Io. 22. incip. cùm ad ſacroſanctã. verſ. hoc licèt. in verbo, paupertati. & Luc. Pen. in l. 1. col. 2. C. de dela. lib. 10. & in l. curiales. eius initij, 2. poſt prin. C. de Decur. eo. lib. 10. & Bal. & Fel. in c. ſi qui teſtium. de teſtib. idem Bal. & Alber. in l. 1. ff. de offi. Con. & Rom. in repe. l. ſi verò. §. de viro. in 25. fa. & iterum in 54. fal. ff. ſol. matr. Matheſ. in vlt. not. Alex. in l. præſidis. quam legit cum l. principalibus. & ibi Iaſ. col. 2. ff. ſi cert. pet. Firmia. in ſuo repert. in verbo neceſſitas. ferè per totum, & in verbo, paupertas. verſi. 61. & multis ſeq. Barb. in c. ſignificantibus. & ibi etiam Fely. col. iij. verſ. & tu notabis. de offi. deleg. idem Barb. in c. j. de fer. & in c. j. de pignor. Fely. in c. cùm acceſſiſſent. col. ix. verſ. tertiò reſtringitur. de conſtit. & in cap. nihil. col. vlt. de præſcrip. & in d. c. querelam. col. pen. de iureiur. & in c. ex ratione. in prin. de appel. & in c. 2. col. pen. de ſponſ. Fran. Curt. ſenior in repet. l. admonendi. char. 16. col. 3. & ibi etiam Iaſ. in rep. col. 74. nu. 214. verſ. circa ſecundam concluſionem. & ſeq. ff. de iureiur. & idem Iaſ. in l. j. in prin. col. pen. verſ. gloſſ. in verbo, non aliter. & ibi etiam Franc. Purpur. col. pen. & ſeq. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. & idem Iaſ. in d. l. principalibus. col. ij. ff. ſi cer. pet. & in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de oper. noui nunc. & in auth. res quæ. col. iij. verſ. xj. & iterũ col. 6. verſ. ſextò & vltimò. C. com. de lega. & Card. Alex. in c. non debet. de conſan. & affi. & Philip. Dec. in repet. c. j. verſ. reſtringitur hæc prima limitatio. de probat. & in l. quæ propter. ff. de regul. iur. Ferdi. Loaz. in repet. l. filiusfamilias. §. diui. n. 219. & multis ſeq. ff. de leg. j. & Catel. Cotta in memo. incip. paupertas excuſat. & Geraldus de Petra ſancta. in ſing. 100. cuius eſt princip. neceſſitas non habet legem. & Hipp. Marſil. in l. j. §. prætereà. col. 18. 19. & 20. ff. de quæſtio. & Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ, incip. cùm per partes. §. vlt. in j. not. cum aliis concor. à me adductis in noſtris cõment. vtriuſque Retractus, tit. j. §. 26. gl. j. nu. 16. incip. illam autem. & multis ſeq.

*Grauis neceſſitas omnibus dominatur, & vniuerſæ naturæ præualet.*

5 ¶Sed & hîc quoque repetenda ducimus quæ de neceſſitatis vi ſcripſimus, in illis iiſdem commentariis, quoniam huc maximè pertinent, & aliis rationibus quas diximus ſuprà in 31. cauſa. Ea igitur ſunt: Orpheus in Hymno noctis, ſcribit grauem neceſſitatem omnibus dominari, aut ſi mauis omnia fortificare.

Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

Thales Mileſius apud Plutarchum lib. 3. de Placitis philoſophorum, c. 25. & Diogenem Laërtium in ipſius vita, dicit validiſſimum, ſiue fortiſſimum quidem neceſſitatem eſſe, vt quæ vniuerſæ naturæ præualeat. ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων. Triſmegiſtus in lib. de voluntate diuina, qui Aſclepius inſcribitur, c. 14. tradit εἱμαρμένην id eſt, fatum & ἀνάγκην, id eſt, neceſſitatem, ambas ſibi inuicem indiuiduo connexas glutino: alteram verò rerum omnium parere initia: neceſſitatem autem cogere ad effectum. Parmenides verò, & Democritus, atque etiam Heraclitus, & Plutarchus vbi nuper citauimus, & iterum c. 27. neceſſitatem eandem, atque fatum eſſe voluerunt, omniáque ipſius præſcripto fieri. Plato (vt & idem Plutarchus in eo. opere tradit c. 26.) eo euentorum partem prouidentiæ, partem neceſſitati adſcribit. Idem & cum eo Stoici neceſſitatem quidem fixam cauſam, & violentam dicunt, vti etiam refert ipſe Plutarchus in illo c. 27. Idem Plato lib. de Repub. 10. atque Plotinus eiuſdem ſectæ philoſophus, neceſſitatem Deam faciunt, Parcarum matrem, quæ & ipſæ ineluctabiles, atque inexorabiles vocantur. Nam & Pauſania lib. vij. quo Corinthia tractat, ſcribit Corinthi Neceſſitatis, ac Violentiæ ſacellum fuiſſe, quò ingredi minimè conſueuerant. Ex quo intelligis & neceſſitatem pro Dea fuiſſe habitam, eandémque violentiæ coniunctam, tanquam ea cuncta violet. Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. quo loco de Cn. Pompeio loquitur, inuictas leges neceſſitudinis eſſe dicit. Ibi enim Neceſſitudo, pro Neceſſitate, vt ſæpè fit, tum à cæteris probatis authoribus, tum verò maximè atque perpetuo à Salluſtio vbique ponitur.

*Neceſſitati ne Dei quidem reſiſtunt: unde ingens telum dicitur.*

6 ¶Simonidis ſententia eſt ex arcanis Homericis: quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor, deprompta, Neceſſitati ne deos quidem reſiſtere, Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. quam aduocat Plato tum in Protagora, tum lib. de Legibus v. rursúmque 7. Eámque expreſſiſſe videtur Liuius lib. ab vrbe condita 9. cùm ſcribit, Pareatur neceſſitati, quam ne dij quidem ſuperant. Sed & idem lib. iiij. ita facit loquentem Vectiũ Volſcorũ regẽ. neceſſitate, quæ vltimũ ac maximũ telum eſt, ſuperiores eſtis. Vnde opinor illud vice prouerbij celebratũ, Ingens telũ neceſſitas. quod Plinij nonnulli eſſe tradunt, Cæterùm Euripides in Helena ex ſapientũ ſentẽtia dicit, nihil plus poſſe graui neceſſitate.

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. Item:
Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκης εὗρον. Hoc eſt:
*Potentius nihil neceſſitate inueni.* Idem ſuam Hecubam ita claudit:
Στεῤῥὰ γὰρ ἀνάγκη. Id eſt,
*Dura* (ſiue mauis) *rigida neceſſitas.*





Nam & hanc quoque duram ſæpius vocat D. Auguſt. enarrans illud Pſal. 30. Saluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Horatius autem lib. 1. Carmin. Ode 35. eandem ſæuam vocat.

*Te ſemper anteit ſæua neceſſitas.* Et lib. 3. Ode 24. diram, quòd non longè abeſt:
*—Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira neceſſitas* *Clauos.*

*Multum cõtra iuſtitiam neceſſitas ualet, & feriis caret, & huius imperia truculẽtiſſima.*

7 ¶Quintilianus auus Declam. 260. Multum (ait) contra iuſtitiã neceſſitas valet. Palladius lib. Rei Ruſticæ, 1. ca. 6. Neceſſitas feriis caret. Valerius Maximus lib. 7. tit. 6. qui de neceſſitate eſt, ſcribit, abominãdæ neceſſitatis leges amariſſimas eſſe, & truculẽtiſſima imperia. Tullius 2. offi. neceſſitati parendũ eſſe iubet. & Herodianus li. v. Parendũ (inquit) neceſſitati fuit. Græcus eſt verſiculus Menãdri:

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦνται ταχύ.
*A neceſſitate omnia in ſeruitutem rediguntur velociter.*
Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
*A neceſſitate multa facimus mala.*

Græco autem epigrammate πάντολμος ἀνάγκη appellatur, quòd omnia audeat. Porcius autem Latro in illa in Catilinã declamatione, grauiſſimos pronuntiat morſus irritatæ neceſſitatis. Et Plato in Phædro tradit neceſſitatem omnibus in rebus cuique grauem eſſe, καὶ μὴν τόγε ἀναγκαῖον εἶναι βαρὺ πάντι παράπαν ἂν λέγεται.

Homerus autem neceſſitatem fortem vocat, libro ſexto Iliados:

Κρατερὴ δ᾽ ἐπικείσετ᾽ ἀνάγκη. Et rurſus libro decimo Odyſſ.
Κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ᾽ ἀνάγκη.

Inter cæteras autem neceſſitates nulla eſt ſæuior, miſeriórque quàm fames, de qua loquuntur maxima eorum, quæ ſuprà in prin. diximus.

## CAVSA TRIGESIMAQVARTA.

*In grauioribus non eſt obediẽdum contra ius mandato cuiuſquam, quem potes ratione timere.*

1 TRIGESIMOQVARTO, licèt in grauioribus non ſit contra ius obediendum mandato Principis, domini, parentis, magiſtratus, vel alterius ſuperioris, quem poteſt etiam ratione timere. l. ſed & ſi vnius. §. ſi iuſſu domini. ff. de iniurand. & l. vltim. in fin. & ibi gloſſ. ff. de de bon. damna. & l. ſeruus. & ibi etiam glo. ff. de actionib. & obligationibus. & l. liberorum. §. excuſantur. ff. de his qui notantur infam. & l. liber homo. huius initij, 2. in princip. & ibi gloſſ. ff. ad leg. Aquil. & l. is qui in puteum. §. ſi tutoris. verſiculo & an ignoſcitur. ff. quod vi aut clàm. & l. ad ea. ff. de reg. iur. & l. ſi mulier. §. j. & ibi gl. ff. rer. amot. & auth. hodie. nouo iure. in fi. C. de cuſto. reo. & l. ſi ſeruus. & ibi Io. Fab. C. de ſepul. viol. & l. j. & ibi Ioa. Plate. C. de commea. lib. 12. & c. vniuerſitatis. & ibi Fely. de ſent. excom. & c. quicunque. & ibi not. in verbo, vti. eo. tit. li. 6. & not. glo. in c. mulieres. eo. tit. & in c. omnibus. 29. q. 2. & Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. col. 1. ff. de iniur. & in l. ſi ſeruus. C. de noxa. & Guido Papæ in deci. Delphi. q. 240.

*An ſemper & in omnibus cauſis patri parẽdum ſit.*

2 ¶Et vt eleganter diſſerit Gellius lib. 2. c. vij. quæri ſolitum eſt in Philoſophorum diſputationibus, An ſemper inque omnibus iuſſis patri parendum? ſuper qua re Græci, noſtríque qui de officiis ſcripſerunt, tres ſententias eſſe, quæ ſpectandæ conſiderandæque ſint, tradiderunt, ſubtiliſſiméque diiudicarunt: inter quas ea approbata eſt in quibuſdam parendum, quibuſdam non obſequendum: ſed tamen ea quæ obſequi non oportet, leuiter, & verecundè, ac ſine deteſtatione nimia, ſinéque approbatione acerba repræhenſionis declinanda ſenſim, & relinquenda eſſe dicunt, quàm reſpuenda. Apud Quintilianum auum declam. 257. filius à patre abdicatus, quòd vxorem iuſſu eius non repudiarat, multa in hanc ſententiam dicit: Non obſequeris (inquit) mihi, ſi hoc ad abdicandum ſatis eſſet, ſuperuacua erãt omninò iudicia ipſa: cur enim nobis defenſionis poteſtatem dediſtis? Si nihil noſtris conſiliis libertis relictum eſt, ſeruo mehercule quædam liberius ex bona mente faciunt, & aliquando iudicium fidei putant, pretio empta mancipia non paruiſſe. & paulò pòſt: non coges templa incendere, non coges operibus publicis manum inferre. Leuiora certè mediocritatis noſtræ eſſe manifeſtum eſt &c. In hanc ſententiam multa affert Pontanus noſtri ſeculi Cicero (neque enim eum ſine honoris titulo nominare poſſum) in eo libro, quem eleganter, vt alia, de obedientia conſcripſit, quæ quia illic patent omnibus, huc adſcribere ſuperſedeo.

*Mitius punitur qui iuſſu ſuperioris quid egit, quàm qui ſuo conſilio perpetrauit.*

3 ¶Sed vt quod diximus reſumam, licèt in grauioribus non ſit cuiuſuis ſuperioris iuſſui parẽdum, mitius tamẽ puniẽdus eſt, qui id fecerit, quàm qui vltrò ſuóque cõſilio idipſum perpetrarit. tex. eſt in l. ſeruos. & ibi Bald. & Saly. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in l. 2. & ibi gl. Fab. & Doct. C. de ſepul. viol. & illos duos tex. ad hoc egregios appellat Soci. ſi is eſt. in tractatu fallentiarum. reg. 202. & ita voluit glo. in d. l. ad ea. & in d. l. ſeruus. & glo. in l. 2. §. j. in verbo, obtemperare. ff. de noxa. acti. Hoſti. Ioan. And. & Pan. in c. qui ex timore. de reg. iur. in antiq. & Cæpol. cautel. 66. ſecundùm numerum primæ impreſſionis, ſecundùm verò nouos codices. 40. cuius initium eſt, nota quòd licèt mandatum, per tex. in d. l. ſeruos. & Philip. Dec. in l. velle non creditur. col. 2. ff. de reg. iur. & in l. eius verò. eod. tit.

4 ¶Et facit quod dicit gl. in c. dixit dominus. 14. q. 5. dixit authoritatem maioris excuſare in illicitis, ad quod multa iura allegat. quibus adde cap. de rebus. 12. q. 2. & idem dicit l. quod Principis. ff. de aqua plu. arcen. vbi glo. quoque multa ad hoc allegat, quæ ad iudicem peculiariter ſpectant, vt videlicèt oſtendat iuſſum iudicis excuſare, facereque licitum, quòd aliàs eſſet illicitum. quibus & tu adde l. ait prætor. §. quod tamen. ff. de minor. vbi etiam glo. adducit concord. & l. non videtur. §. qui iuſſu. ff.

de reg.iur.vbi non videtur dolo malo facere,qui iuſſu iudicis aliquid facit.& ibi glo.multa in eam rem affert,vltra quos eſt in idem tex.in c.quod quis.de regul.iur.lib.6.vbi latè per gl.Dyn. & Ioan. And.in Merc.

5 ¶Sed & multa in eandem ſententiam afferunt Doct.in l.iuſtè poſsidet.ff. de acquir. poſſ. vbi reperies,an,& quando iſtud procedat,vt etiam per Fely.in c.cùm cauſa.col.2.de offic.deleg. & per Iaſ.in l.ſi quis maior.col.v.in viij.not.verſ.quid autem.ſi non impleuit.C.de tranſact. Alexand.in addit.ad Bart.in l.liber.ff.ad leg.Aquil.& per Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.violentias.col. xj.in ix. q. & Hippol.Marſil.in l.1.in prin.col.vlt.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.

*Varia in hanc ſententiam afferunt doct.*

6 ¶Idque etiam comprobatur illuſtri exemplo.Nam cùm M.Claudius cliens appij Claudij Decemuiri iuſſu ipſius Virginiam in ſeruitutem aſſeruiſſet,quò facilius Appius ea potiretur,vt ſcribitur in l.2.§.& cùm placuiſſet.ff.de orig.iur.ob ídque ipſe Appius in carcerem coniectus,ſibi mortem conſciuiſſet,bonáque ipſius fuiſſent publicata,M.Claudio vltima pœna remiſſa,exilium tantùm eſt indictum. Sed & apud Appianum Alexandrinum in bello Mithridatico Mithridates Attilium, qui ei inſidias ſtruxerat,ſupplicio affecit:ſeruos autem,qui Attilio hac in re obſecuti fuerant,impunitos eſſe voluit,vtpote qui ſuo domino paruiſſent.

*Exemplum illuſtre Appij Claudij, de mitiganda pœna iis qui domino paruiſſent.*

## CAVSA TRIGESIMAQVINTA.

1 TRIGESIMOQVINTO, quod de iuſſu diximus, idem quoque efficiunt preces , & blanditiæ Principum , aut aliorum , quos non temerè metuimus : quæ & ipſæ vim quandam iuſſus habent , & præcepti iuſtúmque metum inducunt,vt voluit gl.not.in l.vnica.in verbo,pignora.C.ſi rector prouincię.quam ſequuntur recentiores in cap.j. de offi.deleg.& eam dicit valde ſing.Barb.conſ.lx.incip.ſapienter ſcripſit Pſalmiſta. col.6.verſ.capio nunc tertium.lib.j.& conſ.vlt.col.antepen.verſ.modò reducendo.lib.2. & conſ. 30 bene etenim cuncta geruntur.col.3.verſ.ideò dixit gloſ.ſingul.lib.3.& conſ.xlv. illud in medium referam.col.v.verſi.minæ enim potentum.lib.4.

*Idem efficiunt preces ac iuſſus, iuſtúmque metũ inducũt.*

2 ¶Sed non multum ab illo diſsidet quod vice prouerbij citat alia gl.in l.j.ff.quod iuſſu.rogatio domini præceptum eſt,per quam dicit Bart.in tract.de tyrannide.in 7.q.quòd rogamen maiorum iuſſus eſt,per illum quoque dicit Paul.Caſt.conſi.lxx.quia fruſtra diſputaretur.col.iiij.verſic.item non obſtant literæ.lib.1.quòd rogatio Principis,præceptum continet,& neceſsitatem adfert.Idem ferè voluit Inno.in cap.petitio.in prin.de iureiur.cum dicit not.quòd importunæ preces Principum,inducunt iuſtam metuendi cauſam.Quod dictum ſequitur Soci.conſ.cclxiij.incip.capio primum. col.4. lib.2.verſ.preces autem importunæ.Iaſ.in §.quadrupli. col.xj.verſ. dixit etiam alibi.Inſti. de actio. loquens tamen de maritorum precibus:quanquam Inno.de Principibus tantùm loquitur.

*Rogatio domini præceptum eſt,ut & rogamen maiorum.*

3 ¶Et quòd preces Principum pro iuſſu ſint,videtur eſſe tex.in c.cùm inter R.ſeniorem.ibi , *ad componendum coegit inuitum.* de elect.iuncta expoſitione Inn.ita dicentis inuitum,id eſt , inſtantia precũ deuictum,quaſi Papa non tam illum iuſſu coëgerit , quàm precibus. & ad hoc illum tex. allegant Barb.& poſt eum Felyn.d.c.j. de offic. deleg. idem Barb.d.conſi. lx.lib.j.& d.conſ.xxx.lib.iij. & d. conſ.xlv.li.iiij.ad id quoque facit tex.in c.nullus.xxxvj.q.2.Ex quo iuncta gl.palam colligitur,quòd non dicitur liberè fieri,quod fit ad poſtulationem Principis.

*Inuitus ſignificat,inſtantia precum deuictus.*

4 ¶Quibus maximè adſtipulatur text.in c.beatus. vij. q. j. & in c.rogo. xj.q. iij.vbi verbum,rogo, à ſummo Pontifice prolatum,habet vim præcepti:ideóque glo.vtrobique,& Archi. 11.q. exponunt, rogo,id eſt,præcipio.quod & idem facit gl.in c.j.ſuper verbo, vult.diſtinct. 1. & in c.reuertimini. in verbo,hortor.16.q.j.quod Archi.ibi exponit, præcipio. Ad idem quoque text. illud expreſsius demonſtrans in c.j.§.porrò,de ſtat.reg.lib.vj.vbi Papa in prin.vtitur illis verbis,rogamus,requirimus, obſecramus,poſteà verò euidenter oſtendit velle ſe id vicem obtinere præcepti , cùm ad id quod prius rogauerat,cenſura eccleſiaſtica compelli ſtatuit.& ibi hoc not. Dominic. Tex.item in cle.j.de teſti.in verbo,exhortamur.vbi glo.dicit eſſe illi exhortationi neceſſariò parendum. An tamen id ſemper verum ſit, vt videlicet talia verba vim præcepti habeant , latè diſputant Doct.& maximè recentiores in c.nam concupiſcentiam.de conſtit.propterea illuc te relego.

*Verbum rogo à Papa prolatum*

5 ¶In hanc autem ſententiam verſus eſt tritiſsimus authore tamen incerto:

*Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi.*

Quem citat Archi.in d.c.rogo.vbi & ipſe dicit,quòd preces maiorum pro iuſſu habentur.& Bald. in l.ſi mandator.C.quod cum eo.vbi & idem dicit.& in l.2.col.1.C.commu.de lega.& conſil.cxxj.à capite inchoantes.poſt prin.lib.iij.& And. Iſer. in c.ſi quis miles. tit. de feudo,ſine cul.non amit. & Alex.conſ.cxxiiij.omiſsis ſuperfluis.col.vlt.verſ.nec facio differentiam libro primo, & Barb. conſi. ſuprà alleg.

*Preces maiorũ pro iuſſu habẽtur.*

6 ¶Huc quoque vergit quod de Zenone illo Stoicorum principe tradit Laërtius , ad quem cum Antigonus Rex Macedoniæ literas miſiſſet,quibus eum obnixè orabat,vt ad ſe proficiſceretur, reſpõdens Zeno dicit,ſe id facturum quod iuberet Antigonus,niſi ætas obſiſteret , cùm tamen non iuſſiſſet Antigonus,ſed oraſſet:ſed Zeno preces pro iuſſu accepit.Simile eſt quod apud Virgilium iuris ciuilis(vt Flauianus apud Macrobium ait)doctiſsimum,Aeneas Didonem alloquens ait , lib. 2. Aeneidos,ſtatim in prin.

*Zenonis reſpõſum Antigono.*

*Infandum Regina iubes renouare dolorem.*





Cùm tamen illa non iuſsiſſet,verùm poſtularat:tanquam omnis ſuperioris poſtulatio, apud inferiores pro iuſſu haberi debeat.Captabat enim Aeneas beneuolentiam ex eo,quòd ſe illo verbo, *Iubes*, inferiorem oſtendit,etſi minimè eſſet.Quod & inibi ſcitiſsimè , vt aliàs, ſemper annotauit Donatus, vir certè reconditæ eruditionis.

Idem comprobat Tacitus lib.xiiij.cùm dicit,de Nerone loquens:Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit,donis ingentibus , niſi quòd merces ab eo,qui iubere poteſt, vim neceſsitatis affert. Eodem quoque pertinet illud Auſonij ad Theodoſium Auguſtum , in quadam ad Paulum aliàs Pacilum,epiſtola:

*Scribere me Auguſtus iubet:& mea carmina poſcit.*
*Plenè rogans,blando vis latet imperio.*

cùm de Valentiniano Imperatore loqueretur, Sed quid facerem?iuſſum eſt:quódque eſt potentiſsimum imperandi genus,rogabat,qui iubere poterat. Et illud quoque Quintiliani aui declamatione cclxxxj.habet gladium,inſtrumentum parricidij, accedit ad patrem:manúque ſublata , rogo dicit, imò iubet:non ſunt enim preces,vbi rogandi libertas non eſt.

7 ¶Illud item quod ſcribit Macrobius lib. ij. Saturnalium , Laberium aſperæ libertatis equitem Romanum Cæſar quingentis milibus inuitauit,vt prodiret in ſcenam,& ipſe ageret mimos, quos ſcriptitabat.ſed poteſtas non ſolùm ſi inuitet,ſed etiam ſi ſupplicet,cogit : vnde ſe & Laberius à Cæſare coactum in prologo teſtatur his verſibus:

*Poteſtas ſi ſupplicando inuitet,cogit.*

*Neceſsitas cuius curſus tranſuerſi impetum*
*Voluerunt multi effugere,pauci potuerunt.*
*Quò me detruſit penè extremis ſenſibus.*

Sed & ſententia eſt Platonis in epiſtola , quam ſcripſit ad Dionis propinquos , preces tyrannorum neceſsitati eſſe permiſtas. Quod & ex eo vſurpauit Tull. lib. epiſtolarum ad Atticum ix. cuius initium,Tuas,cuius hæc verba ſunt,Ego autem non tam νοντέαν, id eſt , peregrinationem, huius timeo,quàm πεθανάγκην,id eſt,perſuaſionem,neceſsitatem inferentem.Αἱ γὰρ τυράννων δεήσεις,inquit Plato,οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν , id eſt, Tyrannorum enim preces (inquit Plato) noſti quàm permiſtæ neceſsitatibus ſint.Mimus quoque eſt in eam ſententiam elegantiſsimus:

*Rogando cogit,qui rogat potentior.*

8 ¶Id tamen quod dictum eſt,preces ſuperiores inducere iuſtum metum, intelligunt plerique procedere in eo,qui ſolet ſæuire in ſubditos,non etiam in cæteris:vt voluit expreſsè Panor.in d.c.cùm inter.col.iij.verſi.ex quo.& in c.abbas.col.j.verſi.ſed quæro hic,quod met.cau.& in c.vlt.in fi.poſt Io. And.ibi,qui clerici vel vouen.vbi hoc dicit eſſe ſing.notandum,& facere ad eam quæſtionem,nunquid teneat matrimonium contractum precibus Principis ? Quod vtique verum eſt , quantum ad reſcindẽdum ea,quæ precibus Principum eſſent facta.Illud autem indiſtinctè verũ eſt, preces ipſas Principum,vicem præcepti obtinere,eſſéque clementiùs puniendum , qui precibus Principis delictum quodpiam commiſerit,æquè ac ſi iuſſu ipſius id feciſſet,per ea quæ dicta ſunt.

*Superiora procedũt in eo qui ſolet ſæuire in ſubditos , non in cæteris.*

9 ¶Neque velim tamen prætermittere , eſſe apud nos text. ſupradictis mirè aduerſantem. in l. ſeruis tuis.ff.de dol.mal.vbi ſi ſeruus meus cùm mihi deberet,nec ſoluendo eſſet,hortatu meo pecuniam mutuam ab alio accipit,& mihi ſoluit,danda eſt in me actio de dolo malo. Ex quo certè colligitur hortatum non haberi loco iuſſus:nam ſi pro iuſſu eſſet,competeret actio,quod iuſſu, & non de dolo:quæ tum demum habet locum,cùm alia non competit,vt ex tex.in l.j.§.verba.& §.ait prætor. ff. eo.tit.de dol.Ideò cogita quid huic obiectioni ſit reſpondendum.

*In quibuſdam hortatus nõ habetur loco iuſſus.*

## CAVSA TRIGESIMASEXTA.

1 TRIGESIMOSEXTO,non ſolùm in præcedentibus caſibus,ſed & aliàs ſemper, qui inuiti, ac coacti delinquũt,vtpote vi,metúve compulſi,ne vitam , aut bona amittant,ſunt leuiùs puniendi.c.ſacris.& ibi latè Doct.de his que vi metúſve cauſa fiunt.& c.presbyteros.50.diſt.& c.in primis.verſi.epiſcopi verò.& ibi gl.in verbo,metu.ij.quæſt.j.& c.vlt.xj.quæſt.j.& c.eos.de conſe.diſt.iiij.& no.gloſſ. in c.j.in verb.errore.xv.quæſt.vj.& è theologis anteſignatus ille Theologorum ſcholaſticorum Alex.Ales.in iij.parte Summæ,quæſt.xlj.membro iiij.articulo vlt.aliàs iij.

*Qui inuiti delinquũt, leuius puniendi ſunt.*

2 ¶Et propterea pulchrè dicit Bald.in §.iniuriam.in verbo,ſeu furtum.tit.de pac.iura.fir. quòd ſi aliquis potens mihi mandauerit,vt occidam Titium,aliàs me interficiet,ídq; ipſum perfecerim:à pœna homicidij excuſari debeo.allegat Petr.illud dicentem in l. ſcientiam. §. qui cùm aliter.ff.ad leg. Aqui.vbi etiam per Cy.quod & idem voluit ipſe Cy.in l.j.& Io.Fab.col.vlt.C.vnde vi.& idem Bal. in ſua Marga.in verbo,homicidium.ver.vlt.Flori.in l.liber homo.col.j.ff.ad leg.Aquil.& in l. ſi quis fumo.§.j.eo.tit.dum ſe remittit ad Cyn.in d.l.j.C.vnde vi.& Alex.in addi.Bar.in l.liber homo.ff.ad leg.Aquil.& Barb.conſi.lx.ſapienter ſcripſit Pſalmiſta.col.vj.verſi.capio nunc tertium.lib.j.Lauren. Calca.conſi.ij.licèt iſta materia.col.xj.& Iaſon in §.ſi minus.col.antepe.verſi.nunquid autem. Inſti. de acti.& Hippo.Marſi.in l.j.col.xij.verſi.xviij.ff.de ſicar.& Phili. Dec.in l.velle non creditur,col.ij. verſi.vltimò notandum eſt.in fi.ff.de reg.iur.& in l.eius eſt velle.eod.tit.& idem ſentit Bart.in l.ij.ff. de noxa.ſenſit & ante hos omnes gl.in l.ſi familia.verſi.& ſi ſeruus.in gl.j.in fi.ff.ſi fami.fur. fec. dic. quam ibi ponderat,& commendat Alex.in addi.Bar.

*Potens mãdans mihi occidere Titiũ, aliàs me interficiet , ſi perfecerim , à pœna homicidij excuſari debeo.*

*Lucullus cur Mitylenos mitiore ſupplicio affecit.*

3 ¶Et profectò ſi iſti intelligant hunc excuſari,ne puniatur lege Corne.de ſic.ſed mitiùs,id haud dubiè verum. Si verò vt omninò non puniatur, non admitterem, ſicut nec admittit Panor.in d.c.ſacris.qui ad iura,& rationes aduerſariorum reſpondet.Cui concinit id, quod Plutarchus in Lucullo tradit, ipſum Lucullum Mitylenos, quoniam non ſponte à Romanis defecerunt,ſed metu,mitiori ſupplicio affeciſſe.Huiúſque rei euidens eſt ratio.Nam qui vi,metúve compulſus eſt, is dolo caret. l.imò.ff.de lib.cauſ.qui autem circa dolum peccat, mitiùs eſt puniendus, vt ſuprà latè tradidimus in cauſa xxxvj.

*Qui metu maiorum malorũ peccant,mitius puniuntur.*

4 ¶Sed quæ diximus,intelligenda ſunt in coactis conditionaliter (vt vulgò loquimur)videlicet metu maiorum malorum:qui certè puniuntur mitiùs,puniuntur tamen, vtpote qui peccant.vt habetur in iuribus ſuprà allegatis,& in c.quiſquis.xj.q.iij.& c.ſi quis coactus.xxij.q.v.& no.glo.in c. non ſolùm. xj.q.iij.& in c.poteſt,in verbo,neget.de pœnit.diſt.j.quæ loquuntur de his,qui metu mortis Chriſtũ verbo tantùm abnegant:coacta enim voluntas eſt,vt habetur in l.ſi mulier.§.ſi metum.& l. metum autem.§.ſed quod prætor. ff. quod met.cauſ.cum ſimilibus. & latè diſſerit Ariſtoteles Peripateticorum princeps, lib.iij.Ethicorum,c.j.& Gregorius Niſſenus lib.Philoſophiæ v. debemúſque potiùs quælibet mala pati,quàm malo conſentire.l.iſti quidem.ff.quod met.cau.& c.ita ne.xxxij.q.iij.Neq; timendi ſunt occiſores corporis contra iuſtitiam homines impellentes.c.vlt.31.q.ij.Ideóque Tulliùs lib.veteris Rhetoricæ ij.Si quam(inquit)neceſſitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorũ communium implicationem,redarguentem demonſtrare quiduis perpeti, mori denique ſatius fuiſſe,quàm eiuſmodi neceſſitudini obtemperare. Et,vt inquit Liodes Oenonis filius apud Homerum lib.xxj.Odyſſeæ,multò melius eſt mori,quàm viuus peccare:

Ἐπειὴ πολὺ φερτερόν ἐστιν
Τεθνάμεν ἢ ζώοντας ἁμαρτεῖν.

Et de hac coactione, vt puto, eſt illud quod à Plutarcho refertur in Apophthegmatis Laconum ignobilium,de Lacone quopiam,qui ad eum,qui puniebatur,& dicebat ſe inuitum peccaſſe,Caſtigaberis(inquit)igitur,& inuitus.

*Coacti abſolutè nil peccant nec puniũtur.*

5 ¶At coacti abſolutè,ſiue præciſè, vt cum noſtris quoque loquamur, qui videlicet nihil conferunt ſecundum proprium motum,nihil certè peccant,neque puniuntur:vt qui potiùs pati, quàm agere videantur:vt eſt tex.in d.c.ſacris.& ibi gl.& Doct.& d.c.presbyteros.verſi.qui autem fugientes.& d. c.ita ne.& ibi etiam glo. & c.conſtat.j.q.j.& in ſumma xv.q.j.cum multis ſeq.c.& l.j.§.remouet. ff.de poſtul.& l.ſi vxor.§.ſi quis planè.& l.vim paſſam.ff.de adult.& l.fœdiſſimam.C.eo.Ex quib. iuribus multa præſertim poſteriora loquuntur,de muliere vim paſſa: vt videlicet nihil ei ſit imputandum, ſicut etiam lex Moſaica ſanxit Deutero.xxij.Itaque Ouid.lib.j.Faſt.Iunonem increpat : quòd Caliſtonem à Ioue vim paſſam,in vrſam mutauerit,

*Quid facis inuito pectore paſſa Iouem?*

Quaſi nihil ob id pati debuerit.

*Præciſa coactio eſt impunita relinquenda.*

6 ¶Et de hac præciſa coactione,vt ſit omninò impunita relinquenda,ſcribit etiam Alex. Ales vbi ſuprà,& Archi.in c.qui bona.col.viij.xvij.quæſt.j.& affatim Ariſtot. & Gregor. Niſſenus, quibus locis nuper citauimus.Sed antequam hinc abeam, libet huc adſcribere exemplum hiſtoricum huic loco accommodatiſſimum.A.Poſthumus Albinus,qui conſul cum Lucullo fuit, res Romanas oratione græca ſcriptitauit,in cuius hiſtoriæ exordio ſcriptum erat in hanc ſententiam,neminem ſuccenſere ſibi,conuenire:ſi quid in his libris parùm compoſitè,aut minùs eleganter ſcriptum foret: nam ſum (inquit)homo Romanus,natus in Latio:græca oratio à nobis alieniſſima eſt.Ideóque veniam, gratiámque malæ æſtimationis ſi quid eſſet erratum,poſtulauit. Eam cùm legiſſet M.Cato, Ne tu(inquit)Aule nimiùm nugator es, cùm maluiſti culpam deprecari, quàm culpa vacare. Nam petere veniam ſolemus,aut cùm imprudentes errauimus,aut cùm compulſi peccauimus.Tibi (inquit) oro te,quis perpulit, vt id committeres, quod priuſquam faceres,peteres,vt ignoſceretur? Author Plinius,aut quiſquis eſt in libro de illuſtribus viris,Plutarchus in Catone Vticẽſi,Gellius lib.xj. Nocti. Attic.c.viij.Macrobius in prin.Saturnalium,& Suidas.

## CAVSA TRIGESIMASEPTIMA.

*In atrocioribus conatus delicto proximus æquè punitur.*

1 TRIGESIMOSEPTIMO, licèt de iure communi conatus proximus delicto, æquè puniatur in atrocioribus,ac ſi delictum fuiſſet conſummatum,vt eſt text. in l. ſi quis non dicam.& ibi gloſſ.& Doct.C.de epi.& cleri.& in l.is qui cum telo. & duabus legibus ſeq.C.de ſicar.quæ omnes repetuntur de pœn. diſt. j. cum multis concord. adductis per Fely.in tractatu,quem ſuper hoc priuatim conſcripſit : tamen ſi ex ſtatuto delictum quodpiam certa pœna puniatur, certè qui huiuſmodi delictum conatus fuerit perpetrare, quantumcunque proximè ad delictum acceſſerit,tamen niſi perfecerit, non ea pœna punietur, ſed alia mitiori pœna,ſecundum qualitatem admiſſi facinoris.

*An delictũ attentatũ habeatur pro conſummato.*

2 ¶Nam quòd delictum attentatum habeatur pro conſummato, non eſt ſecundùm rerum naturam, atque veritatem,ſed eſt ex fictione,quæ non habet locum in ſtatutis,cùm ſit quædam improprietas: nam ſtatuta propriè & naturaliter, non fictitiè debent interpretari. vt not.in l.iij.§.hæc verba.ff.de negot.geſt.& in l.quidquid adſtringendæ.& l.ex ea parte.§.mulier.ff.de verb.oblig.& l.tutelas.ff.de cap.dimi.& l.Statius.§.Cornelia.ff.de iur.fiſci.& l.vlt.C.de his qui veni.ætat.impetra.

 ¶Et hoc



*Pœna ſtatutorum non habet locum in delictis attentatis.*

3 ¶Et hoc quidem, videlicet quòd pœna ſtatutorum non habeat locum in delictis attentatis, voluit Bar.in l.j.§.diuus.ff.ad leg.Cor.de ſicar.vbi dicit, quòd hac ratione conatus non punitur per totam Italiam,vbi omnia fermè delicta ſecundum ſtatuta puniuntur.& iterum in l.ſi in rixa.col.j.eo.tit. & in l.damni.§.Sabini.col.vlt.in prin.& ibi Rom.col.ij.verſ.inquantum autem.ff.de dam.infect.& ipſe Bar.in l.ſenatus.col.vlt.de accu.& in d.l.is qui cum telo.vbi hoc dicit eſſe perpetuò menti tenẽdum, & ibi etiam Bald.& Saly.& idem Bald.in d.l.ſi quis non dicam.col.iij.verſi.iuxta hoc incidenter cadit iſta quæſtio.vbi dicit ita tenuiſſe Iac.Butrig. in quadam quæſtione per eum Venzioli diſputata. & idem Bal.in l.j.& iterum in l.ſi fugitiui.col.j.& ibi Cæpola in repe.C.de ſer.fugi.& ipſe Bal.in l. & ſi certus.§.ſi appetitus.in prin.per illum tex.ff.de S.C.Sylla.& in l.vlt.per gl.ibi,in verbo,voluerit. ff. de rer.diui. & in l.j.§.hæc verba.vbi etiam Angel. in fi.ff.quod quiſque iur. & idem Bald. in l. data. col.xij.verſi.item in pœnis ſtatutorum.& iterum verſi.dico autem.C.qui accuſa.non poſſ. & in l.arboribus.§.Iulianus.ff.de vſufru.& in l.qui autem ex his.ff.de his qui no.infa.& in l.ſi proprietati.ff.de iur.doti.& in §.item lex Cornelia.Inſti.de publi.iudi.& in c.j.co.j.tit.quib.mo.feud.amit. & in c.j.§. iniuria.tit.de pace iur.fir.& in addi.Specul.tit.de accuſatore.§.j.verſi.quid ſi primò actum fuerit. in addi.quæ incipit,ſecundùm ſtatuta terrarum.& eleganter conſi.294.ad euidentiam præmittendum eſt.libr.1.& conſ.361.quidam rumor iam pluribus diebus.in fi.eo.lib.1.& conſ.136. proponitur quòd Titius percuſſit.lib.2.vbi dicit, quòd in pœnis ſtatutorum magis conſideratur ictus, quàm animus. & conſi.430.qui voluit alium facere, lib.2.& conſi.443. Cechus confecit venenum, col.j.& iterum col.ij.lib.iij.& conſ.28.viſo viſo ſtatuto apparet,lib.4.& conſi.301 præſuppoſitis verbis ſtatuti, quod conſ.errore Impreſſorum repetitum eſt in conſ.356.in eo.lib.& Alber.in ſecunda parte ſtatutorum, q.168.incip.Cy.quærit.& iterum quæſt.218.ſtatuto Bononienſi cauetur. & Imo.in c.1. & ibi Panor. col.1.verſic.nunc primò not.& latè Feli.col.iij.verſi.fallit nonò.de præſumpt.& idem Imol. in l.j. ff. de plublic.iudic.& Panor.in c.inter.ante fi.de purg.cano.in ca.ij col.vlt.verſi. ſecundũ dictum.de eo qui mit.in poſſ.& in cap.mulieres.de ſentent.excom.col.iiij.verſi.in contrarium facit.Flor. in l.in lege Aquilia.circa medium.ff.ad leg.Aquil.& Paul.Caſtr.conſi.cclxxvij.in cauſa carceratorum. col. j. verſi.nec obſtant.lib.ij.& conſi.ccxcvj.viſa inquiſitione ſuprascripta.col.ij.verſ.prætereà ſi aliud ſtatutum.eod.lib.ij.Angel.Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo,& ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus eſt.col.pen.Alex.conſi.xv.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ. col.ij. verſi. ſed prætermiſſis non obſtantibus.lib.primo.& Fran.Are.conſi.lxxx.ſicut decet col.iij.verſi.nec obuiat præmiſſis.& conſi.cxlvj.viſa conſultatione.col.pen.verſi.ſecundò,quia ſtatuta.Barb.conſi.xxiij. ſapientiſſimus.col.vj.verſi.etſi quiſpiam.& multis ſeq.lib.ij.Socyn.in tract.fallentiarum.in regula.31. in iij.fall.& Iaſ.in rub.Inſtit.de actio.col.pe.& Fely.in c.ſignificaſti.eius initij ij.col.ij.verſi.aduerte tamen.de homi.& in d.tract.quando conatus puniatur.col.iij.verſi.fallit octauò & vltimò.& Hippol. Marſi.in l.j.in princ.col.xv.verſic.quod tamen hodie.ff.de ſic.& in l.qui falſam.col.v.verſic. alius eſt etiam.ff.ad leg.Cor.de falſis.

*Aſſaſinatus crimen.*

4 ¶Sed hoc proculdubio intelligendum eſt,quando verba ſtatuti non verificarentur(vt noſtri loquuntur)in attentante ſolùm,puta quia ſtatutum punit homicidiam,adulterum,& cætera id genus.Secus ſi verificarentur in ſolo conatu,verbi gratia,ſi puniat aſſaſinatum. Nam cùm aſſaſinatus crimen ſit perpetratum,ex eo ſolùm quòd quis pecuniam recepit,vt faciat homicidium, etſi nondum fecerit, vt videtur probare tex.in c.j.de homi.lib.vj.& ibi not.Domin. & etiam Ange.conſi.xiiij.nos Carolus.Ideóque pœna dicti ſtatuti habet locum in eo,qui tunc vulnerauit,vt occideret, quamuis reuera non occiderit.ita conſuluit cùm ex facto incidiſſet.Philip.Corne.conſil.ccxlix. licèt videatur prima facie.lib.j.vbi ita vt diximus.limitat, quod ſuprà dictum eſt, pœnas ſtatutorum non habere locum in attentantibus.reſpondétque ad Dy. & Ang. qui videntur ſenſiſſe contrarium in l. item apud Labeonem.§.ſi curauerit.ff.de iniur.vide tamen Bald.d.conſi.ccccxxx.lib.ij.

*Statutũ certa pœna puniens qui rapuit rem alienam.*

5 ¶Huic autem ſententiæ congruit,quod ſcribit Alberi.in tract.ſtatutorum,in ij.parte, quæſt.ccxxix. quid ſi ſtatuto caueatur,ſtatutum certa pœna eum puniens,qui rapuerit rem alienam,procedere in eo,qui fregit oſtium alterius,vt raperet,per textum in l.Macellus.ff.de verb.ſignificat.vbi verbo, *rapuiſſe*,continetur ſciſſum,& fractum.dicítque hoc ibi voluiſſe Dynum. quod not. ad confirmationẽ dicti Cornæi,qui tamen huius deciſionis non meminit. Quanquam id nihil pertinet ad hunc articulum,neque enim rapere, eſt frangere oſtium ad rapiendum. Et ego certè putarim hunc non eſſe puniendum ex illo ſtatuto,ſed aliter ob fracturam oſtij.

*Ad tractatũ in delictis non requiritur conſummatio.*

6 ¶Facit quoque quod tradit Panor.in c.tua nuper.col.ij.verſi.in gl.in verbo,tractatu.per text.& glo. ibi, de his quæ fi.à præla. quòd ſi ſtatutum punit facientem tractatum, non requiritur delicti conſummatio.& ſequitur Alex.not.in addi.ad Bar.in l.vtrum.ff.de parri.& ibi Hippol.Marſil.col.ij.in fi. qui hoc dicit not.& ſummè notandum.allegat & ad id alia iura,quæ nihil ad hoc faciunt, & idem Hipp.in d.l.qui falſam.col.ij.verſi.adde etiam prædictis.ff.ad leg.Corn. de fal. Quin & aliàs ſemper conatus perinde punitur,ac effectus,quando diſpoſitio puniens conſiderat affectum.ſine effectu.l. & generaliter.§.j.& ibi Doct.ff.de cal.& l.ſi amicis.ff.de adult.cum ſi.

*Verba ſtatutorũ quæ ſonant in uoluntatem, reducuntur ad ipſum iuris intellectum.*

7 ¶Sed hanc limitationem declara procedere,vbi eſſet manifeſta legis,aut ſtatuti intentio, vt tractatus puniatur,aliàs enim licèt verba ipſius ſimpliciter ſonarẽt in tractatum,& voluntatem, nihilo tamen minùs reducuntur ad intellectum iuris,videlicet ſi delictum fuerit perpetratum,per gl. in l.vlt. in fi.ff.de rer.diui.quæ exponit tex.tranſcendentem voluerit, id eſt, voluntariè tranſcenderit.quem

ſequitur Bart.ibi,dicens valere ad ſtatutum, quòd ſi quis voluerit aliquem corrumpere, capite puniatur,vt intelligatur,id eſt,voluntariè corruperit,quod eſt,vt dicit,notandum.& etiam per gloſſ.in clem.j.in verbo,mandauerit.de pœni.quæ intelligit illum tex.punientem eum qui mandauit,ita videlicet,ſi ſecutum eſt delictum.Et per illas gl.hanc declarationem tradit Franc.Are.in l.ſi ſeruum.§.prætor ait.col.iij.verſi.vnde quando factum.ff.de acquir.hæred.

## CAVSA TRIGESIMAOCTAVA.

1 *Ex generali cõſuetudine non tã grauiter punitur qui attẽtauit quàm qui perfecit.*

TRIGESIMOOCTAVO, non ſolùm ſi ex ſtatuto puniantur delicta, ſed etiam ſi ex iure communi conatus etiam proximus delicto, æquè puniatur,atque ſi delictum ipſum conſummatum foret, quemadmodum nos ampliſsimè, & copioſè in ſuperiori cauſa, nempe trigeſimaſeptima diſſeruimus,& in caſibus, in quibus dicitur delictum attentatum æquè puniri,ac conſummatum.Ex generali tamen conſuetudine non tam grauiter punitur,qui attẽtauit,quàm qui perfecit,vt voluit Spec.tit.de accuſatore.§.j.verſ. quid ſi primò actum fuerit.cùm dicit,quòd de conſuetudine vulnerans animo occidendi,nõ tamen occidens,non punitur tanquam homicida,arg.l.aut facta.§.euẽtus.ff.de pœn.refert.& ſequitur Cyn. in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cler.& in l.is qui cum telo.in iij.oppoſ.& ibi etiam Io.Fab. Bal.(quem vide)& Saly.& Pet.Iacob.in tit.de act.leg.Aquil.col.vj.in paruis. & Bart.in l.j.§.diuus.ff. de ſicar.& Io.Fab.in §.item lex Iulia.col.pen.verſi.quidam autem dicunt.Inſtit.de pub.iudic.vbi tamen diſtinguit Bal.in l.data.col.xj.verſi.item nota quòd pœnæ perſonales. & iterum col. ſeq.verſic. dico autem.C.qui accuſ.non poſſ.vbi ita loquitur, vt videatur hoc etiam de iure communi procedere,ceſſante conſuetudine:reſpondétque ad iura,quæ videntur innuere contrarium:& idem Bald. in c.vlt.col.ij.de conſuet.vbi dicit hanc conſuetudinem eſſe æquam, & naturalem:æquitas enim dictat propoſitum cum actu imperfecto mitiùs puniri,quàm cum actu perfecto. l. ſi fugitiui.C.de ſer. fugiti.vbi & hoc voluit ipſe Bald.& idem Bal.conſi.ccclix.ſtatuto Placentiæ cauetur.lib.j. & conſil. ccclxj.quidam rumor.eod.lib.j.& conſi.ccccxliij.Cechus confecit venenum.lib.iij.Ang.Paul. Caſt. Alex.& Iaſ.in l.j.§.hæc verba.ff.quod quiſque iur.vbi & hoc Ang.dicit eſſe notabile,& Pau.Caſt.eſſe perpetuò menti tenendum,dicítque Ang.ita tenuiſſe Archi.in c.ſi ergo.viij.quæſt.j. vbi tamen nil dicit,& idem Ang.in l.j.§.fit iniuria.ff.de extraordinar.crimi.& idem voluit ipſe Paul.Caſt.d.conſil. ccxcvj.viſa inquiſitione.col.ij.lib.ij.Floria.in l.item ſi obſtetrix.col.ij.ff.ad leg.Aquil. & Maſuerus in titul. de pœn.§.item ſecundum conſuetudinem.Raph.Fulg.conſi.cxlix. ſuper inquiſitione formata. col.pen.verſi.ſupereſt de tertio.Franc.Are. conſi.lxxx.ſicut decet.col.iij.& Barb.in l.iiij.§.Cato.col. 3.ff.de verb.oblig.& Barb.in addit.ad Bal.in c.j.in princ.tit.quib.mod.feud.amit.& cõſ.64.ſcribitur lib.Heſter.col.ix.in fi.cum ſeq.lib.j.& conſi.xxiij.ſapientiſsimus dixit Eccleſiaſtes.col.vj.verſic.cum ergo in caſu noſtro.lib.ij.& Alex.conſi.xv.viſo proceſſu.col.ij.& iterum col.vlt.lib.j.& conſi. cxl.videtur in caſu propoſito.col.j.verſi.& primò præſuppono.lib.ij.& in addit.Bar.in l.qui ea mente.ff.de furt.vbi hoc reputat ſing. & Corneus conſi. xxiij.licèt in hac conſultatione.col.j.verſi. his tamen nõ obſtantibus.lib.j.& Fely.in c.conſulere.ante fin.de ſimo.& in c.ſignificaſti.eius principij 2.col.ij.verſ. aduerte tamen.de homi.vide Alex.in d.l.j.§.hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.& Matth. Afflict. in conſtit.Siciliæ,incipiente,mala noxia.col.ij.verſic.ſed aduerte.& Hippol. Marſil.in lege,eiuſdem. col.ij.verſi.nota etiam.ff.de ſicar.

2 *Conſuetudo nõ poteſt derogare legi diuinæ.*

¶ Videtur tamen hanc conſuetudinem non valere,neque eſſe obſeruandam,quoniam ſit contra ius diuinum, Exodi xxj. cap.vbi qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Cui non potuit conſuetudo derogare.cap.vlt.& ibi etiam planè not.de conſuetud.& cap.quæ ad perpetuum & cap.nulli.& cap.ſunt quidam.xxv.q.j.cum ſimil.Neque enim poteſt Papa,Princeps, vel populus, tollere legem ſuperioris.l.nam & magiſtratus.ff.de arbitr.& cap.cùm inferior.de maior.& obedi.c.j. x.diſt.& quod tradit Specul.in titul.de legat.§.nunc breuiter.& gl.& Doct.in cap. cùm ad monaſterium.de ſtat.monac.& quòd non valeat huiuſmodi conſuetudo, ſentit hac,quam diximus,ratione, Barb.d.conſi.lxiiij.col.antepe.verſi.quinimo dico.lib.j. ſubdens quòd iſtud debent ponderare iudices,quoniam quotidie hoc accidit.

3 *Legi Moſaicæ bene intellectæ non eſt cõtraria generalis conſuetudo.*

¶Sed quod huic reſpondeamus,in promptu eſt. primùm enim nõ ſatis fideliter illum Exodi locum fuiſſe conuerſum,quoniam in Hebræo ſcribitur ad hanc ſententiam,Qui percuſſerit hominem, & occiderit,morte moriatur, vt teſtatur Nicol.Lyr. in expoſitione eius loci ſubiungens, quòd ſi non occiderit percutiens,quantumcunque voluerit occidere,non eſt morte plectendus. Cui mirè ſuffragatur quod alibi ſcribitur Leuitici xxiiij.in hæc verba,Qui percuſſerit,& occiderit hominem,morte moriatur. Ideóque ſecundùm hoc non erit hæc generalis conſuetudo legi Moſaicæ contraria, imò potiùs conformis,& per omnia ſimilis.

4 *Sancita veteris teſtamenti trifariam diuidũtur.*

¶Sed & illud quoque dici poteſt,& fortaſsis meliùs,ne diuum Hierony. interpretem Bibliorum (ſi tamen is eſt)arguam,quòd ſancita veteris teſtamenti trifariam diuiduntur. Alia enim moralia, alia cerimonialia, alia rurſum iudicialia.quæ omnia nominatim, ſpeciatimque tanguntur Deuterono. vj. cùm ſcribitur: Hæc ſunt præcepta, cerimoniæ, atque iudicia, &c. Iudicialia autem, quæ nonnulli legalia vocant ipſius veteris teſtamenti, quale eſt illud Exodi, ſuprà citatum, non ligant, niſi quatenus reperiuntur in nouo teſtamento approbata, vt ex antiquis voluerunt Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos:Origenes in Exodum.Homilia x.& in Numeros,Homilia xj.Diuus Hieronymus in epiſt.



in epiſt.ad Auguſtinum,cuius exordium eſt,Tres ſimul epiſtolas : ipſe D. Auguſtinus lib.6.contra Manichæum,per totum propè eum librum,& rurſum lib.19.cap. 18. & ad Bonifacium contra duas Pelagianorum epiſtolas,lib.3.c.4.& D.Ambroſ.in epiſt.Pauli ad Colo. cap.3.& epiſt. 72. ad Ironẽ.

5 ¶Et ex recentioribus Marſilius Ficinus,verè Theologus ſimul,& philoſophus,& medicus celeberrimus,in eo lib.in quo de religione Chriſtiana tam piè,quàm eleganter diſſerit,cap. 34. vbi præcepta Moyſi multifariã diſtinguit.ea aſſerens eſſe præcipua,quæ in Decalogo continentur:Data enim fuiſſe à Deo abſque medio,in tabulis lapideis populo vniuerſo, deinde tanquam perpetua in arca teſtamenti in ſancta ſanctorum incluſa:cætera verò minutiora eſſe, ac data per Moyſem, & ab eo chartis inſcripta,atque extra ſancta ſanctorum poſita.Inter hæc autem alia ſimpliciter moralia eſſe,quæ quoniam naturæ legem imitantur,ſempiterna ſunt,ſicut præcipua.Alia ad iudicia pertinẽt, quæ in æquitatis arbitrio poſita,prout rerum vſus exigit,variantur.Alia rurſus ad cerimonias,quæ ſunt parui momenti.ídque probat teſtimonio,ac authoritate ipſius veteris teſtamenti. Idem quoque voluit,atque optimis rationibus comprobauit Paulus Ritius in libello De chriſtiana veritate, tractatu 2.parte 3.c.item 3. *Idem ex diuerſis aliis authoribus.*

6 ¶Et è Theologis,quos ſcholaſticos appellant,horum primus,ac princeps Alex.Ales in 2. parte Sũmæ,quæſt.xxv.membro j.atque in tertia parte Summæ,quæſt.59.membro j.& D.Thomas Aquinas eius diſcipulus in prima ſecundæ,quæſt.104.articulo 3.& iterum in ſecunda ſecundæ quæſt.87.articulo j.& in quolibeto 2.articulo 8.& alter eiuſdem diſcipulus D.Bonauent.in 4.ſentent.diſt.3. quæſt. 2.in qua etiam diſt.copioſiùs Doct.omnium ſubtiliſsimus Scotus, in vlt.quæſt. ad fin. & idem Bonauent.in eodem 4.ſentent.diſt.37.articulo 2.quæſt.1.& Richardus in eodem 4.diſt.17. Anto. Flor. in 1.parte Summæ,titu.14.c.6.in prin.col.3.verſic.tertiò differunt.Nicol.Lyr.in Exod.c.21.in prin.& Ang.Cla.in verbo,decima.verſi.2.& nouiſsimè Gabriel Biel in 3.ſenten.diſt.37.quæſt.vnica,artic.2. concluſione v.ad finem.Et rurſum in 4.ſenten.diſt.1.quæſt.4.artic.4.dubio item 4.per totum. *Idem ex Theologis.*

7 ¶Nec deſunt nobis noſtri iurium interpretes,qui & ipſi huius ſententiæ fuere,& in his Cardi.Flor. conſ.2.circa ſtatutum,ad fi.Imo.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.3.& ibi etiam Roma. col.10. verſi.duodecimò cum quid.ff.de verb.obli.idem Imo.in l.3.col.vlt.& ibi quoque Franc.Aret.col. 3. verſi.prima ratio.ff.de teſta.& ipſe item Imol.in cap.vlt.col.3.verſ.& ibi Panor.col.2.in gl.2.de conſuet.& idem Imol.conſ.1.in caſu præmiſſo in fi.Bellame.conſ.28.in facto mihi tradito.col.2.verſ.ad partem contrariam.Mart.Laud.in tract.Primogenituræ.col.pe.verſ.rurſus quæritur nunquid.Alex. conſi.13.attentis his.col.4.verſi.prætereà præcepta.lib.7.Fran.Are.in l.vlt.col.pen.verſi.3.quod non valet.C.de pac.Barb.conſi.39.clementiſsimum Dei.col.1.lib.2.& Iaſ.in l.qui ſe patris.col.v.verſi. & nota quòd inter Iudæos.C.vnde liberi.& Phil.Dec.in c.conſuluit.in ij.not.de app.Zaſius conſi.1. illuſtres.nu.61.lib.2.& faciunt not.per gl.& Archi.in can.non eſt peccatum.§.his itaque.per text.ibi.6. diſt.& per Pan.& alios in c.1.de homic.& ipſum Pan.in c.2.col.3.de prob. *Idem ex Iuriſconſ.*

8 ¶Nam & videmus multa Moyſi præcepta legalia, ſiue iudicialia fuiſſe à Chriſto Domino noſtro mutata,atque reprobata,Matthæi v.cap.& iterum 19.& Marc.10.& Lucæ 16.cap. quòd apertè probat legalia hæc non fuiſſe iuris diuini: quia ſi huiuſmodi fuiſſent, perpetua & immutabilia quoque fuiſſent,vel teſtimonio Principis illius Vatis Pſal.88.Non prophanabo teſtamentum meum:& quæ procedunt de labiis meis,non faciam irrita.Et Eſaiæ cap.40. Verbum domini manet in æternum. Et ipſius Chriſti, dum dicit Matthæi 24.Marci 13.Lucæ 21. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.Et eiuſdem Lucæ 16.Facilius eſt cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. *Multa præcepta Moyſi tam legalia quã iudicialia fuere immutata à Chriſto domino, & reprobata.*

9 ¶Vt interim non omittam nonnullas Moyſi leges non excuſaſſe à peccato, vt ea quæ libellum repudij permittebat.Deutero.24.In ea enim ſententia fuerunt Nicol.Lyra. in eodem ipſo c. 24. & magna Theologorum pars,in 4.ſentent.diſt.33.Alex.Ales in 3.parte ſuæ Summæ,quæſt.46.membro 2. art.1.& 2.Et è noſtris gl.in c.cùm in lege.23.q.4.Archi.in c.qui peccat.23.q.4.Hoſti.cap.gaudemus. col.iij.in verbo,quia autem de diuort.Bal.aut certè Io.Montegranarius inter conſil.illius conſi. 428. inquiſitio dicta. col.2.verſi.& quod de iure.lib.v.Et ea quæ permittebat ſuam cuique iniuriam,ſine iudice vindicare,vt ex authoritate Leuitici tradit D. Gregorius in Matthæum c.22. cuius ſententia repetita eſt in decretis canonicis,c.cùm in lege.23.q.4.nam & is peccabat,qui id faciebat, vt ſcribit Archi.in d.cap. cùm in lege. Ex quibus illud continuò conſequitur huiuſcemodi legem, quam qui ſequebantur,peccabant,ius diuinum non conſtituiſſe, quod nemini laqueum iniicit, & omni labe caret.Nam via Domini impolluta eſt,Pſal.27.& lex ipſius immaculata.Pſal.17. Non immeritò igitur damnata eſt hæreſis Cerinthi,Ebionis,& Nazareorum contendentium legem Moyſi in omnibus eſſe obſeruandam,ſicuti nouum teſtamentum, authoribus D. Auguſtino & Philoſtrato in ſuis libris,De hæreſibus. dicitq; Io.Gerſon in tract.de contractibus, parte prima conſiderat.10. hæreticum eſſe ſi quis credat iudicialia Moyſi præcepta nos tenere. *Quædã Moyſi leges non excuſauerũt à peccato,ut eſt illa repudij.*

10 ¶Valet ergo(vt tandem ad principale noſtrum inſtitutum redeamus)conſuetudo, vt non puniatur delictum attentatum,vt perfectum:nec dici poteſt eſſe contra ius diuinum.Sed nõ obtinet in crimine læſę maieſtatis,& patriæ:in quo conatus etiam de conſuetudine punitur,atque ſi ſecutus eſſet effectus,vt not.Ang.Paul.Caſt.Alex.& Iaſ.in d.l.j.§.vlt.quod quiſque iur.per l.quiſquis, vbi etiã idem Ange.C.ad leg.Iul.maieſt.& Barb.d.conſi.23.lib.2.& Alex.in addit.Bart.in l.qui ea mente.ff.de furt. Nam & in hoc crimine ſola ſcientia non reuelata,punitur.l.quæſitum.ff.qui & à quibus. *Conſuetudo nõ eſt cõtra ius diuinũ,quæ dicit non puniri delictũ attentatũ.*

*Vbique puniũtur delicta ſecũdum ſtatuta, nõ ſecundũ ius cõmune.*

11 ¶Sed non eſt prætermittendũ, non deeſſe, qui hoc caput ſecundùm præcedens intelligant, videlicet Spec. à quo hoc totum depromptum eſt, voluiſſe legibus punientibus conatum, eſſe derogatum per conſuetudinem contrariam: quoniam fermè vbique puniuntur delicta ſecundùm ſtatuta, & non ſecundùm ius commune, & ita requiritur delicti conſummatio, per id quod dictum eſt in præcedenti cap. quaſi velint, quòd ſi ex iure communi puniantur delicta atrocia, conatum quoque puniri: neque eſſe conſuetudinem, quæ huic rei deroget, niſi propter ſtatuta. de quo per Felyn. latè in d.c.j. de præſump. & in tract. de conatu. & pleroſque ex his quos ſuprà citauimus.

## CAVSA TRIGESIMANONA.

*In arbitrariis mitius punitur qui attentauit, quàm qui perfecit.*

1 TRIGESIMONONO, non ſolùm de conſuetudine mitiùs puniuntur atrociora delicta attentata ſolùm, ſed etiam ſemper de iure communi, vbi lex expreſsim non eandem pœnam imponit delicto attentato, & conſummato, aut nullam pœnam certam & limitatam imponit, id eſt, (vt loquar breuiùs) in arbitrariis mitiùs punitur, qui attentauit, quàm qui perfecit, ſcilicet extra ordinem iudicantis arbitrio, vt probatur in l.j. in princ. ff. de extraord. criminib. iuncta l. quamuis adulterij. in fi. C. de adult. Ita voluit Ray. & poſt eum Bal. dicens hoc eſſe notabile. in l.j. §. hæc autem. ff. quod quiſque iur. & ſequitur Alex. conſi. cxj. ponderatis verbis inquiſitionis. col. pe. verſi. quamuis prætereà.

*Iudex poteſt extendere arbitriũ vſque ad pœnã mortis.*

2 ¶Quam ſententiam confirmat Bald. ipſe in conſi. 443. Cechus confecit venenum. col. 2. verſic. item non obſtat, quod no. lib. iij. vbi not. limitat. gl. reputatam ſingu. in §. in ſumma. Inſti. de iniur. quæ voluit iudicem poſſe extendere arbitrium vſque ad pœnam mortis, vt videlicet procedat in delictis conſummatis, non etiam in attentatis ſolùm. & idem voluit Floria. de ſancto Petro in l. item ſi obſtetrix. in fi. ff. ad leg. Aquil. quem refert & ſequitur, nulla Bal. mentione facta, Cæpol. in repe. l. ſi fugitiui. col. xij. verſi. Florianus autem. & iterum col. xiiij. verſi. tertio caſu. C. de ſer. fugi. in paruis. & Felyn. referens Bald. nulla è contrario Flor. mentione facta, in cap. ex literis. columna xij. verſicu. ſecunda declaratio. de conſtit. & bene facit quod alibi conſuluit idem Bald. conſi. xxxiiij. hoc capite. caſus talis eſt, Guido in fi. lib. j.

*Iudex arbitriũ debet reformare ſecundũ iuris regulas.*

3 ¶Sed hoc tamen Phil. Dec. in d.c. ex literis. col. pe. verſi. tertio modo. de conſtit. hoc conſtantiſsimè impugnat, ea ratione, quòd iudex debet arbitrium reformare ſecundùm iuris regulas: vt latiùs dicemus infrà, quo loco de pœnis arbitrariis diſſeremus.

## CAVSA QVADRAGESIMA.

*Iure communi minùs punitur delictum attẽtatum quàm cõſummatum.*

1 QVADRAGESIMO, vt generalius loquamur, etiam de iure communi regulariter (vt ita loquar) minùs punitur delictum attentatum, quàm conſummatum, vt eſt textus not. in dict. l.j. ad fin. ff. de extra. crimin. cuius hæc verba ſunt, *Perfecto flagitio punitur capite: imperfecto, in inſulam deportatur.* loquitur autem de eo, qui puero ſtuprum perſuaſerit, aut mulierem, puellámve interpellauerit. & l. ſi quis aliquid. §. j. ff. de pœn. iuncta l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. vbi gloſſ. Iaco. Ray. Iaco. Aret. Bald. & Cæpol. in repet. columna iij. & Doct. in l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iu. cum concord.

*Iudex ſi uelit poteſt mitius punire qui attentauit.*

2 ¶Sed in delictis quoque, in quibus lex æquè punit conatum, atque actum conſummatum, poteſt iudex ſi velit, vel ceſſante omni conſuetudine, mitiùs punire, qui ſolùm attentauit, quanquam non cogitur facere. Ita dicit not. Saly. in l. is qui cum telo. C. de ſicar. audiuiſſe ſe à Bal. viua voce, per text. in l. aut facta §. euentus. ff. de pœn. & no. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſ. infa. irrog. & ita etiam videtur voluiſſe Bart. in d. §. euentus. & in l. j. §. diuus. ff. de ſica.

3 ¶Quid? quòd etſi apud Deum optimum maximum, qui ſolùm cor intuetur, votum pro opere, id eſt, voluntas pro facto reputatur. c. magna. in fi. de pœn. diſt. j. cum ſi. Tamen non debet tanta pœna imponi pro voto, quàm pro facto, etiam in foro conſcientiæ. vt voluit gl. not. in c. qui viderit. xxxij. q. v. quoniam vt dicit gl. alibi, ſcilicet in c. cui non contingat. in gl. j. de pœn. diſt. j. plus peccat perficiens, quàm attentans. quã ſequitur Archi. in c. qui bona. col. vj. verſi. confiteor tamen. xvij. q. j. Idémque voluit alia gl. in c. periculosè. in gl. vlt. in fine eadem diſt. quam etiam ſequitur Bald. in l. data. col. xij. verſi. dico autem. C. qui accu. non poſſ.

*Plato non tam puniuit conatũ quàm opus.*

4 ¶Et ita etiam è Theologis voluerunt Alex. Ales in ij. parte Summæ, quæſt. cxxxiij. membro. & D. Thomas in j. ij. q. lxxiij. D. Bonauent. in ij. ſentent. diſt. xlj. & Anto. Flo. in j. parte Summæ. tit. ix. cap. j. §. j. verſic. poteſt attendi tertia diuerſitas in quibus locis affirmat peccatum operis eſſe maius & grauius, quàm cordis. Plato quoque in ſuis legibus non tantum puniuit conatum, quãtum opus ipſum. Nam cùm homicidium morte puniat, eum tamen qui interficiendi conſilio vulnerauit, iuſsit in vicina ciuitate, dum viueret, exulare.

*Quomodo puniatur affectus non ſecuto effectu.*

5 ¶Cæterùm autem, an, & quando, & quomodo puniatur conatus, aut affectus, effectu non ſecuto, vide latè per gl. & Doct. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi. & cler. vbi locus eſt huic rei veluti peculiaris, & domeſticus. & in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. latiùs per Fely. poſt alios in cap. j. de præſumpt. & in d. tractatu, quem priuatim de ipſa re conſcripſit. omnium autem latiſsimè per Hippol. Marſil. in d. l. qui falſam. ff. de fal.

CAVSA



## CAVSA QVADRAGESIMAPRIMA.

*Diutius in carcere detentus, clementius puniendus.*

1 QVADRAGESIMOPRIMO, cùm quis diutius in carcere detentus eſt, clementius quoque eſt puniendus: ita videlicèt vt à pœna, quam pati debuiſſet, detrahatur, quòd ob diuturnum carcerem paſſus eſt. text. eſt fortè ſing. in l. omnes. C. de pœnis. vbi tempus carceris computatur in tempore exilij. Nam vt ibi dicitur, ſit ſatis immenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia, ne hi qui diu priuati ſunt auræ communis hauſtu, & lucis aſpectu, non intra breue ſpatium catenarum ponderibus prægrauari, etiam exilij pœnam ſuſtinere iterum compellantur.

2 ¶Ex quibus facile colligitur huius rei ratio, (vide Ioan. de Pla. in l. ſi quis. verſ. quid. C. de commea. lib. 12.) quoniam videlicet non mediocriter afflictus fuiſſe videtur, cui diutinus carcer (quem malã manſionem vocat Iuriſconſ. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iur.) domus fuit pœna omnium miſerrima, atque moleſtiſsima, vt quæ nobis rem auferat omnium contrà grauiſsimam, atq; pretioſiſsimam, libertatem dico, rem inæſtimabilem, vt dicit tex. in §. vlt. Inſtit. quibus ex cau. man. non licet. Et quam nemo bonus, niſi cum anima ſimul amittit, ſi verum dicit C. Manlius apud Salluſtium in Catil. Eſt enim carcer genus ſeruitutis. per tex. in l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demon. & l. 2. ff. de libe. homi. exhib. Ex quo plerique voluerunt non valere pactum, quòd debitor poſſit carcerari, vt not. per Bart. & alios in d. l. Titio centum. §. 2. Dy. Bart. & alios in l. alia §. eleganter. ff. ſolut. matrim. cum concord. vtrobique adductis per recentiores. Propterea dicit pulchrè Bal. in c. j. §. denique. in verbo, parricidij. tit. quæ fuit prima cauſa bene. amit. non minus atrocem iniuriam facere, qui alterum in carcerem trudit, quàm qui illum interimit, & ſequitur Ioan. Ana in rubr. de his qui fili. occid. in fi. & Hippol. Marſil. qui hoc pro not. alleg. in l. accuſatio. col. 2. ff. de falſ. & in l. j. in prin. col. 12. verſ. quinimo dico. ff. de quæſtio. Ex externis autem ſcriptoribus, Libanius Antiochenus ad Meſicheum, ſcribit grauem eſſe carceris pœnam.

*Tempus exilij ex tẽpore carceris eſt minuẽdum, ita ut tẽpus unius in alio computetur.*

3 ¶Nec tamen hinc antè diſcedam, quàm dixerim eam l. omnes. non generaliter dicere pœnam minuendam eſſe ob diuturnitatem carceris: ſed id tantùm quod diximus, ſcilicèt tempus exilij ex tẽpore carceris minuendum, vel tollendum, ſi tantum temporis in carcere manſerit, quantum exiliũ eſſet, ita quidem vt tempus carceris computetur in tempore exilij. Verùm eadem eſt ratio, & in cęteris pœnis, nam cùm pœna carceris pœnam exilij minuat, cur non & cæteras minuet? Et cùm eadem ſit ratio, idem quoque ius conſtituendum eſt l. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. cum ſimil.

## CAVSA QVADRAGESIMASECVNDA.

*Conſuetudo etiam improba excuſat à pœna.*

1 QVADRAGESIMOSECVNDO, conſuetudo etiam improba excuſat à pœna, ne videlicet puniatur in foro iudiciario (de foro autem conſcientiæ ſtatim dicemus) qui fecit, quod temerè fieri ſolitum eſt, licèt præ ſe ferat ſpeciem delicti, gl. eſt no. in c. cum venerabilis. in verbo, migraſſe. de conſue. quam ſequuntur ibi Card. Flor. Pet. Anch. Ant. & Panorm. qui eam dicit ſing. Et per eam dicit ipſe Pet. Anc. ſe excuſauiſſe à pœna priuati carceris, quendam Archidiaconum, qui clericos ponebat in cippis, ex eo quòd ipſius prædeceſſores ita facere conſueuerant. Sequitur quoque idem Pet. Anch. conſ. lj. conſuetudo quæ habet ad fi. vbi per eam dicit etiam ſe excuſaſſe electum, quendam qui ex conſuetudine improba, & iuri contraria ante confirmationem adminiſtrauerat. & iterum conſi. cclxxxiij. iure ſtricto, & conſuetudine. vbi per eam conſuluit, quòd cùm Bononię mos eſſet puerorum, vt iactu lapidũ luderent, & aliquando vnus alterum, quem lapide offenderat, interemiſſet, nulla pœna debeat puniri ipſe occidens, propter conſuetudinem, id quod etiam retulit in d.c. cùm venerabilis, & poſt eum Franc. Cre. in no. 149. mos puerorum.

*Conſuetudo ſuper iuramento non obſeruando, excuſat à pœna temporali periurij.*

2 ¶Sequũtur item illam gl. Oldr. conſ. ix. verſ. vnde licuit. in fi. & Paul. Caſt. conſ. cclxxxix. in fi. & Ro. conſ. ccccclxvj. videbatur prima fronte, vbi dicit, quòd cõſuetudo ſuper iuramẽto non obſeruando, excuſat à pœna temporali periurij, ſed non à pœna diuina: quod & idem voluit Anto. Floren. vir ſanè non mediocriter eruditus. in 2. parte 3. partis tit. 3. c. 1. verſic. ſecundum genus pœnarum. ſequitur prætereà illã gl. idem Ro. ſing. 19. an conſuetudo reprobata, vbi & illam facit ſing. & limitat procedere in pœna temporali, non diuina, per gl. in c. denique. 4. di. quam etiã in præcedenti loco citauerat: ſequitur etiã Pan. in c. vlt. in fi. de conſtit. & Io. Ana. in c. cùm in eccleſia. in prin. de ſimo. & in c. j. poſt prin. de tornea. & Alex. in addi. Bart. in l. de quibus. col. 2. ff. de legib. vbi & illã dicit not. & conſ. cvij. pro inueſtigatione prędictorũ. col. vlt. li. 2. & cõſ. 233. põderatis his. col. 3. verſ. accedit. li. 6. & cõſ. 240. perſpectis & põderatis. col. 2. verſ. 7. & 8. eo. li. 6. & Maria. in c. cùm cõſuetudinis. col. 19. de conſuet. Barb. in c. prudentiam. col. 2. de offi. deleg. & conſ. 47. ſcribitur pręclarè. col. 3. verſ. & ideò dixit. li. j. & conſ. 29. altiſsimi optimi Dei. col. pe. verſ. etſi opponitur, lib. 2. & conſ. lj. illud in mediũ referã. col. 3. li. item 3. & conſ. 13. modo quidã. col. vlt. li. 4. in quibus locis eam facit ſing. & conſ. lj. clementiſsimũ Deũ. col. 2. eo. li. j. & conſ. vlt. eo quoq; li. 4. vbi etiã facit ſing. & Fran. Are. conſ. xj. procedẽdũ eſt breuiter. col. iij. verſ. ſed tamen his non oſtantibus. & iterũ conſ. cliiij. conſultatio propoſita, circa mediũ conſ. in quibus locis dicit per illam gl. quòd conſuetudo etiam nulla tribuit iuſtã ignorãtiæ cauſam, & excuſat à pœna (vide Bald. in l. de quibus. char. v. ff. de legib.) & Barto. Soci. conſ. ccix. licèt nulla mihi ſit exhibita. col. pe. verſ. octauò ad idẽ. Fran. Curt. ſenior. conſ. lxx. Chriſti nomine, ad fi. & Fel.

in c.ex tenore.col.2.verſ.declara etiam omnia prædicta.& in c.non ſatis.in prin.& in c.ea quæ.de ſimo.& Iaſ.in d.l.de quibus.col.3.verſ.vltra tamen effectus.ff.de legi.& in l.j.col.1.ff. quod quiſq; iur.& in l.qui iuraſſe.col.2.& iterum in l.ait prætor,eius initij 1.§.iurari.col.pe.verſ.de iureiur.& nouiſſimè Philip.Dec.conſ.ix.de homicidio commiſſo.col.2.verſ. tertio, hoc efficaci ratione probatur. & Bald.nouellus in tractatu de dote.in 6.parte.in 16.ſpeciali.col.3.& Hip.Marſil.in l.j.col.12.verſ.19.ff. de ſicar.& in rep.l.vlt.in 6.q.extraordinaria.in fi.C.de probat.

3 *Barbari olim diis hominem immolabãt ex praua conſuetudine.*

¶Iuxta quam ſententiam refert Plutarchus author grauiſſimus Problemat. cap. 83. quòd cùm Romani olim,Barbaros quoſdam Diis immortalibus hominem immolaſſe accepiſſent, magiſtratus eorum accerſendos,puniendóſque putauerunt,quos tamen poſteà cùm id conſuetudine quadã feciſſe accepiſſent,impunitos dimiſerunt,aliáſque id poſthac facere prohibuerunt. Domitianus quoque Imperator Ro.alioquin ſæuiſſimus,ſanguiníſque auidiſſimus, ſcribas quæſtorios ex conſuetudine negotiantes,venia in præteritum donauit,cùm tamen lege Clodia fuiſſet prohibitum, ſcribas quæſtorios exercere negotiationes.teſtis Suetonius in vita illius c.9.Huc item pertinent verba Caſtricij viri quidem ſumma authoritate,ac grauitate apud Gelliũ li.13.c.20. Sed ſi hic veſter (inquit) huiuſcemodi veſtitus,de multo iam vſu ignoſcibilis eſt,ſoleatos tamen vos populi Ro. Senatores per vrbis vias ingredi,nequaquam decorum eſt.

4 *Gloſſ c.cum uenerabilis. intelligitur in pœna temporali, & non gehennali.*

¶Et quanquam plerique vt diximus,faciant ſing.illã gl.in d.c.cum venerabilis,eſt tamen & illi in ea re ſimilis altera in cap.denique,ſupra alleg.quæ vt iam diximus,iſtud intelligit in pœna temporali, ſed non gehennali,per tex.in c.ſchiſma.24.q.2.& c.flagitia.32.q.7.& c.non ſatis.de ſimo.quam & è Theologis citat & ſequitur Ang.Cla.in verbo,conſuetudo,verſ.xv.Imò conſuetudo(inquit)veniale peccatum facit mortale.§.criminis.25.diſt. de quo vltimo poſteà dicemus. Sed eſt alia quoque vtrique ſimilis in c.ſanè.de tempo.ordi.quæ & eandem ponit limitationem,per tex.in d.c.non ſatis.& c.vlt.in 1.reſpon.de conſue.& in c.cùm habet.de eo qui dux.in matr.quam pol.per adul. Et bene facit gl.in c.ecce.ego.in verbo,error.95.diſt.& vide Io.Fab.in §.per contrarium, Inſtit de hære. quæ ab inteſt.defer.& in §.iniuria.col.vlt.Inſt.ad leg.Aquil.vbi idẽ voluit ꝙ d.gl.quas tamen nõ allegat.

5 *Conſuetudo interdũ à peccato excuſat.*

¶Quin conſuetudo interdum à peccato quoque,& ita à pœna gehennali excuſat, ſecundùm gl.in c.obiiciuntur.32.q.4.quæ not.cõſuetudinem à crimine,& peccato interdum excuſare, ar.illius tex. qui eſt huiuſmodi:Obiiciuntur Iacob quatuor vxores,quod quando mos erat , crimen non erat. vt per illum tex.& gl.not.Lucas Pen.in l.miſsi,col.iij.verſ.conſuetudo eſt altera.ante fi.C.de exac.trib. lib.x.quòd conſuetudo facit delictum , non delictum. Sed & quòd conſuetudo à peccato excuſet, voluit etiam Inno.in c.j.de treug.& pac.& è Theologis D.Thomas quolibeto 2.artic.3.vbi dicit , ꝙ quamuis conſuetudo non poſsit introducere,ne quis ſoluat decimas, cùm ſint quodammodo iuris diuini:tamen in terris,in quibus ex conſuetudine decimæ non ſoluuntur , ſi eccleſia non petit , non peccant homines non ſoluendo.Durum enim(inquit)eſſet,quòd omnes homines Italiæ,& partium orientalium damnatentur,qui decimas non ſoluunt.Hæc ille admodum notanda.& idem è noſtris voluit Hoſti.in c.à nobis.de deci.quem nominatim ſequitur Ang.Cla.in verbo,decima.verſ. 2. de quo vide Io.And.in d.c.à nobis.Pen.An.& Pan.in c.peruenit.eo.tit.de deci.& eundem Pan. in c.in aliquibus.eo.tit.

6 *Cum conſuetudo non excuſat à peccato,facit ut leuius peccemus.*

¶Imò verò quando conſuetudo non excuſat à peccato,facit tamen vt leuius peccemus,per id quod ſcribit Io.And.in c.vlt.ſuper gl.in verbo,contrahitur.de cogna.ſpir.lib.6.cùm dicit,quòd cùm vnus non plures accedere debeant ad ſuſcipiendum infantem in baptiſmo,per tex.ibi & c.non plures.de conſe.diſt.4.ideò peccãt contrauenientes,ſi tamen ſit conſuetudo,vt plures accedant, leuis eſt culpa eorum,qui id ex huiuſmodi conſuetudine fecerint. ſequitur Domi.ibi , & Fely.in c.nam concupiſcentiam.col.3.verſ.prædicta tamen.de conſti.& ibi etiam Philip.Dec.col.2.verſ.ſecundò fallit. in 1.lect.& iterum in 2.lect.col.pen.verſ.tertiò adde.

7 *In probibitis de iure poſitiuo,conſuetudo non tantùm excuſat à pœna corporali, ſed & à peccato.*

¶Id quoque voluit Ant.Flor.in 1.parte Sũmę,tit.16.cap.1.§.4.vbi poſteaquàm retulit id quod ſuprà diximus,videlicèt conſuetudinem excuſare à pœna temporali,non gehennali,per gl.in d.c. deniq; confeſtim id quoque ſcribit,facientes illud quod alij conſueuerunt,ob id putantes eſſe licitũ, cùm tamen ſit prohibitum iure diuino,vel naturali,non excuſari à peccato mortali,minuitur tamẽ grauitas peccati propter conſuetudinem. Innuit autem Flor.imò verò ſatis expreſsè videtur dicere in prohibitis de iure poſitiuo tantùm conſuetudinem excuſare,non ſolùm à pœna corporali, ſed & à peccato.quod etiam ſentit gl.in d.c.flagitia,& in d.c.ſanè.in fi. & Panor. in d. c. cum venerabilis. & Philip.Dec.in d.c.nam concupiſcentiam.in vtraque lect.

8 *Qui facit actũ qui publicè ſolet fieri, & ſapit prauitatem uſurariam,ob id non eſt uſurarius.*

¶Facit & ad prædicta tex.not.in l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædi.edic.in illis verbis, quia id facit quod ei publicè facere licere,arbitrabatur.Ex quo dicit Bart.ibi quòd ſi quis facit actũ, vel contractum,qui publicè ſolet fieri,& communiter æſtimatur eſſe licitus,ſapit tamen vſurariam prauitatem,non eſt propterea vſurarius.ſequitur Alex.conſ.xxxix.viſis & conſideratis,poſt prin. li. iij.& Cæpola conſ.viij.dicendum eſt.col.vlt.rurſumque in tract.de ſimulatione contractuũ,in caſus poſitione.col.2.iterúmque in v.caſu principali,col.pe.& Firmianus in tract,de epiſc.li.3.1.parte.q.14.

9 ¶Et per illum quoque tex.in d.§.apud Labeonem,dicit gl.quam ſequuntur Bart.Bal.Sal.Pau.Ca.& Doct.in l.pignus,vbi eſt & bonus tex.C.de pig.acti.ꝙ non intelligitur culpa , quam conſuetudo admittit:ad quod etiam allegat tex.in l.3.ff.ad Macedo.& hoc etiam dicit Pe.Anc.conſ. cccxlviij.pro deciſione quæſiti.Sed & per eum tex.dicit Bald.in l.j.col.3.verſi.ſed quid ſi cuſtos.C. de ædi. actio. quòd



quòd non puniendus eſt,qui ex conſuetudine publica quicquam facit.

10 ¶Et etiam bene facit tex.l.ſi pignore.§.vlt.ff.de pign.act.Ex quo no.gl.propter cõſuetudinem à dolo quem excuſari , & allegat concord.& ibi Docto.inter quos Bart.ex eo not. ꝙ qui id facit, quod ab aliis fieri ſolet,non ſolùm non in dolo eſt,ſed ne in culpa quidem.Quod dictum pro bene ſignãdo commendat Iaſ.in l.certi condictio.§.ſi numos.in 3.no.in fi.ff.ſi cer.pet. vbi & illum text. in d. §. vlt.facit ſing.Ante Iaſ.verò Rom.in d.l.ſi numos,per tex.ibi not.conſuetudinem facere licitum , ꝙ aliàs eſt illicitum.Quibus adde quod dicit Bart.in l.j.in fi.prin.ff.quod quiſque iur.quòd iudex qui contra legem iudicauit,excuſatur , ne in ſyndicatu teneatur, ſi ita erat conſuetudo. Et quod inter conſ.Bald. ſcribit Ioan. Zenobius vir legum peritiſsimus, conſ. ccclxx.verba reſcripti. lib.3. quòd conſuetudo generalis bonam fidem inducit. *Conſuetudo à dolo quem excuſat.*

11 ¶Succurrit & illud hoc loco dicẽdũ,quod tradit Bal.in c.j.poſt prin.ti.de feu.cog.quòd Peruſij ſunt tres cõſeruatores monetæ,& quãdo ſolutiones fiũt in cõi , cõſueuit notarius ponere,& adſcribere nomina ipſorũ triũ,licèt aliquis eorũ ſit abſens,quod licèt, vt dicit ipſe Bal.ſit falſum,excuſatur tamen notarius ſcribẽs à pœna falſi,propter conſuetudinem. Cõſuetudo ergo excuſat à pœna falſi, ſicut etiã voluit ipſe Bal.in l.vnica.col.6.verſ.modò iuxta prædicta quæro. ibi,itẽ eſt,ſic ſe habet generalis cõſuetudo,quę excuſat,& iterũ col.ſeq.verſ.modò ſequitur alia quæſtio,ibi,tamẽ ego nõ puto.&c.C.de cõfeſſ.& in ru.C.de fid.inſt.col.v.ver.quęro ergo quid de eo quod quotidie fit.Et ante eũ Inn.Hoſt.& poſt eũ Io.And.Ant.Imo.& alij.in c.2.in fi.de fid.inſt.& Hoſt.in c.quãto.de his quæ fiũt à præl.& Ro.in ſing.381.fuit interrogatus.vbi tamẽ limitat.& Ang.in tract.male.in ver.falſario. col.2.verſ.& eſt aduertendũ. vbi hoc cõmendat. & Alex.conſ.lxx.viſo proceſſu inquiſitionis.col.2. verſ.licèt Odoricus. li.1.& conſ.cvij.pro inueſtigatione.col.vlt.verſ.ad id quod no.li.2.& d.conſ.39. poſt prin.li.3.& conſ.lxv.attenta diſpoſitione ſtatuti.col.2.ver.licèt.Bal.alibi lib.3.& conſ.xlj.viſis & optimè diſcuſsis.col.2.verſ.ſed quod Demetrius,li.4.Iaſ.in d.l.de quibus.col.3.ver.cõfirmo per id.ff. de legi.& in l.j col.j.ff.quod quiſq; iur.& in l.ſingularia.col.pe.ff.ſi cert.pe.vbi dicit ſe ea ratione defendiſſe notabilẽ quendã Placentinũ,qui ſequẽdo conſuetudinẽ notariorũ Placẽtiæ, in inſtrumẽto appoſuerat verbum,numerauit,quãuis non fuiſſet præſens pecunia.& idem Iaſ. in l.ait prætor, eius initij 1.§.iurari.col.pe.verſ.ſecundus modus eſt.ff. de iureiur. & Philip. Dec.cõſ.clxx. viſo themate & his quæ,col.3.verſ.& in ſimili caſu,& iterum conſ.clxxv.in cauſa falſitatis.col.vij.verſ.tertiò hoc idem comprobatur.Oldr.conſ.56.& Matth.Affli.in conſtit.Siciliæ incip.aduocatos.col.pe.verſic.an autem conſuetudo.& Hippo.Marſil.in l.j.col.12.verſic.19.ff.de ſicar.& Nicol.Euerardus in locis legalibus,col.j.vbi dicit eſſe menti tenendum,& Rochus Curt.in c.vlt.col.v.verſ.de conſue. *Peruſij notarius cõſeruatorum monetæ excuſatur à falſo,propter cõſuetudinem.*

12 ¶Illud tamẽ nõ prætermiſerim,quod videri poteſt refragari his quæ diximus,quod voluit, ille quẽ patrem canonum appellat Ro.in repe.l.ſi verò.§.de viro.fal.liiij.verſ.quartò.ff.ſol.matr.is eſt Inno. doctrina illuſtrior quàm Papatu,qui ſcribit in c.ſanè, de offi. ordi. quòd conſuetudo non excuſat à pœna,in his quæ ſunt de ſe mala.ſequitur Bal.in l.de quibus.col.xxiij.ff.de legi.& idem in effectu voluit Pan.conſ.xxij.in nomine &c.quanquam conſultatio.col.vlt.verſ. non obſtat generalis conſuetudo.Et pro hoc eſt tex.optimus in c.vlt.de conſue.& in c.non ſatis.& c.cùm in eccleſiæ, & in c. ea quæ,& ibi glo.de ſimo.& in c.inter dilectos.& quod ibi not.gl.in verbo,authoritas.de exceſ.prælat. in quam etiam partem multa adducit Hippo.Marſil.in d.l.j.loco ſuprà allegato.ff. de ſicar. & vide quæ dicam infrà in cauſa 47.incip.intellige quartò.& ſeq. *In iis quæ ſunt de ſe mala, cõſuetudo excuſat à pœna.*

13 ¶Et his conuenit quod ſcribit Aul.Gellius lib.Noctium Atticarum 10.c.19.Inceſſebat (ait) quempiam Taurus philoſophus ſeuera,atque vehementi obiurgatione adoleſcẽtem à rhetoribus, & facundiæ ſtudio ad diſciplinas philoſophiæ trangreſſum,quòd factum quiddam ab eo diceret inhoneſtè,& improbè.At ille non ibat inficias feciſſe,ſed id ſolitum eſſe fieri defendebat,turpitudinémque delicti exemplorum vſu,& conſuetudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus iſto ipſo defenſionis genere irritatior,homo(inquit)ſtulte,& nihili,ſi te à malis exemplis authoritates,& rationes philſophiæ non abducunt:ne illius quidem Demoſthenis veſtri ſententia tibi in mentem venit? quæ quia lepidis,& venuſtis vocũ modis vincta eſt,quaſi quædam cãtilena rhetorica,facilius adhærere memoriæ tuæ potuit.Verùm ne dicas ſic eſſe actum ſæpenumero,ſed hoc fieri ſic decere. Non enim,ſiquid aliquando contra leges actum iam eſt,túq; id ſecutus es,propterea iure queas euadere: quinimo eo magis idcirco in te debeat ſtatui.vt enim ſi prius in aliquem foret animaduerſum , tu minimè hoc ſcriberes:ita ſi ipſe in præſentia punireris, nequaquam deinceps alius ſcribet. hæc ibi. Sed & alterum eloquentię columen Cicero in actione quarta in Verrem,in eandem ſententiam pedibus vadit,ſed eius in eam rem verba ſunt longiora,quàm vt operis anguſtia (vt ita dixerim) capi poſsint,quæ ſunt illic omnibus obuia,qui videre voluerint. *Ex Tauro philoſopho nõ dicendum ſic eſſe actum ſæpenumero, ſed hoc fieri ſic decere.*

14 ¶Sed quod ad iura noſtra pertinet,dicendum eſt,priuatam cuiuſque conſuetudinẽ, non ſolùm non excuſare à delicto,ſed & delictum augere,per aliqua ex dictis iuribus , quibus cauetur diuturnitatẽ temporis non minuere delicta,ſed augere,& per tex.in l.nemo.C.de epiſ.audi.cum ſimilib. Et grauiùs quoque delinquere conſuetum peccare,per tex.not.in can.vnũ oratiũ.§.criminis. 25. diſt. qui ponit ebrietatẽ inter crimina,ſiue peccata venialia,niſi ea ſit aſſueta:tũc enim peccatũ mortale eſt. *Priuata cuiuſque cõſuetudo auget delictũ.*

15 ¶Publicam verò conſuetudinem,quæ videlicèt vno omnium conſenſu,& inducta eſt, & iam lõgo tempore obſeruata,excuſare:modò non ſit contra ius diuinum,aut naturale,de quo in d. c. vlt. de conſuet.& ibi Pan.cum ſi.Et non ſit etiam per Principem,aut legem abolita, & vt vulgo dicimus, caſſata. *Publica cõſuetudo quæ non eſt contra ius*

*diuinum aut naturale excuſat.*

caſſata,per id quod not.voluit Bald.in auth.nauigia.per illum tex.C.de furt. quòd conſuetudines & ſtatuta quæ ſunt caſſata à Principe,non valent,nec excuſant tranſgreſſores à pœna. quod & idem voluit ipſe Bald.in auth.omnes peregrini:etiam per illum tex.in verſ.vlterius not.C.communia de ſucceſſ.vbi hoc dicit eſſe menti tenendum.& idem ſentit Fely.in d.c.ex tenore.cùm dicit,quòd cõſuetudo inualida,nondum reprobata excuſat,allegando d.gl.in c.cùm venerabilis.& idem quoque voluit Ang.Cla.in d.verbo,conſuetudo.verſ.15.& Roch.Curtius in c.vlt.col.x.de conſtit. Bald.in l. iuſtè.in fi.ff.de acq.poſſ.Non tamen excuſat iniuſta conſuetudo ab actione iniuriarũ,vt dicit gl.in l. iniuriarum actio magna.§.vlt.ff.de iniur.quam alleg.& ſequitur Bal.in ſua diſput. cuius eſt initium, Accuſatus de vi turbatiua.col.2.& Iaſ.in l.de quibus.col.3.verſ.& per hoc infert.ff.de legib.

## CAVSA QVADRAGESIMATERTIA.

1 *Qui egit quicquam prohibitum à dolo excuſatur,& mitius punitur.*

QVADRAGESIMOTERTIO, ſi quis quadam vel leui, aut etiam iniuſta ratione motus,quicquam egerit,aliàs prohibitum,is certè mitius puniendus eſt,vt qui à dolo excnſatur.tex.eſt vbique ab omnibus in id expẽſus.in l.igitur.verſ.& generaliter. ff.de liber.cau.in illis verbis,*iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis*. Et facit etiam alius tex.ſi tamen illum non oſcitanter,ſed paulò ſolertius introſpexeris,in l. de ætate. §. qui iuſto.ff.de interrog.actio.& in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.& in l.ſi ſeruum quis.§. ait prætor. ff.de acquir.hæred.vt citatur à Rom.quo loco poſteà citabimus.& in l.clàm poſsidere.in prin.in illis verbis,*aut aliqua ratione*. ff.de acquir.poſſ.vti etiam illum in hoc expendunt Franc.Aret.& Iaſon ibi,ille in 1.not.hic num.6.

2 *Iniuſta cauſa excuſat à delicto.*

¶Idq; ipſum voluit gl.in l.j.in fi.ff.de abig.quæ dicit expreſsè,iniuſtam cauſam excuſare à delicto.& idem dicit gl.no.in l.plagij.eius initij 2.C.ad leg.Flauiam.de plagiar.& ibi latè Ang.& Bar.in l.j. §. non autem.col.vlt.verſ.aſſeſſores.ff.ſi quis teſt.liber eſſe iuſſ.fue.& in l.iuſtè poſsidet.in fi. ff. de acq. poſſ.& Bal.in l.procurator.ff.de pœn.& in l.nouiſsimè.§.ſi quis compulſus.ff.quod fal.tut.& in l.criminis.C.qui accuſ.non poſſ.& in l.qui non probaſſe.C.de calum.& in l.1. C.de pœn.& in c.ſi qui teſtiũ.col.j.verſi.quærit Bar.vtrùm teſtes.de teſtib.vbi dicit,quòd leuis occaſio excuſat & conſ.ccccj. ad euidentiam dicendorum.col.2.verſ.quintò,quia à pœna.lib.j.& conſ.cxl.hæc quæſtio fuit.verſi. quartò hoc probatur lib.4.vbi in eam rem ad verbum refert Iac.Bel.& Iac.Bu.& idem Bal.conſil. cccxlv.ille iuſta ratione.in prin.eo.li.4.& conſi.ccccxxxj.in accuſatione inſtituta.verſ.ſextò.eo.li.4. & conſ.lviij.quidam eſt accuſatus.ante fi.lib.v. Alber.li.j.ſtatutorum q.30. item quæro an ſubſtituti. Ang.in l.vlt.ff.de adul.& in l.prætor.§.hac actione. ff.vi bono. rap.& conſ.cclxxxviij. viſo themate ſuprà dicto.col.v.verſ.non obſtat etiam.& Card.Flor.in cle.1.& ibi Pet.Anc.in 2.no.de ſepul.& idẽ Pet.Anch.cõſ.391.videtur prima facie.paulò ante fi.Io.Ana.in c.2.in prin.de cler.pug.in duel. Pau. Caſt.conſ.199.licèt iſta ſit quæſt.col.j.li.j.& conſ.cclxxj.præmittendum eſt ad euidẽtiam.col.j.verſi. poſtremò dico.eo.li.j.& conſ.clxxvij quantum ad illa quæ.col.j.eo.li.j.& conſ. 3.in cauſa quæ vertitur.in fi.li.2.& conſ.xxj.ad primum quæſitum videtur dicendum.in ſecundo quæſito.eo.li.2.& conſ. ccv.quantùm ad primum in iij.dubio.eod.li.2.& conſ.ccclxj.incipiendo ab vltimo quæſito, circa mediũ.eo.li.2.& conſ.cclxxvij.in cauſa incarceratorum. col.2.verſ. ſecundò prætermittendum. eo. li.2.& conſ.456.eccleſia ſeruorum.col.vlt.eo.li.2.& Ro.conſi.ccxxiiij.iſta captura.fermè in medio. & Raph.Cum.conſ.cxxxiiij.vulneratus ab aliquo nõ lethaliter.in fi.Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.9.ff.de verb.oblig.& cõſ.xxxvij.non puto hunc notarium.col.iij.verſ.attento quod nedum. li.j.& conſ.92.proſpectis his quæ in themate narrata ſunt.col.vlt.eo.li.j.& conſ.lxxv.videtur in præſenti conſultatione.col.3.verſ.cũ ratio.in fi.li.v.& conſ.ccxxxiij.ponderatis his.col.3.verſ.4. blaſphemia dicitur,li.6.Vincen.Palio.inter conſi.ipſius Alex.conſ.106.in hac hæſitatione.li.4.Fran.Aret.in l.clàm poſsidere.in prin.4.not.per tex.ibi & in l.inciuilem.C.de furt.Barb.conſ.lxxvij.præclarè ſcribitur 3.Regum.col.2.li.4.Guido Papæ conſ.xxxj.in Ieſu Chriſti nomine viſo ad plenum.col.vlt.vbi facit ſing.gl.in d.l.j.ff.de abig.& Philip.Corn.conſ.xvij.in hac conſultatione.col.pe.verſ.nam quælibet cauſa etiam.lib.1.& conſ.lxij.primò aggrediendo.col.3.eo.li.1.& conſil.ccxlvij. quoniam multa. col.4.verſ.aliud eſt.eo.lib.1.& conſ.cccxiij.in hac conſultatione.paulò ante fi.eo.li.j.& conſ.cccxxix. oſtenſo.col.7.verſ.Ang.etiam eo.lib.1.& conſ.205.videtur prima facie.col.vlt.eod.li.2. & conſ. 243. videtur prima facie.col.vlt.eod.lib.2.& conſ.280.viſis quibuſdam.col.vlt.lib.iij. & idem inter conſ. Socini,conſ.108.in hac conſultatione.col.vbi dicit,quòd quælibet cauſa, etiam iniuſta, & beſtialis excuſat à dolo.& ipſe Soci.conſ.118.viſa narrati puncti petitione.col.4.verſ.circa tertiam dubitationem.lib.2.vbi & illud idem dicit.& conſ.lix.in cauſa nobilium.col.pen.li.3.& conſi.13.inſignis Doct. col.v.verſ.ſecundò reſpondetur.lib.4.& conſ.liiij.viſa breui narratione.in fi.eo.lib.4.& Franc. Curt. ſenior conſ.lvj.ſuper proceſſu.col.vj.verſ.non obſtat quintum.& conſ.70.Chriſti nomine.ad fi. Et Curt.iunior conſ.xix.viſo ac diligenter cõſiderato.col.2.verſ.omnis enim.& Iaſ.in l.ſi quis id quod. col.viij.in vij.& iterum in viij.not.ff.de iuriſ.omni.iud.& in l.j.§.vlt.col.4.verſ.in eadem gl.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.Philip.Dec.conſ.clxxviij.in cauſa quæ proponitur.col.3.verſi.& quia quælibet cauſa.& conſ.192. in caſu propoſito non laborando. columna 2. verſic. & quia quælibet cauſa etiam iniuſta.

3 *Bona fides ex iuſtis & temerariis rationibus etiam cauſatur.*

¶Quibus concinit,quod ſcribit Bald.in l.1.in fi.per gl.ibi,in verbo,receſsit.C.vbi cauſa ſtatus. quòd bona fides poteſt cauſari non ſolùm ex iuſtis,ſed etiam iniuſtis, ac temerariis rationibus, ſequitur Barb.



Barb.conſ.xviij.præclarè ſcriptum eſt.col.pen.verſ.quia bona fides.li.2.& conſ.45.Illud in medium. col.viij.verſ.& ibi Ang.dixit.lib.iiij.& conſ.lxvij.clementiſsimi Dei.col.pen.verſ.prætereà accedat. eo.lib.2.& conſ.lj.clementiſsimum Deum &c.col.2.verſ.& ideò nullum.lib.4.& Iaſ.in d.l. ſi quis id quod. col.8.in 8.not.& in l.ſi quis maior.poſt prin.verſ.nota hanc deciſionẽ.C.de tranſact. & Socin. conſ.xj.in cauſa dominæ Catharinæ.col.vlt.lib.3.& conſ.xxxviij.in cauſa dominorum Marchionũ. col.2.eod.lib.3 & conſ.lxvj.viſa donatione.col.8.verſ.primum patet.eo.li.3. Paul. Caſtr. quorum iſti non meminerunt,conſi.98.viſis quibuſdam actis.ante fi.lib.1.

*Excuſat à pœna corporali ignorãtia iuſta ſiue iniuſta.*

4 ¶His quoque adſtipulatur, quod tradit idem Bald.conſ.ix.ad euidentiam dicendorum.verſ.quintò. lib.3.quòd ignorantia ſiue iuſta,ſiue iniuſta excuſat à pœna corporali. Eſtque ſimile quod idem dicit conſi.98.ego præſuppono.ante fi.lib.3.quòd ignorantia ſupina ſufficit ad excuſationẽ doli. alleg. l.j.in fi.ff.ager vectig.& alibi,niſi fallimur,ſuprà diximus.Nec lõgè abeſt.quod & ipſe dicit conſ.cc. quod incipit,in cauſa iſta.lib.3.quòd redditio malæ cauſæ excuſat teſtem à dolo.

*Vbi requiritur dolus, non ſufficit nimia credulitas.*

5 ¶Sed huc vergit,quod voluit Ang.in l.mariti.§.plectitur.ff.de adulte.quòd vbi requitur dolus, non ſufficit nimia credulitas.Cui non abſimile eſt,quod idem dicit in l.j.in princip.ad fi.ff.de eo per quẽ fact.erit.quòd quælibet credulitas etiam fatua excuſat à dolo & pœna. quod & idem voluit Franc. Aret.conſi.lxxx.ſicut decet.col.1.verſ.pro his facit.Et quod dicit idem Ang.in d.l.plagij.C.de plagiar.quòd temeritas à dolo excuſat.& Imo.in l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.quòd credulitas beſtialis à dolo etiam excuſat,

*Modica & iniuſta cauſa excuſat à contumacia, quæ eſt delictum.*

6 ¶Adde,quòd à cõtumacia quæ & ipſa eſt delictum.l.omne delictum.in prin.& ibi Bart.ff.de re milit.cum ſimilib.excuſat etiã modica & iniuſta cauſa.gl.in l.vnica.§.vlt.in gl. magna.in fi.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.quam ſequuntur Bart.Bald.vterque Saly.Ang.Paul.Caſt.qui illam facit ſing.& recentiores ibi.& Bald.in l.ea quæ.circa fi.C.quomod.& quan.iudex.vbi tamen limitat, & in d.l. deberi.C.de fideicom.liber.vbi eam facit ſing.& in c.plerunque.col.pen.verſ.quæro quare negligentia.de reſcrip.Ang.in l.Imperator.ff.de ſtat.homi.& in d.l.prætor.§.hæc actio.ff. vibono.raptor. & in l.1.§.3.ff.de vi & vi armat.& Rom.d.conſ.ccxxiiij.fermè in medio.& in rep.rub.ff.de arbit.col.21. verſi.item facit alia glo.Paul.Caſt.in l.Celſus ff.de vſuca.Fran.Aret.in l.iuris ignoran.in fi.C.qui admit.ad bono.poſſ.vbi illam glo.dicit auream.

7 ¶Eſtque illi gl.alia ſimilis in dict.l.ex conſenſu.ff.de appel.quam Ang.Raph. Cu. & omnes ſequuntur,& eam etiam facit ſing.Bald.in d.l.j.ff.ſi quis ius dic.& Barb.dict.conſi.lxxvij. col. ij. lib. 4. Alia quoque in l.ſatiſque.ff.de in ius vocan.An tamen ſit vndecunque verum,vide per Bald. in ca. cùm parati.in fi.de appel.Alex.& Iaſ.in d.l.j.§.vlt.ff.ſi quis ius dicen.& eundem Alex.in d.l.qui Romę.§. duo fratres.col.vij.verſ.ſed hæc diſtin.ff.de verb.oblig.& ipſum Iaſ.in l.vlt.col.vlt.verſic.tertiò nota quòd.C.de Carb.edicto.vide omninò Hipp.tit.de quæſt.fol.31.col.2.poſt prin.

*Sẽtentia nulla & inualida excuſat à dolo.*

8 ¶Nec longè abeſt ab his quæ diximus,quod voluit Bart.& alij poſt eum,in l.iuſtè poſsidet.in fin.ff. de acq.poſſ.Sententiam nullam,atque inualidam excuſare à dolo,per d.l.igitur.ff.de liber.cau.& ſequitur Alex.conſ.clx.cuius caput eſt,viſis narratis.col.2.verſ.ſed præmiſsis non obſtantibus.lib.vij. Sed & idem voluit Paul.Caſt.conſ.ccvij.in cauſa quæ vertitur,ante fi.lib.2.per illam ipſam l.igitur.

*Cauſa iniuſta ad doli excluſionẽ allegata nõ præſumitur aliquem ſimpliciter mouiſſe, ſed animus delinquendi.*

9 ¶Sed illud notandum eſt,quod dicit Bart. in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.quòd cùm quis ad ſuam excuſationem,& doli excluſionem,allegat huiuſmodi cauſam iniuſtam,certè non præſumitur talis iniuſta cauſa mouiſſe delinquentem,ſed dolus potius,& animus delinquendi, niſi per probabiles, vehementéſque coniecturas id ipſum probauerit.& idem voluit ipſe Bart.loquens de errore iuris. & Ang.in l.ſed & ſi lege.§.Seiæ.ff.de peti.hære.& idem Ang.Imo.& expreſsius Raph.in d.l. ex cõſenſu.§.vlt.ff.de appel.& Philip.Corn.conſ.cclxxx.laborioſa plurimùm.col.2.verſ.nec poſſunt ſe excuſare.lib.iiij.& Fran.Aret.qui hoc pro ſing.celebrat.d.conſ.lxxx.& Alex. conſ. ciij. videtur prima conſideratione.col.pe.verſ.& dato quòd comes.lib.1.

*Quæ aduerſentur prædictis.*

10 ¶Illud quoque non prætermittendum,huic quod in vniuerſum diximus, iniuſtam cauſam à dolo excuſare,aduerſari tex.in l.doli verbum,ibi,vel alia probata,atque iuſta ratione. ff. de ſeruo corrupto,vbi non niſi iuſta,aut probata cauſa à dolo excuſat:& alius tex.in l.3.§.& generaliter.ff.de li.homi.exhiben.vbi non videtur dolo malo facere,qui iuſtam cauſam habet hominis liberi apud ſe retinendi:tanquam ſit ſecus,ſi iniuſtam cauſam habeat.Id quod expreſsius oſtenditur in §.ſeq.vbi dicitur dolo malo retinere,qui non bona,vel probata ratione hoc facit: ideò cogita quid his reſpondeas,præterquàm ſi dicas non omnino excuſare, id eſt,à toto,ſed à tanto:ſic enim ſæpè dicimus in ſimilibus cauſis.

*Delictum calumniatoris nõ excuſat iniuſta cauſa.*

11 ¶Sed nec illud omiſerim, id quod dictum eſt,iniuſtam etiam cauſam excuſare à dolo,ſing.limitari à Baldo in l.qui non probaſſe.in 2.not.C.de calum.procedere in delictis extraiudicialibus: in delictis verò, quæ in iudicio committuntur,ſicut eſt delictum calumniatoris,non excuſat iniuſta cauſa à præſumpta calumnia,arg.illius tex.à contrario ſenſu.Quod dictum not.perpetuò, quia pauci illud ponderauerunt.

12 ¶Sed & hoc alio modo limitat idem Bald.in l.qui contra. C.de inceſt nupt. in ſecunda lectione, vt videlicèt hoc procedat,quando exigitur verus dolus:ſecus ſi ſufficiat dolus prẽſumptus,vt lata culpa,per tex.ibi,& hoc dicit eſſe notandum.

*Tertia limitatio ad prædicta*

13 ¶Hoc quoque tertiò limitare poteris,vt non procedat,vbi huiuſmodi cauſa eſſet reprobata à iure natura

naturali,aut etiam ciuili notorio,& indubitato,vt voluit Ang.in d. l. ex conſenſu. §. vlt. & ibi poſt eum Imo.col.17.verſ.à dolo autem vero.ff.de appellat.Alex.d.conſ.103.quo loco ſuprà citauimus, lib.j.& Franc.Curt.conſ.lvj.incip. ſuper proceſſu.col.vj. verſiculo quia bene ſcribit, de qua re item alibi diximus.

*Quælibet cauſa etiã iniuſta à dolo excuſat.*

14 ¶Sed & quarto modo potes limitare,vt videlicet quælibet cauſa etiam iniuſta à dolo excuſet,non etiam à lata culpa,vt pulchrè voluit Bartolus & alij,ſi bene aduertas, in dicta l. iuſtè poſsidet. ff. de acquir.poſſeſ.id quod Iaſon ibi reputat notabile.& id quidem videtur voluiſſe Bald.in d.l.qui contra.C.de inceſt.nupt.

## CAVSA QVADRAGESIMAQVARTA.

*Mitius puniendi qui in omittendo tantum delinquunt, quàm quis in committendo.*

1 QVADRAGESIMO QVARTO, mitius ſunt puniendi,qui in omittendo tantum delinquunt,quàm qui in committendo:illi enim leuius delinquunt, vt voluit gloſſ.illa omnibus notan.in l.ſi mora.ff.ſol.mat.cum qua plerique omnes conueniunt, vt paulò inferius demonſtrabimus.Sed primùm videri poteſt grauius eſſe aut certè non leuius,quod in omittendo eſt quàm quod in committendo ídque multis rationibus.In primis enim iudex,qui per imperitiam aliquem contra ius condemnat,& ſic in faciendo delinquit, ſolùm punitur,quantum videtur æquum religioni iudicantis.l.vlt.ff.de var. & extr. cognit. & l. ex maleficiis.§.ſi iudex.ff.de actio.& oblig.& §.j.in prin.Inſtit.de oblig.quę ex quaſi delict.naſc.At iudex,qui omiſit condemnare in id,quod debuit,& ſic in omittendo deliquit, punitur inſolidum ad integrum intereſſe.l.properandum.§.ſin autem alterutra.& §.ſancimus.C.de iudi. vbi ex hoc not. Ang.& Pau.Caſt.quòd grauius delinquit iudex in omittendo,quàm in committendo.

*Ex negligentia interdũ iudex punitur criminaliter.*

2 ¶Quin etiam iudex interdum ex omiſsione,& negligentia punitur criminaliter.l.mancipia.cum gl. & ibi Bald.& Ang.C.de ſer.fugi.& §.j.in auth.vt dif.iudi.per quem hoc ipſum not.Bart.in d.l.vlt.in fi.ff.de extraor.cogni.vſque adeò quidem,vt ex hoc morte plectatur.l.addictos.C.de epiſ.audi.& l. vlt.C.ad leg.Iul.de vi.publ.& ibi not.Ang.& l.1.C.de priua.carce.ex quo not.Ang.ibi,iuncto tex.in l.j.C.ad leg.Iul.maieſt.quòd magis punitur negligens,quàm faciens.quod & idem no.Alex.in addi. Bartol.in dict.l.vltim. de extraord. cogni. vbi & ipſe rationem adducit, qua oſtendit plus peccare iudicem qui negligit,quàm qui imprudenter malè iudicat.Et faciunt quæ ſuprà diximus poſt prin. huius gloſſ.

*Minus uitiat inepta expreſſio quàm omiſſio.*

3 ¶Secundò,in hanc partem facit,quod dicit Bart.in l.demonſtratio falſa.in princ.in vij. quæſt. ff. de cond.& demon.quòd minus vitiat inepta.vel erronea expreſsio,quàm omiſsio,per text.in l.vnic.in prin.C.de rei vxor.actio.

4 ¶Tertiò,id quoque Platonis legibus comprobatur,qui omnium philoſophorum grauiſsimus fuit, & rerum omnium nedum peccatorum iuſtus æſtimator.Is enim in eodem genere delicti non ęquè quidem,vt Moyſes,ſed grauius omiſsionem, quàm commiſsionem puniuit. Nam ſi quis furtum commiſerit,duplum tantùm reddi iuſsit.lib.de legibus 9.Alibi verò liberum qui ſciens furtum non indicauerit,infamem eſſe.Seruum morte ſupplicium luere voluit.Grauius ergo puniuit eum, qui furtum non indicauerit,quàm qui illud ipſum perpetrarit.

*Silentium grauius quàm peccatum locutionis.*

5 ¶Quartò,quòd voluit Alex.Ales,à quo tanquàm doctrinæ quodam ſeminario multi viri Theologiæ peritiſsimi prodiere,in 2.parte ſuæ Summæ,quæſt.138.ſilentium grauius, quàm peccatum locutionis,ídque multis rationibus,& argumentis,vt alia quoque,comprobat.

6 ¶Quintò,quòd ſaltem ſint æqualia crimina in committendo,& omittendo,facit tex.no.in l.necare ff.de lib.agnoſc.vbi necare videtur non tantùm qui partum perfocat, ſed & is,qui alimoniam denegat.& eſt ſimilis tex.in c.paſce.lxxxvj.diſt.cuius hæc verba ſunt,Quiſquis paſcendo homines ſeruare poteris,ſi non paueris, fame occidiſti.& c.decimæ.ante fin. 16.q.j.& c.inter cætera. 22. q.4.vbi matricidium,& fratricidium vocatur,matri,& fratri indigentibus nihil alimoniæ impendere, ſicuti & hoc no.glo.ibi.

*Qui ſuccurrere poteſt perituro,ſic nõ ſuccurrit, occidit.*

7 ¶Quibus & ſimile eſt quod ſcribit D.Auguſtinus lib.xv.contra Fauſtum:iuſtud,inquit,pręceptum, quod eſt,non occides,ex eiuſdem erroris peruerſitate non ſeruas. Itaque ſi incurras in eum famelicum,qui mori poſsit,niſi porrigendo cibum,ſubuenias,iam tu homicida teneberis.Et glo.quam ordinariam Theologi vocant,enarrans illud Exodi 20.Non occides, ita inquit:manu, & mente, vel ſubtrahendo ſubſidium vitæ,ei cui dare debes.Et alibi Deutero. v. in expoſitione eiuſdem præcepti,Non occides,re,(inquit)vel voluntate: qui enim odit fratrem, homicida eſt, vel ſubtrahendo quod poteſt præſtare.Nec longè abeſt illud Lactantij diuinarum inſtitutionum, lib. vj. cui de vero cultu titulus eſt,cap.11.Qui ſuccurrere perituro poteſt,ſi non ſuccurrerit, occidit.

*Galla non eſt deterior quæ filios patitur fame perire.*

8 ¶Epigrammatarius Martialis vt de Ethnicis quoque loquamur, Pontiam quandam,quæ duos filios veneno necauerat,de qua Iuuenalis Saty.6.

*Túne duos vna ſeuiſsima vipera cœna*
*Túne duos. &c.*

aſſerit non eſſe Galla deteriorem,quæ patiebatur filios fame necare.huius autem carmen eſt huiuſmodi lib.2.epigram.34.in Gallam ipſam:

*Cùm placeat Phileros tota tibi dote redemptus,*





*Tres pateris natos Galla perire fame.*
*Præſtatur cano tanta indulgentia cunno,*
*Quem nec caſta poteſt iam decuiſſe Venus.*
*Perpetuam Dij te faciant Philerotis amicam,*
*O mater,qua nec Pontia deterior.*

9 ¶Sextò non diſsimile eſt,quod authoritate diuinorum ſcriptorum dicitur,non minùs criminis perpetrare,qui indigentibus denegat,quàm qui habenti ſubtrahit, vt eſt text.in ſumma xlij.diſt.vbi ex ſententia D.Hieronymi aliena rapere conuincitur,qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.& cap. ſicut hi.ante fin.xlvij.diſt.vbi D. Ambroſius, Neque enim (ait) minùs eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſsis, & abundans ſis, indigentibus denegare. cuius ſententiæ authoritate concludit Alexand. Ales,in tertia parte Summæ,quæſt.xxxvj.membro v.arti. j. Non minùs eos furtum committere,& rapinam qui pauperibus non ſubueniunt:quàm qui aliena furantur,& rapiunt.Et facit in eandem rem tex.in c.nolo.xij.quæſt.j.& c.aurum.xij.q.ij.& quod habetur in c.ſæpè.& ibi gl. de reſti.ſpol.cum ſimilib.

*Nõ minus peccat qui indigẽtibus denegat, quàm qui habẽti ſubtrahit.*

10 ¶Ex quo fit,vt dixerit gl.in d.c.ſicut hi.in verbo,eſurientium.quòd pauperes poſſunt eccleſiæ eum denuntiare,qui non dat,vt eum cogat dare.argum.cap.ad apoſtolicam.de ſimo. quam gl. facit ſing. Rom.in repe.l.ſi verò.§ de viro.in xxv.fall.ff.ſol.matri.in iij.artic.& Fran.Are.conſ.xlviij.reuocatur in dubium.& ſequitur Specul.tit.de inſtrum.edi.§.nunc aliqua.col.vij.verſi.ſed an pauperes. Panor. & Felin. in cap.humanum genus.j.diſt.Idem Panor.& Ioan.Ana.in cap. ſi quis per neceſsitatem. de furt.idem Panor.in cap.at ſi clerici.§.de adulteriis.de iudi.Ioan.Ana.in d.c.ad apoſtolicam.de ſimo. Anto.& Imo.in c.j.de emp.& vendi.Ia.Zochus in c.inter opera.de ſponſa.Firmi.in tract. de epiſcopo.in iiij.parte.lib.iiij.col.j.verſi.& epiſcopus.Feli.in cap.j.de offic.ordin.& in cap. ſi qui teſtium. ante fin.de teſti.Et idem fermè voluerunt duæ aliæ gl.quas ſoli ex ſupradictis Firmi. & Felin. citauerunt in c.domino.in verbo,neceſſe.50.diſt.& in cap.exigunt.j. quæſt. vij. cùm dicunt eleemoſynam poſſe peti officio iudicis.

*Pauperes poſſunt eccleſiæ denũtiare qui nõ dat,ut eum cogat dare.*

11 ¶Septimò inuadere videtur res alienas,qui quod debet,non ſoluit,vt eſt tex.in c.decimæ.xvj.quęſt. 1.vbi in hæc verba ſcribitur, Decimæ ex debito requiruntur:& qui eas dare noluerunt, res alienas inuadunt.& eſt fermè ſimilis tex.in d.c.ſæpè.de reſtit.ſpol.vbi expreſsè dicitur: quòd non multùm intereſt,an iniuſtè detineas,an inuadas alienum,& ibi concord.in gloſſa.

*Quod debet nõ ſoluẽs,res alienas inuadẽs uidetur.*

12 ¶Octauò,quod voluit gl.not.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſolut.matri.eſſe paria, ſi maritus vxorem interemerit,quod in faciendo eſt,& ſi illam ægrotantem contempſerit, atque dereliquerit, aut, vt dicunt Bald.Raph.Paul.de Caſt.& Iaſon ibi,ſi vxori alimenta,atque alia neceſſaria non ſuppeditauerit,vnde illa moriatur.quod & idem voluit ipſe Bald.in l.quod in vxorem.C. de nego. geſt. Et pro dicto illius gl.eſt bonus tex.in l.ſi ſeruum.in princ.ff.de verb.oblig.vbi paria ſunt, vel quòd quis promiſſum à ſe ſeruum interficiat,vel quòd eum morbo laborantem derelinquat. Et per illam gloſſ. dicit Bald.in l.ſi captiui.poſt prin C.de epi.& cler.quod eum quis necare videtur,quem à carcere in quo moritur,non ſubducit.vide Catellianum,in verbo,maritus punitur.

*Si maritus ægrotantẽ uxorem deſerit,idẽ eſt ac ſi occiderit.*

13 ¶Nonò,qui patitur,quod prohibere poteſt,id ipſum facere videtur,vt not.l.gl.in l.adigere.ff de iur. patro.per illum tex.vbi adigere libertam iureiur.ne nubat.intelligitur etiam is, qui eam iurare patitur.& l.quid ergo.§.certè.verſi.certè.ff.de his qui not.infa.vbi qui filium,vel filiam conſtituere patitur,ipſe quodammodo feciſſe videtur.& ibi gl.idem not.quòd præcedens.& allegat multas cõcord. vltra quas adde tex.nota.in l.penulti.C.de cano.largi.titul.lib.x.vbi pari pœna punitur officialis, qui non prohibet illicitas exactiones,& ſic in omittendo delinquit,atque is qui eas facit,& ibi Bal.eum tex.ad hoc not.expreſsè,& etiam tex.in capit.ſicut dignum.§.illi etiam.de homicid. Qui potuit (inquit)liberare à morte hominem,& non liberauit,illum occidit:vt non immeritò Maria,in repet.ca. ad euidentiam.in xcv.quæſt.vij.quæſt.princ.eod.tit.cenſuerit illum irregularem eſſe,qui non prohibuerit hominem occidere,cùm poſſet,& alia multa in id allegat.

*Qui patitur quod prohibere poteſt, id ipſum facere uidetur.*

Et huc quoque ſpectat textus in canone lxxxvj.diſtin.& meliùs in can.non miſerenda,xxiij.q.iij. vbi hæc verba ex D.Ambroſio adſcribuntur:qui non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio,quàm ille qui facit.& cap.præterea xxiij.quæſt.viij. vbi hæc quoque ſcribitur ſententia; Qui crimina quæ poteſt emendare,non corrigit,ipſe committit.

14 ¶Senecæ quoque tragœdiographi in Hercule furente,ſententia eſt;

*Qui non vetat peccare,cùm poſsit,iubet.*

Eiuſdem,aut alterius,vt plerique credunt,minus eſt,

*Qui ſuccurrere perituro poteſt,cum non ſuccurrit,occidit,*

Ex legibus Lacedæmoniorum qui ſe præſente delinquentem nõ obiurgaſſet, pari caſtigationi erat obnoxius,cui etiam delinquens ipſe,vt teſtis eſt Plutarchus in Apoh.Laconicis. Ex legibus quoq; Platonis ad fi.lib.9.æquè punitur qui aliorum iniurias,cùm prohibere poſsit,non prohibet, atque is qui facit. Agapetus in libello admonitorio,quem ad Iuſtinianum Imperatorem ſcripſit,

ἴσον τῷ πλημμελεῖν,τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας λογίζου.

id eſt,Iuxtà peccare,& peccantes non cohibere,æſtima.

*Aequè punitur qui aliorũ iniurias cũ poteſt prohibere, non prohibet, atque is qui facit.*

15 ¶Decimò,tam falſus eſt,& de falſo punitur teſtis,qui verum ſupprimit,omittítque dicere,quàm qui falſum aſſerit.l.præſcriptione.& ibi Iacobus Butrig.& Bart.in fi.& Iaſ. C. ſi contra ius vel vtil.publi.

*Tam punitur de falſo teſtis,*

*qui uerũ ſupprimit, quàm qui falſum aſſerit.*

& l.presbyteri.& ibi etiam Bar.& Bal.C.de epiſc.& cleric.& expreſsiùs in cap.j.& ibi Imo.& Panor.& alij,de crimin.fal.& in can.quiſquis.11.q.3.& §.1.& ibi Ang.in auth.de teſtib.& Bart.in l.ea quæ.ff. de contra.emp.& in l.data.col.vj.verſi.falſus teſtis.C.qui accuſ.non poſſ.& in l.iij.paulò ante fi.C.de cal.vbi & ad hoc allegat l.nec exemplum.C.de fal.& alia iura.& idem Bal. in l.argentarius.§.cùm autem.& ibi etiam Ang.ff.de eden.& ipſe Bal.in l.idem & ſi.§.ſi.tibi.poſt prin.ff.de condict.ob turp. cauſ.vbi id tamẽ dicit procedere in teſte producto,& iurato,non in contumace,qui videlicet nõ vult venire,aut iurare.& ipſe Bal.in cap.j.tit.ſi de inueſt.int.domi.& vaſal.lis ori.& in ca.ab excõmunicato.circa medium.de reſcrip.vbi ad id dicit notan.dict.l.presbyteri.& in c.fraternitatis.in fi.de teſtib.& in ſua Margarit.in verbo,teſtis.Petr.Anch.conſi.ccxxiiij.iſte dominus executor.col.j.Alex. conſi. ij.aliàs xj.viſo proceſſu in cauſa inquiſitionis.colum.iij.verſi.alia ratione non probat.lib.7.& Guido Papæ conſi.ccxj.iuxta materiam proceſſus.col.j.& Fely.in cap.ij.col.j.de teſtibus cogen.vbi limitat tribus modis.& nouiſsimè Hipp.Marſi.in rub.ff.ad leg.Corn.de falſ.col.iij.verſi.vlteriùs circa hanc.& in l.j.§.ſed & ſi quis.eo.tit.

*Vt turpe ſcribere quod non debeatur, ita improbum non referre quod debeas.*

16 ¶Quod etiam procedit in notario,vt dicit Bart.in d.l.presbyteri.& Bal.in l.iubemus.ad fin.C.de teſta.& Pet.Anc.conſi.ccxxiiij.iſte dominus executor.col.j.Atque etiam in alio, qui cùm dictaret inſtrumentum notario,doloſè omiſit quædam neceſſaria,vt voluit Bart.in l. ſi quis obrepſerit. verſic. quæro cùm pars dictaret.ff.ad leg.Corn.de falſis.Et huic certè capiti concinit, quod ſcribit Cicero in oratione pro Roſcio Comedo poſt prin.Nam quemadmodum turpe eſt ſcribere, quod non debeatur:ſic improbum eſt non referre,quod debeas.Aequè enim tabulæ condemnantur eius,qui verum non retulit:& eius,qui falſum perſcripſit.

D.Auguſtinus lib.j.de verbis Domini,Reus eſt,& qui mendacium loquitur:& qui veritatem tacet:ille,quia nocere cupit:iſte,quia prodeſſe non vult.

17 ¶Vndecimò,tantùm peccat,qui non facit,quod debet,quantùm qui facit,quod nõ debet.argu.can.1.16.q.6.& cap.abbates.18.q.2.& can.ſi cuſtos.27.q.1.& ibi hoc not.Archi.& Hug.& etiam Lucas de Pen.in l.omnes iudices.col.v.verſi.& nota quòd interdum.C.de Decur.lib.x.

18 ¶Duodecimò,quod no.voluit Inno.ille Cano.facilè princeps in cap.tua nos.col.j.de hom.quòd medicus ita peccat omittendo medicinas propitias,ſicut dando non propitias.

19 ¶Decimotertiò,quod ſcriptum reliquit D.Hieronymus:Non ideò (ait) putes aliqua contemnenda eſſe mandata,quia leuiora ſunt.Tam enim maxima illa, quàm minima imperata ſunt: & contemptus cuiuſque præcepti,præcipientis iniuria eſt:in quouis præcepto, in quouis gradu æquale peccatum eſt,vel prohibita admittere,vel iuſſa non facere.Feli.in cap.cum dilecta.col. xvij. in x. ampliatione.extrà de reſcrip.in nouis.

*Idem piaculum peccati in omittendo,& in faciendo.*

20 ¶Decimoquartò,confirmo authoritate legis Moſaicæ.Nam cum Leuitici iiij.inſtitutum ſit ſacrificium pro peccato,quod in faciendo conſiſtit,nulla peccati quod in omittendo eſt, mentione facta, Nicol.Ly.in ea re Chriſtianos Bibliorum interpretes,vel reclamantibus Iudæis, ſecutus,huiuſmodi ſacrificium,& ad peccatum in omittendo trahit,tanquam vtriuſque ſit idem iudicium, eadem culpa & grauitas, idem piaculum ſubdens in ſacra ſcriptura omiſsionem, ſemper intelligi in commiſſione.Quam ego ſententiam veriſsimam eſſe arbitror:niſi enim illa ſacrificij inſtitutio pro cõmiſſo,ad commiſſum trahatur,videbitur lex Moſaica manca eſſe, nec ſufficienter data, cùm alibi nullum ſit aliud inſtitutum pro omiſſo ſacrificium.

21 ¶Decimoquintò,& id quoque comprobatur ex eo,quod ſcribitur eiuſdem Leuitici cap.v.Si peccauerit anima,& audierit vocem iurantis,teſtíſque fuerit,quòd ipſe vidit,aut conſcius eſt, niſi indicauerit,portabit iniquitatem ſuam.Quem locum enarrans Adamantius Origenes, Sciendum eſt(ait) quòd ſi quis ea quæ videt in delicto proximi ſui, vel non indicat, ſecundum regulam ſuperiùs datam,vel in teſtimonium vocatus non quæ vera ſunt dixerit, peccatum quod commiſit ille quem celat,ipſe ſuſcipiet,& pœna commiſsi reuoluetur ad conſcium.

*Minus peccatum in faciendo quàm in nõ faciẽdo ex Bartol.*

22 ¶Vltimò, ne authoritate alicuius è noſtris legum interpretibus iſta pars careat, hanc apertè tenuit Bart.(bone Deus quis author)in l.j.ff.de iur.patro.notans ex eo tex.ꝙ minus peccatum eſt in faciẽdo,quàm in non faciendo.Et in eam inclinare videtur Iaſon in duobus locis, videlicet in d.l.ſi mora.ff.ſol.matr.& in d.l.ſancimus.col.penult.verſic.ſextò not. C. de iudic. per aliquas quidem ex prædictis rationibus.

23 ¶Veruntamen Iaſon ( de Bart.autem quid ſentiam poſteà dicemus ) in hoc erraſſe ( pace tanti viri dixerim ) videtur, qui à tam vulgata, ab omnibúſque probata ſententia deſciuerit, nixus leuibus admodum, infirmiſque atque exilibus argumentis, & rationibus. Nam apud omnes in confeſſo eſt, delictum quod in committendo conſiſtit, grauius eſſe, ideóque ſeueriùs plecti oportere cæteris paribus, quàm quod in omittendo eſt. Nam primùm, vt à diuinis ſcriptoribus incipiam, ita voluit Diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione ſeptuageſimanona, articulo quarto, vbi poſt multa in vtranque partem adducta, tandem concludendo dicit, quòd peccatum tantum eſt graue, quantum à virtute diſtat: contrarietas autem eſt maxima diſtantia, vt dicit Philoſophus x. Metaphyſicæ, vnde contrarium magis diſtat à ſuo contrario, quàm ſimplex eius negatio, ſicut nigrum plus diſtat ab albo, quàm ſimpliciter non album. Omne nigrum eſt non album, ſed non conuertitur. Manifeſtum eſt autem, quòd commiſsio, ſiue tranſgreſsio contrariatur actui virtutis: omiſsio verò importat negationem illius: puta peccatum omiſsionis eſt, ſi quis debitam

reuerentiam



reuerentiam parentibus non exhibeat,peccatum autem tranſgreſsionis, ſi contumeliam, vel iniuriam eis inferat,quod eſt grauius:vnde manifeſtum eſt quòd ſimpliciter,& abſolutè loquẽdo,tranſgreſsio eſt grauius peccatum,quam omiſsio,licèt aliqua omiſsio poſsit eſſe grauior aliqua trãſgreſſione.hæc Thomas.Ex quibus colligere poſſumus apertam ſolutionem ad multa pro contraria parte allegata. Et ante eum,licèt non alleget,vt aliàs ſemper,idem ſcribit Alex.Ales,eius præceptor in ij.parte Summæ,quæſtio. cxxx.membro vj.vbi & hoc copioſè diſſerit,multáque obiecta ſcitiſsimè diſſoluit,& rurſum quæſt.ſeq.membro ij.& D.Bonauen.lib.ij.ſenten.diſt.iiij.arti.j.q.j.vbi etiam plus dicit,quòd licèt committere in præceptum,ſit ſemper peccatum: non tamen omittere præceptum ſemper peccatum eſt: ſed ſolùm cùm actus ipſe omittitur, non autem circunſtantiæ actus &c.Et idem alibi in eodem ij.lib.videlicet diſt.xlij.ſuper tex.dicit,quòd non omnis omiſsio bonæ circunſtantiæ dicitur delictum, ſed tantùm omiſsio boni actus debiti. quod & idem dicit ipſe Thomas quo loco nuper citauimus articulo tertio.

24 ¶Et vt ad noſtros tandem veniamus,iam diximus gl. eſſe in ea ſentẽtia vt delictum commiſsionis ſit grauius delicto omiſsionis,in d.l.ſi mora.ff.ſol.matri. quam literis aureis ſcribendam dicit Bald. ibi,& ſequuntur Imo.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.& omnes præter Iaſ.ibi,& Bal.in l.legis virtus.ff.de legib.& in l.Imperator.in j.l.col.pe.ff.de ſtatu.ho.& in l.j.in princ.ff.de eo per quem fac.erit. vbi dicit per eam,quia licèt vna culpa compenſetur cum alia, vt dicit gl.ibi, tamen leuiſsima culpa in faciendo non compenſatur cum alia leuiſsima in omittendo:quia prima eſt grauior.& l.omnes iudices.col.iiij.in verb.quinquaginta.C.de decur.lib.x.& in c.ex literis.col.iij.verſi.pone duo ſunt ſtatuta.& in ſua margarita,in verbo,culpa.vbi illam glo.dicit ſing.& Pet.Anc.in repet.c.peccatum.in v. oppo.de reg.iur.lib.vj.& conſi.clviij.ex narratis in facto.col.vj.verſi.de ſuis autem.& conſi.ccccxj.& prima facie videtur.col.j.& Rom.conſi.cccxxx.circa primum.col.vlt.Barb.in l.ij.§.vlt.col.v.& iterũ in l.ſi ex ſtipulatu.col.vj.ff.de verb.oblig.& conſi.iij.clementiſsimi Dei patris.col.ij.lib.ij.& in repet. c.Raynaldus.col.lij.ego adduco rationem de teſta.& Philip.Corn.conſi.lj.in hac conſultatione.col. iij.in fi.lib.j.& conſi.clxxviij.circa primam conſultationem.col.ij.eo.lib.j.vbi dicit illam gl.communiter reputari ſing.& conſi.xxxviij.quanuis in præſenti.col.pen.verſi.item poteſt dici.lib.ij. & conſi. xl.in hac conſultatione.col.ij.verſi.& inſuper.eod.lib.ij.Phil.Dec.in l.poſthumo.col.v.verſi. prætereà magis. C. de bono.poſſ.contra tab.& conſi.xxxvij.in cauſa rigoroſæ accuſationis.col.v. verſi.ſecunda ratio eſt.& conſi.cxcij.in caſu propoſito. col.ij. vbi per hoc pulchrè concordat duas opiniones ſuper liberatione tutoris à teſtatore facta, de non reddendo rationem, nec inuentarium conficiendo:vt videlicet per hoc liberetur tutor à dolo in omittendo,non in committẽdo. & Iaſ.ipſe ſibi repugnans in l.ij.col.iiij.verſic.ſed ego ſtrictus.C.de iure emphyt.& in l.vlt.col.xxxiij.verſic. & pro hac ſententia.eod.tit.& in authen.qui rem.col.ij.C.de ſacr.eccleſ.& in l.nemo.col.ij.ff.de verb. obli.& iterum in l.inter ſtipulantem.§.Stichum.ff.eo.& iterum in l.ſi ſeruum Stichum.§.ſequitur.col. ij. verſi.quintò not.eo.quoque tit.& in l.qui Romæ.§.cohæredes.col.v.verſi.confirmatur, quia mora. eo.tit.& in l.ſi quis iniquum.§.ſi filius meus.ff.ſi quis cauſ.

*Leuiſsima culpa in faciendo non compenſatur cum alia leuiſsima in omittendo.*

25 ¶Sed & alia gl.quæ hoc quoque voluit,videlicet in l.ij.ff.de S.C.Syllan. quam etiam ponderat Bal. in rub.extrà,de treug.& pac.circa princ.vbi eam quoque facit ſing.& Paul.Caſtr.in l.j.C. de repud. bono.poſſ.Alia item cæteris expreſsior in l.lege Cornelia.in prin.ff.de S.C.Syllanian. quam ad hoc annotauit Lucas Pen.in d.l.omnes iudices.col.iiij.in verbo,quinquaginta.C.de Decur.lib.x.& Cornæus d.conſi.clxxviij.circa primam.lib.j.l.ij.& ibi,Bal.col.ij.& Paul.Caſt.col.vlt.C. de liber. & eor. liber.Alia quoque in l.ſi ſeruum.in gl.ij.ff.de verb.oblig.Et pro illis gl.facit optimè tex.in l.qui vas. §.j.ff.de furt.& in d.l.j.ff.de iur.patro.

*De eodem ex aliis auctoribus.*

26 ¶Et hoc certè vltra prædictos voluit Pe.de Bel.Per.in §.vlt.Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. cùm dicit,grauius eſſe facere,quàm non facere.per tex.in l.iiij.ff.de impen.in reb.dot.fact. & in l. ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.& voluit item Cy.in auth.qui rem in v.q.C.de ſacro.eccleſ. & Io. Fab.in §.non autem omnes.circa prin.Inſtit.de perpet.& tempor.actio.per tex.in l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem,& ibi not.de actio.empti.& in l.ei apud.in prin.ff.depoſiti.ex hócque dicit Fab. vbi ſuprà, quòd cùm delicta quantò ſunt grauiora, plúſque concernunt delictum defuncti, tantò ſunt minùs tranſmiſsibilia in hæredes:ideò actio,quæ datur in officiales,& magiſtratus,ob delictum, vel quaſi, quod conſiſtit in omittendo,non tranſit in hæredes.l.Iulianus.ff.de iudic.Si autem in committendo deliquerint,tranſit.l.iiij.§.vlt.ff.de dam.infec.In hac quoque opinione eſt Bar.in l.cùm par delictum. ff.de regu.iur.& in l.licèt.§.vlt.aliàs.§.ſi filius.eius initij ij.ff. de pecul.vbi hoc dicit per illum text.& Bal.in l.nulla.in iij.no.C.de his quib.vt indig.& Saly.in l.vlt.col.pen.C.de iur.emphyt. Raph. Cum. conſi.clxiiij.prælatus certę eccleſiæ.col.iij.verſi.cùm igitur conditio.Io.Ana.in cap.qualiter & quando.§.vlt.col.vj.de accu.

*Grauius eſt facere quàm non facere.*

27 ¶Ex hoc dicebat Dy.in d.l.ij.per glo.ibi,quam ſuprà allegauimus.ff.de S.C.Sylla. leges prohibentes tranſigere,vel paciſci ſuper criminibus publicis.l.tranſire.C.de tranſact.intelligendas in criminibus, quæ in committendo conſiſtunt:ſecus ſi in omittendo.quod & idem voluit ipſe Dyn.in l.j. §. vſqueadeò.ff.de iniur.& Cy.in d.l.tranſigere.& Barb.in repe.cap.Raynaldus.col.lij. verſi. ego adduco rationem.& iterum col.cclij.verſi.pro dicto tamen.de teſta.vbi ad hoc facit ſing.glo.in d.l.ij.ff.ad Sylla. De quo tamen vide Bart.in d.l.ij.vide Bal.in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.& omninò vide in conſuetudine Bituri.fol.41.col.ij.in medio,vſque ad fin.

*Leges prohibẽtes tranſigere, ſuper criminibus,in committẽdo conſiſtũt.*

*Doloſus tenetur ad damna & intereſſe.*

28 ¶His quoque conuenit,quòd cùm doloſus teneatur ad damna,& intereſſe vt eſt text.in l. vlti. C.de magiſtratib.conuen.quæ quidem probato dolo, ſolo partium iuramento probantur : vt patet per l. ſemper.§.hoc interdictum.& ibi glo.& Doct.ff.quod vi aut clam.& l. ſi quando. & ibi etiam Doct. C.vnde vi.c.vlt.& ibi etiam gloſſ.& Doct.de eo quod met.cauſ.& glo.in c.delicti.de foro compe.& Doct.& in l.j.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.profe.& Bal.& Alexan.in l.qui accuſare.C. de eden. Iſtud tamen procedit,quando dolus conſiſtit in faciendo:ſecus ſi in omittendo, ſiue in non faciendo:nam tunc ad probãda damna, & intereſſe non ſufficeret iuramentum partis,ſed deberent plenè probari.tex.in l.argentarius.§,cùm autem.ff.de eden.& ibi Pet.Cy.Bal.Ang.Saly. Alex.& recentiores ad hoc notant.& facit ſing.Bal.in l.vlt.col.pe.in verſic.quintò quæro.C.de eden.& Alex.d.l. qui accuſare.in fi.& Iaſ.in l.ſi priùs.in ij.quæſt.princ. ff. de oper.noui nunt.& ita etiam voluerunt Cy. in iij.quæſt.Albert.Iaſ.& alij in d.l.ſi quando.C.vnde vi.Bar.Ang.Imo.& Alex.in d.l.ſi priùs. Bart.in l. ſi per alium.§.in eum.ff.ne quis eum qui in ius voca.vi exi.& Roma.in repe.l.admonendi.ff.de iureiur.& ibi Fran.Curt.in rep.char.xxij.col.iij.verſi.limitat tamen.vbi poſt Angel.in d.§.cùm autem.limitat,reddítque huius rei rationem,quoniam crimen in cõmittendo maius eſt, & grauius quàm in omittendo.& ipſe Rom.ſing.cccciij.Soci.in tract.fallen.regul.cxc.cuius eſt initium, intereſſe per ſolum iuramentum.

*Text. in cõtrarium præcedẽtium.*

29 ¶Quanquam in contrarium(ne illud omittamus)videtur eſſe tex.in l.in actionibus.§. planè. ſecundum veram lect.Azo.& ibi etiam Bart.Ang.Saly.Alex.& Iaſ.ff.de in lit.iuran. & videtur etiam voluiſſe glo.ſi ſolerter inſpiciatur.in l.nummis.eod.tit.& apertè Bart.in l.j.§.ſi ciſta.ff.depoſit. & Alex. conſi.ccxiij.quando dolus.poſt prin.& iterum col.ij.verſic.prætereà poteſt eſſe.lib.vij.vbi etiam allegat l ſi cui.§.j.ff.locat.

30 ¶Conuenit illi communiori ſententiæ & illud,quòd dolus commiſſus in faciendo,facit quem teneri de caſu,licèt non ſit ordinatus ad caſum, quia videlicet caſus propter ipſum dolum non euenit, vt eſt tex.in l.j.§.ſi rem.ff.depoſi.vbi hoc no.Pau.Caſt.dolus autem in non faciendo,non facit teneri de caſu.niſi quando eſt ordinatus ad ipſum caſum.l.& in totum.ff.de impen.in reb.dotal.fact.Pau.Caſt. in l.ſi vehenda.§.j.ff.ad leg.Rhod.de iact.

*Maior eſt culpa facere quã omittere.*

31 ¶Accedit & huc,quòd licèt leuiſsima culpa,quæ in faciendo conſiſtit,veniat in actionẽ legis Aquiliæ.l.in lege Aquilia. huius initij 2. ff.ad leg.Aquil.ſecus tamen,ſi in omittendo.tex.eſt not.l.ſi cuius. aliàs incipit,ſi vſusfructus.§.denique.ff.de vſufruct.quem ad hoc multùm not.Bar.Bald.Ang.ibi.dicitq; ipſe Bar.per illum limitari totum tit.ff.& C.ad leg.Aquil.& idem Bar.in l.qui bona.§. cùm inter.ff.de dam.infect.& Bal.in l.data.col.ij.verſi.ex hoc ſequitur.C.qui accuſ.non poſſ.vbi reddit huius rei rationem,quoniam eſt maior culpa facere,quàm omittere,per not.in d.l.ſi mora.& idẽ Bald. conſi.cxliiij.præſuppoſito communis Papiæ ſtatuto.col.j.lib.j.vbi ad hoc dicit not. illum text. quod conſil.repetitur errore impreſſorum in lib.iij.conſi.ccccij.& rurſum in lib.v.conſi.ccccxxxvj.& idẽ Bal.conſi.ccccxlj.quidam magiſter.in prin.eo.lib.j.vbi dicit illum tex.ſemper ad hoc allegari,& cõſ. cxxxiiij.niſi probetur culpa.lib.iiij.Ioan.Ana.in c.dilectus.col.vlt.de homici. & Iaſ. in l. ſi ſtipulatus eſſem abs te,col.ij.ad fi.ff.de verb.oblig.& in d.l.ij.de S.C.Sylla.vbi ad hoc facit ſing.gl.in d.§. denique.& Soci.conſi.liiij.viſa breui narratione.col.pen.lib.iiij.

32 ¶His adſtipulatur,quod à Bart.ſcriptum eſt in repet.l.quod Nerua.in vij.q.principal.verſi.itẽ quæro vtrùm culpa.ff.depo.quòd culpa leuiſsima in faciendo commiſſa æquiparatur & leui, & latæ culpæ in negligendo. vbi allegat corruptè,vt opinor,gl.in l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſolut.matr.cum vellet allegare gl.in d.l.ſi mora.eo.tit.

33 ¶Cui conſonat,quod ſcribit Bal.ipſe in d.l.data.vbi ſuprà citauimus, quòd leuis culpa in faciendo punitur etiam criminaliter.l.ſi fortuitu.ff.de incen.rui.nauf. Non autem ea quæ eſt in omittendo. l. qui ædes.ff.eod tit.ſequitur Ang.Are.in tract.maleficiorum.in verb.incendiario.col.ij.

34 ¶Et hanc ſententiam confirmat, quod pro leui culpa in faciendo commiſſa libertus in ſeruitutem reuocatur.l.ij.C.de liber.& eor. lib. Non etiam pro leui culpa in non faciendo. l. ſolo obſequij.C.de lib.cauſ.quam ita intelligunt gl.Bald.Saly.& alij in d.l.ij.

*Vbicunque debet alicui membrũ amputari, de manu intelligitur.*

35 ¶Huc autem vergit,quòd notarius delinquens in omittendo,fiſcúmque ita lædens,vel Rempub. vt quia doloſè omiſit ſcribere ſolutiones tributorum,punitur manus amputatione,vt eſt text. in §. coges.in auth.de mandat.prin.col.iij.& ibi gl.in verbo,manus amputationem.quæ notat (vt illud obiter attingam)quòd vbicunque debet alicui membrum amputari,de manu intelligitur,& ad hoc illam facit ſing.Ioan.Plat.in l.j C.de immu.nemi. conce. lib. x. Quòd ſi deliquerit in committendo, putà ſcripturam illicitam faciendo,lædénſque ob id Remp.debet comburi.tex.eſt in d.l.j. vbi ita illum intelligit,diſtinguitq; ab eo.§.coges.ipſe Io.Plat.

*Sententia lata contra abſentẽ ex falſis,eſt nulla ipſo iure.*

36 ¶Ad hoc reſpicit,quòd ſententia lata contra abſentem dolo aduerſarij,videlicet ex falſis allegationibus,eſt nulla ipſo iure.l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudic. Quòd ſi aduerſarius falſum non allegauit, ſed veritatem ſuppreſsit,putà quia omiſit allegare aliquam exceptionem abſenti competentem:valebit quidem ſententia mero iure,vt voluit Inno.in c.prætereà.de dila.& Ioan.Andr.in c. ſi duobus. de appel.& Matheſil.not.xviij.incip.nota,quòd ſententia.vbi & huius rei rationem reddit,quoniam minus eſt delictum facere ius verum aduerſarij,quàm falſum exprimere.cap.1.4.quæſt.4.

37 ¶Conſimile eſt quod Bal.dicit poſt glo.in l.j.C.de aduo. diuerſ.iudi.quòd ſecundum aliquos,ſi aduocatus alicuius præuaricatur, aliquid omittendo ſcienter, ex iſtáque omiſsione perdit cauſam,

valet



valet ſententia mero iure,éſtque opus in integrum reſtitutione.l.minor autem.§.j.ff.de minor.ſi autem præuaricatur committendo, putà reuelando parti aduerſæ ſecreta cauſæ, & illud inſtruendo, aut aliud huiuſmodi,ſententia eſt nulla ipſo iure,per d.l.j.quoniam,vt dicit Bald.maior eſt commiſſionis præuaricatio,quàm omiſsionis,vt in ſimili not.in d.l.ſi mora.

38 ¶Sed & conſimilem vim habet,quòd reſcriptum ſubreptitium dat iuriſdictionem mero iure.valet enim proceſſus,niſi opponatur ab initio:ſecus ſi ſit obreptitium,vt voluit Inno.in c.cum olim.de re iudi.& ſequitur Io.Fab.in l.præſcriptione,circa medium.C.ſi contra ius vel vtil.publ.per tex. in d.c. cùm olim,de reſcrip.

*Non eſt tãtum vitiũ tacere verum quàm mẽtiri.*

39 ¶Ex eodémque fonte manat,quod ſcribitur idem Inno.ac plerique ex antiquioribus, quòd etſi vitietur reſcriptum ad beneficium,quo quis ſe dicit nullum habere beneficium, cùm modicum, aut minùs ſufficiens habeat,c.ſi proponente.de reſcrip.Non tamen vitiatur ſi tacuerit ſe habere modicum quod habebat:veluti non ſit tantum vitium tacere verum,quàm mentiri. Sed tamen hæc opinio longè latéque exploſa eſt per gl.& Doct.in d.c.ſi proponente,& in c.propoſuiſti, eod.tit.Quorum ſententia decreto perpetuo comprobata eſt,in c.ſi motu proprio.de præben.lib.vj.ídque multis rationibus adductis per Bal.& alios in d.c.ſi proponente.

*Reſcripta ad lites nulla ſunt ex obreptione, non autem ſubreptione.*

40 ¶Et poſtquàm de reſcripto loquimur, illud quoque ſubiungẽdum eſt antequàm ad alia pergamus, quòd reſcripta ad lites nulla ſunt ex obreptione,non autem ex ſubreptione,quin ſunt per exceptionem annullãda, vt no.in c.cæterum.& c.plerunque,& c.ſi autem de reſcript.cum ſi Cuius rei rationem reddens Panorm.in c.quia circa,de conſan.& affi.quoniam deteſtabilius eſt falſum exprimere, quàm verum tacere.vbi tamen limitat non procedere in reſcriptis ad beneficia, aliiſque gratioſis, de quo latiùs per eum & alios in c.ad audientiam.eius initij.2.de reſcrip.& Socin.conſil.clxix.circa primum,in prin.lib.ij.

41 ¶Item ſi in reſcripto aliquid veritatis taceatur,illud ſolùm caput vitiatur,in quo ſubreptio facta eſt: non autem alia capita ab illo diſtincta,& ſeparata,vt eſt tex.in c.ſi eo tẽpore,de reſcript.lib.vj.quem ad hoc valde ſing.dicit Barb.conſ.xxxiij.bene etenim cuncta geruntur,col.ij.lib.iij. & not. etiam in c.fraternitatis,de hære.Quòd ſi falſum aliquid fuerit ſuggeſtum,non ſolùm articulus (vt cũ noſtris loquar)in quo id ipſum fuerit factum corruit,ſed & alij etiam ſeparati text. eſt in c.ſedes apoſtolica, de reſcrip.vbi not.Panor.multùm diſtare in reſcriptis,vtrùm verum taceatur, an verò exprimatur falſum:illic enim totum reſcriptum corruit,hîc ſolus articulus:quia non eſt ita odioſus tacẽs verum, ſicut exprimens falſum.& facit etiam ſing.tex.in d.c.ſi eo tempore, & allegat prætereà in arg.c.deteſtanda in prin.de conceſſ.præben.lib.vj.& idem voluit Barb.d.conſi.xxxiij.col.iij.ad fi.lib.

*Teſtis in parte falſus omninò falſus reputatur.*

42 ¶Nec hinc longè abeſt,quod in ſimili dicimus,quòd licèt teſtis in parte ſolùm falſus,omninò falſus reputetur,eiúſque teſtimonium non ſolùm in ea parte repellatur,ſed & in cæteris quoque etiam ſeparatis,vt voluit gl.in c.noſtra,in princi.de teſtibus.& glo.in c.ſi ad ſcripturas,ix.diſt.& c. quid ergo, xxiij.q.v.Inno.in d.c.fraternitatis.de hære.Bar.Bal.& alij in l.ſi ex falſis.C.de tranſac.Bald. in l.certi condictio,§.quoniam,col.pen.verſi.dicimus.ff.ſi cert.pet.& in l.ij C.de fideicom.libert.& in l.ſi veteris.C.de fide inſtru.& in l.vl.in quarto cõtrario.C.de edict.diui Adr.tol.& in l.j.§.ſi quis ſimpliciter, vbi &c.Angel.Imo.Rom.Bart.col.xj.alij recentiores,ff.de verb.oblig.& ipſe Bald.in c.j.col.ij.verſic. idem in poſitione,vel de conſtit.& in c.cùm adeò,col.j.de reſcrip.& Panor.in c.iij.in fin. de fide inſtru.& Cardi.in cle.j.in fi.de teſtib.Hoc tamen verum eſt,ſi falſum commiſerit in committendo,videlicet falſum aliquid exprimendo:ſecus ſi in omittendo,putà,quia verum aliquid interrogatus ſuppreſsit,quia tunc valet eius dictum in eo quod depoſuit,nec vitiatur propter illam veritatis negationem,vt ſing.dicit Iacob Bu.in l.Lucius.ff.de his qui not.infa.quod dictum refert,commendat,& ſequitur Ang.conſi.cxciiij.viſis proceſsibus cauſæ,in fi.ij.col.Hippo.Marſil.ſing.lxxvj.incip. communis concluſio.vbi hoc dictum dicit ſing.& in repe.l.vlt.C.de proba.& facit quod dicit Bal. in §. notandum.tit.de notis feud.& in c.j.§.ſi enim domino,tit quid ſit inueſtit.

*Minor omittẽs facere inuentarium, reſtituitur in integrũ.*

43 ¶Ad hæc facit quod dicit Ang.in tractatu de inuentario,quòd minor omittens facere inuentarium, reſtituitur in integrum,cum illud delictum conſiſtat in omittendo.& de hoc dicit eſſe gl. quam facit ſing.in l.auxilium.in ver.ceſſabit.ff.de minori.& ſequitur Barb.in repe.c.Raynaldus.col.clij.verſ. ita & pariter dicemus,de teſta.& Anto.Corſ.in ſuis ſing.in verbo,pœna,licet pœna,&c. Et per illam gl.dicit Barb.d.con.iij.col.ij.lib.ij.& in l.ſed ſi ex ſtipulatu.col.vij.ff.de verbo.oblig. quòd reſtituitur minor aduerſus delictum,quod conſiſtit in omittendo, non autem ſi conſiſtit in committendo : & ad hoc facit ſing.illa gl.Sed eſt alia expreſsior in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.eo.titu.ad hoc referens opiniones aliquorum ita diſtinguentium,per text.in l.vlt.C.ſi aduer.delic.quorum ſententiã quanuis ipſa gl.videatur reprobare,ſequitur tamen Pau.Caſt.in d.l.ij.col.iij.verſi.hinc eſt quòd.C.de liber.& eor.lib.& conſil.xlviij.vltra ea quæ ſuperiùs allegata ſunt lib.ij.& Alex.in l. j.col.j.in fin.ff.de verb.obli.& conſi.ciij.videtur prima conſideratione dicendum.col.vj.verſi.non obſtat.lib.j.& Ang. Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo,ſcienter & doloſè,col.iiij.verſi.quid in prodigo, & Matheſil.in no.clxv.cuius eſt prin.not.quòd minor.

*Si pupillus in omittendo deliquit,mero iure nõ punitur.*

44 ¶Quin etiam pupillus ſi in omittendo deliquerit,non ſolùm non eſt opus reſtitutione in integrum, ſed mero iure non punitur.tex.eſt no.in l.j.§.impubes. ff. de S.C.Sylla.vbi Dy.Bar.& alij per hoc limitantes iura,quæ volunt impuberem doli capacem teneri ex delicto, vt ſcilicet intelligatur de delicto,quod in faciendo conſiſtit : ſecus ſi in non faciendo.quod & idem voluit Cy.in l.j.& ibi etiam

Saly.in xv.no.C.de fal.mo.Bal.Angel.Rom.& alij in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.& Io.Ana.in c.j.col.pe.de delict.puer.& Hippo.Marſil.in l.infans,col.ij.verſi.item ſcias quod.ff.de ſicar.

*Minor 18.ann. non tenetur de delicto in omittendo.*

45 ¶Imò verò minor 18.annis,nedum impubes,non tenetur de delicto in omittendo,per text.in auth.ſi captiui.cum ſua gl.C.de epi.& cler.& Iac.Are.& Iacob.But.Saly.& ferè omnes in l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.& Anto.qui ad Bar.remittit in c.j.col.ij.verſi.nunquid autem ex delicto, de dol.& contum.& Philip.Corn.conſi.ccxlvij.quoniam multa veniunt,col.v.verſi.inſuper.lib.j.

*Idem in prodigo.*

46 ¶Idem de prodigo dicimus,qui tametſi ex delicto,quod in committendo eſt, punitur etiam corporaliter,puta ſi hominem interemerit,aut alia id genus perpetrarit,vt decidit Bal.in l.furioſum.ad fi.C.qui teſta.face.poſſ.& Ang.in l.Fulcinius.§.adeò.ad fi.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.Si tamen delinquat in omittendo,vel negligendo,putà quia non vindicauit necem defuncti, vel mater prodiga nõ petiit tutorem filiis,non propterea priuabitur eorum ſucceſsione:quia in delictis in omittendo illis parcitur,tex.eſt no.in d.l.Fulcinius.§.adeò. verſic. idémque in prodigo.vbi ſi prodigus non compareat,ei parcitur.& ita not.Ang.ibi.& Bal.ipſe,Ang.Imo.Iaſ.& omnes fermè in d.l.is cui bonis.& Maria.Soci.in repe.c.ad audientiam,in xxiiij.quæſt.quintæ quæſt.in prin.de homi.& Ang.Are.in d.verbo,ſcienter,& doloſè,col.iiij.verſi.quid in prodigo.

*In delicto commiſsionis nõ requiritur monitio,ſed in delicto omiſsionis.*

47 ¶Adde præterea,quod dicit Inno.in c.extirpandæ,verſi.item hæc habent locum.de præben. quòd quando quis committit delictum commiſsionis,non requiritur monitio, ſed bene requiritur in delicto omiſsionis,& ſequitur Bal.in c.j.§.publici latrones,ti.de pac.tenen.

48 ¶Nec ſilentio prætereundũ eſt,quod ſcribit Bal.in l.cùm oportet.§.non autem.col.j.quòd ſi pater qui eſt legitimus adminiſtrator bonorum filiorum, malè eam adminiſtrationem gerat in committendo,ei aufertur adminiſtratio:ſi in negligendo,ſecus:ſed compellitur adminiſtrare,& ſumptus facere.l.j.C.de bon.mater.Nec eſt(inquit)nouum,quòd aliter punitur culpa cõmiſsionis, quàm omiſſionis.allegat no.in d.l.ſi mora.& in d.l.ſi cuius.§.de præteritis.ff.de vſufruct.de quo tamẽ vide Bart.Ang.& alios in d.§.non autem.Imo.in l.Imperator.ff.ad Trebellia.& Fran.Aret.conſi.lxxij.præſuponitur in facto.in iiij.quæſito.

*Qui occidere poteſt adulterum, multo magis eum contumelia afficere.*

49 ¶Nec aliò reſpicit,quod no.conſuluit Ang.conſi.lxxij.pro parte negatiua,factum verò illius con. incipit,ſtatuto antiquo.Quòd ſtatutum promittens impunitatem alicuius offenſæ,quæ fit in committendo,ita debet interpretari ex vi attractiua,vt idem videatur diſpoſuiſſe in offenſa,quæ in omittendo conſiſtit:cùm illa ſit grauior,hæc leuior.quemadmodum(inquit)in ſimili dicitur, quòd ſtatutum permittens occidere bannitum,videtur etiam permittere illum offendere,quod minus eſt,per text.in l.nec in ea.ff.de adulter.vbi qui occidere poteſt adulterum,multò magis poterit eum iure contumelia afficere.

*Difficilius admittitur moræ purgatio,in ſtipulatione,commiſſa ob malefactum, quàm ob non factum.*

50 ¶Succurrit & illud quod in hanc ſententiam prodit Bar.poſt And.de Piſis in l.ſi inſulam.col.v.in vj.quæſt.ff.de verb.oblig.quòd difficiliùs admittitur moræ purgatio, quando ſtipulatio eſt commiſſa propter malefactum,quàm propter non factum:per multa quæ illic allegat diſtinguendo, & ſequitur Fran.Are.conſi.clvij.quod incipit,viſis diligenter narratis.col.vlt.

51 ¶Eiuſdem notæ eſt quod no.tradit Ioan.Plat.in lege,placet.in iij.not.C.de excuſa.mu.lib.x.quod illud,quod dicimus,agentes & conſentientes pari pœna eſſe puniẽdos.c.quanto.de ſentent. excom.cum ſimilib.intelligendum eſt de his,qui cooperando conſentiunt:ſecus ſi negligendo,vel omittendo conſentirent:ſunt enim hi mitiùs puniendi,per tex.in d.l.placet.& hoc ante Ioan.Plat.voluit glo.1.in d.c.quanto quam ſing.notandum monet Panor.ibi.

*Error expreſſus uitiat,nõ tacitus,& inepta expreſsio minus quã tacita.*

52 ¶Supradicta confirmat,quòd error expreſſus vitiat,non item tacitus.l.& ex diuerſo.§. ſi in iudicio.& ibi gl.Imo.& recentiores.ff.ſol.matri.& Alex.in l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.& ibi Iaſ. in vtraque lect.videlicet in j.lect.col.ij.verſi.tertiò limito.vbi dicit ita debere intelligi tex.in l.actus legitimi. & in l.expreſſa.de reg.iuris,& in ij.lect.col.iiij.verſi.tertia concluſio. vbi dicit quòd per hoc redditur dubia dicta deciſio in d.l.demonſtratio.ff.de condi.& demon.dum dicit,quòd inepta expreſsio minùs vitiat,quàm tacita.Et facit quod dicit Bal.in l.eleganter.§.ſi quis poſt.col.v.verſic.ex lectura antiqua.ff.de condict.indeb.quòd non eſt par virtus taciti & expreſsi quò ad hoc,vt actus ſit nullus.l. ſi quis legatum.ff.ad leg.Cor.de falſ.

*Pernicioſioris exempli delicta eo grauiora reputantur, atrociúſque puniuntur.*

53 ¶Poſtremò adde omnibus ſupradictis huiuſmodi rationes.Primùm enim delicta eò grauiora reputantur,atrociúſque puniuntur , quò ſunt maioris,atque pernicioſioris exempli.l.iij.§.ſed & ex ſenatuſconſulto.ff.ad leg.Cor.de ſicar.& l.qui abortionis.ff.de pœn.& expreſsiùs in c.præcipuè. xj. q. iij. per quem tex.dicit glo.in c.nemo.xxxij.q.iiij.quòd manifeſtè,ſiue palam delinquens, ob id grauiùs peccare dicitur,quoniam pluribus præbet exemplum peccandi, ſecundum quam ſententiam Cicero lib.iij.de legibus:Sícque(inquit)plus exemplo quàm peccato nocent. quem imitatus Ammianus Marcellinus lib.xxij.Plúſque(ait)exemplis,quàm peccandi licentia læderent multos.Atqui delicta, quæ ſunt in committendo,ſunt longè maioris , euidentioríſque exempli , quàm quæ in omittendo conſiſtunt:cùm & illa oculis hominum,& animis ſubiaceant, iſta animis tantùm , non etiam oculis. Nam quæ non fiunt,videri non poſſunt:ſed tantùm conſiderari:& vt ſcribit Inno.noſter in ca.extirpandæ.§.quia verò.& ibi poſt eum Hoſtien. Ioannes Andr.& alij de præbend. non facta latent. cap. cùm in cunctis.§.j.ext.de electione facta autem patent.c.quanto.de tranſlatione Epiſcoporum. Nihil eſt quod tam animos commoueat , atque irritet , quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus , vt vtar verbis Horatij in arte poëtica.quem citat Accurtius in §. vlt. Inſtit. de grad.cog. Et facit quod

no.voluit



no.voluit Bald.in l.data.col.8.verſ.ſuper ſitu,& etiam in col.x.verſ.octauo modo.& verſ.facere probatur.C.qui accuſare non poſſ.

*Grauiora delicta quæ manu, quàm quæ animo commiſſa.*

54 ¶Deinde certum eſt,ea delicta eſſe grauiora, quæ manu,factóque ſunt commiſſa, quàm quæ animo:cùm iſta de iure ciuili nulli pœnæ ſint obnoxia.l.cogitationis.ff.de pœn.quæ repetitur in decretis canonicis.ca.cogitationis.de pœn.diſt.j.cum ſi.Quod ius noſtrum in ea re videtur fuiſſe ſecutũ legem Moſaicam,quæ tantùm manum puniebat,non animum,vt à ſcriptoribus annotatum eſt, & à Paulo Burgenſi,& Matthia relatum ſuper Geneſin.cap.3.& Nicol.Ly.Exo.c.20.& gloſ.ordinaria ad Philip.3.& ex Iſraëlitis ſcriptum reliquit Ioſephus legum Moſaicarum peritiſsimus,lib.12.Antiquitatum.At delictum in committendo manu fit,& facto,alterum in omittendo.animo propè ſemper conſiſtit,vnde fit,vt neceſſariò ſit illud hoc grauius.

*Virtus non eſt tam inſignis in non faciendo, ac illa quæ in faciendo.*

55 ¶Præterea , virtus quæ eſt in non faciendo(ſi tamen virtus appellari meruit) non tam inſignis eſt, quàm quæ in faciendo. Præcepta enim quæ in faciendo ſunt , multo plus habent meriti (vt cum Theologis loquar)ſi obſeruaris,quàm quæ in non faciendo.imò illa ſemper meritum habent , iſta plerunque non habent.Nam eum mereri qui Deum toto corde,& animo colit,qui parentes veneratur,qui proximum vt ſeipſum,diligit,nemo eſt qui dubitet:nullus autem (vt opinor) dixerit non occidendo,non furando,& alia id genus non faciendo,quanquam meritum reportaturum, aut cœleſtia regna aſſecuturum,niſi etiam benefecerit,vt eſt tex.diui Hieronymi in c.duo ſunt.in fin. 12.quæſt.1.ideóque Petrus Lombardus lib.2.Sententiarum,diſtinct. xxiiij. Declinare (inquit) à malo ſemper vitat pœnam,ſed non ſemper meretur.ſed tamen hoc intelligemus, vbi cauſa ſubeſt,quæ id nos facere monet.Vbi autem non interuenit cauſa nos ad malum impellens , non meremur , ſi à malo declinamus.

*Virtutis potius eſt honeſta agere , quàm nõ agere turpia.*

56 ¶Nec id ignorarunt Ethnici ſcriptores:Ariſtoteles enim lib.4.Ethicorum,c.j.Eſt ipſius(ait)virtutis honeſta potius agere,quàm non agere turpia.& Seneca prudentiſsimus virtutis , morúmque æſtimator.lib.2.de beneficiis,c.23.Arceſilaum inquit nihil feciſſe laude dignum , quòd furtum non recepit,videlicet à filiofam.oblatam pecuniam,non accepit.Et alibi lib.vij.Declamationum,c.21. Nõ eſt beneficium,à ſcelere abſtinere.quam ſententiam citat è noſtris Bald.in c.primo.§. dominus. tit. de for.fidel.in vſib.feud.Apud Philoſtratum in Apollonio,Iarchas,Brachmanarum Princeps,li.iij. eandem propè ſententiam edidit.Nam cùm Apollonius ipſe paulò antè iuſtitiæ,atque humanitatis opera eſſe cenſuiſſet,non perdere hominum vitam,& mercatorum facultates non diſpergere , ſubridens Iarchas,Videris(ait)exiſtimare iuſtitiæ quandam ſpeciem eſſe,iniuriam non referre:quod & omnes Græcos exiſtimare video.vt enim ex Aegyptio quodam , qui huc acceſsit , audiui,veniunt ad vos Romani magiſtratus,nudam,erectámque ſecurim ſuper vos ferentes,etſi nõdum nouerint. boníſne,an malis vobis imperent.Vos autem,niſi cauſarum iudicia peruerterint,iuſtos illos eſſe prędicatis,perinde ac ſeruorum caupones ibidem facere accepi,qui ex Caria ſeruos captiuos adducentes,cùm eorum mores vobis enarrant inter primas laudes enumerare ſolent,non eos fugaces. Magiſtratus igitur,quibus ſubeſtis,tali genere laudis ſubornatos eſſe,quo etiam ſerui laudantur , admirantes iudicio veſtro dimittitis,&c. Sed & libro eiuſdẽ ſcriptoris 5. Thomacion, adoleſcens iniuſtè (ait)egiſſe nihil,nulla eſt laus. Quam ſententiam cùm Apollonius excepiſſet , ex Iarchæ iudicio comprobauit.

*Non ſufficere à malo abſtinere,niſi fiat quod bonũ eſt.*

57 ¶Idque eſt quod iura canonica cõclamant:Non ſufficit abſtinere à malo,niſi fiat quod bonum eſt. c.de forma.xxij.q.v.& cle.vlt.de pœn.& glo.in l.iuſtitia.§.iuris præcepta.in verb.cuique.ff. de iuſtit. & iur.& in §.iuris præcepta.Inſti.eo.tit.D.Hieronymus lib.1.contra Iouinianum,cap.vij.in fin. enarrans illud Pſalmi 33.& iterum 93.rurſúmque 1.Pet.c.3.Declina (inquit) à malo, & fac bonum : illud (ait)declinemus,hoc ſequamur:in altero initium,in altero perfectio eſt.Et facit tex.in l.in illa ſtipulatione.ff.de verb.oblig.quam Bart.Ang.Imo.Raph.Cum.& fermè omnes ſummant , vt noſtri loquuntur,ex illa quam diximus ſententia,Non ſufficit abſtinere à malo &c.Et eam quidem ſententiam huiuſmodi carmine complexus eſt Proſper Aquitanicus:

*Dignus laude quidem vitam ſine crimine ducens,*
*Et quæcunque ſibi ſint nocitura,cauens.*
*Sed non hoc pietas contenta eſt limite claudi,*
*Nec iuſtis,vetitis abſtinuiſſe,ſat eſt.*
*Maior cura boni eſt,fratrum releuare labores,*
*Et ferre optatum triſtibus auxilium.*
*Paſcere ieiunos,nudos veſtire,ligatos*
*Soluere,diſcordes conciliare ſibi.* & cætera,quæ ſequuntur.

*In delictorum generibus plus culpæ eſt in faciendo quàm in nõ faciẽdo.*

58 ¶Itaque cùm ſit plus laudis,præmij,virtutis,conſequens eſt,vt in generibus delictorum , ſit quoque longè plus grauitatis,culpæque,atque pœnæ in faciendo,quàm in non faciendo. Nam vt eſt teſtis Ariſtoteles lib.vij.Ethicorum,maiori bono,maius malum opponitur.Et vt idem inquit , & vulgò iam dicitur,quod operatur propoſitum in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito. pro quo bene facit tex.quem ita ſummat Bart.in l.vlt.ff.de lega.3.& l.ſi ex toto.in prin.& ibi Imo.Raph.Cum. Paul.Caſtr.Alex.ff.de leg. j.& l.ſi contra tabulas.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& ibi expreſsim not.Bart. & alij,& l.vlt.C.de ſentent.paſſ.& §.ſi quis agens,verſ.plus autem.Inſti.de actio.& ibi hoc no.Ioan. Plat.& Iaſ.& in cap.2.de conſtit.vbi & hoc no.Cardin.Flor.Imo.Barb.& Philip.Dec.voluit Bar.in

l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.4.ff.de verb. oblig. vbi latè examinat. & Bald. nominatim citans Ariſtotelem in l.j.col.2.C.quan.lice.ab empt.diſce.& conſ.cclj.ſententia quam tulimus.col. vlt. lib. v.& Pet.Anc.conſilio.34.in hac cauſa quia Ludouicus,col.vlt.& Franc.Aret.in rub. ff. de acq. poſſ. col.2.verſ.contingit etiam.Eſtque non abſimile, quod dicimus contrariorum eandem diſciplinam eſſe,& naturam,& vt dicit Ariſt.Problematon li.30.cap.11.ſcientiam,& vt dicit Bal.in l.ab emptione.per illum tex.ff.de pact.potentiam.de quibus bonus eſt tex.in l.1.ff.de his qui ſui vel alie.iur.ſunt. cum infinitis propè alijs iuribus,quæ abundè,vt cætera omnia collegit Nicol.Eueral.in ſuo elegãti tractatu de locis legalibus,in loco à contrarijs,ſiue oppoſitis.

*Supradicta omnia militant contra contrariam Iaſonis ſententiam.*

59 ¶Et ſic ex ſupradictis ſuperfluenter, vt reor, conſtat delictum commiſsionis multò grauius eſſe, quàm omiſsionis.ad quam comprobandam ſententiam non tam multa conieciſſem,niſi Iaſon,vir alioquin maximæ authoritatis,contrariam,vt iam diximus,ſententiam tenuiſſet,totiſq; viribus tueri conatus fuiſſet:nam quod ad Bart.ſpectat,quem ſuprà diximus eandem contrariam ſententiam tenuiſſe,in l.j.ff.de iur.patro.dum no.ex eo tex.minus eſſe peccatum in faciendo, quàm in non faciendo:nemo ſanæ mentis non intelligit,hoc plus ſatis eſſe manifeſtum,ſcribendúmque maius, vbi minus ſcribitur:aut certè illa dictio negatiua,quæ in ſecundo loco apponitur,in primo loco eſt ponenda.Nam ille tex.apertè probat contrarium eius,quod Bart.in mendoſis codicibus ex eo not. vt videre licet,vel cæcutientibus.

*Iudex qui in omittendo deliquit,ſolùm punitur inquantũ eſt detrimentũ partis.*

60 ¶Sed reliquum eſt vt ad rationes & argumenta,quæ ad primam partem adduximus,tandem reſpõdeamus.Igitur quod primo loco dictum eſt,de iudice, qui cùm in committendo delinquit,iudicis arbitrio punitur:cùm in omittendo,quanti partis læſæ intereſt,certè tantùm abeſt, vt probet delictum omiſsionis eſſe commiſsione grauius,vt magis contrarium eſſe verius oſtendat. Pœna enim commiſsionis,id eſt detrimentum partis læſæ,cùm iam ſit à iure ſtatuta,& determinata, ordinaria eſt.Commiſsionis verò pœna,cùm iudicis arbitrio relinquatur,extraordinaria eſt,quæ multò ſeuerior cenſetur, atq; grauior,quàm ordinaria:vt not.per gl.Bald.& alios in l.j. C. vt intra cer. temp. crim.quæſt.termi.& Pet.Anc.conſ.268.de iure diuino,col.vlt.ídque meritò : pœna enim ordinaria augeri non poteſt,vt latè diximus ſuprà in præfatione.Vnde iudex,qui in omittendo deliquit,tantum punitur ſolùm,quanti eſt detrimentum partis:pœna autem extraordinaria vſque ad mortem, quod longè grauius eſt quàm partis detrimentum,poteſt extendi,vt voluit gl.reputata ſing. in §.in ſumma.inſtit.de iniur.(& dicam latius in fi.huius gl.)Propterea dicit Bal.poſt Iac.Bel. in c.j.§.iudices.poſt prin.tit.de pac.iur.firm.quòd ſi iudex per dolum malè iudicauerit,punitur ad intereſſe partis,& vltrà ſi iudici videbitur.Subiungítque quòd ſi Iac.illud,vltra,intellexit criminaliter, bene dixit,quia in eam rem tex.eſt ibi,& in l.vlt.C.de pœn.iud.qui malè.ſi autem ciuiliter intellexit,ita exponendum eſt, vt teneatur actione iniuriarum.arg.l.ſi verò.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog. & facit l. ſæuerior.C.de excuſ.tut.Hæc fermè Bald.ex quibus facilè colligitur,iudicem ſeuerius eſſe puniendum,cum deliquit in committendo,quàm cùm in omittendo:hic enim tantum punitur, quantum partis intereſt ſolùm:ille verò non in id ſolùm,ſed & vltrà, vt dictum eſt.

*Iudex in omittendo iuriſdictione nõ priuatur,ſecus in committendo.*

61 ¶Quam ſententiam confirmant Cy.& Bal.in j.lect.in l.ſi dominus.§.duorum.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. dum quærunt, an iudici poſsit auferri iuriſdictio propter delictum, aut abuſum. Aut (inquit)deliquit iudex in omittendo,& nunquam propter id debet priuari, ſed poſteà ſuo tempore puniri.§.ſuper hoc,in auth.de quæſtore,& §.1.in auth.vt diffe.iud.Aut in committendo,& tunc priuatur,aut non priuatur,ſecundum diſtinctionem,quam faciunt,& quam adſcribere ſuperſedi,contentus dixiſſe quod ad rem noſtram facit.ideò ſi quis vltra ſcire velit illic legat.

62 ¶Non omitto tamen quod Bart.in l.2.§.ſi tamen hominem.ff.de verb.oblig. ad hoc aliter reſpondet:videlicet,vt id quod diximus delictum in committendo eſſe grauius,&c. non habeat locum in iudice,qui æquè delinquit negligendo facere iuſtitiam,ſicut perperam iudicando,per glo.quam dicit ſing.in c.ea quæ.de offi.ordi.quæ dicit quòd in ſuperiore negligentia, eſt peccatum mortale. in quam etiam ſententiam adducit quoſdam verſus,Italico ſermone cõſcriptos,quos Bald.in c.vlt. de ele.tradidit fuiſſe literis aureis ſcriptos ſub oſtio regis Roberti.Hi ſunt,

*Negligentia par di damno,hoggi farò,doman farò,ſcaccia altrui fuor di guadagno.*

Multa alia in eam rem adducit,quæ(vt dicam,quod ſentio)non mihi ſatisfaciunt.

*Satius eſt omnino tacere quàm imperfectè dicere.*

63 ¶Ad ſecundum in quo dictum eſt teſtimonio Bar.minus vitiare ineptam,& erroneam expreſsionẽ, quàm omiſsionem,dici poteſt illud non eſſe verum,vt ſatis conſtat ex his,quæ ſuprà dicta ſunt,prȩcipuè numero lij. incip. ſupradicta confirmat. Aut ſi illum parentem legum ab ea erroris iniuria vindicare velimus,dicendum eſt hoc illius dictum intelligendum eſſe (vt aliàs ſemper ) ſecundum legem, quam ad hoc allegat,ex ipſius illius ſententia,in l.non ſolum.§.ſi liberationis. ff.de libe. leg. quam omnes paſsim ſequuntur.Allegat autem ipſe Bart.pro illo dicto l. vnic. C. de rei vxo. actio. quæ loquitur in eo caſu, in quo non requiritur aliquid nominatim exprimi,quia tacitè præſumitur imò fingitur interueniſſe:quod tamen ſi re ipſa interueniat,vitioſè tamen,& inutiliter, certè minus vitiat,quàm ſi expreſſum non fuiſſet:quia vt ibi dicit gl.ſi,quod eſt nullum,aliquid tamen facimus: multò magis quod inutile eſt,facimus vtile.Ad quod & alia iura allegat.Sed aliàs ſemper ſatius eſt omnino tacere,quàm vitioſè & ineptè,ſiue imperfectè dicere,vt dicit gl.in clem.conſtitutionem.in verſ.de nouo.de elect.Per quam dicit Philip.Dec.conſ.xxxvij.in cauſa rigoroſæ accuſationis. col.3. verſ.nec obſtat prædictæ concluſioni, quòd plus nocet mala,& inepta locutio, quàm taciturnitas.

ex hócque



ex hócque no.conſuluit,quòd ſi ſtatuto caueatur, valere dicta teſtium non expreſſa ratione, vel cauſa ſcientiæ,tamen ſi inepta cauſa ſcientiæ exprimatur,certè vitiatur dictum teſtis.dicítq; in eam quoque rem facere regulam iuris,Expreſſa nocent.& ibi latè no.& tex.in c. ſuper abbatia. de offic. delegat. & quod voluit Bart.in l.edita. col. 3.verſic.breuiter quandoque.C.de eden.& in l.j.in prin. ff.eo.quòd licèt non vitietur libellus generalis ſine cauſa,parte non opponente.l.vlt.C.de anna. excep.vitiatur tamen,ſi inepta cauſa exprimatur.Et quod dicit Inn.in c.in præſentia.de renunt.quòd licèt valeat ſententia ſine expreſsione cauſæ,c.ſicut.de re iudic.ſi tamen cauſa inepta, & non legitima exprimitur,vitiatur ſententia.quod & idem dicit ipſe Inno.in c.vlt.de procur.vbi ſequitur Pan. col.3.verſ.nunc deſcendo.

*Plato licèt ſummus fuit Philoſophus, tamen ut homo errare potuit, teſte Ariſtotele.*

64 ¶Ad tertium de legibus Platonis,fateor equidem Platonem ſummum fuiſſe philoſophum,& ſummæ prudentiæ,& authoritatis virum,vt etiam atteſtatur Iuriſconſultus in l.2.ff.de nundi.ſed hominem fuiſſe,qui errare potuit.Imò verò re ipſa in pleriſque errauit:Si eius diſcipulo Ariſtoteli,ſi omnibus fermè credimus:nemo mortalium omnibus horis ſapit, vt eleganter atque grauiter ſcribit Plinius lib.vij.Naturalis Hiſtoriæ cap.15.Et qui ſapientes exiſtimati ſunt,multa ſciſſe dicuntur, non omnia:vt dicit Iunius Collumella in fi.ſui operis.Neque ipſi Ciceroni Demoſthenes, qui omnium oratorum fuiſſe perfectiſsimus dicitur.ſatis perfectus eſſe videtur:quem dormitare interdum, atq; etiam Homerum ipſum eloquentiæ parentem dicit Fab.Quint.lib.10.c.1.& iterum lib.12.c.quoque 1.Hinc illud Horatij,

*Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Citat gl.in §.quanuis.xxxij.q.vij.& Spec.tit.de aduoc.§.iam nunc videndum.verſ.ex præmiſsis.Et Crates Thebanus,de quo in c.Crates.12.q.2.dicebat, poſsibibile nõ eſſe inueniri qui lapſus non ſit: veluti in malo punico granum etiam aliquod putidum eſt.Nemo ergo eſt(vt concludam) adeò abſolutus,conſummatus,perfectus,vt non alicubi erret,ſuíque aliquando diſsimilis appareat. Et ſane Plato hìc lapſus eſt. eúmque non immeritò in ea re repræhendit Euſebius Cæſarienſis multiiugæ eruditionis vir.13.Euangelicæ Præparationis,c.item 13.quòd morte non indicantem furtum crudeliſsimè puniri præcepit,cùm eos qui furta ipſa,& homicidia commiſerint,viuere patiatur.

65 ¶Et ita quoque repræhendi poteſt,vt ad quartum pergamus,Alex.Ales, qui peccatum ſilentij opinatus eſt locutionis peccato eſſe grauius,vt vel lippientibus & cæcis cernere licet,ex his quȩ ſuprà dicta ſunt.atque etiam ipſius Alex.teſtimonio,qui alibi ſemper ſenſit omiſsionem, quàm commiſſionem eſſe multò leuiorem,vt ſuprà oſtendimus.Quanquam non negauerim poſſe eſſe caſum,vel ſpeciem,in qua plus peccet tacens,quàm loquens,habita ratione perſonarum,loci,& temporis,&c.

*Qui alimoniã denegat & interimit, uterq; homicida eſt.*

66 ¶Ad quintum de necante,& alimoniam denegante,dicendum eſt,illud non probare,paria omnino eſſe delicta,& æqualiter punienda necare & alimoniam denegare : ſed illud ſolùm, vtrunque eſſe homicidam,& qui interimit, & qui alimoniam denegat.At conſtat inter homicidia aliud alio eſſe grauius,vt eſt tex.in l.j.§.diuus.& §.vlt.cum ſimilib.ff.ad leg.Corn.de ſicar. Ergo ſi quis alimoniam denegat,ob ídque necare dicatur,non propterea ſequitur,eum tam grauiter peccare, quàm qui reuerà occidit.Sunt enim & in eodem genere peccati gradus quidam,vt etiam licet videre in ſimili. Sunt enim plures cauſæ,propter quas pater poteſt exhæredare filium, & dominus vaſallum feudo priuare:& qui donauit donationem reuocare, quæ quidem cauſæ quantum ad illum finem pertinet,pares iudicantur:ſunt tamen aliæ aliis grauiores,vt manifeſtius eſt,quàm vt alia probatione indigeat.Sed & quod in noſtro caſu non ſit tam graue delictum,denegare alimoniam, quàm necare, ex eo videre licet,quòd illud irregularitatem non inducit,hoc ſemper inducit, vt ſcribit Cardi. in clem.1.in xxxiiij.quæſt.de homicid.

*Grauius peccat qui aufert, quàm qui non dat pauperi.*

67 ¶Ad ſextum & ſeptimum quoque idem dicendum:Nam etſi auferre videtur qui indigentibus denegat,is tamen grauius peccat,qui aufert,quàm qui non dat pauperi,vt eſt tex.expreſſus in c.etſi illi.12.q.2.vbi & hoc not.glo.& etiam gl.in c.ſicut hi.47.diſt.fateor tamen quòd forſitan plus poſſet peccare diues,qui pauperi in extrema neceſsitate famis conſtituto,eleemoſynam negat:quàm pauper,qui diuiti quicquam furto rapuerit. & ita certè hoc aſſerit Archidi. poſt Hug. in d. c. ſicut hi, 47.di.ſed omnibus paribus id non procederet,vt illi affirmant,& ſatis dictũ eſt. Similiter plus peccat,qui rem alterius furatus eſt,quàm qui eius rei reſtitutionem fruſtratur : vt eſt tex.in l.meritò. ff. de vi & vi arm.& tenuit Pet.Anc.in rep.c.peccatum.in v.oppo.de reg.iur.lib. vj. & poſt eum Iaſ. in l.nemo.col.2.ff.de verb.oblig.

*Ad ſuperiora remittit, pro ſolutione.*

68 ¶Ad ſeptimum de marito interficiente vxorem,vel eam ægrotantem contemnente, ſiue illi neceſſaria non adminiſtrante,ſatis reſponſum eſt ex his quæ dicta ſunt in duobus præcedentibus verſic. quæ non eſt neceſſe repetere.

*Non æquè delinquit conſentiens conſenſu negligentiæ,ac ipſe faciens.*

69 ¶Sicuti quoque ſatis ex his reſponſum eſt ad octauũ,de eo qui patitur quod prohibere poteſt. Quãuis enim iuris interpretatione videatur facere,non id tamen verè facit,nec tam grauiter peccat : vt patet ex tex.in c.ſicut dignum.de homici.vbi non tanta pœna debet puniri, qui homicidium cum prohibere poteſt,non prohibet,quàm qui illud ipſum commiſit.Et ita dicit per illum tex.Io.Fab.in l.raptores.C.de epi.& cler.Et aliàs ſemper non æquè delinquit conſentiens eo conſenſu,quem negligentiæ vocamus,ac ipſe faciens,vt not.latè per gl.& Doct. in c. j. de offic.deleg. & diximus ſuprà num.51.incip.eiuſdem notæ.

70 ¶Imò verò negligens,ſiue non prohibens delictum perpetrari,regulariter non punitur, niſi aliàs ſit

conſcius,

conſcius,& particeps ſceleris:vt dicit Bart.nominatim loquens in homicidio, in l.j.§.ſed in eo. per illum tex.ff.de S.C.Silla.& Bal.in l.1.col.v.verſ.octauò quæritur.C.vnde vi.& Rom. conſ.cxvij. ex præmiſſa ſtatuti particula poſt prin.Et ante illos Guil.de Cu.in l.vlt.C.de his quib.vt indig. motus quoque ex no.in d.§.ſed in eo.quoniam ibi ſpeciale eſt in ſeruo,vt teneatur iuuare dominum.ergo in contrarium eſt ius commune.Item & hac ratione,quò vt alium iuuem, poſſum pecuniam accipere.l.metum.§.ſed licet.ff.quod met.cauſ.& l.ſi poteſt.§.vlt.ff.de donat.quod vtiq; facere non poſſem,ſi aliàs iuuare tenerer.l.pe.& vlt.ff.de condict.ob cauſ.Denique de hoc eſt gl.in l.culpa caret.ff. de reg.iur.vbi & ad hoc latè per Philip.Dec.& per Dy.in regula, non eſt ſine culpa. & per Doct. in c.j.de offi.deleg.& in c.quantę.de ſent.excom.& recentiores in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.Quanquã legibus Platonicis grauiter quidem punitur, qui cùm prohibere poteſt,ne alter alterum pulſet, aut interimat,non prohibet,cùm pluribus in locis,tum maximè ad fi.lib.de Legib.

*In falſo ut cæteris delictis gradus atrocitatis ſunt, nec omne falſum punitur ut falſum, ſed tãtùm illud l.Corn.de falſ.*

71 ¶Ad nonum de ſupprimente verum,illud item dici poteſt,quod in v.& ſeq.dictum eſt, vt videlicet quamuis falſum committere videatur,& de falſo puniatur,qui verum ſuppreſsit, vt qui falſum depoſuit:non tamen inde ſequitur,vt æqualiter peccet & puniatur. Sicut enim in falſo, vt in cæteris delictis, gradus atrocitatis ſunt,aliúdque alio grauius eſt,& leuius.Nec omne falſum punitur,vt falſum,ſed tantùm illud falſum,quod lex Cornelia de falſis, vel alia ponit ſub titulo falſi criminis.l. quid ſit falſum.ff.ad leg.Corn.de fal.vt per illum tex.voluit Bald.in l.data.col.vj.verſ.& nota quòd quandoque.C.qui accuſ.non poſſ.

72 ¶Et in hac ſpecie exploratum eſt plus eſſe mentiri,quàm verum tacere,vt nominatim ſcribit Inn. in c.ſi proponente.de reſcrip.arg.c.poſtulaſti.eo.tit.& Ang.in l.qui interrogatus.in prin.ff.de pet.hęre.& Fran.Aret.in l.ſi quis extraneus,in princ.ff.de acquir.hæredit.Et hoc etiam apertè comprobatur ex his,quæ diximus ſuprà,nu.xxxvij.incip.conſimile eſt. cum multis ſeq. Propterea diuus Auguſt.lib.Contra mendacium.Non eſt(ait)hoc occultare veritatem,quod proferre mendacium. & è Theologorum ſententia tacere veritatem,non ſemper eſt peccatum,quinimo interdum licet,nunquam tamen licet falſum dicere.vt per diuum Thom.2.2.q.69.arti. 2.

73 ¶Ad decimum, vndecimum, & duodecimum de eo qui non facit quod debet, & de medico qui omittit dare medicinas propitias,& de eo quoque qui iuſſa non facit, in promptu reſponſio eſt illis ipſis quę dicta ſunt d.verſ.v.& ſeq.& idem quoque dici poteſt de 14.& 15.

*Bart.& Iaſ. lapſi ſunt in hoc quod ſcripſerunt ibi.*

74 ¶Ad vltimum verò,quò Bart.& Iaſ.adduximus illius ſententiæ aſſertores, non neceſſe eſt reſpondere,cùm conſtet Bart.ſi illud ita ſcripſerit,& Iaſ.in hac re lapſos eſſe,quanquam Bart. non id mihi ſcripſiſſe videtur,vt ſatis oſtendi,ſuprà num.incip.& ſic ex ſupradictis. Sed vereor in re tam aperta longius euagati ſimus. Illud tantùm dixerimus, futuros fortaſſe plurimos, quibus hoc primum & quadrageſimum caput non conuenire huic loco videbitur:in quo de cauſis minuendæ pœnæ à iure,aut conſuetudine ſtatutæ diſſerimus,non etiam de criminum peccatorúmque diſcrimine. Quibus illud ſtatim reſpondebo,poſſe & hoc caput multis caſibus,quos ſciens, prudénſque prætereo,ne ſim longior,inſtituto negotio congruere,ſi rectè animaduerterimus. Sed quocunque ſe res modo habeat,non hoc duxi ſilentio prætereundum.Sed ad alia pergamus.

## CAVSA QVADRAGESIMAQVINTA.

*Iudex poteſt cum delinquẽte diſpenſare, ne moriatur.*

1 QVADRAGESIMOQVINTO, cùm propter pœnam non capitalem à iure,vel cõſuetudine ſtatutam,& determinatam,delinquens ipſe veriſimiliter moreretur, ſi ea pœna puniretur,iudex poteſt cum eo diſpenſare,& mitiorem pœnam imponere ne moriatur,per id quod eleganter voluit Bald.in l.quicunque.col.4.verſ.quarto caſu. C.de ſer.fugi.quòd ſi ſtatutum ſanciat puniendum manus amputatione, qui aliquid fecerit,& is qui tale huiuſmodi commiſit,ſit ita iuuenis,ſenex,vel debilis,vt moreretur,ſi ei manus amputaretur,poteſt iudex ſi velit,illi mitiorem pœnam infligere,non tamen cogitur:nec propterea poteſt appellari:arg.l.qui poſthumus.in fi.in ratione.ff.de Senatuſcon.Silla.

2 ¶Quòd dictum ſequitur Alex.ibi,in addi.ipſius,& etiã in l.j.C.ſi aduer.delic.in addi.ad ipſum Bald. & Angel.Aret.in tract.maleſi.in verbo,quas ſi non voluerit infra decem dies,col.3.verſ.& aduertas quod in.& Gaſpard.Valaſt in repe.l.imperium,col.49.verſ.& eſt notandum quòd quando tortura. ff.de iuriſdi.omni.iudi.vbi hoc dictum ſing. dicit.

## CAVSA QVADRAGESIMASEXTA.

*Propter ſcandalum omnino minuitur aut remittitur pœna delinquẽti.*

1 QVadrageſimoſexto,propter ſcandalũ minuitur,aut omnino remittitur pœna delinquẽti,putà cùm interuenit clamor,aut tumultus popularis.tex.in l.qui cædem.ff. ad leg.Corn.de ſica.& ita dicit per illũ tex.gl.in c.ſi ergo.in verbo,clamoribus.8.q.j.& eſt etiã tex.in c.vnuſquiſq;.& ibi gl.22.q.4.& in hãc ſententiã dicit gl.in c.ſi quis ordinatus.in gl.vlt.92.di.quòd aliàs excõmunicandus excõmunicari nõ debet,ſi ſcãdalum timeatur.gl.not.in c.lator.in verb.reddere.2.q.vij.quòd propter ſcandalum receditur à pœna.l.ſi quis.in tantam.C.vnde vi.Et Inno.in c.j.de cler.coniug. quòd propter ſcandalum toleratur clericus priuandus.Et D.Thomas ſecunda ſecundæ q.viij.artic.1.in fi. quòd princeps non punitur, vbi timetur de ſcandalo.allegat gl.ſuper illud Matthæi 13.Sinite creſcere vrticas,ne fortè eradicetis, & triticum.vbi ex hoc dicit,quòd princeps propter ſcandalum non punitur,niſi fortè peccatum illius maius eſſet, quàm ſcandalum.Et faciunt ad hoc quæ dicam infra cap.ſeq.verſ.intellige ſextò.



*Ob ſcandalum aliàs non puniendus, interdum punitur.*

2 ¶Sed non hoc mirum videri debet,quoniam propter ſcandalum interdum punitur, non aliàs puniendus,vt dicit Bal.in l.1.ff.de offi.eius cui mand.eſt. iuriſdi.per tex.in l.qui cędem.ff. de ſicar. Sed certè non id verum eſt,quia vt dicunt Dy.& Bart.in d.l. qui cædem. nunquam occiditur, qui non delinquit,propter tumultum popularem,per tex.in l.decurionum.C.de pœn.vbi glo.ex hoc infert Pilatum malè Chriſtum condemnaſſe:bene autem pœna acceleratur,vt eſt tex.in d.l.qui cædem. ſecundum eos,& ita etiam intellexit Ro.ſing.573.licèt iudex.

*Ob ſcandalum multa fiunt cõtra ius commune.*

3 ¶Sed aliàs propter ſcandalũ multa fiũt cõtra ius cõmune.de quibus latè per Ro.in repe.l.ſi verò.§. de viro.in vij.fal.ff.ſol.matr.& Barb.conſ.xj.ſcripſit belliſsimè.col.viij.verſ.& ad hoc accedat,li.j.& conſ.xx.illud afferam in medium.col.13.verſ.& ſic orietur.eo.lib.2.& latiſsimè per Felyn. in c.2. de præſcr.& Philip.Dec.conſ.151.diuino implorato præſidio,maximi ponderis eſt.col.3.

*Ob ſcandalum populi innocẽs non eſt puniendus.*

4 ¶Sed tamen illud animaduerte, quòd contra illud, quod ſuprà diximus, propter ſcandalum pœnam remitti,videtur eſſe tex.apertus in d.l.decurionum.in illis verbis, *obnoxium crimine abſolui.* cui difficillimum eſt reſpondere,niſi dixeris illum text.loqui de vocibus populi citra ſcandalum. Sed certè illum tex.omnes intelligunt in ſcandalo, ad ídque allegant, vt propter ſcandalum populi nõ ſit innocens puniendus. ſed an rectè intelligant,alij viderint.

## CAVSA QVADRAGESIMASEPTIMA.

*Multitudo cũ deliquit, eſt mitius agendum.*

1 QVADRAGESIMOSEPTIMO, cùm multitudo deliquit, mitius quoque agendum eſt.Nam cùm non huius,aut illius periculum, ſed multorum ſtrages iacet,detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt ſcribitur in c. conſtitueretur. in fi.50.diſt.cap.ordinationes.in fi.& c.ipſa pietas.ante fin.& c. non poteſt. & ibi gl.& c.quiſque.23.q.4.& bene facit c.denique.& ibi gloſſ. iiij. diſt. & cap. comeſſationes. 44. diſtinct. vbi magis monendo, quàm minando agendum cum multitudine peccantium, ſeueritas autem exercenda in peccata paucorum. & c.quoties à populis.1.quæſtione 7.& cap. ſanè.de tempor. ordin.vbi citat eum vulgarem verſum:

*Ob populum multum crimen pertranſit inultum.*

Et tex.in c.vlt.de tranſac.& c.latores.& ibi gl.de cleri.exc.vel depo.miniſtrant.& ita etiam voluit gl. ciuilis in l.aut facta.§.vlt.ff.de pœn.per tex.in l.pe.ff.ad leg.Cornel.de ſica.quæ tamen nihil facit.& Ang.in illa ipſa l.pe.& in l.is qui opem.ff.de furt.cum infinitis ſimilibus.

2 ¶Propterea dicit Inno.in c.dilectus,huius initij 2.ad fi.de ſimo.& clariùs in c.grauem.circa mediũ, de ſenten.excom.quòd pœna corporalis,cùm multitudo punitur,in pecuniariam commutanda eſt, de quo latè per Bart.in d.l.aut facta.§.vlt.ff.de pœn.& per Lucam de Pen.in l.ſiue.col.3.verſ.alij dicunt,& multis ſeq.C.de exec.& exact.lib.12.& Pan.in d.c.dilectus.de ſimo.

3 ¶Ex hoc quoque Imo.in c.1.col.4.verſ.his autẽ.de offi.deleg.per text.in d.c.latores. limitat id quod dicitur, præſtantem opem,vel auxilium æquè puniendum,ac principalem, vt procedat, niſi eſſet magna multitudo opem præſtantium:quem videtur ſequi, cùm illum allegat,Aug.Ari.in addi.Angel.Are.in tract.maleſi.in verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit.col. 2. & ſequitur pro not. Hippo. Marſil.in l.ſi in rixa. colum. 8. verſ.vlterius adde.ff.ad leg.Cornel.de ſica.Angel.in d.l.is qui opem. ff.de fur.

*Metus ad omnes,pœna ad paucos in flagitio rei militaris peruenire debet.*

4 ¶His autem conuenit,quod ſcribit parens linguæ Latinæ Tullius in ea oratione,quæ à noſtro Iuriſconſulto citatur in l.Cicero.ff.de pœn.videlicèt pro Aulo Cluentio habita:Statuerunt(inquit)maiores noſtri,vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum,ſortitione in quoſdam animaduerteretur:vt metus videlicèt ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Id quod comprobat quod ſcribit Liuius j.Deca.lib.2.Appius(inquit)Claudius Conſul,Centuriones, Duplicarióſque qui reliquerant ordines,virgis cæſos,ſecuri percuſsit.Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. De quo etiam Dionyſius Halicarnaſſeus li.9.& Iulius Frontinus lib.4.ſtratagematon,c.j.& eandem quoque decimationem fecit M.Craſſus apud Appianum,lib.j.bellorum ciuilium,& Plutarchum in vita ipſius Craſsi,vbi tradit hunc morem Romanorum peruetuſtum fuiſſe, qui minorem damno ignominiam continet,plurimúmque aſpicientibus horrorem iniicit. Et Iulius Cæſar non ſemel apud eundem Appianum lib.2.eiuſdem operis,& Auguſtus apud illum ipſum in Illyrico, & Antonius apud eundem in Parthico,& Plutarchum in vita ipſius Antonij, & Frontinum quo loco ſuprà citauimus,vbi alios quoque memorat,qui idem fecerunt.L.Appianus apud Cornelium Tacitum li. 3.At Scipio ex principibus factionis,qui in obſidione vrbis,cui Loces nomen erat,parere illi recuſarent, cùm eos in mediũ ſortitus eſſet,tres duntaxat mali authores ſupplicio affecit,vt tradit Appianus in Libyco.

*Vbi totus deſæuit exercitus necessaria venia eſt.*

5 ¶Stoicorum Romanorum princeps Annæus Seneca,lib.2.De ira,In ſingulos(inquit)ſeueritas Imperatoris diſtinguitur:At neceſſaria venia eſt,vbi totus deſæuit exercitus. Plutarchus in Scipione Aphricano ſcribit,quòd Scipione ipſo ægrotante,cùm eſſet orta inter milites magna ſeditio,rem ipſam Scipio ad conſilium retulit, cuius maior pars in eos, à quibus initium tumultus ortum erat, animaduertendum,& reliquis ignoſcendum cenſuit.Sic enim fieri poſſe,vt pœna ad paucos,exemplum

plum ad multos perueniret. Idem in Craſſo author eſt, Craſſum ipſum, dum bellũ aduerſus Spartacum gereret, ex his qui fugam cęperant, quingentos fugæ authores in quinquaginta decurias fuiſſe partitum: inde ex earum qualibet vnum ſorte delegiſſe, quem in totius exercitus oculis vltimo affecit ſupplicio: peruetuſtum ſanè (vt ille ſubdit) Romanorum puniendi morem reuocans. Apud Aegeſippum li.v.cap.v. Titus Imperator dicit animaduerſionem in ſingulos vſque ad factum promoueri debere: in multitudinem verbotenus: nam vſque ad pœnam iſtam, vſque ad correptionem. Quod & idem retulit Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico, c. quarto inquiens: Namque vnius hominis animaduerſionem vſque ad factum promouendam putabat: multitudinis verò vſque ad veniam. Idem Aegeſippus eo.lib.v.c.xxv. Impediuit hoc (ait) vindictæ ſeueritatem, quia innumeri reperti ſunt tanto furori obnoxij. ideóque Titus, qui vallare circunfuſo exercitu Syros & Arabes propoſuerat, contemplatione multitudinis reuocauit ſententiam. cuius etiam rei meminit Ioſephus lib. 6. de bell. Iudaic. quem ſuprà citauimus, c. 18. Sed & Vegetius de re militari idem tradit.

*In delictis ciuitatis authores puniendi, reliqui impunè laturi.*

6 ¶Plato ille Philoſophiæ, & legum peritiſsimus, à quo maxima pars legum Gręcanicarum manauit, vnde & Romanę, ex maxima etiam parte deriuarunt, ſi Liuius li. 3. & Pomponius noſter in l. 2. ff. de orig. iur. verum ſcripſerunt. Plato (inquam) lib. vlt. de Legibus, Si plures (ait) ex ciuitate, proprio conſilio, ſine authoritate communi pacem inierint, aut bellum mouerint, huius rei authores tantùm morte puniri iuſsit, nulla aliorum mentione facta, tandem impunè id ſint laturi.

7 ¶Id tamen multifariàm intelligendum eſt. Primùm videlicèt vt procedat, niſi ipſa multitudo vellet delictum, quaſi ex authoritate defendere: quo caſu non eſſet ipſi multitudini quoquo modo parcendum. c. j. ante fi. & ibi glo. in verbo, recidenda, de pœn. diſt. 6. & etiam voluit gl. in d. c. quoties. Et vt alibi ſcribitur, ſeuerius plectendus eſt, qui ſua nititur crimina authoritate defendere. c. plurimos. & c. quia aliquanti. 82. diſt. & c. prædicator. 16. q. 1. & c. inter dilectos. de exceſ. prælat. vbi dicit ita voluiſſe Inn. in c. niſi cùm pridem. col. pe. in gl. diſtinguendi. de renunt.

8 ¶Intellige ſecundò, vt ſit ſeueritas detrahenda à multitudine delinquẽtium, non autem à præcipuis, primíſque facinoris authoribus, qui debent puniri pro ſuo ipſorum delicto, & aliorũ, vt cæteri metu deterreantur. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi pub. & in d. l. ſiue ex prætoriano. verſ. prioribus eius militiæ. C. de execu. & exac. li. 12. & ibi not. Lucas de Pen. col. in fi. verſ. & not. ex hac lege. vbi latè proſequitur, & comprobat (ibi vide alios) & d. cap. latores. de cler. excom. min. vbi & hoc not. Pan. in 3. not. & ita voluit per illum tex. Inno. in d. c. ſanè. de tempor. ordi. & Pan. in c. clericos. per text. ibi. de cohab. cler. & muli. & Bald. in ſua Margarita, in verbo, multitudo. & conſil. ccclxvij. venerabilis in Chriſto pater. col. 2. lib. 3.

*Mitylenenſes ab Athenienſib. ob defectionem ſolùm occiſi, reliquis ſaluis.*

9 ¶Apud Thucydidem libro Belli Peloponneſiaci 3. Cùm Mitylenei aliquando ab Atheniẽſibus defeciſſent, præcipuos defectionis authores tantùm Athenienſes morte mulctarunt: in cæteros nihil eſt animaduerſum. Arrianus item lib. 7. de geſtis Alexandri, ſcriptum reliquit, quòd cùm Macedones aliquando ſeditionem feciſſent, ſeſe militiæ ſacramento abſolui petentes, Alexander ſeditionis tãtùm authores numero tredecim, aliis impunitis, interfici iuſsit. quod & Curſius lib. 9. memoriæ prodidit. Liuius quoque 4. Decad. li. 3. ſcribit M. Acilium prætorem oppreſſa coniuratione ſeruorũ, quæ infeſtam Hetruriam fecerat, principes cõiurationis crucibus affixiſſe, alios dominis reſtituiſſe. Et iterum eiuſdem Decad. lib. 8. recenſet, quòd cùm militum magna multitudo authoribus Albio Galeno, & Atrio Vmbro ſeditionem feciſſent, eos Scipio longa & eleganti oratione coërcuit, quam his verbis tandem concluſit: *Itaque quod ad vos vniuerſos attinet, ſi erroris pœnitet, ſatis ſupérque pœnarum habeo. Albius Galenus, & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ ſeditionis authores ſanguine luent, quod admiſerunt: vobis ſupplicij eorum ſpectaculum, non modò non acerbum, ſed lætum etiam, ſi ſana mens rediit, debet eſſe.* Et id quoque videre eſt ex aliis quæ ſcripſimus ſuprà, nu. 4.

*Vbi diſpenſatio locum non habet, à ſeueritate canonica nil detrahendũ ob multitudinem.*

10 ¶Intellige tertiò procedere in his caſibus, in quibus habet locum diſpenſationis remedium: alioquin ſi locum habere non poſsit, non eſt aliquid à ſeueritate canonica detrahendum, propter multitudinem: vt putà in matrimonio, ſecundùm text. in c. ex parte. de tranſac. & ita per illum text. dicit gl. in d. c. comeſſationes, 44. diſt. & ſequitur Feli. in c. dilectæ in Chriſto. col. v. verſ. quod autem de excommunicatione. de excep.

11 ¶Intellige quartò eo modo, quo ſuprà de conſuetudine iniqua diximus, cauſa 42. vt videlicèt multitudo delinquentium excuſetur à pœna temporali, non tamen à crimine, & pœna diuini iudicij, vt ſcribit vir iuris diuini, & canonici peritiſsimus Anto. Flor. in 2. parte 3. partis principalis, tit. xxx. c. j. Pro quo tex. eſt elegans in c. multi. in fi. 2. q. 2. cum dicitur, *Nec gaudeant, quia plures inueniant ſibi ſimiles. Nam propterea non minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.* & d. c. flagitia, in illis verbis, *Quæ ſi gentes omnes facerent, eodem criminis reatu tenerentur.* idque not. gl. quòd ratione multitudinis non excuſetur quis à culpa.

*Peccantium multitudo non parit errori patrocinium.*

12 ¶Hinc illud Hieronymi ad Auſinum, Peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Et ad Occeanum, Sic vnum tuere, vt plures accuſare videaris: & quem ratione non poſsis, ſocietate peccantium defendas. Et alibi ſcribens in quendam iuuenem, qui virginem corruperat; Nec tibi (ait) de multitudine peccantium blandiaris, & dicas, Hoc ſolus non egi, multos habeo ſocios. Sed recogita quòd multitudo ſociorum impunitatem non facit criminum: & in Sodoma & Gomorrha, & in totis quinque ciuitatibus innumerabiles vtique habitabant. Sed ecce omnes pariter qui libidinosè corpora ſua tractauerunt, imbribus igneis conflagrati ſunt. Solus autem Loth de illo ineuitabili incendio



cendio effugit, quia ab illa turpitudine ſe præſtiterat alienum.

*In grauiſsimis delictis multitudo non excuſatur.*

13 ¶Intellige quintò hoc non procedere in maximis, grauiſsimíſque delictis, vt voluit Domi. in c. denique. diſt. iiij. per c. flagitia. xxxij. q. vij. & latè Lucas de Pen. in d. l. ſiue. C. de exact. & execu. lib. xij. & Feli. in d. c. dilectæ in Chriſto. col. v. verſi. quod autem. de except. & in c. dilectus. huius initij. 2. col. j. de ſimo. vbi & idem videtur voluiſſe Panor. poſt Bart. in l. aut facta. §. vlt. ff. de pœn. Et ad hoc referri poteſt, quod ex ſententia Hieronymi dictum eſt in præcedenti cap. de Sodoma & Gomorrha: illic enim erat grauiſsimum, & nefandiſsimum peccatum, de quo etiam loquitur d. cap. flagitia. Huc quoque quadrat, quod Exodi 32. Moyſes propter peccatum idololatriæ occidi præcepit vigintiduo millia hominum. Quod vir ille iuſtiſsimus nunquam præcepiſſet, niſi iuſtum fuiſſet peccantem multitudinem humano iudicio condemnari.

*Cùm timetur ſcandalũ, multitudo mitius punitur: ſuſtinẽdáque ſunt crimina.*

14 ¶Intellige ſextò, vt aliqui contendunt, ſecundùm caput præcedens, vt videlicet tunc multitudo mitiùs puniatur cùm timetur ſcandalum, non aliàs, vt voluit gl. in d. c. comeſſationes. & in d. c. quoties. & in d. c. j. in verbo recedenda, de pœn. diſt. 6. & in d. c. latores. & ibi Panor. Sed certè ego in ea ſum ſententia, vel citra periculum ſcandali, vt cum multitudine ſit clementius agendum, ea ratione motus, quòd iura de ea re loquentia, magis cauſantur, quòd in punitione multitudinis ſtrages multorũ iaceat, quàm quòd ſcandali periculum timeatur, vt omnibus videre licet. In qua planè ſententia eſt & gl. in d. denique ſacerdotes. 4. diſt. in verbo, venia. dum ab altero alterum diſtinguens, dicit ignoſcendum eſſe propter multitudinem, vel ſcandalum. Suſtinenda enim eſſe crimina ratione ſcandali, & ratione multitudinis. & pro vtroque iura ſeparatim aduocat.

*Monachi venientes contra obſeruantiam religionis, contra illam ſuperior diſpenſare non poteſt.*

15 ¶Intellige ſeptimò, vt hoc non procedat, cùm multitudo religioſorum deliquit, faciendo contra votum, aut obſeruantiam monachalem, vt no. voluerunt Ven. Gof. & Hoſti. in c. ea quæ, per illum text. in verbo, in parcendo. de ſta. mo. Feli. & ſequitur Archi. in d. c. vt conſtitueretur. 50. diſt. dicens huius eſſe rationem: quia ex quo veniunt contra obſeruantiam religionis, non poteſt ſuperior cõtra illam diſpenſare. c. cùm ad monaſterium. in fi. de ſtat. mona. ſequitur quoque Domi. in d. c. comeſſationes. in fi. & Feli. in d. c. dilectæ in Chriſto. de excep. & in d. c. dilectus. huius initij 2. col. j. verſi. tertiò de ſimo. vbi hoc dicit ſing. Sed certè iſta limitatio ſecundùm rationẽ Arch. dependet ex 4. limitat. ſuprà.

## CAVSA QVADRAGESIMAOCTAVA.

*Minuenda eſt pœna, cùm intuitu delinquẽtis, alij ad frugem reducẽtur facilius.*

1 QVADRAGESIMOOCTAVO, cùm eius, qui deliquit, conſiderata conditione, alij ad frugem melioris vitæ faciliùs traherentur, ſi pœna minuatur, eſt ob id certè minuenda, arg. c. vlt. qui fil. ſunt legi. & c. vlt. de diuor. & c. conuenientibus. 1. q. 7. (vide ea loca) & ita per illa iura ſuprà allegata, voluit Lucas de Pen. in l. j. col. 13. verſi. igitur iudex. C. de deſert. lib. 12. & in l. ſi apparitor. col. 9. ver. magis illud. C. de cohor. lib. 12

2 ¶Et ad hoc certè facit, quòd pœna ſcelerum non modò ipſum delinquentem reſpicit, ſed & cæteros omnes, vt illi videlicet à criminibus formidine pœnæ deterreantur, vt latiùs dicam infrà: imò verò cauſæ, quæ cæteros reſpicit, eò magis videtur conſideranda, quàm quæ delinquentem ſolùm concernit, quò latiùs patet. ergo ſi impunitas, aut pœnæ diminutio aliis eſt profutura. quàm pœna, conſequens eſt, vt potiùs eo caſu impunitum crimen relinqui debeat, aut certè pœna minui, quàm omninò delinquentem puniri.

## CAVSA QVADRAGESIMANONA.

*Ob delinquẽtis merita in Rẽpub. aut maiorum aut proximorũ, ei parcitur.*

1 QVADRAGESIMONONO, propter delinquentis, aut etiam maiorum, aut proximorum ipſius merita, beneficiáq; in Remp. collata, ei parcitur: vt de primo, ſcilicet ipſius delinquentis meritis ac beneficiis, eſt tex. not. in l. 2. §. poſteà cum Appius. ff. de orig. iur. vbi cum Flauius ſcriba librum legum Appio ſurripuiſſet, eúmque populo tradidiſſet, non ſolùm non punitus fuit, quòd ſurripuerat, ſed & præmium ob id quod populo Romano tradiderat, conſequutus eſt. Et ibi gl. notat aliquem ex dolo præmium cõſequi. Et tex. quoque æquè celebris in l. non omnes. §. vlt. ff. de re mili. vbi ſcribitur ei eſſe parcẽdum, qui transfugit, & poſteà multos latrones depræhendit, transfugáſque demõſtrauit. & illos tex. vt notat. Ro. conſ. 310. in caſu propoſitæ cõſultationis. col. 4. verſi. cæterùm videmus. & ſeq. & per d. §. poſteà dicit quòd vbi ex delicto alicuius quicquam vtile Reip. obuenerit, non ſolùm pœna remitti, ſed & ipſe delinquens remunerari poteſt, licèt aliàs delinquentes egeſtate debeant laborare. l. bona fides. ff. depoſi.

*Limitatio præcedentium ubi procedat.*

2 ¶Alibi autem idem Ro. in rep. l. ſi verò. §. de viro. in 48. fal. ff. ſo. matr. per illos ipſos tex. limitat leges generaliter dicentes, pœnis afficiendos eſſe delinquentes, non præmiis, vt videlicet non extendantur ad caſum, quo quid vtile pro Republic. egerint: quia tunc in remuneratione poterit ſuperior eis dare impunitatem, eóſq; multis donare præmiis. Et ita etiam illos tex. ponderat Barb. conſi. xj. illud afferam. col. 4. verſi. vbi quis remuneratur. lib. 2. & conſi. 26. ſapienter ſcripſit. col. pe. eod. lib. 2. Et poſtremum quoque ad hoc annotat Raph. Fulg. conſi. 124. præſuppoſitis ſtatutis. col. vlt. vbi & in id allegat tex. in l. quinque ſummates. C. de Decur. lib. x. qui tamen nihil mihi videtur facere. Illum quoq; tex. in d. l. non omnes. ad hoc annotant ipſe Rom. ſing. 538. nullus niſi princeps. atq; ex eo pulchrũ caſum decidit. & Alex. conſ. 19. circa primum ad fi. lib. 7. vbi & ad hoc allegat l. ſi quis in graui. §. is quoque. ff. de S. C. Syll. Annotat quoq; & illum tex. in d. l. non omnes. Soci. aut quiſquis eſt, in tractatu fallen-

tiarum,in reg.229.cuius eſt prin.lex generaliter loquens.verſi.fallit ratione beneficij.Sed tu præter illos tex.adde alios id quoque(ſi nō oſcitanter inſpiciantur)probantes,ſcilicet in l.j.ad fi.ibi,*ob merita indulſit*. ff. de conſti. princ.& ſimilem in §.ſed & quod Principi.ver.planè ex iis.Inſti.de iur.nat.vbi glo.in verbo,ob meritum,Ioan.Plat.& Angel.Are.ita eum tex.intelligunt.

*Deprecatione non facti defenſio,ſed ignoſcēdi poſtulatio continetur.*

3 ¶In quam ſententiam locus eſt apud Oratores,quam Deprecationem vocant, de qua Tullius libro veteris Rhetoricæ,2.Deprecatio eſt(inquit)in qua non defenſio facti,ſed ignoſcendi poſtulatio cōtinetur.Et paulò infrà,huius rei exemplum ſubiicit,vt ſi pro aliquo claro,aut forti viro,cuius in Rēpublic.multa ſint beneficia,dicere poſsis,&c.Et ipſemet Tullius,& alij,quos tibi citabo inferiùs, nu.11.incip.cuius rei quoque.&c.rurſus in 51.cauſa.nu.24.incip.huc quoque.Et hoc quidem genere deprecationis vtitur ipſe Tullius in oratione pro Annio Milone in ipſo propè exordio, deprecans, vt Clodij interitus Miloni propter multa illius præclara in Remp.merita condonetur.

*Conſul conſtās & fortis incolumis Reip. reſeruari debet.*

4 ¶Idem in oratione pro Lucio Flacco refert Marcum Aquilium multis auaritiæ criminibus,teſtimoniſque conuictum,quia cum fugitiuis tum fugitiuus fortiter bellum geſſerit, à Romanis iudicio liberatum.Cuius etiam rei meminit idem Tullius in 7.eadémque vltima actione in C. Verrem ſtatim poſt prin.& in lib.2.de Oratore.Et eius authoritate Florus Epitome Liuij lib.70.in prin.Addit autem Cicero in oratione pro Flacco, ſe conſulem C. Piſonem defendiſſe, qui quia Conſul fortis, conſtánſq; fuerat,incolumis eſt Reip.ſeruatus,refértq; alios ob id ipſum quoque abſolutos.& paulò pòſt,Semper(ait) graues & ſapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis, quid communis ſalus,quid Reip.tempora poſcerent,cogitauerunt.

*Marci Horatij abſolutio de ſorore interempta.*

5 ¶Ipſe autem Liuius 1.Decad.lib.1.tradidit M.Horatium,qui paulò antè imperium Po.Ro.aduerſus virtute peperiſſet ſua,vt qui ter geminos Curiatios interemerat, ſororémque ſuam, dum rediret à victoria,obuiam ſibi factam mortem vnius ex Curiatiis,cui deſponſata fuerat,flentem,gladio tranſuerberauit(ſiue tranſegit)à Pop.Rom.abſolutum fuiſſe,magis admiratione virtutis quàm iure cauſæ:vt tamen cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur, imperatum patri Horatij, vt filium expiaret pecunia publica.Quam hiſtoriam etiam conſcripſit Ariſtides Mileſius in libro Italicarum rerum.& Dionyſius Halicarnaſſeus lib.3.& Cicero in illa oratione pro Milone, Valerius Maximus lib.6.c.3.& iterum lib.8.c.1.& Ariſtides Mileſius in lib.rerum Italicarum, & ex eo Plutarchus in Parallelis.c.1.vbi & teſtimonio Demarati rerum Arcadicarum lib.2.eandem quoque refert hiſtoriam cōtigiſſe apud Tegeatas,& Feſtus Pompeius,quo loco de Sororio Tigillo loquitur.

*Strenuo militi noctu amore mulieris uagāti in caſtris ipſa datur,ut ibi re maneret.*

6 ¶Sed & aliam hiſtoriam, ad hanc rem maximè pertinentem refert ipſe Plutarchus in Fabij Maximi vita,& apophthegmatis eiuſdem, quòd cùm miles quidam Lucanus apud Nonum Fabiū eſſet accuſatus, quòd mulieris amore noctu ſæpe in caſtris vagaretur,alioqui verò mirabili armorum virtute vir eſſe narraretur, mulierem quam ille miles deperibat,depræhēdi eo clàm iuſsit,& ad ſe duci:& accerſito homine,quòd præter legem(inquit) pernoctes, haud me latuit, ac ne priùs quidem latuerat,quòd probitati ſtuderes:quare fortiter tuis ac rectè factis errata cōdonantur.At poſthac nobiſcum eris,habeo enim ſponſorē:& adductam mierculā ei commendauit,ac tradidit.Id quod etiā recenſuit Plinius,ſiue is eſt Suetonius,vt alij contendunt,ſiue Cornelius Nepos,vt & alij exiſtimāt, in lib.de viris illuſtribus,quo loco de Fabio Maximo ſcribit,& Valer.Maximus lib.vij.c.iij.

*Regius iudex ob ſentētiā corruptione pecuniæ latā cruci affixus.*

7 ¶Sed & huc quoque pertinet alia hiſtoria ab Herodoto relata,in Polyhymnia,qui liber eſt 7.Dariū illum primum Perſarum regem,Sandocem Aeotolidis præfectum ob hanc cauſam cruce affeciſſe, quòd cùm è Regiis iudicibus eſſet, iniquam ſententiam ob pecuniam tuliſſet:ſed eius in cruce ſuſpenſi Darius reputans plura peccatis eſſe beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens agnoſcénſque properantiùs ſe,quàm prudentiùs egiſſe,hominem ſoluit.

*Ionathæ liberatio populi precibus.*

8 ¶Et id quoq; exemplo diuinorū Bibliorum comprobare poſſumus. Ionathas enim Saulis Regis filius,contra ipſius Regis edictum, fauum mellis ante veſperum comederat: tamen quia illa ipſa die Philiſthæos deuicerat,ſalutémque in Iſraël fecerat,piis populi precibus liberatus eſt à morte edicto Regis propoſita,ſicuti ſcribitur primo Regum,c.14.& repetitur in decretis canonicis 22.q.2.§. vlt. Et hoc quidem ad hoc noſtrum propoſitum annotauit Io.Ligna.in tractatu de bello,cap.29.

9 ¶Adſtipulatur & præcedentibus,quod ſcienter ex facto reſpondit Bal.conſ.58.itē prouiderunt,& ordinauerunt.lib.2.quòd prouiſiones generales ſtatutorum recipiūt tacitas exceptiones,propter caſus emergentes,in quibus oportet ſpecialiter prouideri.vnde ſuadente cauſa ſpeciali,ceſſat prouiſio generalis. Hinc eſt,quòd propter ſingularia merita,ſingularis fit prouiſio,quæ ſecūdùm generalia ſtatuta non poſſet fieri,per d.l.ſi quis in graui.§.is quoque.qui legitur cū §.vtrum.ff.de S.C.Syll.vbi ait no.Bar.ꝙ ſi eſt prohibitum forenſi acquirere poſſeſsionem in ciuitate,tamen propter ſingulare meritum,vt quia multum operatus eſt in recuperatione alicuius caſtri, poteſt hoc ei concedi. Et hæc quidem Bald.vbi ſuprà:qui ad hoc dicit facere d.l.Aquilius.& l.ſi pater.ff.de donat.

*Maiorum merita ad poſteros trāſeūt, et filij remunerātur ex parentū meritis.*

10 ¶Quod autem in principio de maiorum meritis,& beneficiis,vt proſint ad dimittendā,aut certè leniendam pœnam delinquentis,ex hoc ſatis probatur, ꝙ maiorum merita ad poſteriores tranſeunt: vt pulchrè voluit Bal.conſi.355.præmittendum eſt.col.2.verſi.quid igitur.lib.1.quem refert & ſequitur Soci.conſi.84.accuratiſsimè.col.3.verſ.ex quibus in propoſito.lib.3.Et hoc quidem veriſsimum. Nam & noſtris legib.filij remunerantur,ex parentum meritis,vt videre licet ex l.nemini,verſi.filios autem.& l.petitionem.verſic. filiis ſcriberet.C.de aduo.diuer.iudic.& l.iubemus.verſic.& filio.C.de aduo.diuer.iudic.quas leges in id citat Rom.conſi.xxix. in cauſa maioris.





*Maiorum beneficia quæ extant in deprecatione proferenda.*

11 ¶Cuius rei quoque locus eſt apud Oratores.Nam & Tull.lib.2.de Inuentione,vbi de deprecatione diſſerit,Oportebit(inquit)omni,qui ſibi vt ignoſcatur poſtulabit,cōmemorare,ſi qua ſua poterit beneficia.Et paulò pòſt:Deinde maiorum ſuorum beneficia,ſi qua extabunt,proferre.Hincq; Marius apud Saluſtium in Iugurtha:Ad hoc alij ſi deliquere,vetus nobilitas, maiorum facta fortia præſidio adſunt.Quintilianus lib.6.c.1.Periclitātem commēdat dignitas,& ſtudia fortia,& ſuſceptæ bello cicatrices,& nobilitas,& merita maiorum.Hinc apud Liuium 1.Decad.lib.2. Appius cùm in vincula duceretur,maiorum merita in Remp.collata commemorabat,vt pœnam deprecaretur.

*Ad idem pulcherrima exēpla.*

12 ¶Súntque eius rei exempla.Nam Berenice,aliis Pherenice dicta,cognomento Callipatera,cùm virum habitu mentita ludis mulieribus interdictis interfuiſſet,vbi Piſithodum filium coronatum vidit,meritis tamen ſuorum abſoluta eſt,cùm aliàs ſecundum legem ex Typeo prærupto monte præcipitarentur,quæ id feciſſe eſſent deprehenſæ.authores Pauſanias.lib. v. & Aelianus de varia hiſtoria lib.2.cap.7. Liuius 1.Decad.lib.4.ſcribit M.Poſthumium,Tribunum, ob rem malè ab eo geſtā, decem millibus æris granis fuiſſe damnatum:verùm poſteà ab omnibus tribubus fuiſſe abſolutum ob memoriam Connati Patris,venerabilis viri,& iam exactæ ætatis. Sed & Tacitus libro ſecundo refert Plautio Laterano mortem quam ex ſceleribus meruerat fuiſſe remiſſam ob patrui egregium meritum.

*Hæc non procedunt in atrociſsimis in Rēpub. facinoribus.*

13 ¶Illud tamen,quod diximus,de pœna remittenda,aut minuenda propter delinquentis, aut maiorum in Remp.merita, intelligendum arbitror, niſi quis atrociſsimum, grauiſsimúmque in ipſam Remp.facinus commiſerit:nihilò enim magis ſua ipſius merita,& beneficia à punitione huiuſmodi tam ſceleſti facinoris vindicare cenſuerim,quàm olim vindicarint Sp.Caſsium, quem affectatæ tyrannidis conuictum,nulla rerum geſtarum,& honorum promeritorum ratione habita,populus Romanus capite mulctauit,vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus Antiquitatum Romanarum lib.8.& li.x.In oratione Siccij Dentati.vbi refert illum ter conſulem,bis triumphantem,tot honoribus,tot rebus domi,foríſque geſtis inſignem,& nemini ætate ſua ſecundum, ob tyrannidem de rupe datum præcipitem.De qua etiam Liuius j.Decad.lib. ij.

*Mālio ſua nec maiorum merita, ob regnum affectatū, non profuerunt.*

14 ¶Atque etiam Manlium ob defenſum Capitolium,Capitolinum dictum,qui etſi ſexdecim annorū voluntarium militem pro Rep.ſe obſtuliſſet, trigintaſeptem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus,vigintitres cicatrices in pectore habuiſſet,capta vrbe author in Capitolium fugiendi quadā nocte clangore anſeris excitatus,Gallos aſcendentes deieciſſet,Patronus à ciuibus appellatus, & farre donatus fuiſſet,donum etiam in Capitolio publicè accepiſſet:tamen quoniam regnum affectare, & ita libertatem Reip.opprimere conuictus eſt,nulla ſuorum in Remp.meritorum ratione habita, & ex ſententia Rom.è ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt,domus illius diruta,& bona publicata:in eiúſque notam factum ſenatuſconſultum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet. Cuius rei teſtes ſunt locupletiſsimi Liuius 1.Decad.lib.6.Val.Maximus lib.item 6.c 3.Plinius(aut quiſquis is eſt) in lib.De viris illuſtribus,& Plutarchus in vita Camilli.

*Viri ſtrenuiſsimi in ſuſpicionem tyrānidis morte ſūt mulctati.*

15 ¶De qua re & aliis multis ſimilibus loquens Portius Latro,orator clariſsimus in eleganti illa declamatione in Catilinam:Rectè(inquit)maiores noſtri ſummis laudibus efferēdi ſunt,qui Sp. Melium, qui Gracchos,qui Manlium Capitolinum, qui Druſum, qui Saturninum, fortiſsimos homines, & Reipublicæ ſæpenumero nō mediocriter opitulatos,quòd deueniſſent in affectatę tyrannidis ſuſpicionem,morte mulctandos eſſe putauerunt. Nec Sp.Melium fauor ampliſsimus ciuitatis, nec Gracchos aui ſui ampliſsimi viri memoria,nec Manlios celeberrima gloria Capitolij liberati,nec Druſo ſanctiſsimi ſui penates, nec Saturnino ius ſacroſanctæ dignitatis auxiliata eſt. Hæc ille. Cui adde quantum ad Spurium Melium, Liuium 1. Decad. lib. 4.Et bene facit quod in ſimili ſcribit Cæpola cautel.3.incip.propter maximam.de quo dicemus infrà,in ſeq.cauſa,nu.2.

*Ob ſceleris immanitatem licitum eſt leges tranſgredi, & pœnas ordinarias augere.*

16 ¶Neque id quidem mirū videri debet,cùm & aliàs ex Inno.ſententia,propter ſceleris immanitatē, atrocitatē,grauitatem,licitum ſit leges tranſgredi.Ita enim paſsim allegatur ipſe Inno.in c.1.de conſtit.vbi dicit,quòd iudices poſſunt ratione caſuum emergentium leges tranſgredi,& pœnas ordinarias augere.quem ſequitur Hoſti.ibi & Specul.dum ad illū in ea re ſimpliciter remittit,in tit. de cōſtit.§.j.in fi.& Archi.in c.qui bona agunt.col.7.verſi.item cauſa coguita.17.q.1.& Bal.ſæpè,videlicet in l.obſeruare.§.proficiſci.in 11.quæſt.ff.de offic. proconſ. & legat.& in l.quid ergo.§.pœna grauior. col.4.ff.de his qui no.infa.& in l.ſi quis filio exhæredato.§.hi autem omnes.in fin. ff.de iniuſt.rup.& irrit.teſta.& in l.j.C.de precib.Imper.offer.& in l.j.col.v.C.qui accu.non poſ.& l.& ſi ſeuerior.col. 2. ver.ſecundò op.& ibi etiā Saly.C.ex quib.cau.infa.irro.& idē Bal.in l.j.in fi.C.de iur.calū.& in auth. hodie.vbi & Saly.C.de iud.& in auth.ſed nouo iure.col.j.C.de ſer.fugi. in quibus duobus poſtremis locis hoc intelligit ſolū procedere,in maioribus magiſtratibus,vt hoc obiter recenſeam. & idē Bal. in rubri.extrà de conſtit.& in c.2.in fi.de re iudi.vbi dicit,quòd hoc verbum multùm defendit aſſeſſores,qui pro bono publico quælibet ſtatuta tranſgrediuntur.& in c.j.ti.qualiter olim feu.alie.poter. & in c.j.§.iniuria.in prin.ti.de pac.iura.firm.& in c.j.ti.in quib.cau.feud.amit.& conſi.152. plura tanguntur,circa medium.lib.j.& conſi.364.quia quæſtio iſta.col.j.lib.3.& conſ.443.Cechus confecit venenum.col.2.eo.lib.3.& Ange.in l.quòd ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de ædi.edict.Panor.in cap. ſuper his. col.pen.de accu.dum etiam ſimpliciter remittit ad Inno.in d.cap.j.Ioan.Ana.in c.2.de adult. & in c. vlt.de furt.Ioan.Plat.in l.omnes.co.2.C.de dela.lib.x.Roma.conſil.429.conſidero in propoſita conſultatione.col.j.& Alexan.conſi.61.plura concurrere videntur.col.3.verſi.accedit,quia inquit.lib.j.&

conſi.xlj.habita ſuper præteritis.col.iij.verſi.accedit,quia vt inquit.lib.ij.Ang.Aret.in §.j.Inſti.vi bo.rap.& in §.ex maleficiis col.iij.Inſti.de acti.& in tracta.maleficiorum,in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit.col.iiij.& Cæpol.in repet.l.ſi fugitiui.col.xiij.in paruis.C.de ſer.fugi.& Barb.in repet.c.Raynaldus.col.xvij.verſi.limita etiam prædicta.de teſta.vbi hoc dictum Inno.reputat ſingu.& in rub. de reſcript.in cle.col.vj.& conſi.xlvij.ſcribitur præclarè apud Eccleſiaſt.col.xj.verſi.& cùm dicitur lib.1.vbi & illud dictum dicit eſſe ſingulare & elegans.& conſi.xciiij. ſcribitur lib. Heſter.col.ij.eod.lib.1.vbi item facit ſingulare.& conſi.vlt.col.ix.lib.ij.& conſi.viij.vbi Chriſtus.col.pen.lib.iij.& Felin.in cap.qualiter & quando.eius initij 2.§.ad corrigendos.col.vij.verſi.ſed pulchrè dubitari.de accuſ.vbi & hoc dicit ſingulare.& in c.ita quorundam,poſt prin.de Iudæis.& nouiſsimè Matth.Afflict.in conſtitutione Siciliæ incip.Caſtellanus.col.vlt.& in conſti.cuius eſt initium , Paterenorum.col.antepe.& Hippo.Marſil.in repe.l.vlt.col.lxxiij.& ſeq.C.de proba.& in l.j.col.vij. verſi. ſed prædicta poſſent.ff.de ſicar.vbi & hoc dicit not.

*Ob immanitatē criminis pœna debet creſcere,& ad id cōſulendus ſuperior.*

17 ¶Sed Rom.ſibi contrarius in repe.l.ſi verò.§.de viro.in 46.fal.ff.ſo.matr. poſteaquàm hoc dictum Inno.allegauit,dicitq; pro eo poſſe allegari tex.optimum in l.vlt.verſi.nec tamen ad huiuſmodi.C.de mod.mulct.& alium quoq; tex.meliorem in c.felicis.§.cæterùm.de pœn.lib.6. vbi expreſsè dicitur,quòd propter immanitatem criminis debet pœna creſcere.Cui eſt & alius text.ſimilis,licèt non alleget,in §.hoc autem.33.q.2.Tandē tamen ipſe Rom.hoc dictum repræhendit,per tex.quem dicit ſing.in l.diuus.eius initij 2.ff.ad leg.Corn.de fal.ſecundum intellectum communē.& gl.in verbo,nō poſsint,vbi ad hoc vt pœna augeatur propter ſceleris atrocitatē,conſulendus eſt ſuperior:nec id poteſt iudex facere propria authoritate, inconſulto Principe.Et ſecundum hoc, vt dicit,debent intelligi iura allegata pro ſententia Inno.Quod dictū pro ſing.reaſſumit Iaſon,aut quiſquis is fuit in d.§.ex maleficiis.col.ij.verſi.accedat quod ſing.Inſti.de acti. vbi tamen dicit eſſe diligenter conſiderandum circa illum text. d.l.diuus.quia peregrinus eſt,nec ei videtur vrgenter probare dictum Roma. Sed & idem voluit ipſe Rom.in ſuis ſing.& hoc ſequitur,& dicit eſſe verius,Cæpol.in d.authen. ſed nouo iure.col.21.in paruis.verſic.præterea dicit.& Felin.in d.c.j.col.17.verſic.nihilominus Ludo. de conſtit.& Hippol.in ſing.244.incip.tu ſcis illud.

18 ¶Verùm tex.in d.l.diuus,vel refragante ipſo Hipp.parum facit.ſicuti iam ex ſententia Iaſ. diximus, ad dictum Rom.nam ille tex.loquitur in eo,qui habebat iuriſdictionem limitatam, & caſus de quo ibi agebatur,iuriſdictionem ipſius excedebat,ſicuti dicit gl.ibi.& Barb.in d.c.1.de conſtit.& poſt eū Phil.Dec.in 2.lect.col.vlt.vbi dicit,quòd pro dicto Rom.eſt melior tex.in l.1.§.fi.ff. de quæſtio.

*An ex facili ſit cōſulendus ipſe ſuperior.*

19 ¶Ipſe tamen Barb.in rub.C.qui admit.char.6.col.2.verſi.item dico.in hac re diſtinguit, ex mente ipſius,eo tamen tacito:An videlicet de facili poſsit recurri ad ſuperiorem , & conſulendus eſt ſuperior,per d.l.diuus.aliàs poteſt iudex eo inconſulto in noſtro caſu leges tranſgredi, ſecundùm Innoc. ſententiam.& hanc diſtinctionem ſequitur Phil.Dec.in rub.col.1.& dicit facere bonum text. in l.ad beſtias.ff.de pœn.& in d.l.j.§.vlt.& quod ibi voluit Bar.ff.de quæſtio. ſubiungitq; eādem diſtinctionem in cap.ſi quis contra.de for.compet.& in c.dilectis.eius initij 2.de appel.vbi & ipſe Dec.eius rei affert.concord.Et idem videtur voluiſſe Feli.in d.c.1 in 7.fal.ante fi. de conſtit. Quibus adde quod in ſimili no.Panor.in c.vlt.col.3.verſi.omnia prædicta.de eccle.ædi.& quæ ibi allegat.

*Incapax admittitur ad ſupplicandum ob ſceleris grauitatem.*

20 ¶Sed quocunque hoc modo ſe habeat,illud certum eſt,multa contra huiuſmodi immania flagitia à legibus eſſe introducta contra communes iuris regulas.Imprimis tex.eſt in eam ſententiam.in d.l.j.C.de preci.imper.offer.vbi ſeruus alioquin incapax admittitur ad ſupplicandum , & impetrandum reſcriptum,propter ſceleris grauitatem.& ex eo no.Bald.in 2.no.quòd propter enormitatem delicti non concedenda conceduntur.

21 ¶Secundò in eam ſententiam tex.eſt in d.l.ſi quis filio exhæredato.§.hi autem omnes.ff.de iniuſt.teſta.vbi ſceleris magnitudo tollit appellationem:nec propter eam ſuſpenditur executio ſententiæ. Et per illum text.no.Bald.in d.l.1.ad fi.C.de iura.calum.quòd in delictis enormibus, licet interdum legem tranſgredi.Ili autem tex.ſimilis eſt in l.conſtitutiones.ff.de appel. quem ad hoc facit ſing. Gaſpar.Val.in rep.l.imperium.col.58.verſi.vltra iſtam doctrinam.ff.de iuriſdic.omni iudic.Alius quoq; in l.2.C.quo.ap.non recip.vbi ad hoc illum text.ponderat Bald. & Salyc. & alius in l.j.C.de fal.mo. quem etiam ad hoc no.Feli.in c.ſicut.de ſimo.& alius denique in c.vt inquiſitionis. de hæret. lib.6.

*Atrocitas non tollit appellationē niſi immineat periculum ſceleris maioris.*

22 ¶Verùm Fran.Are.vir emunctiſsimæ naris in l.Pantonius.§.rei perduellionis.in prin.ff.de acqu.hære.hinc occaſione ſumpta,quòd gl.ibi ſentit quòd condemnatus læſæ maieſtatis auditur appellans, dicit illam approbans contra Ro.quòd magnitudo & atrocitas ſceleris non tollit appellationem,niſi aliàs immineret periculum maioris ſceleris, aut damni, vt probat text.in d.§.hi autem omnes.ibi, non pœnæ feſtinatione,ſed præueniendi periculi cauſa:aut niſi reus eſſet conuictus ſimul,& confeſſus:per d.l.ij.C.quor.appel.non recip.

*De eodem.*

23 ¶Tertiò tex.in l.mulierem.ff. de accuſ.& in l.in quæſtionibus.ff.ad leg.Iuliam maie.& in c.tanta. de ſimo.per quos not.Ro.in d.repet.l.ſi verò.§.de viro.in xlvj.fal.ff.ſol.matrimo.quòd propter ſceleris atrocitatem,mulieres,& alij accuſare prohibiti,poſſunt accuſare.

*In grauitate facinoris, cōſors admittitur in teſtimonium.*

24 ¶Quartò non abſimiles ſunt tex.in c.per tuas.de ſimo.& in c.in fidei.& c.accuſatus.§.licet.de hære.lib.6.vbi propter facinoris grauitatem , conſors criminis admittitur in teſtimonium , alioquin non idoneus.Et ita etiam no.illos tex.Rom.in d.46.fallent.Cui adde gl.in l.vlt.C.de accuſ. quæ dicit illum tex.quo cauetur neminem de proprio crimine confitentem, ſuper conſcientia aliena eſſe ſcrutandum



tandum,fallere in multis caſibus illic à ſe enumeratis,propter immanitatem ſcelerum. quam glo. ad hoc expendit Fulg.conſi.clxxiij.in cauſa inquiſitionis,col.j.

25 ¶Verùm lector amantiſsime,ne fallaris,illud te admonitum velim, quod diximus de teſte aliàs nō idoneo ex tex.in d.c.in fidei.ſatis liquet,non ei omnino eſſe credendum,nec paſsim, ſed tū demum ſi ex numero teſtium perſonarum tam ipſorum teſtium,quàm reorum qualitate,& aliis circunſtantiis huiuſmodi teſtes vera dicere præſumuntur : quod tibi admodum notandum : quia multi decipiuntur,affirmantes ex eo ſimpliciter,huiuſmodi teſtes eſſe recipiendos.

*Ob immanitatē criminis poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem.*

26 ¶Quintò huc vergit tex.in l.ſi quis in hoc genus ſacrilegij.C.de epiſco.& cler.per quem no.Angel. Are.in tracta.malefi.in gl.j.col.iiij.verſi.ſecundò principaliter,quòd propter immanitatem criminis poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem,aliàs prohibitam.

27 ¶Sextò ſuffragatur tex.omnium.C.elegantiſsimus,in l.nemo.C.de epiſc.audi. ex quo not. Bald. in verſ.deinde no.quòd in diebus etiam Paſchalibus poteſt adhiberi tortura ad inueſtigationem enormium delictorum:ſed & per eundem tex.idem Bal.in verſi.item not.arg.dicit, quòd quando alicui conceditur arbitrium excarcerandi captiuos,ſicuti videmus quotidie in Principibus , non poſſunt illos excarcerare,qui propter enormitatem ſceleris detinentur.

*Clericus à iudice ſeculari punitur ob immanitatē ſceleris.*

28 ¶Septimò eiuſdem notę eſt tex.in l.addictos.C.eo.tit.per quem no.gl.ibi,quòd propter ſceleris immanitatem punitur clericus à iudice ſeculari:ſecundum tamen diſtinctionem,quam ibi ponit. & ſatis concordat tex.in c.perpendimus.de ſenten.excom.& quod ibi dicit gl.in verbo.cogantur, in illis verbis,Vel immiſcendo ſe enormitatibus.quæ & concord.adducit.

29 ¶Octauò ad aliud quoque huic loco accommodatiſsimum notandus eſt tex.in d.l. addictos, quòd propter criminis atrocitatem ſententia executioni demandetur,infra tempus decem dierum ad appellandum conceſſum.& ita illum no.Bal.ſuper quò tamen vide Pau.Caſtr.ibi.Bart.& ipſum Paul. Caſt.in l.addictos.C.de appel.& Bar.in.l.qui vltimo.ff.de pœn.

30 ¶Nonò huc pertinet tex.in l.per omnes.C.de defen.ciui.vbi propter delicti grauitatem,denegatur accuſato aduocatus.& ita illum tex.alleg.Ro.in d.repe.l.ſi verò.§.de viro.in d.fal.xlvj.& Ang. Aret. in tract.malefi.in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit.char.ij.verſi.& nota bene.& Barb.d.conſ. xlvj. ſcribitur præclarè.col.xiiij.verſi.cùm ergo in caſu noſtro.lib.j.& d.conſi.vlt. col. ix.lib.ij. vbi etiam facit ſing.& d.conſi.viij.col.pe.lib.iij.& in l.§.iiij.Cato.col.xxxviij. vbi rurſum facit ſing. dicitque ſe audiuiſſe illum tex.allegatū fuiſſe ab egregio quodam aduocato , coram Eugenio Papa in publico conſiſtorio,ad hoc quòd manifeſto vſurario erat denegandus aduocatus, corruptè tamen illic allegat l.iubemus.pro d.l.omnes.& idem Barb.in c.quærenti col.x.de offic.deleg. Et hoc quoque ponderat Feli.in c.j.col.xvj.in vij.fal.de conſtitu.(vide Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.& alicubi in auth.habita.C.ne fili.pro pat.)& Hippo.Marſil.in repe.l.vlt.in lxxiiij.char.C.de proba.& in l.j. in prin.col.viij.verſi.& in quantum.ſuprà.ff.de quæſt.

*Ob facinoris enormitatē diebus feriatis ſenſentia demandatur executioni.*

31 ¶Decimò,accedit tex.in l.prouinciarum.C.de fer.vbi propter facinoris enormitatem ſententia criminalis quocunque die etiam feriarum diuinarum poteſt demandari executioni,& hoc ibi no. Bal. quanuis aliàs fieri non debeat;vt dicit ipſe Bal.per tex.eo.tit.l.vlt.

32 ¶Vndecimò,tex.in l.j.C.quan.lic.vni.ſine iudi.autho.ſe vind.per quem tex.dicit Bald.in l. amiſsione.§.qui deficiunt. ff. de capit.dimi. quo propter grauitatem ſceleris licet alteri alterum propria authoritate impunè interimere:& ad hoc etiam eſt bonus tex.in l.ij.C.eod.tit.

33 ¶Duodecimò , huc ſpectat text.in l. vlt.C.de male.& mathe.ex quo not.Bald.in ſua Margarita, in verbo,delictum.quòd propter delicti atrocitatem poteſt quis capi à priuato , ſine mandato iudicis, licèt aliàs ſecus.per tex.in l.vlt.& ibi Doct.C.de cuſtod.reo.cum ſimil.

*Accuſator non probās in enormibus non dicitur calūniari.*

34 ¶Decimotertiò,prædicta confirmant tex.in l.j.C.de fal.monet.& in §.vlt.in authen.de non ali. per quos not.glo.in l.athletas.§.præuaricator.ff.de his qui no.infa.quòd propter enormitatem criminis accuſator non probans,non dicitur calumniari,vt quis ad accuſationem illius faciliùs proſiliat,licèt tamen regulariter ſecus.l.j.C.de aduo.diuer.iud.& hoc ſequitur Pan.in c.ij.de calum.Quod nō paſſim admitterem,ſed tum demum,ſi probabili ratione,aut præſumptione veriſimili motus ad accuſationem proſilierit.

*Infamatus graui delicto,à beneficio ut officio ſuſpēdi poteſt.*

35 ¶Decimoquartò,vt ad ius canonicum accedamus,facit tex.in c.inter.in prin.& ibi glo.vlt. de purg. cano.vbi propter delicti grauitatem infamatus à beneficio quoque,nedū ab officio ſuſpendi poteſt, donec ſe canonicè purgauerit.licèt aliàs ſecus.& ibi Panor.dicit illum tex.eſſe ad hoc notabilem.

36 ¶Decimoquintò,in hoc albo eſt & tex.in c.nouimus.de verb.ſingifi.vbi in grauioribus , & enormibus delictis clericus degradatur,& curiæ ſeculari traditur,licèt nondum ſit incorrigibilis:quanquam aliàs id non fiat præterquàm in tribus caſibus , & cum eſt incorrigibilis , ſecundùm gloſſ.in cap. ad abolendam.de hæret.Et ita illum tex.intelligit & ſing.facit Panor.ibi in iij.no.& etiam voluit idem Panor.in d.c.ad abolendam.& in cap.j.col.vlt.de his qui fili.occid.& in c. at ſi clerici. & in cap.cùm non ab homine.de iud.& ibi etiam Pet.An.& idem Pet.in cap.ea quæ.in xix.quæſt.de reg.iur.lib.vj. vbi dicit ita fuiſſe deciſum Venetiis in horrendo quodam homicidio.& Domi.in c.non licuit. xvij. diſt.& Barb.dict.conſi.lxiiij.

*Clerici ob enormitatē ſcelerū poſſunt à*

37 ¶Quæ ſententia nihil omnino dubia videbitur,ſi cōſiderauerimus clericos,vel citra degradationē poſſe puniri à iudice laico,propter enormitatem ſcelerum , vt dictum eſt.& verum dicit gloſſ.in c. cùm non ab homine.in verbo,nuntius.ibi , ſed ſecus , ſi enormitatibus ſe immiſceat.de ſent.excom.

*iudice laico puniri.*

per tex.ibi.& gl.in d.c.perpendimus.etiam per illum text.eod.titu.& etiam per tex.in c. in audientia. eod.quoque tit.& gl.item in c.contingit.in verbo,ordinati.in eo.rurſus titu.de ſent.excom. vide Panor.& Feli.in d.locis.

38 ¶Decimoſextò,huc quoque reſpicit text.in c.ita quorundam.de Iudæis.ex quo not.Feli. ibi in j.not. quòd propter immanitatem delicti eccleſia plures pœnas vni delicto imponit : licèt regulariter ſecus.c.at ſi clerici.§.de adult.de iud.

39 *Ob ſceleris atrocitatē brutum animal punitur.*

¶Decimoſeptimò, text.in c.mulier.xv.q.j.vbi propter ſceleris atrocitatem brutum quoque animal punitur,& ita ad hoc ponderant illum tex.Roma.in d.fal.xlvj.& Barb.d.conſil.lxiiij.lib.j.& d. conſil. vlt.lib.ij.vbi facit illum tex.ſing.in d.§.Cato.vbi etiam facit ſing.& Feli.in d.c.j.vbi ſuprà citauimus. de conſti.& illum etiam text.multum commendat Imol.in l.defuncto.ff.de publi.iudi. & Iaſ.in l.furioſum.col.vlt.C.qui teſta.fac.poſſ.

40 ¶Decimooctauò,mirum in modicum hoc comprobant,quod ſuprà diximus in 3.cauſa,nu.6. incip. dicit tamen.& ſeq.quòd furioſus,qui aliàs non punitur ex crimine ante furorem commiſſo , tamen propter immanitatem facinoris capite punitur.

41 ¶Decimononò,eiuſdem notæ eſt,quod ſcribit gl.vt iam tex.relinquamus,in l.admonendi.in gl.magna,paulò ante fi.ff.de iureiur. quòd defertur interdum actori iuramentum propter enormitatem criminis.per tex.in l.ſi quando.C.vnde vi.

42 *Licèt non animaduertatur in corpus mortuū tamē delinquēs laqueo ſuſpenſus beſtiis deuorandus traditur.*

¶Vigeſimò,quod voluit alia glo. in l.ij.ff.arbor.fur.cæſa.quòd propter delicti magnitudinem debet delinquens,poſteaquàm laqueo ſuſpenſus eſt,beſtiis quoque tradi deuorādus, licèt tamen aliàs non animaduertatur in corpus mortuum,per totum titu. C.ſi reus vel accu.mor.fue.etiam ſi poſt latam ſententiam reus ipſe obierit,vt voluit Cy.in l.ij.C.qui teſta.fac.poſſ.& Bal.in l.j.col.j.in fi. C. ex delic.defun.& ita illam gl.intelligit & dicit not.Rom.in d.fal.xlvj.& poſt eum Gaſpar.Valaſt.in d.l.imperium.colum.vij.verſiculo dictam tamen gloſſ.ff.de iuriſdict.omn.iud.& ibi quoque Iaſ. qui illam dicit ſingul.colum.xiij.verſicu.ſecundus gradus.ſed & illam gloſſ.ad hoc not.Barb.dict.conſi.lxiiij. lib.j.& dict.conſil.vltim.lib.ij.vbi eam facit ſingul.& in d.§.Cato.& Feli.in dict. cap.j.quo loco ſuprà citauimus.de conſtit.

43 *In enormibus, & accuſari & condēnari poſſunt poſt mortem delinquentis.*

¶Vigeſimoprimò,non longè ab ea glo.diſsidet, quòd licèt aliàs crimen morte delinquentis extinguatur.C.d.ti.ſi reus vel accu.per totum,tamen in enormibus quibuſdam.& accuſari & condemnari poſſunt poſt mortem eorum,qui ea perpetrarunt , vt per hoc memoria eorum damnetur.text. & gl.in §.per contrarium.Inſti.de hæred.quæ ab inteſt.defer.quam glo.facit ſing.Imo.in c.quoniā frequenter.vt lit.non conteſt.& in l.defuncto.ff.de publi.iudi.& Bard.in d.conſi.64.& d.§.Cato. & nouiſsimè Hipp.Marſil.in l.accuſatio.col.vlt.verſi.& circa hanc materiam.ff. de fal.

44 ¶Vigeſimoſecundò,non deſunt qui gl.in d.l.ij.ff.arbor.fur.cæſa.ad hoc allegant,quòd propter ingēs facinus quis non vulgari mortis genere plectendus eſt,ſed ad beſtias debet condemnari,veluti horrenda atrocíque pœna,vt cui ſecundum atrocitatis locum inter pœnas dederit.Bald.in l.data. col.ij. C.qui accu.non poſſ.Quanuis huiuſmodi pœna non ſit hodie in vſu,vt dicit Ang.in l.eiuſdem. §.legis.ff.de ſicar.Cui gl.ſic intellectæ adſtipulatur,quod refert Suetonius in vita Claudij, ipſum Claudium in maiori fraude conuictos legitimam pœnam ſupergreſſum ad beſtias condemnaſſe.

45 ¶Vigeſimotertiò,propter ſcelerum immanitatem,infantes,& furioſi,& alij non culpabiles pro delictis aliorum puniuntur , vt patet in §.item paruulos.j.q. iiij. & latè probat Lucas Pen.in l.ſiue.C.de executor.& exactorib.lib.xij.

46 ¶Vigeſimoquartò,his poſtremò concinit , quod licèt aliàs nobiles non debeant furca ſuſpendi , vt voluit glo.in l.iij. §. pœna militum. ff. de re milit.& dixi latè in Commentariis Nobilitatis.cap.xx. fallit tamen ſi enormiter deliquerint,putà quia proditionem fecerunt,vt voluit Bald. in c. cùm quidam.de iureiur.& ſequitur Hippo.Marſil.ſing.xv.incip.proditores,& diximus etiam in dict.tractatu Nobilitatis.eod.cap.

47 *Non parcendū eſt benemerito de Rep. ſi immane facinus commiſerit.*

¶Poſtremò,alia pleraque omnium copioſiſsimè in eam rem congeſsit Hippo.Marſil.in l.j. in princ. col.ix.verſi.iij.& poſſunt.ff.de quæſtio.& rurſum in l.vnius facinoris.§.cogniturum.col.xiij. verſicu. item inquantum.cum tribus ſequent.col.quæ huc adſcribere ſuperſedi.quoniam de his iam ſatis, & propè nimiùm diximus,ex quibus illud affatim probatur quod ſuprà diximus,non eſſe parcendum etiam bene merito de Repub.ſi immane quodpiam facinus,prę́ſertim contra Rempub.ipſam commiſerit. Quod ad alios quoque caſus trahi poteſt , quibus pœnam aut minuendam , aut remittendam eſſe contendimus.Sed iam ad alia pergamus.

## CAVSA QVINQVAGESIMA.

1 *Ob inſigne artificium uel robur , conſulto Principe delinquens impunitus poteſt dimitti.*

QVINQVAGESIMO, propter inſigne aliquod artificium, vel excellens robur delinquentis, poteſt delinquens ipſe conſulto tamen Principe,impunitus dimitti.Tex. eſt not.qui ad hoc vbique allegatur in l.ad beſtias.in illis verbis, *Sed ſi eius roboris, vel artificij*,&c.ff.de pœn.& illum tex.dicit valde not.Alex.conſ.xix.circa primum. in fi.li.7.& facit ſing.Iaſ.in l.j.col.ij.verſ.item propter.ff.de legib. Et per illum dicit Lucas Pen.in l.j.col.13.verſ.verum eſt tamen.C.de deſert.lib.12.& in l.apparitor.col.9.C.de cohort. eod.lib.12.quòd ratione publicæ vtilitatis,poteſt iudex minuere pœnam.Ad quod etiam vtrobique allegat tex.in c.ſuas.7.q.1.qui parum mihi facere videtur.vide D.Thomam 2.2.quæſt.65.

¶Hoc



2 ¶Hoc tamen limitat procedere Cæpola cautela 3.incip.propter maximam.niſi iſte inſignis artificij, vel excellentis roboris,eſſet latro manifeſtus,ſeditioſus,factioſus,& id genus ſceleratus : tunc enim morti adiudicandus eſt,& tradendus,vel inconſulto Principe : per tex.in l.ſi quis filio exhæredato. §.hi autem omnes.ff.de iniuſt.rup.teſta.quod not.ad ea quæ latè diximus in 49.cauſa,nu.13. incip.illud tamen. de aliis multis ſeq. *In manifeſtis delictis inſignis artifex morti adiudicatur.*

3 ¶Miror autem quod dicitur de Tiberio Cæſare quòd cùm quiſpiam illi obtuliſſet pateram vitreā eo artificio factam,vt vitrum flexibile eſſet,ab illo ſciſcitatus eſt,à quo didiciſſet , & an alterum id docuiſſet:qui reſpondit,ipſum ſe ſine authore & magiſtro didiciſſe,neminem autem docuiſſe, continuò illum interimi iuſsit,atque totam illius artificis officinam abolere , ne æris, argenti, auri metallis,quibus ipſe abundabat,pretia detraherentur.Cuius rei teſtis eſt Plin.lib.xxxvj.c.xxvj.vbi tamen eam famam crebriorem dicit,quàm certiorem,fuiſſe.Sed ſi id verum fuit,crudeliſsimus certè Tiberius Cæſar,in ea re,vti & in cæteris fuit:qui hunc artificem etiamſi deliquiſſet,vita potius donare debuiſſet ob tam mirandum,& inſigne artificium. *Tiberij Cæſ. crudelitas in inſignem artificem uitri.*

## CAVSA QVINQVAGESIMAPRIMA

1 QVINQVAGESIMOPRIMO , ſi vir aliàs optimis moribus , atque vitæ ſanctimonia commendatus deliquerit,vt nemo vacat prorſum malo,neque crimine,teſte Simonide apud Stobæum:& contra naturam penè eſt, vt quis ſit ſine peccato, vt teſtantur decreta canonica in can.vnum oratorium.§.nomine. xxv.diſt. vbi & glo.citat illud tritum: *Cum ſanctimonia commendatis clementius eſt agendum.*

*—Nemo ſine crimine viuit.*

eſt proculdubio cum eo clementius agendum,vt eſt tex.elegans in l.non omnes.in prin.ff.de re mili.vbi ſcribitur,non omnes in eodem genere peccati ſimiliter eſſe puniendos , ſed habere rationem antè actæ vitæ,quem tex.ad hoc not.Alex.conſ.cxxj.viſo proceſſu.col.2.verſ.coucurrit & alia.li.7. Et per illum tex.dicit gl.in c.ſi qui à ſimoniacis.in verbo,probare.1.q.1.eandem ſcilicet à pudico in impudicum trahat amorem:proximus enim eſt & facilis gradus ab amore ſpirituali,& honeſto,ad carnalem & inconceſſam Venerem,vt teſtis eſt,& idem locupletiſsimus Hieronymus in regula ſanctimonialium,ad Euſtochium,c.18.& rurſum in alia ad Ruſticum epiſt.& D. Thomas in opuſculo de modo confitendi,& puritate conſcientiæ.in c.de periculo familiaritatis dominarum.

2 ¶Igitur vt ad Virgilium & Didonem redeamus,illa quidem non ſua ſponte à principio de virtutis habitu deiicitur,ſed vt ille ait,Veneris conſilio,& cupidinis viribus,quòd ſuprà prætermiſeramus, ac poſtremò virtutibus,nobilitate generis,ſpecie corporis , & ſuauiloquentia ipſius Aeneæ oppugnatur,interímque inſurgit aduerſum rationem appetitus, cùm ſcilicèt *Veneris conſilio,& uirtutibus Aeneæ, peccauit Dido.*

*Vulnus alit venis,& cæco carpitur igni.* Cúmque<br>
*Multa viri virtus animo,multúſque recurſat*<br>
*Gentis honos,hærent infixi pectore vultus,*<br>
*Verbáque.*<br>
*—Huic vni potui ſuccumbere culpæ.* Et,<br>
*—Agnoſco veteris veſtigia flammæ.*

Neque tamen vincit rationem appetitus,ſed vincitur cùm dicit:

*Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,*<br>
*Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,*<br>
*Pallentes vmbras Herebi,noctémque profundam,*<br>
*Antè pudor,quàm te violem,aut tua iura reſoluam.*<br>
*Ille meos primus,qui me ſibi iunxit,amores*<br>
*Abſtulit,ille habeat ſecum,ſeruétque ſepulchro.*

In quibus quidem ex temperata(qui eſt ipſius virtutis habitus)continens duntaxat effecta eſt , nondum autem incontinens.Mota enim fuit,vt iam dictum eſt , à principio Dido , vt Aeneam amet, tum virtute,quam vnam in vita contemplationi deditam intuemur,tum & his quæ humanis cœtibus non ſolùm bona,ſed & ſumma bona exiſtimabantur.Quis enim generis nobilitatem, quis formæ dignitatem,atque excellentiam,quis denique multo ornatu inſignem orationem inter ſumma non adnumeret?Tandem verò cùm ad tot acerrimos hoſtes , blandæ ſororis Annæ perſuaſiones acceſsiſſent,ſuperior euaſit appetitus,& rationem quanuis inuitam,& reluctantem traxit : factáque eſt demum mulier non prorſus intemperans,ſed incontinens,cùm illis ſuis Anna dictis

*—Incenſum animum inflammauit amore,*<br>
*Spémque dedit dubiæ menti,ſoluítque pudorem.*

Poſtremò verò per ipſam incontinentiam obduxit habitum intemperantię quod planè oſtenditur, cùm demum dicitur:

*Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.*

Quibus quidem monemur , quàm multi ſint à virtutum habitu , ad habitum vitiorum gradus quámque ægrè,& cum magna difficultate ab illis ad iſta diuertimus,vt recenter ipſum vſu euenire præ difficultate,& temporum intercapedine neceſſe ſit.

3 ¶Ex quo illud exiit,quod Iuriſconſulti ſolent dicere,eum qui bonus anteà fuerit , nunc & bonum

*Eum qui bonus antea fuerit nunc & bonū, eſſe præſumunt iuriſconſ.*

præſumi:rationémque anteactæ vitæ conſiderandam eſſe,ad æſtimanda,metiendáque facta, dictáve hominum.l.vlt.in fi.ff.de actio.& oblig.& l.deſertorem.§.is qui ad hoſtes.verſ.ſed etſi ex improuiſo,ibi,inſpecto eius vitę præcedentis actu.& l.non omnes.in prin.& §.à Barbaris.& ꝙ ibi not.glo. ff.de re milit.& l.deinde.§.Iulianus.ff.de libe. exhib. & l.diui fratres.poſt prin.ff.de liber.cau.& l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſt.& l.vlt.iuncta gl.ff.de quæſtio.& l.3. ff.de ſuſpec. tut. & l. 1. C.ſi quis Impe. maled.ibi,ex perſonis dicta penſamus.& c.mandata.& c.cùm in iuuentute.in prin.de præſump. vbi non eſt facilè credendum eum qui diu ſe honeſtum,& prouidum exhibuerit,ſtatim fuiſſe adeò immutatum,vt ſe vitiis turpiter contaminarit.& quod ibi dicit gl.& Bald.& c.in primis.2.queſt.j.ante fi.ibi,nec ipſis de eo credendum fuit,ſi vita & opinio eius talis antè non extitit.& quod voluit gloſ. & Doct.in l.2.C.de furt.& Bald.poſt Ioan.And.in c.dudum.eius initij 2.col.vlt. de elect. & Guido Suza.in tractatu de tormentis col.octaua,in paruis,verſi. item indiget.& quod per tex.in dicto §. ex barbaris.voluit Bald.in l.quotiens.§.ſed etſi non in corpore,in princip.ff.de hæred.inſtit.& in l.j.col. v.verſ.nota quòd confeſſio.C.de confeſ.& conſ.cxxxiij.quædam mulier.in prin.2.dubij.li.1. & cõſ. clxxvj.Cecilia receſſit à Franciſco.lib.j.vbi dicit per illum tex.quòd rarò corrigitur quod venit in conſuetudinẽ.& conſ.410.in cauſa & quæſtione Antonij.col.pe.lib.2.& Io.Fab.in §.ius autẽ gentiũ. col.pe.verſ.item nota quòd ſi duo.Inſti.de iur.nat. gent. & ciui. & Imo. conſ. cxxxvij. viſa inquiſitione.in fi.& Rom.conſ.liiij.viſis circa id.col.2.verſ.iiij.idem probat.Quibus mirè congruit dictum Ciceronianum ſuprà relatum:& quod dicebat Epicurus,ſi Laërtio credimus,Eum qui ſemel fuerit ſapiens,in contrarium habitum tranſire non poſſe.

*Pleriq; in propatulo hominibus iuſti apparent,qui intercutibus uitiis madeſcunt.*

4 ¶Sed iam de his ſatis ſupérque. Nunc illis occurrendum eſſe operæpretium eſt, qui fortaſſe dicent ſatis abſurdum videri,his tantùm tribui,qui boni viri putantur,vt illis paſsim credendum ſit:& pro eorum actibus præſumendum:præſertim in aliorum magnum præiudicium : cùm ſint plerique qui veluti ſepulchra dealbata(vt vtar verbis Dei Optimi Maximi)Matth.23.longè alios quàm ſint frõte,& vultu mentiantur,& ſimulant:qui tametſi foris & in propatulo hominibus iuſti appareant, & probi atque veluti, ἀναμάρθητ@, id eſt impeccabiles,intercutibus tamen vitiis madeſcunt:& vt idẽ Chriſtus teſtis eſt,ſunt pleni hypocriſi & iniquitate.

*Qui Curios ſimulant, & bacchanalia viuunt.*

vt ait Iuuenalis Saty.2.Quíque,vt dicit tex.in c.vt officium.poſt prin.de heret.lib.6.ſub agni ſpecie lupum gerunt.De quibus etiam loquitur gl.in l.illicitas.§.illicita miniſteria.ff.de offic. præſid. & D. Hieronymus,cũ dicit eleganter,Sæpe ſub habitu ouis,lupus deliteſcit.Et ſanè fuerunt ſemper ſuntque noſtra tempeſtate,& erunt poſteà,qui palliati,barbati incedunt , nomen ſanctitatis tali habitu vſurpantes,vt non ſolùm philoſophi habeantur,ſed & Deorum conſiliarij, & cerimoniarum antiſtites ſinceriſsimi exiſtimatur,cùm re vera ſint animalia ſpurca,& probra, & impoſtores ſint mali, & malitioſi,nulla re prorſus bona digni:foris triſtes,domi diſſoluti:veſtitu philoſophi,& factis,moribus ſpurciſsimi,flagitioſiſsimi nequiſsimi.Quod anſam præbuit Iuuenali,vt id, quod nuper citauimus,paulò pòſt ſubiiciens exclamaret:

*Fronti nulla fides.*

Idcirco Cicero in prima epiſtola ad Q.fratrem,periculoſum eſſe arbitratur iudicare, probúſne ſit quiſpiam an improbus.Multis enim,vt ille dicit,ſimulationum inuolucris tegitur,& quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura:frons,oculi,vultus perſæpè mentiuntur , oratio verò ſæpiſsime.Et alibi in ea videlicèt oratione,quam contra Lucium Piſonem dixit, in hunc modũ exorſus eſt:Iámne vides belua,iámne ſentis,quæ ſit hominum querela frontis tuæ? Nemo queritur Syrum neſcio quem de grege nouitiorum,factum eſſe conſulem.Non enim color iſte ſeruilis,non piloſæ genæ,non dentes putridi deceperunt:oculi,ſupercilia,frons,vultus denique, qui ſermo quidẽ tacitus mentis eſt,hic in errorem homines impulit:hic eos quibus erat ignotus,decepit,hoc fefellit: hic in fraudem induxit.&c. Locus enim in promptu eſt. Rurſúmque in alia oratione pro P. Sextio de eodem Piſone loquens, *Alter (ô dij boni) quàm teter incedebat? quàm terribilis aſpectu? vnum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columen Reip. diceres intueri. Et paulo poſt: Nam quid ego de ſupercilio dicam,quod tamen hominibus non ſupercilium,ſed pignus Reip. videbatur? tanta erat grauitas oculo,tanta contractio frontis,vt illo ſupercilio tanquam virtutis vmbraculo niti videretur. Erat hic omnium ſermone Reip. magnum firmúmque ſubſidium.* Et mox: *Etenim animus eius vultu,flagitia parietibus tegebantur.* Ex quibus verbis colligere licèt,Piſonem tantam præ ſe probitatem ferre ſolitum,vt omnes hoc ipſo deciperet:cum talem eſſe,qualem ſe gerebat exiſtimãtes,cùm tamen re vera eſſet omnium flagitioſiſsimus.

*Poteſt fieri ut quis ſit iuſtus in cõſpectu hominũ,non Dei.*

5 ¶In quam etiam ſententiam Origenes Adamantius, qui dogmata, diſciplináſque Philoſophorum omnium propè tenuit,homilia in Lucam 2. illud enarrans, Erant autem iuſti ambo in conſpectu Dei,ambulantes in omnibus mandatis,&c.ſic in fi.eleganter ſimul & grauiter , Poterat ſimpliciter ſcribere, erant iuſti ambo ambulantes in omnibus mandatis , nunc autem neceſſariò additur, Iuſti ambo in conſpectu Dei. Poteſt quippe fieri vt ſit aliquis iuſtus in conſpectu hominum , ſed non in conſpectu Dei.Et infrà paucis interiectis, Beatus (inquit)qui in conſpectu Dei iuſtus eſt , atque laudabilis:homines enim quamuis certum iudicium habere videantur:tamen non poſſunt ad liquidum pronuntiare.Euenit quippe interdum,vt laudent eum qui non eſt laudabilis: & ei detrahant, qui minimè detractione dignus eſt.Solus Deus & in laude,& in vituperatione iuſtus eſt iudex:vnde dignè



dignè nunc additur,in laude iuſtorum,Erant iuſti ambo in conſpectu Dei. Quibus ſuccinit & text. in c.citius.in prin.de pœni.diſtinct.2.vbi ſæpè homo multis occultè peccatis inuoluitur, qui in virtute magnus videtur.

*Homo ſæpe multis peccatis inuoluitur, qui uirtute magnus uidetur.*

6 ¶Ex quibus exierunt multa à Græcis profecta prouerbia:quale illud eſt:

πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ γῆς ἀροτῆρες.
*Qui tauros ſtimulent multi,ſed rarus arator.* Et illud,
πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.
*Plures thriobolos,paucos eſt cernere vates.*

Cuius originem tradit poſt Zenodotum Eraſmus Chiliade 1.Cent. 7.c.8.& 9.Item & aliud à Platone in Phædone vſurpatum:

πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.
*Plures Thyrſigeros,paucos eſt cernere Bacchos.*

Sed & Marcus Varro,de re Ruſtica lib.2.c.1.eandem ſententiam extulit diuerſa metaphora.Sed nõ omnes(inquit)qui habent citharam,ſunt citharœdi. Quibus palàm ſignificatum, vt eleganter deſcripſit ipſe Eraſmus,compluribus mortalium adeſſe virtutis inſignia,aut etiam famam qui tamen vera virtute vacent.Sed & quod magis mirandum ſit,plerique aſtrorum lege his adſtricti moribus, vt præ ſe ferant quod non ſunt.Scribit enim Firmicus Maternus lib. Matth. eos qui in horoſcopo habuerunt hœdum, fucato aſpectu, mentiri ſeueritatem, vt Catonis frontem, & inſtitutum imitari videantur.

*Vita hominum altos receſſus habet.*

7 ¶Proinde cùm tot ſimulationum adumbrationibus mores hominum obuoluantur , & ( vt ait Plinius lib.3.Epiſtolarum ad Corneliam Hiſpullam ſcribens)vita hominum altos receſſus,magnáſque latebras habeat,proptereáque ſit vix cuique,niſi ſoli Deo poſsibile , probum ab improbo , iuſtum ab iniuſto, bonum ſanctúmque à malo,atque prophano diſcernere : nobíſque multum immineat incommodi,atque diſpendij,ſi,quod ſæpiſsimè euenit,probos atque ſanctos,mentiente eorum vultu,exiſtimabimus,qui omnibus vitiis atque facinoribus erunt deditiſsimi:videtur non tantum illis eſſe tribuendum , qui boni apparent,vt eis in maximum aliorum præiudicium temerè credamus: atque pro eis quidquid ipſi egerint,præſumamus,vſque adeò,vt à iure communi recedamus , contra tex.in c.miramur.lxj.diſt.vbi in hæc verba ſcribitur,Non enim in cuiuſque perſona permittendum,quod inſtitutis generalibus continetur,vbi gl.no.non eſſe propter perſonam à iure communi recedendum,in idque citat & alia iura,quæ inibi videre poteris.

*Nullus ante ætatem idoneam presbyter ordinandus.*

8 ¶Quibus adde & tex.in c.1.78.diſt.vbi nullus eſt ante ætatem idoneam presbyter ordinandus,etiã ſi valde ſit dignus.ideóque no.gl.ibi,non eſſe derogandum iuri communi,propter perſonam.Adde item text. in c. j. vt lit. penden. vbi non tenuit ſubreptitia impetratio diui Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi.propterea ex eo tex.no.Bal.ibi in vlt.no.non eſſe propter vitæ meritum , à iuris communis diſpoſitione diſcedendum.quod dictum ſequitur & facit ſing.Barb. conſ.xviij. præclare ſcriptũ eſt,col.10.libro 2.ſequitur etiam Iaſon,qui hoc dicit nunquam eſſe obliuiſcendum , in l. qui iuriſdictioni,col.vlt.verſ.pro iſta limitatione.ff.de iuriſdict.omn.iudi.Philip.Dec.in c.poſtremò , in fin.de appel.& in repe.c.decernimus.col.xv.verſ.ſecunda concluſio.de iudi.& in c.at ſi clerici.col.iiij.in 6. limitatione,eo.tit.vbi per hoc repræhendit poſt Barb.ibi dictum Bald. in l. ſed & reprobari. §.amplius.ff.de excuſa.tut.vbi voluit per tex.ibi in illis verbis, valde tamen diſciplinis inſtructos, quòd propter excellentiam hominis, recedatur ab omni iure , omníque ſtatuto. id quod reputat notatu dignum.

*De eodẽ, alia iura.*

9 ¶Quanquam hoc dictum Bald.ne id prætermittamus,ſecuti fuerunt Roma. Alex.& Iaſ.in l. cùm quid.ff.ſi cert.pet.idem Rom.in rep.l.ſi verò.§.de viro.in 53.fal.ff.ſol.matr.& Barb.ſibi contrarius in procem.cle.in verbo,ſalutem,col.xj.verſ.octauo,& ſeq.vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.l.ſed & reprobari.& Feli.in rub.de maiori.& obed.col.3.& Iaſon in l.1.col.2.ff.de legib.vbi ad hoc facit ſing. tex. in d.§.amplius.

*Non recedẽdũ à iure cõmuni propter perſonæ meritum.*

10 ¶Sed redeundo ad inſtitutum,quod diximus,non eſſe recedendum à iure communi propter perſonæ meritum,comprobat & ipſe Bal.in cap.ſedes.paulò ante fi.de reſcrip.vbi dicit,quòd vbi quęrimus de ſimplici iuſtitia,non curamus merita perſonarum,per l.cùm pater.§. rogo.ff.de lega.2.cui adde & optimum tex.à nemine,quem viderim(niſi me fallat obliuio)in eam rem annotatum,in c. mulier.in verbo,ſancta.xxiij.diſt.& quod dicit gl.in cle.ad noſtram.in verſ.2.per text.ibi. de hæret. Neminem ſanè eſſe adeò bonum, & perfectum,quin legi ſubſit.& ſequuntur Cardi.& Panorm. ibi. & idem Pan.in c.ſolitæ.per illum tex.de maiori. & obedi.& Imo.in rub.de conſtit.lib.6.col.3.Feli.in procem.decretal.in verb.rex pacificus.poſt prin.

*Petenti apoſtolos, quicunque ſit, debent legitima documẽta in prõptu eſſe.*

11 ¶Idque quod no.voluit Bald.in c.cùm contingat,col.2. de reſcript. quòd ſi quis dicit ſe appellaſſe, vel procuratorem eſſe ad petendos apoſtolos,non ei creditur,licèt ſit vir præclare famæ,niſi legitimè doceat.Et idem Bal.in c.iurauit,col.iij. verſ. item ſi eſſet aliquis. de probat. quòd poſt dicicita teſtificata,non admittendus eſt ad ferendum teſtimonium, etiam vir tantæ ſanctimoniæ , vt nulla omnino eſſet ſubornationis ſuſpicio.Et quod ſuprà diximus ex Barb.authoritate,de hęrede magnę ſanctimoniæ,qui non confecit inuentarium.

*Cum eſt opus diſpenſatione,*

12 ¶Et hanc quoque partem confirmat quod ſuprà adduximus ad probandum ſanctimoniam,& virtutes hominum,plerunque ad diſpenſandum cum illis, contra iuris regulas prouocare. Nam cùm ſit

*id non ſit ex iuris communis diſpoſitione.*

ſit opus diſpenſatione ,ſatis demonſtratur non id fieri ex iuris communis diſpoſitione. Propterea Rom. conſ.ccxvj. electio dicti domini.col.2.verſ.cęterùm nec eſt dicendum.not.ex tex.in c.innotuit.de elect.quem ſuprà inter alia citauimus,quòd perſonæ honeſtas,vitæ probitas, & fama electi, non ſupplet defectum illegitimationis,ideóque neceſſariam eſſe diſpenſationem,vt ibi dicitur.

*Perſonarum integritas multũ habet põderis contra generalia decreta.*

13 ¶Quibus ſigillatim ita reſpondendum eſſe dico.Primùm ad id quod de graui aliorum præiudicio dictum eſt,illud quidem quod ſuprà multorum authoritate comprobatum eſt, videlicèt perſonarũ ſanctitatem atque integritatem,multum habere ponderis contra generalia legum decreta,ita intelligendum eſſe,atque procedere,niſi rei & negotij arduitas,& magnum aliorum præiudicium aliud ſuadeat:per id quod voluit Bal.in l vnica.col.3.in 2.oppo.verſ. quid ergo eſt in codicibus mercatorum.C.de confeſſ.ſtandum eſſe priuatæ ſcripturæ mercatoris,etiam pro ſe , & in articulo ſeparato, quando eſt notabilis,& fide digna perſona , dum tamen quantitas ſit parua:aliàs ſecus. Cuius dicti authoritate ſubnixus Feli.in c.literas.col.3.verſiculo,primus eſt,de præſump.aſſerit nihil operari viri ſanctitatem,in alterius præiudicium,quando cauſa eſt maximæ(vt dicit)importantiæ. Cui planè ſententiæ conſonat,quod no.voluerunt Anto.& Panorm.in c.2.& ibi latè ipſe Feli.col.3.verſic.fallit tertiò. de fide inſtrum. intelligentes quod ſuprà diximus , priuatam ſcripturam,aut rationes defuncti,qui laudabiliter vixit,facere præſumptionem,&c.quando ſcilicet non eſt immodica quantitas. Neque longè abeſt quod dicit Bart.aut quiſquis is fuit,in l.palatinos , C. de colla.fund. fiſc. lib. xj. quòd etſi ambaſsiatori,qui eſt notabilis perſona,aut baiulo, qui notus eſt , debeat credi ſine literis, procedit tamen,niſi agatur de magno præiudicio,per tex.ibi,& in l.facultas.C.de iur.fiſc.lib. x. & l. miſsi opinatores.C.de exact.tribut.eo.lib.quod & ſequitur Feli.in c.quod ſuper his.col.2.de fid. inſtr.vbi & per hoc aliud dicit,quòd licèt Cardinali,aut alteri perſonæ,dicenti ſe Legatum Papæ,credatur ſine literis,c.nobiliſsimus.& ibi gl.xcj.diſtinct.cum his quæ ſuprà allegauimus:hoc tamen intelligendum eſt,niſi ageretur de magno præiudicio.& idem dicit ipſe Feli.in c.ad euidentiam , col. 1.verſ.limita omnes.de ſenten.excom.

*Text.& gloſſ. quomodo intelligantur.*

14 ¶Quin plus dicit glo.no.in c.ſicut.eod.tit.quòd dictum c.nobiliſsimus,intelligitur,cùm nulli ſit prę iudicium.quam ſequitur Pan.qui illam facit ſing.& Feli.ibi,& idem Panor.in c.cum olim.eius initij 1.col.vlt.verſ.in eadem glo.de priuil.vbi & illam dicit notabilem.& in c.cùm in eccleſiis.de maior. & obed.& in d.c.j.col.vlt.de iudic.& c.cùm in iure : & ibi Feli.in prin.de offi.deleg.& Angel.conſi. clxxxij.mandatum Principis.& Philip.Cornæus conſ.clv.quanquam videatur,in fi.lib.1.& Fely.in c. ſicut.col.pe.verſ.fallit quartò,de iudic.

*Medico etiam uiro probo nõ ſemper creditur in rebus magni præiudicij.*

15 ¶Et facit quod voluit Bald.in addi.Specul.tit.de homic.verſ.an mortuus febre.quòd non creditur ſoli medico dicenti vulneratum , ex vulnere obiiſſe , etiam ſi ſit bonus vir,cùm agatur de magno præiudicio.Et quod dicit Panor.in c.1.char.vlt.col.1.verſ.an autem in caſu.de iudi.quòd ſi non conſtat de commiſsione iudicis nuntius autem ſit bonæ famæ,& agatur de modico præiudicio,præſumitur interueniſſe commiſsio,per notata ab Innocentio in cap. 1. de clericis peregrinantibus , quæ ſuprà adduximus.Et quod poſt alios ſcribit Feli.in c.Albericus,col.vlt.de teſti.quòd in actu confecto à probo viro,præſumitur interueniſſe ſolennitas extrinſeca,cùm agitur de modico præiudicio, per no.ab ipſo Inno.in d.c.j.

*Vbi agitur de periculo animæ, nil uirorũ facit ſanctitas.*

16 ¶Ex qua limitatione(vt vocamus)ſiue reſtrictione,illud profectum videri poteſt,quòd cùm anima omnibus rebus,& cauſis ſit anteponenda.l.ſancimus nemini.C.de ſacro. eccleſ. ideò vbi agitur de periculo animæ,nihil virorum ſanctitas facit,vbi quippiam dixerint, aut præceperint:non illis antè credendum eſt,quàm ſciamus illos à Deo impetraſſe,quæ poſtulant,& tunc facere quod mandant, neque enim ſtatim videri debet diuina maieſtate conceſſum , quod fuerat humana pollicitatione promiſſum.vt ſcribitur in c.ſi quis præpoſtera.50.diſt.vbi gl.vlt.ex eo no.non eſſe ſtatim credẽdum etiam bono viro.Ad quod etiam citat c.ego ſolis.ix.diſtinct.vbi & ad hoc eſt text.optimus , in hæc verba,Alios autem ita lege,vt quantalibet ſanctitate polleant, non ideò verum putem , quia ipſi ita ſenſerunt.& ibi not.glo.non eſſe conſiderandum quis dicat,ſed quid dicatur. Ad quod etiam allegat c.ſtandum.xix.diſtinct.vbi eſt tex.huiuſmodi:Adeò autem non requiritur, quis , vel qualis prædicet,ſed quid prædicet.& ſubdit gloſſ.in d.c.ego ſolis,paulò pòſt , non prodeſſe ſanctitatem perſonæ,vt citius credas,per d.c.ſi quis præpoſtera.Denique D.Thomas ſecunda ſecundæ q.70.art.3.in fin.non eſſe de quolibet præſumendum bonum , vbi alterius imminet periculum : ad hoc referens illud euangelicum:Nolite credere omni ſpiritui.& illum refert,& ſequitur Fely.in d.c.cùm in iure.in princip.de offi.delega.

*Nemo tam ſagax diſsimulator quin breui innata uitia declaret.*

17 ¶Ad ſecundum,quando diximus iudicatu eſſe difficillimum,bonúſne ſit quiſpiam,an malus,& pleroſque videri probos,qui ſunt improbi:dicendum eſt illud ſanè, vt dictum eſt , ſæpiſsimè accidere. Verùm nemo fuit tam peritus,ſagáxque,& egregius ſimulandi,ac diſsimulandi magiſter , atque artifex,quin breui præruptis,atque exutis paulatim inuolucris,vel inuitus prodat , & detegat innata, atque ingenita vitia,quæ aliquanto tempore diſsimulauit. Nam vt lib.2. Officiorum ſcriptum reliquit Cicero,Ficta omnia, celeriter tanquam floſculi decidunt:nec ſimulatum quicquam,poteſt eſſe diuturnum.Et in ea oratione , quam nuper citauimus , pro P. Sextio,cùm illud dixiſſet , Etenim animus, vultus, flagitia parietibus tegebantur , mox ſubiunxit , Sed hæc obſtructio non diuturna fuit. Sextus quoque Pythagoricus (is eſt quem citant decreta canonica in c. origo. xxxij. q. iiij. in illis



illis ipſis ſententiis inibi relatis)Nulla,inquit diſsimulatio multo tempore latebit. Quam & ſententiam comprobat Seneca ad Neronem de Clementia.Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam:ficta citò in naturam ſuam recidunt.Ideò Menandri ſententia eſt,Latere vſque in finem ne putes, malus exiſtens. Cui omnino ſimile eſt illud Platonicum libro ſecundo,de Iuſto, Difficile vt malus quis ſemper lateat.

*Res de facili in ſuam naturam reuertitur.*

18 ¶Sed & huc pertinet noſtrorum ſententia,res de facili in ſuam naturam reuertitur.ad quod allegat l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.& c.ab exordio.xxxv.di.& ad id quoque Maria. Senior conſ. xxxv.circa prædictam conſultationem.col.vj.citat illud Seuerini,

*Repetunt proprios quæque recurſus,*
*Reditúque ſuo ſingula gaudent.*

Et faciunt quæ alibi diſſeremus,tempus eſſe parens veritatis,nihílque omnium rerum diutius celari poſſe.Et quod dicit Menander ipſe in Oedipode,Tempus ſolum,iuſtum virum oſtendit.

*Hi tantùm epiſcopi promoueantur, qui plurimo tempore probati fuerint.*

19 ¶Quæ cùm ita ſint,nemini ſanè non erit explorata,indubiéque perfecta eius integritas, qui ſe probum,atque honeſtum virum exhibuerit:non in vno actu ſolùm,ſed in pluribus : neque paruo quidem tempore,ſed diutius,vt omnis interim ſimulatio,ſi quæ eſſet,procul faceſſat.Et ideò ex concilio Laodicenſi,hi tantum ad eccleſiaſticam dignitatem Epiſcopi iubentur promoueri , qui plurimo tempore probati fuerint,tam verbo fidei,quàm rectæ conuerſationis exemplo. cap. Epiſcopi. xxiiij.diſtinct.Et antè Paulus ille electionis vas prohibuerat Neophytum , id eſt nouiter ad fidem conuerſum,in Epiſcopum ordinari.1.Timot.3. c. & repetitur xlviij.diſtinct.per totum.Et alibi dicit glo.in c.conſuluit.decimaſeptima quæſt.iiij.ad id referens tex.ibi,quòd Iudęis recenter noſtræ religioni mancipatis,non debent committi officia publica,ſicut nec ipſis Iudæis , quaſi nondum ſatis firma ſit,& probata huiuſmodi virorum noua fides,virtutes ad delicti commiſsi veniam impetrandam prodeſſe.

*Mitius agitur cũ ſimoniaco quem uita commendat.*

20 ¶Sed & eſt tex.non hoc minus comprobans,in c.eos qui.j.q.vij.vbi remiſsius agitur cum ſimoniaco,quem aliàs vita commendat.Ad quod etiam Panorm.exiſtimat referendum text. in c. niſi ſpecialis,de offi.deleg.vbi Papa cuidam remiſit pœnam, ob ſpecialem quam erga eum habebat dilectionem,ortam videlicèt,vt ibi cenſet Pan.ex ipſius,qui deliquerat virtutibus.& ita etiam interpretatur Barb.dicens illum tex.ad hoc ſingularem,in l.Titius.col.ix.ff.de verb.oblig.quod & nos alibi diximus ſuprà in decimaſexta cauſa , in fi.Et bene facit quod ſcribit Bald. in l.data , col. j. C. qui accu.non poſ. quòd iudex , dum pœnas imponit , debet reſpicere dignitatem , ætatem, & merita prioris vitæ,ſecundum no.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notantur infamia.& in l.& ſi ſeuerior.C.eod.

*Ex multis bonis religioſi abſorbetur eius peccatum leue.*

21 ¶Ex hoc manare dicit Panor.in d.c.niſi ſpecialis.& rurſum in c.cum quidam. col.1. in fi. de iureiur. id quod poſt D.Thomam ſecunda ſecundæ,quæſt.clxxxvj.articulo 1.addit Io.An.in c.accuſatus.§. vlt.de hæret. lib.vj.quòd in eodem genere peccati religioſus peccans occultè, & abſque ſcandalo, non ex contemptu , nec contra votum religionis,peccat leuius,quàm ſecularis:nam ex multis bonis,quæ facit , abſorbetur peccatum ipſius religioſi , ſi ſit leue:& ſi ſit mortale,facilius ab illo reſurgit,propter intentionem quam habet erectam ad Deum,quæ licèt ad horam offendatur, tamen de facili reparatur:ſicut Petrus poſt culpam,ſtatim amariſsimè fleuit,vt patet Matthæi xxvij. & Dauid dixit pſal.50.Peccaui,& malum coram te feci.Ideò ſcribitur Prouerb.24. & repetitur in decretis canonicis in cap.ſepties.de pœn.diſtinct.3.Septies in die cadit iuſtus,& reſurgit. Ergo licet iuſtus cadat,non tamen perdit nomen iuſti,ex quo per bona opera ilicò reſurgit. Et propterea ſcribitur Pſalm. xxxvj. Si ceciderit iuſtus , non collidetur, quia ſupponit Dominus manum ſuam. Et hoc quoque ſequitur idem Panorm.in c.2.vbi eſt bonus tex.& gl.de dol.& contu. & idem Panor. in c.ſed nec.ne clerici.vel mon.& Domi.in d.c.accuſatus.§.vlt.de hęretic.lib.vj.c.homo chriſtianus. xl.diſt.& Feli.in d.cap.cùm quidam.in prin.

*Iuſti cadentes, fortiores reſurgunt.*

22 ¶Et his ſuccinit tex.in cap.talibus,de pœnit.diſt.2.vbi talibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum.& vſque adeò prorſus omnia, vt etiam ſi qui eorum deuiant , & exorbitant , etiam hoc ipſum facit eis proficere in bonum.& glo. ibi addit occaſionaliter , quia fortiores reſurgunt. allegat in arg.c.conſiderandum,& c.fidelior.50.diſtin. & c. mutare.6.q.1.qui canones loquuntur de Petro,qui fidelior factus eſt,poſtquàm peccauit.

*Peccata minuũtur ob merita & uirtutes.*

23 ¶Adde & quod ſecundo Paralipo.19.cap.in prin.Ieſu propheta regem Ioſaphat in hæc verba alloquitur : Impio præbes auxilium , & his qui oderunt Dominum,amicitia iungeris : & idcirco iram quidem Domini merebaris. Sed bona opera inuenta ſunt in te,eò quòd abſtuleris lucos,&c.Ex quibus verbis facilè percipitur peccata minui propter merita & virtutes :& Deum ipſum minus iraſci his,qui peccant,alioquin iuſtis & bonis. Sed & huc vergit illud Ezechiæ Regis Iuda in eod. libro, cap.trigeſimo:Dominus propitiabitur cunctis , qui ex toto corde requirunt Dominum Deum patrum ſuorum,& non imputabit eis,quòd minus ſanctificati ſunt.Igitur ſi Dominus iuſtis, probíſq; , qui aliquando peccarunt,ſit propitius,illíſque leuius ſuccenſet:idipſum quoque & nos facere debemus,quos illius imitatores eſſe pręcipit D.Paulus ad Epheſios cap.v.vide Thomam in 4.diſtin.22. quæſt.1.cap.v.& Bald.in l.1.C.ſi ſer.vendi.

*Tria in reo ualent ad deprecãdum iudices:*

24 ¶Huc quoque pertinet locus Oratorum,quem Deprecationem vocant,cuius in 49. cauſa non ſemel meminimus,de quo Fabius oratorum(Ciceronem ſemper excipio)Princeps, lib.7. Oratoriar. Inſti

*Innocentia uitæ, bene meritũ, & ſpes honeſtæ uitæ in futurum.*

Inſtitut.c.quo de qualitate diſſerit,in hæc verba ſcribit:in ſenatu, & apud populum, apud Principem,& vbicunque iuris clementia eſt,habere locum Deprecationem,in qua plurimum valent ex ipſo,qui reus eſt,hæc tria:in vita præcedente,ſi innocens, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri,& in aliquo vſui futuri.Et ante eum Tullius,ſiue is Cornificius fuit,ſiue item alius, in lib.1.Rhetoric.ad Hærennium:Deprecatio eſt (ait) cùm peccaſſe, & conſultò reus feciſſe confitetur:& tamen poſtulat, vt ſui miſereatur.hoc in iudicio non poteſt ferè vſuuenire, niſi quando pro eo dicimus,cuius multa recta eſſe conſtat.Et iterum lib.2.Deprecatione (inquit) vtemur, cùm fatebimur nos peccaſſe:neque id imprudenter,aut fortuitu, aut neceſſariò feciſſe dicemus: & tamen ignoſci nobis poſtulamus. Hîc ignoſcendi ratio quæritur ex his locis: ſi plura aut maiora officia, quàm maleficia videbuntur conſtare: ſi qua virtus,aut nobilitas erit, in eo qui ſupplicabit: ſi qua ſpes erit vſui futura:ſi ſine ſupplicio deſceſſerit:ſi ille ſupplex,mãſuetus,& miſericors in poteſtatibus oſtendetur fuiſſe.Hoc loco vſus eſt Quintilianus auus Declamatione 310.inquiens in fi.Qualecunque crimen donari meritis,donari virtuti poteſt.

25 ¶Quid?quod aliàs in multis iuris articulis,à regulis ipſius iuris communis diſcedimus: multáque ſpecialia(vt loquimur) introducta ſunt ob merita, probóſque mores, atque virtutes perſonarum? (vt ſic loquamur cum noſtris)in qua re quia latiſsimè patet, éſtque admodum vtilis, paulò longius expatiabimur,vt etiam legentes cognoſcant,quanti leges noſtræ,legúmque interpretes bonos,probóſque viros faciant.

26 ¶Imprimis occurrit vt ferè ſemper obuia eſt in legum commentariis, glo.in l. Titio fundus. ff. de condit.& demon.Ex qua illud aſſumitur,quòd & ſi non debemus alterius aſſertioni facilè, citóque temerè credere.l.j.§.dolum.ff.de eo per quem fac.erit.& l.3.§.ſed ſi ſic accepit.ff.de in rem verſo. & in l.2.ff.quod fal.tut.auth.& l.nimia credulitate.C.de actio.& oblig.& l.ſicut.& ibi Bald.in fi. C. de fid.inſtrum.& c.ſi quis.præpoſtera feſtinatione.50.diſt.& c.ſi quid ergo.86.diſt. qui tex. etiã repetitur xv. diſt. 7. & rurſum in c. licèt Hely.verſ. nam iuxta.de ſimo.& ad cap.Deus optimus.2.q.j.& c.nullum.3.q.v.& cap.viſis literis,in fi.ibi,nimis factus,credulus.xvj.q.2.Idque eſt quod dicit vulgaris ille non tamen contemnendus author:

*Nil temerè credideris.*
*Noli tu quidem referenti credere ſemper.*

Et Q.Cicero,M.Tullij frater de petitione conſulatus,Illud(inquit)teneto, neruos atque artus eſſe ſapientiæ,non temerè credere.Ouidius quoque lib.iij.de Arte amandi:

*Nec citò credideris,quantùm enim credere lædat,*
*Exemplum nobis non leue Mopſus erit.*

Et Ieſus ille filius Syrach,vir quidem ſapientiſsimus,in Eccleſiaſtico.c.decimonono, Qui citò(inquit)credit,leuis eſt corde.Quam ſententiam citat Fely.in c.cùm contingat,colum.pen.in fin. de reſcrip.Propterea dicebat gloſ.in c.omnibus.in verbo,bonis.ſecunda quæſtione quinta, eos leues eſſe,qui citò crederent.Cui & ſimile illud eſt,quod D. Hieronymus in regula ſanctimonialium ad Euſtochium,c.decimoſexto ſcribit,Non omnibus qui loquuntur,ſis facilis ad credendum, leuitas enim in credendo,leuem denotat mentem.Adde quòd credulitas ſi Fulgentio credimus,eſt mater deceptionum.Ex quibus manifeſtum eſt,non eſſe nimis leuiter alteri credendum, neque auditis fidem temerè præſtandam.

*Alteri non credendum,niſi ſit probus & fide dignus.*

27 ¶Tamen quoniam(vt ſcribit Seneca ad Lucilium epiſtola 3.quem allegat Feli.vbi ſuprà)vtrumque vitium eſt,& omnibus credere & nulli:idcircò quod dictum eſt, alteri non eſſe facilè credendum: ita intelligendum omnes cenſent,niſi is ſit probus,& fide dignus.authoritate illius glo.in d.l. Titio fundus,in verb.actiones,ante fi.quam notat,& dicit menti tenendam.Bart.ibi vide Bald.& Angel. & Paul.Caſtr.qui dicit illam gl.ſemper ad hoc allegari.idem Bart.in l.non ſolùm.§. morte. col. decimaſexta,verſi.nunc videamus.& ibi etiam Rom. ff.de noui oper. nun. Alber. Bald. in lect. antiq. Angel.Paul.Caſt.Rom.Iaſ.in l.1. ff. de eo per quem factum erit.inter quos Angel.dicit illam gloſſ. valde not.ipſe Bald.in l.indicia.in iiij.quæſtio.C.de rei vend.vbi per illam dicit,quòd dictum legalis & notabilis viri adeò præbet iuſtam cauſam credendi,vt etiam ex eo iudicetur iuſtus titulus ſufficiens ad præſcriptionem.Eandem quoque gloſſ. ponderat idem Bald. conſ. cxliiij. præſuppoſito communis Papiæ ſtatuto,columna 2.libro primo:vbi per eam dicit,quòd credere bono viro, non eſt facere aliquid contra ius naturale.& ipſe Bald.conſ.ccccl xiij.ſtatuto communis Papiæ præſuppoſito.col.iij.lib.item 3.(vide num idem ſit cum præcedenti) & rurſum conſ. ccccxxxvj. cuius idẽ eſt vt præcedentis exordium,lib.v.& in c.cùm contingat.col.2.verſ.dic quòd dictum. & ibi Panor. col.j.de reſcrip. vbi ipſe Bald. dicit per eam gloſſ. quòd dictum vnius probi & diſcreti viri inducit credulitatem,& ibi vide Felyn. col.3.& ſeq. & idem Bald.in c.veniens. huius initij 1.verſic. oppono vlterius de teſtib.& in cap. ſanctorum.de præſcrip.vbi no.dicit per illam gloſſ.quòd ex dicto vnius boni viri cauſatur bona fides, id eſt, iuſta credulitas. Quod & idem dicit ipſe Bald. ea tamen glo. non citata,conſi.clxxviij.quando ſapiens conſuluit,in fi.lib.iiij.& ante eum hoc idem ſcripſerat Cy. poſt Iacob.Aretin.in l.1.in 4. quæſt. vbi etiam Bald. col.vlt. C. de ſeruit. & aqua.vbi tamen nullus etiam illam gl.allegat.

*Emẽs ab executore, quando credatur bona fide emiſſe.*

28 ¶Cui neutiquam diſsimile eſt,quòd licèt emens ab alio tanquam executore teſtamenti, aut aliàs nomine alieno,præſumatur mala fide,& temerè emiſſe,niſi probet illum vendentem fuiſſe executorem,

torem,



torem, aut aliàs huiuſmodi,qualem dicit,vt voluit gloſſa in l.j.C.de rebus.ali.non alienandis.& eſt tex.in l.vlt.ff.pro empto.Si tamen ſe probet hoc à fide dignis audiuiſſe,præſumitur ob id adeò bona fide emiſſe,vt poſsit præſcribere,vt voluit ipſe Bal.in d.l.j.ver.ſed pone quòd aliquis emit.C.de reb. alien.non alien.quem ſequitur Saly.ibi,& antè illum dixerat Bart.in l.qui fundum. §. procurator.& in d.l.vlt.ff.pro empt.& ſequitur Alex.conſi j.ponderatis his,col.vlt.verſi.circa ſecundum. lib. iiij. & Fely.in d.c.cùm contingat.col.iij.ante fi.primæ concluſionis.& in cap.de quarta, col.8.in prima doctrina,de præſcrip.& in c.ſicut,col.xvij.de re iudi.& Hipp.Marſil.in l.ſi quis ne quæſtio.col.19. verſ. vlteriùs hic habemus.ff.de quæſtion.quod dictum nihil à præcedenti differt, niſi quòd in plurali de fide dignis loquitur.

*Non eſt nimiũ credulus, qui credit fide digno.*

29 ¶Sed vt ad noſtram glo.in d.l.Titio fundus.reuertamur,eandem quoque notant, & ſequuntur Angel.in l.mariti.§.plectitur.ff.de adult.vbi per eam dicit,quòd non dicitur nimiùm credulus, qui credit homini fide digno,Petr.de Anc.in c.vlt.de appel.Roman.conſil.vj.quòd dicta intimatio, vbi illam quoque dicit notabilem.Paul.Caſtr.conſil.cxliiij.viſo proceſſu & atteſtationibus.colum.penul. lib.ij.& Franc.Curt.ſenior,& Iaſon vterque in rep.l.admonendi, hic col.lxxviij.verſic.ille.ff. de iureiur.idem Curtius qui illam gloſſ.dicit ſing.conſil.lxxij. Princeps defunctus, col.ix.verſic. reſtant duæ difficultates. alter Franc.Cur.iunior,conſi.xix. viſo ac diligenter conſiderato proceſſu. colum. iij.vbi & eam pro not.allegat & Franc.Aretin.conſil.xxxv.viſo themate.colum.vltima & Alexand. conſi.cij.in cauſa & quæſtione vertente,col.vj.verſi.dicemus igitur.& conſi.cliij. conſultatio propoſita,col.vlt.lib.j.quod errore impreſſorum repetitur.in conſil.xxx.lib.ij.idem Alexand. conſil.lxxv. videtur in præſenti conſultatione prima facie dicendum.col.iij.verſic.ergo cùm ratio, in fin.lib.v.& conſil.lxxx.viſis themate ſupraſcripto & inſtrumento.col.iij.verſic.& non obſtat eod.lib.v.& conſi. viſis atteſtationibus,col.iij.verſic.ſentio inſuper,lib.vij.Barb.in l.ſciendum.col.xl. ff. de verbor.obligatio.vbi eam dicit optimam.& in l.ſed ſi ex ſtipulatu, col.viij.eod.titu.vbi eam appellat celebrẽ.& col.xxvij.ſcripſit doctiſsimus apud Græcos. colum. antepenult.lib.j.& conſil.iij.clementiſsimi Dei patris.col.xiij.lib.ij.& conſi.xij.præclarè ſcribitur Sapientiæ.col.iiij.eod.lib.ij.& conſi.xviij.præclarè ſcriptum eſt apud Pſalmiſtam.col.ix.eo.lib.ij.vbi eam gl.dicit elegantem.& conſi.29.altiſsimi optimi Dei col.pen.in fin.eod.lib.ij.vbi eam dicit valde ſing.& conſil.lxvij.clementiſsimi Dei patris.col. pen.in fin.eo.lib.ij.vbi dicit elegantem.& conſi.xlj.Deum inuocent adiutorem col.iiij.eod.lib.ij. vbi dicit eſſe meliorem de iure.& conſi.j.magnus ſcripſit Pſalmiſta,col. xxv.lib. iij. vbi eam etiam facit ſing.& conſi.xlvj.illud adducam quod præclarè,col.antepe.lib.iiij.& conſ.51.clementiſsimũ Deum, col.iiij.eo.lib.iiij.vbi eam pro ſolenni allegat.& conſi.xxvij.præclarè ſcribitur iij.Regum, col.ij.eod. lib.iiij.Lanfran.in rep.c.quoniam contra falſam.in materia teſtium,verſ.circa præmiſſa cadit vnum not.de prob.vbi eam gloſſ.facit ſing.Soci.qui illam dicit notabil.conſi.xj.in cauſa dominæ Catharinæ.col.vlt.lib.iij.Felin.in d.c.de quarta.quo loco ſuprà citauimus,de præſcri.& in c. ſuper his. in fin. de accu.& in c.licèt Hely.col.ij.verſ.tertiò limita.& iterum in c.per tuas.col.j.de ſimo.Phil.Dec.cõſ. clxxviij.in cauſa quæ proponitur.col.iij.& conſi.cxcij.in caſu propoſito col.ij.vbi eam gloſſ.pro notabili allegat.& Hippo.Marſil.in repet.rub.C.de probat.col.lxv.verſic.adducebam etiam.& in l.j.§. ad quæſtionem.col.iij.verſi.& pro hoc dicto.ff.de quæſt.& infinitis propè locis illam gloſſam ad hoc annotatam comperies.

*Quod dicitur à fide dignis habet iuſtam cauſam credulitatis.*

30 ¶Et idem certè quòd illa gloſſa voluit,ea tamen non citata,Bartol.in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.in viij.quæſtion.in fin. & poſt eum Alexand.ff.de noui operis nuntiatione.vbi habetur id quod dicitur à fide dignis,habere iuſta cauſam credulitatis.ad quod allegat Cyn.in d.l.j. de ſeruit.quod & idem voluit Panormitan.in cap.cùm contingat.de reſcript.& in c.cura.colum. vlti. in duobus locis, de iure patr.(vide ibi Innoc.)& Franc.Aretin.conſi.cij.in cau.& quæſtion.colum.antepenult.in duobus locis. Et alibi Bar.ipſe in l. j. columna ſecunda.verſicu.vlteriùs procedo.ff.ad Turpil.dicit quòd iuſtus error,eſt credere fide dignis.quod & idem dicit in l.athletas.§.calumniator. vbi etiam Angel. ff.de his qui not.infa.vbi dicit ipſe Bar.eum excuſari à calumnia,qui inſtigantibus perſonis fide dignis, & quibus veriſimiter debuit credere,accuſauit. quod & ipſum dicit in l.Athales ſeruus. ff. ad leg.Cornel.de falſis.vbi ſubiungit id eſſe notandum pro ſyndicis Comitatus, qui ad aliorum inſtigationem maleficia denuntiant,vt videlicet debeant credere, vel non credere inſtigantibus, ſecundum qualitatem perſonarum.& idem quoque dicit ipſe Bar.in l.vlt.ad fin.ff.de hære.inſtitu. in l.j.§. hoc interdicto. columna tertia,verſiculo venio ad ſequentem gloſſ. ff. de iti. actúque priua.& Bald. in cap.quoniam contra falſam.columna nona, verſicu.extrà quæro,de prob.vbi loquens in ſingulari,dicit inſtigatorem fide dignum excuſare à calumnia.& Ange.in l.miles.§.mulier.in fi.ff. de adult. & in l.ij.C.de calumn.Innocen.Panormitan.& Felin.in cap.ij.eodem titu. vbi Panormitan. dicit ad hoc facere text. in cap. inquiſitionis, de ſentent. excom. idem Panormitanus conſilio lxxviij. viſo toto proceſſu.col.vlt.verſic.ſed non inſtando.lib.j.Franc. Areti.in l.cùm quidam.§.quod dicitur. col. ij.ff.de acquir.hæred.

*Honeſtæ perſonæ meritò credendum.*

31 ¶Nec minus in hac parte notanda eſt alia gloſſ.in c.ſicut.in glo.vlt.de accu. quæ nominatim voluit honeſtæ perſonæ meritò eſſe credendum.& alia item in c.cupientes.poſt princ.in verb. notitiam.de elect.lib.vj.quæ dicit videri notitiam certam eſſe,& indubitatam eius rei,quam à fide dignis accipimus.propterea conſuluit Petr.Anc.conſil.xxiiij.viſa inquiſitione formata contra Philippinum. col.

ij.verſi.poſtremò aduertendum,quòd non debent puniri de falſo teſtes,qui depoſuerunt ſe id ſcire, quod à viro optimæ famæ,& opinionis audiuerant:quod dictum vt ſingu.& valde cordi tenendum citat & ſequitur Iaſ.in d.l.j.col.vlt.ff.de eo per quem fac.& rurſum in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prę tori.col.viij.verſi.ij.inquantum.ff.de ope.noui.nun.Cui accedit quod ſcribit Domi.in c.de capitulis, per illum tex.x.diſt.quòd quis dicitur pro certo ſcire,quando eſt certificatus ab vno notabili viro,& fide digno.Ad quod etiam allegat d.c.ſicut pro certo.de ſimo. & hoc quoq; ſequitur Iaſ. in d. l.j.col. pen.verſi.ij.limita.& in d.§.ſi quis ipſi prætori.col.vij.& in l.properandum.§.ſin autem alterutra.col. iiij.in vj.concluſione.C.de iudi.& Fran.Curt.ſenior.conſi.lxxij. idem voluit,loquens tamen pluraliter de fide dignis.Rom.conſi.cccciij.pro deciſione,col.pen.verſi.ſecundò quia ad hoc.

32 ¶His finitimum eſt quod ſcriptis prodidit Lapus ille conſiſtorialis aduocatus , cuius authoritas magna eſt,vt tradit Rom.ſing.xxxix.quod incipit,An habens.is in allegatione,cuius eſt principium,factum ſuper quo iure conſilium petitur,tale proponitur.longè latéque probat, aſſertionem hominis fide digni excuſare:propter eáque excuſandum eſſe religioſum à pœna.cle.j.de priuil.qui credit matronæ graui,& fide dignæ dicenti aliquam habere licentiam (vt loquitur) à proprio ſacerdote. quod dictum ſequitur Feli.in d.c.cùm contingat.col.iiij.de reſcrip.

33 ¶Conſimile eſt quod tradit Pet.Paludan.inſignis Theologus,in 4.Sententiarum diſt. xviij.q.vj. mè ſemper teneri eum vitare quem ſemel ſciui eſſe excommunicatũ,niſi de abſolutione legitimè conſtiterit,vt eſt tex.ad literam in d.c.ſicut.de ſent.excom. Tamen ſi ille ſit multùm fide dignus , & dicat ſe abſolutum,videtur ſatis conſtare de eius abſolutione:ideóque non pecco , ſi cum illo conuerſor.Et hoc ſequitur conſummatiſsimus noſtra tempeſtate Theologus Adrianus Florẽtinus in quæſtionibus,quas elegantiſsimè in 4.Sententiarum conſcripſit.quo loco de clauibus diſſerit,in vij. exceptione,eorum qui licitè poſſunt excommunicatis communicare.

*Tenemur ſemper uitare illũ quem ſemel ſcimus fuiſſe excommunicatũ.*

34 ¶Quibus haud dubiè reſpondet tex.elegans,& in penitiſsimis iuris ſtudioſorum præcordiis recondendus,in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re militar.in illis verbis,Si bonus antè exiſtimatus eſt,propè eſt vt affirmationi eius credatur.per quem tex.dicit pulchrè Bal.in l.vniuerſi.C.de vectig. & cõmiſsis,quòd omnis bonus vir,eſt maximum iudicium,vt credatur eius iuramento.& text.in cap.j.de cleri.per ſal.promo.& quod ibi no.Panor.in ij.no.& in c.cùm in tua.de ſponſa.ibi,Si perſona grauis, cui fides adhibenda.& in c.talia.viij.quæſt.iiij.ibi,quia de memorati viri teſtimonio dubitare omnino non poſſumus.

35 ¶Et omnia hæc breui ſententia concluſit Iſocrates ille & Philoſophus,& Orator nobilis: cuius domus(vt ſcribit Cicero)cunctæ Græciæ quaſi ludus quidã patuit,& officina dicendi:& ex cuius ſchola tanquam ex equo Troiano multi proceres prodierunt. Iſocrates igitur in diuinis illis præceptis quæ ad Demonicum Hipponici filium ſcripta reliquit,Velim(inquit)exiſtimes æquè ducere, ita improbis non adhibere fidem,vt bonis credere.

*Improbis ita non adhibenda fides, ut bonis credas.*

36 ¶Nec hinc longè diſtat tex.in pectore memori reponendus,in l.ſi à bonæ fidei.ff.de rei vendic.vbi ſi à poſſeſſore bonæ fidei fugerit ſeruus, qui integræ opinionis videbatur , vt cuſtodiri non debuerit,abſoluendus eſt poſſeſſor.vbi Ang.per illum tex.& per glo.in d.l.Titio fundus.dicit ſe excuſauiſſe in ſyndicatu quendam poteſtatem,qui nobili viro,quíque reputabatur integræ opinionis,& ſynceræ fidei,palatium pro carcere aſsignauerat,à quo tandem aufugit.Et illum tex.pro ſing. citat Barb. in d.l.ſi ex ſtipulatu.col.viij.ff.de verb.oblig.vbi & approbat , & ſequitur illud dictum Angel. ſicuti etiam facit idem Barb.d.conſi.tertio,col.xiij.verſic.cum ergo.lib.ij.& d.conſi.xviij.col.ix.verſic.eodem.lib.ij.& d.conſi.xxix.col.pe.eo.lib.ij.& d.conſi.xlvj.lib.iiij.vbi & illum text.dicit eſſe ſolennem. & in tract.de præſtantia.Car.in j.q.parte ij.membro j.ad fin.& Franc.Curt. ſenior in repet. legis admonendi,col.xlviij.verſicu.& ideò.ff.de iureiur.vbi hoc dictum allegat pro mirabili,& Felin.in d.c. cum contingat,col.iij.verſi.prima concluſio.de reſcrip.& Iaſ.in auth.iubemus.col.vlt.in vj.ſimili.C. de iudi.& in l.ſi pecuniam , col.vlt.ad fi.ff.de condict.ob cauſ.vbi & illud dictum pro ſingulari & illum tex.pro notabili adducit.

37 ¶Et eodem fermè pertinet tex.not.in l.j.§.his autem.ff.de ripa muni.vbi qui ripam vult munire,de damno futuro debet vel cauere,vel ſatiſdare,ſecundùm qualitatem perſonæ:vt ſi honeſtæ,probatæque vitæ fuerit,vt ibi annotat gl.ſufficiat cautio:alioquin ſatiſdatio requiritur. Quæ gloſſ.ad hoc allegari ſolet,quòd cautio pro ſatiſdatione eſt,ſi is qui ſatiſdare debet, ſit honeſtæ & probatæ vitæ.& ad hoc eam ſing.dicit Bald.in c.ij.col.iij.verſic.quæro iterum nunquid laicus poſsit eſſe œconomus eccleſiæ.in fi.ipſius verſicu.de iudi.vbi & per eam eleganter dicit, quòd ipſa animi virtus, pro ſatiſdatione eſt,& alibi idem Bal.citat illam glo.pro multùm no.& ordina.in rub.de eo qui mit.in poſ.in fi.& conſi.clxxvj.Cecilia receſsit,lib.j.& illam quoque ſequitur Barb.conſi.iij.col.iij.lib.ij.& conſ.ix. præclarè ſcribitur,col.antepe.in fi.eo.lib.ij.& conſi.xj.illud afferam in medium , col.xj.verſi.& fortè non eſſet,eo.lib.ij.& d.conſi.xxix.col.pe.eo.quoque lib.ij.vbi eam item dicit ſing.& in c.cùm R. canonicus.col.ij.verſi.ampliùs dico.de offic.deleg.& Iaſ.in l.j.col.pe.verſic.v.facit.ff.qui ſatiſd.cog.vbi eam dicit no.& in l.diuortio.§.interdum.col.iij.verſi.quintò allegato.ff.ſol.matr.& in l. ſi quis ſtipulatus ſit.§.vlt.in j.not.ff.de verb.oblig.& Feli.in c.ad hæc.de ſent.excom.& in cap.ſuper his,col.pen. de accu.vbi eam etiam facit ſingularem.

*Qui ripã uult munire, de dãno futuro debet cauere.*

38 ¶Ad cuius ſentẽtiæ comprobationem citant plerique quod in ſimili à Bartolo,vt dicunt,ſcriptum eſt in l.

*Si eſt idoneus*



quicunque,eius initij 2.per illum tex.C.de ſun.patr.lib. xj. quòd vbi ex forma ſtatuti tenetur aliquis ſatiſdare antequàm acceptet officium Poteſtatis tamen ſi eſt idoneus,crederetur ſoli cautioni,cum generali hypotheca bonorum.quanuis tamen tex.ibi & Bart.(ſi is fuit , nam de hoc dubitatum eſt,vt latiſsimè ſcripſimus in noſtris legibus Connubialibus.l.j.nu.35.incip.ſed illud te. & ſeq.de quo ſtatim dicemus)loquuntur in idoneo facultatibus,non moribus,de quibus eſt noſtra hæc diſſertatio.Ex hoc tamen intelligi poteſt magis credi bono viro,quàm diuiti. Ille enim etiam cùm ſatiſdatio requiritur,ſimpliciter cauendo liberatur:hic non niſi cum hypotheca bonorum. Idem quoq; niſi quòd de hypotheca bonorum loquitur,tenet idem Bart.aut quiſquis is fuit,in l.pen.C.de muril. eod.lib.xj.vbi & ad hoc allegat.d.l.quicunque.

*poteſtas electus , credetur ſoli cautioni cũ hypotheca bonorum.*

39 ¶Illud autem dictum(ne id repente relinquamus ſine examine,poſteaquàm in hanc rem à nonnullis adducitur)ſequitur Io.Plat.in d.l.quicunque.& Rom.conſi.67.viſo themate.col.2.ver.tertiò hoc ipſo.vbi & ad hoc allegat tex.in l.de creationibus.§.ſin autem.C.de epi.audi. iuncta gloſſ. in verbo, ſufficiente,quæ dicit quòd diuitiæ excuſant à ſatiſdatione.Sequitur & Pau.Caſt.in d.l.diuortio.§.interdum.& in l.j.ff.qui ſatiſ.cog.& Alexan.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iud.vbi hoc dictum pro no.allegat.& conſ.37.viſo & opportunè diſcuſſo.col.4.verſic.plus dicit Bar.lib.2.& Felin.in d.c.ad hæc.de ſent.excom.& Iaſ.in d.l.ſancimus.col.2.in 5.fal.C.de verb.ſignifi.vbi hoc dictum dicit ſing.& latiſsimè in d.§.interdum.& in d.l.j.col.4.verſi.adde quintũ caſum.ff.qui ſatiſd.cog.in quibus locis abundè refellit Alex.ſibi contrarium.& Franc.Aret.contra huiuſmodi Bart.ſententiam tenentes: vtrunque quidem in d.§.interdum.& Alex.in d.l.j. & eorum rationibus ſubtiliter reſpondet. Nouiſsimè tamen Io.Sadoletus in d.l.j.approbans opi.Alex.ibi.ad Iaſo.fundamenta reſpondet,& illius reſponſionẽ congruis rationibus euertit.Vter autem iuſtius arma induerit, ſtudioſis iudicandum relinquo, neque enim admodum pertinet ad hanc noſtram tractationem.

*Diuitiæ excuſant à ſatiſdatione.*

40 ¶Sed propius veniamus ad inſtitutum.Ad eam glo.in d.l.j.§.is autem.ff.de rip.muni.accedit & quidem propius,quàm illud Bar.aut alterius,quiſquis is fuerit,dictum in d.l.quicunq:, ( nam vt iam diximus)nihil fermè ad rem facit alia gl.illi non multùm abſimilis in l.pen.in glo.vlti.ff. de peti.hære. quæ vult,quòd cauere tantùm debet,qui non ſuſpectus eſt ſatiſdare.quam etiam gl.valde ſing. dicit Iaſon in l.ſancimus.col.vlt.C.de verb.ſigni.& Anto.Corſet.in ſuis ſing.in verbo,cautio.& in repe.c. grandi.col.16.de ſupp.neg.præl.lib.6.

*Cauere non tã tùm debet qui non ſuſpectus eſt ſatiſdare.*

41 ¶Et vtrique quidem glo.calculum adiicit tex.elegans,nec vno digito notandus in l.legitimos.ff. de legi.tut.vbi quanuis aliàs legitimi tutores debeant ſatiſdare,idque maximè ſuadeat fauor,& vtilitas pupillorum:ſi tamen perſona ſit honeſta,ei remittitur ſatiſdatio,per quem text.not.Bal.ibi in 2.not. quòd ſi perſona tutoris legitimi ſit multùm fida,& honeſta , remittitur ei ſatiſdatio.Et in 3.quoque not.quòd perſona honeſta à ſatiſdando liberatur.Cui & germanum eſt,quod per gl.in d.§. is autẽ, dicit idem Bal.in l.abſtinendum.C.quo.appe.non recip. quòd ſi ſtatutum dicat condemnatum debere ſatiſdare,ſecundùm qualitatem perſonæ , licèt illud verbum , ſatiſdare , intelligatur cum fideiuſſore.dicta l.prima.ff.qui ſatiſdare cogantur.tamen ſi quiſpiam ſit honeſtæ,& probatæ vitæ , ſufficit iuratoria cautio.

*Legitimi tutores debent ſatiſdare.*

42 ¶Huc quoque peculiariter ſpectat tex.not.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.vlt.ff.de verbor.oblig. cùm dicitur in fin.quòd plerunque idonei non tam patrimonio,quàm fide æſtimantur , vbi & Paul. Caſt.per illum tex.dicit,quòd qui pauper eſt,nulláque poſsidet immobilia , tamen eſt perſona probatæ fidei,& conſueta ſeruare promiſſa, eſt idoneus fideiuſſor. Quod dictum dicit multùm ſingul. Hippo.Marſil.in l.j.§.ad quæſtionem.col.3.ff.de quæſt.Alex.in l.2.verſi.item limita.ff.qui ſatiſd.cog. vbi Iaſon in 3. fal. ſequitur. & pro eo nimirum facit elegans dictum Bald.in l.precibus. col.6.C.de impub.& aliis ſubſti.quòd idoneus eſt quẽ virtus probat:per tex.in l.j.C.de condit.in pub.hor.lib.x.

*Plerunque idonei non tã patrimonio quàm fide æſtimãtur.*

43 ¶Illud tamen dictum Pau.Caſt.reprobat Alex.in d.l.4.& Fran.Are.& Iaſon ſibi cõtrarius d.l.ſi quis ſtipulatus,ea potiſsimùm ratione,quia non ſatis eſſet cautum,atque cõſultum ei,cui vir pauper alioquin fidus,eſſet fideiuſſor datus,prout eſſe debet.§.ſuſcep.Inſt.de repl.nam ſi iſte fideiuſſor moreretur,forſitan hæres ipſius non eſſet huiuſcemodi,qualis fuit;quia ſæpè legali , & probo viro ſuccedit illegalis & improbus.l.generaliter.in prin.C.de reb.cred.& quod ibi not.Bald.in 2. not. & ex bonis plerunque mali naſcuntur.c.recurrat.32.q.4.Quinetiam dicebat Demoſthenes ille eloquẽtiæ Græcæ columen,à viris egregiis proinde quaſi fato quodam id accidat,improbos proficiſci filios.Huius hæc verba ſunt: τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. Quæ ipſa retulit Ariſtides in Cimone, cuius interpres in eam ſententiam citat prouerbium: Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα, πήματα; Virorum heroum filij,noxæ. quo ſignificatur præſtantium virorum filios , multùm ſolere à progenitorum moribus abeſſe.In quam etiam ſententiam eſt iſtud Euripidis in Heraclidis;

*Sæpe probo uiro improbus ſuccedit.*

Ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως,
Εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.

Quod ſic vertit Eraſmus:

*Vnum forſan inter plurimos*
*Inueneris,qui patre non ſit nequior,*

Illud quoque Homericæ Mineruæ Thelemachum alloquentis lib.2.Odyſſeæ:

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται:
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

*Pauci enim filij ſimiles patri ſunt:*
*Plures peiores, pauci autem patre meliores.*

44 ¶Proptereà Aelius Spartianus in vita Seueri Imperatoris: Conſtat (inquit Diocletianum alloquẽs) Auguſte, neminem propè magnorum virorum optimum, & vtilem filium reliquiſſe. Denique aut ſine liberis viri interierunt: aut tales habuerunt pleriq; vt meliùs fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere. Et vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Põpilius, quod vtile poſſet eſſe Reip. Quid Camillus? num ſui ſimiles liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Iam verò quid de Homero, Demoſthene, Virgilio, Criſpo, Terentio, Plauto, cæteríſque aliis loquar? Quid de Cæſare? Quid de Tullio? Cui ſoli meliùs fuerat liberos non habere. Quid de Auguſto? qui nec adoptiuum bonum filium habuit, cùm illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus? Falſus eſt etiam ipſe Traianus in ſuo municipe: ac nepote deligendo. ſed vt omittamus adoptiuos, ne nobis Antonini Pius, & Marcus numina Reip. occurrant, veniamus ad gentes. Quid Marco fœlicius fuiſſet, ſi Commodum non reliquiſſet hæredem? Quid Seuero Septimio, ſi Baſsianum non genuiſſet? Hæc Spartianus non minùs grauiter, quàm dolenter. Et eſt apud Valerium Maximùm titulus, De his qui à parentibus claris degenerant.

*Neminem magnorum, utilem filiũ reliquiſſe conſtat.*

45 ¶E noſtris quoque Bald. in c. j. col. iiij. verſic. ampliùs quæritur. de iudi. in iij. lect. dicit, quòd non eſt eadem perſona patris & filij in prudentia, & fide: imò à communiter (inquit) accidentibus, nimis ſapiens generat ſtolidos, vt dicit patere in Roboam filio Salomonis, quo nomine non temere à Philoſophis quæſitum eſt, cur ex viris ſapientibus plerunque ignaui, ac dementes oriantur: cuius rei problema eſt apud Alexandrum Aphrodiſæum, & Philoſophum & medicum præſtantiſsimum lib. 1. proble. c. 2. aut ex aliorum computatione, qui ex primo tria faciunt, xxix. & nos diximus in noſtris legibus connubialibus in xv. lege, nu. 154. incip. præſertim ſi animus.

*Nimis ſapiens ſæpe filios generat ſtolidos.*

46 ¶Cæterum, vt redeamus ad noſtrum principale propoſitum, ſupradictis mirum in modum adſtipulatur tex. memoratu, ſcitúque dignus, in l. ſuſpectum. ff. de ſuſpec. tut. cuius verba, etſi in promptu ſunt omnibus, non tamen grauabor hic adſcribere. Suſpectum tutorem eum eſſe putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Enimuero tutor, quanuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus.

*Suſpectus tutor eſt qui moribus talis eſt ut ſit ſuſpectus.*

47 ¶Facit præterea ad confirmationem prædictorum, quod no. voluit ille, quem ſupremum Doctorem, canonicæq; cenſuræ monarcham vocat Barb. in l. ſciendum. col. xxxviij. ff. de verbor. obligat. videlicet Hoſt. in c. mulieri. de iureiur. & ibi etiam Io. And. in ſuis antiquis addi. quòd licèt in cauſa matrimonij, vtpote ardua, non debeat deferri iuramentum in ſupplementum probationis, propter ſemiplenam vnius teſtis probationem: per no. in d. c. mulieri. & in c. vlt. eo. tit. & l. iij. §. quacunque. ff. eod. tit. cum ſimilib. Tamen ſi teſtis ex cuius depoſitione profecta eſt ſemiplena probatio, ſit multũ honeſta perſona, & bonæ famæ, & actor etiam ſit huiuſcemodi, poterit aliis concurrentibus deferri iuramentum in ſupplementum, ſequitur Panor. ibi. & Bal. conſi. 123. cauſa matrimonialis. lib. 2. Paul. Caſtr. & Alexand. in d. l. iij. in princ. vterque colum. vlt. ff. de iureiur. dicentes idem velle Ioan Andr. in cap. vlt. eod. tit.

48 ¶Quin etiam non ſolùm in cauſa matrimoniali, ſed & in aliis cauſis, quæ ſunt maioris ponderis & momenti quàm vt poſsit deferri iuramentum in ſupplemẽtum, ſi fuerit pluſquam ſemiplenè quidpiam probatum & perſona ſit multum honeſta, poterit iudex deferre huiuſmodi iuramentum, vt voluit Saly. in l. admonendi. col. 17. & Iaſ. in lect. col. 23. verſi. limita omnes iſtos caſus. & iterum in repe. col. 100. verſ. eiuſdem initij ff. de iureiur. Pau. Ca. in d. l. 3. in prin. & ibi Alex. col. 8. & ſeq. & notabilius, in col. vlt. ff. eo. de iureiur. & Alex. conſi. 264. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ. col. 3. verſi. intelligemus ea. & conſil. 407. in cauſa & lite vertente inter Chriſtophorum. col. vlt. lib. 3. de quo etiam eſt gl. no. in cap. vidua. eius initij vlt. in princ. de regular.

*Non tantùm in cauſa matrimonij, ſed & in aliis cauſis hoc procedit.*

49 ¶Nec poteſt ab hac menſa (vt vtar verbis Platonis in Phædro) abeſſe, tex. no. in c. niſi eſſent. in prin. de præben. Ex quo iuncta gl. j. no. Doct. ibi, ꝙ actus qui aliàs prima fronte præſumitur iniuſtus, ſi geſtus ſit à prouidis, & honeſtis viris, & poſsit certo caſu iuſtificari: tantùm abeſt, vt iniuſtus, & iniquus præſumatur, vt etiam iuſtus exiſtimetur, & in caſu poſsibili & permiſſo geſtus. quod quidem dicit Panor. ibi eſſe bene notandum, & idem quoque per illum tex. voluit Franc. Aretin. in l. in illa. col. 7. verſi. quære igitur. ff. de verb. obli. Soci. conſi. 164. dominus labia, & c. viſa bulla Bonifacij. col. 2. verſ. vnde ex qualit. lib. 2. & illum tex. facit ſing. Barb. in l. ſciendum. col. 40. ff. de verb. oblig. & Felin. in c. ſicut. col. 8. verſi. limitat ſecundò, de re iudic.

50 ¶Et per hoc limitat Panor. in d. c. niſi. dictum no. Inno. in c. ſecundò, de dilatio. ſcribentis, quòd ſi citatio prima fronte habeat in ſe iniuſtitiam, licèt poſsit aliquo caſu ſuſtineri, tamen propter primam, & præſentaneam iniuſtitiæ præſumptionem, nullius eſt momenti: vt ſcilicet hoc intelligatur procedere, niſi iudex qui eam citationem decreuit, ſit valde circunſpectus, & honeſtus, ita quòd non ſit veriſimile, quòd illam feciſſet in caſu à iure reprobato.

*Citatio prima fronte habens iniuſtitiã, ob iniuſtitiæ præſumptionẽ nullius eſt momenti.*

51 ¶Ad quod etiam ipſe Panor. citat aliud dictum not. huic loco maximè accommodatum, eiuſdem Innoc. in c. j. de cler. peregr. quòd ſi quis probat ſe fuiſſe ordinatum ad certum ordinem, à viro multùm probo, & honẽſto, præſumendum eſt, quòd habeat alios ordines præcedentes, neque enim præſumendum eſſe hunc talem virum illum ad maiorẽ ordinem promouiſſe, niſi certioratus fuiſſet



fuiſſet de minoribus. Quod quidem dictum idem Panor. dicit ad hoc facere, vt ratione probitatis perſonæ actum exercentis, præſumatur ſolennitas extrinſeca, quod eſt ſing. notandum. & ſequitur Iaſ. in l. ſciendum. col. vij. verſi. quintò, vltra. ff. de verb. oblig.

52 ¶Idem autem quod Inno. in d. c. j. voluit Anto. ibi. col. j. & ipſe Inno. in c. ſuper his. ante fi. magnæ gl. de accu. & Panor. in c. 1. char. vlt. col. j. verſi. ſi autem appareat. de iudi. & in c. fraternitatis. in fi. de teſti. & in c. Albericus. in antiqua lect. vbi & Feli. col. vlt. hoc dictum facit ſing. eod. titu. & idem Panor. in c. fraternitatis. de cler. non reſi. & Archi. in c. Lugdunenſis. 9. q. 2. & Rota de proba. 4. in antiquis Roma. in l. in illa. col. 12. ff. de verb. oblig. & Feli. in c. j. col. j. de litis conteſt. & in cap. ſuper his. col. ix. verſi. ſexta & vltima concluſio. de accu. vbi hoc facit ſingulare.

*Ad idem per alia iura.*

53 ¶Rurſus Panorm. ipſe in d. c. j. de iudi. quo loco ſuprà citauimus, aliud dicit ex dicto Inno. in d. ca. j. quòd præcedentibus concinit, videlicet quòd etſi aliàs facta citatione per nuntium, non præſumitur iudicis commiſsio præceſsiſſe, niſi de ea appareat, vt voluit Bar. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. quia hæc eſt ſolennitas quæ præcedit actum, & ideò non præſumitur, per no. in l. j. C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. x. de quo tamen alibi pleniùs dixi. Tamen ſi nuntius ſit bonæ famæ, & agatur de modico præiudicio, præſumitur commiſsio. ad quod allegat dictum Innoc. in d. ca. j. de cler. pereg. & eum ſequitur Felin. in ca. ſuper his. col. pen. verſi. adde etiam. de accu. & in c. ſicut. col. antepen. verſic. fallit quæſtio. de re iudicata.

*Si nuntius eſt bonæ famæ, & agatur de modico præiudicio, præſumitur commiſsio.*

54 ¶Quibus adde tex. no. in c. in noſtra, verſ. nos verò de pœn. vbi adeò non præſumitur virum honeſtum, & prouidum aliquid perperàm aut feciſſe, aut facturum eſſe, vt ſi etiam id liquidè appareat, vix tamen credendum eſt. Et tex. c. ſacro. ibi. *maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat* de ſenten. excom. & in c. epiſcopus. in prin. 7. q. j. vbi per illum no. gl. bonum & iuſtum videri quod à probo viro factum eſt. Cui & concordat tex. in c. qui de menſa. in prin. 37. diſt. in ca. Lugdunenſis. verſ. legimus. 9. q. 2. & quod dicit gl. in l. 3. in verbo honeſta. de teſtib. quòd præſumitur benè fieri, quod à bono fit. quod & voluit per quædam ex prædictis iuribus Rom. conſi. 328. præſens conſultatio. col. vlt.

55 ¶Adde quoq; quod per tex. in d. c. niſi eſſent. de præb. & in d. c. in noſtra. de procur. ſcribit Io. Andr. poſt Ro. in addi. Spec. in rub. de cenſi. quòd cenſualis totum cenſum ſoluens ei, qui partem ſolùm cẽſus emerat à domino, tum demum excuſatur à pœna, ſi emptor ipſe erat fide dignus. quod dictum ſequitur Hippo. Marſil. in l. j. §. ad quæſtionem. col. 4. verſi, faciétque quoque. ff. de quæſti.

*Cenſualis ſoluẽs ei qui partẽ cenſus emerat, ſi emptor erat fide dignus, excuſatur.*

56 ¶Huc item vergit gl. no. in c. ad hæc, in verbo, examinentur. de offi. Archid. quæ voluit, quod licèt imputetur Epiſcopo, qui indignum promouet ad præſentationem & relationem examinatorũ, arg. l. j. §. magiſtrum. ff. de exercit. Intelligit tamen niſi examinator talis eſſet, vt non ſit veriſimile ipſum mentiri, quia excuſaretur Epiſcopus, qui tali credidit, allegat tex. in c. ſignificante. de pigno. qui non nihil ad hoc facit. Et eam gl. ſequitur, & dicit notabilem, Feli. in d. c. ſuper his. col. pe. Et per illam alibi dicit idem Feli. in c. Petrus. col. pen. verſi. tertiò declara. de homi. quòd licèt ſuperior habens officiales, vel famulos deputatos ad aliquid expediendum, teneatur de facto eorum. l. j. in princ. & §. familiæ. ff. de publi. & l. j. §. ait prætor. ff. de vi & vi arma. fallit, niſi deputatus à ſuperiore ad certum officium, eſſet perſona valde integra.

57 ¶Idem pollet quod conſuluit Oldra. ille conſiſtorialis aduocatus conſi. 92. excuſandum eſſe cuſtodẽ caſtri, qui quempiam nobilem, qui integræ opinionis exiſtimabatur, ad cuſtodiam caſtri ſubſtituit: qui poſteà caſtrum hoſtibus prodidit, aut illud aliàs malè ſeruauit, quod dictum ſequitur Felin. in d. c. Petrus. col. j. poſt prin. verſi. extra gl. & iterum d. col. pe. verſi. ſuprà allegato. Sed & idem fermè voluit tacito tamen Oldra. nomine Io. And. in addi. ad Spec. in rub. de loca. in fin. quem nominatim ſequitur nulla quoque Oldr. mentione facta, Barb. conſi. 3. clementiſsimi Dei patris. col. 13. verſ. vbi dixit quod. lib. 2. & d. conſi. 18. ſuprà ſæpiùs citato. col. 9. verſi. fama & dignitas. eo. lib. 2. & conſil. ſeq. ſapienter ſcribitur, poſt prin. & conſi. 46. ſcripſit præclarè. col. antepen. lib. 4. & in d. l. ſed ſi ex ſtipulatu. col. 8. verſi. videndum erit. ff. de verb. oblig. vbi hoc dicit dignum eſſe memoria. & in extrauag. volentes, in verbo, nobiles, & in tract. de præſtantia Cardin. in 1. q. 2. partis, in primo ad fi. & Fran. Curt. ſenior in repe. l. admonendi. col. 4. ff. de iureiur.

*Cuſtos caſtri excuſatur, ſi integræ opinionis nobilẽ ſubſtituit, qui caſtrum hoſtibus prodidit.*

58 ¶Cui optimè quadrat, quod aliquando Bald. conſultus, an dominus teneretur pro delicto famuli, vel diſcipuli, qui res pignoratas, vel aliàs apud ſe depoſitas ſubtraxit: Reſpondit non teneri, ſi diſcipulus ipſe, aut famulus vir erat probus, atque fidus exiſtimatus, non magis quidem quàm de caſu fortuito: alioquin teneri. Ita Bal. conſi. 222. hæc quæſtio formatur. ad quod allegat quod in ſimili dicitur in l. eum qui. §. vlt. cum duabus ll. ſeq. & l. argentum. ff. commo. per quam etiam poſtremam l. alibi dicit idem Bal. in l. quæ fortuitis. col. vlt. C. de pign. acti. non eſſe in culpa, qui bono viro credidit. Sed & idem Bald. per d. l. argentum. dicit in l. alienum. col. vlt. verſi. quæro nunquid ille. C. de furt. quòd liberatur debitor, qui per nuntium probum, & qui conſueuerat eſſe probus, & diligens, mittit pecuniam ad creditorem, quam nuntius ille perdidit, aut ſubtraxit. Et hæc omnia non mediocriter confirmat text. not. in l. ſi res pupillaris. ff. de admit. tut. vbi ſi tutor pecuniam pupillarem apud argentarium depoſuerit, qui cùm fuiſſet celeberrimus, ſolidum tamen reddere nequit, nihil eo nomine præſtare cogitur.

*Dominus non tenetur pro famulo, ſi alioqui erat uir probus.*

59 ¶Quibus ſatis appoſitè ſubiiciemus quod notabiliter memorat Bal. in l. j. C. loca. vbi limitãs dictum Nicol. de Mat. dicentes, hoſpitatores (ſic enim eos appellat) teneri de rebus, quas hoſpites in archis ipſorum hoſpitatorum reponunt, tametſi archæ comperiantur fractæ, per iura quæ allegat: dicit ipſe

*Hoſpitatores tenentur de rebus poſitis in archis hoſpitum.*

Bal.non procedere in hoſpitatoribus bonæ famæ, & probatæ fidei, qui quidem poterunt ſe iuramento ſuper hoc præſtito purgare,argu.d.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit. Sicut & in ſimili, vt ille ſubdit,quòd etſi damna præſumãtur data,& illata vicinis,ſicut & furta,vt per Iac.Are. & Bar. in l.ſi ita teſtamento.§.vlt.per illum tex.ff.de fun.inſtr.& diximus ſuprà in 23. cauſa, nu.x.incip.huc nimirum.hoc tamen intelligitur,niſi bona & laudabilis eorum conuerſatio, hanc præſumptionem excludat:quia pro bono bene præſumitur, & prudens prudenter viuit, vt ſubiungit: & alia multa pulchra ſanè & elegantia. de quo poſtremo dicto dixi plenius in d.23.cauſa. in fin. Sed quod ad primum dictum pertinet,idem in effectu voluit ipſe Bal.in rub.C.depoſi.in prin.

*Si perſona iudicis uacet omni ſuſpicione, non poteſt recuſari.*

60 ¶Eiuſdem claſsis eſt,quod & per d.§.à barbaris.no.dicit Spec.in titu.de iud.deleg.§.ſupereſt.verſic. quid ſi non eſt conſanguineus.quòd licèt quis non poſsit eſſe iudex non modò in ſua,ſed nec in ſuorum cauſa,l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.om.iudi.cum ſi.tamẽ ſi perſona iudicis eſt huiuſmodi,quòd omnis ſuſpicio veriſimiliter ceſſet,vt ſi ſit monachus Ciſtercienſis,hoc non procederet, neque talis poſſet recuſari.Ad quod etiam allegat alia quædam iura.Et hoc idẽ ante illum tenuit Vinc.in c.poſtremo.de appel.& in c.mandato.de præſump.& illum ſequuntur Io.And.in c.poſtremo.& ibi Ant. col.8.vbi ipſe Anto.idem dicit in alio viro magnæ ſanctimoniæ.& ibi item Pet.Anc.Panor.in fin.& Philip.Dec.etiam in fi.& idem Io.Andr. in addi.Specul.in d.§.ſupereſt.nuper allegato.& Alex.in d.l. qui iuriſdictioni.in v.aliàs 6.fal.& ibi Iaſon in 13. limitatione. vbi vterque citat illud dictum Specul. pro ſing.idem Alex.in l.properandum.§.ſinautem alterutra.col.4.C.de iudi.& Barb.conſil. 23. ſcripſit Propheta optimus.col.7.verſi.& multò fortiùs.lib.j.& d.conſi.3.col.13.verſic.vbi dixit quòd.lib. 2.& conſi.11.illud afferam in medium.col.11.verſic.facit autem ratio.eo.lib.2.& conſil. ſeq.præclarè ſcribitur.col.pen.eo.lib.2.& d.conſi.18.col.9.eo.lib.2.& conſi. 34. præclarè optimus dicit Pſalmiſta. col.antep.verſi.ſanctimonia.eo.lib.2.& conſi.41.Deum inuocent adiutorem.col.4.verſic. vbi conſiderat.lib.3.& conſi.43.illud in medium referam.col.16.eo.lib.3.& conſi.77.præclarè ſcribitur.col.2. lib.4.& Firmia.in tracta.de Epiſcopo.in 4.parte lib.4.in 11.quæſt.verſi.trigeſimotertiò.Socin.in tracta.fallent.in regula 203.& in 7.fall.vbi & hoc pro ſing.allegat Iaſon in d.authen.iubemus.col. pen. verſi.ſecundò facit.C.de iudi.& in repe.d.l.admonendi.col.71.verſic.confirmo per illud. ff. de iureiur.vbi illud quoque dicit ſing.Feli.in d.c.ſuper his.col.pen.de accuſa.& in c.cauſam quæ.col.3.verſi. ſextò.de offic.deleg.

*Cardinali non creditur, ubi tractatur de præiudicio alterius.*

61 ¶Quorum omnium conſenſus Philip.Dec.non deterruit, quin aliàs tamen ſibi contrarius idipſum intrepidè reprobarit,in eo ipſo c.cauſam quæ.in fi.tum per illum ipſum tex.vbi Epiſcopus recuſatur in cauſa famuli,tametſi alioquin præſumitur bonus: vt latiùs infrà dicetur: tum quoque quòd hoc iure non probatur:tum denique,ꝙ etiam Cardinali,qui vt bonus præſumitur,vt paulò poſt quoque dicemus,nõ creditur,vbi tractatur de præiudicio alterius,ſecũdùm gl.no.c.quod ſicut.& ibi Panor. de ſentent.excom.Tum denique,quòd vbi aliàs agitur de præiudicio tertij,non attenditur illa præſumptio, quòd quis præſumitur bonus, vt not.Panorm.in cap. cùm in iure.in princ.de offic.deleg.

*Decius ſolus cũ reliquis doctorib. apertè congreditur.*

62 ¶Audacis eſt profectò,& confidentis ingenij Decius,qui ſolus cum tot præſtantiſsimis viris in legali doctrina,auſus ſit aperto Marte congredi,atque manum conſerere,& calamum, cùm ne Hercules quidem contra duos,vt eſt in vetere prouerbio, ex Phædone Platonis, & vt ait Iupiter apud illum ingeniorum fontem Homerum,Odyſſeæ lib.j.non longè à princip.

—οὐ μὲν γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
Ἀθανάτων, ἀέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν οἶος.

Vide Eurymachum de Vlyſſe, eiuſdem operis lib. 2. Aduerſus duos vnus nihil poterit: & rurſum Thelemachũ lib. 16.Difficile eſt viro forti,cum pluribus pugnare.Vnde ſumptum videri poteſt natum aliud vetus adagium, cuius Plato ipſe lib.11.de legibus meminit, Arduum eſt, aduerſus duos pugnare.Propterea Catullus in carmine nuptiali ſalubriter commonefaciens inquit:

*—Noli pugnare duobus.*

*Nemo ſolus ſatis ſapit,nec unus uir cuncta diſpicit.*

63 ¶Et profectò mirum videri debet,ſi Decius,cùm ſolus ſit,rectè ſenſerit:quoniã nemo ſolus ſatis ſapit,ſi Periplectomino Plautino credimus illud ipſum dicẽtis in ea fabula cuius,Miles,titulus eſt. Sed modeſtius Ariſtoteles,qui lib.Politicon 3.c.12.aſſerit nõ facile eſſe vnum diſcernere. Euripidis quoque,quem decreta canonica non dedignantur citare,in c.honorantur.32.q.2. ſentẽtia eſt in Phœniſſis,Vir vnus nemo cuncta diſpicit. Vnde & profectum quoque videri poteſt aliud item Græcorum vetus prouerbium,Vir quidem vnus,nullus eſt. Rectè Salomon ille omnium mortalium ſapientiſsimus in Eccleſiaſt.c.4.illud proclamat,Væ ſoli.cùm paulò antè dixiſſet,meliùs duos eſſe ſimul,quàm vnum.quod & vſurpatur in c.in omnibus.81.diſt.& in c.illud.7.q.1.& in c.2.de ſtat.mo.Et alibi ſcribitur integrum eſſe iudicium,quod multorum ſententiis comprobatur:cap.extra conſcientiam.64. diſt.& c.prudentiam,poſt prin.de offic.dele.& cle.j.de ſenten.excom.

*Plus pollẽt multorum conſilia & ingenia.*

64 ¶In quam ſententiam Liuius.j.Decad.lib.3.ſcribit plus pollere multorum ingenia conſiliáque. & ex medicis Ioan.Damaſcenus,aphoriſmo 26.Vbi(inquit)plurimi concordant & ratio atteſtatur,& experientia cõcordat,illud ante oculos pone.Et è noſtris Domi.in cap.per hoc.§.verum.de hæret. lib. 6.dicit per illum tex.quòd per plures veritas melius inuenitur.Hinc opinio à pluribus approbata attenditur.l.j.ff.de offic.quæſto.vbi optimus text.cum ſimil.adductis per recentiores.in cap.j.ad fin.de conſtit.ad probandum in dubio ſtandum eſſe communi opinioni. Proinde prudenter monet quiſquis is fuit, Iudicium populi, nunquam contempſeris vnus. Quam ſententiam ad tuendas communes



munes opiniones plerunque citat Barbat. alioquin communium opinionum oppugnator: illam autem ita Græcè extulit Planudes:

Μὴ ψήφου δήμοιο
Μονώτης, ἐξολιγώρει.

*Cæcus amor ſui, ideo nemo quamuis bonus in ſua cauſa æquus iudex eſt.*

65 ¶Tamen cui probabilior videbitur Decij opi.eámque ſequi volet,ita poterit dicere. Satis abſurdũ videri,& minimè tutum,quempiam quantumlibet probum ac bonum virum, iudicem eſſe in ſua, aut ſuorum cauſa:cum omnibus vſqueadeo inſita ſit illa philautia,id eſt,amor ſui,vt neminem tam probum, tam modeſtũ,tam attentũ,tam oculatũ inuenias, qui in ſua cauſa æſtimanda,atque introſpicienda quadam animi propenſione corruptus cæcutiat,calliget,lippiat,fluctuet, hebeteſcat, deliret.Cæcus eſt amor ſui,vt dicit Horatius.Et ſuus cuique crepitus olet, vt eſt apud Apoſtolium Bizantium.Non videmus manticæ quid in tergo eſt,inquit Catullus.Cui ſubſcribens Perſius:

*Nemo(ait)in ſeſe tentat deſcendere,nemo,*
*Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

Et Seneca lib.2.de Ira,Aliena vitia in oculis habemus,à tergo noſtra ſunt:Et ſanè in ſuis quique negotiis hebetiores ſunt,quàm in alienis:in ſuis quidem myopes,luſcioſi, tenebriones: in alienis lyncei,Argi,aquiloculi:Aliorum medici, ipſi vlceribus ſcatemus,vt eſt Senarius prouerbialis, Plutarcho vſurpatus in eo lib.cui titulus eſt,Quo pacto quis ab inimico iuuari poſsit.Feſtucam in aliorum oculis aſpicimus,trabem non videmus in noſtris,vt eſt in Euangelio.Ad noſmet ipſos talpę ſumus, cui viſum deeſſe memorant naturæ perſcrutatores:in aliorum caprearum oculos poſsidemus, vt à diuo Hieronymo proditum eſt in Apologia ad Pammachium, & Occeanum. Idque eſt quod poſt Pet.dicit Accurſius noſter in l.error.C.de iur.& fact.ignor.Homines quidem alienos errores, quàm ſuos melius videre,& corrigere:ad hoc ipſum ſcacorum ludum in exemplum afferens.

*Nil intereſt tuáne, an tuorum cauſa agatur.*

66 ¶Quę omnia ad ſuos cuiuſque neceſſarios,& ſanguine coniunctos referri debent,atque ad ſeipſum. Nihil enim intereſt tuáne,an tuorũ cauſa agatur,vt apertè colligere licet ex tex.in l.1.§.item diuus. ff.ad leg.Corn.de ſicar.vbi nihil refert,mihi,an meis vim inferas.Ideò cenſet gloſ.in l.vt vim. ff. de iuſtit.& iur.quòd quemadmodum quis vim ſibi illatam propulſare poteſt, ita & ſuis ipſius conſanguineis.& ibi ſequitur Bart.& Bald.col.2.in 3.q. vbi dicit, quòd æquè non punitur interficiens aggreſſorem conſanguinei,ac ſuipſius.Quod & idem dicit ipſe Bald.in l.raptores. in 2. not. per illum text.& ibi etiam Saly.C.de epiſcop.& cleri.& latè Doctor. in l. 1. C. vnde vi.& Florent. in l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad leg.Aqui.& Angel.Aret.in tractat.maleſi.in verbo,& dictus Titius ſe defendendo.col.1.

*Paria ſunt aliquem uexare, aut eius conſanguineos.*

67 ¶Item & illud colligi poteſt ex alio tex.in l.hęres meus.§.vlt.ff.de condi.& demon.vbi nihil refert conditionem viduitatis,ſiue de non nubendo mihi adſcribas,an meis coniunctis, propter quos, ne videlicèt damnum patiantur,abſtinebo à nuptiis.Et ita intelligunt.Bar.Bald.& alij ibi.& glo.Bart. & alij in l.mulieri Titio.ff.eo.& in l.j.C.de indi.viduit.tollend.atque ex tex.in l.neganda.C.qui acc. non poſſ.ex quo no.Bald.idẽ iuris eſſe in ſuis,quod in ſe.& c.ſciant cuncti.de elec.li.vj.& c.quoniã. de immu.eccl.eo.li.vj.& rurſum in c.quicunque de ſent. excom.eod.quoque lib.6.in quibus apertè probatur,paria eſſe aliquem vexare,opprimere, grauare:aut conſanguineos ipſius, & æquè puniri offendentem conſanguineum clerici,ac ſi ipſum clericum offendiſſet.quod & voluit glo.not. in cle. grauem.de ſent.excom.in verbo,quomodo liber.& ibi Panorm.& Feli.in c.literas.colum.penul. de præſumptionibus.

*Iniũria facta alicui,cenſetur facta omnibus de eius conſanguinitate.*

68 ¶Ad idem quoque tex.no.in l.1.& 2.ff.de libe.cau. & l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. vbi iniuria facta alicui,cenſetur facta omnibus,qui ſunt eiuſdem generis,ſiue conſanguinitatis. quod & voluit glo.Bart.& Ang.ea.l.lex Cornelia.& Bart.in l.tutor.§.ſi tutor inimicus. ff. de ſuſpe. tut. & in l. cùm ſcimus.C.de agri.& cenſi.lib.11.Bald.poſt Cy.in l.vnica.in v.no.C.de rap.virg.vbi dicit,atque etiam Ang.& Saly.per illum tex.quòd iniuria facta vni de domo,intelligitur facta toti conſanguinitati,& toti caſatæ.quod & idem dicit ipſe Bal.in l.1.per illum tex.C.ſi quacun.prædi.poteſta.& in l.1.col.11. verſ.quò ad primum articulum.C.qui accu.non poſſ.& in d.l.j.C. de indic. vidui. tollend. vbi dicit per tex.in d.l.j.C.ſi quacun.prædi.poteſta:quòd offenſo vno, offenditur alius eiuſdem ſanguinis. & idem d.l.1.col.v.verſ.ſecunda eſt an filius.C.vnde vi.vbi dicit per d.l.lex Corn.Bald.in rep.quòd iniuria quæ fit alicui,totam eius gentem allidit.& ipſe Bald.conſ.clxxiij.in ciuitare Cheri.col.1. lib. iij. vbi per eundem tex.dicit, quòd iniuria vni facta,totam domum decolorat.& Io.Plat.in l.vacantia. C.de bo.vac.lib.x.& Alex.conſ.cxv.viſo themate.col.2.lib.4.Ad quod etiam facit tex.in c. Petrus. de homi.vbi & id not.Feli.in princ.

69 ¶Sed & è Theologis,D.Thomas 2.2.quæſt.65.artic.vlt.dicit, quòd iniuria alicui illata non ſolùm ad eum pertinet,cui fit,ſed & ad coniunctos illius.Ideóque iniuria grauior eſt,ſi offenſus coniunctos habeat,quàm ſi nullos habet:ex hócque aggrauatur delictum, quod eò maius eſt,quò in plures (vt ille ait)redundat.

*In cauſa iniuriarũ, eius qui paſſus eſt,conſanguinei non ſunt idonei teſtes.*

70 ¶Ex hoc exiit,quòd in cauſa iniuriarum, conſanguinei eius, qui paſſus eſt ininiuriam, non magis idonei ſunt teſtes,quàm ipſe, qui paſſus eſt,vt voluit Bart.& Ang.in d.l.lex Cornelia.& idem Bar. in l.qui teſtamento.§.j.ante fi.ff.de teſta.Cy.& Bald.in d.l.vnica.C.de rap.virg.in addi.ad Bald. §. j. verſ.ſed nunquid frater.Alex.conſ.xxiiij.animaduerſis his.colum.6.verſ. non obſtat quod ipſemet Thomas.lib.2.& Lanfran.Brix.in rep.c.quoniam contra falſam.in materia teſtium.de prob. Philip.

Corn.conſ.clxxij.primus conſultationis articulus.col.pe.verſi.in propoſito. lib. 2. Feli. in cap. cùm oportet.col.3.de accuſat.& Philip.Dec.conſ.cxxxiij.viſo proceſſu, & ſententia. col. iiij. verſ. tertiò conſiderandum eſt.

*Metus qui meis infertur, & mihi pariter.*

71 ¶Facit & ad prædicta quòd mihi inferri videtur metus,qui meis infertur,vt eſt text. in c. ex parte. eius initij.1.ibi,*tu,vel tui*.de appel.& ita etiã voluit Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.in ix.quæ. ff.de ope.noui nunt.vbi no.dicit per tex.in d.l.hæres meus.§. vlt. quòd ſi iudex conſueuit vexare conſanguineos appellantium ab eo,æquè iuſtus eſt metus,ac ſi ipſos appellantes opprimeret.ſequuntur Alex.Iaſ.& alij recen.ibi.& idem Bart.in tract.de tyrannide,in 7.q.& Bald.in l.interpoſitas.col. 2.verſ.hoc conſiderato.C.de tranſact.vbi dicit,quòd tam reſcinditur tranſactio metu illato conſanguineis tranſigentis,quàm ipſi.idem Bald.in d.l.1.C.de indi.vidui.tollend. vbi dicit paria eſſe committere in aliquem,vel in illos de ſanguine ſuo,& parem eſſe metum in ſe,& in ſuis.allegat l.iſti qui dem.ff.quod met.cau.& idem Bald.in c.vlt.colum.2.verſ.porrò ſcias.de appel.dicit,quòd metus eſt mentis concuſsio,ſiue trepidatio,proueniens ex aliquo accidentali terribili,ſiue in proprio corpore, ſiue coniunctis perſonis,vſque ad ſeptimum gradum:pro quibus poteſt quis ſumere defenſionem armorum.vt not.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.Nam naturalis affectio hoc facit:quia qui vnũ de agnatione tangit,totam agnationem tangere videtur,vt dicit ille tex.not.in l.1.C.ſi quacun.præd.poteſt. hæc Bald.& Ang.conſ.ccxviij.viſa narratione facti.col.3.verſ.colligitur.& Card.Flor.qui hoc reputat ſing.in c.1.in prin.in 13.no.de exceſ.præla.& in xlv.verſ.nota ibi ne videatur. & Rom. in l. nolle. ff.de acquir.hæred.Barb.in rep.l.cùm acutiſsimi.col.3.C.de fideicom.& Feli.in d.c.Petrus.in 1.not. Iaſ.latè in l.1.ff.in ius vocat.vt eant.

*Vt caſſatur renuntiatio beneficij facta per metum illatum clerico, ſic & eius conſanguineis.*

72 ¶Vnde decidunt domini Rot.deciſi.463.dubitatur an valeat reſignatio,in nouis,in deciſionibus verò nouiter compilatis,eſt ſub tit.de renunt.deciſ.vij.per tex.in d.c.ſciant cuncti,quòd ſicut caſſatur renuntiatio beneficij facta per metum illatum clerico,ita & ſi fuerit illatus conſanguineis clerici. ſequitur Soci.in rep.d.l.mulieri Titio.ſuper 1.gl.ad princ.& Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.colum. 42.in 13.q.de Conſtit.Iaſ.in d.l.1.C.de indict.vidui.tollend.

73 ¶Quibus & ſimile eſt quod per illum tex.in d.c.ſciant cuncti.voluerunt Bald.in lect.antiqua.Ange. Alex.Iaſ.& alij in d.l.1.ff.in ius. vocat.vt eant.quòd quemadmodum non valet ſtatutum contra clericos factum,ſic neque contra conſanguineos eorum.quod & idem voluit Bart.in l.1.ad fi. ff. de his quæ pœn.nom.& in l.ſi penes.C.de agri.& cenſi.li.xj.& Bald.Ang.& Iaſ.in d.l.1. C. de indic. vidui. Ang.in §.quia verò Leonis.in auth.de non alie.aut permut.reb.eccl.vbi etiam dicit,quòd huiuſmodi ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiæ.Pet.Anc.in rep. c. canonum ſtatuta.in materia ſtatutorũ contra clericos editorum.verſ.adde quod no.Bal.de conſtit.Bal.Imo.& Pau.Ca.in d.l.hæres meus. §.vlt.per illum tex.ff.de cond.& demon.Rom.in d.l.nolle.ff.de acq.hæred.Lapus allegatione xxx. conſilium fuit domini Gregorij,verſ.vj.an ſtatutum puniens propinquos.Barb.conſ.xxix.vbi diſputat an ſtatutum laicorum clerico ligari poſsit.lib.4.Marti.Laud.in tract.de Principibus, concluſione 211.Soci.in rep.d.l.mulieri Titio.Feli.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xxvij.in quæſt. iiij. & iterùm d. columna quadrageſimaſecunda, & ibi etiam Philip. Decius,col.xix. verſ. ſecundò prædicta concluſio.& idem Feli.in c.literas.col.pe.de præſumpt.Philip.Franc.in d.c.ſciant cuncti.in prin. de elect.in 6.

*Vulnerans cõſanguineum clerici æquè excommunicatur,ac ſi clericũ vulneraſſet.*

74 ¶Quinetiam eo prorupit audaciæ Rom.vt per illum tex.in d.c.ſciant cuncti. dixerit in rep. rub.ff. de arbit.col.xviij.verſ.quid autem ſi permiſſum,quòd vulnerans cõſanguineum clerici,ob id quòd clericus ei quicquam fecerat,æquè eſt excommunicatus, ac ſi clericum vulneraſſet. quod dictum facit ſing.illud tamen repræhendens Soci.vbi ſuprà,& mirabile dicit Feli.in d.c.eccleſia ſanctę Mariæ.col.xlij.& Iaſ.in d.§.ſi quis ipſi prætori.qui & ipſi carpunt.& Hippo.Marſil.ſing.204.percutiens clericum.vbi & hoc ſingulare & mirabile dicit & ſequitur.

*Libertus ſatis grauatur, cum eius conſanguineus.*

73 ¶Et facit quod dicit Bald.in l.ſi quem.in fi. C. de oper. liber. idem eſſe libertum operas patrono promittere,cauſa onerandæ libertatis:aut etiam alium ipſius liberti conſanguineum: quia libertus ſatis videtur grauari,cùm grauatur eius conſanguineus.allegat d.l.hæres meus. §. vlt. Et quod voluit idem Bal. & poſt eum Paul. Caſt. in eo ipſo §. vlt. quòd ſicut commune non poteſt prohibere appellationem ad ſuperiores,vel ſtatuere contra appellantes. c. venientes. de iureiur. ſic nec contra conſanguineos appellantium quod & idem voluit Rom.in rep.d.rub.ff.de arbitr.

*Inita pace inter hoſtes, æquè incidit in pœnam qui offendit conſanguineum alicuius, ac ſi ipſum offẽdiſſet.*

76 ¶Huc item vergit quod ſcribit Pet.Anc.in d.c.ſciant cuncti.per tex.in d.l.quicunque. quòd ſi inita pace inter inimicos,qui promiſerunt non offendere ſub certa pœna, alter alterius conſanguineum offenderit,non minus in pœnam incidit,quàm ſi ipſum offendiſſet.quod & idem voluit Ang.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogonus.ff.de verb.oblig.& Lucas de Pen.in l.j.in 20.quæſt.C.publi.lætitiæ vel conſul.nuntia.lib.xij.vbi ad hoc multa adducit Soci.in rep.d.l.mulieri Titio. & Felin. vbi ſuprà, & Iaſ.in d.l.1.ff.in ius vocati vt eant.vbi dicit hoc eſſe notabile,& cordi tenendum, quia frequenter occurrit.& in d.§.ſi quis ipſi prætori.vbi etiam dicit eſſe notandum, cùm loquatur in pœnalibus. & in d.l.1.col.2.verſ.ſextò ad idem facit.C.de indi.vidui.& ita etiam videtur tenere,ſi rectè intueamur, Io.And.in c.fruſtrà.in 2.quæſt.de reg.iur.lib.6.in Mercur.Sed contrarium tenet Bart.poſt Dy.in d. §.Chriſogonus,ad fi.quem ſequitur.Imo.ibi,& Bald.in d.l.1.col.pen. verſ. reuoco in dubium. C.ſi qua.prædi.pote.& in c.1.§.mulier.tit.qui.mod.feud.amit.& conſ.195.laudare vos.col.pe.lib.2.vbi di-





cit hoc eſſe expreſſum in c.1.tit.de eo qui interf.fra.domi.ſui.

*Mulier non poteſt promittere pœnam ſi non nupſerit.*

77 ¶Sed & his atteſtatur quod per tex.in d.l.hæres meus.voluit Cyn. in l.vlt. in v.quæſt. & ibi etiam Bald.col.pe.verſ.ſed pone non opponitur.& Ang.& Saly.C.de ſpon. quòd quemadmodum mulier non poteſt promittere pœnam, ſi non nupſerit, quia matrimonia debent eſſe libera. l. Titia. ff.de verb.oblig.& c.gemma.de ſponſa.vbi panor.ita nec eius conſanguinei, propter quos ne damnum incurrerent.nuberet mulier.quod & idem voluit Io.And.in d.c.gemma,ad fi.& Bar.in d.l.Titia.& idem Bart.Bal.Imo.& Pau.Caſt.in d.l.hæres meus.§.vlt.Ang.& Iaſ.in d.l.1.ff.in ius voca.vt eant.& Rom.in d.l.nolle.Panor.conſ.48.caſus talis eſt,quidam Franciſc.ad fi.li.1.& Feli.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.42.verſ.hîc quoque.de Conſtit.

*Non comparẽtem ualetudo ſui, & ſuorum æquè excuſat.*

78 ¶Idque quod per tex.in d.c.ex parte.de appel.dicit gl.in c.omnibus,xxx.diſt. & etiam per tex. ibi, quòd non comparentem excuſat non ſolùm ipſius valetudo, ſed & ſuorum conſanguineorum: ſequitur & commendat Alex.in l.quæſitum.ad fi.ff.de re iud.& Iaſ.in d.l.1.ff.in ius voca.vt eant.& in d.§.ſi quis ipſi prætori.vtrobique dicens eſſe no.& rurſus in l.2.§.ſi quis in iudic.in princip.ff.ſi quis cautio.& in l.1.in prin.col.vlt.verſ.fac ergo concluſionem.& iterum verſ.& nota quòd prędicta procedunt.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd. vbi dicit eſſe valde no.& per eam dicit quòd ſicut ordinarius poteſt delegare cauſas meri imperij propter ipſius valetudinem,ſic & ſuorum.Illi autem gl. ſubſcribit Cic.li.1.Offi.Si conſtitueris te(inquit)aduocatum in rem præſentem venturum,atque iterum grauiter filius ægrotare cœperit,non ſit contra officium non facere quod dixeris.

*Ad coniunctos iurans præſumitur eandem quàm in ſeipſum habere affectionem.*

79 ¶Adde ad prædicta id quod voluerunt Petrus Hiſpa.Abbas Antiquus,& Pet. Anc.in c.petitio.de iureiur.quòd ſi iuraui defendere te contra omnem hominem,quemadmodum non videor iuraſſe te defendere contra me,vt dicit gl.ibi per tex.in l.præſes. C. de ſeruit. & aqua. ſic neque contra conſanguineos meos.per tex.in l.humanitatis,C.de excuſat.tut.quod idem voluit Cy.poſt Pet.in l. inquiſitio.C.de ſolutio.quem & ibi ſequitur Saly.idem quoque voluit gl.ſing.in cle.1.de iureiur. per tex.in d.l.inquiſitio.quẽ ibi ſequitur Imo.& Bald.in l.1.in 24.quęſt.ff.de rer.diui.& in d.l.cùm acutiſſimi.col.2.verſi.allegatur hîc Barb.etiam in rep.col.46.verſi.nota ibi ne videatur.& iterum col.91. vbi repræhendens Pan.in d.c.petitio.intelligentem dictum Hiſpa.& Ab.Antiq. in illis ſolùm cõiunctis,ad quos iurans habet eandem,quam ad ſe affectionem,dicens quòd paſsim, & ſine delectu debet intelligi,vſque ad quartum gradum,per tex.in l.petitionem.C.de aduo.diuer.iudic. In alijs etiã gradibus ſtandum eſſe arbitrio iudicis,per id quod not.glo.ſing.in l.cùm alienam.C.de leg. & facit quod no.Bald.in d.l.petitionem.per illum tex.quòd contra ſe,& ſuos nunquam videtur quis promiſiſſe officium aduocationis, quod indiſtinctè ſuſcepit.& in l.j. verſ. ſed nunquid nomine. ff. de ſtat. hom.vbi dicitur,quòd in generali ſermone,non præſumitur quis loqui contra illos, qui ſunt de ſuo ſanguine.arg.l.obligatione.ff.de pig.& d.l.humanitatis.& c.poſtremo.de appel.

*Conſanguinei ſunt pars corporis noſtri.*

80 ¶Et ad omnia optimè facit tex.ſing.in l.cùm ſcimus.ad fi.C.de agri.& cenſib. lib.xj.vbi conſanguinei noſtri ſunt quodammodo pars corporis noſtri,idcirco nemo carnem ſuam odio habuit.vt dicit D.Pau.ad Epheſi.v.& tex.in c.non æſtimemus.xiij.quæſt. 2. & glo.in l.2.ff.in ius voc. vt eant. quæ ob id dicit,quòd neceſſarius neceſſarium illaqueari non patitur.Eſt nimirum nobis innatus quidam naturalis amor,& affectus in noſtros,& neceſsitudine coniunctos,noſtris legibus id atteſtantibus.l. cùm ſeruus.ff.mand.& l.Aurelius.§.Titius teſtamento.ff.de liber.legat.& l.qui cum vno.§.vlt. ff.de re milit.cum ſimilib.

*Affectio homines obcæcat, ſicq; in iudiciis amor cæcutit.*

81 ¶At hoc ipſum,vt tandem in noſtra quæſtione concludamus,amor ſcilicet,& affectio homines vel lynceos occæcat,dicente Platone illo ſapientiæ antiſtite,lib.de legi.v. amorem in iudiciis cœcutire. & Theophraſto, qui à diuinitate loquendi (vt ait Cicero) nomen accepit, affirmante amantium cæca eſſe iudicia,id quod poëtæ ſub velamine quodam poëtico deſignant,fingentes amorem exoculatum eſſe,& cæcum:quoniam ſcilicèt homines cæcos efficiat: vtpote qui amore præpediti neſciant diſcrimen recti,prauíque:& non noſcunt quid album ſit,quídve nigrum.proinde decreta canonica inter ea,quæ iudicium humanum peruertunt,& amorem annumerãt.ca.quatuor xj.quæſt. 3.& c.j.in prin.de ſent.excom.lib.6.Rectè igitur Cæſar apud Salluſtium ait,Omnes homines qui de rebus dubiis conſultant,ab odio,amicitia,ira,atque miſericordia vacuos eſſe decet:haud facilè animus verum prouidet,vbi illa officiunt.Plutarchus in lib.ciuilis conſtitutionis ſcribit Cleonem, vt primùm Remp.attingere deſtinauit,vocatis amicis omnibus dixiſſe,ſe velle ſoluere amicitiæ vincula.Solere enim amicitias pleraque recta & iuſta ſubuertere,quod homines Remp.adminiſtrantes, vtpote affectu,& mollitie occupatos,ſæpenumero à via deducunt recti officij.

*Prædicta procedunt ita in amore honeſto ut in fœdo, & inter integerrimos, & improbos homines.*

82 ¶Sed ne quis putet ea ſolùm procedere in amore turpi,& fœdo & inter homines improbos, aliàs impares vincẽdis ſuis affectionibus:ſed & in amore honeſto,& naſcente conſanguinitate,de quo eſt tota noſtra diſputatio,& inter homines alioquin integerrimos, virtutibus & ſanctimonia conſpicuos,de quibus etiam hîc loquimur, audiamus Diuum Gregorium in vij. Moralium, enarrantem illud Iob 7.c.Conſiderate ſemitas Theman,itinera Saba,& expectate pauliſper.Sunt (inquit) plerique qui non ſolùm non aliena appetunt,verùm etiam cuncta,quæ poſſederant in mundo, derelinquunt:ſemetipſos deſpiciunt,nullam præſentis vitæ gloriam requirunt,ab huius mundi ſe actionibus ſeparant,& penè quidquid proſperitatis arriſerit, calcant. Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis obligati,dum amori propinquitatis indiſcretè deſeruiunt, ad ea ſæpè per effectum co-

gnationum redeunt,quæ iam & cum proprio deſpectu ſubegerunt.Cúmque pluſquàm neceſſe eſt, carnis propinquos diligunt,retracti exterius à cordis parente diuiduntur. Nam ſæpè quoſdam videmus,quantum ad proprium ſtudium ſpectat,iam præſentis vitæ deſideria non habere, mundum & opere & profeſsione reliquiſſe.Sed tamen pro inordinatis affectionibus propinquorum,prætoria irrumpere , terrenarum rerum iurgiis vacare,libertatem intimæ quietis relinquere , & mundi ſtudia in ſe iam dudum deſtructa reparare.Hæc Gregorius. Ex quibus manifeſtè liquet impotentiorem eſſe,atque vehementiorem affectionem,amorémque conſanguinitatis , quàm ſuipſius : illámque viros alioquin vndequaque perfectos , atque abſolutos ex ſuo veluti perfectionis ſtatu deiicere,deturbare,dimouere,conuellere.

*Oeconomatus an conſanguineis à prælatis committi debeat.*

83 ¶Sed vt hoc ipſum noſtrorum quoque teſtimonio comprobemus, Epiſcopi ſancti omnibus & videri debent,& præſumuntur,vt paulò poſt vbertim,atque copioſè demonſtrabimus:tamen eos cęcos eſſe in nepotes,tam verè,quàm eleganter,dicit gl.no.in ca.peruenit.in gloſ.vlt.1.q.3. quam bene ponderauit Panor.in c.diuerſis fallaciis.in 2.no.de cleri.coniug.quod verum eſſe oſtendit, id quod de cæcitate amantium ſuprà diximus.Non immeritò igitur prohibentur Epiſcopi eccleſiæ œconomatum conſanguineis committere,propter fraudis ſuſpicionem.c.decenter.& ibi glo.89.diſt.

*Papæ malè audiunt ob conſanguineos.*

84 ¶Sed & id de Epiſcopis nemini mirum videri debet , cùm & ſummi pontifices , quos nemo dubitet ſanctos eſſe,aut certè tales præſumi,quos apex tantæ dignitatis attollit , vt dicit text.c.non nos. 40.diſt.& optimè facit l.1. ff. de offic. præfec. præto. tamen malè audiant propter conſanguineos. Nam vt pulchrè dicit Bald.in l.tutor.§.quæ tutoris.per illum tex.ff.de excu. tut. ſi Papa conſanguineum ad dignitatem promouerit.ei caro reuelauit, & ſanguis.

*Amor ignorat iudicium.*

85 ¶Quid?quòd ne in virgine quidem glorioſa Maria hæc affectio defuit,ſi credimus D.Hieronymo, ſi is fuit,vt plerique omnes exiſtimant,ſiue vt Eraſmus credit,Sophronius, quem & ipſe Hieronymus in Catalogo ſcriptorum,virum apprimè eruditum appellat.Hic igitur quiſquis is fuit,in eo ſermone, quem ad Paulam & Euſtochium de ipſius virginis aſſumptione conſcripſit , hæc de eius in Chriſtum amore ſcripta reliquit:Ignorat(inquit)amor iudicium,ratione ſæpenumero caret, modũ neſcit,nec aliud cogitare poteſt,quàm quod diligit.Hæc ille de illo virtutum omnium armario virgine Maria,quæ tamen impeccabilis erat,vt aſſerunt Theologi,& è noſtris gl.in cle. ad noſtrum. in prin.in verbo,impeccabilis.de hæret.vt quæ nec labe originali polluta fuit.

*Nulla lege iudices ſunt à regula generali affectionis in ſuos excepti.*

86 ¶Itaque cùm ſit natura comparatum,vt homines vel integerrimi,atque ſanctiſsimi ſint in ſuos tam propenſi,vt plerunque à recto tramite veluti cæcutientes deuient , ad lapidem amuſsim , non lapidem ad amuſsim applicantes, quis contra omnium legum placita , iudices à cauſis conſanguineorum ſine delectu repellentium , audebit aſſerere aliquem eſſe iudicem idoneum in ſua , ſuorúmve cauſa,quacunque virtute,& ſanctimonia polleat?cùm nulla lege huiuſmodi viri à regula generali excepti reperiantur,vt in ſimili dicit tex.in l.præuaricationis.§.vlt.ff.de præuar.ibi , *neque lege aliqua cautum eſt*. & in l.diſſentientis.C.de repud.ibi,*nulla iuris præcepit conſtitutio*, & ibi not. Alber.& l.illam.C.de colla.ibi:eò, *quòd nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſt*. & ibi Bart.& alij , & in §.optimum.in auth en.de non elig.ſecun.nub.in illis verbis,Nec quilibet eſt tex. aliquid tale dicens, quem tex.in illis ipſis verbis dicit ſing.& celebrem Barb.in rep.c.Raynaldus.quàm Ioanninam vocant,col.716.verſ.ego vehementer admiror.de teſta.& conſ.xxvj.ſapienter ſcripſit.col. v. lib.2. ad idem tex.in §.conſideremus.in auth.de tri.& ſemiſ.cùm dicitur,Sed quia cum hoc non lege agimus, erubeſcimus.per quem vulgò dicere ſolemus,quòd erubeſcimus ſine lege loqui. & cap. illa. ne ſed. vacan.ibi,*Cùm nuſquam inueniatur cautum in iure*. & c. j. de ſupplen.negli. præla. lib. 6. cùm dicitur, cùm id non inueniatur à iure conceſſum.& c.is qui.de ſen.excom.eo.lib.6.ibi , Cùm id non ſit expreſſum in iure,& in extrauag.Ioan.22.cuius eſt initium,antiquæ concertationi,poſt princ.vbi not. Zenze.in verbo,ſtatutum.quòd valet huiuſmodi argumentum : non eſt ita , quia iure cautum non reperitur,& facit tex.not.in c.conſuluiſti.2.q.v.cùm dicitur,& quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt,ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum.

*Quòd lege nõ cauetur,in practica non habetur.*

87 ¶Propterea dicit Bald.in cap.nihil.col.vlt.de elec.quod lege non cauetur,in practica non habetur, Et idem in cap.in geneſi.col.vlt.de elec.paria ſunt aliquid fieri ſine lege,& contra legem. Et hoc argumentandi genere,videlicèt,ſi lex voluiſſet , hoc expreſsiſſet,vſus eſt in infinitis locis Io.And.vt etiam refert Ang.conſ.cclvij.conſultatio multum generalis exiſtit. col. v. & multa quoque ad hoc allegat Cæpol.in repet.auth.ſed nouo iure.col.xx.in paruis,verſ.& hoc probo. C. de ſer.fugit.& latius Nicol.Euerardus in locis legalibus in loco,à lege ceſſante.

*Nemo vult coram iudice aduerſarij conſanguineo litigare.*

88 ¶Igitur cùm nulla lege iſtud cautum reperiatur,ſitque contra generalem iuris regulam , nemo , vt opinor,non dubitabit aſſeueranter affirmare,præſertim ſi quæ dicta ſint , curioſè atque diligenter penſitauerit,nemo quoque tam temerarius,tam confidens,vt velit coram iudice aduerſarij conſanguineo,vel moribus ſpectatiſsimo litigare,inque manus illius , & arbitrio ius omne ſuum , in quo forſitan quidquid bonorum habet,conſiſtit , reponere : ne ſi fortè caro aut ſanguis , vt vtar verbis Bald.reuelet,id omne quod in lite eſt,conſanguineo adiudicet, illum iuſtam cauſam fouere ratus, idque temerè ſcilicet affectione occupatus,propter quam iudex omnem inquirendę veritatis rationem amittat,vt ſcribit Quintilianus,lib.6.c.fatuum eſſet dicere eum qui ſanctæ vitæ fuerit , dedita opera,& veluti ex compoſito,quidquam contra ius diiudicaturum. Quanquam & his , quæ ſunt contra leges,quale eſt hoc,de quo eſt quæſtio,in honeſtiſsimam perſonam cadit fraudis ſuſpitio.vt eſt



eſt tex.expreſſus in l.cùm quis decedens.§.Titia honeſtiſsima fœmina.ff.de lega.3. & ita dicit per illum tex.Bald.in c.1.§.item ſi vaſallus.tit.de contro.inue.vbi tamen in codicibus , qui circumferuntur,hoc dictum,in addi.ad ipſum Bald.erranter ſcribitur.quod & idem dicit Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu,in verbo,ſuſpicio,& nos quoque diximus in noſtris commentariis ad l. ſi vnquã, in verbo,donatione largitus.nu.32.

89 ¶Denique hanc ſententiam adiuuat gloſ.not.in c.nullam.2.quæſt.4.quæ voluit,quòd Papa, in quo, vt iam diximus,ſanctitas præſumitur,debet aliis committere cauſam ſuorum,ne ipſe ſuſpectus habeatur,vel ne fauore pro eis iudicet.quam multum commendat,& ſequitur Rom. conſil. 521. circa propoſitam etiam conſultationem.col. 2. verſ. aduertat ſacra ſynodus. Hæc maiorem in modum ſententiam Decij confirmant.Vtra tamen opinio ſit verior,alij viderint:neque enim ego tanquam arbiter honorarius quicquam auſim decernere,vt aliàs ſæpè proteſtatus ſum.

*Cauſam ſuorũ debet papa aliis committere.*

90 ¶Sed vtcunque eſt,non ouo ouum ſimilius eſt quàm illi Specul.dicto ſimile eſt , quod Alanus antiquus Doctor referente glo.in ſumma 3.q.5.dicebat omnes quidem conſanguineos eſſe teſtes idoneos,ſi tales appareant,qui præponant gratiæ,veritatem com.ſi teſtes.§.eos quidem teſtes. 4. q. iij. Quam gl.veluti hoc ipſum affirmantem allegat Ioan.in ca.cùm oportet.col.2.& ibi etiam Feli.qui eam facit ſing.col.3.verſ.adde etiam prædictis.de accuſa.& idem Feli.in d.ca.ſuper his.col.pe.eo.tit. & in ca.literas.col.3.verſ.primus eſt quando teſtis.& Hippo.Marſil.in l.1.§.ad quæſtionem.colum.2. verſi.limita etiam hunc tex.ff.de quæſt.quamuis tamen ea gloſſ. illam Alani ſententiam apertè reprobet,vſa exemplo iudicis , qui ob conſanguinitatem recuſatur , in quo non obſcurè ſentit cum opinione Decij,de qua in præcedenti articulo,& eam gl.ſequitur Archi. ibi vide Alex. in l. ea quidem.col.xxxvj.C.de accuſa.

*Si cõſanguinei præponãt gratiæ ueritatem, ſunt teſtes idonei in cauſa ſuorum.*

91 ¶Ex illo autem Alani dicto,& illud proficiſci videtur , quòd etſi frater teſtis non faciat plenam fidem,per not.per Spec.tit.de teſte.§.1.verſ.ſed nunquid frater.& Bart.in d.l.qui teſtamento.ff. de teſta.per tex.in l.3.in prin.ff.de teſti.cũ ſi.tamen ſi frater ille ſit deuotæ,& probatæ vitæ,vt de mendacio nulla ſit ſuſpicio,facit plenam fidem.Ita voluit Imo.in ca.cùm canonicus.col.penul.& ibi Barb. de offi.deleg.& idem Imo.in cap.in literis.de teſti.& in l.qui teſtamento. §. quicunque. in fin. ff. de teſta.ſequitur Alber.in 1.par.in tract.teſtium.1.principalis, & Philip.Corn. conſ.172.primus conſultationis articulus,col.4.verſ.facilè colligitur.lib.2.& Feli.in d.cap.cùm oportet. col. iiij. verſ. modò aduerte.de accu.(ibi vide Ioan.Ana)& in dicto cap.literas.quo loco nuper citauimus.& Iaſon in authen.iubemus.col.vlt.C.de iudic.vbi dicit ſe aliquando dixiſſe Ferrariæ in quadam ardua cauſa,& in rep.d.l.admonendi.col.71.verſ.limita multum.ſing.ff.de iureiurando. vbi dicit hoc eſſe multùm ſingulare.& Lanfranc.Brixien.in repetitione cap.quoniam contra falſam.in materia teſtium, verſi. circa autem fratrem de probationibus.& Hippo.Marſil.ſingulari cclxxiij.notiſsimum eſt.colum.2. vbi hoc dicit ſingulare.

*Frater probatæ uitæ facit plenam fidem deponendo in cauſa fratris.*

92 ¶Simile eſt & quod de vxore dicit Specul. poſt antiquos doct. in tit. de teſte.§.j.verſ. ſed quid de vxore & viro.quòd licèt non ſit teſtis idonea pro marito , tum quia domeſtica eſt , tum & aliis rationibus:tamen ſi vxor ſit aliàs bonæ famæ,admittitur:argu.com.ſi teſtes.§.eos teſtes.4.quæſt.3.An tamen ſit iſtud verum,vide omnino per Feli.in cap.in literis.col.4.verſic. fallit quartò in vxore. de teſti.& quos ibi allegat.

*Si uxor eſt bonæ famæ,admittitur teſtis pro marito.*

93 ¶Idem quoque de aliis familiaribus.& domeſticis dicitur,qui licèt repellantur à teſtimonio. l. 2. & l.eos.C.de teſti.cum ſim.tamen ſi ſint probatæ vitæ,& opinionis,de quibus non ſit veriſimile,quòd pro aliquo vellent deierare,admittuntur ad teſtimonium.d. ca.in literis.in fi.de teſti. & ibi expreſsè Inno.dicit,quòd familiares honeſti & bonę famæ recipiuntur in teſtes.quem ſequuntur ibi Baldus, Antonius,Imola,& Felinus , columna ſecunda,verſic. fallit ſecundò. ſequitur etiam Baldus,& poſt eum Salicetus in dicta lege ſecunda.C. de teſtibus.vbi adiiciunt exemplum in familiaribus Epiſcoporum, Abbatum,nobilium,& aliorum notabilium dominorum , qui quidem, vt dicunt , non tenent ſecum niſi familiares,& diſcretos,& bonæ opinionis. Sequitur etiam Romanus conſilio vij. viſis neceſſariis. col. 2. & conſ. 420. propoſita quæſtio. col.2. verſ.tertiò idem manifeſtatur.Alber. in d.tract.de teſtib.in ſecunda parte primæ princip.Alex.in addit.Bart.in l.vir mulieri. ff. de donat. inter vir.& vxor.Barb.conſ.vj.ſcriptum eſt præclarè 1.Reg.col.penul.lib.1.& conſ.xxx.ſcribitur pręclarè ſapientiæ,col.iij.verſi.etſi dicatur quòd gloſſ.extendit,eo.lib.1.& conſ.liiij.illud in medium afferam,quod ſapienti.col.x.verſ.etſi quiſpiam dixerit,eod.lib.1. & conſil.3. clementiſsimi Dei patris Domini noſtri,col.xiij.verſi.vbi dixit,lib. 2.& conſ.lxxxij. clementiſsimi Dei patris omnipotentis. col.v.lib.4.Lanfranc.in rep.d.c.quoniam.in dicta materia teſtium,verſ.quęro ergo primò nunquid familiaris.Firmi.in tractatu de Epiſcopo,in v.parte,lib.4.in 47.q.Hippoly.Marſi.ſing.v.incip.regula eſt quòd familiares.(vide Ang.in d.l.2.)

*Idem de familiaribus & domeſticis.*

94 ¶Ex quibus Doct.alij meminerunt dicti exempli Baldi,alij nullam mentionem fecerunt.Sed operępretium eſſe duxi,non eſſe à nobis tam ieiunè & frigidè pertranſeũdum,vt nihil ſuper eo dicamus. Neque enim Bald.qui vir fuit in iure , & Imperatorio,& Pontificio, atque in omni ferę doctrina, quantum è noſtris(abſit verbo inuidia)alius nemo,apprimè eruditus,idipſum ab re, neque fruſtra, neque temerè poſuit.quod vt demonſtrem , libuit paulò latius euagari , atque in id per ſententias nobilium ſcriptorum decurrere,tum propter Bald.authoritatem,tum propter rei ipſius vtilitatem, atque etiam delectationem,quæ mihi,imò verò omnibus inſtar calcaris eſt: tum etiam vt hoc veluti

*Bald.doctrina latius repetitur ab auctore.*

luti diuerticulo,& rerum varietate leuem tædium legentium. Ea ergo (vt opinor) ratione Bald. illud exemplum adſcripſit:quia quemadmodum Epiſcopi,Abbates,Nobiles, & alij id genus præſumuntur & honeſtæ,& probatæ vitæ:vtpote cùm nihil ob aliud , quàm propter probitatem, & virtutem ad huiuſmodi dignitatum gradus,præ cæteris aſſumantur,& deligantur.cap.miramur, ante ſi.lxj.diſt.vbi & not.glo.in verbo,pro laboribus,quòd eo ipſo quod quis electus eſt,præſumitur eſſe melior aliis,& ad id alia iura allegat,quæ videre poteris.& cap.cùm in cunctis.de elect. & c. cùm in iuuentute,in princ.de præſum.vbi etiam not.glo.quòd ex quo quis adeptus eſt dignitatem Epiſcopalem,præſumitur ratione ſuæ virtutis fuiſſe adeptus,& ibi etiam Bald.Panorm.& alij.& quod no. ampliſsimè Bart.in l.1.C.de dignit.lib.12.Ideò in legibus noſtris ſancitum eſt , dignitatem teſtium eſſe inſpiciendam,vt plus credatur teſtibus in dignitate conſtitutis , quàm plebeis & priuatis. l. in teſtibus.& l.ſeq.ff.de teſtib.& §.j.verſ.ſancimus.aliàs d. verſ.allegato pro §.eo.tit.in auth. de teſt. vbi gloſ.quæ omnia induſtriosè,& ingeniosè rimari,& ſolerter perpendere ſolet , huiuſce rei rationem eſſe dicit,in verbo,dignitatis:quoniam ad dignitates homines honeſti eliguntur Hinc dicit Bal.poſt gl.in l.j.§.his incunabulis.col.1.ff.de offi.præfect.prætor.eſſe præſumendum pro Epiſcopis.& allegat no.in c.domino ſancto.50.diſt.Ex quo & illud manauit,quòd non eſt facilè recipienda Epiſcoporũ accuſatio.c.accuſatio.2.q.7.

95 *Catellæ dominas imitantes.*

¶Sicut ergo huiuſmodi viri præſumuntur probi,& honeſti,honæque & probatæ fidei : ita quoque & eorum famuli,qui plerunque dominorum mores repræſentant,imitantur & exprimunt.Eſt enim prouerbium à Platone doctrinæ & ingenij principe vſurpatum , libro de Republica 8. Dominas imitantes catellæ.& aliud apud Ciceronem lib.v.Epiſtolarum ad Atticum, τοῖα ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες,Qualis hera,tales & ancillæ.Et illud quoque Terentianum in Eunucho,Domini ſimiles es.Propterea D.Hieronymus ad Demetriadem ſcribens,Mores(inquit) & ſtudia dominarũ, plerunque ex ancillarum,& comitantium moribus indicantur.Et alibi ad Principiam ſcribit ex laſciuia puellarum comitantium , de dominarum moribus iudicari. & Gregorius Nazanzenus in eo carmine,quod elegis verſibus contra mulieres ornatas eleganter ſcripſit , grauiter aſſeruit ancillas eſſe imagines cordis dominarum.Sicut enim veris nuntij ſunt hirundines,flos,fructus,ita & dominarum ancillæ.

Ad quod alludens Satyricus poëta Iuuenalis, Sat.5.

*Maxima quæque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.*

Et Euripides in Alcmæone apud Stobæum Ser. 60.

Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

*Serui,dominorum morbis inficiuntur.* Et Alexis apud eundem:

Ἀλλ' ἐπὶ πλῆθος ἐμφερεῖς τοὺς οἰκέτας,

Ἔχοντας ὄψει τοὺς τρόπους τοῖς δεσπόταις. id eſt,

*Cæterùm, erga vulgus ſeruos ſimiles*

*Habere videbis mores dominis.*

Et huic ſententiæ calculum adducit Baptiſta Mantuanus ad Falconem. neque enim indignus eſſe videtur,qui citetur:

*Cur tibi ſint dociles ſerui,ſine crimine,Falco?*

*A ſimili mores accipiuntur hero.*

96 *Similis ſimilem ſibi aſciſcit.*

¶Quod quidem hinc manare videtur,aut quia famulos nobis ſimiles quantum in nobis eſt, plerũque aſciſcimus:ſimilis enim ſimilem,vt vulgò dicitur,ſibi quærit, de quo abundè alibi diximus in noſtris legibus Connubialibus.Aut quia ſi id accidat,vt ipſi domini in eligendo errantes ſortiantur famulos,qui à ſuis omnino moribus ſunt ab initio alieni,efficiantur tamen illis ſimiles , & exemplo eorum prouocati,& conſuetudine immutati.Nam quod ad primum ſpectat,cùm aliàs ſemper hominum exempla plurimum valeant,multúmque habeant energiæ ad emendanda,aut corrumpenda hominum ingenia:tum eius præcipuè,qui quocunque modo præſtat,in cuius,vt vtar verbis Liuij 1.deca.li.j.veluti vnici exempli mores,ij qui ſubſunt , ſe formant : flexibiles enim , vt ait Plin. in Paneg.quamcunque in partem à Principe,atque vt ita dicam,ſequaces ſumus.Huic enim chari,huic probati eſſe cupimus,quod fruſtrà ſperauerunt diſsimiles.Et paulò infrà, Principis cenſura eſt, eáque perpetua,ad hanc dirigimur,ad hanc conuertimur.

97 *Quod agitur à prælatis,facilè trahitur à ſubditis in exemplum.*

¶In quam etiam ſententiam tex.eſt apud nos in c.ſicut.& c.paſtoralis.2.q.7.& c.ex merito.6.q.j.& optimus omnium in c.præcipuè.11.quæſt.3.quem etiam ad hoc aureum dicit Barb.conſ.xl.clementiſsimum omnipotentem Deum.col.vj.lib.4.alius tex.in c.magnæ.de voto. vbi quod agitur à Prælatis,facilè trahitur à ſubditis in exemplum.ex quo occaſione ſumpta glo.ibi,& etiam in d.c.ex merito.citat illud Claudiani, tacito tamen illius nomine,

*Totus componitur orbis*

*Regis ad exemplum.* Et ſequitur apud Claudianum:

*Nec ſic inflectere ſenſus*

*Humanos edicta valent,quàm vita regentis.*

*Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.*

Quibus & ſimile eſt,quod ſcribit ſapientiſsimus ille concionator , in eo libro qui Oeconomicus, vulgò autem Eccleſiaſticus inſcribitur,ca.10.ſecundum iudicem populi,ſic & miniſtri eius:& qualis





eſt rector ciuitatis,tales & inhabitantes in ea.Et ſubdit,Rex inſipiens perdet populum ſuum.Platonis quoque ſententia eſt,à Cicerone Epiſtolarum lib.j.ad Lentulum vſurpata,Quales in Rep.principes eſſent,tales reliquos eſſe ciues.quam etiam citat Barb.conſi.j.col.v.verſi. tales enim ſunt.lib.j. & d.conſi.40.col.6.lib.4.vbi dicit Platonem huiuſmodi ſententiam afflatu Spiritus ſancti protuliſſe: quod & idem dicit ipſe Barb.d.conſi.82.col.v.lib.4.& in proœm.cle.in verſic.quoniam nulla.col.v. At Cicero ipſe lib.3.de Legib.legem 12.tabularum interpretans, qua cauebatur , vt magiſtratus vitio vacarent atque cæteris ſpecimen eſſent,hæc verba adducit , Vt enim cupiditatibus Principum, & vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari,& corrigi continentia.Et paulò pòſt : Nam licèt videre,ſi velis replicare memoriam temporum,qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerunt,talem ciuitatem fuiſſe.Quæcunque mutatio morum in Principibus extiterit,eandem in populo ſententiã.Apud Laërtium in Zenone , Antigonus Macedonum rex ad ipſum Zenonem ſcribens , cùm multa primùm de doctrina,& fœlicitate præmiſiſſet,hoc tandem in calce ſubiecit,cuiuſmodi fuerit Dux, vt plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt.Ageſilaus quoque ille magnus , & ipſe Rex Lacedæmoniorum, interrogatus,Quare vehementi hyeme ſine tunica incederet?reſpondit,Quò iuuenes imitentur,habentes hi quidem & ſenis , & Principis exemplum. author Plutarchus in Apopht. Herodianus autem lib. 4. Solent(inquit)plerunque homines vitam Principis æmulari. Sed ante hos omnes ſcribit Homerus lib.17.Odyſſeæ,Malos paſtores gregem corrumpere:

Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες.

98 ¶Quæ omnia cùm ſemper vera ſint, tum verò maximè , cùm ſubditi eorum ſunt domeſtici , qui præſunt.Nam vt ait Iuuenalis Satyra 14. *De eodem ex Poetis.*

*Sic natura iubet,velocius,& citius nos*

*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis*

*Cùm ſubeant animos authoribus.*

Cui nonnihil adſtipulatur tex.in l.j.C.de emenda.propin.ibi, *Vt quos ad vitæ decorum domeſticæ laudis exempla non prouocant , ſaltem correctionis*,&c.Hactenus ſatis de exemplo.

99 ¶Quod de conſuetudine autem dictum eſt , facilè apparet vel cæcis, conſuetudinem ipſam, quam conuerſationem alij vocant,alij familiaritatem,quæ frequẽs eſt, imò verò quotidiana atque aſsidua inter dominos,& famulos,habere multùm momenti & virium,tum ad deprauandos, tum ad corrigendos hominum mores,etiam ſi alter conuerſantium alteri non præſit , neque etiam ſubſit. quod nos latiſsimè diximus , & multorum authorum & Græcorũ & Latinorum teſtimoniis probauimus in noſtris Legibus Connubialibus,tum in l.5.nu.29.incip.ex his illud, tum item & multò latiùs in l. 16.nu.14.inci.quiſquis ergo.& multis ſeq.vſque ad nu.26.quæ ibi videre poteris. *Conuerſatio dominorum cũ ſeruis ſatis addit ad uirtutẽ.*

100 ¶Sed vt domum tandem repetamus, & vnde egreſſa eſt , eodem reuertatur oratio,videlicet ad ea, quæ perſonarum integritati conceduntur,contra communes regulas iuris,accedit ſupra dictis,quòd licèt non credatur dicenti ſe legatum Papæ,vel Principis,affirmãtíſque literas legationis ſe habere, niſi eas oſtenderet.l.j.C.de mand.Prin.& c.quieſcamus.42.di.& c.lectis.63.diſt.cum ſi.tamen ſi perſona eſt nota,honeſta,& fide digna,ei creditur.c.nobiliſsimus.97.diſt.vbi gloſſ.Archi. & Dom. no. quòd interdum creditur voci & aſſertioni vnius,ſi perſona ſit honeſta,& authentica:& eã gl.ad hoc dicit ſin.Barb.conſi.64.ſcribitur Exod.col.vlt.lib.4.Sed idem etiam voluit gl.in c.ego N.in verbo, ego tractabo.de iureiur.Spec.in tit.de iudice delegato.§.excipi poteſt.verſi.item excipitur,quòd non oſtendit mandatum.& tit.de legato.§.ſupereſt.verſi.quid ſi de legati iuriſdictione dubitatur.Pau.de Caſt.conſi.307.priuſquam iura fierent.lib.2.& Fel.in c.quod ſuper his.col.2.in 2.concluſione,de fide inſtru.& in c.ad eminentiam.in prin.de ſentent.excom. *Non creditur dicenti ſe legatum niſi literas oſtenderit, niſi ſit nota perſona & fide digna.*

101 ¶In quam etiam ſententiam non tam pedibus,quàm ſtylo vadit gloſſ.in c. cùm olim.eius initij 1.in verbo,ſine repræhenſione,de priuileg.quòd ſi is qui ſe dicit legatum, aſſerat amiſiſſe inſtrumẽtum ſuæ legationis,non ei creditur,neque admittitur ad probationem amiſsionis. argu.d.l. vnicæ. & eſt tex.expreſſus in c.cùm in iure.de offic.& poteſt.iudic.deleg.ſi tamen ſit & honeſtus & notus,poteſt & debet ei credi,arg.d.c.nobiliſsimus.quod ſequitur & dicit not.Panor.ibi col.vlt. *Ad idem gloſ.*

102 ¶Quibus tam ſimile eſt,quàm lac lacti,quod voluit Spec.in tit.de citatione.§.ſequitur.verſi.vtrum autem citatus teneatur credere,quòd etſi nuntio delegati citanti aliquem,non teneatur quis credere ſine literis commiſsionis,per ea quæ allegat,ſi tamen nuntius ſit certus,hoc eſt, vt idem exponit, certæ & probatæ fidei,ei credendum eſt,etiam ſine literis.alleg.d.c.nobiliſsimus. *Nuntio certo creditur de citatione ſine cõmiſsione.*

103 ¶Huius factionis eſt quod Pet.Anc.quem Barb.in rep.l.cùm acutiſsimi.col.97.C. de fideicom. vocat veriſsimum iuris interpretem,dicit in capit.licèt in beato.de accuſat.quòd licèt inquiſitio criminum non concedatur,niſi præcedente infamia.cap.qualiter,eius initij 2.de accuſat.cum ſimi.tamen ſi aliquis denuntiatur à perſona fide digna,& ſuperior ignoret famam,vel infamiam , poterit ſuper illis inquiſitionem committere.ſequitur Feli.ibi,col.2.verſi.in gl.vlt.

104 ¶Eiuſdem quoque contubernij eſt,quod not.tradit Bart.in l.admonendi. col.5.verſi.circa ſecundũ, ſcilicet,circa librum rationum aduerte , &c.ff.de iureiuran.quòd licèt liber rationum nihil omnino probet,nec pro ſcribente,nec pro hærede,in his quæ non dependent à mera ſcribentis voluntate.l. exemplo.C.de probat. cum ſimili. tamen inducit præſumptionem pro ipſo ſcribente , nedum pro ipſius hærede , videlicet cùm qui ſcripſit, eſt bonus vir.argu.l.qui cùm maior. §. vlt.ff.de bon.liber. quod dictum ſequitur Paul.Caſtr.in d.l.admonendi.col. vlt. & ibi quoque Ioan.Bapt.Cacia.in rep. *Liber rationũ inducit præſumptionẽ pro ſcribẽte, cũ eſt uir bonus.*

col.xxxviij.verſic.fallit ſi eſſet liber.& alij recentiores.ſequitur etiam Ant.in c.2.vbi etiam Panorm. col.viij.verſi venio ad tertiam ſpeciem.& Feli.colum.vij.verſi.fallit tertiò de fide inſtr.& Rom.in l. nuda ratio.ff.de donat.Alexand.conſi.lxxij.viſo proceſſu & omnibus actis.col.iiij.verſic. nec etiam obſtat ſi dicatur.lib.v.Barb.conſi.xxvij.vbi Chriſtus non eſt fundamentum.colum.ij.lib.iij.& conſi. 53.A Ioue principium.col.v.eod.lib.iij.

*Et in omni ſcriptura priuata, quæ facit fidẽ, procedẽs à uiro optimæ opinionis.*

105 ¶Neque id ſolùm procedit in libro rationum, ſed in omni ſcriptura priuata: quæ licèt nihil etiam omnino probet,ſi tamen fuerit conſcripta à viro optimæ opinionis,facit aliquam fidem,vt pulchrè voluit Bal.in rub.C.de fide inſtr.col.antepen.verſic. viſo de ſcripturis confectis in forma rationum. Quinimo dicit Bar.in d.l.nuda ratio.col.pen.verſi.circa ſecundum.ibi,veruntamen quia campſores. ff.de donat.quòd libri campſorum,& mercatorum faciunt inter alios ſemiplenam probationem, ſi dicti campſores,& mercatores ſint probatæ fidei.& ita intelligit gl.in d.l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæfidei.C.eod.tit.in eo quòd dicit ſcripturam priuatam facere ſemiplenam probationem.

*Notabiles teſtes ſingulares, probant.*

106 ¶Sanè mentio d.l.admonendi.non patitur,vt prætermeam id quod à nonnullis dicitur,Paul.Caſtr.ſuper ea ſcripſiſſe,quòd licèt teſtes ſingulares non probent,iuribus vulgatis,ſi tamen ſint ita probi, & notabiles,quòd iudicem adducant ad indubitatam fidem,non debet iudex curare de illa ſingularitate,ſed ex eorum dictis iudicare.quod & idem dicitur voluiſſe in l.Lucius.ff.de his qui notan. infa. in recollectis Florentinis.In quibus locis legi Pau.de Caſtr.hoc tamen non comperi in meo codice. Sed ad hoc illum allegat & ſequitur Cacial.in rep.d.l.admonendi.col.39.verſic.patet igitur tibi ſtudioſo.vbi hoc dicit ſing.& perpetuò notandum,& aliquando induxiſſe ad quæſtionem de facto,vbi aduocati & pleríque Doct.inſignes ex hoc mirabili dicto obſtupuerunt.Sequitur etiam Franc. Brunus de ſancto Seueri.in tract.de indiciis & tortura,in prima char.col.iij.circa prin.& Soci.conſi.262. in cauſa magnifici.col.v.verſi.& pro certo.vbi hoc dictũ dicit elegans.& Hipp.Marſi.ſing.cxiiij.vulgatum & tritum eſt.vbi & hoc dicit ſingulare & mirabile,& perpetua dignum memoria,& in l.j.§. ad quæſtionem.col.v.verſi.ſed vltra prædicta.ff.de quæſt.vbi hoc item dicit ſingulare, & in l.ſi quis ne quæſt.col.antepe.verſi.& ideò.ff.eo.vbi hoc quoque dicit ſing.

107 ¶Quibus & hoc quoque adiicies,quòd licèt non ſit credendum teſtibus veriſimilia non deponentibus,vt voluit Innoc.in cap.auditis.de præſcript.cum concordan.adductis per recentiores in c.quia veriſimile.de præſumpt.& à me in repet.l.ſi vnquam.in præfa.nu.44.incip. imò verò. & ſequen.C. de reuoc.donat.hoc tamen fallit in teſtibus valde dignis,vt no.voluit Feli.in dicto cap. quia veriſimile.col.2.verſi.& per iſtum tex.motus.ex eo text.in verbo,vel tales perſonæ.quod dicit ſing.& diligenter notandum.& hoc pro not.ſequitur Hippo.Marſi.in repet.rub.C.de probat.col.xv.verſic.& in hac materia.& in ſing.cclxxiij.notiſsimum eſt in iure.col. pen.

*Conſilium notabilis doctoris excuſat uictum ab expẽſis,modò cum ſcientia ſit uitæ integritas.*

108 ¶In hunc quoque gregem recipiendum eſt dictum not.Fulgo.in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.intelligens illam ſatis vulgatam,vtpote à multis comprobatam ſententiam,videlicet conſilium notabilis Doctoris excuſare victum ab expenſsis,vt per Ioan.And.in c.j.de Conſtit.lib.6.Bal.in auth.generaliter.C.de epiſc.& cler.Ant.& Panorm.in c.calumniam.de pœnis.eundem Ant.conſil.v. incip. Doct.in c.vt debitus.de app.Card.in cle.ſiue Romani,in 1.not.de elect.& in cle.ſi vna.colum.vlt.poſt Zenze.de reb.eccle.& in cle.2.col.v.verſi.quartò quęro quot & quibus priuilegiis.in fi.de magi.cum ſi. vt videlicet hoc procedat, modò in iſto Doctore cum ſcientia concurrat conſcientiæ integritas. ſola enim ſcientia non ſufficeret,neque excuſaret.allegat tex.& gl.in l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium. ff.de ædi.edict.& ita eum allegat & ſequitur Fel.in c.ſuper his.ante fi.de accuſat.& in c.tuas.eod. tit. & in c.de quarta.col.ix.verſi.limita vtiliter.de præſcrip.Sed caue quia Fulgo. non id videtur dicere, ad quod illum allegat Fel.limitat enim ipſe Fulg.id quod dicitur conſilium Doctorum excuſare ab expenſis,procedere,quando habitum eſt conſilium à bonis Doctoribus,& non à malis,ſiue parum eruditis:per d.§.ſi mancipium.quæ verba non modò intelliguntur de bonitate conſcientiæ,ſiue animi,ſed pariter & doctrinæ,vt ipſemet exponit,& loquitur d.§.ſi mancipium.& gl.ibi, quæ dicit paria eſſe non adhibere medicum,aut malum adhibere.Igitur cogita.

*Partis uictæ integritas excuſat ab expẽſis.*

109 ¶Sed & non ſolùm Doctoris,ſed & partis victæ integritas excuſat ab expenſis:per quod ſing. voluit Hoſtien.vir diuini, humaníque iuris peritiſsimus,in c.finem.colum.penult.de dol.& contum. quem ibi ſequuntur Io.And.Anto.Pet.Anc.Imol.Panor.& omnes, quòd ſi ſuccumbens in cauſa eſt perſona religioſa,& valde catholica,non condemnatur in expenſis:etiam ſi nulla alia iuſta litigandi cauſa appareat: quia præſumitur,quòd bono zelo litem mouerit. allegat c.cùm ex iniuncto.de ope.noui nunt.vbi ad hoc eſt bonus text.in illis verbis, non feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſa,&c.& ibi gloſſ.in verbo,non feciſſent.not.ex eo text.quòd ſi monachi mouent aliquam cauſam, præſumuntur hoc feciſſe bono zelo.quod & idem dicit per illum text.gloſſa in cap.de præſentium.in gloſſ. vltima, decimaſexta quæſt.j.& gloſſ.in c.expedit.per text.ibi in fin.2.quæſtion.j.Et illud dictum Hoſt. pro ſing.reaſſumit Alexand.in l.properandum.§.ſin autem alterutra.columna tertia,verſic. item vbi alter de bona fide litigantis.& ibi etiam Iaſ.columna quarta, verſiculo quartò ſingulariter limita.C. de iudi.& Barb.in rep.rub.extrà de fide inſtr.char.viij.col.j.verſic.& ex iſtis apparet. & in l.ſed ſi ex ſtipulatu.col.viij.in fi.ff.de verb.oblig.& conſil.lxxvij.illud afferam in medium, quod præclarè doctus Plato.col.pen.lib.iij.& conſi.51.clementiſsimum Deum.col.iiij.lib.item iiij.& Felin.in d.c.ſuper his.col.pen.de accuſat. vbi & paulò poſt vocat aureum text.in d.c.cùm ex iniuncto. & Iaſ.in rep. d.l. admonendi.col.lxxj.ff.de iureiur.

¶Et illud



*Ad idem ex diuerſis auctoribus.*

110 ¶Et illud etiam dictum Hoſti.ſimpliciter ſequitur Ant.in d.c.poſtremò.de appel.Pe.Anc.in d.c.cùm ex iniuncto.Barb.in repet.c.Raynaldus.col.53.in xij.limitati.de teſta.vbi facit valde ſing.text.in d.c. cùm ex iniuncto.& iterum conſi.23.ſcripſit Propheta optimus.col.7.lib.j.& conſil.3. clementiſsimi Dei patris.conſi.13.verſi.vbi autem.lib.2.& conſi.12.præclarè ſcribitur Sapientiæ.col.pen.eo.lib. 2.& conſi.41.Deum inuocent adiutorem.col.4.lib.3.& conſil.43.illud in medium referam.col.16. verſic. prætereà etiam faciat.eo.lib.3.& conſi.77.præclarè ſcribitur.col.2.lib.4.& Iaſ.in auth.iubemus.col. vlt.C.de iud.Feli.in c.cauſam quæ ante fi.de offi.deleg.& Phil.Dec.conſ.175.in cauſa falſitatis.col.4 verſ.& prædicta videntur habere locum.& in c.poſtremò.ad fi.de appel.Hippo.Marſil.in d.l.j.§.ad quæſtionem. col.3.ff.de quæſt.& in l.patre vel marito.col.8.verſi.item limita.ff.eod.

111 ¶Huic tamen ſententiæ alacriter reclamat,ac refragatur Flori.quem refert Imo.in d.c.finem. ea ratione,quia ſi huic viro quantuncunque probo, ac ſancto nullam fuiſſe iuſtam cauſam litigandi appareat,præſumptio eſt contra eum,quòd fuerit calumniatus.Flor.ſequitur Socin.in tract.fallen. reg. 139.inci.expenſarum condemnatio in 3.fal.ob id quidem,quòd etiam non præſumeretur, quòd fuerit calumniatus:tamen præſumitur, quòd temerè egerit,propterea condemnandus eſt in expenſis. l.eum quem temerè.ff.de iudi.& l.calamniam.de pœn.

*Iuramentũ calumniæ excuſat ab expenſis.*

112 ¶Et hæc ſententia poteſt confirmari per id quod in ſimili dicimus, quòd licèt iuramentum calumniæ excuſet à præſumpta calumnia, & ita etiam ab expenſis, quæ ex ipſa præſumpta calumnia proueniunt, ſecundum communem opin.per tex.in l.ait prætor.in verſic.proderit.ff.de iureiur.vbi latè Alex.non tamen ab expenſis venientibus ex temeritate abſque dolo,& calumnia.§.hæc autem omnia.Inſti.de pœn.tem.litig.& d.l.eum quem temerè.de quo per Alex. & Iaſ.in d.§.ſin autẽ alterutra. in l.properandum.C.de iudic.

*Hæres miræ ſanctitatis non conficiens inuẽtarium non punitur.*

113 ¶Et quanquàm fortaſsis hæc Flor.opi.ſit verior ( in qua re ſuo quemque iudicio relinquo) non eſt propterea omittendum,veluti huic loco admodum conueniens, quòd per illud dictum Hoſti. ſcripſit idem Soci.in eo ipſo tracta.fallentiarum,reg.170.cuius eſt initium,Hæres inuentarium non conficiens.quòd licèt hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias, & patiatur alias pœnas,de quibus in §.quia verò.in auth.de hære.& falci.cum ſimilib.fallit tamen quando hæres eſt miræ ſanctitatis,qui ſi non cõficiat inuentarium,non tenebitur,cùm ceſſet contra eum ſuſpicio.ad quod etiam not.in d.c.cùm ex iniuncto.& in d.c.expedit.xij.quæſt.j.

*Dubium an talis in foro conſcientiæ teneatur.*

114 ¶Sed hoc certè non eſt ſine dubio, ex eóque dependet an in foro conſcientiæ teneatur hæres non conficiẽs inuentarium vltra vires hæreditarias:& an huiuſmodi ſuſpicio ſuper cuius ceſſatione fundatur dictum Soci.ſit ſola & finalis cauſa huiuſce rei:de quo ſpero me alibi dicturum.Sed hoc vnum dixerim contrarium eius quod dicit Socin.tenuiſſe Barb.in repet.rubr.ff.de acquirend. hæred.& in ſolenni rep.quam à filia primogenita,Ioanninam vocant, cap.Raynaldus. columna 53. in 12. limitatione.de teſtam.

*Inſtrumentũ in remotis factum probat,ſi producens eſt fide dignus.*

115 ¶Eiuſdem farinæ eſt & illud,quod voluit Spec.tit.de inſtru.edi.§.reſtat videre.verſi.ſed quid ſi producatur aliquod inſtrumentum. quòd inſtrumentum confectum in longinqua regione ab ignoto tabellione,probat,tum demum,ſi producens eſt legalis,& fide digna perſona,& bonæ famæ,aliàs ſecus,quem ſequitur Bald.ibi.in ſua addit.dicens,quòd pro viro legali præſumitur.

116 ¶Cui non admodũ diſsimile eſt, quod ſcribit Iacob.Bel.in §.eos autem.per illum text.in authen.vt iud.ſine quoq.ſuffra.quòd inſtrumenta producta à bono, & honeſto viro atque fide digno, præſumuntur eſſe vera:& teſtes quoque ab illo producti eſſe boni.quod dictum ſequitur Paris de Pute.in ſuo tracta.ſyndi.44.chart.in fi.& Hippo.Marſil.in d.§.ad quæſtionem.col.v.

*Obſtante ſtatuto produci poſſunt teſtes probatæ fidei.*

117 ¶His ſuccinit dictum Anto.cuius authoritas non parua eſt,ſi credimus Pau.Caſt.181.col.vlt.ante fi. lib.j.is enim in c.ſicut.ad fi.de probat.dicit quòd etſi valeat pactum, vel ſtatutum reſtringens facultatem probandi ad vnam ſpeciem probationis tantùm:verbi gratia, conuentum eſt, vel ſtatutum, ne debitor poſsit ſolutionem per teſtes probare, ſed tantùm per inſtrumentum, vel altera partium renuntiauit in iudicio probationi teſtium,poterit tamen non obſtante huiuſmodi ſtatuto,pacto,aut renuntiatione, producere:& iudex recipere teſtes legaliſsimos, & multum ſpectatæ fidei, ídque de æquitate canonica.quod dictum ſimpliciter refert Fran.Are.ibi.Nec aliud prætereà dicit:niſi quòd ipſe Ant.aliter ſentit in c.cùm Ioan.eremita.de fide inſtr.ſed illud dictum expreſsim ſequitur Feli.in d.c.ſicut.col.v.verſi.quartò intellige.vbi dicit poſt ipſum Anto.hoc fuiſſe de mente Spec. in 2.parte tit.de probat.§.vlt.verſi.ſed pone quòd inſtrumentum debiti.in fi.cùm dicit, quòd ex qualitate perſonarum audietur,aliàs non: per text.in l.diui.ff.de liber.cau.& l.vlt.ff.de acti.& oblig.& ibi dicit Io. And.in addit.iſtud placere Alber.Galeo.iſtud quoque dictum.

*Concluſio in cauſa & renũtiatio productionis teſtium æquiparantur.*

118 ¶Iſtud quoque dictum Ant.ſequuntur,& multum cõmendant Alex.& Iaſ.in d.auth.iubemus. vterque col.2.C.de iudi.ad quod etiam allegant tex.in l.ſi quis ex argentariis.poſt princip.ff.de eden.& idem Iaſ.in rep.d.l.admonendi.col.71.verſi.limita multùm ſingulariter.vbi hoc dicit ſing. erranter tamen Alex.& Iaſ.memorial lapſi,citant Spec.in tit.de inſtru.edi.§.vlt.verſi.ſed quid ſi debitor. cum in eo.§.nullus ſit huiuſcemodi verſi.ſed debuerunt citare in ti.& verſi.ſupra citatis ſcilicet tit.de proba.§.vlt.verſ.ſed pone quòd inſtrumentum.qui quidem verſiculus proximus eſt ante verſi.ſed quid ſi debitor.Hoc quoque dictum ſequitur Philip.Dec.in d.c.ſicut.col.antepen.verſic.quintò ſtatutum intelligitur.& in d.c.poſtremò.ad fi.de appel.& Hippo.Marſil.in rep.rub.C.de probat. columna de-

cima.verſic.quartò limitat.& in l.j.§.ſi quis vltro.col.iiij.verſic.alius eſt etiam modus.ff. de quæſtio. vbi per hoc dicit,ſatis nouiter,quòd cùm concluſio in cauſa,& renuntiatio productionis teſtiũ æquiparentur,vt not.Paul.de Liaza.& alij poſt eum in clem.paſtoralis.de cauſ.poſſ.& proprie. & Specul. tit.de renunt.& concluſio.verſi.& nota quòd eo ipſo & Card.Flor.conſi.xxiij.in cauſa Amare. titu. in prin.ideóque etiã ſi fuerit concluſum in cauſa,poterunt tamen produci teſtes legaliſsimi,æquè ac cum teſtibus eſt renuntiatum.quod valde notandum eſt.Et idem quod Anton. vbi ſuprà,conſuluit Raph.Fulg.conſi.ccviij.proponitur quòd quidam.in fin.

119 *Ex fide unius leges ſupplent quod deeſt ex fide alterius.*

¶Et quoniam incidimus in mentionem d.l.ſi quis ex argentariis.in mentem venit,leges noſtras tãti facere probitatem,fidémque,atque integritatem vnius hominis, vt ex ea ſuppleant, quod deeſt alteri deploratæ fidei,& opinionis.tex.eſt intimis omnium præcordiis imprimendus in dict.l.ſi quis ex argentariis.ſtatim poſt prin.quem facit ſing.Bald.in l.Imperatores.ff.de ſtat.homi. & in c. tertio loco.& ibi Feli.poſt eum,ad fin.de prob.& Barb.conſ.xviij.præclarè ſcriptum apud Pſalmiſtam.col. etiam xviij.verſic.item reſpondeo & aliter.lib.ij.& conſil.xxxvj.ſapienter ſcripſit Propheta.col.viij. eo.lib.ij.& conſi.iij.illud referam in medium,quod belliſsimè ſcriptum eſt.col.iij.lib.item iij.& conſil.90.illud referam in medium,quod præclarè ſcribitur j.Regum.col.iij.verſic. & etiam præmitto. eo.lib.iij.& conſi.xxv.clementiſsimum Deum & piiſsimum.col.iij.lib.iiij.

120 *Ad idem ex aliis.*

¶Sed & illum tex.notabilem dicit Bal.conſi.clij.plura tanguntur.col.j.lib.j.& conſi.xxvij.in quæſtione,quæ vertitur inter Philippum.col.ij.verſi.ſi dicatur huic teſti.lib.v. Quin pro valde eleganti aduocat Barb.conſi.50.illud afferam in medium, quod poëtæ dicere conſueuerunt.col.vj.verſic.& ſi quiſpiam opponat.lib.j.& conſi.lxx.præclarè ſcribitur j.Regum.col.x.lib.ij.

121 *Teſtis non idoneus ſuppletur ex alio multum idoneo.*

¶Et per illum dicit Bald.in ſuis in ipſum illum tex.commentariis poſt Iac.Bu.ibi, quòd ſi vnus non ſit omnino idoneus,quia fortè infamis eſt infamia facti.propter quam non eſt integer teſtis, vt voluit gl.in l.iij.§.duæ cauſæ.ff.de Carbo.edict.& gl.in l.j.& ibi latè Doctor.C.de ſum.Trini.& fide catho.tamen ſi habet conteſtem notæ,& ſpectatæ fidei,illius depoſitio ab iſto ita ſuſtentabitur,vt ambo faciant plenam probationem,veluti integerrima alterius fides,alterius defectum,& imperfectionem ſuppleat.quod dicit eſſe menti tenendum.& eum ſequuntur Ang.Imol.& Alex. Iaſ.ibi,& idem per illum eundem tex.voluit ipſe Bal.in l.j.col.3.C.de teſta.(ibi vide)& in l.2.C.de tab.& d.con.152. & d.etiam conſi.x.lib.5.vbi loquitur de fratre teſte,habente conteſtem integrum.& conſi. 445.qualiter probentur pertinentiæ.col.2.verſi.ſed nonne committas.eo.lib.5.Et Angel.conſi.j.viſis ſupradictis,factum verò incipit,porrecta fuit petitio.vbi loquitur de teſte domeſtico, & familiari habente conteſtem integrum,quamuis in codicibus,qui vulgò circunferuntur, omiſſa fuit errore impreſſorum,allegatio d.l.ſi quis ex argentariis.Idem quoque voluit Saly.in l.in bonæ fidei.col.10.aliàs 15.C. de iureiur.& Pau.Caſt.conſi.913.item ſequendo ordinem.in fi.lib.3.& conſi.140. ad bene examinãdum,in prin.lib.j.& Fulgo.conſi.173.in cauſa inquiſitionis,col.2.& Roman.in l.j.§.ſi ſtipulanti.& ibi Barb.col.pen.ff.de verb.oblig.& idem Rom.conſ.290.in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum dictum Frãciſcum.col.vlt.vbi loquitur de teſte vili,& tabernario.& ad hoc allegat pro nota.tex.in d.l.ſi quis ex argentariis.& conſi.486.incip.in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum donationem,in fi.vbi loquitur de teſte affine.& Ioan.Bapt.Cacia.in repe.l.admonendi. col.45. verſi.ex cuius dictis inferri poteſt.ff.de iureiur.& Alex.in l.vlt.col.22.verſic.ſed videndum eſt. ff.de re iudi.& in l.Gallus.§.vltimo,col.vlt.& ibi etiam Soc.col.2.ff.de lib.& poſth.& idem Alex.conſi.2. animaduerſis his quæ iam per teſtes.col.6.verſi.ſecundò reſpondeo.lib.2.& idem conſi.56.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Antonium.col.vlt.eo.lib.2.& conſi.43.viſis & ponderatis.col.pe.verſi.ſecundò reſpondeo.lib.4.dum ibi allegat d.l.ſi quis ex argentariis.cum ibi not.& conſil.122. viſo puncto.col.pen.eod.lib.4.& idem,aut quiſquis is fuit(de authore enim vt ſubdubitem ſtyli facit diuerſitas)conſi.88.quoniam omne datum optimum.col.4.verſi.item non obſtat.in fi.lib.6.& conſi. 164. viſo proceſſu.col.2.lib.7.& Barb.in repet.c.teſtimonium.in 7.char.de teſtib.& d.conſil.18.lib.2. vbi de domeſtico loquitur.& conſi.51.col.8.eod.lib.2.& conſi.40.à Ioue principium. col.8.verſi.quintò facit.lib.3.vbi etiam de domeſtico,& conſi.43.illud in medium referam, quod Valerio oratori.col. 17.verſi.nec obſtat cùm opponitur,eo.lib.3.vbi loquitur de amico,& conſi.77. illud afferam in medium quod præclarè doctus Plato.col.vlt.eo.lib.3.vbi de domeſtico.& d.conſi.90.eo.li.3.& conſ.26. clementiſsimum Deum & piiſsimum Ieſum.col.3.verſi.& ante omnia circa hoc præmitto.lib.4. vbi de domeſtico.& Bertha.Firm.in tracta.de epiſcopo.lib.4.in quarta parte octauæ partis princ.quæſt. 7.& Phil. Corn.cõſ.42.videtur in hac cõſultatione,in fi.li.j.vbi loquitur de infame infamia facti. & conſil.51.in hac conſultatione,columna vltima,verſic.quia reſpondetur.eodem libro primo. & conſil.clxix.in præſenti conſultationis articulo,columna ſecunda,lib.2.& conſil.clxxij.primus conſultationis articulus,columna octaua,verſicu.& primò. eodem libro 2. vbi loquitur de fratribus, & aliis conſanguineis.& conſi.ccxlvij.viſo proceſſu,col.iiij.verſi.eo.li.2.& conſil.xxvij.in præſenti.col.iij.li. iij.& conſil.lxj.viſa copia proceſſus.col.iiij.verſi.vnde non ſequitur.eod.lib.iij.& conſil.94.viſo proceſſu accuſationis,col.pe.eo.lib.3.& conſi.166.minimè dubium.col.2.eod.lib.3.& conſ.319.circa primum.col.pe.eo.lib.3.& conſi.131.in hac conſultatione.ad fi.lib.quarti,vbi loquitur de amico. & Soci. conſi.130.viſa contingentia.col.vlt.libro tertio,& conſi.149. in cauſa Ambroſij. columna ſexta,verſiculo quarto & vltimo.& conſi.194.ſubtiliter & eleganter.col.3.verſic. præterea licet non eſſent.&

conſi. 235



conſi.235.viſa contingentia facti.col.vlt.vbi loquitur de fratre,eo.lib.2.& conſi.54. viſis teſtibus.col. 3.verſi.prætereà & ſecundò.lib.3.& Feli.in c.cùm ſuper.col.iij.verſic.tertiò confirmo.de offic.deleg. & in cap.teſtimonium.col.2.verſi.ſecundò noto.de teſtib.& in c.j.col.3.& 4.de præſcript. & in c.nobis.in j.not.de ſimo.Iaſon in d.l.j.col.12.verſi.exemplum ad probandum.C.de ſum.tri.in lectura Ticinenſi.vbi hoc reputat ſing.& etiam in lectura Paduana,col.vlt.verſi.tertiò fallit.& in authen.ſi verò contigerit.ſuper tertio no.C.de iudi.vbi ad hoc inducit tex.ibi,& tandem limitat poſt Bal. in c. ad noſtram.de probat.& idem Iaſ.in l.ſi conſtante.in prin.ſuper 2.quæſt.glo.ff.ſolu.matr. & Philip. Dec.in c.cauſam quæ,in j.notab.de offic.deleg.& Hippo.Marſil.ſing.196.ad fin.& in l.de minore.§. tormenta.col.3.verſi.ſed vltra ibi d.ff.de quæſt.

122 ¶Tamen Alex.veluti ſibi contrarius,dicit in d.l.ſi quis ex argẽtariis.quòd ille tex.non videtur probare dictum Bal.& aliorum.Et contra illud videtur tenere Fulgo.in d.l.j.C.de teſta. & hanc contrariam ſententiam videtur etiam ſequi Phil.Dec.con.133.viſo proceſſu,& ſententia.verſ.nec prędictæ concluſioni obſtat, in illis verbis, quartò dicit poteſt. ad quod dicit bene facere textum in capit.in literis.de teſtib.

*Ad idem ex aliis.*

123 ¶Sed vtcunque res ſe habet, illud certum eſt, quòd quando certus numerus teſtium requiritur ad ſolennitatem,vel ſubſtantiam actus, putà in teſtamento,in quo neceſſariò requirũtur ſeptem teſtes, aliàs corruit, hoc caſu aliorum integritas non ſuppleret vnius defectum, per id quod not.conſuluit Angel.conſi.128.in facto proponitur.& in hoc caſu videtur loqui Fulgo.in d.l.j.C.de teſta. & in hac ſententia fuit Bal.in d.c.tertio loco.ad fi.de probat.cùm dicit,quòd quando ex forma legis,vel hominis requiruntur duo teſtes,debet vterque eſſe probatæ vitæ, per text.in l.Caſsius.ff.de Senat.ſequitur Feli.ibi etiam in fi.Et erit pro prima limitatione huius deciſionis.

*Cum ex forma legis uel hominis duo teſtes requiruntur,uterq; debet eſſe probatæ uitæ.*

124 ¶Secundò limita procedere,quando fides alterius teſtium minuitur, vt in caſibus allegatis: ſecùs ſi omninò tollitur,prorsúſque repellitur:infamis infamia iuris. Nam cùm eius dictum nullum ſit, non poteſt ſuppleri:quod enim nihil eſt,ſupplementum non recipit.l.ſed etſi manente.ff.de precar. & facit l.maritus.ff.de quæſtion.Et ita expreſsè voluit Bald.in dict.l.ſi quis ex argentariis.in lectura antiqua,vbi etiam Angel.& Petr.Anc.Alexand.& Iaſon,& ipſe Bal.in l.Gallus.§.ille caſus.col.4.verſ. dicendum erit.ff.de lib.& poſt.& Ang.in l.j.& ibi recentiores.C. de teſti.& Salic.in d.l.in bonæ fidei. & Pau.Caſt.conſi.41.in fi.lib.3.& Fran.Curt.in tractatu teſtium,in prima concluſione.Alexan.in d.l. vlt.col.22.verſi.ff.de re iudic.

*Quod nullum eſt,ſupplementum non recipit.*

125 ¶Sed & quod de teſtibus diximus,procedit quoque in notariis,vt videlicet vnius integritas alterius defectum ſuppleat, vt voluit ipſe Bald.in d.l.ſi quis ex argentariis. in iij.not.& in l.imperator.huius initij 1.col.pen.verſi.nota etiam quòd ſi duo notarij.ff.de ſtat.homin.in prima lect.vbi dicit hoc eſſe notandum.& in d.c.tertio loco.& ibi poſt eum Feli.vterque ad fi.de probat.Ioan.Ana.in c.fraternitatis.col.3.de hære.Firm.in tractatu de epiſcopo.in tertia parte primi lib.in 17.q.col.vlt.vbi pro ſing. commendat,& ad hoc quoque allegat tex.in l.2.§.quid enim.ff.quòd fal.tut.aut.Barb.in d.l.j.§. ſi ſtipulanti.col.pen.ff.de verbor.oblig.& in d.conſi.18.lib.2.& d.conſi.40.lib.3.& d.conſi.26.lib.4.vbi & hoc facit ſing.& in repe.c.Raynaldus.quam Ioanninam vocãt,col.184.verſi.de teſta.& in repet rub. de fid.inſtru.col.vlt.Iaſ.in d.auth.ſi verò contigerit.C.de iudi.& Felin.in d.c.cùm ſuper. de offic.deleg.& ibi etiam Philip.Dec.col.4.verſi.ſecunda concluſio.vbi hoc tamen limitat.& Hippol. in d. §. tormenta.col.4.verſi.ſic fiet.vbi hoc reputat ſingulare.

*In notariis unius integritas alterius defectũ ſupplet.*

126 ¶Succurrit & hoc loco dicendum id,quod per dict.l.ſi quis ex argentariis. in pulchro caſu conſuluit Bal.conſi.200.punctus infraſcripti conſilij talis eſt.lib.v.quòd ſi notarius fide dignus,atque exploratæ diutiùs legalitatis confecerit teſtamentum,cuius teſtes ſunt ſuſpecti,vtpote ſubditi, aut famuli illius,ad cuius commodum confectum eſt,valet & probat huiuſmodi inſtrumentum: defectus enim teſtium ſuppletur per fidem,& legalitatem expertam ipſius notarij.hæc Bal.

*Defectus teſtiũ ſuppletur per fidem notarij.*

127 ¶Sed nec illud omiſerim quod no.dicit idem Bald.in c.præterea.col.2.verſi.ibi incontinẽti.de teſti. cogen.quòd licèt teſtis non poſsit dictum ſuum niſi incontinenti corrigere,vt ibi eſt tex.& etiam in d.c.fraternitatis.de hæretic.& in auth.qui ſemel.C.de probat.& §.quia verò. in authen. de teſtib.ſi tamen ſit notæ fidei,& authoritatis,poteſt vſque ad publicationem teſtium.ſequitur Feli.ibi,col.vl. & idem fermè in effectu ſenſerunt Hoſtienſ.etiam ibi,& Panor.in fi.& ſequitur Hippol. Marſil. in l.j. §.ad quæſtionem.col.3.& etiam in d.§.ſi quis vltro.col.4.ff.de quæſt.

*Teſtis notæ fidei poteſt uſq; ad publicationem teſtium dictum ſuum corrigere.*

128 ¶Non poſſum eundem Bal.linquere,qui in extrauag.de pac.Conſt.§.vlt.verſic.idem ſacramentum. dicit aliud huic loco accommodatiſsimum, videlicet quòd etſi dubitetur, an valeat dictum teſtis, quando notarius,qui eum examinauit,ſcribit quòd idem per omnia deponit, quod & alij teſtes, vt per Doct.in c.nihil.de verb.ſigni.valet tamen indubitanter, ſi teſtis ſit bonæ famæ & opinionis. ſequitur Feli.in d.c.ſuper his col.pen.de accuſat.

*Dictũ teſtis bonæ fidei ualet, ſi dicat notarius idem per omnia deponere ut alij teſtes*

129 ¶Ad hãc quoque formam referendum eſt,quod Panor.ille (archiepiſcopus ſtudiorum quidem claritate memorabilior, quàm dignitate) ſcriptum reliquit in c.ad audientiam.in v.not.de præſumpt. quòd ſi teſtis dicat ſe aliter depoſuiſſe, quàm notarius ſcripſerit, notario poſſe credendum eſt, niſi teſtis eſſet perſona multum notabilis.quod & idem affirmat dixiſſe Specul.in titu.de teſte.§.j.verſic. ſed pone quòd iudex.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.verſi.quid ſi dum atteſtationes. Et quanquam vtrobique de ea re diſſerat Spec.ſatis abundanter:non tamen hoc dicit in ſpecie: neque quicquam aliud

huic rei proximum,niſi quod in vltimo loco dicit,inſpiciendum eſſe conditionem teſtium & tabellionis.per iura ibi allegata.hoc tamen dictum Panor.ſequitur Feli.in d.c.ſuper his.& Hippol.in d.l.j.§.ad quæſtionem.col.4.ff.de quæſtio.

*Qualitas præcedentis vitæ excludit præſumptionem.*

130 ¶His adiici poteſt,quod ab Angel.ſcriptum eſt.in l.milites.C.de quæſt.quòd ſi è domo,ex qua dicitur ſubtracta pecunia,viſus eſt exire vir quiſpiam bonæ famæ,& notabilis vitæ aliquid deferens ſub chlamyde,in eámque rem ſint duo teſtes, non erit ob id quæſtioni ſubiiciendus : quia qualitas præcedentis vitæ excludit præſumptionem,aut indicium aliàs ſufficiens ad torturam,per text.in l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milit.& c.cùm in iuuentute.de præſumpt.& ſequitur Matthæ.Afflict.in conſtitutione Siciliæ,incip.in quæſtionibus.col.vlt.

*Cum res furto ſublata apud probum uirum reperitur, non facit præſumptionem contra illum.*

131 ¶Et quoniam de furto mentio facta eſt,huic quadrat quod ſcribit Saly.in l.vlt.C.de quæſtion.quòd licèt ſit præſumptio contra eum,apud quem reperitur res furto ſubtracta,per tex.in l.inciuilem.C.de furt.& voluit Bart.in l.vlt.ff.de quæſt.& Angel.in l.2.& in l.milites.& in d.l.vlt.C.eod.tit. hoc tamen fallit,cùm reperitur apud probum virum & honeſtum,quod & alij longis antè temporibus voluerunt,ſicuti refert glo.in d.l.inciuilem.Et in hac quoque ſententia fuit ante Saly.Bald.in l.vlt.& ibi etiam Imo.ff.de hær.inſti.& ſequitur Angel.Aret.in tracta.maleficiorum,in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit.col.x.in paruis.verſi.quæro an eo ipſo.& Hippo.Marſil.in l.qui falſam.col.pen.verſi. & ad hoc dicendum.ff. de fal.

*An ſit credendum teſti ſe offerenti.*

132 ¶Huc quoque ſpectat quod voluit Bal.in addi.Specul.tit.de teſte.col.vlt.verſicu.valet dictum teſtis non citati , ſed ſponte deponentis facit fidẽ,quando eſt perſona fide digna, licèt tamen aliàs ſit dubium,an ſit credendum teſti ſe offerenti,vt per ipſum Bal.in l.3.circa princi.in apo. ff. de teſt.& in l.quoniam liberi.C.eo.& in l.Presbyteri.col.j.C.de Epi.& cle.& in l.alia.ad fi.C.de his quibus, vt indig.& in l.2.C.de bon.autho.iudi.poſsid. & Iaco.Bel.& Bart.in authen. de teſtib.§. ſi verò ignoti.& eundem Bar.in l.libertorum.C.eo.hoc dictum Bal.ſequitur Hippo.Marſi.in d.§.ad quæſtionem.& etiam in d.§.ſi quis vltro.dicit ſing.

*Teſtes integerrimi tutò poſſunt produci, & recipi ad iurandum.*

133 ¶Sunt & qui huc adducunt dictum Alex.in conſi.130.difficultas huius negotij,verſic.& iſtud etiam ſatis.lib. j. quanquam illic voluerit teſtes integerrimos poſſe tuto produci,& recipi ad iurandum.ad quod illum citat Hippo.in d.§.ſi quis vltro.col.v.verſi.& facit etiam,vbi hoc dicit ſingulare. Sed pace Hipp.hoc certè non dicit Alex.nec omninò loquitur de viri probitate.illud autem ſcribit,nõ eſſe neceſſariam alterius partis pręſentiam in iuramento teſtis cuius dicto neceſſariò ſtandũ eſt.id quod dicit notari per Anton.in c. veniens. eius initij 1.col.2.de teſti.& eſſe de mente Bart.in l.Theopompus.poſt medium,verſi.item quæro quando aliquis.ff.de dot.præleg. quod dictum licèt nihil ad rem faciat,eſt tamen multùm notandum.

*Conſultor debet iurare ſe rectè conſulturum.*

134 ¶Ad hæc reſpicit & illud quod not. dicit Specul. titu. de requi.con.§.1.ver.item fac eos iurare.quòd conſultor debet iurare ſe rectè conſulturum,niſi tamen huiuſmodi fuerit,cui conſiderata illius perſonæ qualitate,ſine iuramento fides poſsit adhiberi.quem & ad hoc allegat Feli. in d. c.ſuper his.de accu.& Hippo.Marſil.in d.l.1.§.ad quæſtionem.col.vlt.ff.de quæſtio.vbi hoc dicit eſſe notabile verbum.ex quo cuique manifeſtum eſt,nonnunquam remitti iuramentum,alioquin neceſſarium, propter perſonæ integritatem.

135 ¶Cui non magis abſimile eſt,quàm apes apibus,vt aiunt,illud cantatiſsimum Xenocratis exẽplum, cuius ſanctitati,ſynceritatíque tantum fuiſſe conceſſum prodidit antiquitas,vt cùm aliquando teſtimonium dicere coactus,ad aram acceſsiſſet vt iuraret ſe omnia verè retuliſſe (nullius enim iniurati teſtimonium apud Athenienſes admittebatur) conſurrexerunt vniuerſi iudices , proclamarúntque ne iuſiurandum diceret:authores Cice.ad Atticum lib.Epiſt.1.epiſt.12.& in oratione pro Corn.Balbo,vbi tamen Xenocratis nomen ſupprimit,Valerius Maximus lib.2.c.v. in fin. & Laërtius in vita ipſius Xenocratis.

*Nullius teſtimonio credendum, niſi iuratus depoſuerit.*

136 ¶At ſecundùm leges noſtras illud in teſte non procederet.Nullius enim teſtimonio quantuncunque religioſi,credendum eſt,niſi iuratus depoſuerit,vt eſt text.not.in ca. nuper nobis,de teſti.etiam ſi ſit Epiſcopus.c.vlt.de iura.cal.imò verò etiam ſi ſit Cardinalis,vt dicit glo.no.in c.cùm olim , in verbo fratrum.de priuil.quam & facit ſing.Panor.ibi,col.2.& Alex.conſi.180.in cauſa Angeloti. col.2.lib.2.vbi facit eam ſing.& Feli.in c.tuis.poſt prin.de teſti.& in c.ſicut.ad fi.de ſentent.excom.& in c.cùm dilecta.col.8.in quarto ſigno,de reſcrip.& in c.ſuper his.col.4.in 3.concluſione.de accuſa.& Iaſon in repe.d.l.admonendi.col.76.verſ.decimò prædicta regula.vbi facit illam ſing.& Phil.Dec.in c.tertio loco.col.3.in 6.no.de probat.

*Probus teſtis non iuratus facit præſumptionem, & aliorũ fidẽ corroborat.*

137 ¶Non tamen in hac parte ſilentio inuoluendum eſt,quod & huic loco maximè conſentaneum,voluit d.gl.in d.c.cùm olim.in eo ipſo verbo,fratrum.quòd ſi teſtis non iuratus,ſit aliàs probus,& honeſtus,facit præſumptionem,aliorúmq; teſtium fidem corroborat. Quam gloſſ.ad hoc ponderauit Cacialupus in repe.d.l.admonendi.col.45.verſi.ex prædictis adde.& ibi etiam Iaſ.col.28. verſic. tertiò quærit.vbi illam dicit ad hoc not.& ſing. & hoc quoque dicit tenere Bart. in l.ſolam.circa prin.C.de teſti.in lectura Bono.quam communiter non habemus,& ad hoc allegat Inno.in d.c.nuper.& hoc etiam voluit Anto.in c.cùm olim.de dolo & contu.quem refert & ſequitur Hippo.Marſil.in l.j.§.ad quæſtionem.ff de quæſtio.

*Si deſit perſona publica, inſtrumenta publicari poſſunt per aliam honeſtam perſonam.*

138 ¶Illud autem ad rem noſtram maximè pertinet,quod voluit gloſſ.not.in c.vlt.de fid.inſtru. quòd licèt inſtrumentum debeat exemplari (vt verbis noſtrorum vtamur) per publicam perſonã authoritate iudi

tate iudi



tate iudicis,per tex.ibi,tamen id poteſt fieri per aliam honeſtam perſonam , maximè ſi deſit publica.quam gl.facit ſin.ſed reprobat Card.Flor.ibi,& eam ſequitur & approbat Feli.col.4.in 4.no.Nec prorſum ab inſtituto diſſultat,quod à Bald.ſcribitur in c.vlt.col.pe.de confeſſ.ſciſcitante,cur potius ſtatur codicibus rationum mercatoris,quàm aliorum.Cuius rei plures affert rationes,inter quas & illam adducit,quoniam mercatores ſunt homines emendatioris vitæ,& probatę fidei,& legalitatis: vnde ſcriptura eorum præſumitur emendata,& fidelis.ar.eius quod no.in l.j. §. is autem. ff. de rip.muni.ſuprà ſæpius citato.

*Mercatorum ſcripturæ præſumuntur fideles.*

139 ¶Et idem voluit ipſe Bald.conſ.198.ad intelligentiam huius materiæ.col.3.lib.cùm dicit, quòd ſcripturæ mercatorum etiam priuatæ,ex generali conſuetudine reputantur veluti authenticæ,& credibiles(hæc enim ſunt illius verba)propter mercatorum præcipuam fidelitatem , & expertam legalitatem.Quod & ipſum iiſdem verbis repetit conſ.ccccl xvj.lib.v.Et idem quoque Bald.in c.cùm dilectus.paulò ante fi.de fid.inſtru.dicit,quòd ſcripturæ mercatorum faciunt magnam pręſumptionẽ, etiam per ſe, propter probatam eorum fidem,& legalitatem.allegat Bart.l.nuda ratio.ff. de donat. cuius in ea re dictũ ſuprà citauimus.Quibus conſonat Ro.cõſ.205.in pũcto propoſito.poſt prin.vbi dicit,ꝙ ſcriptura priuata mercatorũ,facit etiã pro eis aliqualẽ probationẽ ob eorũ elegãtem fidem.

*Auctoris opinio de ipſis mercatoribus.*

140 ¶Ego tamen vt ſuper hoc dicam,quod ſentio,fateor fidem in mercatoribus exuberantiorẽ depoſci, quàm in cæteris.Nam vt pulchrè dicit Ang.conſ.ccxix.arbitror dictam litem.in prin. domus mercatorum debet eſſe domus veritatis,& æquitatis,ob id potiſsimum,quòd ad fidem eorum communiter cõfugitur.Et alibi cõſ.lxxvij.ſuper primo pũcto.verſ.hoc præmiſſo.Cùm ſemper aliàs(inquit) pacta,quibus lex,aut natura non reſiſtit,ſunt ſeruanda tanquam lex ipſa.l.1.ff. de pact.& l.legem. C.eo.cum ſimil.tum præcipuè cùm ſunt inter mercatores inita: inter quos vt plurimùm iudicari ſolet ex bono & æquo,& non de rigore.Id quod videtur accepiſſe à Bart.in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda.vbi dicit quòd in curia mercatorum,vbi negotia debẽt decidi bona æquitate,non poteſt opponi iſta exceptio,non interuenit ſtipulatio,ſed ſolùm nudum pactum.Cuius in vtroque loco dicta ſequitur Bald.in d.§.quædam,in addi.vbi hoc dicit not.dignum,& in l.ſi pro ea.col.pen. verſ. venio ad ſecundam partem.C.manda.Et idem voluit ipſe Bald.in c.1.col.2.verſ.ex pacto.de pact.cùm dicit,quòd ex pacto nudo agunt mercatores inter ſe,per no.in §.j.in auth.de fideiuſſ.& idem Bald.in c.ſi pro debilitate.col.2.verſ.ſecundò dicitur de offi.deleg.vbi dicit,quòd pactum nudum non differt à ſtipulatione,& in mercatoribus,& aliis,qui plurimum negotiantur,in quibus potiſsimùm requiritur bona fides:& legalitas.quod dictum commendat Alex.in l.iuriſgentium.§. ſed cùm nulla.in fi.ff.de pact.vbi tamen ſubtrepidè aſſerit.ſed illud pro certo & conſtanti firmat idem Alex. conſi.cxiij.perſpectis his.col.3.lib.6.& Iaſ.in d.§.ſed cùm nulla.col.3.in 2.limitatione.& in l. lecta. col. viij.verſ.quartus caſus.ff.ſi cert.petatur.& ſimpliciter ſequitur Feli.in d.c.1.col.1.aliàs pe.verſic.caſus autem.de pact.& Philip.Dec.conſ.7.cuius ſuperſcriptio incipit,mercatores.Flor.col.2.verſ. ſed prædictis minimè obſtantibus.& conſ.cvij.in cauſa quæ nomine hæredum Antonij, col.2. verſ. ſimiliter promiſerunt ſoluere.& conſ.cxvj.in cauſa Aluiſsij,poſt prin.& Catellianus Cotta in memoriali,cuius eſt initium Pactum nudum.Quanquam hoc reprobat,vt obiter dixerim Roma.in l.filius familiàs.ff.de donat.per no.ab Inno.in c.j.de conſtit.

*In cauſis mercatorum nõ eſt de apicibus iuris diſputandũ.*

141 ¶Verùm ſuprà dictis ſimile eſt,quod dicit ipſe Bald.in d.conſ.198.col.2.lib.1.quod in cauſis mercatorum,vbi de bona fide agitur,non congruit de iuris apicibus diſputare.quod & idem dicit conſil.400.in libris Theſaurariæ, col. pen. lib. v. vbi addit eſſe ſolùm diſputandum de mera veritate , & conſuetudine mercantiæ.& Ang.in l.argentarius.ff.de eden.vbi dicit quòd in tribunali mercatorum non habet locum,niſi veritas & æquitas.& conſ.216.vbi dicit,quòd in curia mercatorum , vbi agitur de bono & æquo,non poteſt peti pœna vltra id,quod intereſt.& Flor.de ſancto Pet.inter conſi.Raph.Cuma.conſ.7.viſis compromiſſ.col.xvj.verſi.tales ergo exceptiones. & Imo. conſi. cxlj.viſis ſtatutis.& iterum conſi.cxlvj.in caſu Nannis.col.vlt.& Rom.conſi.94. viſis his quæ narrantur. col.1.verſ.3.vbi dicit à mercatoribus præcipuè bonam fidem,ac meram æquitatem , prætermiſſa iuris ſolennitate,eſſe obſeruandam.& iterum conſ.192.negari non poteſt.in prin.& Barb.conſ.7.ſapienter non fallor.col.xj.verſi.& ſi quiſpiam dixerit.lib.2.& conſ.29.Altiſsimi optimi Dei.col.vlt.in fin.eo.lib.2.& conſi.lxxxvj.illud referam in medium.col.1.lib.3.vbi per hoc dicit,quòd inter mercatores non eſt diſputandum de modo , & ſolennitate captiuæ perſonæ , modò verum ſit debitum.& Franc.Aret.in l.4.§.Cato.poſt prin.ff.de verb.oblig.vbi ſequitur illud dictum Ang. nouiſsimè allegatum.Alex.poſt Sal.in l.placuit.C.de iudi.& conſi.xlj.viſo puncto.col.2.li.3 Soci.in rub.ff.de verb.oblig.col.2.vbi dicit & poſt eum Lancel.Galiaula.char.pen.quòd in curia mercatorum circa conuentiones obſeruandum eſt ius gentium.& idem Soci.conſ.120.cùm in præſenti conſultatione.col.vij.lib.& conſ.lxiij.in cauſa Ser Petri,lib.4.& conſ.lxv.concluſio ſuprà firmata.ad fi.eo.lib.4.& Philip. Deci. in l.in omnibus col.1.ff.de reg.iur.& conſ.xlviij.diuino implorato patrocinio , ac maturè, & diligenter.col.3.in 4.confirmatione,in fi.cùm dicit quòd apud mercatores maximè ęquitas inſpicitur,remota duritie,& omni verborum rigore.& Iaſ.in §.item ſi quis.col.14.ad fin.verſ. quartò limitatur.Inſtit.de actio.vbi per hoc dicit ſingulariter,quòd cùm excuſsio ſit de apicibus iuris,vt ſing.voluit Bald.in l.ſi mancipium.§.j.ff.de euict.in ſuis apoſtillis.poſt glo.ibi,valde no.in verbo, eſſet. & ſequitur Ang.Aret.in d.§.item ſi quis.col.xiij.& Barb.d.conſ.lxxxvj.col.2.lib.3.Ideò hæc exceptio excuſsionis non habet locum in curia mercatorum.de qua re alibi vt ſpero latius diſſeremus.Deni-

que huc adduco quod ſcribit Bald.in conſi.cccxlviij.

*Vix ſperandũ de ſalute animæ mercatoris.*

142 ¶In mercatoribus ergo fides exuberantiſsima requiritur.Sed tantùm abeſt, vt in eis fides exuberet,vt in eis ſit multò minor,& vt ſic loquar,ſterilior,quàm in cæteris:quippe cùm dolis, fraudibus, mendaciis, periuriis ſint ante omnes dediti,ac veluti mancipati, vt vix ſperandum ſit de ſalute animæ mercatoris.vnde illud eſt Pſalmiſtæ cap.70.quia non cognoui negotiationes,introibo in potẽtentias domini. Quem locum enarrans D.Auguſtinus,Negotiator(inquit) auidus acquirendi, pro damno blaſphemat,pro pretiis rerum mentitur,& peierat.& vt ſcribit Tullius de mercatoribus lib. 1.Officiorum,nihil proficiunt niſi admodum mentiantur.proinde Bald. in d.c. cùm cauſam huius initij 2.Quò(inquit)ibit anima mercatoris.Et ad hoc optimè facit cap.eiiciens. & ſequitur 88. diſt. Et de hac re latè per Lucam de Penn.in rub. C. negotiat.ne mili. lib.xij. & latius ſcripſimus in noſtris Comment.Nobilit.c.xxxiij.nu.8.incip.quid quod & noſtræ.& multis ſeq.Ideò vix accederem ad illam Bald.ſententiam citatam ſuprà nu.ab hinc 3.

*Prælatus non poteſt in conſanguineos alienare res eccleſiæ.*

143 ¶Facit ergo,& ad ſupradicta quod voluit Frede. Senen.quem ſummum Doctorem fuiſſe dicit Ioa. And.eo tamen antiquior,in c.1. de ætate & quali. lib. 6. quémque ſummum Canoniſtam appellat Barb.in repe.c.Raynaldus,quam Ioanninam vocat,col.clxxij.de teſta. ille autem conſ. 52. quidam Prælatus exemptus. & iterum conſ.200.caſus talis eſt,quidã Epiſcopus iurauit. dicit quòd etſi Prælatus non poſsit in conſanguineos alienare res eccleſiaſticas,etiam in caſibus pręmiſsis,auth.quibuſcunque,C.de ſacro.eccle.& c.hæc vſus præſtatio.10.q.2.neque œconomatum eccleſiæ conſanguineis committere,propter ſuſpicionem rationis non exigendæ.c.decenter.lxxxix.diſt.id tamen non procedit in coniunctis honeſtæ,& probatæ vitæ,quia per hoc tollũtur ſuſpiciones Doctorũ canonũ. quod & idem voluit,eo tamen tacito,Bald.in c.2.col.3.verſ.quæro iterum vtrum laicus.de iud.arg. not.in l.1.§.is autem.ff.de rip.munien.Sed & facit quod dicit glo.in d.c.decenter.

*Stari debet aſſertioni iudicis in cauſis breuibus.*

144 ¶Neque ſubticendum quod tradit Geor.Natha in illa vberrima rep.clem.ſæpè.in princ.col.76.de verb.ſignifi.vbi poſteaquam multos retulit, qui id reprobarunt, quod dicit Bart.in auth. niſi breuiores.C.de ſent.ex breui.recit.ſtari aſſertioni iudicis in cauſis breuibus,in quibus proceditur ſine ſcriptura:ideóque etiam ſtari aſſertioni arbitratoris, cui data eſt poteſtas procedendi ſine ſcriptis: tandem ſubdit,inſpiciendam eſſe qualitatem perſonæ iudicis,vel arbitratoris:nam in eo poſſet eſſe tanta rectitudo,& legalitas,quòd in illõ poſſet cadere dictum Bart.Allegat tex.in d.c.2. de noui operis nuntiat.& in d.c.niſi eſſent.cum ibi not.de præben.

145 ¶His fauere videtur, quod dicit Bald.in repetit.rub.de fid.inſtr.col. 3. verſ.& ex iſtis apparet. quòd licèt notarius,qui omiſit ponere locum,aut tempus in contractu,pręſumatur id falsò feciſſe, poſſet tamen eſſe ita violenta præſumptio bonitatis notarij,vt præſumeretur hoc per errorem accidiſſe.& ad id allegat dictum Hoſti.in d.c.finem.de dolo & contuma.de quo ſuprà diximus.

146 ¶Superiora confirmat quod not.voluit Imo.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.col.4. de elect. lib. 6.quòd ad probandum impedimentum non ſufficit ſolum iuramentum eius,qui ſe dicit fuiſſe impeditum,quando aliæ probationes faciliter haberi poſſent:niſi tamen tanta eſſet honeſtas perſonę, quod videretur ſtandum iuramento illius.quam deciſionem ſequuntur ibi Domi. & Philip. Franc.

147 ¶Nec minus adiuuat,quod eleganter decidit Ang.in rep.l.falſus. col.1. verſ. ſed tu tene. C. de furt. quòd licèt procurator conſtitutus ad exigendum,non poſsit ſolutionem recipere,fallit tamen in homine magnæ fidei,qui poterit à volente recipere.Quam deciſionem approbat Alex. in l.3. in 2.no. ff.ſol.matrim.

*Ob ſanctitatẽ laicus in epiſcopum aſſumi poteſt.*

148 ¶Sed & de grege illo eſt(vt vtar verbis Terentij)tex.no.in can.ſtatuimus.§.his omnibus.61.diſt.vbi propter perſonæ integritatem & ſanctitatem laicus in Epiſcopum aſſumi poteſt, licèt aliàs ſecus. quem tex.ad hoc facit ſing.Barb.d.conſ.41.Deum inuocent adiutorem.col.4.lib.3.& Feli.d.c.ſuper his.de accu.ſed & pro valde no.citat.Rom.in rep.l.ſi verò.§.de viro.in 1.fal.ff. ſol. matr. & per illum tex.Barb.in c.decernimus,col.3.de iud.ſingulariter limitat id, quod communiter tenent ibi Doct. laicum non poſſe conſtitui vicarium Epiſcopi,vt videlicèt non habeat locum in laico magnæ ſanctimoniæ.quem tamen repræhendit Philip.Dec.ibi,in rep.col.xv.verſi.ſecunda concluſio.ob id potiſsimum,quòd in caſu illius §.his omnibus.laicus in Epiſcopum electus deſinit eſſe laicus, non autem vicarius Epiſcopi:per illum quoque tex.in illo ipſo §.his omnibus.dicit rem ſatis miram Barb. in l.1.§.ſi ſtipulanti.verſ.ego dicebam.ff.de verb.oblig.quòd ſi quiſpiam maximæ ſanctimoniæ nollet ingredi monaſterium,niſi retineret ſuum patrimonium, certè poſſet profiteri religionem,& tenere bona:quod an ſit verum,cæterorum ſit iudicium.

*Morum ſynceritas compẽſat quod eruditioni detractum eſt.*

149 ¶His proximum eſt,quòd licèt epiſcopi debeant eſſe periti,& literati,iuxta illud Oſeæ 4. Tu ſcientiam repuliſti,& ego te repellam,ne ſacerdotio fungaris mihi. in quam etiam rem plura congerit Gratianus in can.qui eccleſiaſticis.§.ecce.xxxvj.diſt.quod tamen ſcientiæ, & eruditioni detractum eſt:id morum ſynceritas compenſat,vt eſt tex.no.in c.niſi.§.ne pro defectu. de renun. vbi ſunt verba huiuſmodi:& ideò imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.per quem tex.dicit alibi Inno.inuolutè tamen,vt plerunque omnia,videlicèt in c.j.poſt prin.de ſum. Tri.& fide catho. quòd in his etiam,in quibus ſcientia neceſſariò requiritur,& quòd ſæpè Papa diſpenſat,vt viri integerrimi,licèt literati, & in temporalibus inexperti ſint Epiſcopi. Quod dictum reputat mirabile Feli.in c.ſi quando.col.x.verſ.dum gl.hîc dicit paratum debere. de reſcrip.

150 ¶Et quia de diſpenſatione locuti ſumus, illud & hîc non ſilenter prætermittendum eſt, non ſolùm in caſu





*Cum probis uiris ferè ſemper diſpenſatur.*

in caſu proximo,ſed & ferè ſemper aliàs,cum probis viris diſpenſari,per tex.no.in c. Lugdunenſis. ix.q.2.in illis verbis,Si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ proſpexeris promereri, vbi clerici ab alieno Epiſcopo contra ſtatuta ſacris initiati,ſi aliàs ſint probabilis vitæ poſſunt, imò debent à ſuo ipſorum Epiſcopo recipi,& c.tali.1.q.7.vbi dicitur,quòd licèt filij raptorum, virginúmque raptarum eccleſiaſticis ordinibus non debeant applicari:fallit tamen vbi eos euidens meritorum prærogatiua,commendaret:c.ordinationes.ix.q.j.vbi Papa miſericorditer eos ſuſcipit, qui ab Epiſcopis in ſchiſmate à Romana eccleſia ſeparati, conſecrati ſunt, ſi vita & ſcientia eos cõmendat.Et eſt ſimilis ferè tex.in c.ſi qui à ſimoniacis.1.q.j.vbi Papa eos miſericorditer ſuſtinet, qui non ſimoniacè, à ſimoniacis ordinati ſunt, ſi tamen eos laudabilis vita commendat.& text. in c. innotuit.de elec.in illis verbis,*Multa enim in hoc caſu diſpenſationem inducere videbantur, literarum ſcientia, morum honeſtas,vitæ virtus,& fama.* vbi Pan.in vij.no.dicit per illũ tex.quòd merita perſonæ multũ iuuãt ad obtinendã diſpenſationẽ.& c.de monachis,77.diſt.vbi deuotio,probitas, & honeſtas ſupplent tẽpus,atque ætatẽ.quod ibi no.gl.& ad idẽ tex.eſt in l.2.C.de his qui ven.ætat impe.cum ſim.

*Virtuti maturus,honori ſatis eſt tempeſtiuus.*

151 ¶Et ſanè indignum eſt(vt vtar verbis Valerij Maximi,lib.3.)eum honori nondum tempeſtiuum videri,qui iam virtuti maturus eſt.Propterea priſci illi Romani,quorum exemplis veluti norma quadam formatur mortalium vita,cùm inſigni,egregiáque multorum indole admonerentur,in magiſtratibus dandis,non eſſe ſpectandos annos,ſed æſtimandam virtutem:cuius plerunque quàm ætatis,curſus ſolet eſſe celerior,P.Cornelium Scipionem,cui poſtea ex virtute Africano cognomẽ fuit, Titum quoque Flaminium, & alios pleroſque admodum adoleſcentes poſthabitis legibus annalibus,Conſules renuntiarunt.Quod cùm ab aliis multis,tum à M. Tullio non ineleganter memoratus in Philip.v.cùm inquit, Legibus annalibus cùm grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant,adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiáq; virtute progreſſum ætatis ſpectari non oportere.Itaque maiores noſtri veteres illi admodum antiquas leges annales non habebant:quas multis pòſt annis attulit ambitio,vt gradus eſſent petitionis inter æquales.Ita ſæpè magna indoles virtutis,priuſquam Reip.prodeſſe potuiſſet,extincta fuit. At verò apud antiquos Rullij, Decij,Coruini,multíque alij,recentiori autem memoria ſuperior Africanus,Titus Flaminius admodum adoleſcentes,Conſules facti ſunt,tantas res geſſerunt,vt Po. Ro. imperiũ auxerint,nomen ornauerint.Secundum quam ſententiam Cornelius Tac. lib. 11. hiſtoriæ Auguſtæ,Apud maiores(inquit)virtutis id primum fuerat, cunctíſque ciuium ſi bonis artibus fiderent,licitum petere magiſtratus,ac ne ætas quidem diſtinguebatur,cùm prima iuuenta cõſulatum, ac dictaturam inirent.hæc Tacitus.

*Prophetia data à Deo in pueritia uiris.*

152 ¶Sed & è noſtris,Hieremias & Daniel in pueritia donum prophetiæ accepiſſe, factíque à Deo iudices fuiſſe leguntur.Dauid quoque & Salomon in adoleſcentia vncti in reges, Dei Optimi Maximi iudicio inueniuntur. Io.etiam & Pau.apoſt.cùm adhuc eſſent adoleſcẽtes,à Domino electi ſunt, & cum aliis ad prædicandum miſsi.Quæ omnia retulit Gratianus lxxviij.diſt.can.presbyter. §. hoc regulare. de qua re & nos multa diximus in noſtris Commentariis Primigeniorum,in præfat.

*Ob uitæ meritum excuſatur ambitus.*

153 ¶Iuxta prædicta annecti poteſt tex.no.in c.quibuſdam.in fi.j.q.j.vbi propter vitæ meritum, excuſatur quis ab ambitu & ſimonia,vt ſcilicèt preces in caſu illius c.non inducant ſimoniam,aliàs arguetur,ſi meritum deeſſet,& ita ibi not.gl.& etiam in c.moramur.in gl.vlt.lxj.diſt.

154 ¶Neque admodum diſsidet quod refert Card.Flor.non minus eruditione clarus, quàm dignitate, in clem.1.in xxxix. q.de priuileg.ſe quidem à pœna illius cle.excuſauiſſe quempiã religioſum ſanctæ vitæ,qui iuris ignorantia ductus euchariſtiam miniſtrauerat ſine licentia parrochialis presbyteri.Cui ſententiæ adhæſit & Fel.in c.cauſam.ante fi.de offi.deleg.

155 ¶Concinit & ſuperioribus quod ſcribit Barb.in c.1.de iudi.id quod ex eo tex.not.ab Ant. Panor. & cæteris recentioribus,eum aduerſarium in lite præſumi inimicum,procedere, niſi talis aduerſarius eſſet vir magnæ ſanctimoniæ,per tex.in d.c.2.de oper.noui nunt. & quædam ex his quæ ſuprà adduximus.Et hoc ſequitur Boſcus Codecha in d.c.1.col.ix.verſ.quod autem aduerſarius.de iudi.

*In dubio in bonam partem ſemper præſumimus pro bonis & probis uiris.*

156 ¶Poſſem infinita propè congerere,ſed adhibendus eſt modus, & aurium ſatietati parcendum. Verùm quod citra faſtidium ſit,addam ſuperpondij loco,omnium quæ ſuprà diximus, rationem veluti generalem,cur videlicèt tanti bonos,probóſque viros facimus, vt tam impensè illis credamus, pro illíſque & eorum actibus ſemper in dubio in bonam partem præſumamus.Ea verò eſt:Nam ſicuti qui mali & improbi ſemper anteà fuerunt, nunc etiam eiuſcemodi eſſe, atque poſthac futuri pręſumuntur,vt alibi fuſius latiúſque explicabimus.Ita & qui anteà boni fuerunt,& probi,nũc quoque tales eſſe, atque in futurum fore videri debent, adeò vt nihil quicquam quod à bono viro ſit alienum, facturi credantur,præſertim ij,qui ſe diu virtutibus,& probitati addixerunt, quíque cum ipſis virtutibus longo tempore verſati,vberes earum atque iocundos fructus produxerunt, de quibus hîc ſemper intelligimus,vt dicam infrà pleniùs:huiuſmodi enim homines difficillimè, ægerriméque,& non niſi longo temporis interuallo,à virtutibus ad vitia deficiunt. Summa eſt enim omnium philoſophorum conſenſu,difficultas, aliquem dimouere ab habitu virtutum etiam ciuilium, & politicarum,nedum purgatoriarum.Propterea M.Tullius omnium doctrinarum, ne dicam horarum homo,& is conſummatiſsimus in ea oratione,quam pro Publio Sylla elegantiſsimè recitauit:Omnibus(inquit)in rebus iudices,quæ grauiores,maioréſque ſunt quid quiſque voluerit,cogitauerit,admiſerit,non ex crimine,ſed ex moribus eius,qui arguitur, eſt ponderandum: neque enim poteſt

poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi:neque cuiuſque repentè vita mutari,aut natura conuerti,nemo repentè fit ſummus,nemo repentè turpiſsimus. Quæ poſteriora verba,ſuppreſſo Ciceronis nomine, vſurpauit Gratianus in §.charitas.hæc quæ de charitate.& §.exordia.de pœni.diſtin.2.vbi & glo.in eam ſententiam citat illud Satyrici poëtæ,Saty.2.

*Nemo repentè fuit turpiſsimus:accipient te*
*Paulatim,qui longa domi redimicula ſumunt.*

Quibus concinens Quintilianus,ſi is eſt in declamatione,cui titulus eſt,Paries palmatus, Quid antè(inquit)perditè,quid flagitioſè,quid impiè fecerit , per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit. Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit.Et ne in maximis trepidet audacia,diu vires in minoribus colligit.Nemo inde cœpit,quò incredibile eſt perueniſſe.Idque eſt quod alibi dicit text.in §.j.verſ.hinc autem nobis.aliàs dict.verſ.à multis pro §.allegatur. in auth. de mona. Non facilis eſt vitæ hominum mutatio,ſed cum animæ fit labore.

*Dido non ſtatim impudica facta eſt ex tẽperãte ſed paulatim.*

157 ¶Quod & ipſum propè diuinitus ſub inuolucro quodam poëtico ſignificare voluit Virgilius ille naturæ conſiliarius,omniumque rerum conſcius.Is enim,vt eruditiſsimè declarauit Lãdinus in ſuis elegantiſsimus quæſtionibus Camaldulenſibus , & iterum in commentariis quos in ipſum Virgiliũ ſcienter quidem , & eruditè conſcripſit, cùm Didonem primò impudicitia temperantiæ habitu confirmatam oſtendiſſet,cùm illo verſu primo Aeneidos,

*Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.*

Tum aliis compluribus,non illam poſteà ſcribit mox fuiſſe amoris veneficiis adeò immutatam,vt repentè volens,atque alacris ex temperata intemperans efficeretur,ſed paulatim,& veluti per gradus quoſdam,ídque ægerrimè,& non ſine acerrimo certamine:neque enim ſtatim in amorem penitus laſciuum,& ferinum,verùm humanum,& eum honeſtum,& qui diuinum quoq; aliquo modo ſaperet,incidiſſe tradit:vt qui non proficiſcebatur ex forma,& ſpecie corporis,ſed ex multa virtute viri,quem & admirata eſt Dido,& admirando amare cępit. Incœpit igitur irrepere vitiũ , ſub virtutis ſpecie:aliter enim capi mulier temperata non poterat:cùm autem patefacta iam eſſet amori via per virtutem,incœpit admiſcere aliquid deterius,ſed non tamen malum. Nam obtulit nobilitatem generis,quæ illam vehementius deuinceret,atque colligaret:ac demum illam iſtis implicatam,ipſa corporis ſpecie,ac pulchritudine aggreditur,hærent enim pectore vultus,vt & religio, ſed potius ſuſpecta repẽtina ſit,recénſque morum conuerſio,Aegeſippo teſte lib. excidij Hieroſolymitani primo.

*Nemo probus niſi diutius illius mores probati fuerint.*

158 ¶Igitur neminem probum hoc loco exiſtimare debemus , priuſquàm diutius mores illius probati fuerint.Neque enim,vt ſcribit Seneca lib.de Ira,ſecundo,apertis , manifeſtiſque priuſquam diutius mores illius probati fuerint,ſtatim accedendum eſt.quædam enim falſa, veri ſpeciem ferunt. Dandum ſemper eſt tempus,veritatem enim dies aperit.In hac re autem tempus triennij adhibere debemus,vt probitatem cuiuſpiam ſatis exploratam, comprobatámque habeamus : maximè ſi olim fuerit non ſatis honeſtæ vitæ,per tex.no.in §.1.verſ.hinc autem nobis.(aliàs ille verſic.allegatur pro §.)in auth.de mona.in illis verbis,*ad virtutis augmentum triennalis temporis teſtimonium* , &c. & quod ibi not.Ang.de qua re dixi latè ſuprà,xxix.cauſa.nu.v.incip.aut quocunque.ſed his quę ibi dixi,adde optimum tex.no.à paucis in eam rem,annotatum in c.ſi quis incognitus.xvij.q.ij.vbi laicus ignotus non recipiendus eſt in monaſterio,niſi fuerit triennio probatus,& ita per illum tex.voluit glo.in c.ad apoſtolicam,& ibi poſt eam Panor.de regula.

*Vnus actus non ſatis eſt ad probationem abſolutæ uirtutis.*

159 ¶Neque etiam ſatis eſt,vt ſemel quis,aut in vnico actu,bonus vir probatus ſit,ſed vt ſæpiſsimè,& in pluribus,diuerſíſque actibus perſpectus,exploratúſque ſit neceſſe eſt. Nam ſicut vetere prouerbio apud Ariſtotel.lib.Ethi.1.c.vij.μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ,id eſt,vna hirundo ver non facit,quod & vſurpauit Bald.in l.iura conſtitui.in prin.ff.de legib.& in l.vlt.verſ.pone in inſtrumento non continetur. C.de bon.poſſ.ſecun.tab.& in c.j.§.ſi ruſticus.tit.de pac.Conſtan.& conſ.cccxc.tam profundè & copioſè.col.vlt.lib.2.& conſ.cccxxvj.ſuper primo puncto an dictus,&c.in prin.lib.v.& Soc.conſ. 262. in cauſa magnifici.col.4.& Barb.in proœ.cle.in verb.hoc ſane.col.1.Sic nec vnus actus ſatis eſt , ad probationẽ conſummatæ,& abſolutæ virtutis,vt ſatis innuit tex.in proœ.Inſtit.§.cúmque hoc Deo propitio,in illis verbis,*iam ex multis rerum argumentis accepimus*. iuncta gl.ibi.ex qua not.Ioan. Fab. quòd ex vnico actu non debet quis iudicari bonus,vel malus.Quibus adde text.in l.j.C. de athle. lib.x.loquentem de tribuș athletarum victoriis,quaſi non ſatis probatus ſit,niſi qui tres victorias obtinuerit.Ex quo no.Bart.& poſt eum Ang.& Io.de Plat.ortam conſuetudinem referunt, qua quis ter examinetur,antequàm ad Doctoratus authoritatem promoueatur.Nec enim vt ſubdit Plat.ſufficit vnum examen,quia ſemel quis poſſet bene dicere,magis fortuna quàm peritia : ideò non mereretur victoriam.l.omnes.in verbo,fortuna.& ibi gl.C.de præſcrip.xxx.annor.

*De eodem ex aliis auctoribus.*

160 ¶Nec,vt iam diximus,ſatis eſt modicum tempus,id quod deſignat illud,quod illi prouerbio ſubnectit Ariſtoteles,quo loco ſuprà citauimus ὅτι μία ἡμέρα,id eſt,neque vnus dies , & ſic integra Ariſtotelis ſententia eſt huiuſmodi,Ver nec vna facit hirundo,nec vnus dies.quam ſententiam poëticis numeris eleganter complexus eſt Baptiſta Mantuanus:

*Ver non vna dies , non vna reducit hirundo.* Et ita tenuit è noſtris Iac. Bel. in eo qui pluries malus apparuit.in l.omnimodo.C.de inoffi.teſt. & poſt eum Luc. de Pen. in l. quemadmodum.col.antepe.verſ.ſecundò quæritur.C.de agri.& cenſi.lib.xj.

¶Et



*Ex uno actu negotiationis non dicitur mercator.*

161 ¶Et huic quod de vnico actu diximus,mirè congruit quod in ſimili dicitur , ex vno actu negotiationis,non dici mercatorem,vt probat tex.in l.1.§.1.& ibi glo.& Bald.ff.de tribut. actio. & clarius in l.procuratoris.§.quæritur.eo.tit. vbi optimus text. quod & not.Bald.in j.conſtit.ff.& in l.ex eo.ff.de teſta.& in l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio.& ibi Bal.ff.de leg.iij.& in l.mariti.§.quęſitum,per illum tex. ff.de adul.11.& in tracta.de teſte.in verbo,mercatorem.Io.And. in c. quanquam. de cenſi. lib. vj. & Bald.in rub.C.de conſtit.pecu.in vlt.q.vbi hoc no.limitat.& conſ. ccccxcv. punctus ſuper quo. col. pen.lib.1.& Pet.Anc.in repe.c.canonum ſtatuta.in xiiij.q.principali.verſ.prouidetur quãdoque per ſtatuta.de conſtit.& in c.j.& ibi etiam Domi.& Philip.Franc.de vit.& honeſt.cler.lib.6.Ioa.Ana. in c.j.de cler.percuſ.Pan.in c.j.col.vlt.verſi.item fallit.& ibi Philip.Dec.in 2.lect.& col.etiam vlt.de iudi.& idem Panor.in c.vlt.de vit.& honeſt.cler.Fran.Arer.in l.cætera.§.ſed & ſi quis.ff. de legat.j.& conſ.xxix.diligenter & maturè.col. 7.in 7.item dubio.Corneus conſi. xxxiij. quoniam per famoſiſsimum poſt princ.lib.3.& Iaſon in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.col.7. verſ.tu autem aduerte. ff.de op.noui.nuntia.Quibus ſcribens Euſebius de præparatione euangelica,lib.4.c. 1.non arcu (inquit)aut funda artificioſè eum vti dicemus,qui cùm ſæpiùs,atq; ſæpius telum proiecerit ſemel, aut ad ſummũ bis,vel ter ad ſignum peruenerit,cùm penè infinities longiſsimè à ſigno abfuerit:nec ille certè medicinam tenet,qui cùm multos interemerit,vix tandem vnum à morbo liberauit.

*A iure communi non eſt recedẽdum ob perſonæ meritũ, licèt cũ illis mitius agendum.*

162 ¶Ad tertium,quo dictum eſt,non eſſe recedendum à iure communi propter perſonæ meritum:illud planè concedimus,verùm ius ipſum commune in pleriſque magis fauet viris probis,atque vitę ſanctimonia,& integritate commendatis,quàm cæteris:ſanxítque illis potius credendum,próque illis,& illorum actibus præſumendum:& ſi quid deliquerint(vt à qua re incœpimus, in eandem deſinamus)mitius cum illis eſſe agendum:neque iniuria,vt ex illis liquido apparet,quæ circa initia huius capitis adduximus. Nec id propterea eſt contra ius , cum & ius ipſum id diſpoſuerit. Sed iam ad alia pergamus.

## CAVSA QVINQVAGESIMASECVNDA.

*Proſper euentus pœnã tollit criminis.*

1 QVINQVAGESIMOSECVNDO, proſper euentus ſiue exitus, criminis pœnam tollit.per tex.not.in l.2.c.poſteà.ff.de orig.iur.vbi recenſetur hiſtoria de Flauio Appij Claudij, qui cùm leges in formã,librũq; redactas à ſe ſubtractas populo tradidiſſet , Tribunus plebis ob id creatus eſt:tantum abfuit,vt de furto puniretur: ideóq; gloſ.ibi notat,aliquem ex dolo ſuo cõſequi præmium. Et illum tex.pro valde ſing. citat Barb.in l.ſcire debemus.§.ſi à fure.col.1.ff.de verb.oblig.Secundum quam ſentẽtiam Parij ex Pythiæ reſponſo Timonem indigenatum Deorum adminiſtram,nulli pœnæ addixerũt,quòd Miltiadi Athenienſi rationem capiendæ patrię hoſtibus detegiſſet : ob id quòd ea res bene,& ad commodum ipſius patriæ ſucceſſerit.

*In maleficiis non euentum ſed animum inſpicimus.*

2 ¶Seneca autem lib.Declamationum x.& iterum controuerſiarum 6.poſtremò hanc declamationẽ, ſiue controuerſiam poſuit,Quidam cùm diuitem proditionis accuſaſſet , noctu parietẽ domus eius perfodit:& ſcrinium,in quo miſſæ erant ab hoſtibus literæ,ſuſtulit.Quam retulit Pet.Anch. in rep. c.j.in 14.q.principali,verſi.ponit Seneca.de conſtit.& quærit,vtrum iſte præmium, an pœnam conſequi debeat.Et primùm quidem aduocat tex.in d.l.2.§.poſteà.vt videatur debere præmium:deinde dicit in contrarium facere,quòd in maleficiis animum inſpicimus, non euentum.l. diuus. ff. ad leg.Corne.de ſicar.& l.ſi quis ſeruo.C.de fur.Tandem verò veluti ſubdubius cogitandum reliquit, & illum referunt Barb.in d.§.ſcire debemus.ad prin.& Feli. in c.1.col. vlt. de præſumpt. videtúrque Barb.eius eſſe ſententiæ,vt conſequi debeat præmium,multa ad hoc afferens,quæ nihil,aut parum facere videntur.Feli.autem videri vult contrariam tenuiſſe ſententiam , ſoluítque nodum illius §. poſteà.quòd inibi is qui librum legum furatus eſt,fecit animo conſulendi Reip. non malefaciendi

*Author eiuſdẽ eſt ſententiæ cum reliquis.*

3 ¶In quam & ego ſententiam pedibus manibúſque vado,fretus potiſsimùm authoritate tex.no. in l. deſertorem.§.in bello.ff.de re milit.vbi qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata nõ ſeruauit,etiam ſi bene geſſerit,capite punitur.quem tex.dicit multùm ſing.& not.Franc. Cre. ſing. 150.incip.mandatum. Et eam quidem legem ſecutus Manlius Torquatus filium proprium ſecuri percuſsit,quòd contra patris præceptum cum hoſte pugnaſſet,eúmque interfeciſſet. authores Liuius 1.decad.lib.viij.Valer.li.rerum memorabilium 4.cap.de diſciplina militari,& iterum li.ix.c. de Ira.& Aegeſippus lib.excidij Hieroſolymitani 3.cap.24.& Ariſtides Mileſius in rebus Italicis.& ex eo Plutarchus in Parallelis,c.xiij.& xvij.& Gell.lib.9.c.13.Et ſimile quidpiam feciſſe Aulum Poſthumum Tiburtinum refert Valerius loco primùm citato , vbi illum ſcribit iuſsiſſe filiũ ſecuri feriri,quòd ſua ſponte progreſſus hoſtes fudiſſet.Quanquam Liuius lib.4.maluerit non duos fuiſſe,qui ob id filios occidi iuſſerunt,ſed vnum duntaxat,nec Poſthumum,ſed Manlium Torquatum:ea potiſsimùm coniectura ductus,quòd vulgato prouerbio,Manliana imperia dicta ſunt,non Poſthumana:cùm tamen Poſthumus multis antè annis Torquatum præceſſerit:ideóque ſi prior tam ſeueriexempli author fuiſſet,procul dubio occupaſſet illum inſignem ſeueritatis titulum. Prætereà cùm Manlio cognomen imperioſi ſit inditum,cùm Poſthumus contrà nulla triſti nota ſit inſignitus.

*De eodem ex aliis.*

4 ¶Sed ſiue alter tantùm,ſiue vterque id ipſum fecerit,vtrunque autem confundit Gellius li.xvj.c.21. dum ſcribit,Aulum Poſthumum Torquatum hoc idem egiſſe.Certè conſtat Epaminondam illum inſignem Thebanorum Ducem,non diſsimili ratione Steſimbrotum filium interimi iuſsiſſe, quòd in exer

in exercitu relictus,contra paternum præceptum in hoſtem fœliciter pugnaſſet, ſicut in 3. Rerum Thebanarum ſcribit Cteſiphon,& ex eo Plutarchus in Parallelis,c. 13.

*De eodem ex Hiſtoriis.*

5 ¶Propterea minus mirum videri debet,quòd Auidius Caſsius dux exercitus Antonini Imperatoris,& qui ipſe poſteà imperauit,centuriones,qui ipſo inſcio parua manu ingentem hoſtium numerum negligentius agentium occiderant,in crucem tolli,ſeruilíque ſupplicio affici iuſsit.Quæ res tãtum diſciplinæ Romanis addidit,tantum terroris hoſtibus iniecit, vt pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent,vt qui viderant damnatos Romani ducis iudicio,eos qui contra fas vicerant,author Volcatius Gallicanus ad Diocletianum in vita.

*Idẽ ex Poet.*

6 ¶His adſtipulatur illud Virgilij lib.9.Aeneidos:

*Hoſtis adeſt eia ingenti clamore per omnes*
*Condunt ſe Teucri portas, & mœnia complent.*
*Nanque ita diſcedens præceperat optimus armis*
*Aeneas, ſi qua intereà fortuna fuiſſet,*
*Nec ſtruere auderent aciem,neu credere campo:*
*Caſtra modò, & tutos ſeruarent aggere muros.*
*Ergo & ſi conferre manum pudor,iráque monſtrat,*
*Obiiciunt portas tamen, & præcepta faceſſunt.*

*Fœlix exitus non excuſat delinquentes.*

7 ¶Sed vt ad noſtros redeamus,Pet.Anc.conſ.clxxv.præmittendum eſt.cõſuluit per tex.in d.§.in bello.fœlicem & bonum exitum non excuſare delinquentem. Nam in maleficiis voluntas inſpicitur, non euentus.l.1.§.diuus.ff.ad leg.Corn.de ſicar.Alberi.quoque in vlt.parte ſtatutorum. q. 478. aliàs q.78.incip.diſputauit.col.3.dicit per illum tex.in d. §. in bello. quòd qui facit aliquid prohibitum, puniendus eſt,quantumcunque bonus effectus ſecutus ſit.Ad quod etiam allegat l. vlt. C. de nego. geſt.quibus & tu adde tex.in l.ſi quis ſeruum.§.ſi puerum.ff. ad leg. Aquil.vbi punitur,qui puerum caſtrauerit, licèt ex hoc illum meliorem reddiderit.

*Prætextu boni non eſt faciendum malum.*

8 ¶Neque id certè mirum,nam vt dicit D.Paulus ad Rom. c. j. non ſunt mala facienda,vt bona veniant.de quo etiam eſt tex.apud nos in ca.ex tuarum.de ſortil.& c.ſuper eo.de vſur.vbi no.glo.non eſſe prętextu boni malum faciendum.ad quod & multa alia iura allegat illic omnibus obuia.quibus adde tex.in c.non magnopere.ne cler.vel mona.vbi & glo.1.hoc idem no.& alia quoque iura adducit,& ibi poſt eam Hoſti.Ioan.And.& Panor.in ea diſtinguentes : vt ibi per eos videre licet. Ad idẽ quoque tex.in c.ne quis.& c.faciat.22.q.2.& c.relegentes,& ibi gloſſ.23.q. v. & c.noſſe. & ibi quoque glo.xxx.q.j.

*Actus hominũ non euentu,ſed cõſilio ſunt metiendi.*

9 ¶Et hanc partem hoc quoque comprobat,quòd actus hominum non euentu, ſed conſilio metiẽdi ſunt,& æſtimandi.vt eſt tex.in l.verum.§.ſciendum.ff.de minor.& l.ſed an vltro.§.j.ff.de nego.geſt. vbi gl.in eam rem adducit huiuſmodi ſententiam Boëtij:At verò is noſtris malis cumulus accedit, quòd ęſtimatio plurimorum non rerum merita,ſed fortunæ ſpectat euentum:eáque tantùm iudicat eſſe prouiſa,quæ fœlicitas commendauit.Cui & ſimile eſt illud Ouidianum in epiſtola Phillidis ad Demophoontem:

*Exitus acta probat,careat ſucceſsibus opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Quos verſus vnà cum d.l.ſed an vltrò ad probandum inſpiciendum eſſe conſilium,non euentum. citat Bald.noſter conſ.vlt.ad fi.lib.4.& Matthæus Afflic.in conſtitutione Siciliæ incip. frequenter. col.3.in 1.notab.

*Bene conſultare,maximum lucrum.*

10 ¶In quam etiam ſententiam Artabanus apud Herodotum in Polyhymnia,Græcè quidẽ,ſed in hũc ſenſum,Bene(inquit)conſultare comperio maximum eſſe lucrum : nam etiam ſi quid è contrario euenturum eſt,verum eſt,tamen minùs bene conſultum, ſuperauítque fortuna conſilium. At qui turpiter conſultauit,ſi à fortuna obſecundauit,ille eſt quidem voti compos, nihilo tamen minus malè conſilium cepit.Iſocrates in oratione,quam de laudibus Helenæ conſcripſit, qui ante rem animaduertere nihil poſſunt,ſed rerum euentus ſolùm conſiderant.Cic.quoque pro Rabirio eos item redarguit,qui conſilia euentis ponderant:& qui multum illum prouidiſſe,cui bene proceſſerit: Cui ſecus,nihil ſenſiſſe dicunt,vt iam nihil eſſe videatur,niſi diuinare ſapientes.Idem Philip.xj.In recta (inquit)ſententia ne victa quidem cauſa,vituperanda eſt.Et in Paradoxis,Nec enim peccata rerum euentu,ſed vitiis hominum metienda ſunt.Demoſthenes alter eloquentiæ oculus, in oratione, qua Cteſiphontem aduerſus Aeſchinem defendit,Vide(ait)quid ipſe conſilij capiendum cenſuerim:nec ea quæ euenerunt, intorqueas:nam finis rerum omnium, vt fortunæ libuit,imponitur : electio verò conſultantis ingenium oſtendit.

*Carthaginẽſiũ mos in occidendis imperatoribus delinquẽtibus.*

11 ¶Liuius 3.decad.lib. 7.Apparebat (inquit)quo nihil iniquius eſt, ex euentu famam habiturum.& 4. Decad.libro 8.tradit apud Carthaginenſes in crucem tolli Imperatores, ſi proſpero euentu prauo conſilio rem geſſerunt. Quintilianus auus decla.281.Nunquam mens (ait)exitu æſtimanda eſt. Plinius Cęcilius lib. Epiſtolarum v.ad Rufum,Eſt omnino(inquit)ſed vſu receptum,quòd honeſta cõſilia,vel turpia,prout malè aut proſperè cedunt,ita vel repræhenduntur.Cornelius Tacitus de Suetonio Paulino li.1.Cunctator(inquit)naturâ,& cui cauta potiùs conſilia,quàm proſpera ex caſu placerent. Seneca libro quarto Declamationum : Omnia honeſta opera voluntas inchoat, occaſio perficit. Sæpè honorata virtus eſt, etiam vbi eam fefellit exitus. Scelera quoque, quamuis citra exitum



exitum ſubſederunt, puniantur:nec infœlix virtus amittat gloriæ titulum : nec gloriam virtutis interrumpit, fortuita fœlicitas.Plutarchus in comparatione Niciæ & Craſsi, Nec illi (ait) ſatis rectè iudicare videntur,qui cum Alexandri laudant expeditionem, Craſsi audent vituperare conatus. Neque enim decet ex euentu rei iudicia facere.Et in hanc rem multa iura adducit Barb.cõſil.xlvj. illud adducam quod præclarè.col.j.quæ ibi in promptu ſunt omnibus,quibus denique addas text. not.in l.fraudis.ff.de reg.iur.Cuius hæc verba ſunt,Fraudis interpretatio, ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

## CAVSA QVINQVAGESIMA TERTIA.

*Mitius quis punitur per uiam inquiſitionis, quàm accuſationis.*

1 QVINQVAGESIMOTERTIO, mitius quis punitur per viam inquiſitionis, quàm per viam accuſationis. quod hinc apparet, quòd finis accuſationis, ſi crimen eſt graue,eſt depoſitio ab officio, & beneficio.c.ſuper his. & c. inquiſitionis.de accuſatio.& cap.tuæ.de pœnis.finis autem inquiſitionis, non eſt huiuſcemodi,ſed mitior pœna imponenda eſt.cap.qualiter.eius initij 2. de accuſatio.Ideóque condemnatus per viam inquiſitionis de crimine infamiam per viam accuſationis irrogante,euitat infamiam,vt voluit gloſ. in l.iij.§. præterea.ff.de ſuſpect.tut.& in l.vlt.& ibi Cyn.C.eo.& in l.j.C.de mod.mulct. quanuis Bart.teneat contrarium in l.infamem.ff.de publ.iudic.

*Iure ciuili nulla differentia quo ad pœna impoſitionem.*

2 ¶Sed Panorm.in dicto cap.inquiſitionis.in j.not.& poſt eum Feli.col.3.in 3.not.dicunt illas glo. procedere omnino de iure canonico,non autem de iure ciuili,in quo nulla reperitur differentia, quantum ad pœnæ impoſitionem, ſiue per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis procedatur. Quin par per omnia pœna imponitur.l.iiij.C.de ſepulchro viol.& facit l.ordo.ff.de public.iudic.& quod not. in l.ij.§.ſi publico.ff.de iudic.Et hoc bene dicit notandum Panor. qui & ſubdit rationem vniuerſitatis inter ius canonicum, & ciuile : quia de iure ciuili regulariter non proceditur per viam inquiſitionis,niſi in quibuſdam caſibus,vt not.in dicto §.ſi publico.At de iure canonico indiſtinctè proceditur præcedente infamia,vt in dicto cap.qualiter. In vno ergo quis grauatur de iure canonico, quòd proceditur ſine accuſatione.ideo non eſt mirum, ſi in alio releuatur,vt ſic maior imponatur. arg.l.eum qui.in prin.ff.de iureiur.& not.in c.cum ſecundum.de offi.deleg.Quam etiam rationem, licet non dicat Panor.adducit Cyn.in d.l.infamem.ſed eam reprobat Bart.ibi : quoniam grauamen conſiſtens in ordine procedendi,non diſpenſat cum infamia. d.l.ordo.

*Ex inquiſitione generali nõ uidetur quis poſſe condemnari.*

3 ¶Bal.autem in ea ipſa l.infamem.ſicuti etiam refert Felin.in dicto cap. inquiſitionis. dicit procedere dictum Barto. cùm quis condemnatur ex inquiſitione ſpecialiter formata contra illum, ſecus ſi ex generali. verbi gratia, tempore ſyndicatus formatur inquiſitio generalis contra officiales: ex qua tandem aliquis eorum de delicto condemnatur, is certè non erit infamis, quia extra ordinem condemnatur, cùm illa inquiſitio non poſsit ſuccedere loco accuſationis generalis, quæ non admittitur,per ea quæ ibi allegat.Sed Felyn.vt ſuprà, dicit aduertendum, quòd ex inquiſitione generali,non videtur quis poſſe condemnari,cum fiat ad inueſtigandum,non ad puniendum : & ita fit, vt præparet viam inquiſitioni particulari,ſecundum notata per Innoc. in cap. bonæ.eius initij j. de electio.vbi dicit ita totum mundum practicare,& refert Panormit.in cap.graue nimis.in ij.col. de præben.& ita videtur ſenſiſſe Barto.in dicto §.ſi publico.Alioquin ſi ex inquiſitione generali quis condemnetur, dicitur de facto condemnari. concludit tamen Bal.quòd ſiue de facto, ſiue de iure ſit condemnatus per inquiſitionem generalem, non ſit infamis:quin ſubdit Bald. ipſe, quòd opinio gloſ.poteſt ſaluari per tex.in l.j.C.ſi tutor vel curator non interuen. quem allegat gloſ.in dicto §. præterea. nam ibi non permittitur liberto intentare contra patronum accuſationem famoſam, at inquiſitionem poteſt mouere,tanquam per illam non infametur patronus:alioquin enim eadem ratione denegaretur liberto, ſicut accuſatio. Sed & vide Specul.in §.j.verſic.qui de iuſtiſsima. titu. de ſentent.& Bald.in l.etiam.de furt.& Panorm.conſi.xxv.canonicus regularis.in iij.dubio.libro 1. vide gloſ.in c.in fidei.de hæret.lib.6.

## CAVSA QVINQVAGESIMA QVARTA.

*Epiſcopus poteſt pœnã ſanguinis in pecuniariam cõmutare.*

1 QVINQVAGESIMOQVARTO, propter qualitatem iuriſdictionis iudicis, qui non habet poteſtatem imponendi pœnas à iure ſtatutas, poteſt iudex ipſe imponere pœnas leuiores ſibi permiſſas,vt eſt tex.in cap.in archiepiſcopatu.de rapto. vbi quia Epiſcopus, cui fuerat commiſſa cauſa capitis, non poterat pœnam ſanguinis irrogare, poteſt illam in pecuniam commutare.& ad hoc illum textum ponderat,& dicit ſingul.Rom.ſingul.cccccclxij.quem ſimpliciter refert Felyn.vt ſequi videatur in c.de cauſis.col.2.verſic.item aduerte.& in c.ſeq.col.2.de officio deleg.& in c. qualiter & quando.eius initij 2.§.ad corrigendos.col.6.verſic.ſed aduerte inquantum dixi. de accuſat. vbi hoc dicit ſingul.

*Quomodo præcedentia ſint intelligenda.*

2 ¶Sed hoc certè non videtur etiam ſine ſcrupulo, tum quia Hoſtien. & Panormit. in dicto cap. in archiepiſcopatu. videntur intelligere illum tex.cùm eſt cauſa commutandi pœnam ordinariam in leuiorem, tum quia illè tex. loquitur in delegato iudice,& forſitan ſecus in ordinario,qui ſi coram

ſe inciderit crimen,cuius pœna excedat limites ſuæ iuriſdictionis, debet remittere ad ſuperiorem. l.diuus.eius initij 2.de falſ.vbi hoc tenet Bar.qui & ad hoc alleg.tex.in §.& ſi quidam iudices.in auth.de teſtib.ſed Panor.in c.j.col.vlti.de falſ.dicit ſibi videri verius, vt poſsit punire extraordinariè,per tex.in l.nullum.C.de teſtib.dicítque hoc ita ſentire Spec.in tit.de teſte.§.j. verſi. ſed nũquid iudex. Quid autem de delegato,vide omnino Panor.ibi.& Doct.o.in d.l.diuus.

## CAVSA QVINQVAGESIMAQVINTA.

*Cardinali obuiante, ducto ad mortem pœna eſt remittenda.*

1 QVINQVAGESIMOQVINTO, ſi Cardinalis obuiauerit ei,qui ad mortem ducitur, pœna eſt omnino ei remittenda,ex quadam prærogatiua,quam ex conſuetudine habent Cardinales,vt dicit Bal.in l.addictos.in fi.C. de appel. & ibi etiam poſt eum,Salyc.& Pau.Caſt.qui ita retulit,vt videatur velle hoc tum demum habere locum,ſi Cardinalis ponat capellum (quem vocat) ſuper caput ipſius rei:dicítque ita obſeruari de facto.& idem Pau.Caſtren.in l. addictos.C.de epiſcop.audien. in fi.vbi refert audiuiſſe ſe in Romana curia hoc idem priuilegium competere Cardinalibus,propter reuerentiam dignitatis, nulla tamen capelli mentione facta,licet,vt dicit ipſe Pau. hoc iure cautum non reperiatur, ſed vbique (ait) audiui diuulgatum. Et ideo tempore quo curia erat Florentiæ, cauebant iudices, ne ducerentur rei per ea loca,quibus Cardinales obuiarent.

*Priuilegium Cardinalium habet ſex declarationes.*

2 ¶Cuius etiam rei mentionem facit Marti.Laud.qui hoc dicit ſing.in tractatu de Cardin.ver. ſextò Cardinales habent ex priuilegio. Cæpol.cautela 2.& Barbat. in tracta.de præſtantia Cardinalium, in 9.quæſt.j.part.per totam quæſt.vbi latè diſputat de validitate huius priuilegij. Et ſi teneretur, quòd valeret,dicit tamen quòd recipit ſex declarationes:de quibus per eum in eo loco, vbi licet omnibus videre. Eius quoque rei meminit Felyn.in c.quætenti.col.pen.de offic.deleg.& Iaſon qui hoc reputat ſingul.in §.pœnales.in char.vlt.verſi.tertiò & vltimò.Inſtit.de actio. Hippol.Marſil.ſingul.cclxxiij.notiſsimum eſt in iure.col.3.verſic.quibus etiam addi poteſt.& Anto.Corſe.in ſuis ſingu.in verbo,Cardinalis.vbi videtur tenere,huiuſmodi priuilegium non valere. Et nouiſsimè Catel. Cot.in memorabili incip.Cardinales gaudent.vbi & hoc reputat ſing.

*Veſtalis caſu obuia facta ducto ad mortem non licebat necare.*

3 ¶Legimus autẽ apud Plutarchum in Numa Pompilio,eum honorem inter cęteros virginibus Veſtalibus fuiſſe conceſſum , quòd ſi caſu in aliquẽ incidiſſent,qui ad lethum duceretur,necari eum non licuiſſe, neceſſe tamen erat, virginem deierare non vltrò, & conſulta opera, ſed caſu obuiam ſe factam.

*Alia priuilegia eadem ex hiſtoriis.*

4 ¶Gellius autem noctium Atticarum libro 10.cap.15. authoritate Fabij Pictoris, libro 1. tradit, vinctum,ſi ædes flaminis Dialis introierit,ſolui neceſſe fuiſſe,& vincula per impluuium in tegulas ſubduci,atque inde foras in viam dimitti. Et paucis interiectis, Si quis (inquit) ad verberandum duceretur,ſi ad pedes eius ſupplex procubuiſſet,eo die verberari piaculum erat. quod & ipſum poſtremum retulit ipſe Plutarchus Problem.cap.3.

## CAVSA QVINQVAGESIMASEXTA.

*Conſuetudine Galliæ ſi puella maritum petit addictũ morti, ab ipſa morte liberat.*

1 QVINQVAGESIMOSEXTO, ſupra omnes cauſas, quas hactenus attulimus, remittendorum,aut certè minuendorum delictorum , accedit & illud celeberrimum,quòd ſi puella reum mortis in maritum petierit, à morte liberat ex conſuetudine Franciæ, vt eſt apud nos vulgi ſententia. Cuius rei mentionem facit Iacobus Belui.in practica iudiciaria in criminalibus, titu.de lenocinio.verſic. vigeſimoſexto, vbi contra hoc allegat textum in l. commiſſum.C.de adulter. quem tamen plerique pro hoc allegant. verùm nec pro hac ſententia, nec contra quicquam facit.Sed & huius rei meminit Maſuerius vir apud noſtros maximæ authoritatis in practica , titu.de pœnis.§.item in aliquibus partibus.vbi & hoc dicit eſſe contra d.l. commiſſum. & l.ſi ex cauſa.§. Papinianus.ff.de minor.& l.j.§.vl ti. ff.de quæſtionib.

*Matrimonio pœna maior reo imponitur , quàm morte.*

2 ¶Meminit item nouiſsimè Bart.Chaſſ. in comment.Conſuetudinum Burgundię,in §.2. in verbo, *S'il n'a grace*. col.xx.verſi.duodecimus caſus.tit. *Des iuſtices & droicts a'icelles*. vbi dicit ſe nullam huius rationẽ afferre poſſe, niſi quòd per matrimonium maior reo videtur pœna imponi, quàm per mortem,per multa quæ de malitia mulierum affert. Ego verò neſcio,an olim id in Gallia fuit obſeruatum.id autem certò ſcio hoc tempore non obſeruari.

## CAVSA QVINQVAGESIMASEPTIMA.

*Mitius puniendus qui clam, quàm qui palàm deliquit.*

1 QVINQVAGESIMOSEPTIMO, videtur mitius puniendus,qui clam,quàm qui palàm deliquit,cùm ſit tolerabilior culpa,ſi lateat,quàm ſi leuis vſurpetur authoritas.cap.nemo.xxxij.quæſt. iiij.id eſt, vt interpretatur gloſ.maius peccatum eſt manifeſtè peccare,quàm occultè.de quo etiam videtur tex.in §.ſed illud ſilendum.in fi.cum multis cap.ſeq.50.diſt.xj. & in c.ex tenore.de temp.ord. vbi publicus peccator magis punitur, quàm occultus.& cap.j.in fin. de voto. libro 6. vbi gloſ.add ucit concord.

¶Quibus



*Si non caſtè, tamẽ cautè, quod enim nõ nouit quis pœnè non fit.*

2 ¶Quibus accedit illud Pſal. Beati quorum tecta ſunt peccata. Et illud quoque vulgò celebratiſsimum,ſi non caſtè,tamen cautè. Cui adſtipulatur, quod tradit Suetonius de Claud. Imperatore. Is enim iuuenem corruptelis, adulteriíſque famoſum,nihil amplius quàm monuit,vt aut parcius ętatulæ indulgeret, aut certè cautius. Addidítque, Quare enim ego ſcio quam amicam habes? Cui etiam conſimile eſt illud Apuleianum, Quod nemo nouit,penè non fit.

*In occulto peccare cauſat diminutionem pœnæ.*

3 ¶Facit & illud Eſaiæ 30.cap.peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt,nec abſconderunt. Cuius authoritate ſubnixus Diuus Thomas xxij. q.lxvj.articulo iij.dicit quòd in occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati: tum quia eſt ſignum verecundiæ,tum quia tollit ſcandalum. Nam & videmus furtum non manifeſtum mitius puniri, quàm manifeſtum, non ſolùm noſtris legibus.§.ex maleficiis. Inſtit.de actionib.ſed & legibus Moſaicis, id quoque ſeruatur,atque etiam Platonicis lib. de legibus.

*Grauius ueneno occidere, quàm gladio, & perſuadere, quàm compellere.*

4 ¶Contrà tamen quòd grauius peccare videtur,qui clàm peccat,quàm qui palàm,eſt tex.in cap.ex iniuncto.de hæret.& l.palàm.ff.de ritu nuptia.& l.vlt.ff.de effract.& l.non exiſtimo.ff.de adminiſt. tuto. Et grauius eſt veneno occidere,quàm gladio.l.j.C.de malefic.grauius quoque eſt perſuadere, quàm compellere.l.j.§.vlti.ff.de ſeruo corrup.grauius item noctu,quàm ſub lucem peccare, vt dicit Bal.in l.non minorem.C.de tranſact.

*Delictum clandeſtinum plus punitur, quàm publicum.*

5 ¶Et bene facit text.in l.officiales.C.de epiſco.& cler.ex quo gloſ.in verbo,clandeſtinis.not.plus puniri clandeſtinum delictum,quàm publicum. Et dicit Diuus Hieronymus in Eſaiam cap.12.quòd in comparatione duorum malorum,leuius eſt apertè peccare,quàm ſanctitatem ſimulare. Et hanc ſententiam Plutarchus in libro De ſera numinum vindicta, refert Theſpeſium quendam qui à morte ſurrexerat, aſſerere apud inferos, eos qui manifeſtè peccauerant,palámque flagitia perpetrarant, non tam acerbè plecti,quàm qui clam iniuſtè vixerant, prætextúque ac opinione virtutis delituerant.

*Ex eodem alia remiſsiuè.*

6 ¶Plura huc poſſem afferre in vtranque partem,& limitationes (quas vocamus) ſiue diſtinctiones adſcribere,ſed quoniam iam propè nimium hic noſter tractatus excreuit, dum aliud ex alio non cogitantibus nobis ſeſe offert ſcribendum,idcirco poſthac breuiores erimus, contenti ſummatim, dum hunc perficiemus,quod reliquum eſt, conſcribere,& ad loca cuiuſlibet capitis propria remittere. Igitur ad hoc caput videto gloſ.in dicto §.ex maleficiis.in verbo,quadrupli.& ibi Bald. Ioan. Fab.Plat.Ange.& cæteros,Inſtit.de actio.& gloſ.in c.clericus.lxxxj.diſt.& in d.c.nemo. xxxij. q.iiij. gloſ.& Doct.in c.de homine.de celebrat.miſſar.Iaco.But.Cyn.Bal.Pau.Caſtr.& alios in l. nemo.C. de ſumma Trinit.Doct.in l.prætor.§.& generaliter.ff.vi bon.rapt.Ioan.Fab.in §.ſequens diuiſio. Inſtit.de actio.Panorm.& recentiores in c.cùm quidam.de iureiur.& Felyn.in cap.vlt.col.2.verſi.nota quòd grauius.de accuſ.& vide etiam quæ dixi ſuprà.

## CAVSA QVINQVAGESIMAOCTAVA.

*Mitius punitur qui ex adminiſtratione, quam gerit cõmittit delictũ.*

1 QVINQVAGESIMOOCTAVO, cùm quis ex officio, vel adminiſtratione, quam gerit,committit delictum,mitius cum eo agendum eſt,per tex.in l.tres tutores.ff.de adminiſt.tuto.vbi not.gloſ.quòd velamen adminiſtrationis, furtum temperat.quam gloſ.ponderat Bal.in c.j.§.iniuria.in verbo,ſiue furtum. col.2.titu.de pace iuramen.firman.& per eam dicit,quòd adminiſtratio mitigat delictum.ad quod etiã allegat l.ſi multi.ff.de vi pub.& vectig. Quibus adde tex.in c.ſi verò.eius initij.de ſent.excom.ex quo not.Panor. & Fely. quòd delictum commiſſum ratione officij alleuiatur,quando delinquens modum exceſsit, ratione principij liciti. Nam bono zelo motus videtur,non ſuadente diabolo.ad quod etiam allegant cap.olim. de reſtit.ſpol.& c.ſignificauit. de pœnit. & remiſſ.

*Priuatus præſumitur in culpa, ubi non officialis.*

2 ¶Quibus ſuffragatur quod dicit Bal.in l.2.per illum tex.C.qui accuſ.non poſſ. quòd officialis non pręſumitur eſſe in culpa,vbi priuatus præſumeretur,& conſi.clxxviij.præſuppoſito ſtatuto.in prin. lib.1.vbi dicit,quod in inquiſitore non præſumitur dolus,licet rei fuerint abſoluti: nam officij neceſsitas eum excuſat,vt dicit plenè not.in l.athletas.§.calumniator.ff.de his qui notan.infa.& cõſil. ccccxciiij.ſciendum eſt quod moneta.col.vlt.verſi.de tertia inquiſitione.eo.libro 1.vbi dicit ſingul. quòd ſi officialis rem à fure ſubtractam recipit, præſumitur id ex bona & laudabili mente feciſſe, allegat l.2.C.de offic.ciuil.iudic.ibi, *quod non arbitramur.* rurſúmque conſil.ccccl j.quia in accuſatione inſtituta.verſi.quarta ratio.lib.4.dicit quòd ratione officij quis excuſatur, niſi probetur dolus, per not.in d.§.calumniator.& idem voluit Roma.in repet.l.ſi verò.§.de viro.in 27.fallen. ff.ſoluto matri.vbi dicit,quòd qui neceſsitate officij accuſat,non præſumitur ex calumnia officij feciſſe, etiã ſi non probet,licet aliàs ſecus,per d.l.2.qui accuſa.non poſſ.& l.mater.C.de calum.quod etiam tradit Alber.in 2.parte ſtatutorum,quæſt.cxx.cuius eſt princ.item quæro,ſi ex forma ſtatuti,per d.l.ij. vide Bal.in l.etiam.ad fi.C.de furt.& in l.errore. C. de teſtam.

*Officialis non poteſt appellare condemnatus de maleficio in ſuo officio.*

3 ¶Multa tamen ſunt,quæ contrarium non ſuadere modò,ſed & perſuadere videntur. Primum quòd officialis condemnatus de maleficio,in officio commiſſo appellare non poteſt.l.nulli. & ibi Doct. C.quorum app.non recip.& can.ei qui appellat.§.nulli.ij.q.vj.& voluit Spec.tit.de app.§.in quibus. verſi.tertiò non licet appellare officiali.& ibi Bal.qui hoc etiã dicit procedere de iure canonico.

*De eodem.*

4 ¶Secundò licet Decurio aliàs non poſsit torqueri.d.l.omnes iudices.C.de Decurion. lib.10. poterit

tamen,ſi deliquerit in officio.l.qualiter.eodem titu.

5 ¶Tertiò licet aliàs accuſatus de crimine,non debeat pẽdente cognitione ſuſpendi ab officio.l.reo. & l.quanuis.ff.de ſolut.ſuſpenditur tamen,qui accuſatur de crimine commiſſo in officio.l.quòd ſi fortè.ad fi.& ibi Bart.ff.eo.& §.ſi quis.Inſtit.de ſuſpecto tuto.de quo tamen vide per Aufred.in deciſio.ccclxx.incip.fuit quæſitum ſi aliquis officiarius.

*Ad idem ex aliis.*

6 ¶Quartò licet maior magiſtratus non poſsit aliàs conueniri durante officio.l.2.ff.de in ius vocan.& l.pars literarum.ff.de iudic.& l.nec magiſtratus.ff.de iniur.& c.prohibentur.2.q.1.poterit tamen ex delicto in officio commiſſo conueniri,ipſo durante officio.l.iubemus.& ibi glo.in verbo, adminiſtrat.C.ad leg.Iul.repet.quam gloſ.ad hoc pro ſing.allegat Roma.conſi.ccccxv. quò ad primum an ſyndicus.& eſt quoque tex.in c.iubemus.3.q.3.& c.ſancimus.2.q.7.& in §.ſi quis verò.& §.ſi quis autem.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.quem ita intelligit gloſ.ibi,in verbo,habentes.& etiam Angel. qui illum reputat ſing & iterum in §.illud.eo.tit.& voluit gloſ.& Domin.in c.prohibentur.& glo.in dicta l.2.de in ius vocan.& in d.l.nec magiſtratus.& ibi etiam Bar.& idem Bart.in d.l.nulli.& Bal.in l.mancipia.C.de ſeruis fugit.& Felin.in c.legebatur.col.2.ff.quod met.cau.

*Ex delicto in officio cõmiſſo,magiſtratus durante officio poteſt conueniri.*

7 ¶Quintò licet in delictis opus ſit teſtibus, & probationibus luce meridiana clarioribus.l.vlti.C.de probat.ideóque in ſupplementum probationis nunquam in criminalibus defertur iuramentũ, per not.latè in l.admonendi.ff.de iureiur.tamen quando quis accuſatur de delicto in officio cõmiſſo, ſufficit iuramentum partis,cum ſemiplena probatione,vt not.gloſ.in §.neceſsitatẽ.in verbo, oſtenditur.in auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.de quo per Ioan.Plat.in l.ſi aliquid.C.de ſuſcept.lib.xj.& in l.iudices.C.de dignit.lib.12.

*In ſupplementum probationis in criminalibus,nunquam defertur iuramentum.*

Sextò licet quis de delicto fuerit conuictus, ſiue condemnatus,poterit tamen officium, quod antè habebat,exercere,ex reſcripto principis.l.ſi quis.C.de cohort.lib.12.cum ſimi.hoc tamen non procedit, vbi quis condemnatus eſt de delicto in officio commiſſo: quia non poterit amplius huiuſmodi officium,etiam ex reſcripto principis, exercere.d.l.ſi aliquid. & d.l.iudices. & l.j.C.de officio præf.acti prætor.& l.ij.C.de palat.ſacr.largit.lib.12.cum concord.adductis per glo.in d.l.ſi aliquid.& dicta l.iudices.& C.de ann.& tri.il.iudic.lib.10.

*Conuictus de delicto ex reſcripto poteſt officium ſuum exercere.*

8 ¶Propterea dicit gloſ.notab.in authen.de armis.in princ. & rurſum in l.ſi quis ex argentariis.§.j.& ibi Bart.ff.de edendo. quòd ſi tabellio fuerit condemnatus de delicto,in officio tabellionatus commiſſo,vt de falſo inſtrumento ab ipſo facto, non poterit amplius huiuſmodi officium exercere: ſecus ſi de alio delicto fuerit condemnatus,quod & etiam voluit Barto.in l.iij.§.hac lege.ff.ad legem Iuliam repetund.& in l.non poteſt.ff.de furt.& conſi.clxxiiij.ſed Ioan.de Caſt.& Bal.in l.j.C.de teſtamen.& in l.& militibus.C.de teſtamen.milit.& in l.qui depoſitum.C.depoſi.& in l.in exercendis.col.2.C.de fide inſtrument.Angel.& Imo.in l.infamem.ff.de public.iudic.Ioan.Ana.in cap.fraternitatis.col.3.de hæret.Ioan.Plat.in dicta l.ſi aliquid.& in l.j.C.de imm.nemini conce. col.2.in fi. libro 10.Ange.Aret.in tractatu maleficiorum,in verbo,falſario.col.5.& Iaſon in l.Barbarius.colum. 14.verſi.extra omnem.ff.de officio prætor.

*Tabellio condemnatus de falſo inſtrumento, non poteſt amplius tale officium exercere.*

9 ¶Igitur vt hanc difficultatem tollamus, ita hunc locum breui concludemus, vt in dubiis quis ratione officij excuſetur à dolo,& calumnia:in apertis verò,id eſt,vbi delictum apertum eſt, & certum, tantùm abeſt vt excuſetur, vt etiam grauius puniatur, per ea quæ proximè ſunt dicta. Ideo Bald.in cap.quoniam contra falſam.colum.ix.verſicu.extrà quæro.de probationib.dicit,quòd neceſsitas officij excuſat à præſumpta calumnia, ſed non ab expreſſa. & alibi videlicet conſil. cxix. ſtatuto cauetur,quòd ſi quis.in col.4.eadémque penult.verſic.ſed contra hoc opponitur.lib.2.dicit quod officium non excuſat maleficium,ſed tamen inducit præſumptionem,quod non ſit maleficiũ niſi euidenter appareat,vt dicit not.in dicto §.calumniator.l.athletas.ff.de his qui notan.infa.& in l. in rem.§.tignum.ff.de rei vendi. & in l.meminerint.C.vnde vi.

*In dubiis ratione officij quis à dolo excuſatur.*

10 ¶Sed & hoc quoque intelligendum eſt, in his quæ habent principium licitum, ſi modum quis inconſulto exceſſerit,mitius ſit puniendus,vt dictum eſt in princ.Et conſonat quod ſuprà diximus c.j. de eo qui cùm ſe defenderet, modum defenſionis exceſsit.

*Mitius puniuntur quæ habẽt licitum principium.*

## CAVSA QVINQVAGESIMANONA.

1 QVINQVAGESIMONONO, cùm non poteſt puniri delinquens, quin innocens puniatur,ille potius impunitus debet relinqui, quàm vt hic puniatur.textus eſt in cap.quàm magnum.xxiij.quæſt.iiij.vbi gloſ.notab. malum tolerari ratione boni, & adducit concord.& tex.quoque in cap.ſacris.de ſepultur.ex quo not.Panorm. id quod ſuprà diximus, dicitque facere ad vulgatam quæſtionem de duobus fratribus habentibus domum communem pro indiuiſo,ita quod delinquenti competat pars inferior,innocenti ſuperior,vt videlicet non debeat domus deſtrui ex ſtatuto, iubente domum delinquentis deſtrui.quam quæſtionem commemorat,nec ſoluit, tamen gl.in c.ſed & continuo.de pœnit.diſt.j.vbi vide Archidia.

*Malum toleratur ratione boni.*

2 ¶De qua etiam per Pet.Cyn.& Bal.in l.& ſi ſeuerior.in fi.C.ex quibus cauſis infa.irrog.& Dyn.in l. ſi finita.§.ex hoc edicto.ff.de damno infect.Barto.in l.cum alicui.ante fi.ff.de nego.geſt. & in l. Atheius.§.de eo opere.& ibi Alex.in addit.ff.de aqua pluuiali arcen.Bald.in l.ij.C. quibus cauſis ſer. pro præ.liber.accip.vbi latè comperies,quid in hac re faciendum eſt. Sed quicquid ſit,illud ſemper certum

*Satius impunitũ facinus relinquere,quàm innocentẽ condemnare.*



certum eſt quod in prin.huius cap.diximus. Nam vt dicit tex.not.vulgò tamen notiſsimus in l.abſentem.ff.de pœn.ſanctius eſt impunitũ relinqui facinus nocentis,quàm innocentem damnare.

## CAVSA SEXAGESIMA.

1 SEXAGESIMO, qui crimen commiſit, ſtatim tamen pœnitens omnia in priſtinum ſtatum repoſuit,licet ſit puniendus.l.qui ea mente.ff.de furt.& l. quis ſit fugitiuus.§.j.ff.de ædilitio edict.mitius tamen cum eo agendum eſt, per id quod pulchrè decidit Albericus in vltima parte ſtatutorum, quæſt. lxix.quæro etiam ſuppoſito, quòd ſi quis bannitum receptauerit duobus, vel tribus diebus,& poſteà pœnitens eum prodiderit, præſentaueritque poteſtati, licet ſit puniendus ex forma ſtatuti,huiuſmodi receptationem punientis,per illa iura, & alia quæ allegat,pœna tamen mitigabitur.argu.text. in §.ſed quia delinquentes.in authen.de mandat.princip.& aliis multis §§.illius titu.& l.2.C.de decur.libro 10.& l.ſi ſciuerit.ff.de excuſ.tuto.& per multa quæ illic allegat.

*Delinquens, ſi ſtatim pœniteat,mitius puniendus eſt.*

## CAVSA SEXAGESIMAPRIMA.

1 SEXAGESIMOPRIMO, ſi quis alium lethaliter vulnerauerit,quem alter poſteà occiderit,certè non ea punietur pœna,quam pependiſſet,ſi vulneratus ex ſuo vulnere occubuiſſet,ſcilicet tanquam de occiſo,ſed tantùm de vulnerato.tex.eſt ad literam in l.item Mela.§.Celſus.ff.ad legem Aquil.ex quo not. Bald. mirabilem modum defendendi à morte eum,qui lethaliter alium vulnerauit. Et quãquam plerique faciant illum tex.ſingul.eſt tamen ſimilis in l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus. & ibi Docto.eodem titu.& voluit gloſ.in cap.ſignificaſti.eius initij ij.in verbo, quòd ſi diſcerni. de homicid.vbi tamen diſtinguit inter ius ciuile,& canonicum.& Bal.in l.ita vulneratus.eodem quoque titu.vbi refert aduocatum quempiam conſuluiſſe alicui,qui alterum lethaliter vulneraſſet, vt illum faceret interimi per tertium,vt pœnam mortis euaderet:propterea (ait) dignum illius aduocati præmium erat laqueus. & Roman. in ſingul.158.quidam fuit vulneratus.vbi recenſet ſe quempiam à morte liberaſſe,ex eóque lucratum fuiſſe cappam ſericeam.& Ioan. Ana.in cap.ſignificaſti. eius initij 2.col.4.verſicu.tunc eo caſu.de homicid.vbi refert illud Bal.vbi ſuprà.& Franciſc.Crem. ſingul.lv.quidam malus aduocatus.& Alexan.in l.ſi ab hoſtibus.ff.ſoluto matrimo.& Fely.in cap. de cætero.de homicid.& Hippol.Marſil.in l.j.col.xj.verſi.decimoquintò limita.ff.ad leg.Corne.de ſicar.& in l.nihil intereſt.col.4.verſ.vlterius quia dicitur.eo.tit.& rurſum in l.ſi in rixa.col.v.verſi. vlterius inquantum.Super hoc tamẽ vide Floria.in d.§.Celſus.& in dicta l.ita vulneratus.& Cæpo. cautela xx.quidam tradunt mirabilem cautelam.& Iaſ.in dicta l.ſi ab hoſtibus.col.pen.

*Quando quis puniendus tanquam de occiſo aut de uulnerato tantùm.*

## CAVSA SEXAGESIMASECVNDA.

1 SEXAGESIMOSECVNDO, ſi duo ſe mutuò vulnerarint, nec conſtat vter eorum prouocauerit, neuter punietur,ſecundum gloſ.in l.j.§.cùm arietes.ff.ſi quadrupes pauper.feciſſe dicat.per tex.in l.ſcientiam.§.cùm ſtramenta.ff.ad legem Aquil.ſequuntur Iacob.Are.Barto.Bald.Fulgoſ.& Alex.in addit.ad Barto.in dicto §.cùm arietes.& Bald.diſtinguens in l.vt vim.ad fi.ff.de iuſtitia & iure. & in l.j.in xij.quæſt.C.vnde vi.Imo.in l.ſemel mora.ff.ſolu.matr.& in cap.ſignificaſti, eius initij 2.in pen.char.verſi.ſatis eſt de eo.de homic.Roma.loquens de iniuria verbali in pari caſu,in l.cum mulier.col.31.verſi.nemo amplius.ff.ſolu.matr.de quo tamen vide ipſum Bal.in dicto §. cum arietes.& in dicta l.j.C.vnde vi.& Corne.conſi.cclxxiiij.videtur prima facie.col.pe.in fi.& ſeq. lib.j.& Marian.in repet.c.ad audientiam.in 21.q.7.q.princip.de homicid.

*Neuter punitur,ſi duo uulnerarunt, & neſcitur aliter uter prouocauit.*

2 ¶Ex hoc autem ſubinfert Barto.in dicto §.cùm arietes. & poſt eum Floria. quòd ſi duo pacem fecerunt,vel promiſerunt ſe ſub pœna non offendere,& poſtea ſe inuicem offenderint, nec conſtat vter prior fecerit, neuter tenebitur de pace rupta.Et idem voluit Bartolus in l.cùm pater.§.libertis.in fi.ff.de legatis ij.& in dicta l.ſemel mora. vbi loquitur de ſimili caſu, ad idque ibi allegat bonum textum in cap.conſtitutus.de pœnis.& poſt ipſum Roma. Barto.in dicto §.libertis. & Felyn. in c.dilecti. col.vlt.de excep.

*Idem de ſtatuto pacis ſuper non offendendo.*

3 ¶Nec tamen omittendum, quod ipſe Floria. in dicto §.cùm arietes. veluti oblitus eius quod diximus ex eo.& Bart.de pace rupta,ſtatim poſtea dicit,quòd ſi duo ſe mutuò percuſſerunt, non fiet in dubio abſolutio,ſed vterque condemnabitur,per l.quemadmodum.§.ſi nauis alteram.ff.ad legem Aquil. Quod omnino à ratione abeſt.

*Mutuo duobus ſe percutientibus, uterque condemnabitur.*

## CAVSA SEXAGESIMATERTIA.

1 SEXAGESIMOTERTIO, ſi certum ſit, vnum ex pluribus aliquem interemiſſe, vel aliud delictum commiſiſſe, nec tamen conſtet quis eorum fecerit, nullus puniendus eſt.Ita voluit gloſ.notab.in l.item Mela.§.ſed & ſi ſeruum plures.ff.ad legem Aquil. per l.abſentem.ff.de pœnis.& gloſ.in cap.quieſcamus.xlij.diſt.& in c.nolite. in verbo,

*Nullus puniendus, cum certũ eſt unũ ex pluribus aliquem interemiſſe.*

triticum.xj.quæſt.iij.& Specul.titu.de homicid.§.j.verſicu.pone quatuor.

*De eodem ex aliis iuribus.*

2 ¶Sed quia contra hoc videtur eſſe text.in dicto §.ſed & ſi ſeruum.& cap.ſignificaſti.huius initij ij. verſic.quòd ſi diſcerni.de homicid.& hoc latius patet, quàm vt breuibus poſsim concludere, ideo ne ſi pergam eſſe longior,faſtidium pariam, vide gloſ.in cap. cupientes.§.cæterùm.in verbo, qui culpabiles.& ibi Archidiac. de electionib. libro 6. Dyn.in cap.in obſcuris. de regulis iuris.eodem libro. Alber.Gand. in tractatu maleficiorum,tit.de homicid.& eorum pœnis.colum.6.in fi.in paruis.Specul.in titu.de iudic.deleg.verſic.vltra alias.iuxta verſic.quid ſi in rixa.& in titu.de homicid. §.j.verſi.ſed pone quod tutor.Cyn.Ioan.Faber in l.quoniam.C.ad legem Iuliam de vi publi. Bart. Angel.& omnino Hippolyt.Marſil.in l.vlti.ff.ad legem Corneliam de ſicariis. Barto.Bald.Ange.in l.ita vulneratus.in fi.ff.ad legem Aquiliam.Alberic.in tractatu ſtatutorum,in iij.parte quæſt.lxj.Bal. in l.qui ſeruo.§.vlti.ff.de furt.& in l.non ideo.in antepenult.quæſt.verſic.ſed iuxta hoc venit.C.de accuſationib.& in l.ſi certus.cum l.ſequen.ff.ad ſenatuſconſultum Syllanianum. & conſilio ccclxj. libro j.Angelus in l.reos.ff.de duobus reis.Imo.in clemen.j.col.vlt.verſic.tertiò quærit.de homicid. Floria.in dicta l.item Mela.§.ſed & ſi.ff.ad legem Aquil.Salyc.Gaſpar de Calder.& Pet.Anch.inter conſi.ipſius Pet.conſi.ccxvj.nos Bartholomæus,& Rapha.Cuman.conſi.cxxxiiij. viſis totius controuerſiæ.col.2.poſt princ.& iterum paulò pòſt in verſic.quamobrem.Roman.conſi.ccccj.eo præſuppoſito.Marianus in repet.cap.ad audientiam. in xxx.quæſt. & item in xxxix.vij.quæſt. princip. de homicid.& Alexan.conſi.xv.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ. libro j.& conſil.50. colum.2. verſicu.quarto dato.& colum.vlti.verſicu.non obſtat vltimum.eodem libro j.& conſil.xiiij. ponderatis narratis.colum.2.verſi.ſunt prætereà multæ.& conſi.ij.viſo proceſſu.colum.j.in fi.& ſeq.lib.7. Felyn.poſt alios in dicto cap.ſignificaſti.eius initij 2.col.3.verſic. nota ibi de homicid. & Hippoly. Marſi.in l.j.col.xj.verſi.xvj.ff.ad legem Corneliam de ſicar.& in rub.de probationib.colum.lxxxiij. verſic.item redeundo.& colum.ſequen.verſic.non omitto.& ſingul.ccxvij.vide omnino Alexan.in l.j.col.8.ff.ſi cert.pet.& conſi.xv.col.3.verſi.quartò moueret.

## CAVSA SEXAGESIMAQVARTA.

*Damnatus ad mortem, ſi laqueo rupto in terram ceciderit, liberandúsne ſit.*

1 SEXAGESIMOQVARTO, ſi damnatus ad mortem laquei, laqueo ipſo rupto in terram cecidit, credendum eſt illud factum eſſe miraculosè in dubio, cùm ipſe proteſtatus fuiſſet de innocentia: & ideo eſt liberandus, vt per multa decidit Lucas Pen. in l.j.col. 7. verſicu. ſed pone damnatus eſt aliquis.C.de deſer. & occul.libro 12.& ſequitur & dicit not. Philippus Decius in l. fauorabiliores. in fi.ff.de regulis iuris.

Huic operi noſtro iuſtiſsimum finem adfert ruptus laqueus.

ANDREAE



# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS, TRACTATVS DE PRIVILEGIIS PIAE CAVSAE.

## CLARISSIMO, OMNIQVE VIRTVTE PRAESTANTISSIMO AEGIDIO BOVRDINO, IN SVPREMO LVTEtiæ Senatu cognitori Regio generali, *Andreas Tiraquellus, Andreæ Tiraquelli autoris filius, S.*

GRAVIS ac ſancta muneris tui functio efficit, iuſtitiæ, omnis æquitatíſque aſſertor integerrime, vt tutò in manus omnium veniat Priuilegiorum piæ cauſæ tractatus,à patre meo optimo poſthumus relictus:perfectus tamen & abſolutus non ita, atque ſi mors tam citò operi non inuidiſſet. Qualis tamen ſit,eum defuncti manes vnà mecum præſtantiæ tuæ deuouent,nominíque nũcupant tuo: cùm pietati retinendæ,augendæ,ac propugnandę ſedulò inuigiles, tum quòd ipſius operis titulus omnem à ſe liuorem excludat,benignéque omnium manibus iure excipi poſsit: vtpote qui quantum priſca tempora pietati fauerint,ſatis apertè oſtẽdat.Et licet longè diuerſum à pietate opus aliquod ederetur (vt multa pro affectu cuiuſque, & ſtudiorum varietate in dies videmus) tamen adeò fœliciter poſt tuam de eo cenſuram in publicum exiret, vt doctiſsimo cuique nil niſi mox loquendi ingens cupiditas obreperet:ita iudicium tuum,eruditionem,facundiam ſuſpiciunt,ac admirantur omnes. Quæ ornamenta tua, immo vniuerſi Senatus,totiúsque Reipub.etſi ſplendoris plurimum tibi adferant, nihil tamen ęquè emicat, atque ſinceritas & integritas tua: quam in omnibus, qualiacunque ſint,expediendis negotiis, ſiue publicis, ſiue priuatis, tam ſanctè, ac religiosè retines,vt nemini ob id minus charus non ſis, quàm vtilis. Plura de te ſuggerit non tam hominum fama percelebris, quàm veritas ipſa, quæ tamen conſultò ſupprimam, ne vel adulationis ſuſpitionem incurram, vel prolixitate, quam euitare non poſſem, moleſtus ſim. Finiero igitur, ſi te (quod non rogatus facies) rogauerim, vt fauorem tuum, pię cauſæ fauori, adiicias, tuáque pro humanitate credas me tam tui beneuolum, quàm nemini non charus, & venerandus es. Vale.

# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN PARISIENSI CVRIA SENATORIS,

## *De priuilegiis piæ cauſæ Tractatus, lucem adferens non mediocrem obſcuritati cap. Cùm eſſes. & cap. Relatum. de teſtam. extrà.*

### PRAEFATIO.

1 *Pietas ad omnia utilis.*

PIETAS, quæ ex Diuo Paulo ad omnia vtilis eſt, & cuius exercitiū tam ſedulò, ac diligenter omnibus ad Chriſtum aſpirantibus commendatur, veteribus noſtris Iureconſultis tanto fuit ſtudio, ac curæ, vt huius intuitu ac contemplatione permulta, ne dicam propè innumerabilia, priuilegia introduxerint: quorum tam frequens in omni iuris parte fit mentio, vt quot, & quæ ea ſint, quæ potiſsimùm recepta ſunt, non inutile fuerit paucis recenſere, ſimúlque aliquantulum: immorari in interpretatione cap. cùm eſſes. & cap. relatum. extra de teſtamen. Quæ duo capita multùm faciunt ad rem, quam paramus: in quorum intellectu obſcurus adeò Labyrinthus verſatur, vt hactenus multos, & eos quidem diuerſos admodum ſenſus, à ſcriptoribus acceperint. Antequā tamen eorum interpretationem aggrediamur, in primis quæ dicantur piæ cauſæ, ſiue quid relictum piū cenſeatur, vel relictum ad pias cauſas, ideamus.

2 *Relicta monaſterio uel eccleſiæ, cēſentur relicta ad pias cauſas.*

¶Primùm igitur incipiemus ab his, quæ eccleſiæ, vel monaſterio relinquuntur, quæ ob id ad pias cauſas relicta dicuntur, vt voluit Spec. tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua. verſi. & ſcias quòd inter relicta. & Bal. in authen. ſimiliter. in princ. C. ad leg. Falcid. Roma. conſi. ccxxxv. quo ad primum. col. 2. & omnes vbique.

3 ¶Sed & non ſolùm quod relinquitur monaſterio in genere, ſed & quod relinquitur vni cuipiā monacho, dicitur quoque ad pias cauſas, ſi fiat intuitu pietatis, non contemplatione conſanguinitatis, aut amicitiæ, vt dicit Bal. in l. j. in lectu. col. 4. verſi. circa perſonam. C. de ſacroſanct. eccleſ. per notata in l. illud. C. eodem titu. argu. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ff. de excuſat. tutor. & in cap. requiſiſti. de teſtam. & not. in l. Lucius Titius inteſtato. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. & idem tenet Panor. in rub. de teſtamen.

4 *Hoſpitali relictum, dicitur ad pias cauſas relictum.*

¶Item relictum hoſpitali dicitur ad pias cauſas: quia & hoſpitale dicitur pius locus, vt voluit Archid. in c. ſi ex laicis. x. q. j. Specu. vbi ſuprà. Ioan. And. in cap. Ioannes. col. 2. in verſi. piis. de teſtam. Bal. in dicta authen. ſimiliter. & in l. orphanotrophos. in fi. C. de epiſco. & cler. & Panor. in c. cùm ſit generale. in ſecundo notab. de foro compet. Pau. Caſt. conſi. iiij. dicendum eſt, lib. 2. & conſi. lix. quędam mulier condidit. verſi. in contrarium. & iterum col. vlti. ante fin. lib. 5. Petr. Peruſ. in tractatu canonicæ epiſcopalis, in x. cap. Cardin. Floren. conſi. cxxj. ad primum reſpondeo. in prin. Bened. Cap. conſi. xviij. incip. viſo & conſiderato. col. pen. & conſi. liiij. hoc caput circa primum quæſitum, col. 3. Alex. conſi. ccx. ſtatutis accuratè perſpectis. in prin. lib. 2. & conſi. cxc. plura narrata ſunt. col. 4. lib. 6. Bart. conſi. xv. incip. Deum inuocent. col. j. libro 3. Corne. conſi. cxl. circa hanc conſultationem. col. 2. verſi. circa Falcidiam. lib. j. Philip. Dec. conſi. cclxxiij. in caſu propoſito. in prin. & eſt bonus tex. in d. l. orphanotrophos. & in l. ſancimus. huius initij 2. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. omnia. & quod ibi dicit. Barto. C. de epiſc. & cler.

5 *Modò hoſpitale ſit inſtitutū authoritate epiſcopi.*

¶Id quod plerique intelligunt procedere, modò hoſpitale ſit conſtructum authoritate epiſcopi, aut certè illi cōſtructo, accedat ipſius authoritas, aliàs ſecus. Ita voluit Bal. in auth. hoc ius porrectū. col. 2. C. de ſacroſan. ecc. & cōſi. ccccl xv. in ciuitate Brixię, li. j. & cōſi. cxvj. ordinatio teſtamēti. in prin. li. 4. & conſi. cccxx. præmittendū eſt, lib. 5. Ang. cōſi. cccviij. primò videre oportet. poſt prin. Pau. Caſt. in d. l. orphanotrophos. in prin. Alex. cōſi. cxx. ſuper eo quod quæritur. col. 2. verſi. poſſet etiā reſponderi. lib. j. & Bened. Cap. latè conſi. xcvij. punctus cōmunis, per totū. Et pro his facit quod not. glo. in cle. quia cōtingit. §. vlt. in gl. pe. & ibi Pet. Anch. de relig. domi. & Hoſt. in ſumma tit. de regular. §. nō tamen. verſi. quid de ruſticis. & in tit. de relig. domi. §. ij. ante fi. & §. iij. Spec. tit. de ſtatu monac. verſi. xxxvj. Bal. in l. ſi quis ad declinandam. col. antepe. verſi. ſed iuxta hoc quæro. C. de epiſ. & cler. & in l. deberi. verſi. item eſt argum. C. de fideicom. liber. Ange. conſi. cxiij. an canonica. Imo. in cap. officij. charta antepenul. de teſtam. Dominic. in cap. 2. de reſtitut. in integr. lib. 6. Cardin. Floren. conſi. xiij. in ciuitate Vrbinatenſi. Panor. in c. de xenodochiis. & in c. ad hæc. de relig. domib. & Alex. conſi. ix. viſis dicto themate. in prin. lib. 2. Fely. in c. de quarta. col. 2. de præſcript.

¶Sed alij



*Alij indiſtinctè tenent, ſiue hoſpitale ſit inſtitutum authoritate epiſcopi, ſiue non.*

6 ¶Sed alij indiſtinctè tenent, ſiue hoſpitale ſit inſtitutum authoritate epiſcopi, ſiue non: eſſe tamen, & dici pium locum, licet non eccleſiaſticum, aut religioſum, vel ſacrum: quia in eo exercentur opera pietatis. Et ita voluit expreſsè Bald. conſi. ccccl xv. in ciuitate Brixię, lib. j & conſi. v. hoc initio, quidam ciues, lib. 3. Ange. conſi. cxvij. in canonica portione. col. 2. & conſi. ccclxxxiiij. quod incip. Papinius. col. j. Pet. Ancha. conſi. cxxix. ſuper primo dubio prima facie videtur, col. j. & conſi. cccxxxvij. de efficacia. col. 3. Panor. in dicto c. de xenodochiis. & Pau. Caſtr. conſi. clxvij. præſuppoſita pro vera opinione. lib. 2. & Rom. conſi. ccccl vij. in caſu propoſitæ conſultationis. col. vlt. verſi. vnum eſt quod refragatur. Barto. conſil. j. col. 7. & multis ſeq. lib. 4. & Fely. in d. c. de quarta. col. 2. & iterum col. 4. de præſcr. & Steph. Bertran. conſi. ccxliiij. viſo proceſſu. nu. 3. lib. 1. Et Panor. conſi. lv. in quæſtione quæ vertitur, col. 2. verſi. & primò adiura. lib. 1. Franc. Curtius iunior conſil. xx.

*Relictum fraternitatibus, cenſetur relictum ad pias cauſas.*

7 ¶Item relictum fraternitatibus, dicitur ad pias cauſas, vt voluit Petr. Peruſ. in ſuo tractatu, de quarta canonica. Panor. conſi. xxxj. ad claram deciſionem omnium difficultatum, col. 2. verſ. venio ad ſecundum. lib. j. & iterum conſi. xxxij. cuius eſt initium, circa duo dubia, col. 2. verſi. ſubſtitutio verò facta vt teſtator. lib. 2. & Pau. Caſt. conſi. v. dicendum eſt quòd dicta fraternitas, in prin. lib. 2. & conſil. xij. hoc capite præſens conſultatio nulla, ad fi. eod. lib. 2. & ita ſentit Specu. in dicto verſic. & ſcias. & Ioan. And. in c. Ioannes. de teſta. dum loquuntur generaliter de quibuſcunque locis, in quibus exercentur opera charitatis, & expreſsius Bar. in l. j. §. ſed religionis cauſa. ff. de colleg. & corporib. & Ange. in repet. l. j. C. de fide inſtru. & iure haſt. fiſcal. lib. 10. Benedict. Cap. conſi. cxv. cùm prout in facto præſupponitur. col. vlti. (vide Archid. in c. ſi quis. lxij. diſt.) & nouiſsimè Philip. Dec. conſi. lxxij. viſo puncto. col. 2. verſi. tertiò principaliter.

*Fraternitas nō dicitur propriè pium collegium.*

8 ¶Contrarium tamen tenet Bal. in dicta l. illud. col. j. verſi. quod de eo. C. de ſacroſanct. eccl. dum dicit, quòd fraternitas non dicitur propriè pium collegium, per illum text. in verbo, nulli. quod dicit menti tenendum, & in authen. hoc ius porrectum. col. 2. verſi. ſecundò quæro. C. eo. titu. & in l. id quod pauperibus. in xxj. quæſt. C. de epiſco. & cler. & conſi. cxxxiij. factum ſuper quo. lib. 2. & conſi. xciiij. in dicto teſtamento. libro 3. & conſi. clxij. quidam Franciſcus, in quarto dubio, libro v. & Imo. & Panor. in dicto c. officij. de teſtamen. Card. Flor. dicto conſi. xiij. & Corneus conſi. cxix. circa primum conſultationis articulum. col. 8. verſi. tamen his non obſtantibus. libro 2. & conſi. xviij. circa hanc conſultationem. col. 2. verſi. quinimo ceſſantibus etiam prædictis. & col. v. verſi. ideo ex his eſt concludendum. lib. 4. & conſi. ccxcvij. videtur quod dicta fraternitas. col. 2. ver. item dicta fraternitas. eodem libro 4. & conſi. ccclxx. in hac conſultatione. ad fi. eod. libro 4. & Bened. Cap. conſil. xx. punctus, quidam Franciſcus, col. vlti. & iterum dicto conſi. liiij. col. 3. & Philip. Franc. qui hoc dicit ſing. in c. j. col. 3. de rebus eccleſ. non alien. libro 6. Cuius rei veritas ex eo pendet, quod ſcribit idem Bal. in l. ſi quis ad declinandam. col. 4. verſi. deinde quæritur de tali quæſtione. eo. tit. ibi vide, & Alex. conſi. cij. ſuper primo quæſito, in primo dubio, lib. 7. & Socin. conſi. lxxxij. in cauſa vertente. col. pen. verſi. ſed difficultas. lib. 4. & Corn. conſi. ccclxxx. pro deciſione præſentis. col. 3. in fi. & ſeq. lib. 3. (& vide etiam Card. Flor. in ſuprà citato conſi. xiij. in ciuitate Vrbinatenſi, ) & Franc. Balb. in tractatu præſcriptionis in j. parte v. partis. col. 2. verſi. & ſignanter dicit pium.

*Relicta pauperibus, computantur inter legata ad pias cauſas.*

9 ¶Item relicta pauperibus, computantur inter legata ad pias cauſas. Spec. in dicto §. & ſcias. Bal. in dicta authen. ſimiliter. & ibi Roma. in repet. col. j. & ipſe Bal. in l. illud. col. xiiij. & ibi Pau. Caſt. C. de ſacroſanct. eccl. & in hoc omnes conueniunt. Et quidem optima cauſa: nam bona pauperum æquiparantur bonis eccleſiarum, vt latè per Panor. in c. nihil. de præſcrip. & Fely. qui alios allegat in c. de quarta. col. 4. eo. tit. Quin bona eccleſiarum, & clericorum, ſunt & pauperum. c. aurum eccleſia habet. xij. q. ij. & c. vlt. in prin. quoniam quicquid. & ibi gl. xvj. q. j. Et pauperes ipſi ſunt theſaurus Chriſti, vt aſſerit D. Laurentius.

*Quod procedit etiā ſi relictū ſit pauperi exiſtimato, cū eſſet diues.*

10 ¶Et hoc adeo procedit, quòd ſi quis relinquat cauſa pietatis alicui, quem credit eſſe pauperē, cùm ſit diues, iſtud reputabitur relictum ad pias cauſas, quantum ad relinquentem, vt voluit Bart. in repet. l. j. in 2. q. 2. q. prin. in fi. C. de ſacroſanct. ecc per c. quieſcamus. xlij. diſt. Sed fortè, inquit, eſſent ei legata auferenda, & in alium vſum conuertenda, arg. l. legatū. ff. de vſufru. lega. Verùm Bald. ibi (vt ſemper in ea l.) col. x. verſi. ſuper quinta quæſtione. in repet. Bart. mordet, dicentem hoc poſtremū eſſe falſum, quia imò tale legatum pro non ſcripto habendum eſt, quo ad illum cui relictum eſt, per l. eam quam. C. de fideicom. & l. pater filium. §. Tuſculanus. ff. de lega. iij. Nec tamen defuit, ſed remanet relictum imperſonale, quod valet ad pias cauſas, per c. cùm tibi. de teſtam. & l. nulli. C. de epiſc. & cler. & non conuertitur in alium vſum, ſed ad eundem caſum, vnde cùm pauperi exiſtimato relictum ſit, dabitur pauperi: quia cùm poſſumus ad vſum deſtinatum vti, nō poſſumus in alium conuertere. clem. quia contingit. de relig. domib.

*Relictum imperſonale, ualet fauore piæ cauſæ.*

*Viduis & alijs miſerabilibus perſonis relicta, cenſentur in piā cauſam relicta.*

11 ¶Item relicta viduis, & aliis miſerabilibus perſonis, vt voluit Spec. vbi ſuprà, & Bald. dicta auth. ſimiliter. & Pet. Peru. in tracta. cano. cap. 10. & Firmia. in tracta. de epiſcopo. in 4. parte libri 4. q. xxxj. verſi. congruenter hîc dicendum. & Franc. Aret. in l. j. C. de ſacroſanct. ecc. & ante hos gloſ. in c. vlt. in verbo, pietas. de fer. quæ ſub pietate, de qua ibi tex. loquitur, reponit dictum, miſerabilium perſonarum. Quod & ex eo ſatis comprobatur, quòd ſacræ literæ æquiparant viduas, pupillos, & pauperes: ſcribitur enim Hierem. 5. Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicarūt, ex quo etiam patet, quòd relictum pupillis, dicatur in piam cauſam: nam & ſæpe aliàs vltra locum illum, ſacræ literæ æquiparant pupillos & viduas.

¶Et videtur

*De eadem re.*

12 ¶Et videtur hoc cõprobare tex.in l.j.C.quando Imper.inter pupil.& vid.& rubr.illius tit.quòd pupillus ſit ex miſerabilibus perſonis.quod expreſsè voluit Alex.in l.Titiæ textores.in princ.ff.de legat.j.& quod ei relictum eſt,cenſetur pium,tenet Card.Flor.in cle.j.in xiij.q.de teſta.vbi & idem dicit de orphanis.Tamen intellige procedere,cùm pupillus eſt pauper,& orphanus,ſecundum gl.in c.omnis ætas.in gl.vlt.xij.q.j.& Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.& ſcias.Card.Imo.& alij in c.ſignificantibus.de offic.deleg.Alex.conſi.cxxj.viſo proceſſu cauſæ vertentis.col.vlt.lib.j.& Iaſ.in d.l.Titiæ textores.col.pen.vide Ioan.Andr.in c.ex tenore.de foro compet.Quæ autem dicantur miſerabiles perſonæ,vide per Bar.in d.l.j.C.quando Imper.inter pupil.& vid.Inn.& Panor.poſt alios in c.ſignificantibus.de offic.deleg.Panor.in c.ſuper quibuſdam.de verb.ſign.

*Quod pro anima relictum eſt,dicendum eſt pium.*

13 ¶Item relictum pro anima,per tex.in §.ſi vnum de prædictis.verſi.occaſionẽ autem.in auth.vt cùm de appel.cogn.in illis verbis,& ipſorum quoque animæ,ex hac cauſa piiſsima ſubleuentur, vt voluit gl.in l.ſi quis Titio.& ibi Bart.& alij recentiores poſt eum, ff.de legat.ij.Bart.in d.l.j.& ibi Bal.qui illam dicit ſingu.in lectu.col.2.C.de ſacroſan.eccl.Bar.in l.Lucius.ff.de alim.& cib.leg.Bal.in l.ſi quis ad declinandam.col.j.C.de epiſc.& cler.& in dicta auth.ſimiliter.& in l.& in legatis. in princ.C.ad leg.Falci.& in l.vlt.§.ſed & ſi quis.col.4.verſi.pone filius.C.commu.de legat.& in l.hæreditas.§.ſi defuncto.& ibi etiam Ange.ff.de petit.hære.& in c.vlt.in fi.de dilat.vbi ad hoc dicit glo.in d.l.ſi quis Titio.ſingu.& in c.j.§.donare.poſt prin.tit.qualiter olim feud.ali.po. & conſi.cclxxv.ſi quis iuris ciuilis.col.vlt.lib.3.Pet.Anch.conſi.cxliiij.præfatis nominibus.col.j.Panor.in rub. de teſta.col.3.verſi.ſed nunc quæritur.& in c.relatum.huius initij j.col.vlt.& in c.requiſiſti.in j.not.eo.tit.Flor.in l.cùm quidam.§.ſi dies.ff.de vſur.Pau.Caſt.conſi.clxvij.lib.2.vbi ad hoc dicit illam glo. reputari ſingul.& Roma.conſi.lxix.viſo quæſtionis themate.poſt prin.Soc.conſi.cxvj.non poteſt negari.col. pe.verſ.primus eſt.Barb.qui & illam glo.dicit ſingu.conſi.lxxj.illud in medium referam.col.6.lib.3. & Philip.Corn.conſi.xxxviij. pro deciſione.col.3.in fi.lib.3.& iterum conſi.cccxxij.ardua plurimum.col.4.verſi.in contrariam partem. lib.3.

*Relictum etiã conſanguineo, uel amico pauperi cenſetur pium.*

14 ¶Quod adeò verum eſt,vt ſi pro anima relinquatur,etiam conſanguineo,vel amico pauperi, dicitur relictum ad pias cauſas,vt voluit gl.not.in c.2.de ſepult.quam ſequitur & reputat ſing. Bal.in l.j.col.2.in lectu.& ibi Pau.Caſt.in fi.C.de ſacroſan.ecc.& voluit Ioan.And.in addit.Spec.tit. de inſtru.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.& ſcias quod tunc.in addit.quæ incipit,ad iſtum finem.& omnes quos ſtatim allegabimus,& Alex.conſi.clviij.viſo teſtamento ad fi.lib.7.Secus ſi conſanguineo,aut amico diuiti:quia licet dicatur pro anima,non tamen reputabitur ad pias cauſas, ſed magis præſumetur factum contemplatione conſanguinitatis,amicitiæ,aut alterius non piæ cauſæ,vt voluit glo.in l.illud.& ibi Bal.& Pau.Caſt.C.de ſacroſanct.ecc.Barto.in repet.d.l.j.in 2. q.2.q. princ.& Bald.in d.auth.ſimiliter.& ibi Rom.col.j.idem Bal.in l.ſi hæres.in 2.notab.ff.de cond.cauſa data.& in dicta l.ſi quis Titio.& ibi etiam Imo.ff.de lega.ij.& in c.de priore.de app.vbi dicit ſingu.illam gl.& conſi.viij.licet mulieres.lib.5.& conſi.ccxxx.teſtamentum de quo quæritur.eo.lib.5.& Lapus alleg.xcij.in primis videndum eſt.in j.dubio,vbi rationem reddit,quia pietas non ſtat in nomine pietatis,ſed in ſubſtantia veritatis,per l.cum hi.§.ſed & perſonarum.& §.ſi in annos ff.de tranſact.& l.j.C.de mendi.valid.lib.xj.& idem quoque voluit Pau.Caſt.conſ.ccccxlj.viſo puncto,& allegationibus,in 2.dubio,poſt prin.lib.2.Cardi.qui eam gloſ.dicit ſingul.in c.tua.de teſtam.in c.de priore.de appel.Petr.Anch.conſi.xxv.videtur prima facie.col.2.Panor.in dicta rub.de teſta.& dicto c.requiſiſti.& conſi.lxiij quædã domina.col.3.verſi.hoc etiam firmatur.lib.2.& Barb.conſi.lviij. clementiſsimi Dei.col.antepen.lib.1.Steph.Bertran.conſi.ccv.ſic eſt verum.col.j.nu.3.4.& 5.lib.2.& conſi.lxxxij. quoniam reperio.col.j.lib.3.& è Theologis D.Thomas in q.4.q.xxxij. artic.7.

*Pietas conſiſtit in ſubſtantia ueritatis.*

*Maior pietas exercenda eſt in conſanguineos pauperes, quàm in externos.*

15 ¶Et facit pro prima parte:nam maior pietas debet exerceri in cõſanguineos pauperes, quàm in externos.c.non ſatis eſt bene velle.lxxxvj.diſt.Et ideo executor deputatus ad diſtribuendum pauperibus,poteſt eligere pauperes conſanguineos teſtatoris,vt voluerunt Bal.Ange.& Imo.in l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſtit.Imo.in l.captatorias.ff.eo.tit.Pet.Anch.in d.c.cùm tibi.de teſta. Alexan. in l.diui.ff.ad leg.Falcid.Qui & ipſi dicunt procedere in filio ſpurio teſtatoris, paupere,ſicuti etiam voluit Ioan.And.in dicto §.nunc verò aliqua.in vlti.char.in addit. quæ incipit,continuata. & Bal.in l.id quod pauperibus.col.pen.& vlt.C.de epiſc.& cler.& conſi.xcj.videtur quòd electio.lib.j.& conſil.clxij.quidam Franciſcus.ad fi.lib.5.Ange.& Imo.in l.Lucius Titius.§.in teſtamento.ff.de leg.j.& vide quæ dicam infrà vbi de alimentis.

*Reſtrictio præcedentium.*

16 ¶Quod tamen intelligendum eſt duobus modis, primò, vt procedat in terminis, in quibus loquimur,videlicet quando conſanguineo pauperi relinquitur nominatim pro anima,aut etiam alia pia cauſa : quia tunc dicetur legatum ad pias cauſas, non obſtante qualitate conſanguinitatis, per ea quæ diximus. At ſi ſimpliciter relinquat conſanguineo, etiam pauperi, ſine expreſsione piæ cauſæ,non reputabitur ad pias cauſas, quin magis videtur fuiſſe relictum contemplatione, & fauore conſanguinitatis,per tex.in d.l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſ.tuto. vbi concurrentibus pluribus præſumptionibus,illa anteponitur,quæ ex coniunctione ſanguinis inſurgit, ſicuti & voluit Bald.in auth.ex teſtamento.col.3.C.de collatio.dùm dicit,quòd inter coniunctos, cùm aliquid confertur, præſumitur fieri ex naturali affectu magis, quàm ob aliam cauſam, per multa iura quæ allegat, & hoc expreſsè voluit Bal.in dicta auth.ſimiliter.verſi.quid ſi donatio.& ibi etiam Roma.col.j.ſed cura iſtud incidenter.vbi & ad hoc allegat cap.requiſiſti.de teſtam.& c.pontificis.xij.quæſtio.3.& latè

Philip.



Philip.Dec.conſi.cxx.diuino & c.conſideratis omnibus.col.vlt. & latiùs diximus in noſtra repe.l.ſi vnquam.in verbo, donatione largitus.

*Donatum filio benemerito, cẽſetur ei ob benemerita donatum.*

17 ¶Sed ſi hoc omnino eſt ſine dubio,quia cùm anima cæteris rebus ſit anteponenda, per l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccl.cap.cùm infirmitas.de pœnit.& remiſſ.& ibi concordan.videtur teſtator ſubſiſtente cauſa paupertatis, potius conſideraſſe eam cauſam quæ animam reſpicit, quàm ſanguinis coniunctionem,per multa quæ in ſimili ſuprà ſæpius diximus.Quin gloſ.in l.ſi donatione.quam ibi omnes ſequuntur.C.de collation.voluit,quòd ſi pater daret filio bene merito,licet non exprimat, quòd faciat propter benemerita,in dubio tamen præſumitur ob eam cauſam facere, vt alibi etiam diximus.Et haud dubiè in vno caſu dicerem videri,in dubio magis relictũ fauore pię cauſæ,quàm conſanguinitatis;quando aliàs relictum non valeret,per id quod in ſimili voluerunt Bald. Fulgoſ.& Iaſ.in l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pactis.Imo.& Rapha.Cuma.in l.quod dicitur.ff.de verb. obli. Quãquam autem relictum vtroque modo valeret,cogitandum relinquo.Neque enim audeo contra tot tantæ authoritatis viros tenere.

*Diues non tam ſecundum facultates, quàm qualitatem ſuæ perſonæ habendus eſt.*

18 ¶Intellige ſecũdò,quod de diuite diximus,vt procedat in eo qui ſatis diues eſt,pro ratione ſuæ conditionis,ſiue ſtatus,aut generis.Nam ſi quis ſatis bonorũ habeat,vt poſsit viuere,nõ tamẽ ſecũdum conditionẽ,& qualitatẽ ſuæ perſonæ,is pro paupere habẽdus:& quòd illi ea conſideratione,& cauſa relinquitur,cẽſetur relictũ ad pias caſus.Ita voluit Bar.in rep.d.l.j.in 2.q.2.q.prin.C.de ſacroſan.ecc.poſt D.Tho.quo loco nuper citauimus.& Bal.in repet.d.l.j.col.x.verſic.ſuper 5.q.C. de ſacroſanct.eccl.& in l.ſi quis declinandam.col.2.verſi.circa tertium.per tex.ibi,quem ad hoc notabiliter dicit,C.de epiſc.& cler.vbi loquitur de nobili,qui ſatis bonorum habet vt viuere poſsit,ſed non pro ratione ſuæ dignitatis.& Barba.d.conſi.lvj.lib.j.& Cæpol.in tract.de Imper.milit.deligen. in materia nobilitatis,in xxj.priuilegio nobilitatis,vbi hoc dicit not.& Bened.Gap.dicto conſi.liiij.col.3.

*Relictum pro redemptione captiuorũ, ad piam cauſam relictum uidetur.*

19 ¶Item relictũ pro redemptione captiuorũ.l.ſi quis pro redẽptione.in illis verbis, piiſsimã adminiſtrationẽ,C.de dona.in d.§.ſi vnũ de prędictis.ibi,ex hac cauſa piiſsima.in auth.vt cũ de app.cogn.Doct.vbique,& inter cæteros Bal.& Pau.Caſt.in d.l.illud.qui hoc etiã intelligunt in captiuis ex delicto,per gl.in c.ſacrorum.xij.quæſt.ij.quod & idem voluit Bal.in dicta auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.cum concor.latè à me traditis ſuprà tit.x.§.vlti.in gloſ.pen.vbi de hoc diximus.

*Pia cauſa quæ dicatur.*

20 ¶Item legatum alimentorũ,per tex.in l.Mela ait.in §.ſed & ſi.ibi,pietatis intuitu.ff.de ali.& cib.leg.& in l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccle. vbi cauſa redemptionis captiuorum, & cauſa alimentorum æquiparantur,& in §.interdicimus.ibi,egẽtium pabula,& alias pias cauſas,in auth. de eccleſiaſt.tit.& ita ſentit Bal.in dicta auth.ſimiliter.vbi dicit,quòd pia cauſa dicitur,cùm per eam releuatur corpus animatum,quod quidem fit per alimoniam,& expreſsè voluit gloſ.in l.ſi cui annuũ. ff.de ann.leg.Bart.in l.alio hærede inſtituto.ff.de alimen.& cibar.lega.Et Raph.Cuma.conſi.xxx. ſtatuto cauetur.col.2.Ange.Imo.& Alex.in l.diui.ff.ad leg.Falci.Alex.in l.ſi certis annis. col.3.verſi.ex his etiã infero.C.de pact.& Philip.Dec.conſi.lxxij.viſo puncto.col.3.

*Legatum alimentorum pauperibus relictum, dicitur pium: aliàs ſecus.*

21 ¶Sed hoc intellige ſecundùm ea quæ ſuprà diximus,vbi de relicto ante diſſeruimus,videlicet, cùm alimenta relinquuntur pauperibus,aut iis qui famẽ patiuntur,vt etiam innuit text.in d.l.ſancimus.qui expreſsè de fame loquitur,& in d.§.interdicimus.in verbo,egentium. Nam ſi fauore amicitiæ,diuiti relinquetur,& cui aliàs ſatis eſt alimentorum,non dicitur legatum pium,vt voluit Bart.in d.l.alio.col.2.ff.de alim.& cib.leg.& in d.l.ſi cui annuũ.ff. de ann.leg. & in d.l.diui.& ibi Angel.Imo.& Alex.ff.ad leg.Falci.Ex quibus Ange.& Alex.hoc dicunt procedere,etiã ſi teſtator dicat, quòd relinquit amore Dei,& ipſe Bart.in tracta.de alimentis.col.3.verſic.quæro vtrum legatum alimentorum,per tex.in §.aliud quoque capitulum.ibi,egenis alimenta impendant,in auth.vt cùm de appel.cogn.& in d.l.cùm hi.§.ſi in ſingulos annos.ff.de tranſact.& Ange.in l.Stichum & Pamphilum.§.ſtipulatus.ff.de verb.oblig.& in l.ſi certis annis.& ibi Anto.de But.& Alex.C.de pact.Imo.in l.ſi quis Titio.& iterũ in l.cùm pater.§.eorum.ff.de leg.ij.Flor.in l.cùm de in rem verſo.col.2.ff.de vſur. Roma.in repe.d.auth.ſimiliter.col.2.verſi.capio ſecundum.C.ad leg.Falc.Alex.in l.j.col.4.ff. ſolu. mat.Franc.Aret.conſi.xlv.in cauſa & puncto.col.j.& Iaſ.in l.cùm is qui.§.ſi in ea opinione ſit mulier.col.2.ff.de cõd.indeb.Aliàs ſemper magis ex paupertate legatarij,quàm ex verbis teſtatoris dicitur pia cauſa,vt per Alb.in l.illud.C.de ſacroſan.ecc.& in j.ſtatutorum, q.iij.incip.item quæro ſtatuto.

*Legatum alimentorum diuiti relictum, dicitur etiam fauorabile.*

22 ¶Quanquam tamen legatum alimentorum factum diuiti,dicitur etiam fauorabile, & priuilegiatũ, vt patet per tex.in d.l.cùm hi.§.nihil autem intereſt.ff.de tranſact.vbi non poteſt incõſulto prætore tranſigi,ſuper alimentis relictis etiam diuiti,nedum inopi.Et propterea Saly.in l.j.& ibi Iaſ.col.3.in iij.limitat.C.de fideicom.Alex.& Iaſ.in d.l.ſi certis annis.Cuius tamen ſententiam,licet de eo mentionem non feciſſet,ſecutus fuerat Floria.in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.

*Dos & alimenta æquiparantur.*

*Legatum dotis dicitur piũ.*

23 ¶Item cùm dos,& alimenta æquiparentur,vt no.gl.in l.ob æs.C.de præd.min.legatũ dotis,ſiue pro maritandis virginibus dicitur piũ,per tex.in d.l.cùm is.§.ſi in ea opinione ſit mulier.ibi,pietatis cauſa,& ibi not.Bal.Ange.& Floria.ff.de cond.indeb.& voluit Ioan.And.in c.tua nobis.in ver.alios.extrà de decimis.& Bar.in l.ſi ego Seiæ.in prin.§.j.ff.de iure dot.& in l.ſi conſtante.in xj.q.j.partis, ante fi.ff.ſol.matr.& in l.ij.§.vlt.poſt prin.ff.de donat.Alber.in prima parte ſtatutorũ.q.iij.ſuprà alleg.in fi.Bal.in l.mandatum.col.3.verſi.ſed contra hoc oppo.& ibi Saly.col.6.in xiij.oppoſit.C. manda.& idem Bart. in l.ſicut initio.in fi.C.de actio.& oblig.& in auth.contra cùm rogatus.C.ad leg.Falci.& in l.poſt mortem.col.pen.verſi.ſed pone,teſtator inſtituit hæredem.C.de fideicom.& in l.j.ante fin.

C.de

C.de his quæ pœnæ nom.relin.& in repe.l.j.col.xvj.C.de ſacroſan.eccl.& Imo.in l.j.col.j.in fi.ff.ſol. matr.Flor.in l.cùm quidam.§.ſi dies.qui eſt vlt.ff.de vſur.& Ioan.Ana.conſi.lvij.viſis & cõſideratis. poſt prin.vbi dicitur etiã procedere in dote à patre relicta filię.Alex.in d.l.ſi certis annis.col.3.C.de pact.& in l.iiij.§.hoc autem iudicium.col.4.ff.de damno infect.& in l.ſi cùm dotem.§.eo autem tempore. col.3.ff.ſol.mat.& conſi.xc.plura narrata ſunt.col.ix.lib.6.& Barbat.cõſi.lxxxvij.prope eſt dominus.col.2.lib.2.& Firmia. in tractatu de epiſcopo.in quarta parte.lib.4.q. xxxj.verſi.cõgruenter hîc dicendum.Socin.conſi.lxxxij.in cauſa vertente.col.pe.verſi.ſed difficultas oritur.lib.4.Lauren. Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua.col.2.verſic.in contrarium facit.& verſi.& hanc partem. & latius col.4.verſi.item & ſi dicatur.Porrò cùm legatum dotis,& alimentorum æquiparentur, vt patet ex not.per gl.in l.ob æs.C.de prædiis mino.& Bart.in l.vlt.ff.de his quibus vt indig. & in auth. res quæ.C.commu.de lega.de quo tamen per Alexan.in l.j.col.6.ff.ſoluto matri. Ideo & ea diſtinctio,quam in alimentis diximus,in dote quoque procedit,vt videlicet tum demum legatum dotis ſit pium, ſi relictum ſit pauperi,non etiam ſi diuiti,vt voluit Bald.in l.illud.col.j.C.de ſacroſanctis eccleſ. & in authen.niſi rogati.colum.3.verſic.quæro nunquid monaſterium.C.ad Trebellia. cùm dicit, quòd maritare pauperes virgines, eſt pia cauſa. Angel. in §.ſi quis de prædiis. in authent. vt cùm de appellat.cognoſc.Roman.in dicta authen.ſimiliter.colum.2.verſi.circa tertium. & Alexan. in addit.Barto.in dicto §.ſi mulier.& in l.ſi conſtante.in princ.col.ix.verſic. ex dictis autem.ff.ſoluto matrim.Barb.conſi.lxxxvij.libro 4,Bald.nouellus in tractatu de dote.in quinta parte, & iterum conſil.cccxlviij.de duobus.col.2.verſicu.non obſtat quod fauor.& Iaſon in dicta l.cùm is.§.ſi in ea opinione ſit mulier.ante fi.ff.de condict. indebi. & facit quod tradit gloſ.in l.tali.in princ.ff.de iure dotium.quòd de legato facto cauſa dotis diuiti,detrahitur Falcidia.& Philip.Decius dicto conſilio lxxij.col.3.& dicto conſi.cxx.col.2.Et ad hoc inſpicienda eſt ſtatus conditio,& dignitas eius cui relinquitur,vt in ſimili diximus ſuprà,cùm de legato animæ loqueremur. Et ita in hac ſpecie voluit Bal.in dicta l.ſi quis ad declinandam.loco ſuprà allegato,& in l.paupertas.in princ.ff.de excuſ.tuto. & Dec.dicto conſi.cxx.col.j.Verùm Laurent.Calca.ſibi contrarius,conſi.xxxj.Antonius Pacolarius col.6.dicit ſimpliciter,quòd dos reſpectu ipſius,non eſt pia cauſa.Nam ſi eſſet huiuſmodi, ex ipſius legato non detraheretur Falcidia,per authen.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.Sed ex ea detrahitur,vt not. gloſ.in dicta l.tali.in prin.ff.de iure dot.& in l.ſi non deſignata.C.de falſa.cau.adiect.lega.& videtur eſſe tex.in l.ſed vſusfructus.§.dos relegata.ff.ad leg.Falcid.cui adde & aliam gloſ.in l.in teſtamento quidem militis.C.ad leg.Falcid.Et quod tale legatum dotis non cenſeatur ad pias cauſas,tenet etiã Bar.quem non alleg.in d.l.cùm is.§.ſi in ea opinione ſit mulier.ff.de cond.indeb. Nec obſtat,inquit Calca.text.in d.§.ſi in ea opinione ſit mulier.qui in contrarium ſolet allegari,quia non id dicit, ſed tantùm loquitur de pietate reſpectu donantis,& non dotis.

*Diſtinctio alimentorũ, procedit quoque in dote.*

*Maritare virgines pauperes, eſt pia cauſa.*

*Ex legato dotis detrahitur Falcidia.*

*Dos reſpectu ipſius, non eſt pia cauſa.*

24 ¶Sed aduerte,quod cõmunis opinio eſt in contrarium,& de eo quod diximus de detractione Falcidiæ,contrarium tenet gl.videlicet non detrahendam ex legato dotis,per d.l.in teſtamẽto quidem. C.ad leg.Falcid.ſuper quo vide Calca.dicto conſi.xiij.col.4.verſi.non obſtat ſi dicatur.

*Communis opinio.*

25 ¶Item relictum pro imagine facienda,aut depingenda,dicitur eſſe ad pias cauſas, per text.in l.lineã margaritarum.ff.ad leg.Falcid.vbi & hoc not.Bart.& Alexan.& in c.vlt.extra de teſtamen.& in c. ex parte.de verb.ſignifi.per quos ita voluit Roma.in dicta authen.ſimiliter. col.2.verſic.circa vltimum.& ante illum Ange.in l.j.§.ad municipium.& ibi etiam Alex.ff.ad leg.Falcid.per gl.quam Angel.dicit notab.in l.Titia.§.Seia teſtamento.qui eſt vlt.ff.de auro & argen.leg.& voluit idem Ange. conſi.ccxxiiij.caſus eſt,Iacobus in fi.& Flor.in dicta l.cùm quidam.§.ſi dies.ff.de vſur.& Bernard. Laud.in addit.Barto.conſi.xxvj.teſtator in teſtamento.

*Relictum pro imagine facienda dicitur piũ.*

26 ¶Item relictum cauſa ſtudij,poteſt etiam dici pium per id quod voluit Bar.in l.j.ad fi.& ibi omnes, ff.ſolu.matri.quòd cauſa dotis,& cauſa ſtudij concurrunt.& æquiparantur.Ex quo inferunt Bal.Ange.Rapha.Cuma.& Iaſon ibi,quòd ſicuti valet donatio facta à patre,filiæ in poteſtate exiſtenti cauſa dotis.l.Pomponius Philadelphus.& ibi gloſ.& Doct.C.famil.erciſcun.& not.gloſ.in l.2.C.de inoffic.donat.& Barto.in l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.ita etiam donatio facta filiofamilias cauſa ſtudij.quod etiam tenet Roma. in l.donatio.§.pater.ff.de donatio.Alberic.Imo.& Floria.in l.pater filio.ff.familiæ erciſcun.& Iaſon in dicta l.frater à fratre.col.vlti.in 2.lectu.& Ferdin. Lorg. in repet. §.diui.l.filiusfamilias.col.xiiij.verſi.poſſet alia & ſecunda cautela.ff.de legat.j.licet aliqui tenuerunt contrarium,vt per Alex.in dicta l.j.§.ad municipium.ff.ad legem Falcid. Et bene facit, quia ea dicitur fauorabilis,& pia cauſa,quæ vtilitatem publicam reſpicit,vt dicit Pau.Caſtren.conſi.xxiij.viſo puncto.col.penul.per tex.in l.j.§.vlti.C.de cadu.tollen.& eſt etiam bonus tex.in l.ij.§.exercitum. & ibi Barto.ff.de his qui notan.infa.& in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſi.libro xj.& facit tex. in l.ſi quis.§.vtrum.& ibi Bart.ff.ad Syllan.& quod voluerunt Guliel.Cum.& Alex.in l.ſi filius.ff.ſi cert.pet.& quod etiam dicit Bal.in l.j.C.ſi de momen.poſſeſ.quòd in cauſa ſtudij non appellatur.& nouiſsimè Philip.Dec.in c.j.col.x.verſi.vij.extrà de probat. quòd in cauſa ſtudij tenetur reus actori inſtrumenta edere,ſicuti in aliis cauſis piis, & fauorabilibus. & ad hæc omnia eſt bonus text.in dicta l.quæ pater filio.in verbo, pietate. Ex quo videtur etiam probari cauſam ſtudij eſſe cauſam piam:ſicuti etiam voluit expreſsè Alex.in addit.Bart.in l.Stichus liber eſto.ff.de legatis iij.& in dicta l.ſi cui annuum. ff.de annuis lega.& ante illum Panor.conſi.lxiij.quædam domina. col.iij.& iiij. lib.2.Veruntamen Bal.in repet.l.j.col.12.ff.de legatis ij.dicit quòd relictum cauſa ſtudij non dicitur

*Cauſa ſtudij dicitur pia.*

*Cauſa dotis, & cauſa ſtudij æquiparantur.*

*Donatio à patre facta filiofam. cauſa ſtudij ualet.*

*Quæ ſit pia cauſa.*





ad pias cauſas,niſi ſit pro ſtudio ſacræ Theologiæ,quod & videtur ſentire idem Bal.in l.j.ff.de lega. ij.in qua etiam ſententia videri voluit Rapha.Cuma.conſi.xxviij.de fundo dato in præmium emancipationis,vbi dicit hanc cauſam non eſſe propriè piam,per not.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.ſi quis Titio,ff.de leg.ij.& donationem factam ex ea cauſa,indigere inſinuatione, ſi excedat quingentos aureos æquè ac alias donationes non pias. Et vtrunque ſequitur Iaſ.in l.j.in prima lectu. col. pen.verſi.adde tamen.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.j.col.vlt.ff.ſolu.matri.

27 ¶Item legatum libertatis cenſetur relictum ad pias cauſas,vt videtur probare tex.in l.in teſtamento. ff.de fideic.libert.& melior in l.j.§.vlti.ibi,ad hanc rationem præfatus, & ibi not. Bal. C.de commu. ſer.manu.& in l.contra voluntatem,ibi,iura pietatis,C.de teſta.manu.& in l.ancillam,in fin.C.de fideicom.liber.cùm dicit,impium eſſe differre voluntates teſtatoris, quæ ad libertatem reſpiciunt.& voluit Bart.in d.l.ſi cui annuum,poſt prin.ff.de annu.lega.& in l.ſi iure non ſubſiſtit. C.de teſta.manumiſ.& in l.ij.& iterum in l.penultim.C.& ff.de fideicom.liber.& in l.vnica.§.j.C.de cad.tollend.& Alex.in l.captatorias.col.iij.C.de teſta.milit.& conſil.cix. ſtatutis accuratè perſpectis,col.pen.verſic. poſſet & teſtator,lib.ij.& conſ.lxxvj.ponderatis his,col.vlt.lib.iij.& xc.plura narrata ſunt,col.iiij.lib. vj.& Iaſon in l.j.§.ſi quis ita,col.5.verſi.circa illud.ff.de verb.oblig.& in l.qui Romæ, §. Flauius, col. iij.verſi.ego vltra alios,eod.titu.Et vbique docto.trahunt diſpoſita in libertate, ad alias pias cauſas, ſcilicet in l.proximè.§.vlt.ff.de his quæ in teſtamen.dele.Spec.tit.de inſtru.editio.§.nunc aliqua.verſic.& ſcias,& in l.Titio vſusfructus,§.j.ff.de condit. & demonſtra. & in l. ſi vnus de ſeptem.C.de teſtam.& in l.j.circa medium,& ibi etiam Angel.C.de bonis vacan.lib.x.& Bald.in l.ij.& in l.penu.C. de fideicom.liberta.& in dicta l.ſi vnus C. de teſtam.& in l.ſi iure.C.de teſtam.manumiſ. & in l.j.§. in primo.col.vlt.C.de cadu.tollend.vbi plus dicit,quòd eccleſia & libertas eædem ſunt, id eſt, quòd eccleſia idem eſt quod ipſa libertas,vt illius verbis loquar,per text.in §.vult enim,in authen.de non alien.& idem Bal.conſi.cxviij.caſus ſub tali forma,col.iij.verſi.ſuper quinto puncto,& Roma.conſi. ccxxxv.quo ad primum,col.ij.& in dicta auth.ſimiliter,in infinitis prope locis,vt licet videre ex his quæ ſuprà diximus.Alex.qui illud poſtremum dictum Baldi ſequitur conſi.lxxvj.ponderatis his de quibus,col.vj.lib.iij.& docto.ſæpe.

*Legatũ libertatis, cenſetur ad pias cauſas relictum.*

*Diſpoſita in libertate, trahũtur ad alias pias cauſas.*

*Eccleſia, & libertas æquiparantur.*

28 ¶Quinetiam videtur fauorabilius eſſe legatum,quàm ſit aliud legatum ad pias cauſas: quod ex eo patet,quòd licèt legatum piæ cauſæ,non minuat legitimam filij,per tex.in c.vlt.xvij.quæſtio.vlti.& gloſſ.in l. ſi quis ad declinandam.C.de de epiſcop.& cleric.& in l.Papinianus.§.j.ff.de inoffic. teſt.& expreſsè conſuluit Alexand.conſi.xviij.non minuitur legitima,in prin.lib.iiij.tamen legata libertatum non ſolùm legitimam minuunt,ſed & omnino auferunt,per dictam l. Papinianus.§. quarta autem,vbi Raph.Fulg.in tertio notab.hoc expreſsè notat per illum text. fauorabilius eſſe legatum libertatis,quàm piæ cauſæ.Ex quo & illud facilè perſpicitur, legatum libertatis eſſe fauorabilius ipſa legitima,vt annotant ipſe Fulg.& Pau.Caſt.qui hoc dicit mirabile in dicto §. quarta autem:cùm tamen legitima ſit fauorabilior,quàm pia cauſa,vt patet ex eo quod diximus:& probatur in authen. ſi qua mulier,vbi Bal.& Saly.not.C.de ſacroſanct.eccle.Verum eſt tamen quod glo. & communiter docto.in dicto §. quarta autem, dicunt, quòd hodie legata libertatum non minuunt legitimam,per text.in §.prohibemus,in auth.de trien. & ſemiſſ. Quanuis ille textus verè non loquatur de libertate, & gloſſa ibi etiam aliter tenet, & ſi loqueretur de libertate, nihilo tamen minus probaretur per illum §. quarta autem, fauorabiliorem eſſe libertatem, quàm piam cauſam, licèt in eo caſu eſſet correctus per dictum §. prohibemus. neque enim correcta lege, cenſetur correcta ratio legis,quin ex ea argui poſsit.

*Legatum piæ cauſæ, non minuit legitimam filij.*

29 ¶Limita quod dictum eſt,legatum libertatis eſſe pium,vt procedat quando ſit pro anima, vel amore Dei,aliàs ſecus,vt ſingulariter tenet Bart.in repe.l.j.C.de ſacroſanct.eccl.Sed hoc reprobat Imo. in l.captatorias.ff.de leg.j.& Iaſ.in dicta l.j.in vtraque lectura.in prima col.verſic.nota iſtam pulcram limitationem,& in ij.lectura,col.antepen.verſi.credo quòd limitatio,& idem Iaſon in l.captatorias, col.vlt.in prin.C.de teſtam.milit.& in d.l.ſi vnus,col.vlt.C.de teſta.per tex.in d.l.j.§.vlt. C. de commu.ſeruo manu.vbi libertas non erat relicta pro anima,vel amore Dei,licèt dicatur pia cauſa.

*Legatum libertatis fauorabilius ipſa legitima.*

30 ¶Item legatum factum ad conſtructionem,& reparationem ſiue refectionem pontium,& viarum,vt voluit gl.& poſt eam Nicol.Neapolit.Ang.& Alex.in l.j.§.ad municipium,ff.ad leg.Falcid. & Spec. hoc intelligens cùm neceſsitas imminet,in dicto §.nunc verò aliqua,verſi.& ſcias quòd inter tit. de inſtru.edit.& Ioan.And.in c.tua nobis,in verſi.alios,de deci.Bald. in auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid. Floria.in l.cùm de in rem verſo,col.ij.verſi.ſed adde prædictis,ff.de vſur.Alex. in dicta l.j.§. ad municipium.ff.ad leg.Falcid.& Firmia.in tractatu de epiſcopo,in quarta parte,lib.iiij.quæſti.xxxj.verſi. congruenter dicendum,vbi & alios allegat.& Phil.Dec.conſi.lxxij.viſo puncto,col.3.Bernard. Landri.in addit.Barto.dicto conſi.xxvj.Ideóque multi fuerunt in ea opinione, vt l.j.C. de fideicom.loquens in alimentis,quæ(vt diximus)vim habent piæ cauſæ,procedat in refectione viarum,ita voluerunt Bar.Bal.Ang.Fulgoſ.Alex.& Iaſ.in l.ſi certis annis.C.de pact.Barto.& Fulgoſ.in d.l.cùm de in rem verſo,ff.de vſuris.Bar.in ſua diſputatione,inci.quædam mulier.Anto.in repet.cap.peruenit,col. vij.de cenſibus,Imol.in l.ſi verò.§.de viro,col.xij.ff.ſolu.matrim.Matheſil.in tractatu extenſionum, Iaſon in d.l.j.C.de fideicom. Et bene facit text.quòd ſicut aliàs valet legatum incertum fauore piæ cauſæ (vt ſuprà diximus in quinquageſimoſexto priuilegio)ita & pro refectione pontium,l.quidam

*Legatũ in refectionem pontium fauorabile eſt.*

in teſtamento,& ibi gl.Bart.& alij.ff.de leg.2.& Bart.in l.ſi cui annuũ,ff.de annuis legatis.Et hæc res adeò fauorabilis eſt,vt licèt quis habeat priuilegium immunitatis à publicis muneribus, tenetur tamen ad conſtructionem pontium,& viarum,ſicut etiam tenetur eccleſia, licèt ſit priuilegiata, niſi ſpecialiter huius rei conceſſa fuerit immunitas.l.j.& ibi not.Ioan.de Plat.C.de collat.fund.patrimo. lib.xj.& l.abſit.& ibi Plat.C.de priuileg.dom.Auguſt.ibid.Ideò nec eccleſia,quæ priuilegiata eſt,ab ea re eſt immunis,l.ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in noſtris conſtitutionibus Regiis, (quas vulgò ordinationes vocamus)cauſa hæc ponitur inter eas, quarum ſententia mandatur executioni,non obſtantibus quibuſcunque oppoſitionibus,& appellationibus.

31 *Legatum factũ pro cuſtodia ciuitatis, ad piã cauſam cenſetur.*

¶Item legatum factum pro patriæ(vt ſic dixerim)fortificatione,valet,pro cuſtodia ciuitatis,& locorum conſtructione,ſiue refectione murorum,& foſſarum, & cæterorum id genus. Ita voluit Speculator,hoc quoque intelligens quando neceſsitas imminet,in dicto verſicu.& ſcias quòd inter.vbi ad hoc multa allegat.Bal.in dicta auth.ſimiliter,C.ad leg.Falcid.vbi ad hoc rationem adducit, quia ex his cuſtodiuntur viduæ,orphani,& aliæ miſerabiles perſonæ.

32 *Quicquid fit ad publicã utilitatẽ,id piũ dicitur.*

¶Item quicquid fit ad publicam vtilitatem,id pium dicitur,vti expreſsè voluit Paul.Caſtren. conſi. cxciiij.viſo puncto,col.ij.verſic. pro hoc etiam,lib.ij.per l.j.§.vlt.C.de cadu.tollen.& l. ad inſtructionem,C.de ſacroſanct.eccleſ.

33 ¶Item legatum factum ad conſtructionem monumenti,vt voluit Bal.& Ang.in l.hæreditas.§.ſi defuncto,ff.de petit.hæred.& expreſsius idem Ang.in l.j.§.vlt.Raph.& Pau.Caſt.ff.ad leg.Falci.Quod & concedit ibi Imol.quatenus neceſſarium eſt ad ipſum monumentum conficiendum. Nam quod præter neceſsitatem impenditur,id potius tendit ad vanam gloriam, & ſolatium viuorum, & memoriam defuncti,quàm ad honorem Dei.Alex. autem ibi diſtinguit, an monumentum tendit ad ornatum eccleſiæ, nécne. Sed priorem partem indiſtinctè ſequitur Firmianus in tractatu de epiſcopo,loco ſuprà ſæpius allegato.

34 *Legatum meretrici,ut ſe corrigat.*

¶Item legatum factum meretrici,vt ad frugem melioris vitæ redeat, dicitur relictum ad piam cauſam,vt voluit Bal.in l.imperialis,in prin.col.j.arg.illius tex.in §.præſenti ſanctione.in verb.derelicta mala & inhoneſta conuerſatione. C.de nup.& ſequitur Firmianus vbi ſuprà.

Item relictum pro incertis,& malè ablatis,dicitur etiam ad piam cauſam, vt expreſsè voluit Bal. in d.l.hæreditas,§.ſi defuncto,ff.de petitio.hæredit.in prima lect.& ibi quoque Ange.& vterque per nota.in clem.j.de priuileg.& Floria.in l.cùm quidam.§.ſi dies.ff.de vſuris.

35 *Relictum ad ſoluẽdum creditoribus,dicitur eſſe ad pias cauſas.*

¶Item relictum factum ad ſoluendum,& ſatisfaciendum creditoribus,dicitur eſſe ad pias cauſas, vt voluit Vital.Nemau.in repet.c.Ioannes,in tertio notab.per illum tex.de teſtam. pro quo facit quod dicit Bal.in l.id quod pauperibus,in ix.quæſtio. C.de epiſcop.& cleric.quòd executor deputatus ad ſoluendum debita,poteſt ſoluere debita naturaliter tantùm:quia in foro animæ tantum valet debitum naturale ſolum,quantum naturale,& ciuile ſimul.Sed aduerte quòd in dicto cap.Ioannes, magis videtur innuere contrarium, dum ſeparat pios vſus, & debitorum ſatisfactionem. Et proptereà ſentiunt illic Innocen.Hoſtien.Ioan.Andr.& Panor.quòd huiuſmodi relictum, non dicatur ad pias cauſas.Poſtremò ſi amplius vis ſcire quæ dicantur legata ad pias cauſas,vide Spec.& Ioan.Andr.in dicto §.& ſcias quod inter.Bal.& Rom.in d.auth. ſimiliter,Pet.Peruſi.in dicto tractatu canonicæ epiſcopalis,c.x.& Firmia.in dicto tractatu de epiſcopo, in quarta parte libri quarti,in quæſtione xxxj.verſic.congruenter eſt dicendum.

INCI



# INCIPIT DE PRIVILEGIIS PIAE CAVSAE TRACTATVS.

*Varij intellectus capit. cùm eſſes.& cap.relatum,de teſta.*

SVPEREST nunc vt veniamus ad noſtra duo capita, videlicet cap. cùm eſſes,& cap.relatum, de teſta. Sunt enim qui dicunt ea tantùm debere intelligi de relictis ad pias cauſas,& ex his gloſſ. ordinaria in vtroque loco,& glo.in ſumma ij.q.iiij.& Goffr. in ſumma de teſtam. tit.de numero teſtium.Fulg.conſi.xxix.cuius caput eſt,punctus quæſtionis.Paul.Caſtr.conſi.xxxj.iſta inſtitutio.lib.ij.Alij tradunt per illa capita eſſe omnino,& in omnibus iuri ciuili derogatum, etiam quo ad forum ſecularem.Cuius opinionis,& ſententiæ fuerunt Ala.Vinc. Goff.Hoſti.Ant.Pan.col.ij.& col.iiij.in d.c.cùm eſſes. & Brix. in dicta ſumma,ij.q.iiij.& Dominic.conſi.xlix.quod ita incipit, ſuper iſto puncto,Hoſt.in ſumma,titu.de teſtam.§.qualiter conficiatur, & è recentioribus Stepha.Bertran.conſi.xxiij.cuius initium Chriſti ſaluatoris &c.lib. ij. Alij item quòd in terris imperij,& in iuriſdictione ſeculari,ſit lex ciuilis ſeruanda, præterquam in legatis ad pias cauſas:in quibus vbique eſt ſeruanda diſpoſitio d. cap. relatum. in terris verò temporalis iuriſdictionis eccleſiæ,in vtroque foro eccleſiaſtico ſit obſeruandum dictum cap.cùm eſſes,in legatis ad non pias cauſas.In qua ſententia videri voluit Ioan. Ana.in dicto c.cùm eſſes. vbi & hoc dicit conſuetudine obſeruari,& ibi expreſsius Ioan.de Fan.Ioan.Cal.Pet.Peru.And.Card.Florent.Imol. qui hanc dicit eſſe communem opinionem Petr.Peruſ.conſi.cxvij.Feder.Senenſ.conſi.ccxvij.factum eſt tale, Quidam nomine P.Socin.conſi.ccxxxv.viſa contingentia.col.ij.in fi.vbi etiam dicit hanc eſſe communem opinionem Corn.qui & hoc dicit conſi.clxviij.in præſenti.col.iij.verſic. tamen communis lectura,lib.ij.& conſi.ccxcvij.videtur quòd dicta fraternitas,col.iij.verſi.tamen his,libro iiij. vbi dicit hanc eſſe communem lectionem.Alij quoque generalius,vt in foro ciuili ſeruetur lex ciuilis, in canonico cap.cùm eſſes, in vtroque dictum cap.relatum, in relictis ad pias cauſas, quæ fuit ſententia Imo.in dicto cap.relatum.& ita pronuntiaſſe Innocen. IIII. in publico conſiſtorio, ſcribit Baldus conſi.cclxxxiiij.dominus Rainutius,lib.iij.Alij rurſum,quòd ſemper in relictis ad pias cauſas, ſufficiãt duo teſtes, per dictum cap.relatum.in aliis verò requiratur,& parochianus vltra duos teſtes,per dictum cap.cùm eſſes,vbi hoc voluit Panor.in fi.lect.& in repet.col.v.cum ſequen.& ibi Ioan.Ana. poſt antiquiores:& Specul.titu.de inſtrum.edit.§.compendioſè, verſic. item per ius canonicum, & Cardin.Flor.conſi.lxxiij.puto de iure,col.j.Alex.conſi.cv.viſo & diligenter conſiderato,col.iiij.verſ. imò fortius lib.iiij.Barb.conſi.lxxxvij.col.iiij.lib.iiij.Corn.conſi.cclxj. de duobus principaliter, col. vlt.lib.iiij.Alij denique in alia ſunt ſententia,vt per Dominic.conſi.xlix.ſuper iſto puncto,Ioan. Cal. conſi.viij.titu.de teſta.& Ro.in repet.auth.ſimiliter,in iij.& iiij.ſpeciali, inter vltimas voluntates,C. ad leg.Falci.& Cor.conſi.lxxvij.licèt autem,lib.j.& conſi.cxxxvij.placet mihi,lib.ij.& Philip. Dec. conſi.cclxxxiiij.viſo puncto,in 2.dubio.Non tamen mihi eſt animus omnium omnia adducere: ſatis eſt, quantum ad hunc locum pertinet, quòd omnes in hoc conueniunt, quòd in relictis ad pias cauſas vbique ſufficiant duo teſtes,iuxta dictum cap.relatum.

*In iuriſdictione ſeculari lex ciuilis eſt ſeruanda.*

## PRIMVM PRIVILEGIVM.

*In relictis ad pias cauſas duo ſufficiunt teſtes,tam iure ciuili, quàm canonico.*

*In piis cauſis duo ſufficiunt teſtes.*

QVod primum priuilegium erit(vt duo ſufficiãt teſtes) eorum,quæ hìc commemoranda, & enumeranda putauimus:communémque illam ſententiam,præter illos quos ſuprà citauimus,receperunt Bart.qui & hoc dicit procedere de iure ciuili.Bal.Ioan.Fab.Sal.Fulgoſ.Pau.Caſt.Franc.Aret.& alij in l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.& Bald.conſil.clxvij. thema proponitur,in fi.lib.ij.& conſi.xx.ſuper primo puncto,in prin.libro quinto,& in l.hæreditas.col.ij. in duobus locis,ff.de petit.hæredit.Salyc.in l.generali,C.de ſacroſanct.eccl.Rapha.Cuma.qui & id voluiſſe videtur,procedere de iure ciuili,conſi.clxix.viſo teſtamento,col.j.Alexand. conſil.xlj. viſo tenore.col.2.lib.penulti.& dicto conſil.cv.viſo ac diligenter conſiderato, col.iiij.lib.iiij.Corne.conſil. lxxvij.licèt autem.col.j.verſi.tamen prædictis.lib.penul.& conſi.cclxj.in hac conſultatione.col.ij.eo. lib.& conſi.cxxxvij.placet mihi,& conſi.clxvj.minimè dubium,in prin.lib.iij.& omnibus locis infrà allegatis,& plerique omnes vbique.

SECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum immediatè, ſine alicuius alterius inſtitutione, ad pias cauſas factum, coram duobus teſtibus deponentibus, infirmat prius teſtamentum ſolenniter coram ſeptem teſtibus peractum.*

*Teſtamentũ ſolenne tollitur per minus ſolenne.*

SEcundum erit priuilegium, vt primum teſtamentum factum coram ſeptem teſtibus tollatur per ſecundum factum ad pias cauſas, coram duobus:& ita conſuluit Paul.Ca.conſi. cclxij.dubium facit in ſupraſcripto puncto,lib.iij.& ſequitur Alex. in l. hac conſultiſsima. §.ſi quis autem,col.vlt.C.de teſta.per l.2.ff.de iniuſto teſtamen.& conſi.xlvj.viſo themate,in fi.lib.2.& conſ.cvj.viſo & diligenter conſiderato,col.2.verſi.quinto adduco,lib.4.& Barb.cõſ. xliij.col.iiij.lib.iij.& Iaſon in l.ſi ita ſit ſcriptum,col.5.verſi.nota diligenter.ff.de leg.j.& Phil. Dec. in l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.

*Duo teſtes deponẽtes de teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt.*

1 ¶Hoc autem intellige, vt videlicet ſufficiant duo teſtes deponentes de teſtamento ad pias cauſas, licèt non ſint inſcripti in eo teſtamento.Neque enim hoc caſu, duo teſtes requiruntur ad ſolennitatẽ teſtamenti:ſed ſolùm ad probationem, vt dicit Bald.in dicta l.j.in repet.col.xiiij.verſic. ſuper prima quæſtione,C.de ſacroſanct.eccl.vt probatur in dicto cap.relatum, quod omnino fundatur in diſpoſitione iuriſgentium, vel diuini:cuius ſtatutum eſt, in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum, vt ſcribitur Deuteron.17.& alibi ſæpe repetitur, tanquam huiuſmodi teſtamentum ad pias cauſas, non exigat ſolennitates iuris poſitiui, ſed omnino reguletur(vt noſtri loquuntur)ſecundum ius gentium, vel diuinum:quod quidem ius nullam in factis hominum ſolennitatem requirebat, ſed ſatis erat ea teſtimonio duorum, aut trium hominum probari. Sicuti etiam videmus de iure ciuili in contractibus: in quibus ſi teſtes non interueniant per modum ſolennitatis, valent & poſſunt probari, vel per teſtes, vel per confeſsionem, vel aliàs:vt patet per totum titu. ff. & C. de confeſſ.& ita in ſpecie conſuluit Corne.conſil.ccxv.videtur prima facie, columna ſecunda, libro 2.& conſil. cccvij. cuius eſt ſimile initium, col.iij.lib.iij.in quibus locis illud ex eo ſubinfert, quòd etiam ſi nulli omnino teſtes interuenerint in teſtamento ad pias cauſas, fateatur tamen pars teſtamentum fuiſſe factum, ſed dicat non valere, quia teſtes non interuenerint, iudicandum eſt pro teſtamento, vt etiam in ſimili dicitur in teſtamento inter liberos,& not.per docto.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C. de teſtamen. & propterea ſubdit ipſe in vltimo loco, ſi is qui verè ſciret huiuſmodi teſtamentum fuiſſe factum, nec tamen ſatisfaceret relictis ad pias cauſas, quia deeſſent teſtes, qui de teſtamento deponerent, in foro conſcientiæ peccaret, quia deficeret probatio, non ius, vt in ſimili dicit tex.in l.duo ſunt Titij.ff. de teſtament.tutel.& ſciens non indiget probatione, iuxta l.j.in fi.ff.de actio.empt.& cap.eum qui, de regul.iuris, in vj.

*In teſtamento inter liberos, nõ opus eſt interuentu teſtiũ.*

*Quod de duobus teſtibus dictum eſt, procedit, ſi immediatè ſit piis cauſis relictum.*

2 ¶Hoc autem intellige, vt videlicet duo teſtes ſufficiant in teſtamento ad pias cauſas, cùm legatum immediatè, proximéque relictum eſt piis cauſis:quia ſi teſtator reliquerit cuipiam priuato,& illi quidem grauato reſtituere pio loco, non ſufficerent duo teſtes, vt tale relictum valeat, vt notab. voluit Bart. in l.vlti.per illum text.ff.de his quæ pro non ſcrip.hab.quod dictum ſimpliciter refert, & dicit ſing.Iaſon in l.Marcellus, col.viij.verſi.ſed aduerte.ff.ad Trebel.Sed contra hoc vide quæ dicam infrà in xxiij.priuilegio, poſt prin.& vide etiam non Soci.ſed alium inter conſi.illius, con. cccccxviij. col.ij.verſi.præterea, lib.j.

*Ita ut in ipſo teſtamento pia cauſa inſtituatur, & non alius.*

3 ¶Intellige item in teſtamento, in quo pia cauſa inſtituitur. Nam ſi alius eſſet inſtitutus, non valeret ſine ſolennitate iuris communis, etiam in relictis ad pias cauſas, cum non valeat caput teſtamenti, vt voluit Salyc.in auth.caſſa.in ix.q.C.de ſacroſanct.eccl.Imo.in cap.quidam clericus.de foro compet. Alex.conſ.clxxvij.viſo themate mihi exhibito, col.j.verſi.nec prædictis, lib.ij.& conſ.cix.ſtatutis accuratè perſpectis, col.pen.verſi.poſſet & tertia ratione, lib.ij.Soci.conſi.v.in fi.lib.iij.& conſil.cxv.videbatur prima conſideratione, col.ij.verſi.& pro hoc lib.iiij.& Iaſ.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto, col.iij.verſi.in caſu autem contrario.C. de teſtam.

*Contrarium tenentes.*

4 ¶Contrarium tamen voluit Ioan.Calde.conſi.vlt.tit.de conſtitutio.quòd ſcilicet valet teſtamentum quo ad legata ad pias cauſas, per tex.ſimilem in dicta l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de teſtamen.Cuius ſententiam adfert ipſe Soci.conſi.xlix.viſo inſtrumento, col.vlt.verſi.non omitto.lib. iiij.vbi eius rei ſuſpendit ſententiam:vide Iaſ.in dicto §.ex imperfecto.Quòd ſi è diuerſo ſit inſtituta pia cauſa, valent legata aliis facta in huiuſmodi teſtamento, in quo tantùm duo teſtes fuerunt adhibiti, vt voluit Saly.in dicta auth.caſſa.& Anto.in dicto c.quidam clericus.col.pen.& Alex.qui hoc dicit ſing.conſi. xlj. viſo tenore, col.ij.verſicu. quinto, lib.j.& vide quæ dicam in ſimili infrà in ſexto priuilegio, in fin.Tu tamen ſuper hæc vide Iaſ.in loco ſuprà allegato,& nouiſsimè Socin.(ſi is eſt)in tractatu fallent.in regula cccx.incip.priuilegia, vbi multa veluti in vnum corpus de induſtria congeſsit.quibus non pauca adiiciemus.Primo autem loco continuabimus priuilegia circa vltimas voluntates,& quæ illas reſpiciunt:deinde & alia continuato ordine ſubiiciemus.

*Cõfirmatio cõtrariæ ſententiæ.*

TERTIVM PRIVILEGIVM.

*Rogatio teſtium non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas:nam in eo ſolùm iuris gentium, vel diuini ratio habetur.*

*Teſtes rogati ad pias cauſas, non ſunt neceſſarij.*

TErtiò igitur loco, ex his quæ diximus ſatis conſtat, non eſſe neceſſe teſtes adſcriptos in teſtamento ad pias cauſas, eſſe rogatos, cùm ea ſolennitas ſit iuris merè poſitiui, non iuris gentium, aut diuini. Ita expreſsè voluit Ioannes Andreas in cap. relatum.de teſtament.&

in addit



in addit.Spec.in tit.de inſtru.edit.§.compendioſè.verſi.item per ius canonicum.Bart.in repet.l.j.col. antepen.in fin.& ibi etiam Bal.primùm in lectu.paulò ante finem:deinde in repet.col.xiiij. verſi.ſuper quarto puncto.C.de ſacroſact.eccleſ.Bal.conſi.clij.ſuper primo puncto, lib.iiij.& conſ.xxvj.ſuper primo puncto, poſt prin.lib.v.& conſi.ccxxx.teſtamentum de quo quæritur, lib.v.vbi tamen ſubdubitat Anto.Imol.Panor.& Cardin.in dicto cap.relatum, poſt prin.& in c.cùm eſſes.de teſtam.& Pau. Caſtren.conſi.xxvj.certum eſt quòd dominus, ad fin.lib.j.& conſi.lxxxv.viſa dicti facti narratione, eod.lib.& conſi.cccxxvij.dubium facit in ſupraſcripto puncto, eod.lib.& conſil. ccccvj.viſis & examinatis, col.ij.eo.lib.& conſi.xxv.ſuper eo quod quæritur, lib.ij Corn.in auth.quod ſine.col.vlt. eod. titu.& conſi.cclxxviij.conſuluit dominus, col.pen.verſi.item placet.lib.j.& conſi.cxlviij.viſis nonnullis, col.ij.lib.ij.& conſi.ccxv.videtur prima facie, col.vlt.lib.ij.& conſ.cxviij.in hac conſultatione, col. pen.eo.lib.iij.& conſi.ccclxvij.videtur prima facie, col.iiij.verſi.& per conſequens patet, eo. lib.iij.& conſi.cclix.dicta diſpoſitio, col.iij.verſic.nec etiam obſtat, lib.iiij.& videtur voluiſſe Alex.conſil.lxx. viſo conſilio.col.vlt.lib.ij.& conſi.iiij.attentis narratis, col.ij.verſi.prætermiſsis.lib.vij.& conſi.cxxxj. ſuper themate, poſt prin.eod.eodem lib.vbi dicit hanc eſſe communem opin.& Soci.in dicta regula cccx.in xxxij.priuilegio.& Barbat.conſi.xlij.clementiſsimum Deum, col.v.lib.iiij.& conſil. lxxxvij. prope eſt dominus.columna quinta,& iterum colum.vlti.eod.lib.iiij.& Stepha.Bertran.conſi.xciiij. relicta, in prin.lib.ij.

1 ¶Contrarium tamen tenuit Franc.Aretin.antiquior in quodam ſuo conſilio, ſicuti illum retulerunt Anto.& Panor.in dicto cap.relatum.& idem quoque tenuit Lapus, alleg.xxx. vbi dicit ita de facto Bal.conſuluiſſe,& Pau.Caſt.ſibi contrarius, conſil.cj.ad primum quæſitum videtur reſpondendum, in quarto dubio, lib.ij.& Roma.in repet.d.authen.ſimiliter, in ij ſpecialiter vltimarum voluntatum, & Corne.ſibi contrarius, conſi.cccviij.pro deciſione præſentis, col.iij.verſi.hæc quidem ſunt ſanè veriſimilia.iunctis his quæ prius ſcripſerat lib.iij.& Ludo.Bolo.in addit.conſi.Ioan.Ana.conſil.xxviij. viſis & accuratè attentis.col.iiij.Mouentur primò, quia non inuenitur correctum ius ciuile. Secundò per text.in dicto c.relatum in illis verbis, tribus, aut duobus legitimis teſtibus requiſitis.Quæ verba idem ſignificant, quod teſtibus rogatis.Nihil enim aliud eſt rogare teſtes, quàm eos requirere, vt adſint actui, per tex.in auth.de teſtibus.§.& licet antea quoque in illis verbis, dum ad hoc ipſum adſumantur teſtes:iunctis verbis, hæc enim inania,& ex tranſitu prohibita teſtimonia, & iuncta authen. rogati.C.eodem titu.Et propterea adhibiti teſtes in teſtamento(quod nihil prorſus aliud eſt, quàm requiſiti)ſufficiunt, Inſtitu.de teſtamentis.§.vlt.iuncta l.hæredes palam.§.pen.ff.eod. & l.hac conſultiſsima.in princip.C.eodem cum ſimil.& ad idem eſt text.iuncta gloſſa in lege nullum diuortium. ff.de diuort.& gloſſa in l.ſcripturas, vbi Baldus.C.qui potio.in pignorib.habe. exponit teſtibus adhibitis, id eſt, rogatis.

*Contrariæ opinionis authores.*

2 ¶Item licet milites poſsint quibuſlibet modis teſtari, ſeruato duntaxat iure gentium, l.j. ff. de teſtamen.milit.cum ibi nota.debent tamen teſtes in eorum teſtamento eſſe rogati, per l.diuus, eod. titu. quem ibi ad hoc not.& dicit ſing.Ang.eſt tamen ſimilis in §.j.Inſtit.eo.titu.

*Milites an teſtentur.*

3 ¶Sed Cor.in locis ſuprà allegatis, has obiectiones facilè diſſoluit. Nam quod ad primam pertinet, ex quo d. c. relatum, dicit expreſsè cauſam teſtamentorum ad pias cauſas non eſſe tractandam ſecundùm leges, ſed omninò eſſe ſequendum ius gentium, ſiue diuinum (vt ſuprà ſæpius diximus)ſatis in hoc videtur eſſe correctum ius ciuile.Ad illa autem verba, teſtibus requiſitis, reſpondet Corn. multis modis.Primùm, quia tex.ille non loquitur de teſtibus requiſitis, vt intereſſent teſtamento:& illa verba referunt ad præcedens verbum, tractetur, quod quidem refertur ad iudices,& eſt verbum futuri temporis,& tamen teſtamentum erat factum de præterito:& qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundùm tempus verbi, l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.actio.l.ex facto.& ibi Barto.ff.de vulg.& pupil.l.Lucius.ff.de milit.teſtamen.Et ideo loquitur de teſtibus, qui requiruntur tempore iudicij, ſcilicet ad probandum teſtamẽtum.Sed & quod non intelligatur, requiſitis, id eſt rogatis, prout leges volunt teſtes eſſe rogatos in teſtamento, ex eo facilè apparet, quòd ille textus non ſolùm loquitur in teſtamento, ſed & in aliis vltimis voluntatibus: quia generaliter loquitur de relictis eccleſiæ, non ſe reſtringens ad teſtamentum. Conſtat autem quòd in relictis etiam non piis cauſis, non requiritur generaliter, vt teſtes ſint rogati, per l.vlt.§.in omnium.C.de codicil.Et abſurdum eſſet dicere, quòd maior ſolennitas requiratur in relictis piis cauſis, quàm aliis: & omnino contra mentem dicti cap.relatum.Nam ſine miniſterio auth.de teſtib.§.& licèt, dicit ille tex.reſpiciens non ad ſolennitatem, ſed ad probationem, requiſitis teſtibus:quia etiam debent teſtes requiri, vt deponant: non autem ſe ingerere:aliàs ſuſpicione non carerent, per l.quæ omnia.vbi Ange.not.ff.de procur.& not. etiam gl.in l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.Iaco. Bella.in auth.de teſtibus. §. ſi verò ignoti.& Bart.in l.poſt legatum.§.de eo verò qui legatum.ff.de his quib.vt indig.& ita etiam intelligit illa verba, requiſitis teſtibus, Imo.in dicto cap.relatum.& Barba.dicto conſi.lxxxvij.col.vlt.lib.iiij.ad dictam l.diuus.reſpondet poſt Bal.in auth.quod ſine. C.de teſtam. quòd teſtes ideo debent eſſe rogati in teſtamento militum, vt ex eo poſsit certò diiudicari, militem proferẽdo verba, quæ ſonant in teſtamentum, ea deliberatè,& ſeriò, animóque teſtandi, non ioco, non perfunctoriè protuliſſe, vt ſæpe ſolent aliàs: ſicuti & alibi huiuſmodi rogatio ponderatur in l.Pamphilo liberto.§.propoſitum.ff.de leg.iij. Et ita ſatis exprimere videtur text.in dicta l.diuus.ibi, vt prius conſtare debeat factum eſſe, & in illis verbis, alioquin &c. Ex quibus clarè apparet, rogationem non eſſe requiſitam ad ſolennitatem

*In piis cauſis maximi eſt momenti ius gentium, ſiue diuinum.*

*Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundũ tempus uerbi.*

*Teſtes ſe ingerentes, ſuſpicione non carent.*

*Ratio, cur teſtes debeant eſſe rogati in teſtamento militis.*

*Rogatio non eſt de ſolenni-*

*tate teſtamenti militis.*

teſtamenti militis,quin videlicet valeat ſine illa, quoquo pacto poſsit conſtare teſtamentum fuiſſe factum.Sicuti in ſimili dicimus in teſtamento parentum inter liberos, in quo non requiritur rogatio teſtium,vt voluit gloſſa in l.vlt.ad fin.C.de codic.Bald.Salic.& Fulgo.in dicta authen.quod ſine. C.de teſtamento.Ang.Pau.Caſtr.& recentiores in dicto §.ex imperfecto.Ange.in authen.de teſta. imperf.in prin.Nam vt dicit Bal.in dicta auth.quod ſine,in parentibus erga liberos præſumitur deliberatio,arg.l.nec in ea.ff. ad legem Iuliam de adult. quia naturalis ſtimulus vrget patrem ad cogitandum de liberis,l.amiciſsimos.§.vlt.ff.de excuſ. tut. At in teſtamento militis, in quo huiuſmodi deliberatio non præſumitur, ſi obiiceretur militem ipſum non protuliſſe verba ſonantia in teſtamentum,ac non deliberatè protuliſſe,neceſſe eſſet ad probandum animum, adferre rogatum teſtimonium,& alia quæ id arguerent.

QVARTVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis,ſola ſubſcriptio manu teſtatoris,ſine teſtibus facta,vim teſtamenti obtinet.*

*Teſtamentũ ſine teſtibus, ad pias cauſas ualet.*

QVartò accedit proximè ad ea quæ dicta ſunt in præcedentibus, quòd teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum,ſine teſtibus,ad pias cauſas valeat,vt expreſsè voluit Imol.in l. ſi is qui.ff.de teſtam.& ſequitur Corn.dicto conſi.cccvij.col.iiij. verſic. & licèt ſint conteſtes, lib.iij.Nam etiam(inquiunt)hoc ſufficit in teſtamento inter liberos,per auth. ſi modo.C. famil. erciſc. quæ ſolùm requirit ſubſcriptionem manu teſtatoris, quæ quidem non plus operatur, quàm tota ſcriptio ipſius teſtamenti,argu.auth.quod ſine.C.de teſta. & §. nos quidem.cum ſequen. in authen.de tabellionib.Et hoc quoque probatur,vt dicunt in dicta l.vlt.C.famil. erciſcun.quæ ſtatuit voluntatem inter liberos poſſe probari quibuſcunque indiciis,quod & idem affirmat Bal.in dicta authen.quod ſine.

QVINTVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis ſolum ius naturale conſideratur:& ob id mulieres non minus in teſtamento ad pias cauſas, quàm inter liberos teſtes habentur idoneæ.*

*Mulieres teſtes idoneæ in piis cauſis.*

1 QVintò ex præcedentibus quoque proficiſcitur,vt etiam mulieres ſint teſtes idoneæ in teſtamento ad pias cauſas:cùm iure naturali mulieres non reperiantur prohibitæ,ſed ſolùm de iure ciuili, vt ex eo patet, quòd in teſtamento inter liberos poſſunt eſſe teſtes,vt not. glo.in auth.quod ſine.& ibi Bal.& alij.C.de teſta.& gl.in §.quod & ſæpe.in auth.de trien.& ſemiſ.& d.l.vlt.C.famil.erciſc.& Bar.& alij,in d.§.ex imperfecto.Imo.in l.qui teſtamento. §. mulier.ff.de teſta.Franc.Aret.& Felin.in c.quoniam de teſtib. Et ita etiam in teſtamento ad pias cauſas voluit Bal.in dicta l.j.ad fi.in lect.& etiam in repetit. col.xiiij.verſic. oſtenſo de principalibus perſonis.C.de ſacroſanct.eccleſ.& conſi.ccxxx.teſtamentum de quo quæritur,eodem lib.5.vbi tamen dicit eſſe dubium.Ang.conſi.ccxxxiij.in cauſa prædicta,col.j.Pet.Anc.in dicto cap.cùm eſſes,in quarto notab.& ibi etiam Imol.& Panor.col.j.& iterum vlti.de teſta.& idem Panor.in dicto c. relatum. col.j.de teſta.Pau.Caſt.conſi.cccxxvij.dubium facit in ſupraſcripto lib.j.Barb.conſil.lxxxvij. propè eſt dominus, col.5.& ſeq.lib.ij.Alexan.conſi.cv.viſo ac diligenter.col.iiij.verſic.ſecundò reſpondeo, lib.iiij.Corn.conſ.cclxj.in hac conſultatione,col.j.lib.j.& conſ.clxviij.in præſenti,col.iij.lib.iij. & cōſ. ccxv.videtur prima facie,col.iij.lib.ij.& idem Alex.conſi.clxxvij.viſo themate.col.ij.verſic. & licèt dominus lib.ij.Soci.in dicto tractatu fallent.regu.cccx.in xxxvj.priuilegio,& Lanfran.Oria.in repe. c.quoniam contra falſam.in verbo,teſtes.verſi.& primò quæritur.ibi, inter liberos.de probat.& nouiſsimè Iaſ.in l.hac conſultiſsima.in prin.col.vlt.C.de teſta.Phil.Dec.& Feli.in dicto cap. quoniam. de teſtib.& idem Decius in l.fœminæ.ff.de reg.iur.

*Mulier nō eſt idonea teſtis in teſtamentis.*

2 ¶Contrarium tamen tenuit Spec.tit.de teſtam.§.j.verſi.item quod eſt melius.Federic. Senen.conſil. ccxvij.factum eſt tale,quidam nomine P.in fin.per iura vulga.diſponentia mulierem nō eſſe teſtem idoneam in teſtamentis.& poſt illum Roma.in dicta auth.ſimiliter,in xvj.ſpeciali, circa vltimas voluntates.C.ad leg.Falci.motus per tex.in dicto cap.relatum.in verbo, teſtibus legitimis, & aliis quibuſdam leuibus rationibus,quibus ſatis reſponſum eſt,ex his quæ ſuprà diximus,ne iterum repetamus.Subdit tamen in fine, quòd licèt hæc opinio ſit verior: tamen præcedens fortè in practica ſeruaretur,quia communis eſt,& hanc ſimpliciter refert,quaſi ſequatur Barbat. ſibi contrarius conſil. cviij.clementiſsimi Dei patris, colum.penult.in prin.lib.j.& conſi.xxxviij.difficile.col.viij.lib.iij. & non obſcurè in dicto cap.relatum.& in conſi.lviij.clementiſsimi Dei,col.antepe.& Soci.qui dubitat, conſil.xcij.in cauſa domini Antonij.columna ſecunda,verſicu.quinimò diſputatur, libro tertio.Sed & hanc partem ſequitur intrepidè,& conſtanter Benedict.Cap.conſil.lxxv.& facit in hanc partem, quod ſcribit Baldus conſilio cclxiiij. ad euidentiam. in fin. quòd ſufficiunt duo teſtes in legato ad pias cauſas, modò ſint omni exceptione maiores. At mulieres non ſunt eiuſmodi ſecundùm Alexandrum conſilio ſeptuageſimo, viſo conſilio.columna quinta,verſic.bene facit.lib.ſecundo,& Cæpola conſi.xxxij.quidam ruſtici,col.ij.verſi.primò fuerunt.Dec.in l.fœminæ.col.5.in xvj.caſu. verſi.& caſu quo.ff.de reg.iur.

*An duo teſtes ſufficiãt ad pias cauſas.*

SEXTVM



SEXTVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis valet teſtamentum,non lectum coram teſtibus,viuente teſtatore, nec in publicam formam redactum:niſi primò cauſas teſtator expreſſerit, deinde & aliud ad pias cauſas minus ſolenne fecerit.*

*Mortuo teſtatore ante lectũ coram teſtibus teſtamentum, nihil uaniturũ eſt.*

1 SExtò,ex eodem fonte manat,quòd licèt aliàs non valeat teſtamentum à tabellione,aut ab ipſo teſtatore conſcriptum,ſi antè decedat teſtator, quàm fuerit lectum coram teſtibus,& in publicam formam redactum,per tex.notab.in l.fideicommiſſa.§. quoties. & in glo.Bart.& alij,ff.de lega.iij.Fallit tamen in teſtamento ad pias cauſas, in quo id neceſſariò non requiritur, vt voluit Dyn.in l.Lucius Titius miles.ff.de milit.teſta.per illum tex.loquentem in teſtamento militis,quem & ipſe Dyn.trahit ad teſtamentum ad pias cauſas,& Rom. qui hoc reputat ſing.in dicta auth.ſimiliter,in xiij.ſpeciali circa vltimas voluntates.Imo.in dicta l.fideicōmiſſa. & ibi quoque Alex.in addit.Bart.& idem Imo.conſ.lxxv.viſa dicti facti.lib. 1.& dicto c.cùm eſſes. de teſta.Pau.Caſtr.conſi.xxv.ſuper eo quod quæritur,lib.2.Corn.conſ.liij.pro deciſione.col.iij.lib. 1.& conſ.cxviij.in hac conſultatione,col.iij.verſ.nec obſtat dictum,lib.iij.vbi & idem concludit eſſe in teſtamento inter liberos,ad hoc multùm allegans conſi.cccvij.prima facie,in prin.Innoc. in his, quæ dicit,col.vij.verſ.nec obſtant adducta in contrarium, lib.3.& Socin.d. regul. ccc.in 34. priuileg. Barbat.latè conſil.xlij.feciſſet teſtamentum ad pias cauſas,& Alex.conſ.iiij.attentis narratis, col. iij. & iiij.lib.vij.& Iaſ.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.col.2.C.de teſtam.Et hoc quidem confirmatur:quia nec in teſtamento inter liberos,ea ſolennitas requiritur, ſecundùm Bart. in dicta l. fideicommiſſa.§.quoties.& Imo.in l.ſi is qui.ff.de teſtam.& Corn.vbi ſuprà, quicquid ſenſerit gloſſ. in dicta l.ſi is qui.

*Reſtrictio præcedentium.*

2 ¶Hoc intellige procedere, niſi primò teſtator cauſas expreſsiſſet,deinde feciſſet aliud ad pias cauſas,quod tamen non fuit lectum coram teſtibus,& in publicam formam redactum. Certè hoc poſtremum teſtamentum nullius erit roboris:nec ex eo cenſebitur primum reuocatum. Ita conſuluit Oldr.conſ.cxix.Titius condidit teſtamentum,per tex.in §.ſed hoc præſenti.in fi. in auth. de ſanctiſ. epiſc.& alia quæ ipſe allegat,quem ſequitur Ioan.Anan.in addit.Specul.tit.de inſtrum.edit. §. compendioſè.verſ.& quid ſæpius.in addit.col.pen.& Pet. Anch. in dicto cap. cùm eſſes. de teſtamen. & Barbat.dicto conſi.xlij.col.vij.verſ.nec obſtant allegata,& col.ſeq.lib.iiij.

SEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum imperfectum, totius voluntatis imperfectione, quantum ad ea quæ pias cauſas concernunt valere interpretandum eſt.*

*Teſtamentum imperfectum, in piis cauſis habet effectũ.*

1 SEptimò,hinc quoque efficitur,quod præcedenti eſt finitimum, vt valeat teſtamentum imperfectum,imperfectione voluntatis,fauore piæ cauſæ,vt videtur voluiſſe Bartol. in l. in teſtamento.per illum tex.ff.de fideicom.libert.vbi ita dicit ſe dixiſſe in quæſtione facti,& expreſsè Bald.in l.in iure.C.de manumiſſ.teſtam.Petrus Anch. conſ.cccxxxvij. de efficacia. Imo.in l.ſi is qui.ff.de teſtam.& in cap.ij.eo.tit. Ioan. Anan. conſ.lvij.viſis & conſideratis. Panorm.in cap.pe.col.ij.de ſucceſ.ab inteſta.Paul.Caſtr.conſi.ccccl vj.viſis & examinatis atteſtationibus.lib.j.Ang.Aret.in §.ex eo.in fin.Inſti.quibus modis teſtam.infirm.Alexan.in dicta l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.& in l.ſi certis annis.C.de pact.& conſi.cviij. viſo ac diligēter conſiderato.col.ij.verſ.confirmantur etiam prædicta.lib.iiij.& Socin.dicta reg.ccc.in xxxviij.priuilegio.& Barb.dicto conſ.xlij.col.iiij.lib.iiij.& in repet.l.cùm acutiſsimi.col.xxxix.C.de fideicom. vbi hoc ſing.reputat, & Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua.col.iij.verſ.xij.Sicuti etiam valet teſtamentum imperfectum,non ſolùm ex defectu ſolennitatis,de qua loquuti ſumus in præcedenti capite inter liberos,per tex.in d.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de teſtam. ſed etiam ex defectu voluntatis,de quo nunc loquimur per tex.in l.vlt.C. fam.erciſ.per quem ita Roman.in d. auth. ſimiliter.Panorm.in d.c.penult.de ſucceſſ.ab inteſt.& latè Barb.conſil. lviij. omnipotentem. col. v. verſic.quinimo plus videtur,libro iiij.Angel.in repet.l.ſi certis annis.in vlt.char. C.de pact. Bald. in l.ex ea.de teſtam.

*Contrariæ opinionis authores.*

2 ¶Contrarium tamen tenuit Bald.in repet.l.j.col.penult.in vj.q.C.de ſacroſanct.eccl.Ang. in d. l. ſi is qui.ff.de teſtam.Petr.Anch.in c.2.de teſtam.& Panorm.ſibi contrarius, conſi. cv. caſus in facto ſic proponitur,lib.ij.& Pau.Caſt.etiam ſibi contrarius conſ.cj.ad primum quæſitum videtur reſpondēdum,in iij.dubio,lib.ij.& conſil. ccccxlix.viſa facti narratione,lib.ij. Raph.Fulg.conſ.cxvij. Ioannes quondam.col.pen.Flor.in l.cùm de in rem verſo.col.ij.ff.de vſur.Imol.conſ.xcj.in cauſa quæ vertitur,in prin.2.dub.lib.2.& Rom.in d.auth.ſimiliter.in xviij.ſpeciali.circa vltimas voluntates. motus primò.quia inter teſtamentum inter liberos,imperfectum imperfectione voluntatis,eſt nullum, vt voluit gloſ.ordin.in d.l.ſi is qui.& ibi Bart.& alij,ff.de teſtam. & in l.vlt.in verbo, impletum. & ibi etiam Guli.Cun.Bart.& Bald.C.famil.erciſ.Bart.Albe.Ang.Corn.& recentiores in dicto §.ex imperfecto.Bald.conſ.ccxcvj.licet regulariter in teſtamento, lib.v.Anto.in c.j.de ſucceſ.ab inteſt.Pan. d.conſ.cv.Ang.Aret.§.ex eo autem.Inſtit.quib.mod.teſta.infir.Philip.Corne. conſi.cccviij. pro deciſione,col.iij.verſ.hæc quidem ſunt,lib.3.Ergo multò magis teſtamentum factum piæ cauſæ, cui minus fauetur,quàm liberis,vt not.in c.quicunque,xvij.q.vj.cum concord.Subdit tamen Ro.quòd licet doct.hoc communiter teneant,vt teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, inter liberos

*Teſtamentum inter liberos, imperfectum.*

non valeat:id tamen videtur eſſe contra caſum d.l.vlt.C.fam.erciſ.in illis verb.ſiue cœptum,neque impletum ſit teſtamentum,defuncti diſpoſitio cuſtodiatur &c.Ideò nihil moratus,alias rationes adducit,videlicet quòd regulariter non valet teſtamentum, imperfectum ratione voluntatis l. furioſum.C.qui teſt.fac.poſ.& d.l.ſi is,qui,& l.ex ea ſcriptura.ff.de teſta.nec hîc caſus exceptus reperitur. Item videtur,inquit,caſus expreſſus in l.ſi iure.C.de manu.teſta.vbi non iure facto teſtamento,non competit libertas,nec diſtinguitur,an ſit non iure factum ex defectu ſolennitatis,an ex defectu voluntatis,ergo indiſtinctè intelligendus eſt.l.de pretio.ff.de Publ.in rem act.cum ſimilib.Adde & tu ad confirmationẽ huius rationis,quòd dictus tex. non poteſt intelligi, de teſtamẽto non iure facto, ex defectu ſolennitatis,per ea quæ ſuprà diximus in præcedentibus.Ergo neceſſariò debet intelligi de defectu voluntatis,alioquin eſſet ſuperuacaneus,& vide Pet.Anch.cõſ.cccxxxvij. de efficacia. Deinde ſubiunxit Rom.non obſtare d. l.in teſtamento. ff. de fideicom.liber. cui omnino innititur Bart.quia ſi etiam ille text. intelligitur de imperfectione voluntatis , tamen non neceſſariò obligat hæredem , vt patet ex illis verbis:pios tamen filios debuiſſe manumittere, &c. ex quibus conſtat, quòd huiuſmodi legatum pium,non eſt debitum iure efficacis rationis , ſed cuiuſdam pietatis : vt videlicet hæres , maximè filius , adimpleat quod pater ſuus diſpoſuit in fauorem piæ cauſæ. Quæ res obligationem efficacem non producit , vt patet ex l.cùm is, §. mulier.de cond. indeb. vbi licèt pietas excludat repetitionem eius,quod pro dote indebitè ſolutum eſt,non tamen obligat eam,quę pro dote alterius erranter indebitè ſoluit,ad dotem ipſam exoluendam.& tex.in auth.de hæred.& Falcid.§.ſi verò expreſſum,vbi dicitur,quòd piè facit hæres inſtitutus adiens hæreditatem,& tamẽ ea ipſa pietas non obligat inuitum ad adeundum,l.ſicut.cum ſimilib.de repud.hæredit. C.& poſtremò ex text. in l. penult. §. illo.C. de neceſſar.ſeru.hæred. inſtit. vbi legatum factum ſeruo proprio ſine libertate,non obligat hæredẽ:impiè tamen facit hæres,qui illud ſoluere renuit. Et ita ante Romanum videtur intellexiſſe dictam l. in teſtamento. vt videlicet non ſit neceſsitatis , ſed cuiuſdam æquitatis,& ſuaſionis.Bald(cuius Rom.non meminit)in l.cùm quis,col.iiij.verſ.dices tu, nónne eſt, C.de iuris & facti igno.& Panorm.d.conſ.cv. lib.ij.

*Cùm lex non diſtinguit,indiſtinctè intelligendum eſt.*

*Autor confirmat priorem opinionem.*

3 ¶Tu tamen tene priorem opinionem,quæ communior eſt,per textum in dicta l.in teſtamento , qui eſt ad hoc expreſſus,vt qui vtitur verb.debuiſſe,quod eſt præciſæ neceſsitatis,vt not.in l. ſæpe. ff. de offic.præſid.& tex.in ca.vlt.ibi,non ſolùm poſſunt,ſed debent.de ſenten.excommuni. cum ſimilib. & ita omnes illum tex.vt videlicet ſit neceſsitatis,intelligunt,quotquot illum ſiue ad hoc propoſitum,ſiue ad aliud allegant.Nec huic obſtat quod dictum eſt,non quicquid eſt pietatis,continuò eſſe neceſsitatis.Neque enim propterea ſequitur,non eſſe neceſsitatis,quicquid pietatis eſt. Nec animaduertit Rom.ſe ſibi diſsidere,cùm in xiij.ſpeciali id adfirmanter tenuiſſet,quod diximus in pręcedenti verſ.quod omninò repugnet huic quod nunc tenuit.

*Reſtrictio prioris opinionis. Legatũ nullũ, etiã piæ cauſa inſtituta.*

4 ¶Sunt tamen qui hoc intelligunt procedere,ſi eſt imperfectio voluntatis, reſpectu totius teſtamẽti: ſecus eſt,ſi voluntas eſt imperfecta, reſpectu diſpoſitionis de qua agitur,vt pulchrè declarat Panor. in dicto c.penult.de ſucceſſ.ab inteſta.Philippus Decius qui hoc not.reputat in cap.j. col. v. de fide inſtrum.Sed & intellige,vt valeat quantum ad ea quæ concernunt pias cauſas. Nam in cæteris legatum valebit,etiam ſi pia cauſa fuerit inſtituta,vt latè tenuit Iaſon in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.col.3.verſ.pro intelligentia.C.de teſtam.contra Salyce.in auth.caſſa.col.iiij.& ix. C. de ſacroſanct.eccleſ.& Anto.in cap.quidam clericus,col.antepen.de foro competen. & Alex. conſil. lxj. viſo tenore allegati,col.iij.verſi.aduerte tamen lib.j.& conſ.cv.viſo ac diligenter conſiderato,col.v. verſi.cæterum teſtamenta.& iterum col.vlt.lib.iiij.tu illum omnino vide,& quod diximus ſuprà in primo priuilegio.

## OCTAVVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis nutu,& ſignis factum teſtamentum valet , niſi teſtator excommunicatus,vel in bello illicito deceſſerit,vel cæcus teſtetur.*

*Teſtamentum nutu factũ nõ ualet. Secus in piis cauſis.*

1 OCtauò non admodum diſsimile eſt,quòd licèt aliàs non valeat teſtamẽtum nutu factũ. l.iubemus.& ibi gl.& doct.C.de teſtam.valet tamen ad pias cauſas,vt voluit gl.in c.cùm tibi,de teſtam.quam ſequuntur docto.ibi,& Bald.in l.j.col.ij.in lectu. vbi eam gloſſ. dicit ſingul.& in repet.colum.antepen.verſi.ſuper quinto,& ibi Franc.Aret.col.vlt.C.de ſacroſan.eccl.& Bald.in l.ſi poſt diuiſionem.poſt medium,C.de iuris & fact.igno.& in l. diſcretis , C. qui teſtamen.fac.poſſ.& in l.ij.& ibi quoque Imol.ff.de teſta.& conſ.clxxiiij.quidam dominus Rambaldus,lib.3.Pet.Anch.& Imol.in cap.ij.de teſta.Imol.in l.captatorias,verſ.ſed iuxta prædicta, ff.de hæred.inſtit.Ang.Alex.Corn.& Iaſ.in dicta l.iubemus.C.de teſtam.Angel.in l.in fraudem,§.j.ff.de milit.teſtam.Calde.conſi.iiij.tit.de teſta.Barb.qui illam gl.dicit ſing.conſ.xliij.illud in medium referã, col.v.& ſeq.lib.iij.Franc.Aret.in l.j.col.vij.verſ.tertiò confirmatur,ff.de teſta. Iaſ.in l. licèt inter priuatos,col.j.verſ.tertiò confirmo,C.de pact. & in authen. ſi qua mulier , colum.ij. C. de ſacroſanct. eccleſ.& in l. ſi cui legetur,§.hoc autem.colum.vlt.ff.de legat.1.Felyn.in c.in præſentia , col.xxij.de proba.Ludo.Bolo.conſil.liij.venerandus dominus,colum.vlt.Stephan. Bertran. conſ. cj.licet teſtamentum, libro primo.

*Teſtamentũ militis nutu factũ non ualet. Nec teſtamentum inter liberos.*

2 ¶Contrarium tamen videtur voluiſſe Bald.ſibi contrarius,& Paulus Caſtr.in l.& in epiſtola. C. de fideicom.tanquàm hoc iure expreſſum non reperiatur,& Ang. etiam ſibi contrarius in quibuſdam

lecturis



lecturis in dicta l.iubemus, & Barbat.ſibi contrarius , conſilio xcij. præclarè ſcribitur, columna 7. lib.ij.& in hanc partem conſuluit Ant.de Prato.cuius conſilio ſubſcripſerunt omnes Peruſini,vt refert Franciſ.Curt.in addit.Alex.in dicta l.iubemus,& pro hac parte facit,quòd non valet teſtamentum militis nutu factum,nec teſtamentum inter liberos , vt de primo eſt gl. quam plerique omnes ſequuntur in dicta l.in fraudem,§.j.in verbo,nuda,ff.de milit.teſtam.Secundum autem de teſtamẽto inter liberos tenuit Bald.Ang Fulg.Paul.Caſt.& recentiores in dicta l.iubemus.Bal.& Pau. Caſt. in dicta l.in epiſtola,& ipſe Ang.in l.hac conſultiſsima,§.ex imperfecto.C. de teſtam.& in auth. de teſtam.imperf.& in d.l.in fraudem,& d.l.diſcretis,C.qui teſtam.face.poſſ.& videtur eſſe tex. in authen. quod ſine,ibi,non ſignis,C.de teſtam.

*Ex permiſſu principis poteſt quis nutu teſtari.*

3 ¶Sed prima opinio vt communior eſt,ita & verior,quia,vt iam diximus,in diſpoſitionibus ad pias cauſas attenditur ius diuinum,vel gentium, in quo non reperitur prohibitio teſtamenti nutu faciẽdi.Quin videmus quòd princeps poteſt permittere,vt quis eo modo teſtetur, per l. ſi mutus. ff. de teſtam.nec etiam expeditum eſt omnino,quod de teſtamento militis, & de teſtamento inter liberos diximus.Nam quod ad primum attinet,videtur eſſe tex.in contrarium in l.iure militari.ff.de militа.teſtam.& in §.quinimo.Inſtit.eo.vbi mutus poteſt teſtari,quod tamen non poteſt aliter facere, quàm nutu,& ſignis.l.vbi.ff.de regulis iuris.& ita intrepidè tenuit hanc partem Ale.in d.l. diſcretis, colum.vlt.vbi tamen diſtinguit,an miles poſsit loqui articulatè,& ita procedat prima ſententia:aut non poteſt,& procedat ſecunda,per id quod in ſimili dicitur in ca.tuæ.de deſponſat. & ita etiam in terminis conſuluit Ang.conſ.cclvij.teſtator fecit teſtamentum ſuum.Quantum autem ad teſtamẽtum inter liberos,videtur etiam textus in contrarium in l.vlt.C.famil.erciſc. in verbo, vel iudiciis, per quem hanc poſtremam partem tenuit Corn.in dicta l.iubemus,colum. penult. vbi ita dicit vidiſſe, ſe de facto conſultum per plures clariſsimos, licèt periculoſum eſſet in practica recedere à communi opinione.

*Teſtator excõmunicatus decedẽs, nõ cenſetur ad pias cauſas teſtari.*

4 ¶Tenendo igitur eorum opinionem,qui dicunt valere teſtamentum nutu factum ad pias cauſas, eam duobus modis limitabis.Primò,vt procedat,niſi teſtator deceſſerit in eo ſtatu,qui prima fronte huiuſmodi appareat,vt non ſit tractandum de fauore animæ , quia deceſsit excommunicatus , vel in bello illicito,ex not.per glo.antiquam in cap.decernimus,de ſenten.excommunic.lib.6.Ita voluit Bald.in dicta l.iubemus,contra quem pungit Corn.ibi,col.penult.dicens eſſe ſuper hoc cogitandũ: quia licèt non ſit conſiderandus fauor animæ teſtantis, ſubeſt tamen ſemper fauor piæ cauſæ inſtitutæ.Tamen id quod Bald.ſuprà tenuit,Bart.ante illum in repetitio.l.j.in 6.quæſt.C. de ſacroſanct. eccleſ.& Lapus alleg.cxxiij.in Dei nomine.& Dominic.in c.2.§.vlt.col.iiij.de vſur.Firmia.in tractatu de epiſcopo,in xxxj.quæſtio.quartæ partis,lib.iiij.verſ.nota ergo in primis.Sed Bald.ibi , in lectu. colum.3.verſ.quid de excommunicato,& in repetitio.col.iiij.verſi.6.& ſeq.quæſt. C. de ſacroſanct. eccleſ.tenet contra Bart.& ita eſt ſibi contrarius.& hoc etiam ſequitur latè Panor.in rubr. de teſta. col.pen.ſuper quo vide latè Philip.Franc.in rubrica eodem tit.lib.6.colum.xiiij.verſic. vlt.quæritur an excommunicatus.

*Teſtamentum cæci requirit ſpecialem ſolẽnitatem.*

5 ¶Limita ſecundò ſecundùm Ang.in d.l.iubemus.non procedere in teſtamento cæci , in quo requiritur ſpecialis ſolennitas,per l.hac conſultiſsima,C.qui teſta.facere poſſ.Et hoc dictum Ang.ſimpliciter refert Corn.in d.l.iubemus,col.pen.tanquam id ſequi videatur.Verùm Alex.ibi , col.1. apertè reprobat,dicens ſibi videri non eſſe verum,quia diſpoſitio illius l.hac conſultiſsima , non habet locum in teſtamento ad pias cauſas.

## NONVM PRIVILEGIVM.

*Mutus,& ſurdus ſimul à natura,non prohibentur ad pias cauſas teſtari:vtpote quæ nullis legibus coarctantur.*

*Mutus & ſurdus an poſsint teſtari.*

1 NOnò,licèt mutus.& ſurdus ſimul à natura teſtari non poſsit,per l. diſcretis , poteſt tamen teſtari ad pias cauſas,& hic caſus longè alienus eſt à præcedenti& magis lubricus. Nam non quicquid poteſt quis nutu facere , continuò poteſt mutus , & ſurdus à natura etiam facere.Quis enim poteſt nutu codicillos facere,per l.nutu.ff.de lega.iij. mutus tamen, & ſurdus ſimul à natura id facere non poteſt,per dictam l.diſcretis,& ibi Raph.& Paul.Caſt.cum ſim. adductis per Corn. ibi.Igitur ( vt redeamus ) poteſt mutus , & ſurdus ſimul à natura teſtari ad pias cauſas,vt videtur ſentire Bal.in dicta l.diſcretis,& expreſſius Alex. ibi,& Panorm.in rubrica de teſtamen.col.iiij.Pro quibus facit,quòd miles,mutus ſimul,& ſurdus teſtari poteſt,vt videtur eſſe tex. in dicta l.iure militari.ff.de milit.teſtam.& in dicto §.quinimo.Inſtit.eod.& vtrobique glo. intelligit. illos tex.in muto ſimul & ſurdo à natura,quam ſequuntur Ioan.Fab.& alij ibi,& Cy. Saly. & Alex. in dicta l.diſcretis. Bald.& Ang.in dicta l.iure militari.& eſt etiam gloſ.in §.vlt.in verbo,certis,Inſti. quibus non eſt permiſſ.facere teſtam.facit etiam quòd princeps.poteſt diſpenſare, vt mutus , & ſurdus ſimul à natura teſtentur.ſecundùm Cyn.Bald. Roma. & Alex.in dicta l.diſcretis,per l.ſi mutus. ff.de teſtamen.Ex quo facilè colligi poteſt , hoc impedimentum non eſſe iuris naturalis , gentium, aut diuini : alioqui enim princeps illud tollere non poſſet , per clement. paſtoralis , de iudiciis , & not.Imol.in cap.quæ in eccleſiarum,de conſtit.& Bart.in l.vlt.C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam,cum ſimilibus.

*Princeps diſpẽſat,ut mutus, & ſurdus teſtentur.*

*Hoc tamen impedimẽtũ, non eſt iuris naturalis.*

*Mutus & ſurdus à natura,*

2 ¶Contrarium tamen tenet Bald.in l.j.colum.ij.verſ.quæro vtrum furioſus,in lectu.C.de ſacroſanct. eccleſ.Roma.& Iaſon in dicta l.diſcretis,& Franc.Aret.in l.qui in poteſtate,§.vlt. colum.penult. ff. de teſta.

*æquiparantur pupillo.*

de teſtam.Moti primò,quia hoc impedimentum vniuerſale excludit conſenſum,l.cùm prætor, §. penult.ff.de iudic.Ideo mutus,& ſurdus à natura æquiparantur pupillo,per l.ſeruo inuito domino. §.cùm prætor.ff.ad Trebellia.& l.Fulcinius exiſtimat.§.adeò autem latitatio.ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ.eat.Imò verò infanti,vt voluit Bart.in l.j.in prin.& ibi omnes poſt eum,ff.de verb.oblig.& propterea neque donare,neque aliter inter viuos contrahere poteſt,vt voluit gloſſ.not.in l. qui id, quod,§.mutus,& ſurdus.ff.de donatio.ibi vide docto.Pupillus autem etiam doli capax, non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas,vt voluit Bart.in d.l.j.in ij.q.per tex.& ibi Bald.in lect.col.iij.verſ. ſecundò quæro,& in repet.col.viij.verſ.ij.quid de pupillo,& ibi quoque Bart.Salycet. Floria. Bono.& alij præter Richard.Saly.C.de ſacroſanct.eccleſ.Bart.in l.ſi quæramus,& ibi etiam Ang.ff.de teſtamen. Bald.Roma.Alex.& Iaſ.in l.ſi frater,C.qui teſtam.face,poſſ.Petr.Anch.& Imol.in ca. ij. de teſtam. Panorm.in rub.extrà eo.Alex.conſ.cij.ſuper eo de quo quæritur,poſt princip.Bened.Cap. conſ.85. cùm viſo & conſiderato.col.2.Barb.conſ.lviij.clementiſsimi Dei Patris,col.ij.& ſeq.lib.1.Fran.Arc. & Iaſ.in l.vlt.col.vlt.C.de teſtam.mili.& in l.reſcripta.col.2.verſ.tertiò facit,C.de preci.Impe.offer. & Philip.Franc.in rub.de teſtam.lib.6.col.iiij.verſ.tertiò quæritur,vbi dicit de hoc dicto, eſſe text. in c.licet,de ſepul.vbi nemo poteſt ante pubertatem ſibi eligere ſepulturam.Iaſon in l.reſcripta.col. vlt.C.de preci.Imper.offer.Philip.Decius in l.pupillum,paulò ante fi.ff.de reg.iur. text.in c.ſi pater. de teſta.lib.vj.vbi pater poteſt pupillariter,vſque ad tempus pubertatis,ad pias cauſas pupillum ſub ſtituere.Ex quo ſequitur quòd ipſe pupillus non poteſt teſtari ad pias cauſas. Nam pupillaris ſubſtitutio eſt introducta in ſubſidium,propterea quòd pupillus teſtari non poteſt.Inſtit.de pupil.ſubſtitu.in prin.De quo tamen quantùm ad pupillum doli capacem,dicam infrà eod.tit.§.vlt.in glo.vlt. Item & pro ſecunda parte videtur eſſe tex.ad literam,in dicta l.diſcretis, vbi non poteſt ſurdus ſimul,& mutus libertatem relinquere,cùm tamen libertas ſit pia cauſa per l.1.ad fi.C. de com. ſeruo manu.& quicquid ſtatutum eſt in libertate,procedit etiam in pia cauſa,vt voluit Bart.in l.proximè. ff.de his quæ in teſta.delen.& l.ſi vnus,ad fi.C.de teſta.cum concord.Ideo etiam contra id quod diximus de milite,tenuit contrarium Raph.Cum.in l.qui in poteſtate,§.j.ff.de teſtam.videlicet quòd miles mutus ſimul,& ſurdus à natura teſtari non poteſt,& Iaſ. qui dicit ſe ſemper tenuiſſe contrarium.in dicta l.diſcretis,col.1.vbi reſpondet iuribus contrariis.Sed & contra illud, quod dictum eſt poſſe principem in eam rem diſpenſare,tenent Raph.Cum.& Paul.Caſtr.in d.l.qui in poteſtate, §. 1.& Iaſ.in d.l.diſcretis.Franc.Aret.in d.l.ſi mutus.ff.de teſtam.vbi adducit viuam (vt ait) rationem: quia mutus,& ſurdus à natura nihil intelligit, per d.l.ſeruo inuito,§.ſi pupillo,in fi.ff. ad Trebellia. Sicut ergo princeps non poſſet concedere furioſo,& mente capto teſtamenti factionem, quia caret ſenſu,& lex poſitiua non poteſt immutare naturam rerum,l.iij.ff.de vſufruct.earum rerum quę vſu conſumun.ita non poteſt muto,& ſurdo ſimul à natura.

*Nemo poteſt ante pubertatē ſibi eligere ſepulturam.*

*Pupillaris ſubſtitutio eſt introducta in ſubſidium.*

*Princeps poteſt pupillo doli capaci concedere teſtamēti factionem.*

3 ¶Sunt qui has opiniones ita concordant, vt videlicet prima procedat in muto, & ſurdo à natura, quem tamen conſtat intelligere,& teſtari velle ex ſignis, & indiciis, ſicuti nuncupatim voluerunt Ioan.Faber in dicto §.quinimo.Salycet.Alexand.Corne.& Iaſon in dicta l.diſcretis, alioqui procedat ſecunda opinio: ſicuti in ſimili dicitur,quòd princeps, ſtatutum & conſuetudo poteſt pupillo doli capaci concedere teſtamenti factionem,incapaci non poteſt,vt voluerunt Bart.Raph. & recentiores in l.ſi quæramus,ff.de teſtamen.cum concord.quas adferemus infrà eo.tit.§.vlt.Nam & quod dictum eſt ſurdum ſimul, & mutum à natura ęquiparari pupillo,& infanti:intelligunt omnes de eo qui nihil prorſus intelligit,vt per Bart.& alios in l.1.ff.de verb.oblig.& in l.mutum,in princ.ff.de acquirenda hæreditate.

4 ¶Nec obſtat quod diximus,non poſſe mutum,& ſurdum ſimul à natura relinquere libertatem,quę eſt pia cauſa.Et verum eſt quòd libertas ſit pia cauſa,quando legatum libertatis fit pro anima, vel amore Dei,aliàs ſecus,vt expreſsè voluit Bart.in repetitio.dictæ l.j.C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed caue,quia communiter tenetur,quòd relictum libertatis indiſtinctè,ſit pia cauſa, vt voluit idem Bart. in dicta l.proximè,ff.de his quæ in teſtament.delen.& in dicta l.ſi vnus.C.de teſtamen. & eſt bonus textus in dicta l.1.§.vltimo, C.de commu. ſeruo manu. vbi non erat relicta libertas pro anima. Et propterea illam Bart.limitationem in ſpecie,reprobat Imola in l.captatoriæ.ff.de legatis primo, de quo dicam poſtea,cùm enarrabimus,quæ dicantur piæ cauſæ.Ideo aliter reſpondendum eſt, quòd prohibitio d.l.diſcretis,non hìc attenditur in diſpoſitione ad pias cauſas,quæ nullis legibus, præterquam iuris naturalis,ſiue diuini coarctatur.

## DECIMVM PRIVILEGIVM.

*Specialis ſolennitas communiter in cæci teſtamento obſeruata, non habet locum, ſi teſtetur ad pias cauſas.*

DEcimò,licèt cæcus teſtari non poſsit,niſi ſeruata ſolennitate, l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam.facere poſſ.tamen ea ſolennitas non requiritur,ſi teſtetur ad pias cauſas, vt voluit Ang.qui putat aliud in relictis,priuatis quibuſdam pauperibus in d. l. hac conſultiſsima, ſed Alex.ibi,col.vlt.idem putat generaliter in omnibus relictis ad pias cauſas.per tex. in c. cùm eſſes,& c.relatum,eo.quæ ſæpius allegat,& illum ſequi videtur Iaſ.ibi,col. iij. verſ. ſecundò limita,& idem etiam ſimpliciter voluiſſe videtur Corn. ibi, col. 2. verſ. & ſimilis quæſtio, & apertè Steph.Bertrand.dicto conſi.cj.licèt teſtamentum,per totum,lib.1.

VNDEC



## VNDECIMVM PRIVILEGIVM.

*Temporis inſcriptio non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas.*

VNdecimò,licet in teſtamento requiratur temporis inſcriptio, per auth. quod ſine. C. de teſtament.id tamen non obſeruatur in teſtamento ad pias cauſas, quod valet ſine inſcriptione temporis,vt pulchrè conſuluit Alex.conſ.iiij.attentis narratis,col.pen.verſ. ſecundò reſpondetur, lib.vij.motus ea communi ratione,quòd hæc ſolennitas non ſit iuris diuini,vel canonici,Corn.conſ.cccvj.videatur prima facie.col.j.verſ.ſecundò videtur, iunctis his quæ ſcribit Phea.col.vij.verſ.non obſtat dicta auth.Quamuis Bart.contrarium ſenſiſſe videatur conſil. lxxxviij.vel lviij.proponitur quòd Iacobus.

*In teſtamentis neceſſaria eſt temporis inſcriptio.*

## DVODECIMVM PRIVILEGIVM.

*Si conſtet de voluntate teſtantis,quibuſcunque verbis, vel indiciis teſtamentum ad pias cauſas conſcriptum inueniatur, effectum ſortietur.*

DVodecimò,quod & præcedentibus accedit,licèt aliàs teſtamentum ſcriptum notis inuſitatis,cenſeatur eſſe inualidum,l.ſed cum patrono.§.vlt.ff.de bon.poſſ.ſecus ſi per vſitatas, l.quoties,verſ.ſi quis.ff. de hæred. inſtit. tamen ad pias cauſas ſemper valet teſtamentum notis ſcriptum,ſiue vſitatis,ſiue inuiſitatis,modò poſsit quoquo modo conſtare de voluntate teſtatoris.Ita voluit Dyn.in l.Lucius.ff.de teſta.milit.per illum tex.loquentem in milite, quem extendit & ad hunc caſum ſequitur,& dicit Sing.Rom.in dicta auth.ſimiliter,in xvij.ſpeciali,circa vltimas voluntates,Socin.in tract.fallen.regu.cx.in 37.ſpeciali.Et reſpondet Ro.vbi ſuprà,ad auth. quod ſine,C. de teſta.vbi teſtamētum inter liberos debet ſcribi,non ſignis,ſed literarū cōſequentia. Et cùm extenſio,quæ ex illo textu fieret ad pias cauſas,eſſet illis odioſa,ea autem quæ fit ex teſtamento in d.l.Lucius,ſit fauorabilis:illam repudiare,hanc amplecti debemus,quia in dubio aſſumēda eſt opinio,quæ teſtamento fauet,& maximè ad pias cauſas celebrato,per l.ſi pars.ff.de inoffi. teſtam.Sed tu præterea aduerte,quòd contra illum tex.in dicta auth.quod ſine,videtur eſſe alius tex. in l.vlt.C.famil.ercîſc.vbi expreſsè dicitur,quòd teſtamentum patris inter liberos valet, quibuſcūque verbis,vel indiciis conſcriptum inueniatur.Niſi dixeris tunc procedere, modò conſtet de voluntate teſtatoris,aliàs procedet dicta auth.quod ſine,quæ ita nihil omnino oberit.

*Teſtamentum notis inuſitatis ſcriptum,non ualet.*

## DECIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Piæ cauſæ nullis ciuilibus ſolennitatibus coarctantur:quapropter abſurdum non eſt ad pias cauſas quem teſtatum,& inteſtatum decedere.*

1 DEcimotertiò,quod & ſuperioribus cōuenit, licèt aliàs quis non poſsit decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,l.pen.ff.de iniuſt.teſta.poteſt tamen ad pias cauſas, vt voluit Bart.in repet.l.1.in 2.quæſt.& latius col.antepen.verſ.quintò quæro, C. de ſacroſanct. eccl.quia,vt ipſe dicit, in his ceſſat omnis ciuilis ſolennitas:nec neceſſe eſt ex naturali æquitate,quòd quis omnino teſtatus decedat,per l.ſi miles vnum,& l.ſi duobus.ff. de milit. teſta. vbi miles poteſt pro parte teſtatus decedere,& pro parte inteſtatus:& ita quoque Petrus Anch.& Imol. in cap.cùm eſſes,de teſtam.Panorm.conſ.xxxij.circa duo dubia,col.ij.lib.2.& Alex. conſil.cv. viſo ac diligenter conſiderato,in fi.lib.4.Corn.conſ.liij.pro deciſione,lib.1.& Iaſ.in d.l.hac conſultiſsima, §.ex imperfecto,col.iiij.C.de teſtam.& Philip.Decius in l.ius noſtrum,col. 2. ff.de reg.iur. Et facit etiam in hanc partem:quia poteſt ſtatutum diſponere,vt quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,vt voluerunt Ang.& Imol.in l.2.per illum text. & ibi quoque Alexand. in 2.notab. ff. de vulgari & pupillari ſubſtit.ex quo poteſt intelligi,hoc eſſe introductum de iure ciuili,non naturali,aut gentium.

*Nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Nemo naturali æquitate cogitur omnino teſtatus decedere.*

2 ¶Verùm Bald.in repet.d.l.1.col.pen.verſ.ſuper ſexta quæſtione, tenet contrarium:videlicet quòd teſtator ad pias cauſas,non poteſt ab initio decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: ſic enim ſemiteſtatus,id eſt,imperfectè teſtatus,& imperfectæ voluntatis decederet,quod eſt(vt dicit) ridiculum dicere: reſpondètque ad d.l.ſi miles,quòd ibi ſpeciale in milite ex poſtfacto:verùm ipſo iure non poteſt quis decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.dicta l.penu.ff.de iniuſto, rupto teſtam.ſed per ſententiā ſic,l.cùm filius,in princ.ff.de lega.2.& l.etiam.& ibi nota.ff.de inoffi. teſtam.hæc Bald.qui & in lectio.d.l.1.col.vlt.verſ.iuxta hoc quæro,idem tenet, motus, quia cautum non reperitur.Nec valet,inquit,argumentum de teſtamento militis, quia nullo iure probatur iſta æquiparatio,ſiue ſimilitudo:& ideo debemus ſtare regulæ l.omnis definitio.ff.de regul.iur. Et facit quod nota.in l.in teſtamento domini,ff.de hæred.inſtit. Nam in milite (inquit) propter publicam vtilitatem ſunt multa ſpecialiter ſtatuta quæ non ſunt trahenda in conſequentiam. Vtrius tamen partis ſit verior ſententia, ſatis conſtat ex his,quæ ſuprà diximus.

*Miles poteſt pro parte teſtari,pro parte non.*

## DECIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum patris,in quo pia cauſa eſt hæres inſtituta,nihilominus valet,quamuis filius legitimam titulo legati conſequatur.*

1 DEcimoquartò,licèt iure nouiſsimo nō valeat teſtamentū patris,niſi filius ſit hęres inſtitutus, habeàtque debitum bonorum ſubſidium iure inſtitutionis: nec ſufficeret quiuis alius relicti titulus,per tex.in auth.vt cùm de appellatio.cognoſ.§.aliud quoque capitulum, fallit tamen in

*Iure inſtitutionis filius legitimam habere debet.*

men in teſtamento, in quo pia cauſa eſt hæres inſtituta,& eſt aliud relictum filio titulo legati, vt expreſsè voluit Bar.in repet.d.l.j.& ibi etiam Flor.C.de ſacroſanctis eccleſiis.Petrus Anchar anus, & Imol.in c.cùm eſſes.de teſtam.Fulg.in l.generali.C.de ſacroſan.eccl. Et Alex.dicto conſi.cv. viſo ac diligenter conſiderato.col.pen.verſi.ſecundò reſpondeo.lib.4. Mouentur,quia huiuſmodi teſtamentum non eſt factum cõtra officium pietatis.Nam de iure antiquo ſufficiebat filiũ habere quoquo relicti titulo,l.cùm quærit.& l.omnimodo.C.de inoff.teſta.l.cum ſcimus.§.cum quęreretur.eo. & in §.j.in auth.de trien.& ſemiſ.Igitur ſi iure nouiſsimo inductũ eſt, quòd habeat iure inſtitutionis,iſta eſt mera ſolennitas iuris ciuilis,quæ eſt remota in factis ad pias cauſas, ſed ſolùm in his attenditur ius diuinum,vel naturale,per dictum c.cùm eſſes.& dictum c.relatum. Nec iſto caſu dicitur eſſe factum cõtra ſententiam Auguſtini,quam citat glo.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc. & cler.quia filius debitam legitimam conſequitur,& idem in teſtamento facto inter liberos, vt voluit Iaſon in dicta l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta.

*Iure antiquo ſatis erat filiũ habere legitimam quoquo relicti titulo.*

2 ¶Contrarium tamen tenuit Bald.in repet.d.l.j.col.15.verſi.ſuper quarto quæſito.C.de ſacroſan.ecc. vbi dicit in Barto.contemptum loquens,ille (ait) bonus homo,non intelligit verbum hoc.Et mouetur,quia hîc non attenditur officium pietatis,ſed quia filius inuenit ſe præteritum.l.filio.ff. de iniuſto teſta.Et hoc idem voluit Salyc.ibi,in xij.q.& ſequitur latè Barbat.in dicto cap.cùm eſſes. col. xxij.verſic.quærit hic dominus Petrus.& ſecundum hanc ſententiam conſuluit idem Barbat.conſi. xxxviij.difficile eſt.lib.3.vbi ad hoc multa allegat,& conſ.cxij.quæritur vtrùm præterita filia, li.iiij. Et facit,quia defectus præteritionis vnius filij,vitiat teſtamentum factum inter alios liberos, vt tenet glo.in l.ſi filius qui in poteſtate,ff.de liber.& poſth.Bald.Ang.Paul.Caſt.& Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& in l.filio præterito,char.antepen.ff.de iniuſto,rupto teſtamen.& Bald.conſ.xcvj.licèt regulariter,lib.5.Sed tene primam partem,per rationem iam ſuprà allegatam, cui non ſatis à contradicentibus factum eſt.

*Defectus præteritiõis unius filij uitiat teſtamentum factũ inter reliquos liberos.*

DECIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Inſtitutio hæredis in teſtamento ad pias cauſas omiſſa, non impedit eius effectum.*

DEcimoquintò,licet non valeat teſtamentum ſine inſtitutione hæredis, eſt enim teſtamẽti caput,& teſtamentum,inſtitutio hæredis,vt patet per totum tit.ff.de hæred.inſtit. & in §. ante hæredis.Inſtit.de leg.Valet tamen teſtamentum ad pias cauſas, ſine inſtitutione hæredis.Ita ſingul.voluit Bart.in d.l.j.C.de ſacroſanct. eccl. quem refert & ſequitur Barbat. conſ.viij.præſcribitur præclarè,col.viij.verſ.venio ad aliam dubitationem, lib.1.& in hanc partem videtur inclinare Panor.in c.indicante.col.1.extrà de teſtam.& ita quoque conſuluit Paul.Caſt.cõſ. xcvij.ſuper primo quæſito,in prin.lib.1.& etiam voluit Firmia.in tracta.de epiſcopo,in xxxj. quæſt. quartæ partis,lib.iiij.verſ.dubitari poteſt.

*Teſtamenti caput,& teſtamẽtum,inſtitutio eſt hæredis.*

DECIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*In dubio,legatum ad pias cauſas à teſtatore inductum, debetur: aliàs ſecus.*

DEcimoſextò,cùm legatum reperitur inductum ſiue deletum,ſi conſtet conſultò,& de induſtria à teſtatore fuiſſe inductum,non debetur:ſi inconſultò & caſu,debetur.l.j.ff. de his quæ in teſtam.delen.& in l.ſi idem.ff.de lega.j.Certè in dubio videtur conſultò,& dedita opera factum fuiſſe vt voluit.Bald.Raphael Cuma.& Paul.Caſt.in dicta l.j.niſi ſit legatũ ad pias cauſas.tex.eſt ſing.in libertate loquens,quem Bart.& poſt eum Bald.& Imo.trahunt ad omnem aliam piam cauſam,in l.proximè,§.j.ff.de his quæ in teſtam.delen.& rurſum idem Bart. in l.ſi vnus,vt ita dicit ſe conſuluiſſe,& ibi poſt eum Ang.Raph.Franc.Aret.Corn.& Iaſ. C. de teſtam. & Rom.qui ad hoc facit ſing.illum textum in repetitio.dictæ auth. ſimiliter, in primo ſpeciali circa vltimas voluntates.& Socin.qui omnia hæc à Romano ſuſtulit.in tracta.fallen.regul.cccx.priuilegia piæ cauſæ,in xxiij.priuilegio.

*Legatum à teſtatore inductũ an debeatur.*

*Niſi in piis cauſis.*

DECIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,non habet locum in reſtitutione hæreditatis piæ cauſæ.*

DEcimoſeptimò,licet deſcendentes à teſtatore iuſsi hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere,ita demum cenſeantur in eam rem grauari,ſi ſine liberis deceſſerint, non aliàs, ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones ſuis anteponere,per l.cùm auus,ff.de condit.& demonſtr.& l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſſ.& l.generaliter,ad fi.C.de inſtit.& ſubſtit. tamen ſi ſint grauati reſtituere piæ cauſæ, tenentur ſemper reſtituere,etiam ſi liberos relinquant, vt pulchrè & ſingulariter conſuluit Pet.Anch.conſ.xlvj.prima facie videretur. Motus ea ratione,quòd dictæ leges fundantur ſuper præſumpta mente,ſiue voluntate teſtatoris.Ideo vbi conſtaret,aut præſumeretur,de contraria mente,ceſſaret legis præſumptio,& ex conſequenti legis diſpoſitio,vt in ſimili not.in l.precibus,C.de impuber.& aliis ſubſtit.& l.in teſtamento,C. de teſtament.milit. Igitur cùm anima ſit omnibus rebus præferenda,per l.ſancimus,in fi.C.de ſacroſanct. eccleſ.præſumendũ eſt teſtatorem voluiſſe pium legatum, aut fideicommiſſum anteponere etiam propriis filiis, cùm etiam fauorabilius lex prouideat, remota legitima, piæ cauſæ, quàm liberis, per authenti. ſi qua mulier,C.de ſacroſanct.eccl.Et etiam in dubiis ſequenda eſt opinio,quæ pro anima facit,l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.fune.hæc ferme Petrus Anchara.cuius ſententiam ſequitur Felyn. in cap.

*Grauatus hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere extraneo.*

*Anima omnibus rebus præferenda.*





eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xxxviij.in j.limitat.ix.q.de conſtitutio.& Iaſon in l.tale pactum,§.vlt.col. iij.verſi.& præterea per hanc doctrinam,ff.de pact.& l.licet inter priuatos,col.j.verſi. ſecundò facit. C.eod.vbi hoc dicit ſingulare.& in authen.ſi qua mulier.col.ij.C.de ſacroſanct.eccle.& idem tenuit latiſsimè Barb.in repetitio.dictæ l.cùm acutiſsimi,col.xxv.verſi.iſtud ſummarium, cum multis ſequent.& iterum char.pen.verſi.quid ſi teſtator.C.de fideicom.& idem Barb.conſi.lxxj.illud in medium referam,col.vj.verſi.nunc eſt videndum,lib.iij.

2 ¶Verùm hoc non eſt ſine dubio,nam ipſemet Petr.Ancha.in c.in præſentia,de probatio.hanc quoque opinionem tetigit,& ſubdubitans non decidit, ſed cogitandum ſuper ea relinquit cum Richar. Malum.& Plum.Bal.in d.l.cùm acutiſsimi,col.ij.verſ.quęro quid ſi pater,in ſpecie tenent contrariũ, & ibi quoque Paul.Caſt.col.vltim.& Cor.col.ij.moti quia d.l.cùm acutiſsimi,habet locum etiam ſi fuerit ſubſtitutus alius filius,d.l.cùm auus,& quia potentior eſt ratio naturalis,quàm fictio,per l. filio quem pater,ff.de libe.& poſthu.Et hanc partem ſequitur Barb.ſibi cõtrarius conſil.lv.præclarè ſcribitur,col.vij.verſi.& adduco elegantem,lib.ij.vbi multa adducit, vt probet chariores eſſe filios parentibus,quàm piam cauſam.& idem Barb.conſi.xxxviij. difficile, col.iij.lib.iij. Et hanc etiam partem ſequitur Alexad.in l. ex facto.§.ſi quis rogatus,l.j.col.v.in vj.fallen.ff.ad Treb.& videtur ſequi Alex.conſi.xcij.ſuper eo,de quo quæritur,col.ij.verſi.poſſet etiam reſponderi,lib. iij. vbi poſtquam ad confirmandam ſuam ſententiam adduxit hanc deciſionem Pet.Anchar.dicit quòd præcedentes rationes quas etiam adduxerat,ſunt tutiores,& illis magis adhæret,quaſi huic nõ adhæreat, aut certè de ea dubitet,& Socy.conſi.cxcj.licèt difficultates,col.pen.verſi.tertiò quia iſta,lib.ij.Feli.in d.c.in præſentia,colum.j.de probat.Tu vide quæ dicam in ſimili infrà in xlvij.priuilegio,ſuper materia l.ſi vnquam,C.de reuo.don.& rurſum in lxxix.priuilegio.

*Potentior eſt ratio naturalis,quã fictio.*

DECIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Si in defectum conditionis viduitatem inducentis,pia cauſa ſubrogetur,talis conditio non reiicietur: verùm ea deficiente piæ cauſæ locus fiet.*

DEcimooctauò,licèt conditio matrimonium impediens, ſiue etiam viduitatem inducens, adiecta legato facto mulieri,reiiciatur,l.quoties,& l.ſed ſi hoc,§.vlt.& l.ſeq. & l. cùm tale, §.reſcriptum,ff.de condi.& demonſt.& in authen.cui relictum. C. de indic. vidui. Fallit tamen, niſi in defectum huiuſmodi conditionis vocetur pia cauſa, quia tunc non reiiciatur,quin ſi deficiat,vocatur pia cauſa.text.eſt ſingul.loquens in libertate, quem Guliel. Bartol.Paul. trahunt ad omnem piam cauſam in l.Titio vſusfructus,§.vlt.ff.de condit.& demonſt.& illum text. ad hoc ſingul.reputat Roma.in d.authen.ſimiliter,in ij.ſpeciali,circa vltimas voluntates,& Socin. in d.reg.ccx.in xxv.priuilegio.

*Conditio uiduitatem inducens reiicitur.*

DECIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Generalis diminutio in codicillis facta nihil obeſt relictis ad pias cauſas.*

DEcimononò,licèt diminutio in codicillis facta ſit,per verba generalia eorum quæ relicta erant in teſtamento,non tamen extenditur ad ea,quæ in ipſo relicta erant ad pias cauſas, quin ea debentur omninò integra.tex.eſt not.loquens in alimentis,quem Nicol.Neapol. extendit ad alias pias cauſas, in l. libertis quos teſtamento manumiſerat. §.poſthumis,ff. de alimen.& ciba.leg.& ſequitur Ro.qui illum tex.dicit ſing.in d. auth.ſimiliter, in quarto ſpeciali, circa vltimas voluntates,& Soci.in d.regula cccx.in xxvj.priuilegio.

*Verba generalia,non extenduntur ad pias cauſas.*

VICESIMVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum pupillare à patre milite ad pias cauſas factum,gaudet eodem priuilegio,quo teſtamentum ipſius patris.*

VIceſimò,licèt aliàs pater miles,aut aliàs priuilegiatus,in teſtamenti factione non poſsit filio impuberi ita teſtari,vt tale teſtamentum gaudeat eodem priuilegio, quo teſtamẽtum ipſius patris,per l.miles ita,§.exhæredato,ff.de mili.teſtament.Fallit tamen quando teſtatur filio impuberi,ad pias cauſas,id enim æquè priuilegiatum, priuilegiis ſcilicet piæ cauſæ,ac ſi in ſuis ipſius bonis teſtatus fuiſſet.Ita voluit Bald.in l.j.in lectu.col.antepen. verſi.quærit hîc Bart.& iterum in repetitio.col.viij.verſic.vij.incidenter, C. de ſacroſanct.eccleſ.per textum in cap.ſi pater, de teſtament.lib.vj. & in l ſi fundum per fideicommiſſum,§.vlt.ff.de legat.j. & vtrobique reprehendit Bart.ibi aliter dicentem in ij.q.iiij.q.principalis.

*Teſtamentum pupillare non gaudet priuilegiis teſtamẽti paterni.*

VICESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Directæ puberibus ad pias cauſas factæ ſubſtitutiones,poſt aditam hæreditatem non expirant.*

VIceſimoprimò,licèt non poſsit quis puberi ſubſtituere directò,poſt aditam hæreditatem, l.poſt aditam.C.de impub.& aliis ſubſtit.fallit tamen in teſtamentis ad pias cauſas. Nam cùm in illis attendamus ſolum ius gentium,aut diuinum,vt ſæpius diximus,ídque non ſit iuris gentium,aut diuini,vtpote cùm miles poſsit directò ſubſtituere maiori, poſt aditam hæreditatem,per l.Centurio.ff.de vulga.& pupil.huic tamen lex ciuilis, aut princeps id permittere non poſſet,ſi eſſet iuris gentium,aut diuini,vt ſuprà diximus in viij.priuilegio,& ita voluit expreſsè Bart.diſtinguens tamen,in repet.l.j.col.antepe.verſi.ſextò quæro.C.de ſacroſanct.eccleſ.quem ſim-

*Nemo ſubſtituit directò puberi poſt aditã hæreditatem.*

pliciter ſequitur Panor.conſi.xxxij.circa duo dubia.col.ij.lib.ij.& Lancelo.Gali.in repet.l.Centurio. col.x.verſi.octaua cadit dubitatio,ff.de vulg.& pupil.qui ſubtiliter hanc partẽ confirmat,& rationes aduerſariorum alacriter refellit,cui adde & Bal.hoc tenentem conſ.ccclvj.punctus inter alia, lib.iiij. Nam & id(inquit)à milite fieri poteſt,l.miles ita hæredem,in prin.§.& quia diximus,ff.de teſt.milit.

*Qui ſemel eſt hæres,non deſinit eſſe hæres*

2 ¶Nam Bal.in repe.l.j.col.viij.verſi.octauò incidenter quæro, in hoc aduerſatur Barto.ſicuti aliàs ſæpe,potiſsimùm in ea l.& adeò quidem inſolenter,vt poſsis apertè diiudicare, Bald.cùm ſuper eam l.ſcriberet,fuiſſe Bart.infenſiſsimum:poſtquam enim recenſuit opin.Bart.dicit,quòd tales opin. nõ ſunt commemoratione dignæ.Tamen ſi aſſeſſores(ait)propter imperitiam ſequuntur errores, quibus non reſiſtitur,quoniam non intelligunt radicem iuris:ideo pro tanto reatu vt doctrinæ (inquit) phantaſticæ euellantur, & ſubintret non fallax, ſed vera doctrina: ſubdens quòd ſi directò poſſet ſubſtitui puberi,adita hæreditate, offenderentur regulæ iuris. Item vno tempore eſſet vnus hæres, alio alius:præterea qui ſemel eſſet hæres,deſineret eſſe hæres.Deinde bona vnita ſepararentur.Denique dicit de hoc eſſe caſum in c.ſi pater.de teſtament.lib.vj. Et hanc quoque ſententiam ſequitur idem Bal.in l.extraneum,col.pe.C.de hæred.inſtit. vbi dicit non eſſe bonam ſimilitudinem de milite.Et hãc etiam partem nouiſsimè ſecutus eſt Lancelo. Politus,in tractatu ſubſtitutionum, in titu. de compendioſa ſubſtitutione,col.v.verſi.quinta quæſtio fit, hac potiſsimùm ratione motus, quòd illa regula,quòd quis non poſsit directò alteri,adita hæreditate,ſubſtituere, non ſolùm procedat ex ratione ciuili,ſed etiam ratione iuris gentium. Ex quo eſt,quòd alter alteri teſtamẽtum facere non poſsit,vel alter de re alterius diſponere:& quòd res noſtra ſine facto à nobis auelli nõ poteſt,vt toto tit.Inſtit.de rer.diui.& ff.de acq.rer.dom.At cùm quis alteri directò ſubſtituit, adita hæreditate, videtur alteri facere teſtamentum,vel rem ſuam ſine ipſius facto, & in alium transferre. Et ita, inquit,ſubuertitur ratio Bart.

*Diſtinctio Bartoli.*

3 ¶Iaſon autem in dicta l.Centurio.col.iiij.verſic. adde quartò,ff.de vulga.& pupilla.dicit quòd quicquid dicat Bald.tex.in dicto c.ſi pater.facit pro Bar.qui etiam illum allegat,dicit enim Bart. vbi ſuprà,quòd ſi prima inſtitutio non eſt ad pias cauſas,tunc non poteſt directò ſubſtitui poſt aditam hæreditatem,etiã ad pias cauſas, & hic eſt propriè caſus d.cap. ſi pater.Si verò ipſa prima inſtitutio ſit ad pias cauſas,ſicuti & ſubſtitutio,ſecus:vt innuit ille ipſe text.& ita dicit videri meliorem primam opinionem cum dicta limitatione.Subdit tamen non videri tutum fundamentum Bar. de teſtamẽto militis,vt quia videlicet in eo attenditur ius gentium,ſicuti & in teſtamento ad pias cauſas: ideo quod in illo ſtatuitur,in hoc quoque procedere. Nam huiuſmodi ratio non eſt generalis: videmus enim quòd in teſtamento inter liberos,attendimus ſolum ius gentium,vt not. in l.hac cõſultiſsima, §.ex imperfecto. C. de teſtament. & tamen non poteſt pater filio poſt aditam hæreditatem directò ſubſtituere,per generalem rationem l.in pupillari,& l.in verbis ciuilibus,ff.de vulgar.& pupillar.Niſi (inquit) diceres, quòd illa iura debent reſtringi, vt non habeant locum, quando pater ſubſtitueret aliquem liberis.

*Pater non ſubſtituit directò filio, poſt aditã hæreditatem.*

VICESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis tempus incœptum habetur pro impleto.*

*Tempus obligationis præciſè eſt implendum.*

VIceſimoſecundò,licèt aliàs relictum tali tempore,& ſic per verba denotantia tẽpus poſitum in caſu obligationis ſimpliciter,non poſsit peti niſi in fine illius temporis, per l. qui hoc anno,& l.eum qui certarum.ff.de verb.obliga.& §.qui hoc anno,Inſtit.de inutil. ſtipula. Tamen relictum tali modo ad pias cauſas,peti poterit in ipſius temporis initio, vt eſt tex.not.in l.ſi ita fuerit,ff.de manu.teſtam.quem ad hoc allegat,& commendat Roma.in d.auth. ſimiliter,in v.& iterum in xxxj.ſpeciali,& Socin.in dicta reg.cccx.in xxxvij.priuilegio,dicítque Roman.in dicto quinto ſpeciali eſſe notandum,ad declarationem eorum quæ dicuntur in l.ſi cui legetur,ff.de le.j.& l.non putabam,ff.de condi.& demon.& l.qui filium,§.Fauius Antoninus,ff.ad Treb. & l.j.C.quando dies lega.ced.

VICESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Deficiente conditione,cùm ad certam ætatem peruenerit,legatum ad pias cauſas nihilominus debetur.*

*Conditio, ſi ad certam ætatem peruenerit.*

VIceſimotertiò,licèt relictum alicui,cùm ad certam ætatem peruenerit,peti non poſsit,illo ad eam ætatem non perueniente,tanquam deficiente cõditione,l.fundus,& l.Mæuius, ff.de conditionibus & demonſtrationibus.& l.qui habebit, ff. de vulga. & pupil. Tamen relicta eo modo ad pias cauſas,peti poſſunt,licèt ille morte præuentus,ad eam ætatẽ non peruenerit,per textum notab.loquentem in libertate,quem ad alias pias cauſas trahit.& dicit ſingu. Ang.in l.ſi ita ſcriptũ fuerit,ff.de manu.teſtam.& illum ſequitur Rom.vbi ſuprà,in ſexto ſpeciali,vbi & de hoc dicit eſſe alium tex.in l.ſi ſeruus liber,ff.de ſtatulib.& Soci.vbi ſuprà,in xxviij. priuilegio.

VICESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis,inuentario etiam nondum confecto,poteſt hæres conueniri à legatariis.*

*Hæres exiſtẽs infra tẽpus cõficiendi inuentarij.*

VIceſimoquartò, licèt hæres exiſtens infra tempus conficiendi inuentarij, non poſsit interim conueniri à legatariis,& fideicommiſſariis,per tex.in l.vlti.§.donec.C. de iure deliberan. Fallit tamen in relictis ad pias cauſas, vt voluerunt Richar.& Cyn. & poſt eum Bald. in d. §.



in d.§.donec,& idem Bal.in repet.l.j.char.pen.in ix.q.C.de ſacroſ.eccl.& l.nulli,col.iij.verſic.deinde nota hic,C.de epiſc.& cler.Ange.& Imol.in l.hæc ſtipulatio,ff.vt leg. no.cau.Iaſ.in l.eam quam.col. antepen.verſi.notabiliter limita,C.de fideicom.Et facit,quia res dilationem non recipit,cùm de ſalute corporis tractatur,arg.l.vlt.ff.de appel.recip. ideo multò minus cùm de ſalute animæ tractatur, per l.ſancimus,C.de ſacroſanct.eccleſ.quam rationem affert Bal.in d.l.j.eo.tit.

VICESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Teſtator cenſetur etiam in piis cauſis legaſſe,ſecundùm conditionem ipſius rei.*

1 VIceſimoquintò,licèt aliàs non quod maius eſt,& melius,ſed quod minus eſt,in dubio veniat,quando legatum factum eſt in genere,vel aliàs obſcurè,l.qui concubinam, §. vlt.& l.nummis,ff.de leg.iij.& l.apud Iulianum,§.ſeruo,& l.ſi ita ſit adſcriptum,& l.legata generaliter,& ibi concord.in glo.ff.de legat.j.Tamen ad pias cauſas quod maius eſt debetur, per tex.ſing.in l.Titia.§.vlt.ff.de auro & argento lega.& ibi gl.Bartol.Nicol.Neapol. & alij hoc notant.Ex quibus Bart.ipſe dicit per illum textum, quòd ſi quis legat eccleſiæ calicem, intelligitur in dubio ex argento:aut ſi quis iubet fieri planetã eccleſiæ,intelligitur ex ſerico: hæc ſunt Bartoli verba. Illum quoque text.ad hoc ponderat Bal.in l.ſi quis ad declinandam,col.penul.C. de epiſcopis & cleric.vbi & dicit idem quod Bart.vbi ſuprà,& dicit eſſe menti tenendum,& idem Bald.in l.ſi nondum,C.de furt.& in princip.procem.Decret.vbi dicit illum textum nota.ad hoc quòd honor debetur Deo, propter magnam gloriam ſuam, & propter ipſius honorem augetur interpretatio teſtamenti,& Petrus Anchar.Imol.& Panor.qui hoc reputat ſingul.in c.indicante, de teſtament. Roma. qui & illum tex.dicit ſing.in dicta authen.ſimiliter,in xxij.ſpeciali,& ſingul.cccccxvij. quæro quid ſi lego,& Bart.conſi.lix.illud in medium afferam, col.xj.lib.ij.& Socin.in dicta regul.cccx. in xlj. priuilegio,vbi etiam dicit illum text.ſingul.& conſi.ccxlvij.circa j.col.verſic.ſed poſito,lib.ij. vbi etiam facit illum tex.ſingul.

*Legatum calicis eccleſiæ relictum.*

2 ¶Sed attende lector,quantum errant qui ex dicta l.Titia, §. vlt. aſſerunt piæ cauſæ deberi in dubio, quod eſt maius:cùm apertè ex eo contrarium probetur.Nam expreſsim loquitur de ſigno Dei relicto cuipiam templo, in quo non niſi aut aurea,aut argentea tantùm dona ſint, cùm aliàs teſtator præſumatur feciſſe legatum ſecundùm conditionem ipſius templi,per l.ſed & ſi ſuſceperit,§.ſi libertis ſuis.ff.de iudic.& l.vel vniuerſorum, ff. de pign.actio.ideo & illic cauetur argenteum ſignum deberi,& ita nummum ex ſolitis dari eidem templo:nam ſi maius dari debuiſſet, aureum dãdum fuiſſet.Et ita nulla eſt omninò ſpecialitas in pia cauſa,quantum ad eam rem pertinet: ſicuti etiam ſcitiſſimè annotauit Imol.ſibi contrarius,in dicta l.ſi ita ſit adſcriptum,& ibi latiùs Iaſon col.vlt. ff. de leg. j.& Bal.Nouel.in tracta.de dote,in ſexta parte,in lxxiij.priuilegio, Benedict.Cap.conſi.iij. circa hoc plura,col.j.& Barb.ſibi contrarius,in dicto c.indicante,col.ix.de teſtam. & Phil. Dec.in l.ſemper in obſcuris,col.ij.ff.de reg.iur.Et hanc interpretationem adiuuat text.in c.ex parte, de cenſibus,vbi ſi votum cuiuſpiam menſuræ debeatur,ignoretur tamen qua id menſura ſolui debeat,cùm plures illic ſint,ſatis eſt ſolui ad minimam.Quem locum enarrans Panor.cùm intelligeret d.l.Titia,§.vlt.ſecundùm intellectum Bart.vt videlicet quod maius eſt, præſtare debeat fauore eccleſiæ, miris modis torquetur,vt contrarium ex dicto c.diſcutiat.

*Teſtator præſumitur legaſſe ſecundùm conditionem ipſius templi.*

VICESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*In puris legatis ad pias cauſas,non habet Falcidia locum,ne per obliquum quidem: niſi pia cauſa ſit hæres inſtituta:aut detracta Falcidia,poßit nihilominus adimpleri volunta[s]:aut etiam aliud relictum ſit ad non piam cauſam. Tunc enim pro rata tantùm, ex vtriuſque legato detrahetur:aut denique niſi aliud ea de re teſtator diſpoſuerit.*

1 VIceſimoſextò,de relictis ad pias cauſas non detrahitur Falcidia,tex.in §. ſi autem hæres, in authen.de eccleſ.tit.& in dicta auth.ſimiliter,ſuprà ſæpius allegata, & latè omnes doct. Id quod etiam procedit de iure Pandectarum,quando detractione facta, id quod ſupereſt,non ſufficit ad implendam voluntatem teſtatoris, circa relicta ad pias cauſas, vt eſt text.notab.in l.decem.ff.de fideicom.libert.quem ad hoc dicit ſing.Rom.in dicta authen. ſimiliter, col.iij.& Bened.Cap.conſi.lxxxvj.& ſi videatur,col.j.licèt tamen gl.ibi,quam omnes ſequuntur,dicat indiſtinctè hoc de iure Digeſtorum non procedere.

*In piis cauſis non detrahitur Falcidia.*

2 ¶Et id quoque procedit,vt videlicet non detrahatur hoc caſu Falcidia,neque mediatè, neque immediatè: verbi gratia, Sempronius hæres inſtitutus, debet ſoluere legatum Titio, Titius eccleſiæ, certè Sempronius non detrahit Titio:nam illi detrahendo detraheret eccleſiæ,contra dictam auth. ſimiliter:& de hoc eſt bonus tex.in ſimili,in l.cùm dotem maritus,& ibi Paul.Caſtr. & in l.ſi ſeruus, cum ſequen.ff.ad legem Falcid.& bene facit d.l.decem,ff.de fideicom.liber.& l.vlt.§.vlt.C.de bonis quæ liber.& in l.ſi patroni,§.j.ff.ad Trebel.& ita in ſpecie tenet Bartol.in repet.c.Raynaldus, col.clj. verſi.iiij.de teſta.& ante illum,licèt non alleget,Bal.in l.auia.§.Mutiana cautio.in verb.Titio,per illum tex.ff.de condit.& demonſt.& in l.cùm tale legatum.§.Meuiæ.verſi.non idem probatur,ff.eod. Rom.in d.auth.ſimiliter,charta antepen.qui hoc dicit ſing.& Corn.ibi,col.ij.ad fi.Idem Rom. in l. Marcellus.& ibi etiam Alex.col.iij.ff.ad Trebel.& dictus Rom.conſi.ccvj. licèt de communi cõcluſione,Ang.in d.l.cùm dotem,& ibi quoque Paul.Caſt.in lectu.Padua.& etiam Alexand.in d.l.j.§.ad municipium.ff.ad leg.Falci.& conſi.xx.ponderatis his,col.vlt.lib.iij.& Benedict.Capra conſ.lxxviij.

*Neque mediatè,neque etiam immediatè.*

punctus,Buciarellus,col.vlt.& conſi.cxliij.punctus,ſtatuto ciuitatis.col.ij.ad fi.& Franc.Areti. conſil. lxvij.diligenter & maturè conſiderato teſtamento,col.pen.vbi & ad hoc alleg.tex. quem dicit valde not.in l.ſed ſi non ſeruus,circa medium.ff.ad leg.Fal.& Soci.conſi.lxxvij.in puncti conſultatione, col.5.verſi.reſtat ergo vnum.lib.j.& conſi.xlix.viſo inſtru.col.vlt.lib.j.& conſil. xlix. viſo inſtrumento.col.vlt.verſi.confirmo hanc,lib.iiij.Philip.Fran.qui & hoc dicit ſing.in c.ſi pater.char.pen. de teſtam.lib.vj.& Iaſ.in l.j.in j.lect.col.pen.C.de ſacroſ.eccleſ.

*Si tamen certũ ſit legatum ad pias cauſas.*

3 ¶Sed hoc vltimum procedit,quãdo certum eſt,legatum eſſe peruenturum ad piam cauſam, ſecus ſi incertum,vt quia hæres eſt grauatus reſtituere piæ cauſæ ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,vt voluit Ro.d.conſi.ccvj.in fi.vbi dicit ita ſentire Bal.in d.§.Mutiana.in verb.Titio, & hoc videtur ſequi Alex.in l.j.§.ad municipium,ff.ad leg.Falcid.& in d.l.ſi cum dotem.& rurſum in d.l. Marcellus, vbi dicit pro hoc facere d.l.ſi non ſeruus,§.vlt.ff.ad l.Falcid.& Corn.in d. authen.ſimiliter, & Soci. conſi.cxv.videbatur prima conſultatione, col.ij.verſi.ſed ad omnia.lib.iiij.& ante hos Pau.Caſt.cuius non meminerunt,conſi.cccxxj.viſis & ponderatis,col.vlt.lib.ij.Subiungit tamen Alexand.quòd hoc caſu hæres debet cauere de reſtituendo quod detraxit eueniente conditione,per tex. in l.in lege Falcidia non habetur,ff.ad leg.Falcid.iuncta l.j.in princip. ff. vt leg. no. ca. quod & idem repetit conſi.ccxvij.ponderatis his,ante fi.lib.vj.& Bened.Cap.ſibi contrarius,conſi.lxj. cum viſis & conſideratis,col.vlt.fuit ſimpliciter in ea opin.vt detrahatur , niſi legatum primo loco relinquatur eccleſiæ,vide Bald.in l.cùm virum,aliàs,eam quam,verſi.ſed pone,C.de fideicom.Pan.autem,vbi ſuprà dicit hoc caſu detrahi Falicidiam vt ſuprà diximus, ſed ſi poſtea contingat condemnationem euenire,ita quòd res ſit reſtituenda piæ cauſæ, certè non eſt amplius detrahenda Falcidia,quin debebitur tanquam ex vltimo moriente,per l.codicillis,in fin.prin.ff.de vſufruct.lega.non tamen reſtituenda eſt illa Falcidia iam primùm detracta ab hærede: & ita cum eo non conuenit Alex.tu vide hîc Steph.Bertrand.conſi.ccclvij.nu.7.lib.ij.& dicto conſi.ccl.nu.15.lib.iij.

*Falcidia tamen prius ab hærede detracta, nõ reſtituitur.*

4 ¶Sed quod primo loco dictum eſt,de relictis ad pias cauſas non detrahi Falcidiam:multis modis intelligendum eſt.Primò,niſi pia cauſa fuerit hæres inſtituta,quia tunc ea pia cauſa detrahet Falcidiã à legato facto piæ cauſæ , cùm priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio. ita voluit Ang.in d.auth.ſimiliter,§.ſed & hoc præſenti,in fin.per illum tex.in authen.de ſanc.epiſc.& Salicet. in auth.qui rem,C.de ſacroſanct.eccl.Alber.in l.ſi quis ad declinandam.col.j.in ij.q.C.de epiſcop.& cler.Imo.in d.l.j.§.ad municipium,& ibi quoque Raph.Cum.qui refert idem quoque tenuiſſe Dyn. & Alb.Ro.ff.ad l.Fal.& Pan.in c.in præſentia.col.xiiij.vbi dicit ita conſuluiſſe Franc.de Alber.& ibi etiam Phil.Dec.col.xxiiij.de probat.& rurſum idem Panor.in c.cùm cauſam,per illum text.de præbend.Alex.qui hoc reputat ſing.in additio.ad Bart.in d.auth.ſimiliter,& Firm. qui & hoc dicit ſing. in tractatu de epiſcopo,in xxxj.q.iiij.partis,lib.iiij.verſi.quæro an etiam de legati,& Benedict. Cap. conſi.lxviij.circa quod etſi videatur,in tertio dubio,quod eſt in vlt.col.& iterum conſi.lxxviij.punctus Buciarellus,col.vltim.Firmia.in tractatu de epiſcopo,in quarta parte lib. iiij.in xxxj.quæſtione, verſi.quæro etiam de legatis.

*Contrariũ ſentientes.*

5 ¶Contrarium tamen tenet Roma.in dicta auth.ſimiliter,char.antepen.& ibi quoque Corn.col.vlt. vbi dicit in hanc partem conſuluiſſe Fran.Alber.ſicuti verè conſuluit conſi.incip. quæritur ſi aliquis fecit:quanquam ab aliis allegatur,conſuluiſſe pro prima parte,idem Corn.conſi.cxl. circa hoc , col. ij.lib.j.vbi ad hoc multa allegat Rom.Iaſon,& Alex.in dicta l.Marcellus,ff.ad Trebel.Alex.in dicto §.ad municipium,& Barbat.in d.repet.cap.Raynaldus,col.clj.verſi.xxxix. de teſtament. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Philip.Franc.in c.ſi pater,char.pen.de teſtament.& Fabi.Gochi.in repetit.authent. nouiſsima,in xxiiij.q.princ.verſi.ſed vtrùm eccleſia,C.de inoffic.teſtament. vbi ita dicit conſuluiſſe in ciuitate Eugubij Felyn.in dicto c.in præſentia,col.xv.de probatio.Mouentur, quia quod dicitur, priuilegiatum non vti priuilegio,vbi eſt paritas hinc inde priuilegiorum,per l. ſed & milites, verſic. 1.& ij.ff.de excuſat.tutor.& not.in l.verum.§.ſciendum,cum l.ſeq.ff.de minor.& l.aſsiduis.ff. qui potio.in pignor.hab.& in l.priuilegia,ff.de priuileg.cre.& per Cyn.& Bart.in auth.quas actiones, C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi priuilegiatus contra priuilegiatum , tum demum non gaudet priuilegio , cùm vterque eſt priuilegiatus in ſpecie:ſecus ſi vnus eſſet priuilegiatus in ſpecie,alter in genere.Nam qui in ſpecie eſt priuilegiatus,vtitur priuilegio aduerſus alium,per textum apertum in l.vltima,ff.ex quibus cauſis maior.vbi minor læſus,vel abſens, reſtituitur contra minorem,vel abſentem, quia videlicet non eſt læſus minor,vel abſens priuilegiatus,quòd aduerſus eum non competat reſtitutio:ſicuti & eccleſia non præſcribit contra eccleſiam,niſi tanto tempore quanto priuatus, videlicet quadraginta annis,quia eccleſia non reperitur actiuè priuilegiata in præſcriptione,ſicut paſsiuè per dictam l.vlt.& dictam auth.quas actiones,C.de ſacroſanct.eccleſ.& c.auditis,de præſcript.& pro hac etiam doctrina eſt bonus tex.in c.ad aures,& ibi not.Panor.in ij.notab.eo.tit.de præſcript.& in c.cùm pro cauſa,& ibi quoque Panor.in ij.notab.de ſent.excom. At in propoſita pia cauſa , quæ vult deducere Falcidiam,vult vti priuilegio pro generali,& communi omnibus:cauſa autem pia eſt,quæ negat iure ſpeciali. Et propterea non obſtat(inquiunt)alij text.in dicto §.ſed & hoc præſenti , quia ibi vtraque cauſa reperitur priuilegiata in ſpecie,vt ibi patet.Et,vt alij etiam dicunt,illud ibi procedit, quia expreſſa prouiſio hominis ad pias cauſas , facit ceſſare prouiſionem legis , etiam ad pias cauſas, l.& habet,§.cùm quis.ff.de precar.& l.vlt.C.de pactis conuen.cum ſimi.

*Eccleſia non præſcribit aduerſus eccleſiã niſi ſpatio quadraginta annorum.*

¶Sed



6 ¶Sed his continuò occurrit Philip.Dec.in dicto cap.in præſentia,col.xxiij.& ſequenti. de probationibus,vbi dicit quòd iſta declatatio,diſtintióque priuilegiati in ſpecie,& in genere,eſt contra tex.in dicto §.ſed & hoc præſenti,& ea quæ ſuprà diximus de minore,& abſente, & alia ſimilia:in quibus, ſi rectè res attendatur,priuilegiatus ſpecialiter in aliqua cauſa,non vtitur priuilegio cõtra alium priuilegiatum in genere,propter ſimilem eius qualitatem,vt rectè patet in caſu,de quo ibi per gloſſ.& docto.Monaſterium enim habet priuilegium , vt excludat ſubſtitutum vocatum à teſtatore,& tamen non vtitur priuilegio,contra aliud monaſterium ſubſtitutum,quod quidem monaſterium ſubſtitutum,nullum in illo caſu habet priuilegium.Et eodem modo poſſent induci ea quæ ſuprà dicta ſunt.& ratio manifeſta videtur:quia cùm priuilegium concedatur ſimpliciter,non debet trahi,vt habeat locum contra alios pariter priuilegiatos,quia non eſt eadem ratio , & indefinita non æquipollet vniuerſali,vbi eſt diuerſa ratio,vt per Dyn.in rub.de regul.iur.in vj.& per Bartol.in l. ſi pluribus. ff.de leg.ij.Nec obſtat dicta l.vlt.ff.ex quibus cauſis maio.& dictũ c.auditis,de præſcrip. cum ſimilibus,quia in illis caſibus , ille qui priuilegio vtitur contra alium priuilegiatum , certat de damno vitando , alter priuilegiatus de lucro captando , & ideo eius priuilegium non attenditur , vt declarat Bal.in auth.perpetua,C.de ſacroſanct.eccl.Petr.Ancha.conſi.xxxvj.contra,col.ij.Pau.Caſtr. conſil. cccxiij.vt bene attingatur,circa finem,Angel.Aret.in §.rurſus.Inſtitu.de action.Præterea quia illud, quod de legato ad pias cauſas non detrahitur Falcidia,introductum eſt in fauorem ecleſiæ, vel animæ teſtatorum,vel alterius piæ cauſæ:quæ quidem ratio ceſſat quando eccleſia,aut alia pia cauſa eſt inſtituta hæres,ideo & ceſſare debet diſpoſitio.Sed & nouiſsimè Lãcelot.Polit.in repet.l. filium, col. xxxvj.verſi.circa quartum.C.familiæ erciſc.dicit,lõgè ſibi magis placere primam opinionem,quoniam multò firmius,& validius eſt priuilegium commune,quàm ſpeciale,vt not.docto.in l. Centurio,ff.de vulga.& pupil.quod maximè(inquit)verum eſt,quando commune priuilegium eſt in perſona illius , cui & ſpeciale concederetur , propterea non eſſe probandam conſiderationem eorum, qui ſecundam partem tenent , quoniam pia cauſa,quæ vult deducere Falcidiam,duplici cauſa mouetur. Alia eſt ius commune, quod etſi non ſufficeret , remanet altera , ſcilicet fauor piæ cauſæ.reſpondétque ſimiliter ad dictam l.vlt. ff. ex quibus cauſis maior. quia is cui ibi conceditur reſtitutio, certat de damno vitando, alter de captando lucro, & ideo in pari cauſa fauendum eſt repetitioni l. non debet, in fin.ff.de regul.iur. Et ita per hæc eſt expedita hæc prima limitatio : ex quibus conſtat non immeritò dubitaſſe gloſſam in cap.pontifices,in fi.xij. quæſtione ij.quid in hoc caſu dicendum eſſet adeò eſt dubius.

*Mon ſteriũ excludit ſubſtitutũ à teſtatore.*

*Priuilegiũ ſimpliciter conceditur.*

7 ¶Secundò eſt limitandum,vt videlicet non detrahatur Falcidia ex teſtamento ad pias cauſas:quando ſi detraheretur , non poſſet adimpleri pia voluntas ex eo quod eſſet reliquum. At vbi detracta Falcidia poſſet adimpleri legatum,tunc bene detrahitur Falcidia,vt voluit Barb.in dicto cap. Raynaldus,col.clj.quadrageſimò pondera,de teſtam.per text.in dicto §.ſi autem hæres,in authen.de eccleſ.tit.& in l.dotem.ff.de fideicom.liber. Et ita,inquit,non ſunt correcta iura antiqua,ſed tantùm recipiunt limitationem,per dictum §.ſi autem hæres.quod etiam voluit Roma.in dicta auth.ſimiliter, col.iij.Sed aduerte,quòd Ang.in l.decem,hoc aliter intelligit , vt videlicet tum demum non detrahatur Falcidia,ſecũdùm illam auth.ſimiliter, quando non relinquitur legatum piæ cauſæ ad certum, & limitatum vſum,ſed ſimpliciter & in genere.Sed ſi relinquatur ad certum,& determinatũ vſum, puta ad conſtructionem alicuius capellæ,& is vſus explicari poteſt,& perfici cum detractione Falcidiæ,ea certè detrahitur,per dictam l.decem,cum gl.& l.ſi ſeruus,& l.ſeq.in teſtatoris ſeruo. cum glo. ff.ad leg.Falcid.dicit tamen cogitandum : quia non ponit pro conſtanti.& hoc ſimpliciter refert , & reputat ſing.Alexand.in dicta l.Marcellus,col.iiij.ff.ad Trebel.& in l.j.§.ad municipium. colum. vlti. ff.ad leg.Falcid.

*Non ad impleta pia uoluntate, ex reliquo non detrahitur Falcidia.*

8 ¶Limita tertiò,vt procedat quod dictum eſt , non detrahi Falcidiam à legato ad pias cauſas , niſi ei cui eſt legatum ad pias cauſas , puta ad alimenta , eſſet etiam relictum aliud ad non piam cauſam, puta fundus:quia tunc de tali legato fundi tantum detrahitur,quantum ſufficit ad Falcidiam vtriuſque.Ita voluit Angel.in d.l.ſi ſeruus,per illum text.cum duabus ſeq. & ibi etiam Imol.in l.ex aſſe, & ibi Alex.quem omninò vide,eod.tit.& Alex.qui hoc dicit not.in d.l.Marcellus,& dicto §.ad municipium,quibus locis ſuprà allegauimus,& in addi.ad Bar.in d.authen.ſimiliter,& Firmia.qui & hoc reputat ſing.in tract.de epiſcopo,in xxxj.q.iiij.partis,lib.iiij.verſi.quæro etiam an de legatis.

*Diſtinctio legati piæ cauſæ ad certum,aut incertũ uſum relictæ.*

9 ¶Limita quartò,vt quamuis de huiuſmodi relictis ad pias cauſas non detrahatur Falcidia,tamen ex illis,& aliis ad non pias cauſas,pro rata tantùm detrahetur, vt reducantur ad vires patrimonij , verbi gratia, teſtator habens in bonis quadringenta,legauit quadringenta ad non pias cauſas, & cẽtum ad pias,ea centum non debentur integra : ſed de illis , atque etiam de quadringentis non piæ cauſæ, deducetur quinta pars.vt reducantur ad vires patrimonij, & ita piæ cauſæ debebantur ſolùm octoginta,& eã quintam partem,ſ.viginti,hæres retinebit,& de quadringentis legatis ad non pias cauſas detrahet Falcidiam.ita voluit Ioan.Andr.in additio.Spec.tit.de teſtament.§.j.verſic. quid in legatũ, in fi.Bart.in d.auth.ſimiliter.in fi.Ang.Imol.Paul.Caſt.& Alex.in l.ſi poſt miſsionem,per illum tex. ff.ad legem Falcid.Ang.& Imol.in l.in ratione,§.quod vulgò,eodem tit.Ange.in l.certarum,§.ſimiles,eod.tit.Imol.in l.ſi quis teſtamento,§.j.ff.de lega.j.

*De eodem.*

10 ¶Limita quintò,vt ſcilicet non detrahatur Falcidia ab huiuſmodi legatis ad pias cauſas, cùm teſtator nihil de ea re diſpoſuit:nam ipſe poteſt diſponere vt detrahatur , vt not.in authent. ſed cùm te-

*Teſtatore nihil diſponente*

*de Falcidia piæ cauſæ, nec ea detrahitur.*

ſtator,C.ad leg.Falcid.& per Socin. conſil.xlviij.conſiliis, & c. capio primam quæſtionem,col.iij. verſi.5.confirmatur,lib.j.

VICESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Quarta Trebellianica non deducitur ex fideicommiſſo vniuerſali ad pias cauſas.*

*Trebellianica an deducatur in piis cauſis.*

1 VIceſimoſeptimò,non ſolùm non detrahitur Falcidia ex ſingulis videlicet legatis, ſed nec etiam Trebellianica ex fideicommiſſo vniuerſali,vt voluerunt Iacob.Bel.Fulg.& Ang. in dicto §.ſi autem hæres,in auth.de eccleſ.tit.& Spec.tit.de inſtru.edit. §. compendioſè, verſi.ſed cùm deductio,col.vlt.Dyn.in l.j.§.filij.ff.ad Trebel.Cy.Bart.Bald.Angel.Salyc. qui hanc ſententiam dicit in practica tenendam,& Raphael in dicta auth.ſimiliter,C.ad leg.Falcid. Cyn.Angel.& Imol.in l.j.§.ad municipium,ff.ad leg.Falcid.Ioan.Cald.conſi.xl.quædam mulier, ad fi.in tit.de teſtam.Specu.qui ita dicit fuiſſe iudicatum,in titu.de inſtrum.edi.§.compendioſè,verſic. ſed cum deductio, Barto.Bal.& Ange.in l.Marcellus,ff.ad Trebellianum,Bart.in l.j.in 5.q.5.principali, C.de ſacroſanct.eccl.Ioan.de Fantzenz.Petrus Anchar.& Dominic. in c.ſi pater. de teſtamen. lib.vj.Bart.in auth.ſed etiam in ea,C.ad leg. Falcid. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe ſæpius, & ita de facto conſuluit in vj.conſi.viſo teſtamento,ad fin.& iterum conſil.xxxiiij. factum tale eſt, Maſsius Martini,col.vlt.& conſi.lvj.Bar.condidit teſtamentum, in tertio dubio,& conſil. lxviij.proponitur quòd Iohannellus,col.ij.verſi.ex prædictis,Bal.in repet.l.j.col.xv.verſi.ſuper decimo quæſito,C.de ſacroſanct.eccl.& in l.id quod pauperibus, in xviij.q.& in l.ſi quis ad declinandam,col.j.& ibi Salycet.qui hoc dicit ſeruari in practica,& Pau.Caſt.C.de epiſcop.& cleric.idem Bal.in l.vlt. C.eod.tit.& in l.& in epiſtola,circa medium,C.de fideicom.Bald.& Ang.in l.auia,§.Mutiana in verb.Titio, ff.de conditio.& demonſt.Bal.in l.executorem,C.de except.rei iudic.& conſi.lxxxv.quæritur vtrùm ille, in prin.lib.j.& conſi.xcix.factum tale eſt,Nicolaus,lib.ij.& conſi.clxxj.præmittenda ſunt,in fi.lib. iij. & conſi.viij.ſi codicillaris:lib.iiij.& conſi.xc.hoc capite proponitur quòd Chriſtianus. eodem lib. iiij.& conſi.cccl.in conſulendo,in fin.eo.lib.iiij.& conſil. ccccxxiij. Franciſchinæ quæ deceſsit,eodem lib. iiij.vbi dicit eam communem eſſe opinionem Legiſtarum,& conſi.iij.factum tale eſt,lib.5.& conſi. ccxcvj.factum ſic ſe habet,eo.lib.5.& conſi.xxxix.viſo teſtamento,col.ij.eo.lib.5.& conſi.cccxxviij. determinatio,in fin.eod.lib.5.Signo.conſi.xvj.factum tale eſt,reperitur quòd quidam,in ij. q. Iacob. Bel.& Angel.in §.ſi autem hæres,per illum tex.in auth.de eccl.tit. Ang.in §. ſi verò expreſsim.col. vij.in dicta auth.de hæredib.& Falcid.& in §.ſanctiſsimus,in auth.de ſanctiſsi.epiſc.& in l.ſed ſi non ſeruus,ff.eod.titu.& conſil.xlj.punctus,de quo quæritur,in fin.vbi. dicit hanc eſſe veram,& approbatam opinionem & iterum conſi.lix.quidam paterfamilias,poſt prin.vbi & dicit hanc opinionẽ communiter eſſe approbatam,& conſi.clix.Corradus Alber.in fin.Ioan.Calde.conſi.xl.quædam mulieres,eo.tit.de teſta.Petr.Anchar.conſi.cxliiij.præfatis nominibus,in fin.Anton.Cardi.Flor. Panor.qui hanc dicit eſſe communem opinionem,in c.Raynaldus.col.vj.de teſtam.& conſi.lix.viſo teſtamento,col.ij.verſi.item ex alio capite, lib.j.vbi etiam dicit hanc eſſe communem opinionem, & conſil. xxxij.circa duo dubia,col.vlt.in ij.dubio,lib.ij.vbi & dicit ſe vidiſſe conſilia ſolenniũ docto. in hanc ſententiam,& eſſe communem opinionem doct.vtriuſque iuris,Rom.conſi.ccxxxix.in hac re breuis ero,in ij.dubio,vbi hanc quoque dicit eſſe communem opinionem,à qua non eſt recedendum, neque conſulendo,neque iudicando & conſi.cclxxvj.viſis dubiis,in primo dubio , & Petr.Anchar. conſi.viij.hoc initio,difficultas quæſtionis,ad fi.Pau.Caſt.in l.cùm dotem,in lect.Paduana, ff.ad leg. Falcid.& conſi.ccciiij.primum dubium,col.j.lib.j.vbi ita dicit ſe ſemper tenuiſſe,& conſil.xij. prima conſultatio,col.ij.lib.ij.& conſi.ccccxxxviij.de iure communi,in fi.eo.lib.j.tamen non omnino aſſerit,& conſi.lxvij.in cauſa præſenti,col.ij.lib.ij.& iterum conſi.cij.videndum eſt primò, col.ij.lib.ij.& conſi.clij.viſo puncto,in quarto dubio,col.j.& ij.& conſi.clxvij.præſuppoſita pro vera, in prin.eod. lib.ij.& conſi.clxxxvij.caſum iſtum,ante fi.eo.lib.ij.& conſi.cccxxj.viſis & conſideratis,col.vlt.eod. lib.ij.Pet.Bel.in ſpeculo principum,tit.de materia executorum vltimarum volũtatum,§.videamus, col. vlti. Benedict.Capit.qui vbique dicit communiter teneri,conſil.xviij.cum viſo & conſiderato, col.pen.verſi.quo ad Trebellianicã,& conſi.ſeq.etſi.viſo & conſiderato,in prin.& conſil.xxviij. punctus fuit quidam.col.vlt.& conſi.xxxij.punctus,caſus talis eſt verſ.circa ſecundum,& conſi.liiij.punctus,quidam Ange.col.ij.& conſi.lxj.cum viſis & conſideratis,col.vlt.& conſil.lxvj.punctus quidam Bernardus,col.iij.& conſ.lxxviij.punctus Bonarellus,col.iij.& conſi.ſeq.punctus quidã Titius.in fin. & conſi.cxv.cum prout in facto,col.vlt.Fran.Aret.conſi.lxvij.diligenter & maturè.col.penult.Barb. conſi.lviij.illud adferam,col.v.lib.iij.& conſi.ccxvij.ponderatis his,ante fi.lib.vj.vbi dicit communiter in practica ſeruari,Soci.conſi.lxxvij.in præſenti conſultatione,col.v.verſic.reſtat ergo vnum,lib. j.& conſi.lxxx.de duobus principaliter quæritur,colum.v.verſi.poteſt autem dubitari.lib.j.& conſi. cxvj.non poteſt negari,col.vlt.eod.lib.j.& conſi.cxliiij.diligenter conſiderata,col.vlt.eo.lib.j. & cõſ. lxxxij in cauſa vertente,col.pe.verſi.ſed difficultas,lib.iiij.Corn.conſ.xciij.licèt poſſet.col.2.verſ.deueniendo,lib.j.vbi hanc dicit eſſe communem opinionem,& iterum conſil. clxviij.in hac conſultatione,col.iiij.verſi.deueniendo ad tertium,eod.lib.ij.vbi etiam dicit ita communiter teneri,Iaſon in rubr.ff.ad Trebel.Steph.Bertran.conſi.cxlix.viſo teſtamento,in vltimo dubio,lib.ij.& Lancel.Polit.

*Communior hac in re opinio.*

in dicta



in dicta l.filium quem,loco ſuprà allegato,Phil.Dec.qui & hanc dicit communem,conſi.ccxcix.in cauſa mihi commiſſa col.2.verſi.& aduerte.

*Cõtraria priori ſententiæ.*

2 ¶Sunt tamen multi,& hi quidem maximæ authoritatis,qui tenent contrariam ſententiam, videlicet glo.Archid.in addit.& Ioan.And.in dicto cap.ſi pater,per illum tex.de teſtamen.lib.vj.Inno. in c.ſi tibi,circa fi.de teſtam.prout illum refert Bald.in d.l.& in epiſtola,C.de fideicom.Ioan.Andr. in addit.Specul.dicto tit.de inſtrum.edit.loco ſuprà allegato.Idem Bald.ſibi contrarius poſt Ioan. Caſtellio.conſ.ccxxix.in primo articulo,in ſecũdo dubio,lib.iij.& in auth.ſed cùm teſtator,C.ad legem Falcid. Ioan.Cald.& Ioan.de Ligna.quos ita conſuluiſſe dicit Saly.in dicta auth.ſimiliter.Iaco.But. Ray.Flor.& Alber.in d.l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc.& clericis.Idem Iacob.& Salyc.qui hãc partem dicit de iure eſſe veriorem,in dicta auth.ſimiliter,& ibi latè Rom.ſibi contrarius in xl. ſpeciali,vbi hanc rem latiſsimè omnium diſputat,& ibi quoque Corn. qui hanc partem dicit eſſe magis ſubſtãtialem,aliam tamen benigniorem,& ideo in practica eſſe ſequendam.Old.conſil.ccxlviij. præſuppoſita conſuetudine,in vj.dubio,Iac.Bel.in §.ſancimus,in auth.de hęred.& Falcid.Ioan.Cal. & Io.Ligna.qui & hanc partem cõſuluerunt,ſicuti referunt Saly.& Roma.in d.auth.ſimiliter,Imol. in d.l.Marcellus,§.quod autem , ff. ad Trebel. vbi etiam dicit in hanc partem conſuluiſſe Franc.de Rampo.Pau.Caſt.ſibi contrarius,conſil.xxix.circa primum quæſitum dicendum eſt teſtamentum, col.j.lib.j.& conſ.xxxvij.viſo puncto,& dubiis ſupraſcriptis,verſic.circa quartũ,lib. 2. & ſubdubius in l.cohæredi,§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& nouiſsimè Iaſ.in d.l.Marcellus.ff.ad Trebel.

*Eáque de iure uerior.*

*Alter hac in re Gordij nodus.*

3 ¶Hic eſt alter Gordij nodus,cui ſoluendo non ſatis eſſet vnius Alexandri gladius:adeò enim latentes ſunt,inexplicabileſque in eo receſſus,vt in vtramuis partem te vertas,quid tibi diffiniendum ſit neſcias.Sunt tex.in vtranque partem,ſunt & rationes propè infinitæ,quæ te facilè poſſunt huc , vel illuc impellere,vt non temerè Paul.Caſt.ſuper hac re conſultus, veritus ſuum iudicium interponere,conſuluerit partibus controuerſiam potiùs concordia,quàm iudicio finirent,iuxta c.j. de mutuis petit.ita fecit conſi.lviij.viſo dicto teſtamento, in fin.lib. 1. Sed & hoc ſubdubius loquitur conſi. lxxxviij.dubitatio vertitur, colum.vlti. eodem lib.j.& conſi.cccxxxviij.de iure communi,in fi.eodem libro j.& Corneus conſil. cccxxij. ardua plurimum,in fi. libro iij.& etiam conſilio cccvij. in hac conſultatione,ad finem lib.iiij. Verùm,vt diximus,prima ſententia communior eſt, &, vt fatentur aduerſarij,conſuetudine obſeruatur , ideóque & illam ſequendam eſſe arbitramur.Nam ſi de interpretatione legis quæratur, inſpiciendum eſt quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa eſt:optima enim eſt legum interpres conſuetudo,obtinétque vim legis in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur,l.ſi de interpretatio ne,& l.nam Imperator,ff.de legibus.

VIGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Canonica portio non habet locum in relictis generaliter pauperibus,vel ſine loci determinatione.*

*Quarta debita eccleſiæ parochiali.*

*Quarta epiſcopalis.*

VIceſimooctauò,de relictis pauperibus non detrahitur quarta,quæ debetur eccleſiæ parochiali,vel epiſcopo,vt eſt glo.ſing.quam omnes ſequuntur in c. 2. de ſepul. quæ licèt loquatur de canonica parochiali tantùm,idem tamen debet intelligi de epiſcopali,quia parificãtur in iure,& priuilegio,per c.vlt.de teſtam.& illam facit ſing.Franc.Aret.in l. j. col. vlt.in xvj.priuilegio piarum cauſarum,C.de ſacroſanct.eccl.Sed & alia ſimilis in d.c.ſi pater.in verbo,Trebellianicæ,de teſtam. lib.6.& eſt bonus tex.in d.l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc.& cler. vbi dicitur quòd de relictis pauperibus nihil detrahit epiſcopus.vbi & Bald.ſuper hoc multa dicit, quæ ibi ſunt obuia omnibus.Sed hoc,licèt vt iam diximus Franc.Aret.reponat inter priuilegia piæ cauſæ,non tamen competit cæteris cauſis piis,vt plenè not.in c.officij , & in cap. requiſiſti. vbi eſt tex.de teſta.& per Bart.conſi.ccccLxiij.de omni relicto, lib.2.Quin nec hoc ſemper competit , nec omnibus relictis factis pauperibus,ſed demum tantùm,quando relinquitur pauperibus generaliter, & ſine determinatione loci:ſecus ſi relinquatur pauperibus certi loci : quia tunc debetur canonica portio,vt voluit Ioan.And.& poſt eum Panorm.in dicto c.officij,& idem Io.And.Ant. Panorm. & alij in d.c.2.de ſepul.ipſe Ioan.And.in c.dudum,col.2.in verbo,pauperum de conuer.coniug.& Bal. in d.l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc.& cler.& conſ.5.quidam ciues,lib.1.& conſ.ccccc. eodémque vlt.illa verba,in fi.lib.2.& conſi.cclix.ſuper primo puncto,lib.4.& Ang.conſ.cxvij.in canonica portione,in primo dubio,& iterum in vlt.& Card.Flor.conſi.cxxj.ad primum reſpondeo, & Bene. Cap.conſi.xxv.cùm de pluribus quæratur,col.vlt.& conſi.clx. cùm vt præſupponitur, in primo & ſecundo dubio.Socin.in l.quidam relegatus,col. 5. ff. de reb. dub. Tu tamen vide omninò Bald. in authen.ſimiliter,& in d.l.ſi quis ad declinandam,& conſi.cxxxj.cuius initium quando teſtator , lib. 5.& latiſsimè Rom.conſi.ccccLxxvij.in caſu propoſitæ conſultationis,col.iij.& Card.Flor. conſ.xiij. quod incip.in ciuitate Vrbinatenſi.

*Relictũ pauperibus generaliter.*

VIGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Per ingreſſum monaſterij cenſetur quis habilis ad ſuccedendum.*

*Illegitimus filius.*

VIceſimononò,licèt filius illegitimus non poſsit hæres à patre inſtitui,l.vlt.ff.de his quibus vt indig.nec etiã ſubſtitui,l.is qui contra tabulas.ff.de vulg.& pupil. poteſt tamen inſtitui qui pium locum,id eſt,monaſterium,ingreſſus eſt,vt ſingulariter voluit Guliel. Cu.in l.j. C.de ſacroſanct.eccleſ.mouetur primò,quia ingreſſus monaſterium omnem maculam,

*Illegitimitas abſterſa per ingreſſum monaſterij.*

& ita etiam illegitimitatem, vt vocant, abſterſit, per tex. in auth. de monac. in prin. Item quia oblatus curiæ principis temporalis, cenſetur legitimari quo ad ſucceſsionem offerentis, l. communium rerum. C. de nat. li. cum ſi. ergo fortius ſi ſit oblatus curiæ principis cæleſtis. Denique quia cùm apud talem illegitimum non ſit remanſura hæreditas, ſed confeſtim tranſitura in monaſterium, per authen. ingreſsi, C. de ſacroſanct. eccleſ. ſatis cenſeri is debet capax, cùm non capiat vt ipſe ſibi cõmodum priuatim afferat, ſed aliis: quo quidem caſu is qui aliàs eſt incapax, inſtitui poteſt, per text. in l. cogi, §. his qui ſolidum. ff. ad Trebel. Et hoc dictum Guliel. pro ſing. ſequitur Roma. in d. auth. ſimiliter, in ſexto ſpeciali vltimarum voluntatum, & Soci. in dicta regula cccx. in xxxix. priuilegio. Qui tamen limitant vt procedat quo ad ſucceſsionem: de qua re etiam loquitur Guli. Cu. non autem ad hoc vt poſsit illegitimus, ingreſſus monaſterium, obtinere beneficia ſine diſpenſatione, per c. j. de filiis presbyter. ſequitur item & dicit ſingul. Alex. conſ. cxxj. viſo themate, colum. vlt. lib. 1. quod repetitum eſt conſi. xxxv. ſuper contentis, lib. iij. Sed idem voluit Firmia. loquens in omni capace ingrediente monaſterium, in tractatu de epiſcopo, in xxxj. q. iiij. partis, lib. iiij. verſ. & ſciendum quòd legatum, vbi ad hoc allegat Bart. in l. intercedit legatum. ff. de condi. & demonſtr. vbi tamen hoc non dicit, ſed illud tantùm, quòd per ingreſſum monaſterij non efficitur quis incapax legati, per l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cler.

### TRICESIMVM PRIVILEGIVM.

*Filius ingrediens monaſterium abſtergit omnem maculam contractam ante ingreſſum.*

*Ingratitudo cõmiſſa ante ingreſſum monaſterij.*

TRiceſimò, filius effectus monachus, & ita pium locum ingreſſus, non poteſt à patre exhæredari propter ingratitudinem commiſſam ante ingreſſum, per textum expreſſum in ca. non liceat, & ibi gl. 19. quæſt. vlt. quem ad hoc etiam ponderat Roma. qui illum dicit ſing. vbi ſuprà in viij. ſpeciali, & Socinus etiam vbi ſuprà, in iij. priuilegio, licèt tamen de ea re dubitent, & quidem ſine cauſa, gloſſ. Guliel. Cyn. & Bald. in dicta l. Deo nobis, C. de epiſcopis & clericis, ex quibus gloſſ. inclinat in id quod diximus, alij diſtingunt non animaduertentes ad illum textum.

### TRICESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*In legatis ad pias cauſas, poteſt executor teſtamentarius officium ſuum alteri delegare.*

*Executor teſtamenti non poteſt ſibi ſubrogare alium.*

TRiceſimoprimò, licèt executor teſtamentarius non poſsit alteri ſuum officium committere, vt probatur in l. nulli, circa princip. ibi, pro ſua conſcientia. & ibi not. Bald. C. de epiſc. & cleric. & not. Archidia. Ioan. And. in Nouella, & Domi. in c. vlt. §. vlt. de teſtam. lib. vj. & idem Ioan. And. in addit. Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, in additio. quæ incipit, quando acceptauit, & latius Rom. in pen. charta eiuſdem §. in additio. incipiente, hoc dictũ, & Iacob. Bel. in §. ſi quis ædificationem, in auth. de eccleſ. tit. Cyn. in l. id quod pauperibus, in xiij. quæſtio. C. de epiſcop. & cleric. Bald. in l. cùm magiſtratus, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in l. vnica, §. ne autem, C. de caducis tollend. & in d. l. nulli. C. de epiſcop. & cleric. & in c. j. §. vlt. circa fi. tit. de not. feud. Ang. in l. cùm debitorem, ff. rem ratam habe. Atque adeò procedit, quòd etiam non poſsit teſtator dare executori poteſtatem ſubrogandi alium, vt notat Ioan. And. in cap. j. de procuratoribus, libro ſexto, in Nouella, quem ſequitur Bald. in l. j. in lectu. col. pen. ſubſequenter verò quęro, C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi & hoc dicit tenuiſſe diſputando Lamber. de Ramp. & idem Bald. in l. quidam, ff. de rebus dub. & in l. captatorias. col. 2. C. de teſtam. milit. & Bened. Capra conſi. liiij. punctus. poteſt tamen huiuſmodi facultatem teſtator concedere in legatis ad pias cauſas, vt not. voluit Bald. in cap. in cauſis. de electio. hac ratione innixus, quòd piarum cauſarum fauor iuris ſubtilitates reſcindit per not. in c. cùm tibi, de teſtam. & hoc idem tenet Rom. & poſt eum Corn. qui & alia ad hoc adducit in l. captatorias, C. de teſtamento militis. Sed tamen quòd id poſsit generaliter teſtator facere, tenet Paulus Caſtrenſis, quem vide in d. l. nulli, columna ſecunda, verſic. vlterius. C. de epiſcop. & cleric.

### TRICESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Suitatis exiſtentia æquè confirmat legata piis cauſis in teſtamento relicta, atque ipſum teſtamentum.*

*Exiſtentia ſuitatis.*

*Extenſio libertatis ad pias cauſas.*

TRiceſimoſecundò, licèt per exiſtentiam ſuitatis confirmetur teſtamentum patris, quantum ad concernẽtia vtilitatem ſui hæredis, non etiam quãtum ad legata aliis in eo teſtamento relicta, per tex. in l. ſi filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. & l. j. §. vlt. ff. vt in poſſ. lega. Fallit quantum ad legata relicta piis cauſis, per tex. loquentem in libertate, in l. cùm quaſi, §. ſed & ſi quis. ff. de fideicom. libert. & l. ſciendum. ff. de manumiſſ. teſta. quem & ad cæteras pias cauſas trahit Ang. & poſt eum Imol. Raph. Paul. Caſt. Alex. Fran. Aret. in dicta l. ſi filius qui patri, in princ. & Bald. in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fideicom. & Roma. in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. & Alexand. in additio. Bart. in repetitio. l. 2. in 5. q. 5. q. principalis, C. de ſacroſanct. eccleſ. & conſi. iiij. videretur inſpectis his colum. vij. verſ. & maximè ad pias cauſas, lib. 2. & iterum conſi. cccx. ſtatutis accuratè proſpectis, col. iij. in prin. & iterum col. penul. lib. 2. & Iaſ. in l. eam quam, col. xj. verſ. ſecundò limita, C. de fideicom. & in dicta l. 1. in prima lectura, verſ. primò, niſi filius, C. de ſacroſanct. eccleſ.





### TRICESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Ad pias cauſas relicta, etiam non adita hæreditate, peti poſſunt.*

*Legata repudiata hæreditate non petuntur.*

TRiceſimotertiò, licèt aliàs legatum peti non poſsit hæreditate non adita, l. eam quam, C. de fideicommiſſ. l. ſi quis omiſſa. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. cum ſim. Fallit tamen in relictis ad pias cauſas. In qua re, quoniam ſunt qui id ſimpliciter tenent: alij qui diſtingunt inter legatum ſingulare, & inter fideicommiſſum vniuerſale, alij an hæres inſtitutus obierit ante teſtatorem, eo ſciente, an verò ignorante: alij, qui aliter. Et res eſt longior, quàm vt breui poſsit expediri. Ideo vide Specul. tit. de inſtrum. edi. §. nunc verò aliqua, verſ. ſed pone quòd eo teſtamento, & ibi Ioan. And. in additio. incip. hîc obliuiſcitur author quæſtionis, aliàs incipit, omittit author quæſtionem, & in cap. Ioannes, de teſtam. Bart. in l. 1. in 4. q. 5. q. principalis. & ibi Bald. in lectu. col. vlt. verſic. iuxta hoc quæro, & iterum in repet. col. 18. verſ. ſuper nona quæſtione, Salyc. Fulg. Fran. Aret. Et Iaſ. in vtraque lectura, C. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. in l. j. C. de bonis vacan. lib. x. Bart. Bald. Ang. Salyc. in xiij. quæſtio. Fulgo. Floria. Paul. Caſt. colum. 3. Corn. in xxj. fallen. & Iaſ. in l. eam quam, poſt gloſſ. ibi de fideicom. Bart. in tracta. Minorica. diſt. iiij. c. 2. Bald. in auth. hoc amplius, col. iij. eod. tit. & in l. vlt. col. 5. C. de codicil. Bald. Floria. & recentiores in l. 1. ff. de legat. 1. Bald. in l. nulli, & in l. is qui pauperibus, col. 3. verſ. vltimò circa tempus, C. de epiſc. & cleric. in authen. ſi qua mulier, in vlt. col. & in l. vlt. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. vlt. in prin. C. de teſtam. manumiſ. & in l. cùm hi, in prima & tertia lectu. ff. de tranſact. & in l. ſi fraudem, col. vlt. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. & in l. qui filio, §. ſeruus, & ibi Ang. Imol. Raph. Cum. C. de hæred. inſtit. Bald. in vtraque lectura, & Angel. in l. hæreditas, §. ſi defuncto, ff. de petit. hæred. Bald. conſi. cccclvij. viſo teſtamento Ioannis, lib. 2. & conſi. clxvij. thema proponitur, col. vlt. lib. 2. & conſi. clxvj. allegationes hinc inde factæ, in ſecundo dubio, lib. 4. & conſi. cclxxxvij. dicta mulier, ante fi. eod. lib. iiij. & conſ. cccclvj. punctus inter alia, eod. lib. iiij. & conſil. xx. ſuper primo puncto, col. 1. lib. 5. & conſi. xxxix. viſo teſtamento, col. 2. eod. lib. v. & conſi. cxviij. caſus ſub tali forma, col. vlt. eod. lib. 5. & conſ. cclxiiij. ad euidentiam, col. 2. & conſil. cccx. præmittendum eſt, eod. lib. 5. Aluiſius Peruſi. inter conſilia ipſius Bald. conſi. ccxlviij. an cęcus, col. 2. verſi. ſed ſecus in legatis, eo. lib. 5. & conſi. cccxx. præmittendum eſt, col. 2. eo. lib. 5. Ang. & Imol. in l. ſi filius, in princ. ff. de vulga. & pupil. Angel. in l. 1. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. & in l. 1. C. de bo. vacan. lib. x. & conſil. ccclxxxiiij. primò videre oportet. in fi. Saly. in auth. caſſa. in ix. q. C. de ſacroſanct. eccleſ. Petr. Ancha. in c. cùm eſſes. de teſtam. & conſi. 8. difficultas quæſtionis, ad fin. & iterum conſ. xiiij. exhibitis mihi poſtea, & conſi. cliiij. pręfatis nominibus, col. 1. Bene. Plum. in l. Antoninus Pius Auguſtus. ff. de fideicom. liber. Lapus alleg. lxix. Imo. in l. 1. ff. de lega. j. Fulg. conſi. lxxv. ex facto proponitur, col. 3. nec his obſtat, & conſi. clxvij. thema proponitur, col. vlt. Floria. in l. cùm quidam. §. ſi dies, ff. de vſur. & in l. qui hæres, & col. 2. verſ. & ex his poteſt, ff. famil. erciſc. & in ſua diſput. incip. Gofredus. Imo. Alex. & Franc. Aret. in l. ſi filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. Panor. in c. relatum, lib. 2. col. pen. de teſtam. & conſi. xxxij. circa duo dubia, col. 2. lib. 2. Rom. latè in repet. dictæ auth. ſimiliter, in xx. ſpeciali, & conſi. lv. cùm quæreretur, & conſ. ccccxxviij. in terminis propoſitæ conſultationis, in 1. dubio & cõſ. ccccxciij. in caſu conſultationis, Io. Ana. conſi. xxviij. viſis & ponderatis, col. pen. Alex. conſil. iiij. videretur. col. 7. lib. 2. & conſ. ccx. ſtatutis accuratè perſpectis, col. pen. eo. lib. 2. & conſ. iiij. attentis narratis, col. iij. lib. vij. Fran. Aret. conſi. lxiiij. diligenter, col. pen. Barb. latiſsimè in rubri. de teſtam. col. 58. verſi. nunc ad vltimam quæſtionem, & conſi. viij. ſcribitur præclarè, col. 8. & ſequen. lib. 1. Matheſil. no. clxiij. no. ſingulare quod ad hoc, Socin. conſi. cxxxj. incip. non poteſt negari, colum. antepenult. ſecundò reſpondetur, & duobus verſi. ſequent. Firmian. in tracta. de epiſcopo, in xxxj. q. quartæ partis, lib. iiij. & Philippus Decius in l. ſi nemo, ff. de regul. iur. Stephan. Bertrand. conſi. xciiij. relicta. nume. iiij. lib. ij.

### TRICESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Actio perſonalis, & hypothecaria pro legatis ad pias cauſas, etiam non adita hæreditate competunt.*

*Actio perſonalis non oritur ex quaſi contractu.*

TRiceſimoquartò, retenta ea opi. quæ vult deberi legata ad pias cauſas, etiam non adita hæreditate, licèt tunc inſpectis regulis iuris communis non deberet, nec poſſet competere pro huiuſmodi legatis actio perſonalis, neque actio hypothecaria, quæ aliàs competũt legatariis ex teſtamento, per l. cùm filius. §. variis. ff. de lega. 2. & l. creditoribus. C. an ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſſ. & l. j. C. communia de leg. & §. noſtra, Inſtit. de leg. Ratio eſt quantum ad actionem perſonalem: quia ea non oritur ex quaſi contractu, qui oritur ex aditione hæreditatis, l. apud Iulianum, §. vlt. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. l. ex maleficiis, §. hæres quoque. ff. de act. & oblig. & §. hæres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. Quantum autem ad hypothecariam: quia ea eſt acceſſoria actionis perſonalis, atque obligationis, l. contrahitur, & l. res, ff. de pigno. Cùm ergo nulla hîc debeat competere actio perſonalis, neque ex defectu aditionis, non poteſt etiam eſſe hypothecaria, per l. ſi legati, ff. de pigno. & per regulam, acceſſorium, de reg. iur. lib. vj. Quibus rationibus Spec. tit. de teſtam. §. in primis, verſ. pone nullus, & iterum in tit. de action. ſeu peti. §. ſequitur, verſ. ſed quandò, & ibi etiam Bald. dicunt nunquam competere actionem perſonalem, aut hypothecariam pro legatis, niſi adita hæreditate, quod & voluit Bald. ipſe in l. j. col. vlt. verſ. item dico. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. vbi & hanc adducit rationem, quia hypothecaria oritur ex quodam conſenſu

*Actio hypothecaria acceſſoria obligationis perſonalis.*

tacito,vel expreſſo,per glo.in l.ſi tibi decem mutua.§.de pignore,ff.de pact.At hîc non adita hæreditate, nullus eſt hæredis cõſenſus,nec expreſſus,nec tacitus:tamen in hoc caſu vtraq; cõpetit, etiã nõ adita hæreditate, vt voluit Ro.in repetitio.d.auth.ſimiliter,in 9.ſpeciali, circa vltimas voluntates,per tex.quem dicit expreſſum in dicta l.j.C.commu.de lega.in illis verbis , & præcipuè cùm talia ſunt legata,vel fideicommiſſa quæ piis actibus ſunt deputata , vbi legiſlator concedens legatariis perſonalem actionem,& hypothecariam,hoc præcipuè in legatariis ad pias cauſas conceſsit,ad quod etiam facit l.vlti.C.de ſacroſanctis eccleſ. Et tamen ſciebat ipſe legislator, quòd hæc legata competunt etiam hæreditate non adita. Et ſi dicat quiſpiam illum textum intelligendum fore, eo caſu quo fuerit adita hæreditas,certè fruſtra expreſsiſſet Imperator idem eſſe,& id quidem maximè in relictis ad pias cauſas : quoniam & ſi non expreſsiſſet , hoc tamen ſatis dictum fuiſſet ex generalitate illius legis. At in dubio debemus ea verba intelligere, vt non ſint ſuperflua,ſed aliquid ſpeciale , & certum indicent.l.j.ad fin.ff.ad municip.l. ſi quando. ff. de legatis j.cap. in his. de priuilegiis.cum ſimilib.Non tamen verum eſt quod dicit Specu.non eſſe hypothecariam , vbi non eſt perſonalis actio,per textum in l.cùm notiſsimi.C.de præſcriptio. triginta anno. vbi hypothecaria competit, quando perſonalis actio eſt ſublata,creditorum negligentia , vt & plenè not.in l.intelligere.C.de luitio. pigno.

2 ¶Contrarium tamen expreſsè in ſpecie, videlicet in legatis ad pias cauſas , tenuit Bald. in l.j.col. vlti. verſic.ſubſequenter verò quæro.C.de ſacroſanct.eccl.in lectu.& Imo.in l.qui filio.§.j.ff.de hæredib.inſtituen. & Alexan.qui nominatim repræhendit Roma.vbi ſuprà in l.j.colum.x.verſi. item not.ff.de lega.j.vbi dicit quòd Roma.dum allegat pro ſe dictam l.j.C. cõmunia de lega. ſomniat: quia ibi Imperator appoſuit dictionem, præcipuè, vt oſtenderet ſolùm maiorem eſſe rationem in legatis piis. Quin etſi bene conſideretur text.circa finem illius legis,fortiter inquit, ſtringit contra Roma.dum dicit quòd hypothecaria habet locum,quatenus perſonalis obligatio , ſiue actio competit,ſed non adita hæreditate,non habet locum perſonalis obligatio,ſiue actio,quę quidem oritur ex ipſa aditione,per dictam l.apud Iulianum.§.vlti.C.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eat. & not. gloſ.in l.j.§.cùm igitur.in verbo,cedere.C.de caduc.tollen.quam pro ſingul.allegat Bald.in l.vlti. in princ. C.de teſtamen. manumiſ.

*Dictio, præcipuè.*

*Non adita hæreditate non habet locum perſonalis actio.*

TRICESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Ex duobus teſtamentis id præſumitur poſterius,in quo legatum eſt ad pias cauſas.*

1 TRiceſimoquinto,licet cùm apparent duo teſtamenta,& ignoratur vtrum illorũ ſit prius, poſteriúſve, illa ſeſe inuicem confundunt,& ſunt nulla, per l.vlti. & ibi gloſ.& docto. C. de edicto diui Adriani tollen.& l.j.§.non autem.vbi etiam gloſ.& Barto.ff. de bonorum poſſeſ.ſecundum tabul.gloſ.in cap.de duobus.de reſcript.lib.6.Hoc tamen fallit , vbi in altero teſtamentorum ſunt legata ad pias cauſas : id enim præſumetur eſſe poſterius, fauore legatorum ad pias cauſas,vt pulchrè voluit Roma.vbi ſuprà in xij.ſpeciali.argu.l.j.C.de iure fiſci.& ſequitur Socin.in dicta regu.cccx.in xxxiij.priuilegio.& Barbat.in cap.relatum. col. 18.de teſtamen. Iaſon in dicta l.vlti.col.penul.& ibi Philip.Decius col.vlti.C.de edicto diui Adria.tollen.vbi hoc dicit ſingul.& idem Iaſon in l.j.col.j.verſi.quartò amplia.ff.ſoluto matri. & vtrobique dicit ita ſe conſuluiſſe de facto Brixiæ,pro hoſpitali magno,& ita fuiſſe iudicatum.Ad idem dicit facere regulam.l. ſunt perſonæ.ff.de religio.& ſumptib.funer.& tex.in cap.vlti.de re iudic.& cap.his.de priuilegiis. & idem quoque voluit Barba.in cap.relatum.colum.18.de teſtamen. Et hoc adeò verum eſt, vt licet in hoc dubio,is qui eſt in poſſeſsione præferatur alteri,quando non conſtat vtrum teſtamentum ſit prius,an poſterius:hæc idem Barto.in dicto §.non autem.cum ſimilib.tamen fallit cùm in vno eſt inſtituta eccleſia:nam præfertur alij etiam exiſtenti in poſſeſsione,vt ſingul. ſcribit Philip. Dec. in dicta l.vlti.col. vlti. C. de edicto diui Adria.tollen. Nam poſſeſsio (inquit) facit reum potiorem.§. commodum.Inſtit.de interdict.fauor autem piæ cauſæ præfertur fauori rei,per cap.vlti.de re iudic. & in l.inter pares.ff.de re iudic.

*Duo teſtamẽta ſeſe inuicẽ confundunt.*

*In dubio potior eſt poſſeſſor.*

*Eccleſia præfertur poſsidenti.*

TRICESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Relicta nominatim ab vno hærede ad pias cauſas,cenſentur tacitè repetita ab eius ſubſtituto.*

1 TRiceſimoſexto,licet aliàs relicta nominatim ab vno , non debeantur ab alio ſubſtituto, l.j.§.id quod ex ſubſtitutione. & l.in ratione legis Falcidiæ.la j.§.quod vulgò.ff.ad legem Falcidiam.l.licet imperator.& ibi Barto.Ange.& Alexand.ff.de legatis j.& l.cùm pater. §.ab inſtituto extraneo. & l.pater meus.§.quod alicuius.ff. de legatis ij. & l.vnica.§. his itaque. C.de caducis tollen.& in l.ſi plures.in fin.ff.de legatis iij. & voluit etiam Imo.in l. duobus. §.j.ff.de legatis j. Quanquam contrarium voluerunt Chriſtoph.Caſtel.Rapha. & Paul. Caſtrenſ.in dicta l.licet Imperator. Tamen relicta ad pias cauſas nominatim ab vno hærede , haud dubiè cenſentur tacitè repetita ab illius ſubſtituto,& ab eo debentur,per textum ſingul.hoc ipſum diſponentem in legato alimentorum, ſecundum lecturam Barto.poſt gloſ.in l.iiij.§.Lucius.ff. de alimen. & cibar.lega.quam lectu.etiam ſequitur ipſe Barto.in l.Mela.in princ.ff.eodem titu.& Romanus conſilio incipiente,in caſu propoſiti thematis breuiter dicendum.colum.ij.verſicu. his tamen non refragantibus. vbi & illum textum dicit ſingul. Et ita illum ad quæcunque relicta ad pias cauſas extendit idem Roma.in authen.ſimiliter.in 15.ſpeciali, vbi & illum facit ſingul.& iterum in 20.ſpeciali, in fine, vbi dicit notab. & Socin. vbi ſuprà in dicto 35. priuilegio, vbi tamen paſsim corruptè legitur,

*Nominatim relicta ab hærede , non debentur à ſubſtituto.*

*Nominatim relicta ab uno hærede in piis cauſis.*



legitur,& Alex.in dicta l.licèt Imperator.col.pen.& in l.ſi duobus,§.j.circa fin.& ibi quoque Iaſ. in fi.ff.de leg.1.& idem Iaſ.in l.ſi fundum,§.Stichum,col.j.ff.eod.tit.& Philip.Decius. conſi. clxxxij. in eo caſu occurrenti,col.3.& conſ.cclxxiij.in caſu propoſito,col.1.

TRICESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Relictum ab eo,cui teſtator nihil reliquit,ad pias cauſas valet:ſed ab hærede petetur.*

TRiceſimoſeptimò,licèt relictum ab eo,cui teſtator nihil reliquit , non valet, l.planè , la j.ff. de legat.1.& l.ſi fuerit.in fi.ff.de leg.3.& l.ab eo,C.de fideicommiſſ.& l.vlt.in fi.C. communia de legatis.etenim huiuſmodi legatum perinde habetur,atque ſi non eſſet ſcriptum , l.1. §.j.C.de caduc.tol.Fallit tamen in relicto ad pias cauſas,quod etſi fuerit ab eo relictum,cui nihil teſtator reliquit,tamen valet,& debetur ab hærede:per textum loquentem in relicto alimentorum, quem Bart.in j.oppo.trahit ad omne relictum,quod reſpicit piam cauſam,in l.alio hærede,ff.de aliment.& ciba.leg.& bene facit text.in l.libertis,§.vltimo,ff.eodem tit. & in l. j. C. de fideicommiſſ.

*Legatum ab eo cui nihil teſtamento relictum eſt.*

TRICESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Legata ad pias cauſas,quamuis caduca ſint,non tamen deficiunt.*

TRiceſimooctauò,licèt vbi relictũ habetur pro nõ ſcripto,& caduco,remaneat apud hęredes ſine onere,l.quidam referunt.ff.de iure codicil.& l.vnica,§.& cùm triplici,& §.in primo itaque,C.de caduc.tollend.Fallit tamen in relictis ad pias cauſas, vt voluit Bartol. & poſt eum Floria.de ſancto Pet.in l.pater Seuerinam,ff.de condit.& demonſtratio.per l.legatum,ff.de vſufr.lega.& not.in cap.nos quidem,de teſtam.& idem voluit Bald.in l.ſi quis ad declinandam,col.iiij.verſ.ſed iuxta hoc quæro,quid ſi teſtator, C. de epiſcop. & cleric. vbi & hoc dicit voluiſſe Iacob.But.in ſuo tractatu executorum,per l.cùm verò is qui rogatus.§.ſi pro non ſcripto,ff. de fideicõmiſſ.liber.Et hoc quoque voluit Petr.Anch.in clem.ij.de religioſis domibus,& Pau.Caſt. in dicta l.j.§.j.col.j.C.de cadu.tol.per tex.loquentem in libertate,in l.cùm verò,§.ſi pro non ſcripto, ff.de fideicom.libert.

*Legatum caducum remanet apud hæredem ſine onere.*

TRICESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Relicto fideicommiſſo ad pias cauſas,ipſo iure actiones in fideicommiſſarium transferuntur.*

1 TRiceſimononò,licèt regulariter in fideicommiſſarium vniuerſalem, non tranſeant iura hæreditaria ipſo iure,ſed tum demum facta reſtitutione,aut reali,aut certè verbali , l.j. in prin.& l.reſtituta,& l.facta fideicommiſsi reſtitutione.ff.ad Trebel.& §.reſtituta, Inſtitut. eod.tit.cum ſimil.Fallit tamen in fideicommiſſo relicto piæ cauſæ,vt voluit Bart. in rep. l.j.in vj.q.5.quæſt.princ.& ibi etiam Bald.col.xiiij.verſ.ſuper ſecundo quæſito,C.de ſacroſanct. eccl. Bart.in l.penul.eodem tit.& in ſua diſputatione,incip.filium adultum , Bald. in l. id quod pauperibus,in 17.q.C.de epiſcop.& cleric.& in l.1.in prin.& iterum in §.cùm autem,col.vlt.ff.ad Trebellia. & l.vlt.in ij.q.C.de edicto diui Adriani tollend.& in additio.Specul.tit.de teſtam.verſ.vlt. & conſil. lvij.incipiente,viſo teſtamento Bonauenturæ,Petr.Anch.& Imol.in c.cùm tibi,de teſtam.Imo.in l. Centurio,col.xx.ff.de vulga.& pupilla.Paul.Caſtrenſ.& Iaſ.qui hanc dicit eſſe communem opinionem in l.vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.Paul.Caſt.conſ.clij.viſo puncto & dubio,in tertio dubio , lib. 2. Alex.in d.l.j.§.ſed & quoties,ff.ad Trebellia.& conſ.lxij.incip.propoſita fuit,lib.2.& conſi.iiij.attentis narratis,col.3.lib.7.Matheſil.qui hoc reputat ſing.no.xlij.quod ſi hæres,Corneus in l. eam quã, in fi.xxj.fallen.C.de fideicommiſſ.& conſ.cccvij.videtur prima facie,colum.6. verſ. & ſi hoc teneretur,& columna ſequent.lib.3.& Firmian.in tractatu de epiſcopo,in xxxj.q.iiij.part. lib. iiij. conſequenter quæro.

*Hæreditate reſtituta in fideicommiſſarium transferuntur actiones.*

*Fideicõmiſſum relictum piæ cauſæ.*

2 ¶Contrarium tenent Bald.ſibi contrarius & Fulg.in dicta l.vlt.ille colum.iiij.& ſequen.verſi.ſecundò Bart.diſputando,& Fulgo.colum.penult.& vlt. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi tamen Fulgoſ. dicit aliter ſe conſuluiſſe & Bald.in l.eam quam,in prima lectura,C.de fideicommiſſ. Roma.in dicta l.j. §.ſed & quoties,ff.ad Trebellia.& latè in repetitio.dictæ auth.ſimiliter,in xxj.ſpeciali inter vltimas voluntates,vbi tamen circa hoc diſtinguit,an teſtator alicui onus iniunxerit reſtituendi huiuſmodi fideicommiſſum,nec ne.

*Contrariæ opinionis authores.*

3 ¶Illorum fundamentum præcipuum eſt,in dicta l.vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.quam multis modis ad ſuam partem traducunt,& in §.ſi quis autem etiam pro redemptione , in auth. de eccl. tit. Horum autem fundamentum etiam præcipuum eſt in l.omnibus.ff.ad Trebel.& in l.ſancimus.C.eod. titu. Quibus omnes conantur,ſuam quiſque partem alacriter defendentes,reſpondere , ſicuti apud eos videre poteris.Neque enim conſilium mihi fuit , huc omnia tranſcribere,niſi cùm fortaſſe videro operæpretium fore.Conſtat autem rem hanc eſſe admodum dubiam,vt videre licet ex Alex.conſ. lxxxij.proſpectis his,col.1.verſ.hoc præſuppoſito,lib.2.quod conſi.repetitur conſil. xl. lib. iij. & iterum conſi.lj.lib.6.

QVADRAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Quamuis legatum ad pias cauſas ſit à teſtatore alienatum,idem tamen poſtea ab eodem redemptum, omnimodò debebitur.*

Quadra

*Re legata, eademque alienata, legatum extinguitur.*

QVadrageſimò,licet cùm res legata vltrò alienatur,legatum extinguitur, l.fideicommiſſa, §.ſi rem ſuam teſtator.ff.de leg.iij.& l.rem legatam.ff.de adim.legat.& §.ſi rem,Inſtit. de leg.& id quidem vſque adeò,vt etiam ſi eadem res redimitur ,non propterea reuiuiſcit legatum,per l.cùm ſeruus.ff.de adim.leg.Niſi affinitas perſonæ ſuadeat contrarium , per tex.ſing.in l.filiæ,§.Titia.ff.de condit.& demonſt. Tamen cùm legatum ſit ad pias cauſas , ſi poſtquam res legata fuit alienata,redimitur,debetur legatum,per tex.ſing.loquentem in legato libertatis,in l.verum eſt,ff.de manum.teſta.quem ad hoc commendant Bald.Ang.Pau.Caſt.& Iaſ.in l. qui poſt teſtamentum,C.ad leg.& Roma.qui illum dicit ſing.in dicta auth.ſimiliter,in xxiij.ſpeciali, & Socin.vbi ſuprà in xlij.priuilegio.vide Bart.aut Bald.in l.placet. ff. de liber.& poſthu. Sed eſt & ſimilis text.loquens in inſtitutione,in l.quoties.§.ſeruus cum libertate,ff.de hæred.inſtit. quem annotauit,& dicit notab.idem Ludo.Rom.in d.auth.ſimiliter,in trigeſimo ſpeciali.

QVADRAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias cauſas,etiam re nondum redempta.*

*Legatum conſtruendæ eccleſiæ.*

QVadrageſimoprimò,fortius dixerim,quòd propter rei alienationem , non extinguatur legatum relictũ piæ cauſæ,etiam ſi non fuerit res redempta,per id quod ſingu. conſuluit Bart.conſi.xxvj.teſtator in teſtamento,quòd ſi teſtator mandat conſtrui eccleſiam in tali domo,quam poſtea alienat,nec redimit:tamen non extinguitur huiuſmodi legatũ, quin eſt conſtruenda eccleſia in ea domo ſi fieri poſsit,aliàs in alio loco. Quod dictum pro ſing. approbat Iaſ.in dicta l.qui poſt teſtamentum. col. iij. C.de legib. & Catel. Cotta,memor. incip. eccleſia, verſi.quinto.

QVADRAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Alienatione rei legatæ à teſtatore facta,adiectio rei,eodem orationis tractu,in piis cauſis non inducit legati reuocationem.*

*Præſumptio reuocati legati.*

QVadrageſimoſecundò,quod præcedentibus eſt proximum,licèt teſtator alienando rem, ex qua voluit legatum ſolui,videtur legatum reuocaſſe,ſi rem adiecerit eadem oratione cum legato,per l.ſi ſic legatũ.§.ſi mihi quod Titius.& l.ſi ſeruus legatus.la ij.§.ſi id quod. ff.de leg.j.& l.Lucius.§.ciuibus.ff.de leg.ij.Fallit tamen in legatis piis,vt voluit gl.in l.vlt. ff.de contrah.empt.& in l.Gaius.ff.de annu.leg.& in l.Lucius.ff.de adimen.leg.quas ſingu.& notandas,& menti tenendas dicit Roma.ſing.ccccxxxij.quæritur an teſtator.& ſequitur etiam Fran. Ripa lib.iij.reſpon.cap.xj.prima dubitatio,col.3.

QVADRAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Legatum extruendi templi intelligitur de loco quouis ad hoc idoneo.*

*Generale in legato conſtruẽdi alicuius pij loci.*

QVadrageſimotertiò,illud generale eſt in legatis ad pias cauſas,quòd ſi templum, aut altare,aut aliud ſimile non poſsit conſtrui in loco à teſtatore conſtituto , non per hoc redditur inutile legatum,ſed debet fieri in alio loco idoneo,per l.legatum.ff.de vſu & vſufru. leg.quam ad hoc expendit,& dicit notabilem Flor. in l.cùm quidam.§.ſi dies. ff. de vſur. Inno.in c.nos quidem.de teſta.ſed & idẽ ex eo tex.voluit Bal.conſi.cccclij.ſi ex teſtamẽto.li.2.vbi etiam ad hoc allegat l.legata.ff.de admin.tut.& c.nos quidem.de teſtam.& cle.quia cõtingit.de relig.domib.& voluit etiam gl.& Imo.in dicto c.nos quidem.& Spec.tit.de inſtru.edit.§.nunc aliqua. verſi.quòd ſi quis legauit.& verſi.quid ſi teſtator.& Benedict.Capra.conſil.cxxj.punctus fuit, quidam teſtator.vbi tamen intelligit,niſi teſtator aliter expreſsè diſpoſuiſſet.

QVADRAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Quod tantùm per fideicommiſſum fieri debet,ſi directò ſit factum,non valet iure fideicommiſsi,etiam fauore piæ cauſæ.*

*Verba obliqua non habent uim directorũ.*

QVadrageſimoquartò,licèt verba ſubſtitutionis obliqua,nunquam habeãt vim directorum, &(vt loquuntur noſtri)non directentur,& ſic fideicommiſſaria ſubſtitutio non procedat in vim vulgaris,quia fideicommiſſaria non continet aliquam directam,neque pupillarem,neque vulgarem,l.fundi Trebatiani.ff.de vſu & vſufr.leg.l.cohæredi.§.cum filiæ,& ibi doct.ff.de vulga.& pupil.Fallit tamen fauore piæ cauſæ,vt not.conſuluit Socin.conſil. mxvj. aliàs, cvj. incip. non poteſt negari,col.pen.verſ.primò quod licet propter loquentem in libertate,in l. Antoninus , & ibi Iaco.Aret.ff.de fideicommiſſ.lib.quam etiam ponderant recentiores in l.precibus , C. de impub.& aliis ſubſtit.Illud tamen non omiſerim quod è diuerſo,vbi quid non poteſt fieri directò , ſed tãtùm per fideicommiſſum,certè quod factum eſt directò,non valet vt fideicommiſſum etiam fauore piæ cauſæ,per tex.in l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus alienus.ff.de leg. j. vbi ſi teſtator in teſtamento relinquat libertatem ſeruo alieno,non poteſt relinquere directò,ſed tantùm per fideicommiſſum:quia ſi directò relinquat,non valet etiam iure fideicommiſsi.& ita quoque tenet glo.in l.ſeruo, C. de teſta. manu.& illum tex.ponderat Alex.in l.1.§. ſi quis ita, & ibi quoque Iaſ.col.5. verſic.circa illud , ff.de verborum obligationibus,& in l.Centurio.col.xxxiiij.ff.de vulgari.& pupillari ſubſtit. & Matheſil. no.cxl.incipiente non vnam doctrinam. Certum eſt autem libertatem eſſe piam cauſam, vt pòſt latiſsimè dicemus.

*Seruo alieno directò nõ datur libertas.*





QVADRAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Legatarius propria authoritate legatum ad pias cauſas vendicare non prohibetur.*

*Legatarius ſua authoritate rẽ uendicans.*

QVadrageſimoquintò , licèt aliàs legatarius non poſsit propria authoritate legatum accipere,& aliàs teneatur hæredi reſtituere,per l.vnicam,C.quorum lega.Quinetiam interdum legatum ipſum perdat,vt not.in l.non eſt dubium,C.de legib.Fallit tamen in legatis ad pias cauſas,vt nuncupatim voluit Corn.conſi.cxl.circa hanc conſultationem,col. vlt.lib.j.& Benedict.Capra conſi.iij.circa hoc plura ſunt videnda,in fin.& conſi.cccij.punctus,caſus talis eſt,in quarto dubio.

QVADRAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis legatarius etiam nulla ceſsione nominis facta,contra debitorem agit.*

*Actionibus nõ mandatis ex legato, nominis actio cõpetit.*

QVadrageſimoſextò,licèt dubium ſit,an legatarius debitor poſsit contra debitorem agere ſine ceſsione,per not.in l.ex legato nominis.C.de leg.tamen in legato piæ cauſæ, minimè dubium eſt,quin poſsit agere,vt conſuluit Bal.conſi.clj.caſus,quædam domina,lib. iij.per l.vlt.C.de ſacroſanct.eccle.& vide quid dicam infrà in lxxxviij.priuilegio.

QVADRAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Licèt per tempus morientis ſignificetur tempus vitæ, libertatis tamen fauore includitur tempus poſt mortem.*

*Tẽpus morientis,includit tẽpus uitæ.*

QVadrageſimoſeptimò , licet cùm ſit mentio de tempore morientis , vel quo quis moritur,ſignificetur tempus vitæ,quo quis eſt in actu moriendi,l.vlt.ff.de condit.inſtit. & l.qui duos.§.j.ff.de manu teſta.Fallit tamen fauore libertatis:nam intelligitur de tempore poſt mortem,vt dicitur in loco proximo. Quem & ad cæteras pias cauſas trahit Socin.in l.ſed & in illo.§.ſed & circa.qui eſt vlt.ff.de.reb.dub.

QVADRAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Cautio Mutiana non requiritur in relictis ad pias cauſas , niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate.*

*Mutiana cautio habet locũ in cõditione negatiua.*

QVadrageſimooctauò,licèt aliàs relictum ſub conditione negatiua requirat cautionẽ Mutianam,pro ipſius conditionis complemento,per l.Mutianæ cautionis vtilitas.ff. de condit.& demon.& extinguitur legatario quandocunque contraueniente,l.hæres meus, §. qui poſt Mutianam ff.eo.tit.& l.cùm filius §.qui Mutianam, ff. de legat.ij. Id tamen non obſeruatur in relictis ad pias cauſas,in quibus nec requiritur cautio Mutiana , nec extinguitur legatum,ſi legatarius contraueniat:quoniam ipſa negatiua conditio adiecta legato piæ cauſæ , ſi non fecerit,ſi non dederit,& de cæteris id genus,ita intelligitur,ſcilicet cùm primùm facere, vel dare poterit,non fecerit,vel dederit.vnde non neceſſe eſt,quòd non contraueniat vſque ad extremum vitæ exitum,per tex.loquẽtem in libertate,l.libertas.§.j.ff.de manu.teſta. quem in eo ipſo caſu libertatis ponderat gl.in l.Titio fundus,ff.de condit.& demon.Et ad omnem piam cauſam trahit,& facit ſingul.Roma.in d.auth.ſimiliter,in xxiiij.ſpeciali.Qui tamen intelligunt hoc procedere,niſi conſtaret de contraria mente teſtatoris,per l.vlt.ff.de manu.teſta.

QVADRAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*In legatis piis ſub modo relictis,neceſſaria eſt cautio,ſi modus incontinenti adiiciatur,ſecus ſi ex interuallo.*

*Legatũ ſub modo relictum.*

QVadrageſimononò, licèt aliàs ſemper,vt quis conſequatur legatum ſub modo relictum, ſit neceſſe præſtare cautionẽ de modo implendo, l.quibus diebus, §. Thermius minor, qui eſt vlt.& l.eas cauſas.ff.de condit.& demonſtr. & l.liberto,§.Lucius,ff.de annu.legat. cum ſimil.Quin ſi legatarius modo non pareat,priuatur legato,vt no.in l.j.C.de his quæ ſub modo.Tamen in legatis piis id ſemper non obtinet,ſed tum demum , cùm modus incontinenti adiectus eſt,per tex.in l.libertas.§.ij.ff.de manu.teſta.At ſi adiectus fuerit ex interuallo,tũc nec cautio præſtanda eſt,nec annectitur legatum ſi modo non eſt ſatisfactum,per tex.ſing. loquentem in libertate,in l.Imperatores,ſecundùm lecturam glo.ff.eo.tit.vbi Ang.Et ita per illum tex.idem voluit in omni pia cauſa Soci.in dicta regula cccx.in lvij.priuilegio.Sed Rom.in d.auth.ſimiliter,in xxxix. ſpeciali dicit illum duntaxat procedere in libertate,nec eandem eſſe rationem in aliis piis cauſis.Ratio enim illius tex.eſt,quoniam adimpletio modi non ſuſpendit legatum,quin cõfeſtim peti poſsit, ante complementum modi , præſtando cautionem de eo implendo , per dictam l.quibus diebus.§. vlt.& not.gl.in d.l.j.C.de his quæ ſub.mod.Igitur cùm ſemel quis eſt libertatem conſecutus,non poteſt ob non impletum modum,in ſeruitutem reduci:libertas enim ſemel data, reuocari non poteſt etiam per in integrum reſtitutionem,l.j.ij.& iij.C.ſi aduerſus libert. Item ſi dicatur libertatem eſſe reuocandam,quàm primùm conſtaret eum,cui ea ſub modo relicta eſt,& data,nolle modum adimplere,ſequeretur quòd libertas intelligeretur fuiſſe data vſque ad illud tempus : ſed libertas ad tempus dari non poteſt,l.libertas ad tempus.huius initij 2.ff.de manu.teſta. omnia autem legata ad pias cauſas ad tempus dari poſſunt,l.vlt.C.de leg.

*Diſtinctio in piis legatis.*

*Adimpletio modi non ſuſpendit legatũ.*

QVINQVAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Legatum ad pias cauſas non extinguitur per maximam capitis diminutionem.*

*Legatũ per ciuilem mortem extinctum.*

Q Vinquageſimò,licèt,ſi pendente conditione legato adiecta legatarius ſeruus pœnæ efficiatur,quia damnatus eſt in metallum,vel ad fodiendam arenam, & ita mortuus ciuiliter reputetur,adeò extinguatur legatum, vt non reuiuiſcat, etiam ſi pendente ea conditione legatarius reſtituatur,l.intercidit.ff.de cond.& demon.Secus tamẽ eſt in legatis ad pias cauſas,per tex. in l.Ariſto.ff.de manu.teſta.quem ad hoc allegat & dicit ſing.Rom.vbi ſuprà,in xxv.ſpeciali, & Socin.vbi ſuprà,in xliiij.priuilegio.

QVINQVAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Verba generalia habent in pijs cauſis vim diſpoſitionis.*

*Verba generalia honoris.*

Q Vinquageſimoprimò,licèt verba generalia honoris & humanitatis, ſiue ( vt vulgò dicunt) complacentiæ,& aſſentationis prolata ad eum quem honorare volumus, directè non inducant obligationem,neque diſpoſitionem,vt ſi quis dicat, mi frater in omnibus me tuum eſſe recognoſco,vel,omnia bona mea tua ſunt,vel,de meis bonis facias quod tibi libuerit,& ſimilia, vt eſt text.in cap.cùm veniſſent,vbi & hoc not.Ioan.And.Anto.Card.Imo.& Panor.col.j. de inſtit. & bona gl.in l.j.C.in quibus cau.& voluit Ang.in l.ſi cui.ff.de ſeruit.Roma.in rub.ff.de arbitr.col. 3. Alex.latè in l.ita ſtipulatus,col.ij.ff.de verb.oblig.& Felin.in c.cum iuramento.de ſent.excom.Fallit tamen fauore piæ cauſæ,vt ſi teſtator dicat ſeruo,ſcio quòd tibi gratiã referet filius meus ,hæc verba vim habent relictæ libertatis,cogendúſque filius ſeruum manumittere , textum habes & exemplum in l.Paulus reſpondit,§.Paulus.ff.de fideicom.liber.per quem text. not. ibi Bald. & Benedict. Plum.quòd verba adulatoria , etiam ad honoratum relata, inducunt diſpoſitionem fauore libertatis,& illum trahit ad omnem piam cauſam Roma.vbi ſuprà,in xxvj.ſpeciali,vbi & illum ad hoc dicit ſing.& Soci.etiam vbi ſuprà,in xlv.priuilegio.

QVINQVAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Prius teſtamentum ad pias cauſas factum,non infirmatur per ſecundum minus ſolenne,in quo venientes ab inteſtato hæredes inſtituti ſunt.*

*Teſtamentum minus ſolenniter factum.*

Q Vinquageſimoſecundò , licèt primum teſtamentum ſolenniter factum, in quo inſtituti ſunt extranei, reuocetur per ſecũdum non ſolenne,in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato,per l.hac conſultiſsima,§.ſi quis.C.de teſta.Fallit tamen vbi in primo teſtamento eſt inſtituta pia cauſa:tunc enim non reuocaretur per ſecundũ non ſolenne,in quo inſtituti eſſent venientes ab inteſtato,præſertim ſi non eſſent liberi.Ita conſuluit Panor.con.xj.in cauſa quæ vertitur,col.iij.verſi.non obſtat,lib.j.& Raph.Cuma.conſi.clxxvij.& idem ego,& Soci.conſi. incip.primo aſpectu,qui & hoc indubitanter affirmat,etiam ſi in ſecundo teſtamento eſſent inſtituti liberi,Iaſ.in dicto §.ſi quis.col.ij.in ij.limitatione,vbi hoc ſing.reputat.

*Eoq; magis ſi non ſint liberi.*

QVINQVAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum ad pias cauſas conditum,licèt minus ſolenne, reuocat prius teſtamentum omni iuris ſolennitate conſummatum.*

*Teſtamentũ in ſcriptis ſolenniter factum.*

Q Vinquageſimotertiò,licèt teſtamentum in ſcriptis ſolenniter conditum non tollatur per ſecundum teſtamentum ſine ſcriptis factum , in quo princeps, vel alius potens in eo eſt hæres inſtitutus,per tex.in l.nolumus.ſecundùm Iaco.Areti.Nico.Mat.Cyn. Bald. Salyc. Raph.& pleroſque omnes,C.de teſtam.Fallit tamen vbi in eo ſecundo teſtamento eſſet inſtituta pia cauſa,vt expreſsè,& in terminis voluit Alexan.conſi.cv. viſo ac diligenter conſiderato. col.pen.verſi.non obſtat,lib.iiij.per not.per Hoſtien.Ioan.And.in c.vlt.de ſolut.& ſequitur Iaſ.in d.l. nolumus.vbi hoc reputat ſing.Sed hoc ante vtrunque voluit Panor.cuius neuter mentionem fecit, dicto conſi.xj.col.iij.lib.j. Et facit quòd teſtamentum prius conditum cum ſolennitate iuris cõmunis,videlicet ſeptem teſtium,reuocatur per teſtamentum ad pias cauſas , cum duobus tantùm teſtibus conditum,vt conſuluit Paul.Caſtr.conſil. cccxxvij. dubium facit in ſupraſcripto puncto,lib.j.& Alex.conſi.cxxxj.ſuper themate,col.j.verſi.tertiò præſuppono.lib.vij. & hoc probatur in teſtamento militis,in l.eius militis,§.militia miſſus.ff.de teſtam.milit.

QVINQVAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamentum liberis inſtitutis conditum reuocatur per ſecundum ad pias cauſas:aliquo tamen eis relicto.*

*Teſtamentũ liberis inſtitutis, fortius alia qua uis ſolenni uoluntate.*

Q Vinquageſimoquartò,quod præcedenti germanum eſt , licèt primum teſtamentum , in quo inſtituti ſunt liberi , non reuocetur per ſecundum etiam ſolenne teſtamentum , niſi teſtator expreſsè reuocauerit,per tex.in auth.hoc inter liberos.C.de teſta. fallit tamen , ſi in ſecundo teſtamento eſſet inſtituta pia cauſa,aliquo liberis relicto , vt not. voluit Alex. dicto conſi.cv.col.v.verſi.tertiò ad dictam auth.etiam per not.Hoſt.& Io.And.in dicto c.vlt.ſequitur & dicit ſing.Iaſ.in d.auth.hoc inter liberos.in iiij.limit.Ad quod facit,quòd etiam illa auth.non procedit,quando in ſecundo teſtamento eſſent inſtituti liberi.vt voluit gl.not.auth.de teſta.imperfect.in prin.quam ſequuntur Iac.Bel.& alij ibi,Cy.Bal.& communiter alij,in d.auth.hoc inter liberos. Roman.qui illam dicit ſing.conſi.clxxix.ampliſsime doctor,col.x.& conſi.ccclxxxv.in caſu præmiſſo, Alex.dicto conſi.cv.col.v.verſi.ſecundò reſpondeo,& conſi.cxlvj.viſo themate,col.pen.lib.ij.





QVINQVAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Legatum incertum ad pias cauſas valet:& ſecundùm æſtimationem patrimonij legati quantitas definiri debet.*

*Legatũ incertũ ratione ſummæ, uel rei legatæ.*

Q Vinquageſimoquintò,licèt legatum incertum ratione ſummæ , ſiue rei legatæ , non ſit validum,l.Titia cum teſtamento.in prin.ff.de lega.ij.ſicuti & ſtipulatio,l. ſi ita ſtipulatus fuero,ff.de verb.oblig.tamen ad pias cauſas validum cenſebitur, & huiuſmodi legatum ex patrimonij quantitate,& perſonæ legantis qualitate æſtimabitur,per text.loquentem in legato alimentorum,in l.ſi cui annuum.& ibi not.gl.& Bar.ff.de annu.leg.& l.pen.ff.eo.tit.l.quædam in teſtamento.& ibi gl.& doct.ff.de lega.ij.& l.ſi pater,& l.Stichus liber eſto. cum ibi not. ff.de leg.iij.& l.cùm poſt.§.gener à ſocero.ff.de iure dot.glo.in c.nos quidem.in gl.pen. & ibi doct. de teſtam.& in l.priuilegia.C.de ſacroſanct.eccle.& Arch.in c.ſunt nonnulli.j.q.j.& Spec.tit.de inſtr.edit. §.nunc aliqua.verſi.quid ſi teſtator.Card.poſt Math.in cle.j.in xxviij.q.de teſta.Bal.in l.j.in lect. col. iiij.verſi.circa res,C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.nulli.col.ij.verſi.ſed hìc quæro,quid ſi teſtator. C.de epiſc.& cler.& in l.hæreditas,§.ſi defuncto,per illum text. & ibi etiam Angel.ff.de per.hær.in j. lect. Flor.in l.cùm quidam,§.ſi dies,ff.de vſur.Anto.& Imo.in c.indicante.de teſtam.idem Anto. in c.ex parte.de deci.Ro.in dicta auth.ſimiliter,in xxvij.ſpeciali circa vltimas voluntates,Card.Flor.in cle. j.in xviij.q.de teſtam.Alex.conſi.clviij.viſo teſtamento,col.ij.lib.vij.& Socin.in dicta regula cccx.in xlvj.priuilegio.Alex.qui hoc dicit Canoniſtis recognitum,in l.ita ſtipulatus.& ibi etiam Iaſ. col.vij. verſi.tenendo tamen,ff.de verb.oblig.Philip.Dec.conſi.clxxxij.in caſu occurrenti,col.ij.vbi allegat & hanc rationem, quòd in ſpiritualibus incertitudo nunquam vitiat de æquitate canonica,vt voluit Archid.in c.ſunt nonnulli,j.q.j.& Anton.in c.ex parte de cenſi. aliàs de deci. aliàs vtrobique , & Panormita.in c.j.de deci.

QVINQVAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Legatum in genere pauperibus,vel eccleſiæ non euaneſcit,vt incertis perſonis relictum.*

*Legatũ incertũ ratione perſonæ.*

*Legatũ pauperibus in genere.*

1 Q Vinquageſimoſextò,licèt etiam non valeat legatum incertum ratione perſonæ,vel alicuius piæ cauſæ,cui legatum relinquitur,§.incertis , Inſtit.de leg.cum ſi. fallit tamen fauore piæ cauſæ,vt ſi dicatur,lego pauperibus in genere , vel eccleſiæ , ſine alia adiectione, per quam cognoſci poſsit de quibus ſenſerit,per text.in l.id quod pauperibus.& ibi gl.& Bal. in princ.& l.ſi quis ad declinandam,& l.nulli.C.de epiſc.& cler.& l.à Titio ita ſtipulatus.in prin.ff.de verb.oblig.& voluit gl.in l.quidam.& ibi Bart.in duobus locis,ff.de reb.dub.Ioan.And.in addi.Spec. tit.de inſtr.edit.§.nunc verò aliqua.in addit.quæ incipit,hic conuenit quæſtio.Bar.& omnes in l.j. C. de ſacroſanct.eccleſ.Bartol.in l.pater filium.§.Tuſculanus.ff.de leg. iij.& conſi.xxv.viſo teſtamento Gentilis,in j.dubio , per text. in §.ſi quis in nomine.in authen.de ecc.titu.& iterum conſi. ſeq.teſtator in teſtamento, in duobus locis,vbi præterea allegat dictum §.ſi quis in nomine.Bal.conſ.lxxxvj. circa prædicta,lib.5.& conſi.ccccl viij.quæro vtrum valeat eo.lib.5.Ang.conſ.cxvij.in canonica,poſt prin.& conſ.cxxix.bona dicti teſtatoris,poſt prin.& conſi.cxxxv.Bancius Maſsinoli,in princ.Panor. in c.nos quidem.col.vlt.& in c.indicante.col.j.vbi bona gloſ.de teſtam.idem Roma.& Corn.in l.captatorias.C.de teſta.milit.Franc.Aret.in l.j.col.vlt.in nono priuilegio.C.de ſacroſanct.eccle.Roma. vbi adfert multas quæſtiones,quas omninò vide.Soci.vbi ſuprà,in lj.priuilegio,Fran.Aret.in l.j. col. pen.in ſecundo priuilegio piæ cauſæ,C.de ſacroſanct.eccl.& Bened.Capra conſi.xxv.cùm de pluribus quæratur,colum.ij.& per text.in l.ſi fuerit,in quarto nota.ff.de reb.dub.Ideo ſi teſtator relinquit centum,ſine declaratione alicuius eccleſiæ,non vitiatur legatum , ſed intelligitur de parochiali , ſecundùm Bart.poſt antiquiores,in l.quæ conditio.§.cùm in teſtamento.ff.de cond.& demonſt.Cyn. in l.vlt.& ibi Salyc.col.iij.C.de ſacroſanct.eccl.Ang.in §.ſi verò.in auth.de non alien. aut permut.rebus eccle.& in dicto §.ſi quis in nomine.in auth.de eccl.titu.& per omnes in l.j.C.de ſacroſanct. eccleſ.Pet.Anch.& Imo.in c.relatum.huius initij 2.ad fin.de teſta.Panor.in dicto c.indicante.eod.titu. Philip. Franc.in c.cùm quis.verſi.cùm ab eo,col.vlt.tertiò quæritur,de ſepult.lib.vj.Iaſon, qui hanc dicit communem opinionem,in l.qui inſulam,ff.de verb.oblig. Aut etiam ſecundùm aliam opinionem intelligitur de principali eccleſia diœceſis,vel ciuitatis,ſecundùm Ioan.Fab.& Ange.Aret.in §. ſed ius quidem.Inſtit.de iure natur.gent.& ciui.Quod ſi habeat duas eccleſias parochiales, & relinquat eccleſiæ parochiali,non tamen vitiatur legatum. De qua autem intellectum videri debet, vide Pet.& Cyn.in d.l.j.C.de ſacroſanct.eccle.Hoſt.& Ioan.Andr.& alios in d.c.indicante.de teſta.Cyn. in l.cùm multæ.C.de donat.ante nupt.Pet.Anch.& Imo.in dicto c.relatum.de teſta.Philip.Fran.vbi hìc,& Socin.latè in d.l.quæ conditio.§.cùm in teſtamento.ff.de condi.& demonſt.Similiter de relicto facto pauperibus,dicit Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.quid ſi teſtator. Quod intelligitur de pauperibus proprij domicilij:quem ſequitur Pet.Anch.conſil.ccxiiij. Franciſcus antiquus parochianus,col.pen.verſi.octaua ratio,argum.d.l.quæ conditio.§.cùm ita. ff.de condit.& demonſt.& l.capitalia.§.famoſos.ff.de pœn.& cap.ſi peccauerit.xij.q.j.& cap. fortitudo.xxx.q.iiij.vide Bart.in l.j.ff.ad municip.& in l.vlt.C.de conuen.fiſci debit.lib.x.Bal.& Imo.in l.ſi domus.ff.de leg.j. & optimè facit ratio allegata in præcedenti priuilegio.

*Generaliter legatum eccleſiæ intelligitur de parochiali.*

2 ¶Sed hìc attende paululum , nam huic aduerſari videtur text.in l.ſi fuerit.ff.de rebus dub. vbi legatum libertatis relictum vni, ex pluribus eiuſdem nominis , ſi non appareat de quo teſtator ſenſerit, vitiatur. Eſt ſimilis text.in l.ſi quis de pluribus,aliàs cùm ex pluribus.eo.tit.vbi gl. adducit concord.

*Legatũ libertatis,relictũ pluribus eiuſdem nominis.*

Tamen legatum libertatis pium dicitur,per l.j.ad fi.& ibi Bal.C.de commu. ſeruo manu. cum concor.alibi à me traditis.Et hanc antinomiam(id eſt,legum repugnantiam)ſi vlla ſit,animaduertit Iaſon,in l.ſi ita ſit adſcriptum,col.pe.verſi.limita dictam legem,ff.de leg.j.nec tamen eam diſſoluit.Sed tu ita poteris diſcutere,vt hæ poſtremæ leges intelligantur,cum certum eſt teſtatorem vni tantùm ex pluribus voluiſſe libertatem relinquere:ideóque ne fruſtretur teſtatorum intentio, nulli conferetur,ne non ſit is,cui conferri voluit.At cum teſtator relinquit pauperibus, aut eccleſiæ indeterminatè,non cenſetur cogitaſſe de certis pauperibus,aut templis:nihil enim intereſt quibus conferatur, modò id animæ proſit:hæc enim eſt prora(quod dicitur)& puppis intentionis teſtatorum. Ideóque ſatisfactum eſt animæ,ſiue his,ſiue illis relinquatur:quod animaduertit Phil.Dec.in l.vlt.verſic. non obſtat quod dictum eſt.C.de edicto diui Adria.toll.

### QVINQVAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Legato in piam cauſam relicto ſub conditione mixta,etiam non impleta conditione, debetur quamuis per hæredem non ſteterit,quominus impleatur.*

***Relictum ſub conditione.***

QVinquageſimoſeptimò, licèt aliàs ſemper non debeatur relictum ante impletam conditionem,niſi per hæredem ſteterit quominus conditio adimpleatur,l.qui hæredi.§.nam & cum ſeruus.qui eſt vlt.ff.de condi.& demonſt.& l.hæres.eodem tit.& l.j.C.de his quæ ſub mod.leg.& propterea deficiente conditione miſta,legato adiecta, ob aliquem caſum ſuperuenientem deficiat legatum,l.in teſtamento ita erat ſcriptum,quæ eſt ij.ff.de condi.& demon.tamen ſi legatum fuerit relictum in piam cauſam,ſub conditione miſta, quæ non fuerit impleta propter aliquem caſum fortuitum,nihilominus debetur legatum, etiam ſi non ſteterit per hæredem, per tex.loquentem in libertate,in l.libertate,iuncta gl.ff.de manum.teſtam.& l.ij.C. de condit. inſer. Et ita in ſpecie voluit Ro.ſing.cclxxxij.tu habes quòd quando conditio miſta. Et pro ſingul.reaſſumit Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à libertate ad cauſam piam,verſi.vltra præmiſſa iſtud facit.Adde & tu ſimilem tex.in l.ſi peculium,§.is cui ſeruus,& in l. Stichum Attio. §.ſi Stichus Attiæ mille.ff.de ſtatuliber.& in l.cùm ita datur libertas.ff.de condit.& demonſtr. qui etiam loquuntur in libertate,& in l.illis libertis.ſecundùm lecturam Barto.ff.de condit.& demonſtr.& in l.j.C.de legat. qui poſtremi tex.loquuntur in legato alimentorum.& poſteriorem ad hoc expendit Pau.Caſt.cõſ. xxxj.circa primum videtur dicendum,col.ij.verſi.item facit ratio.lib. ij. & illos quoque ad omnem piam cauſam extendit ipſe Roma.in d.auth.ſimiliter,in xxvij.ſpeciali,& Socin.in dicta regula cccx. in lv.priuilegio,& Fran.Aret.conſi.xciij.conſideratis,col.ij.verſi.præterea etiam ſi dictus.

***Legatũ ſub cõditione validũ, etiã non impleta conditione.***

### QVINQVAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Defectus conditionis non impedit petitionem legati ad pias cauſas,modò omnino legatum teſtator erat relicturus.*

***Conditio merè poteſtatiua.***

QVinquageſimooctauò,quod præcedenti ſimile eſt,licèt cùm deficit conditio merè poteſtatiua(quæ ſcilicet pendet ex facto grauati)ob caſum quempiam impedientem,deficiat & legatum,per tex.in l.centeſimis.§.vlti.& ibi Bar.ff.de verbor.oblig. quem ad hoc dicit ſing.Fran.Aret.dicto conſi.xciij.Hoc tamen fallit in fauorem piæ cauſæ,per gl. quam dicit ſing.in l.j.& ibi Ang.qui eam not.in lectura Padua.C.de inſtit.quæ dicit, quòd quando teſtator omnino erat legatum relicturus,defectus conditionis non impedit conditionem legati, hoc autem (inquit)præſumitur in legatis ad pias cauſas,per l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccle.

### QVINQVAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Fauore piæ cauſæ,conditio in legatis retrò trahitur.*

***Conditio in legatis non retrò trahitur.***

QVinquageſimononò,licèt aliàs in legatis conditio exiſtens non trahatur retrò,l.j.§. ſerui,ff. ad Syllan.& quod plenè nota.in l.potior.ff. qui potio.in pign.hab.& in l.Si cui via vel actus. §. hæres.ff.quemadmo.ſerui.amit.& per Bar.in l.ſi is qui pro emptore.& ibi Rom.& alij, ff. de vſucap.& per Bal.in l.vlt.§.ſed quia noſtra.C.commu.de leg tamen fauore piæ cauſæ retrò trahitur, per tex.in l.Neratius,ff.de manu.teſtam.quem tex.loquentẽ ſimpliciter in libertate, transfert Roma.ad omnem piam cauſam,in dicta auth.ſimiliter,in xxviij.ſpeciali,circa vltimas voluntates,& Socin.in dicta regu.cccx.in xlvij. ſpeciali.

### SEXAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Annua legati pij præſtatio per multum temporis inducit obligationem in futurum.*

***Tempus nõ inducit obligationem.***

SExageſimò,licèt tempus non ſit modus inducendæ obligationis, l. obligationum. §.placet autem,ff.de actionib.& obligation. ideóque ſolutio diuturna non inducit obligationem in futurum,l.ſi certis annis.C. de pactis. niſi quis alleget titulum, & probet ſolutionem decem annorum. Nam ex hoc ſatis intelligitur probatus titulus, & cogitur aduerſarius in futurum ſoluere, per l.cùm de in rem verſo. ff. de vſur.Tamen ſi in teſtamento minus ſolenni,fuerit annuum quidpiam relictum piæ cauſæ,quod fuerit tribus tantùm annis præſtitum, huiuſmodi triennalis præſtatio inducit obligationem in futurũ tempus, etiam de iure ciuili. Text.eſt ſing.loquens in legato alimentorum,in l.j.C.de fideicom.quam dicunt ſingul.Cyn.Barto.Angel. & Pau.Caſt.ibi,& valde notandam,ac perpetuò menti tenendam,Bart.in l.ij.C. eo. Et illã ad omnem piam



piam cauſam trahit Ang.& Iaſ.vterque col.j.& idem Iaſ.in dicta l.j.col.ij.verſi.ſecundò extende: & hoc quoque ſentiunt Barto.& omnes poſt eum præter Salic.in d.l.ſi certis annis Bart. in d.l.cùm de in rem verſo.& ibi etiam Fulgo.& Floria.& Bart.in diſputat.incipien.mulier habens amplum patrimonium,col.pen.Imo.in l.ſi verò.§.de viro.col.xij.ff.ſoluto matrimo.Anton.in cap.peruenit.col. vj. de cenſi.Matheſil.in tracta.extenſionum,col. 5. dum dicunt illam legem procedere in legato dotis, & aliis habentibus ſimilem fauorem.

### SEXAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*In legatis ad pias cauſas relictis,non nouiſſima,ſed leuiſſima ſpectanda eſt conditio.*

***Vltima conditio impletur in legatis.***

SExageſimoprimò,licèt aliàs pluribus conditionibus diſiunctim, diuerſiſque partibus teſtamenti eidem legato adſcriptis,vltima conditio debeat impleri pro legati conſecutione,l.quod traditum,ff.de conditio.& demonſtrat.tamen fauore piæ cauſæ non vltimam attendimus,non primam,non denique aliam,ſed tantùm leuiorem,per l. ſub diuerſis,ff. eod.titu.& l.in libertatibus quæ eſt 5.& l.quod vulgò,ff.de manumiſ.teſtamen.& ita voluit per illos tex.Roma.in repetitio.dictæ authen.ſimiliter,in xxix ſpeciali inter vltimas voluntates, & Socin. dicta regula, in xlviij.priuilegio.

### SEXAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Conditio deficientis primi gradus,quamuis non deficiat, nihil obeſt diſpoſitioni ad pias cauſas,in ſecundo gradu.*

***Relictum ſub conditione deficientis primi gradus.***

SExageſimoſecundò,legatum ad pias cauſas relictum in ſecundo gradu, ſub conditione deficientis primi gradus,debetur:licèt non deficiat primus gradus, nec ideo ſit locus ſecundo,tanquam fauore libertatis ab vtroque relictum videatur: verbi gratia, ſi teſtator dixerit,Titius hæres eſto,ſi Titius non erit hæres,Stichus hæres eſto, Stichus liber eſto. Certè Titio hærede exiſtente,erit nihilominus Stichus liber. Caſus eſt ſingul.in l. ſi quis ita hæredem.quæ eſt ij.ff.de manumiſ.teſtam.Id quod dicit mirabile, & extendit ad omnem piam cauſam Rom.vbi ſuprà,in xxx.ſpeciali,vbi dicit quòd ſi quis eam legem ignoraret, facilè contrarium diceret,& Soci.vbi ſuprà,in xlix.ſpeciali,& Phil.Decius,qui etiam illum textum dicit ſing.conſi.clxxxij. in caſu occurrenti.col.ij.verſi.& hoc in tantum procedit, vbi per hoc dicit, quòd diſpoſitio ad pias cauſas debet habere locum,licèt non contingat caſus ſecundùm ordinationem teſtatoris, & conſil. cclxxiij.in caſu propoſito,col.j.vbi per hoc dicit,quòd diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu,extenditur ad alium caſum fauore piæ cauſæ.

### SEXAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Per aſſignationem reditus ex certo aliquo fundo piæ cauſæ tacitæ,is fundus cenſetur obligatus,& ad eum etiam agi poteſt hypothecaria.*

***Pro reditu ex certo fundo aſſignato, competit tantũ actio perſonalis. Reditus aſſignati piæ cauſæ.***

SExageſimotertiò,licèt aliàs cum aſſignantur reditus ex certo fundo, ex huiuſmodi aſſignatione non oriatur actio hypothecaria,ſed tantùm competit perſonalis,per l.vlt.in fi.ff. de contrah.emptio.& l.liberto,in prin.iuncta gloſſ.in verbo,vendita ſint.ff.de annu. lega. tamen ſi teſtator quiſpiam in fauorem piæ cauſæ aſſignauerit reditus ex aliquo fundo, cenſetur is fundus in quamcunque manum peruenerit,tacitè obligatus, & ad illum agi poteſt hypothecaria,etiam de iure Digeſtorum,per textum loquentem in alimentis,in l. ſi quis libertis. quæ eſt ij.& ibi Bart.ff.de alimen.& ciba.leg.quem ita intelligunt glo.Bart. & alij in l. Lucius Titius libertis. eod.tit.& in l.Caius,ff.de annuis legat.& in l.cùm hi,§.idem eſt,etſi ager. ff. de tranſactio.& in dicta l.vlt.ff.de contrahend.emptio.& Rom.conſi.ccclxxxviij.in caſu propoſiti thematis, col.j.& hoc expreſsè voluit in omni cauſa pia,idem Rom.ſing.ccccxxxij. quæritur an teſtator, vbi per hoc dicit, quòd ſi teſtator condito teſtamento alienauerit fundum, ex quo in eadem oratione diſpoſuerat legatum pium perſolui, non per hoc extinguitur legatum, tanquam ea res non tam videatur fuiſſe poſita,vt ex ea ſolueretur legatum,quàm vt eſſet ad ipſum obligata,& hypothecata. Et hoc dicit ſe habuiſſe de facto Romæ in eccleſia ſancti Pauli ab vrbe, quæ ſibi & aliis fuit commiſſa, & monet tenendum menti.

### SEXAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Captatoriæ ſcripturæ non infirmant legata ad pias cauſas.*

***Captatoria inſtitutio inualida.***

SExageſimoquartò,licèt aliàs non valeat captatoria inſtitutio,l.captatorias inſtitutiones. & l.illæ autem,& l.illa inſtitutio,ff.de hæred.inſtit.& l.captatoriæ.ff.de legat.j. ídq; etiam in teſtamento militis,l.captatorias,C.de teſtam.milit.vbi glo.& docto.declarant quæ dicatur captatoria inſtitutio:valet tamen ad pias cauſas,per text.in cap.cùm tibi, & ibi glo. & docto.de teſtamen.& in l.fideicommiſſa libertas.in princ.& in verſi.ſed & ſi,& ibi Ange. ff.de fideicom.libert.vbi libertas quæ pia cauſa eſt (vt ſæpe diximus,& dicemus poſtea latiùs) poteſt conferri in voluntatem alterius,& ita in omni pia cauſa voluit Cy.in l. ſeniũ,C.qui teſta.fac. poſſ. Bart. in repet.l.j.in iij.q.v.quæſtionis princ.& ibi Franc.Aret.col.pen.in ij.priuilegio,C.de ſacroſanct.eccle. & in d.l.captatoriæ,& ibi etiam Bal.Imo.& Iaſ.ff.de leg.j.& in l.quidam, & in l. vtrũ ita poſthumus. §.cùm quidam.ff.de reb.dub.& in l.j.& ibi etiam Bald. ff. de lega.ij.& in l.Theopompus, ff.de dote prælega.& conſi.v.viſa quadam petitione,in ij.dubio,& conſi.vj.viſo teſtamento,in prin.Bald. in d. l.illa inſtitutio,& ibi Ang.& Imol.ff.de hære.inſtit.idem Bal.in l.hæreditas,§.ſi defuncto,in ſecunda lectu.col.ij.ff.de petitio.hæred.& in c.in cauſis,col.j.de elect.& in c.auditis,ante fin. de procurat.& in

repet.c.ſi pater.in materia compendioſæ ſubſtitutionis,de teſtam.lib.vj.& conſil. ccxxxv. Bartolomæus legauit,lib.j.& conſil.cccj.conſtitutio patriarchalis,col.iij.lib.ij.& conſil. cxij. quæritur vtrum præterita,lib.iiij.& conſi.cclix.ſuper primo puncto,eod.lib.iiij.& in addi.Spec.titu.de inſtrum.edi.§. nunc verò aliqua,verſi.quid ſi teſtator,Ang.in dicta l.captatorias.ff.de hæredib.inſtit.& conſi. xcvij. Viuianus,col.ij.verſi.ſecundò oportet videre.& conſi.ccj.viſo themate,in princ.& conſil.cccxxviij. conſultatio prædicta,poſt princ.Pet.Anch.conſi.cxliiij.præfatis nominibus,col.j.Raph.Alex. Corn. & Iaſon in d.l.captatorias,C.de teſta.mili.Raph.Cu.conſi.cxxx.magiſter Ioannes,poſt prin. Panor. conſi.xxxij.circa duo dubia,col.ij.lib.ij.vbi hanc dicit eſſe communem opinionem & Socin. conſi. liij.in præcedenti conſultatione,col.vlt.lib.j.& conſi.xlix.viſo inſtrumento,col.iij.verſi.& licèt cenſeatur,lib.iiij.Fran.Are.in l.ij.col.ij.in ij.nota.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& Steph.Bertrand.conſi.cj. licèt teſtamentum,nu.3.lib.j.

*Contrariæ opinionis authores.*

2 ¶Contrarium tenent Dy.Cy.Bald.ſibi contrarius,& Salyc.in d.l.captatorias, & Bald.in d.l.j.in lect. col.pen.verſi.iuxta hoc quæro,& iterum in repet.col.v.verſi.iuxta hoc quæro incidenter,& rurſum col.pen.verſi.ſuper octaua quæſtione, C.de ſacroſanct.eccleſ.& in d.l.captatorias, ff.de hæred.inſtit. Ang.Salyc.& Roma.Alex.Fran.Aret.Corn.& Iaſ.ante fin.in dicta l.captatorias,C.de teſtam. mili.& in l.& in epiſtola.C.de fideicommiſſ.& in l.executorem.col.ij.C.de execu.rei iudic.Petr.Anchar.in dicto c.cùm tibi,de teſtam.Sed quia res hæc admodum obſcura eſt, & omninò verſatur in intellectu d.l.fideicommiſſa libertas,ff.de fideicom.liber. & dicto c.cùm tibi, de teſtam. ſuntque etiam in eam rem multæ diſtinctiones:tu ſi hæc omnia ſcire vis,vide omnino Imol.in d.l.illa inſtitutio,& in d.l.captatorias,ff.de hæred.inſtituend.& Firmia in tractatu de epiſcopo,in xxxj.q.quartæ partis, lib. iiij.verſi.quid ſi legatum fuit arbitrio tertij.

### SEXAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Subrogatio executoris teſtamenti,facta à teſtatore in legatis ad pias cauſas,valet:aliàs ſecus.*

*Subſtitutio executoris teſtamenti.*

SExageſimoquintò,licèt non valeat conſtitutio executoris teſtamenti ita facta, conſtituo talem executorem, & ſi nolit,vel non poſsit, volo quòd alium conſtituere poſsit, vt voluit Bartọ.& alij poſt eum in l.quidam relegatus,ff.de rebus dubiis.& Ioan. Andreas poſt Lamber.Rampo.in cap.j.de procurat.lib.vj. per textum in l.nulli.ibi, ſi ſpecialiter deſignatus,C.de epiſcop.& cleric.vbi & ipſe Bald.cum ſimilib.tamen fallit in executore relicto,ad exequendum legata ad pias cauſas,ſecundum Raph.Cuma.in dicta l. quidam relegatus.per tex in dicto cap.cùm tibi,de teſtament.& hoc dicit ibi Bart.voluiſſe, idque etiam voluit Bald.in c.in cauſis,col.j.de electio.Sed tu de hoc vide omnino Soci.in d.l.quidam relegatus,col. pen.verſi.tertia concluſio. Et hoc ſanè ex eo dependet quod diſputauimus, an valeat diſpoſitio captatoria in fauorem piæ cauſæ.

*Executor ad exequendũ legata ad pias cauſas.*

### SEXAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Legatum rei alienæ,etiam ignoranter à teſtatore factum,in piis cauſis valet.*

*Legatum rei alienæ.*

1 SExageſimoſextò,licèt aliàs regulariter legatum rei alienæ ignoranter factum,nõ valeat, nec teneatur hæres luere.l.non dubium,§.vlt.ff.de leg.iij.l.cum alienam,C.de lega. & §. non ſolùm.Inſtitut.eod.Tamen valet iure ciuili,ſi fuerit relictum pię cauſæ,pex textum loquentem in libertate,in l.quidam ita,§.ſi quis filium,ff.ad Trebellia.& l.Paulus, in princip.ff.de fideicom.libert. quæ poſtrema iura loquuntur in libertate, & hoc quoque voluit expreſsè Bald.in dicta l.j.in repet.col.xiiij.verſic.ſuper prima quæſtione, C. de ſacroſanct. eccleſ.vbi mouetur,quòd legatum rei alienæ relictum coniunctæ perſonæ,etiam ignoranter, valet: & debetur æſtimatio,per dictam l.cùm alienam.eſt enim Deus pater noſter,& Eccleſia mater noſtra,vt eſt text.licèt non alleget,in cap.qui abſtulerit,xij.q.ij.& in cap.ſi quis iraſcitur,xiij.q.ij.Et idem voluerunt Rapha Fulgo.Pau.Caſt.& Alex.in d.l.cùm alienam,& Raphaël Cuma.& Alexand.(vbi vide Aret.) & Iaſ.in l.ſi domus,§.de euictione,ff.de lega.j.& Imol.in c.filius,de teſtamen. ita etiam in hanc partem conſuluit Romanus,nulla Bal.mentione facta,conſi.ccxxxv.quo ad primum,col.ij.verſi.vltimò videndi,vbi dicit hanc eſſe veram & nouam concluſionem,& in dicta auth. ſimiliter, in decimo ſpeciali,verſi.ſed quartò,quod ipſe verum dicit.

*Legatũ rei alienæ relictũ coniũctæ perſonæ.*

*Contrarium ſentientes.*

2 ¶Contrarium tenent gl.Imol.Hoſt.Tancred.Anto.Cardin.Panor.& omnes in d.c. filius, vbi illum tex.aliter,& in contrariam ſententiam,variis tamen modis intelligunt,& Panor.latè in repetitio.ca. cùm eſſes,col.viij.verſi.venio ad quæſtiones,& multis ſeq.de teſta.& Iaſ.in d.l.cùm alienam,col.pe. C.de lega.reſpondéntque Panor.& Iaſ.ad illam rationem Bald.quòd tex.in d.l.cùm alienam. debet intelligi de coniuncta perſona,ratione ſanguinis,& non de alia coniunctione,per not.in c.nonnulli, de reſcript.& in c.j.de procur.lib.vj.

*Authoris ſententia.*

3 ¶Sed tu tene primam opinionem, tum per id quod dictum eſt de libertate, tum etiam per textum in dicta l. cùm alienam.in illis verbis,niſi proximæ perſonæ,vel vxori,vel alij tali datum ſit, cui legatarius etiam ſi ſciſſet alienam rem eſſe.Per quem textum voluerunt ibi Guliel. Cu. Fulgoſ.Paul. Caſtrenſ.Alex.& Iaſon ibi,idem eſſe in amico, quod in conſanguineo,cum concordant alibi à me traditis:ſed anima eſt charior,pretioſiórque omnibus conſanguineis,& ipſo corpore,per l.ſancimus, C.de ſacro

*Anima charior corpore.*



ſanct.eccleſ.ideóque magis veriſimile eſt,teſtatorem id legatum feciſſe piæ cauſæ, etiam ſi rem alienam ſciuiſſet,quàm coniunctorum contemplatione.

### SEXAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Re communi ad piam cauſam legata,tenetur ſocius ſuam partem vendere.*

*Dominus non cogitur rem ſuam uendere propter legatum.*

SExageſimoſeptimò, licèt legatum rei alienæ non obſit domino nec propterea teneatur ipſe dominus rem ſuam vendere,vt patet ex iuribus ſuprà in principio præcedentis cap. allegatis,quod & procedit in re communi, vt patet ex d.l.ſerui electione.§.j.& §.ij.ff.de legat.j.Nemo enim ex ſociis plus parte ſua alienare poteſt,l.nemo ex ſociis,ff.pro ſocio. Poteſt tamen ſocius rem communem legare ad piam cauſam,ita vt ſocius teneatur vendere,per l. vltimam loquentem in libertate,& ibi Bald.qui illam trahit ad omnem piam cauſam, C. de communi ſer.manu.Et idem quoque voluit Firmianus,qui ad hoc alia iura allegat in tractatu de epiſcopo,in xxxj.q.quartæ partis,lib.iiij.verſ.addo hîc aliud.

### SEXAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Teſtamento præteritione filij irrito facto,relicta pro vſurarum reſtitutione,& malè ablatis nihilominus debentur.*

*Auth. ex cauſa.C.de libe. præte.an habeat locum,ſi teſtator ignoret ſe habere filium.*

1 SExageſimooctauò,licèt maximum dubium ſit apud noſtros iuris interpretes,an authen. ex cauſa,C.de liberis præteri.qua cauetur,teſtamento quantum ad inſtitutionem irrito facto,ob præteritionem filij,legata manere firma,procedat ſi teſtator ignorabat ſe habere filium:quod multis placet,vt ita procedat,per dictam auth.ex cauſa, & l. filio præterito,ff.de iniuſto rupto, & irrito fac.teſta.vt & latè diximus in noſtra repetitione l.ſi vnquam, in verbo,donatione largitus,C.de reuocan.donatio.tamen ſtante opinione,quæ dicit non procedere, & ita legata etiam illo caſu eſſe irrita:eam opinionem ſic limitabis cum pleriſque, vt non habeat locum in legatis,pro malè ablatis,& vſurarum reſtitutione,& aliis id genus,& ita ad pias cauſas,vt expreſsè voluit Bald. & pòſt Angel.& Imo.in d.l.filio præterito, moti quia veriſimile eſt teſtatorem illa reliquiſſe,etiam ſi ſciuiſſet ſe habere filium,quia prima charitas incipit à ſe ipſo, l. præſes. ff.de ſeruit.& anima cunctis rebus eſt præferenda,per dictam l.ſancimus,C.de ſacroſanct. eccleſ. & hoc quoque voluerunt ipſe Angel.Imol.& Franciſ.Aret.in l.Titius,in princip. ff.de liberis & poſthum. Angel.in l.militis codicillis,§.miles in ſupremis,ff.de teſtam.mili.Ang.Paul.Caſt. & Alex. Corn. & Iaſ.in dicta auth.ex cauſa.Ioan.Ana.conſi.xxviij.viſis & ponderatis,col.pen.Bar.in repetitio.l. cùm acutiſsimi, charta pen.C.de fideicom.& Franc.Aret.conſ.xcij.viſo legato,col.j.& Iaſ.in l.precibus, col.5.C.de impuber.& aliis ſubſtit.

*Per ignorãtiã teſtatoris deficit eius uoluntas.*

2 ¶Contrarium tamen tenuit Bart.in repet.l.j.in ij.quæſtio.5.q.princip.C.de ſacroſanct.eccle. motus quia cùm ignoraret teſtator ſe habere filium, deficit voluntas illius:non eſt enim veriſimile, quòd ſic reliquiſſet,ſi ſciuiſſet,per l. ſi vnquam. C. de reuocan.donat.ſi ergo per illum text.ea ratione reuocatur donatio perfecta,multò magis legata.& hoc quoque videtur voluiſſe Bald.ibi, in repetio. col.antepen.verſ.ſuper quarto quæſito,licèt quantum ad eam quæſtionem non conueniat cum Bar. Et idem Bald.in l.1.col.penult.verſ.vlterius quæritur,C.de inoffic.donat.Paul. Caſtrenſ.qui tamen diſtinguit inter legata magna, & parua,in l.ſicut certi,poſt prin. C.de teſtam.milit.Alex.in additio. Bart.in d.l.j.colum.penult. C. de ſacroſanct. eccleſ. Tu omninò ſequere primam opinionem in relictis pro vſuris,& malè ablatis,in quibus omnes ferè loquuntur,quos pro prima parte allegauimus, de aliis autem piis cauſis tibi cogitandum relinquimus.Quin & Bald.in dicta l.j. C. de ſacroſanct. eccleſ.in lectu.col.iiij. verſ. modò venio circa voluntatem, nuncupatim diſtinguit inter relicta pro reſtitutione malè ablatorum,& alia relicta piis cauſis facta,vide Bart.conſi.cciiij.cæcus condidit teſtamentum,ante fi.& quæ diximus in repet.d.l.ſi vnquam in verbo,libertis,in quæſtione de donatione facta eccleſiæ.

*Authoris hac de re ſentẽtia.*

### SEXAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Pia cauſa,vulgariter ſubſtituta filio impuberi,excludit matrem à legitima.*

*Tacita pupillaris contenta ſub expreſſa uulgari non excludit matrem.*

1 SExageſimononò, licèt ex communi opinione ſubſtitutio tacita pupillaris,contenta ſub expreſſa vulgari, non excludat matrem in medio exiſtentem, ſecundùm gloſſ. & ferè omnes doctores in l.precibus,C.de impube.& aliis ſubſtit.& planè doctores in l. ij. ff. de vulga.& pupilla.fallit tamen quando teſtator ſubſtituiſſet vulgariter piam cauſam filio impuberi,quia tunc tacita pupillaris, quæ continetur ſub expreſſa vulgari, matrem excluderet ex veriſimili,& præſumpta mente teſtatoris,qui præſumitur magis dilexiſſe animam ſuam, quàm matrem,cùm prima charitas incipiat à ſeipſo.Ita expreſsè voluit Angelus in dicta l. precibus. colum. 2.verſic.idem credo,ſi pauperes Chriſti,in lectu.Peruſ.& ibi Paulus Caſtrenſ.colum.iiij.qui hoc reputat nota.Alex.colum.ij.qui hoc dicit eſſe menti tenendum,& valde notabile. Socinus & Iaſ. col. 5.qui hoc dicit ſing.& eſſe de pane lucrando, nec reperiſſe contradicentem, & Alexand. conſil. xxxviij.viſo themate,colum.iiij.verſi.ſic igitur,lib.j.& conſi.lxvj.viſo teſtamento:colum. iij. verſic. vnde dicit Angel.& iterum verſi.item non poteſt,lib.ij.vbi hoc dicit nota.& conſil.xij.attentis verbis teſtamenti col.ix.verſic.non mirum,lib.iij.& conſi.xcij.ſuper eo quæritur, colum.penult. in fin. eod.lib.iij.& conſi.lj.in caſu præſenti,colum.iij.verſic.decimò.lib.vij.& Franc.Aret.conſ.clv.periculoſum eſt,ad finem.& Philip.Decius in cap.in præſentia,colum.xxx. de probatio. & conſi. clxxxij. in caſu occurrenti.colum.iij.& ante omnes voluit Bart.quem nullus horum allegat, conſil. ccxliij.

fuit quidam de Aſsiſio,col.iij.verſ.ſed in caſu,& etiam Bald.à nullo citatus conſ.cccclvij.viſo teſtamento Ioannis,lib.ij.

*Reſtrictio pro rebus tantùm malè ablatis. Alij generaliter in omni pia cauſa intelligunt.*

2 ¶Hoc tamen limitat Franc.Aret.vbi ſuprà,vt procedat tantùm,quando teſtator ſubſtituit pro exoneratione conſcientiæ,videlicet pro rebus malè ablatis,aliàs non procedit, vt dicit patere ex verbis Angel.in dicta l.precibus,qui verè nominatim in his terminis loquitur:verùm Iaſon ibi,quo loco nuper citauimus,putat generaliter procedere,quotieſcunque ſubſtituitur pia cauſa:quia ſemper id cenſetur fieri pro anima teſtatoris,ex not.per Bart.in dicta l. j. in ij. & iij. quæſtio. 2. quæſtionis principalis,& ibi etiam per Bald.& alios,C.de ſacroſanct.eccle.& ſic ſemper locus eſt rationi adductæ per Ang.quòd magis præſumitur teſtator dilexiſſe animam,quàm matrem:ſed & limitat Fran. Aret.alio modo:quem non approbat Iaſ.vbi ſuprà,vtrunque vide.

*Mater non debet priuari hæreditate ſibi debita.*

3 ¶Sed quanquam Iaſon(vt iam diximus)aſſerat ſe non reperiſſe contradicentem, tamen Corneus qui ante illum ſcripſit,& in eo ipſo loco,videlicet in d.l.precibus, col.2. contrarium apertè voluit, motus quia mater non debet priuari hęreditate ſibi debita,& eccleſia inſtitui,per c.quicunque vult. quod eſt vlt.xvij.q.vlt.vbi probatur quòd non eſt meritorium,imò potius dãnabile relinquere eccleſiæ,& priuare filium hæreditate paterna,ſicuti & per illum tex.dicit gloſſ.iij. in l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſcop.& cler.quod & ſimiliter dicendum eſt de matre,argu.l.nam etſi parentibus, ff.de inoffic,teſta.lib.vj.videlicet vt non debeat priuari legitima,ex pupillari etiam expreſſa,dicens quòd d.cap.vlt.procedit de iure poli,& d.c.ſi pater, & alia iura ſimilia diſponentia matrem priuari legitima per pupillarem expreſſam,procedunt de iure poli.Et ſic ſentit quòd ſit potius contra animam, quàm pro anima ſubſtituere pupillariter piam cauſam, vt excludatur mater:hæc Corneus ibi:qui & idem voluit conſi.cccxxij.ardua plurimum,col.pen.verſ. nec obſtat quod in caſu noſtro, lib.3.Tu autem iterum vide Bart.conſi.xv.pater habens filium.

### SEPTVAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Tempora diſtincta,& interpolata coniunguntur fauore piæ cauſæ,etiam contra expreſſam teſtatoris voluntatem.*

*Seruiendum eſt uerbis & uoluntati teſtatoris.*

SEptuageſimò,licèt non ſit diſcedendum à verbis,& voluntate teſtatorum, vt de primo eſt text.in l.non aliter,ff.de legat.iij.de ſecundo,in l.ex facto proponebatur. ff.de hæred. inſtit. & l.in conditionibus,in princ.ff.de conditio.& demonſtrationib.& l.cùm quæſtio,in fi.C.de lega.tamen fauore piæ cauſæ tempora interpolata coniunguntur, etiam contra expreſſam teſtatoris voluntatem,per tex.in l.Paulus reſpondit,§.Gaius.ff.de liberali cauſa,quem ad hoc dicit ſingul. Roma.in dicta auth.ſimiliter,in xxxij.ſpeciali,qui & ad hoc dicit bene facere, l. fideicommiſſaria libertas,la j.§.vlt. ff. de fideicom. liber. Vnde ait per dicta iura,ſi piæ cauſæ relicta ſint prædia ſub conditione,ſi continuis annis aliquid fecerit, tamen conſequetur legatum, ſi ex pluribus diuerſis, ſeparatiſque temporibus,ſimul inuicem coniunctis reſultet perfectum tempus,licèt non fuerit continuum,Roman.in l.ſi ſtipulatus,ff.de verb.obligationib.Franc.Aret.in c.vlt.de iudic.& Socin.in dicta regul. cccx. in quinquageſimo priuilegio, & facit quod voluit gloſſ.& Bald.in l.j. C. ſi mancip. ita fuerit alie.

*Tempus continuum quomodo in piis cauſis numerandum ſit.*

### SEPTVAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Tutor per recuſationem tutelæ,non perdit legatum piæ cauſæ reſtituturus.*

*Tutor tutelam recuſans.*

SEptuageſimoprimò,licèt aliàs datus tutor,cui aliquid legatum eſt,perdat legatum, ſi tutelam recuſat,l.qui tutelam,ff.de teſtam.tut.l.Neſennius,ff.de excuſat.tuto.l.poſt legatum, §. amittere.ff.de his quib.vt indig.l.pe.C.de legat.fallit vbi aliquid legatum eſſet, quod poſtea tutor eſſet piæ cauſæ reſtituturus, quia tunc per recuſationem tutelæ non perdit legatum, l. Thais ancilla,§.Seio.ff.de fideicom.libert.ſecundùm Dyn. qui id dicit eſſe ſpeciale fauore pietatis. & ita etiam voluit Soc.in dicta regul.cccx.in l.iij.ſpeciali.Sed Rom.in dicta auth.ſimiliter,in trigeſimoquinto ſpeciali,hoc reprehendit,dicens eſſe generale in omni legato, quòd tutor deſtinatus eſt alteri reſtituturus,per l.legatarius.ff.de excuſa.tuto.

### SEPTVAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Legata pia detrahuntur vt æs alienum:ob patrimonij tamen defectum diminuuntur.*

*Legata diminuuntur pro rata.*

1 SEptuageſimoſecundò,licèt aliàs legata diminuantur pro rata,vt omnibus ſufficiant,l.ſi quis teſtamento.§.apud Iulianum, & ibi docto. ff. de lega. j. veluti ſi vnum ſit in ſpecie,aliud in genere,quando aliàs non ſufficerent ad pia legata,vt voluerunt Dyn. Ang. Ioan.Por.Pau. Caſt.in lectu.Bono.& Alex.in l.quærebatur,ff.ad leg.Falci.& Bart.in l.ij.§.j.vbi eſt bonus text. ff. de condict.indebi.& Paul.Caſtr.in l.procuratoris,§.ſi plures habuit.ff.de tribut.act.& Raph.Cu.in l.filiusfamilias,§.apud Marcellum.ff.de lega.j.Legata tamen pia ante omnia deducuntur, tanquam æs alienum:etiam ſi aliis legatis non piis bona non ſufficiant,vt voluit Oldrad.conſi.cc.incip.propoſita fuit,& Bart.loquens in legato dotis,in l.ij.§.j.ff.de priuileg.credi.& Paulus Caſt.& Ioan. Por. in l.ſi quis teſtamento,§.apud Iulianum.ff.de lega.j.

*Legata pia ante omnia deducuntur.*

*In teſtamento militis non habet locum Falcidia.*

2 ¶Contrarium tamen tenet Bart.in auth.ſimiliter, C. ad leg. Falcid. vbi dicit quòd licèt legata pia detrahantur vt æs alienum,per l.ſi ſeruus.ff.ad legem Falci. tamen hoc procedit quantum ad Falcidiam,ſed vbi non ſuppetunt vires patrimonij,certè diminuũtur,ſicuti alia legata:quemadmodum dicimus in teſtamenro militis, in quo bene ceſſat Falcidia,tamen diminuuntur propter defectum

patrim



patrimonij,per textum expreſſum in l.ſi poſt miſsionem,ff.eo.tit. Et etiam videmus (inquit) quòd huiuſmodi legata ad pias cauſas minuuntur,propter debitum iure naturæ,per not.in l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc.& cleric.hæc Bart.ibi.

### SEPTVAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*In piis legatis iuriſiurandi conditio remittitur:nihilominus parendum eſt conditioni.*

SEptuageſimotertiò,quamuis reiiciatur conditio iuriſiurandi adſcripta legato, non tamẽ reiicitur id quod eſt in conditione poſitum,l.quæ ſub conditione,§.quoties hæres. ff. de condit.inſtit.& not.in l.hæc ſcriptura,in prin.ff.de condit. & demonſtrat. tamen ad pias cauſas contrarium omninò obſeruatur,vt videlicet in illis non remittatur conditio iuriſiurandi, ſed remittatur id quod in ea conditione eſt poſitum, l.ſi quis libertatem, cum ſeq. ff. de manumiſſ.teſta.& apertius in l.ſi quis ita.§.qui ita.ff.de ſtatulib.& not.per illos tex.Rom.in d.auth. ſimiliter,in xxxvj.ſpeciali,& Soci.dicta regula cccx.in lij.priuilegio.

*Cõditio iuriſiurandi aſcripta legato.*

### SEPTVAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Modus adſcriptus legato ad pias cauſas,in fauorem legatarij,habet vim cauſæ finalis.*

SEptuageſimoquartò,quamuis aliàs modus appoſitus legato, in fauorem eius cui legatũ relinquitur, cenſeatur in ſe continere cauſam impulſiuam, adeò quòd non eſt neceſſe præſtare cautionem de eo implendo,l.Titio centum,in ſecundo reſponſo,ff. de condit. & demonſtra.tamen ſi apponatur legato facto ad pias cauſas, etiam in fauorem eius cui relinquitur,cenſetur habere cauſam finalem.vt eſt tex.in l.ſi ego Seiæ res dedero. in prin.ff. de iure dotium,& in l.ſi quis pro redemptione,C.de donatio.quos ad hoc ponderat Bartol. in l.2.§. vlt.in princip.ff.eod.tit.de donat.ideo eſt præſtanda cautio,per dictam l.Titio,in ſecundo reſponſo,ſecũdùm Rom. vbi ſuprà,& Soc.vbi ſuprà in lvj.ſpeciali.

*Modus adiectus legato in fauorem legatarij continet cauſam impulſiuam.*

### SEPTVAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Diſpoſitio ad pias cauſas non vitiatur ob conditionem impoſsibilem,quam teſtator putabat poſsibilem.*

SEptuageſimoquintò,licèt aliàs conditio impoſsibilis,quam teſtator putabat eſſe poſsibilem,non habeatur pro impoſsibili:ideo eo defuncto deficit,& legatum, & ita non vitiatur,ſed vitiat diſpoſitionem,per textum ſing.in l.ſeruo manumiſſo.ff.de condicti. indeb, fallit tamen in legato relicto piæ cauſæ,vt ſingul.voluit Iaſon ibi,col.2.verſ.quintò limita,& verſi.tu ex hoc collige.motus quia diſpoſitio libertatis,à qua,vt iam ſæpius diximus,argumẽtari poſſumus ad piam cauſam,non vitiatur ob conditionem impoſsibilem, quam teſtator putabat eſſe poſsibilem.per tex.in l.cùm tale,§.falſam conditionem,& ibi gl.ff.de cond.& demonſtr. & voluerunt Rom.& Franc.Aret.in l.impoſsibilis,ff.de verb. oblig.

*Conditio impoſsibilis, quã teſtator putat poſsibilem.*

### SEPTVAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Fideicommiſſa pia per mortem hæredis,viuo teſtatore & ſciente,non expirant.*

SEptuageſimoſextò,licèt fideicommiſſum expiret, ſi hæres moritur viuo teſtatore, & ſciente,& non mutante teſtamentum,l.tractabatur,ff.de milit.teſtam. & Bartol. in l. j. col.xij.verſ.vlterius quæro.ff.de vulga.& pupilla.& in l.ſi pater,in iij.oppo.ff.eo.tit.vbi dicit hoc omnino procedere in pupillari ſubſtitutione,cum ſimilib.Fallit tamen in fideicommiſſo pio,ſecundùm Bald.in l.eam quam.in vij.q.in lectura antiqua, C. de fideicommiſſ.prout illum allegat.& ſequitur Firmianus in ſuo vbere lexico, in verbo,fideicommiſſum pium,verſi.ij.& iterum in verbo,fideicommiſſum expirat,verſ. viij. Quod ex parte hinc pendet,quod alibi tractauimus,an legata pia debeantur non adita hæreditate.

*Mors hæredis uiuo teſtatore & ſciente reddit fideicommiſſum caducum.*

### SEPTVAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Poſterior euentus non infirmat(ante motam falſi teſtamenti quæſtionem)datam libertatem.*

SEptuageſimoſeptimò,licèt cum quid ex teſtamento ſolutum ſit,quod poſtea falſum, vel inofficioſum,vel irritum,vel ruptum apparuerit,repetatur,l.ij.§.ſi quid ex teſtamento. ff. de condict.indebi.Fallit tamen in legatis ad pias cauſas,vt voluit Bald.in l.ij. C. de fideicommiſſ.libert.per illum textum, qui loquitur in libertate, de quo tamen dubitat Iaſ.in dicto §.ſi quid ex teſtamento,in primo nota.quia non eſt(inquit)eadem ratio libertatis, & aliarum piarum cauſarum,cùm libertas ſit irreuocabilis.

*Repetitur tanquam indebitũ ſolutum ex falſo uel rupto teſtamento.*

### SEPTVAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*In bonis aduentitiis teſtamenti faciendi, filiusfamilias ius non habet,quamuis pater ei permittat:niſi velit ad pias cauſas teſtari.*

SEptuageſimooctauò,licèt aliàs filiusfamilias non poſsit teſtari in aduentitiis,etiam cum conſenſu patris,l.qui in poteſtate,ff.de teſtam.l.ſenium,in fi.C.qui teſtam. facere poſſ. & ibi gloſſ.quæ huius rei rationem reddit,poteſt tamen teſtari ad pias cauſas cum conſenſu patris,vt voluerunt Cyn.Bald.Ang.Salyc.Rom.& Alex.in dicta l.ſenium, Bald. in dicta l.qui in poteſtate,& ibi etiam Ang.ff.de teſtam.idem Bald.in l.j.§.ſed & ſi filius.ff.de lega.iij. & in l. hæreditas,§.ſi defuncto,in ſecunda lectura, col.ij.ff.de petit. hæred. vbi hoc dicit procedere in foro eccleſiaſtico tantùm,& in repet.l.j.col.5.verſi.nonò quæro,& ibi Franc.Aret.col.vlt.in xvij.priuilegio,C.de ſacroſanct.eccleſ.vide Bart.in dictis locis, & in l. illa inſtitutio.ff.de hæredib.inſtituen. & in l.captatorias.C.de lega.Feder.Sen.conſil.cxciiij.habuiſtis,& conſil. cclxviij. aliàs 368. quoniam

*Filiusfamilias non poteſt teſtari in aduẽtitiis.*

veritas,

veritas,Ioan.Cald.conſi.x.in tit.de teſtam.Angel.in dicta l.qui in poteſtate,§.j.ff.de teſtam.Imol.in cap.ij.col.ij.de teſtam.Imo.& Dominic.in c.ſi pater.eodem tit.lib. vj. aliàs in cap.licèt. §.vlt.de ſepultur.libro vj.Roma.in l.penult.C.qui teſtam.facere poſſ.Panorm.in rub.extrà de teſtam.col.pen. & Lanc.Calca.conſi.xij.ad primum dubium.

*Quæ nutu Dei aguntur, non ſunt ſub lege.*

2 ¶Mouetur hi primùm per illud generale,quia ea quæ nutu Dei aguntur.non ſunt ſub lege, cap. licet de reg.cap.duæ ſunt.xix.q.ij.Et hoc maximè procedit in legatis ad pias cauſas, in quibus non attenditur aliqua prohibitio,ſeu diſpoſitio iuris Ciuilis,ſed tantùm iuris Gentium, vel Canonici, vt per Bart.latè in repet.l.j.in vlt.q.C.de ſacroſanct.eccl.& ſæpius ſuprà diximus.Secundò per tex. à contrario ſenſu in dicto cap.licet.§.vlt.de ſepult.lib. vj.iuncta glo.in verbo,iudicare, quæ intelligit text. generaliter in quacunque vltima voluntate. Et ſi Papa ibi intellexiſſet de donatione cauſa mortis,id expreſsiſſet,cap.ad audientiam, de decimis. Et etiam ſi intelligeretur ille tex.de huiuſmodi donatione facta pro anima,ibi poſitum eſſet ſuperfluum: quia filiusfamilias, cum conſenſu patris poteſt indiſtinctè,nedum pro anima,donare cauſa mortis, etiam non piæ cauſæ, l.tam is.§. filiusfamilias.ff.de donatio.cauſa mort.l.filiusfamilias, §. pari autem ratione. ff. de donat. Et quia etiam ille text.generaliter dicit iudicare, ideo & generaliter eſt intelligendus, etiam ſi corrigatur ius ciuile,quia vbi tractatur de fauore animæ,vel piæ cauſæ, etiã in correctoriis licita eſt extenſio, vt patet ex not.per glo.& Bar.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendit. cum concord. quas adducemus infrà.Præterea quando lex,vel alia diſpoſitio nihil operaretur in ſenſu directo,vt eſt in dicto cap.licet.tunc licitum eſt ſumere argumentum à contrario ſenſu, etiam ad correctionem iuris communis,gloſ.in l.nulla niſi emenſis.iuncto tex.C.de epiſc,& cler.cum concord.quas alibi adferam.Quinimò ſumendo argumentum à contrario ſenſu ex dicto cap.licet.non erit correctio, ſed potius limitatio iuris communis,quæ fieri poteſt regulariter à contrario ſenſu, cap. cùm dilecta.§. nos igitur.& ibi Panorm.de confirm.vtili vel inuti.& c.poſt tranſlationem.§.quanquam.& ibi Bar. de renuncia. Item in eo textu hæc ſunt verba appoſita,quòd filiusfamilias non poteſt iudicare pro anima, præter patris conſenſum. At quando omnino negatiua præcedit dictionem,præter, ea dictio ſtat incluſiuè,l.nam quod liquidæ.§.vlti.ff.de penu lega.& declarat Bart.in l.actione.C. de trãſactionib.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautionib.Ergo is tex.non à contrario, ſed potius ſenſu directo probat filiumfamilias poſſe cum conſenſu patris teſtari, & hanc quoque partem fulſit exceptio appoſita in dicto cap.licet.in verbo,niſi peculium caſtrenſe, vel quaſi habeat. Nam exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.l.quæſitum.§.denique Neratius.ff. de fundo inſtru.& not.gloſ.in l.his verbis.ff.de legat.3.& declarat quo caſu loquatur d.l.nam quod liquidæ.§. vlti.ff. de penu lega.Ideóque illa exceptio,quæ ita conuenit teſtamento, ſicut donationi cauſa mortis, declarat quòd illa verba,iudicare &c.appoſita in regula præcedenti non ſolùm procedunt in donatione,ſed etiam in teſtamẽto.Item quia in dubiis ſequenda eſt opinio quæ eſt pro pia cauſa,l.ſunt perſonæ.ff.de religio.& ſumpti.fune.& infrà latius dicemus.Denique ob id præcipuè prohibetur filiusfamilias teſtari etiam de conſenſu patris,quia teſtamentum ex alieno arbitrio non poteſt pendere.l. illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtit.Sed ea ratio ceſſat in teſtamento ad pias cauſas,quod poteſt ab alieno pendere arbitrio,vt not.in c.cum tibi.de teſtam.cum concor.ſuprà traditis in priuilegio 64. vbi de capratoria diſpoſitione diſſeruimus.

*Filiusfam. poteſt indiſtinctè donare cauſa mortis.*

*Dictio, præter nonnunquam incluſiua eſt.*

*In dubiis magis fauendum eſt piæ cauſæ.*

*Cõtrariæ opi. authores.*

3 ¶Contrarium tamen tenent Archidia.Ioan.Andr.& Petr. Ancha.in dicto cap.licet. de ſepult. lib.6. & idem Ioan.Andr.in cap.ſi pater.in princ.de teſtamen.eo.lib.Petr. Peruſ.& Petr. Ancha.in cap.2. eodem titu.Imo.& Franc.Aret.in dicta l.qui in poteſtate.in princ.ff.eodem titu.Idem Imo.in dicta l.tam is.§.j.ff.de donationib.cauſa mortis.Fulgoſ.& Iaſ.qui dicit hanc partem eſſe veriorem in puncto iuris,licet à prima iudicando & conſulendo non auderet recedere,in dicta l.ſenium.C.qui teſtamen.facere poſſ.idem Fulg.in dicta l.j.ad fi.C.de ſacroſanct.eccl.Panorm.conſi.lxiij.videtur primò dictum legatum.col.3.verſi.quartò adduco.lib.j.

*Oratio negatiua indefinitè poſita, æquipollet vniuerſali negatiuæ.*

4 ¶Mouentur hi primùm tex.vulgatis prohibentibus filiumfamilias teſtari etiam cum conſenſu patris,& potiſsimum in dicta l.ſenium.in verbo, nullo modo.à quibus iuribus non reperitur excepta pia cauſa.Nam quod ad dictum cap.licet. attinet, non debet ex eô ſumi argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris communis,per tex.in l.2.& ibi Bal.C.de condi.inſer.cum ſimil. & cùm ibi dicitur,pro anima,debet ſubaudiri,maximè.Quin ſi benè is tex.conſideretur,non id etiam probat à contrario ſenſu.Nam ibi eſt omnino negatiua,ꝙ filius non poteſt aliquid iudicare pro anima. In illa ergo oratione negatiua verbum,iudicare,indefinitè poſitum æquipollet vniuerſali negatiuæ. l.ſi pluribus.ff.de lega.2.Et ſic ea omnino vniuerſaliter id comprehendit,quòd nullam ſpeciem vltimæ voluntatis poteſt filiusfamilias facere,ſine cõſenſu patris,& ſic nec teſtari,nec codicillari,nec donare cauſa mortis.At ſi ſumas argumentum à contrario ſenſu,omnino affirmatiua non æquipollet vniuerſali.Ratio diuerſitatis ea eſt,quia primo caſu tu non offendis ius, ſecundo caſu ſumendo argumentum à contrario ſenſu,vniuerſaliter offendis,quia ſic ſequeretur, quòd cum conſenſu patris poſsit teſtari:quod fieri non poteſt,per l.diſcretis,in fi. C.qui teſt. fac. poſſ.& per l. cum non ſolùm,quæ eſt vlt.§.filiis autem.C.de bon.quæ lib.Nam in dicta l.diſcretis, dicitur quòd mutus à natura,vel ex accidenti,ſi ſit peritus literarum,poteſt omnia ſine aliquo obſtaculo facere, id eſt, teſtari,& codicillari:& tamen à contrario ſenſu non intelligitur,quòd ſi non ſit peritus literarum, nihil poſsit eorum facere,quinimò poteſt codicillari,& legare,l.nutu.& ibi doct.ff.de leg.iij. At in dicto

*Mutus literarum peritus, poteſt teſtari.*





§.filiis autem,dicitur quòd filiisfamilias non datur poteſtas teſtandi,nec aliter diſponendi de aduẽtitiis,quorum vſusfructus acquiritur patri,ſine voluntate patris:& tamen ibi non ſumitur argumẽtum à contrario ſenſu vniuerſaliter,videlicet,quòd cum voluntate patris poterit teſtari: quia eſſet contra l.pen.& vlt.C.qui teſta.fac.poſſ.ſecundùm communem opinionem doct.ibi. Et vt hoc vno verbo cum Iaſ.aliter declarem,contraria vniuerſali negatiuæ,eſt particularis affirmatiua, non autẽ vniuerſalis,vt ſi dicam,ſi Imperator velit, nonnullus ibit:& ſic aliquis,non autem omnes ibunt.Et alia quædam adfert Iaſ.in dicta l.ſenium,ex ſua ipſius moneta, quæ ibi omnibus videre licet: alia quoque Philip.Franc.in rub.de teſta.col.xix.verſ.ſextò quæritur,cum multis ſeq.lib.vj.

5 ¶Sunt & qui alias in hac re ſententias habeant.Bart.enim (nihil adhuc de eo diximus) non ſatis ſibi conſtat.Nam primùm in repet.d.l.j.in iij.q.j.partis prin.C.de ſacroſanct.eccl.dicit quòd in bonis aduentitiis,in quibus quæritur vſusfructus patri,vt fit regulariter,poteſt filiusfamilias teſtari ad pias cauſas cum conſenſu patris:in aliis autem,quæ pleno iure ad filium pertinent, & quæ enumerantur per gloſ.in auth.excipitur,C.de bonis quæ lib.poteſt ipſe filius teſtari ad pias cauſas, etiam ſine cõſenſu patris per tex.in dicta l.j.in verbo,liber.inducendo vt ipſe facit. Et hanc opinionem ſequitur Imo.ſibi contrarius in dicto cap.ij.de teſtam.& Roma.in repet.d.auth.ſimiliter,in xix.ſpeciali, inter vltimas voluntates,vbi ad hoc quædam alia allegat,& Pau. Caſt. conſ.cj. ad primum quæſitum videtur reſpondendum,in ſecundo dubio,lib.ij.Verùm idem Bartol.in dicta l.qui in poteſtate,in fin. prin.ff.de teſta.dicit totum omnino contrarium,videlicèt quòd in bonis aduentitiis, in quibus non quæritur vſusfructus patri.poteſt filiusfamilias cum voluntate patris teſtari ad pias cauſas, cùm in aliis non poſsit.& hãc quoque opinionem ſequitur Pau.Caſt.in d.l.ſenium.C.qui teſta.facere poſſ.

*Alij rurſum alterius opin.*

*Bart.ſibi è diametro contrarius.*

6 ¶Sed hæ duæ opiniones Bart.& ſequacium paſsim,& vbique ab omnibus ferè reprobãtur:aliç duç ſeſe vbique tutantur,nec altera cedit alteri,fatentur tamen omnes primam eſſe communiorem,& æquiorem,plerique ſecundam eſſe veriorem,ſi iuris rigorem ſpectes.Ego potius primç acceſſerim, rationibus ſuprà allegatis.

*Author accedit primæ opi.*

## SEPTVAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*De iure communi inhabilis ad teſtandum,ad pias cauſas teſtari non prohibetur,ſi non ſit defectus intellectus,vel damnatus ad mortem.*

1 SEptuageſimonò,proximo priuilegio conuenit, quòd & cæteri aliàs inhabiles de iure communi ad teſtandum,poſſunt tamen teſtari ad pias cauſas,vt voluit Bart.in repet.d.l.j. col.ij.verſi.venio ad ſecundum,& iterum col.iij.verſi.de perſonæ relinquentis, C. de ſacroſanct.eccl.per tex.ibi,in verbo,vnuſquiſque,& aliis quibuſdam rationibus, quibus & alias adiicit Iaſ.in vtraque lectu.vbi tamen contrariam partem ſequitur:quas quidem rationes huc adſcribere ſuperuacuum eſſet,cùm pateant omnibus.

*Inhabilis ad teſtandum poteſt teſtari ad pias cauſas.*

2 ¶Sed contrarium innuit glo.ordin.in dicta l.j.quæ illi dictioni,vnuſquiſque,hanc adiicit, habilis, & ibi Cyn.Guliel.Cu.ipſemet Bart.deridet Saly.col.vj. & quinque ſeq. vbi in hanc partem adfert decem rationes,Fulg.Pau.Caſt.& omnes recentiores, idem Bart.in l.j. §. nuntiatio,col.iij.ff.de oper. noui nunt.& in l.omnibus.ff.ad Treb.& in l.non dubium,col.iij.C.de legib.Bald.conſ. 448. quæritur in primis,col.j.li.j.Alex.conſi.182.ſuper eo de quo quæritur,in fi.li.v.& hæc eſt cõmunis opinio.

*Contrarium ſentientes.*

3 ¶Sed ſi primam ſequaris,eam haud dubiè limitabis,non procedere in his,in quibus eſt defectus intellectus,vt in furioſo,mente capto,infante,& etiam in pupillo, vt patet ex tex.d.l.j.in verbo,iudicia.& in verbo,voluntates.quæ quidem non cadunt in huiuſmodi perſonas. Sicuti etiam videmus, quòd miles aliàs priuilegiatus,ob defectum intellectus non poteſt teſtari,l.vlt.& ibi not.C.de teſta. mil.Neque ſimiliter in damnatis ad mortem, cùm ſerui pœnæ efficiantur, l. qui vltimo.ff.de pœn. iuncta l.quod attinet.ff.de reg.iur.nec habeant bona,cùm fiſco applicentur. & tex.in d. l.j. bona requirit,cùm dicit bonorum.Sicuti etiam ſimiliter miles damnatus ad mortem, teſtari non poteſt.l. ex militari,in prin.à contrario ſenſu.ff.de milit.teſtam.Nec etiam in monacho, & ſeruo,cùm etiam bona non habeant.Quæ omnia Bar.in dicta l.j.ſigillatim deſcribit,per quinque,aut ſex quçſtiones, vt ibi licet videre per eum.Cum quo concordat Bald.ibi,tam in lectu.quàm in repet.d.l.j. in quæſtionibus,& conſi.ccxliiij.proponitur quòd quidam nobilis,lib.v.& Panor.in rub.de teſtam.col.iiij. cum ſeq.& latè Alex.conſi.clxxxij.ſuper eo de quo quæritur,& ibi concord.alleg.per eum, & Philip.Fran.in rub.de teſta.lib.vj.per multas quæſtiones,in quibus etiam locis comperies, quid de prodigo dicendum ſit,in quo Bal.fuit ſibi contrarius.Nam in lectura ſecunda,col.iiij.verſi.deinde quæro quid de prodigo,tenet quòd non poteſt teſtari ad pias cauſas,ſed in repetit.col.ix.in xij. q. tenet contrarium.Et de condemnato ad mortem,quòd non poſsit teſtari ad pias cauſas, tenuerunt vltra prædictos Ioan.And.in addit.Spec.tit.de inſtrum.edit.§.compendioſè.in addit.quæ incipit,quid de damnato,& iterum §.nunc aliqua,verſi.xv.eo.tit.& Bald.in l.j.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.vlt.in vlt. col.C.ſi à non compet.iud.& conſi.ccclxxxij.dicit lex,quòd condemnati, poſt princ. lib. j. & conſi. ccccxlviij.quæritur in primis, col.j.eo.lib.j.& conſ.cccclxxvj.teſtamenta & relicta,lib.v.per tex.in l. ſi quis filio,§.irritum quoque fit teſtamentum.ff.de iniuſto teſta.& Pau.Caſt.conſi.cccxix. primum quæſitum habet duo dubia,in fi.lib.j.& Franc.Aret.in l.ſi quis poſt.col.iiij.verſi.ex hoc glo. ff.de teſta.n.Hippol.Marſil.conſ.cxxxiij.omnipotens,col.j. lib.ij. Et vſurario manifeſto idem tenet Panor. conſi.j.quidam nomine Cola,ad fi.lib.ij.poſt Bald.in l.j.col.iiij.verſi.octauò quæro.C.de ſacroſanct. ecc.& idẽ Bal.cõſ.xx.quidã Petr.col.vlt.li.iij.De pupillo autẽ ſatis ſuprà diximus in lxiiij.priuilegio.

*Miles priuatus intellectu non poteſt teſtari.*

*Et prodigus.*

*Etiam vſurarius manifeſtus.*

### OCTVAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Legata non piis cauſis relicta in teſtamento ad pias cauſas facto, non infirmantur: ſecus in teſtamento inter liberos.*

1 *Teſtamentum imperfectum, inter liberos valet.*

OCtuageſimo, licèt teſtamentum aliàs imperfectum, ratione ſolennitatis, conditum inter liberos valeat, quantum ad ipſos liberos duntaxat, alia autem relicta extraneis non valeant, per l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto. C. de teſtam. Secus tamen in teſtamento facto ad pias cauſas: quia ſi in eo fuerint legata facta, etiam non piis cauſis, ea valebunt, æquè ac relicta piis cauſis: ita ſingul. tenuit Salyc. in auth. caſſa & irrita. col. iiij. in ix. q. C. de ſacroſan. eccl. per auth. quod ſine, C. de teſtam. & Ant. in cap. quod clericis, col. antepen. & ibi Panorm. col. 7. de foro compet. & Alex. conſi. xlj. viſo tenore, col. ij. verſ. quintò quia in dicto teſtamento, lib. 1. vbi hoc dicit ſing. & conſi. cv. viſo ac diligenter conſiderato, col. v. & iterum col. vlt. lib. iiij. Sed & in hãc partem conſuluerunt Pet. de Vbal. & Bald. Ser. Cole. vt patet in eorum conſil. quod eſt inter conſil. Cornei, conſi. cclxxvij. conſuluit dominus, lib. j.

2 *Aliud in teſtamento ad pias cauſas.*

¶Sed Iaſon alibi de ea re multùm dubitauit, alibi contrarium apertè tenuit. Primùm dubitauit in dicta l. j. in prima lectu. col. iiij. verſi. pro extenſione: deinde in ij. lectu. col. pen. verſi. vnum ſing. not. Sed in dicto §. ex imperfecto. col. iij. verſi. pro clara intelligentia, contrarium aſſeueranter affirmat, licèt neminem inuenerit alium contradicentem, per tex. in dicto §. ex imperfecto, cui licèt conetur reſpondere Salyc. in dicta auth. caſſa, multis quidem modis, tamen nihil (inquit) facit. Primùm enim dicit Salyc. quòd quando quis teſtatur ad pias cauſas cum duobus teſtibus, valet teſtamentum de iure communi. Et ibi afferens ſecundam reſponſionem, dicit ſuccedere ex teſtamento, & propterea etiam valent quæcunque legata ibi relicta. At in dicto §. ex imperfecto, teſtamentum non valet de iure communi, nec poteſt quis ſuccedere ex teſtamento, ſed ab inteſtato, ſecundùm gloſ. ibi: ideo legata ibi facta aliis non valent. Confirmat hoc, quia huiuſmodi teſtamentum inter liberos, de quo nunc loquimur, non ſimpliciter teſtamentum dicitur, ſed cum adiuncto, teſtamentum imperfectum, per dictum §. ex imperfecto. propterea non eſt propriè teſtamentum, per Bart. in l. Lucius Titius. §. quæſitum, ff. de legat. iij. At teſtamentum ad pias cauſas appellatur teſtamentum ſimpliciter: itẽ dicit Salyc. quòd d. §. ex imperfecto, eſt correctus per dictam auth. quod ſine. Quibus reſpondet Iaſ. omnia hæc eſſe falſa: nam primum (inquit) teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſtibus, non eſt propriè teſtamentum, nec etiam vt teſtamentum valet, ſed vt vltima voluntas in genere, vt declarat Bart. in repet. d. l. j. col. pen. verſi. quartò quæro. C. de ſacroſanct. eccl. Deinde ex dicto §. ex imperfecto. non ſuccedit hæres ab inteſtato, ſed ex teſtamento, quicquid gl. ibi, contra quam tenent Bart. & alij, ibi, & eſt etiam contraria alia glo. ordin. in l. filij patris, in verbo, inteſtato, & ibi doct. C. famil. erciſc. Denique cùm corrigitur d. §. ex imperfecto, per dictam auth. quod ſine, quia illa auth. (vt ibi omnes dicunt) loquitur quando teſtamentum à patre fit in ſcriptis, ſecundùm formam ibi traditam, tunc enim legata, & fideicommiſſa ibi relicta valent: ſed quando pater teſtaretur nuncupatiuè corã duobus teſtibus, ille §. manet firmus. Item pro hac parte adfert Iaſ. illud ſimile, quòd ſi filiusfamiliàs faciat teſtamentum ad pias cauſas, cum conſenſu patris (quod poteſt ſecundùm communẽ opi. vt diximus in præcedenti priuilegio) certè ſi filiusfamilias in eo teſtamento aliis legata reliquerit, nihil valent: non tamen accreſcunt piæ cauſæ inſtitutæ, ſed relinquuntur venientibus ab inteſtato, per tex. ſing. in l. mulieri, ff. de condit. & demon. & voluerunt Bald. Salyc. Paul. Caſt. Alex. Corne. & alij recentiores in dicta l. ſenium. Bald. in repet. l. j. col. vj. verſi. tertiò quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Imo. in d. l. tam is. §. j. ff. de donat. cau. mort. Hæc Iaſon, cuius opinionem ante illum ſenſit Corne. conſi. cclxj. in hac conſultatione, col. j. iunctis his quæ dicit col. iij. verſi. nec refragatur, lib. j.

*Teſtamentum inter liberos nõ eſt propriè teſtamentum.*

3 *An valeãt legata relicta piis cauſis in teſtamento imperfecto. Caput teſtamẽti inſtitutio hæredis.*

¶Sed è diuerſo quid ſi quis faciat teſtamentum cum duobus teſtibus tantùm, quo inſtituat hæredẽ laicum, & relinquat quædam legata piis cauſis: an tunc valebunt ea legata? Sunt qui dicunt non valere, cùm non valeat caput teſtamenti, nec propterea hoc caſu eſſe locum d. c. cùm eſſes. & cap. relatum, de teſta. Et ita voluit Salyc. in dicta auth. caſſa. & Ant. in c. quod clerici. de foro compe. & Alex. conſi. clxxvij. viſo themate mihi exhibito, col. iij. lib. ij. & conſi. ccix. ſtatuti, col. vij. eodem lib. ij. Iaſ. in d. l. j. in prima lect. col. v. verſ. è contrario autem, C. de ſacroſanct. eccl. In contrarium tamen facere videtur, quod decidit Bart. in repet. d. l. j. in v. q. prin. Sed tu ſuper huius rei veritate, vide per Ant. & Imo. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & Imo. in d. c. quod clerici. de foro compet.

### OCTVAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Executor teſtamenti ad pias cauſas, inconſulto hærede præſtat legata.*

*Merus teſtamẽti executor nõ agit contra hæredem pro legatis.*

OCtuageſimoprimò, licèt merus executor teſtamenti non poſsit agere contra hæredem ad legata, per l. Lucius, §. j. ff. ad Trebellia. & l. filio ex parte. §. matri ſuæ. ff. de adimen. vel transfer. leg. fallit tamen in relictis ad pias cauſas, per l. nulli, & ibi Bald. in j. not. Ioan. Fab. col. ij. & Paul. Caſt. C. de epiſ. & cler. & l. alio hærede. & ibi gl. & Bart. ff. de alim. vel cibar. leg. & voluit glo. & Bart. in l. Lucius, §. j. & in l. ſi quis Titio. ff. de leg. ij. Innoc. Hoſt. Ioan. And. Panor. & alij in c. Ioannes, de teſtam. Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua. verſi. & ſcias huiuſmodi executores, & ibi Ioan. And. Card. in clem. j. in xiij. q. de teſtam. Bald. in l. hæreditas, §. ſi defuncto, col. ij. verſ. vij. ff. de petit. hære. in ſecunda lectu. & Franc. Aret. in l. j. col. vlt. in xv. priuilegio. C. de ſacroſanct. eccl. Alexand. conſi. clxx. circa primum dubium, poſt prin. & conſ. lj. in caſu præſenti, col. 5. lib. vij.



lib. vij. Nam & executores ad pias cauſas obtinent vicem hæredum, vt not. Innõ. in cap. cùm tibi. de teſta. Bart. conſil. xxv. viſo teſtamento Gentilis, in primo dubio, & conſil. clxxxij. Titius condidit teſtamentum, col. ij. per l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſ. & cler. De quo tu vide Bened. Cap. conſil. xxv. cum pluribus quæratur, col. iij.

### OCTVAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Mandatum ad pias cauſas durat etiam re integra poſt mortem mandantis.*

OCtuageſimoſecundò, licèt aliàs mandatum morte mandatis re integra expiret, l. ij. §. ſed quis. & ibi latè Bart. ff. de donat. & l. mandatum. & ibi item latè Bal. C. mand. Fallit tamen in mandato ad pias cauſas, per tex. in clem. exiit. §. in eo verò caſu. de verb. ſign. quem ad hoc dicit ſing. Bal. in auth. ſi qua mulier. col. vlt. verſi. quartò not. quod eſt, C. de ſacroſan. eccle. & Roman. conſi. cxix. in prima concluſione.

*Mandatum finitur morte mãdantis.*

### OCTVAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Sufficit conditionem quoquo modo in piis cauſis extitiſſe.*

OCtuageſimotertiò, licèt aliàs conditio in legatis debeat adimpleri in forma ſpecifica, l. Mæuius, & l. qui hæredi. in princ. ff. de condit. & demonſtra. hoc tamen fallit in legatis ad pias cauſas, in quibus debetur legatum conditione impleta, licèt non in forma ſpecifica, vt voluit Rom. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem à te. ff. de verb. oblig. per tex. ſingul. in l. Paulus, §. Caius Seius. ff. de liber. cau. & ſequitur Socin. in dicta regul. cccx. in vltimo priuilegio.

*Conditio in legatis ſtrictè adimplenda eſt.*

### OCTVAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Iudicium defuncti lege repræſentatum monitus à iudice infra annum non adimplens, excluditur eò quod præter naturale debitum, perceperit ex eodem iudicio: at in piis cauſis non tantùm ſucceſſione, ſed & legitima priuatur.*

*Filius non adimplens legata in teſtamento relicta.*

OCtuageſimoquartò, licèt aliàs filius hæres inſtitutus, non adimplens legata in teſtamento patris facta ad non pias cauſas infra annum monitionis iudicis priuetur ſolùm ſucceſſione defuncti, & non debito iure naturæ, vt eſt text. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. ſecus tamen in relictis ad pias cauſas: quia tunc etiam debito iure naturæ priuatur. glo. eſt not. in c. ſi hæredes, in gloſſ. vlti. in fi. de teſta. per text. in §. ſi quis autem pro redemptione. ver. ſin autem qui, in auth. de eccl. tit. Sed Pan. ibi dicit ſe dubitare an ſit verum, quia iura de hac re loquentia, loquuntur de teſtamento, ſed legitima debetur filio extra omne teſtamentum, quaſi debitum naturæ. Et ideo iura voluerunt ſolùm excludere hæredem à commodo habito per defunctũ, quia cùm nolit ſubire onus, nec etiam debet habere commodum: quæ ratio ceſſat in debito iure naturę, quod debetur ſine aliquo onere, l. quoniam nouella. & l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Et hanc etiam poſtremam partem tenuit Bal. in d. auth. amplius, col. ij. verſic. modò reſpondeo. hac ratione motus, quia potentior eſt legitima, quàm quicunque legatarius ad pias cauſas, nec poteſt eſſe hæres in mora reſpectu legitimæ. Nam non videtur eſſe legatum quod iure naturæ detrahitur, vt not. in d. l. quoniam in prioribus. & pœna non excedit delictum, l. reſcriptum, ff. de his quibus. vt indig.

*Legitima debetur filio, ſine aliquo onere.*

### OCTVAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Quod in præcedenti priuilegio traditur, hæredem monitum decreto iudicis, non de iuſſu tantùm intelligendum eſt, niſi in legatis ad pias cauſas.*

OCtuageſimoquintò, cùm hæres monitus decreto iudicis, vt adimpleat voluntatem teſtatoris, ſi per annum neglexerit, priuetur omni emolumento præter id quod teſtator neceſſe habuit relinquere, vt diximus in præcedenti articulo: idque ita demum ſi monitus fuerit. neque enim ſufficeret, ſi iuſſus tantùm eſſet, vt dicit Ange. in §. ſi quis autem, per illum tex. in authen. de hæred. & Falcid. hoc enim inter ſe differunt, vt in cap. j. de confeſ. lib. vj. & in l. presbyteri, C. de epiſc. & cler. Tamen in legatis ad pias cauſas ſatis eſt, ſi iuſſus fuerit, per tex. in §. ſin autem. in auth. de eccleſiaſt. tit. & voluit Ang. vbi ſuprà.

*Differũt inter ſe monitus, & iuſſus.*

### OCTVAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Verba enuntiatiua per modum cauſæ prolata, & non principaliter, tam in vltima voluntate, quàm in contractu inter viuos fauore piæ cauſæ probant, ac diſponunt.*

OCtuageſimoſextò, licèt per verba enuntiatiua ob aliud prolata, ſcilicet per modũ cauſæ non inducatur, nec probetur vltima voluntas, quamuis ſecus ſit, ſi principaliter, & propter ſe eſſent prolata, iuxta not. in l. ex hac ſcriptura, ff. de donat. fallit tamen in vltimis voluntatibus ad pias cauſas, quæ inducuntur, & probantur per huiuſmodi verba enuntiatiuè prolata, etiam per modum cauſæ, per text. in c. vlt. & ibi Innoc. Hoſt. & Ioan. And. Ant. Panor. in vj. not. de ſucceſ. ab inteſt. & Bar. in repet. l. j. in ij. q. vlt. q. princ. C. de ſacroſanct. eccle. Card. in c. indicante. col. iiij. & v. de teſta. & Panor. conſi. xj. vel ij. in cauſa quæ vertitur inter hoſpitale, col. ij. verſi. nec obſtat ſi dicatur. Pau. Caſt. conſi. cccclvj. viſis & examinatis, col. j. lib. j. Alexan. conſi. cxc. plura narrata ſunt, col. vj. accedunt alia, lib. vj. Calca. conſil. cxlviij. viſo dicto caſu, col. ij. Iaſon in l. ex his, col. ij. verſi. quintò limita. C. de teſta. milit. Et facit quòd hoc procedit fauore libertatis, quæ pia cauſa eſt, l. j. §. ſimilíque modo. C. de Lati. liber. toll. & in l. ij. & ibi doct. & Fulgo. C. de neceſ. ſer. hær. inſtit. & §. vlt. Inſtit. de adopt. Et in teſtamento militis, per dictam l. ex his, C. de teſtam. milit. & fauore libertatis, per l. vlt. C. fam. erciſ. Sed in noſtro caſu tenuit contrarium Bald. in repet. dictę l. j. col. penult. in vij. q. C. de ſacroſanct. eccleſ. quem omnino vide, atque etiam Paul. Caſtren. conſi. cxxxvij.

*Verba enuntiatiua ob aliud prolata.*

in cauſa quæ vertitur Pergonij,verſi.tertiò facit,lib.2.vbi declarat qualiter id intelligatur.

*Idem in contractu inter viuos.*

2 ¶Nec id quidem ſolum procedit in vltima voluntate:ſed & in contractu inter viuos verba enuntiatiua fauore piæ cauſæ probant:ac diſponunt:per nota.per Bart.in l.tale pactum.§.vlti.ff.de pact. per dictum cap.vlt.de ſucceſ.ab inteſt.& alia ibi allegata per eum,& ſequitur Alex.dicto conſil.cxc. col. vij.verſi.confirmo per not.lib.vj.& vide quid dicam infrà.Et facit quod fauore dotis, verba enuntiatiua probant,vt per l.2.cum ibi not.C.de dot.promiſ.voluit Barto. conſi.cxxiij.factum ſic ſe habet, Titius & Seius.& Pau.Caſt.conſi.xcij.quod præfata ſententia,col.j.lib.ij.& Roma.qui illum tex.ſingul.dicit in cccccxxxvj.ſing.verba enuntiatiua,vbi & hoc ampliat poſt Bar.& cauſa dotis,& piæ cauſæ æquiparantur,vt ſæpius diximus & dicemus poſteà latiùs infrà.

OCTVAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Nemo inuitus ſit executor vltimæ voluntatis:ad pias tamen cauſas tenetur huiuſmodi officium exequi tanquam delegatus, vel commiſſarius.*

*Nemo inuitus tenetur acceptare officium executoris teſtamenti.*

OCtuageſimoſeptimò,licèt quis non cogatur inuitus acceptare officium executoris teſtamenti,per tex.in c.pen.in verbo,poſt mandatum ſuſceptum.& ibi glo.Ioan.Andr. & alij, de teſtam.tamen dicit ibi ſing.Panor.col.ij.quòd reſpectu legatorum ad pias cauſas poterit epiſcopus compellere , etiam citra acceptationem huiuſmodi officium exequi , & ſi non vt executorem teſtamentorum,ſaltem vt delegatum,& commiſſarium,per tex.in l.j.C.qui pro ſua iuriſdict.& cap.paſtoralis de offic.deleg.Sed ſimpliciter quòd in hoc caſu poſsit compelli,tenuit Spec.poſt antiquiores in tit.de inſtru.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.hîc etiam quæritur,quem omninò vide in hac materia,& ibi etiam Ioan.And.& Bal.in l.pen.colum.ij.verſi.ibi poſt.C.de donat. & Raph.Cuma.conſi.xij.Ioannes ab armis,in ſecundo dubio.

OCTVAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Nulla habetur ratio beneficij inuentarij,pia cauſa hærede inſtituta.*

*Hæres adiens hæreditatē non facto inuentario.*

1 OCtuageſimooctauò,licèt aliàs hæres adiens hæreditatem abſque beneficio inuentarij teneatur vltra vires hæreditarias,l.vlt.§.ſin autem dubius.C.de iure delib. cum ſimil.fallit tamen in pia cauſa hærede inſtituta,vt not.voluit Bart.in repet.l.j.in 4.q.4.quæſt.princi. C.de ſacroſanct.eccle.Mouetur primò,ex ſimilitudine fiſci, qui hoc caſu non tenetur vltra vires hæreditarias,l.j.§.an bona.& l.non poſſunt.ff.de iure fiſci.Secundò,quia iura ciuilia nō poſſunt obligare pias cauſas vltra vires hæreditarias,cùm talis obligatio non ſit de iure naturali. Tertiò , quia ratio , quare quis hoc caſu teneatur vltra vires,eſt, quia præſumuntur bona occultaſſe,§. ſancimus in auth.de hær.& Falcid.quæ ratio ceſſat in eccleſia,& aliis piis bonis. Quartò , quia hoc videtur expreſſum in auth.ſicut alienatio.C.de ſacroſanct.eccle. vbi nihil poteſt acquirere eccleſia, ex quo ipſa oneretur vltra quàm acceperit.Et idem tenet ipſe Bart.in l.vlt.§.vlt.C. de iure delib. & Bald.in repet.dictæ l.j.col.xiiij.verſi.ſuper tertio dici debet.C.de ſacroſanct. eccleſ. & in dicta l.vlt. in prin.col.ij.verſi.quintò quæro,C.de iure deliber.vbi hoc dicit not.dignum,& in dicta auth. ſicut alienatio.Angel.in §.ſi verò quidem,per illum tex.in auth.de non ali.& Archid.& Panor.in cap.j.in fin.de ſolution.& in cap.j.col.pen.de teſtam.& Roman.& Franc.Aretin.qui hanc dicit eſſe communiorem,& quæ ſeruaretur in practica,in rub.ff.de acq.hære.& Paul.Caſtren.in l.ſi ſeruus plurium,§. ſed ante.ff.de leg.j.

*Adiens non facto inuentario, hæreditatē præſumitur bona occultaſſe.*

2 ¶Adducit tamen,quod ipſe Bartol.ſuper hac re dubitauit,in auth.ſed cum teſtator.in pen.quæſt.C. ad leg.Falcid.propter tex.in §.quoniam verò duplex,qui eſt vlt.in auth.de hæred.& Falcid.vbi dicitur ab hac re non excipi,neque Imperatorem ſi fuerit hæres inſtitutus,neque clericum, aut pupillū, licèt pupillus poſsit petere reſtitutionem,propterea reliquit cogitandum.Quin gloſſ.ordin.in dicto cap.epiſcopus qui filios,xij.quæſt.ij. apertè videtur ſentire hoc caſu teneri vltra vires hæreditarias, & apertiùs glo.in dicto cap.j.in verbo,practicus.in fin.de teſtam.quam omnes ibi , præter Panor.ſequi videntur:cum hac tamen limitatione, vt ſi læſa fuerit in ea re pia cauſa, poſsit petere reſtitutionem in integrum.Et hanc quoque partem ſequitur Bart.ſibi contrarius in dicto §.vlt.in fi. per illum tex.& ibi quoque Ang.ſibi contrarius in auth.de hæred.& Falcid.Angel.in l.j.§.hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per leg.Falcid.& in §.cauſas.verſi.ſi vnum.per illum text.in authen. vt cùm de appel. cogn.& Alex.in d.rub.ff.de acq.hæred.ante fin.

OCTVAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Repudians debitoris hæreditatem,non tenetur ad onera hæreditaria,adeò vt ne prælegatum quidem ſibi in eodem teſtamento ob id minuatur:ſecus in debitore fiſci,aut eccleſiæ.*

*Repudians hæreditatem debitoris.*

OCtuageſimononò,licèt aliàs hæres inſtitutus, qui hæreditatem repudiat, non teneatur ſoluere onera hæreditaria,nec propter id tenetur cedere his quæ ex bonis teſtatoris alio titulo percepit,per text.in authenti. vnde etſi parens. C.de inoffic. teſtam.ſed nec etiam prælegato , quod per illud teſtamentum ſibi relictum eſt, l. filio pater. & l.ſeq.ſed ſi non aliàs.& l.qui filiabus.§.vlt.ff.de leg.j.per l.miles ad ſororem.§.pro parte.ff.de leg.ij. & l. cùm reſponſo.C.de leg.tamen ſicuti repudians hæreditatem debitoris fiſci, propter onera fiſcalia hæreditatis, tenetur nihilominus aut ea onera,& tributa fiſcalia ſoluere,aut cedere his omnibus quæ ab ipſo debitore quocunque titulo adeptus eſt.tex.eſt not.in l.hæredes.C.de omni agro deſer.lib.xj. ſecūdùm Bart.(ſi is eſt)& Angel.ibi,qui illum tex.ad hoc dicunt ſing.ita etiam repudians hæreditatem debitoris piæ cauſæ propter decimas,quæ dicūtur tributa animarum egentium,c.tua nobis. de decim.& c.decimæ

*Decimæ tributa animarum egentium.*



c.decimæ tributa xvj.q.j.fiſcus enim & eccleſia pariter procedunt,l.vlt.C.de ſacroſanct. eccleſ. & §. ſancimus.iuncta gl.in auth.de non alien.Et ideo videtur argumentum de fiſco ad eccleſiā, ſeu piam cauſam firmum,ſecundum gl.in l.ſi procurator.§.vlt.ff.de iure fiſc.& in l.vnica.C.de ſen.aduer. fiſc. lat.retract.lib.x.cum ſimi.De hoc ſpeciali loquens Rom.in xv.ſpeciali inter contractus dicit eſſe mirabile & pulcherrimum,niſi id deſtrueret tex.in c.fraternitas.x.q. iiij. Tum hoc nuncupatim ſequitur Iaſ.in l.qui filiabus.§.vlt.circa medium,ff.de lega.j.nulla mentione facta c.fraternitas,& etiam in d.l.filio,col.ij.adde tamen vnum caſum,vbi dicit ſing.

NONAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Legatum annuum perpetuò relictum eccleſiæ,non reſtringitur ad ſpatium centum annorum:in aliis verò ſecus.*

1 NOnageſimo,licèt aliàs legatum annuum factum in perpetuum debeat reſtringi,vt intelligatur ſolùm ad centum annos,vt ſing.voluit Bar.in l.annua.§.Attia fideicommiſſum.ff. de annu.leg.cum multis concordan.per Alexan.conſi.lx.omiſſo multiloquio, per totum, lib.j.Fallit tamen vbi huiuſmodi legatum eſſet relictum eccleſiæ,aut piæ cauſæ,quia non finiretur tempore centū annorum,ſed & perpetuò poſteà duraret, vt voluit Iaſon in l.in annalibus. col.ij.C.de leg.& in l.videamus.§.deferre autem iuſiurandum.colum. ij. ff.de in lit.iuran.& in l.ij.in princ.in primo not.ff.ſolu.matrimo.

*Legatum annuū perpetuū.*

2 ¶Contrarium tamen tenuit Bart.qui dicit illud,quod dictum eſt,procedere etiam in eccleſia , in l.ſi vſusfructus municipibus,ad fin.ff.de vſufruct.lega.& Alex.d.l.ij.in princ.etiam in primo not.ff. ſolu. matri.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,& obtinuiſſe,licèt alij conſuluiſſent contrarium.Et eſt eius ſententia nunc de eo quod ſuprà citauimus,videlicet conſi.lx.lib.j.vbi eum omninò videas. & in hac quoque ſententia fuit Phil.Dec.conſi.ccclxxviij.viſo motiuo,ante fin.Tu autem aduerte quòd Iaſon in prædictis locis videtur non ſolùm id quod diximus tenere in eccleſia, ſed & in aliis quoque faciens differentiam inter annuum legatum perpetuum , & annuum legatum vſumfructum etiam perpetuum,vt illud non finiatur centum annis,hic finiatur,de quo etiam poteris videre per Soci.in repet. §.vlt.l.iij.col.viij.verſi.& ex his ego infero,ff.ad leg.Falcid.

*Annuus legatus uſuſfructus in perpetuum.*

NONAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Legatum annuum relictum pio loco,etiam diruto loco debetur:ſecus in collegio.*

NOnageſimoprimò,proximè accedit,quòd licèt aliàs legatum annuum factum alicui collegio tandiu ſolùm duret,quandiu & ipſum collegium,& ipſo collegio diſſoluto,aut deſtructo finitur legatum,per textum in l.pater.§.Tuſculanus.ff.de leg.iij.& voluit gl. in d. l.annua.§.Attia fideicommiſſum.in fine.ff. de annuis lega.fallit tamen vbi huiuſmodi legatum eſſet relictum pio loco,vt voluit Bart.in dicto §.Tuſculanus,cuius verba & ſententiam reaſſumpſit Pet.Ancha.in clem.ij.de religio.domib.& conſi.cxcvij.ſubtiliter & ad plenum,col.vlt.idque eſt quod pulchrè voluit Bal.in l.hæreditas in vlt.q.ff.de hæred.inſtit.quòd relinquitur Deo immortali.Ideo legatum factum monaſterio durat,licèt deſtruatur monaſterium, & pro eo capiet eccleſia Romana,quæ repræſentat Deum vbiq;:quod & idem dicit in l.poſt mortem,col.pe.verſi.ſed pone, teſtator inſtituit vxorem.C.de fideicom.& penè idem voluit ipſe Bal.conſi.ccccl vij.viſo teſtamento Ioannis,lib.ij.de quo latè per Felin.in cap.cùm dilecta.col.pen.& vlt.de reſcript.

*Legatū annuū relictum collegio finitur collegio diſſoluto.*

NONAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Ardor liciti amoris & piæ cauſæ fauor habent vim clauſulæ codicillaris.*

1 NOnageſimoſecundò,fauor piæ cauſæ habet vim clauſulæ codicillaris vt ſing. voluit Catel.Cotta,vir omni laudis genere dignus ( vix enim illum abſque honoris titulo poſſum nominare)in ſuo memoriali,cuius initium eſt,amor licitus.in fin.vbi poſteaquam illic in princ.ſcripſit amorem licitum habere vim clauſulæ codicillaris , de quo & nos latè ſcripſimus in tractatu noſtro,qui eſt de cauſis minuendæ pœnæ.cau.xxij.tandem in fide dicit & hoc ampliari,vt procedat etiam fauore piæ cauſæ propter dilectionem animæ, quæ cūctis eſt præponenda, per l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccle.Quo etiam argumento de perſona dilecta ad animā,vel piam cauſam vtitur Ioan.Bapt.Cacia.in repetit.l.precibus,in char.v.in prima concluſione.C.de impuber. & aliis ſubſtitut.& hoc ante Catel.voluit Corne.quem is minimè citat,conſi.cccvij. videtur prima facie dicendum,col.v.verſi.& ſi quis vellet,lib.iij.dicens id multos tenere in l.eam.quam.in ſequen. verſi.C.de fideicommiſſ.

*Fauor piæ cauſæ.*
*Amor licitus.*

2 ¶Nam eſt animaduertendum,quòd contra hanc deciſionem eſt text.in l.ſi iure non ſubſiſtit. C. de teſtamen.manu.vbi ſi teſtamentum iure non ſubſiſtit,non debentur libertates in eo relictæ , niſi eſſet adiecta clauſula codicillaris.Fauor ergo libertatis,quæ pia cauſa eſt,vt ſæpe diximus, & dicemus poſtea latiùs,non habet vim clauſulæ codicillaris.Niſi,vt dicit glo.ibi,in aliquibus perſonis,per l. in teſtamento.ff.de fideicom.liber.ſcilicet propter magnam earum perſonarum dilectionem,vt manifeſtè declarat ille tex.in verbo eam quam pater dilexiſſet.& ponderat glo. ibi, dicens illud eſſe ſpeciale in perſona ſic dilecta,& ita ſoluit contrarium dictæ l.ſi iure. Ex quo facilè intelligi poteſt,in ea l.in teſtamento,duplicem fauorem concurrere,ſcilicet libertatis,& præterea magnæ amicitiæ eius, cui libertas relinquebatur,nec ſolùm libertatem ſufficere,per dictam l. ſi iure. Et quod in dicta l.in teſtamento:vtraque qualitas interueniat,intelligit etiam gloſſ.vtranque coniungens in dicta l. eam quam.in verbo, quæ regulariter traduntur.C.de fideicommiſſ.dum in ix.fallen.dicit eam l.nō pro-

*Contrarium prioribus.*

*Reſponſio.*

cedere propter pietatem & affectionem,per dictam l.in teſtamento. Et id quoque expendit Ange. in repetitio.l.eam quam.col.iiij.verſi.addit & quintum.C.de fideicommiſſ. Et hac fortaſsis ratione Bald.in d.l.ſi iure,dicit dictam l.in teſtamento.& id quod ibi ex ea dixerat,ardorē liciti amoris habere vim clauſulæ codicillaris, procedere tantùm in cauſa libertatis, vel alterius piæ cauſæ. Quod tamen Roma.& alij plerique dicunt indiſtinctè procedere,vt latè diximus loco nuper allegato. Et ego haud dubiè dicerem non procedere ſolùm in amicitia,per ea quæ diximus.Nam ſi pia cauſa id non efficiat,per not.in d.l.ſi iure.multo minus ſimplex amicitia,quia nulla maior eſt amicitia,quàm piæ cauſæ,id eſt animæ,quæ cæteris longè eſt anteponenda,per dictam l.ſancimus.

NONAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Qui adſcribenda teſtamenta adhibentur,prohibentur aliquod emolumentum,quamuis dictante teſtatore,ipſis futurum ſcribere. Verùm prælatus non tantùm eccleſiæ,ſed & ſibi in fauorem eccleſiæ poterit adſcribere,nec incidet in pœnam l.Corneliæ,modò res ſit apud eccleſiam remanſura.*

*Tabellio nō poteſt ſibi adſcribere in teſtamento. Nec etiam pater filio.*

NOnageſimotertiò,quemadmodum tabellio non poteſt ſibi adſcribere in teſtamento, & ſi id faciat,punitur,nec valet legatum,vt patet per totum titu.C.de his qui ſibi adſcri.in teſtamen.ita nec poteſt quis alteri adſcribere, ex cuius capite ſibi eſt commodum vſusfructus, vel vſus peruenturum, videlicet pater filio in ſua poteſtate conſtituto,vt eſt tex.ſingu.in l. impuberem.§.j.ff.ad leg.Cornel.de falſ.Tamen prælatus eccleſiæ,vel piæ cauſæ poteſt adſcribere ipſi eccleſiæ,aut ſibi in fauorem eccleſiæ,& valet legatum,nec punitur,vt voluerunt Hoſtien.Ioan.And. Anton.& recentiores in c.cùm inter.per illum tex.de re iudic.Roman.ſingul.cccxlix.tu ſcis quòd ſacerdos.Matheſi.qui hoc dicit ſing.no.lxxxviij.nota ſingulare dictum,& nouiſsimè Iaſon in l.j.§. huius ſtudij.colum.iij.verſic.tertiò limita. ff. de iuſtit.& iure. Et hoc ſanè intelligito,cùm res ipſa remanet ipſius eccleſiæ,vel piæ cauſæ,& vſusfructus ſiue vſus prælati eſt.Secus ſi res ipſa legatur clerico, qui ſibi adſcribit ad ſuum omnino commodum:quia licèt dicatur quòd ſit huiuſmodi relictum pro anima,tamen non valet,nec excuſatur qui ſibi adſcripſit,vt ſingu.conſuluit Barbat.ita limitans dictum Hoſtien.& aliorum,conſi.lviij.clementiſsimi Dei Patris.col.xj.verſi.etſi quiſpiam diceret.lib.vij.

NONAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Eccleſia ſubſtituta non excluditur hac conditione à teſtatore facta,ſi ſine liberis decedat, exiſtentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore.*

*Conditio, ſi ſine liberis decedat,non cōpræhendit filios naturales.*

1 NOnageſimoquartò,licèt ſubſtitutio à teſtatore facta ſub ea conditione,ſi abſque liberis decederet,euaneſcit relictis etiam naturalibus liberis,per l.ex facto.§. ſi quis rogatus fuerit vt ſi ſine.& ibi Bart.Ang.Imol.Alex.& alij.ff.ad Trebellia.& l. cùm pater. §. dulciſsimis. & l. Lucius.§.vlt.ff.de leg.ij.& voluit glo.in cap.in præſentia.in glo.j.& ibi docto.de probat.cum cōcord. ibi adductis per Recentiores.fallit tamen,ſi eccleſia eſſet ſubſtituta,quia tunc non excluderetur exiſtentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore,propter dignitatem eccleſiæ, ita nominatim voluit Bald.in dicto cap.in præſentia.col.pen.verſi.vnum addo.quod dictum ſequitur ibi Felin.qui hoc dicit ſing.col.ix.verſi.fallit primò,& Phil.Dec.col.xv.verſi.vj.

*Contrarium aſſerentes.*

2 ¶Tamen contrarium tenet Alex.in dicto §.ſi quis rogatus,col.v.verſi.ſextò fallit, poſtquam retulit illud dictum Bal.pro ſing.dixítque à nemine ſe reperiſſe reprobatum.dicit tamen ſe putare non eſſe verum.Nam licèt hoc caſu ſit attendenda dignitas teſtatoris,vt dicit ibi tex.in fin. tamen non reperitur,quòd attendatur dignitas ſubſtituti.Sed huic abiectioni reſpondet Dec. habens hoc caſu rationem qualitatis non ſolùm teſtatorum,ſed & inſtituti,ſecundùm glo. Ang.Imol.& tandem Alex. in dicto §.ſi quis rogatus.glo.& Salyc.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.ergo & pariter ſubſtituti:& in eccleſia ſubſtituta agitur de ſalute animæ teſtatoris:& cùm anima ſit omnibus rebus anteponenda,per dictam l.ſancimus.conſentaneum eſt,mentem teſtatoris fuiſſe, prout Bald. dicit:& cum res(inquit)dubia videatur,in fauorem eccleſiæ eſt iudicandum,l.ſunt perſonæ.ff.de religio.& ſumptib.fune.hæc Dec.Tu autem hîc omnino vide quæ diximus ſuprà in decimoſexto priuilegio,quod longè ab hoc diuerſum eſt:illud enim loquitur de conditione intellecta à lege,hoc de conditione expreſsè appoſita ab homine.

NONAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Subſtitutio ſub hac conditione facta,ſi inſtitutus decedat ſine liberis,euaneſcit per ingreſſum monaſterij: niſi pia cauſa ſubſtituta ſit.*

*Monaſterium uicem hæredis obtinet.*

NOnageſimoquintò, licèt ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, euaneſcat,ſi inſtitutus ipſe ingrediatur monaſteriū, tanquam is ſine hærede non videatur deceſsiſſe:& propterea non ſit locus ſubſtitutioni,vt eſt tex.in c.in pręſentia.de proba.hoc tamen fallit,ſi pia cauſa erat ſubſtituta,per tex.in §.ſed hoc in præſenti.in auth.de ſanctiſ.epiſc. & in auth.niſi rogati.C.ad Treb.quia illinc ſumpta eſt.& ita voluit gl.vlt.in dicto c.in præſentia,& ibi etiā Ant.Panor.& Phil.Dec.hæc ampliantes vt procedat,etiā ſi locus pius ſubſtitutus, nō æquè eſſet pius, ſicuti mo-



ſicuti monaſterium,quod inſtitutus ingreditur. Et Spec.tit.de ſtatu monach.verſi.xxv.& in d.auth. ſimiliter in xiiij.ſpeciali inter vltimas voluntates.C.ad leg.Falci.vbi dicit ad hoc ſing.eſſe text.in dicto §.ſed hoc in præſenti,& Alex.conſi.cxxj.viſo themate,col.iij.verſi.fortificatur hæc ratio,lib.j.& conſi.xxxv.ſuper contentis,col.iij.lib.iij.

NONAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Mora eligendi circa perſonas purgatur vſque ad litis conteſtationem: verùm in piis cauſis vſque ad tempus quo primùm hæres potuit eligere.*

*Moræ purgatio circa perſonæ electionem.*

NOnageſimoſextò,licèt is qui fuit in mora eligendi circa perſonas, poſsit moram purgare,donec petatur legatum,per l.cùm quidam.ff.de leg.ij.vbi Bartol.col.vlt.hoc intelligit vſque ad litis conteſtationem,per l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi, fauore tamen libertatis non poterit moram purgare hæres, qui mox cùm potuerit non fecerit huiuſmodi electionem.Tex.eſt loquens in libertate in l.pen. C. de fideicom.libert.vbi Bald. extendit ad omnem piam cauſam,dicítque eſſe meliorem de iure.

NONAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Executori teſtamenti ad pias cauſas,etiam impedito, currit annus: niſi qualitas aut magnitudo operis impedimento ſit.*

*Executori teſtamentario impedito non currit annus.*

NOnageſimoſeptimò, licèt executori teſtamentario impedito non currat annus datus ad exequendum,per not.per Bart.in l genero.ff.de his qui not.infa. fallit tamen in relictis ad pias cauſas,quia non debet impedimentum teſtatoris pias cauſas retardare,arg.l. ſi quando. C.de teſta. Et ita expreſsè voluit Bald.in l.ſi duobus. quæ eſt vlt. §.ſed & ſi quis.col. iiij.verſi.pone quod infra annum.C.commu.de leg.& fideicommiſſ.ſed hoc intellige, niſi impedimentum proueniat ex operis inimica qualitate,& magnitudine:quia fortaſſe teſtator iuſsit conſtrui monaſterium,quod non poteſt perfici infra annum:quia tunc & poſt annum durat officium, vt voluit Federi.Senen.conſi.cxxiiij.aliàs,cxxix.quem ſequitur ipſe Bald.in l.id quod pauperibus,col.iij. verſi.venio ad tertium.C.de epiſc.& cler.vbi ad hoc quædam iura allegat.& idem voluit ipſe Bald. in l.nulli.col.ij.verſi.deinde no.C.de epiſc.& cler.& Panor.in c.nos quidem.col.iij.de teſta. Et bene facit quod dicit Bal.in l.pen.col.ij.verſi.& dico quòd in iſta.C.de donat.

NONAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Diſpoſitio pœnalis facta in fauorem piæ cauſæ,valet, quamuis impediatur libera teſtandi facultas.*

*Conuentio pœnalis inualida.*

NOnageſimooctauò,licèt non valeat conuentio pœnalis,per quam aufertur libera teſtandi facultas,per l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. vbi per hoc dicit Bart. & poſt eum Pau.Caſt.Alex.& recentiores,quòd ſi teſtator dicat, inſtituo Titium, & ſi contingat me mutare teſtamentum,dono eidem omnia bona mea, non videtur huiuſmodi pœnalis diſpoſitio tanquam facta in pœnam mutationis teſtamenti, ad auferendum liberam teſtandi facultatem.Id quod etiam voluit,& quidem latius,idem Bartol.in l.ſi quis teſtamento.ff.de lega.iij.cum concord.adductis per recentiores in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. & per Alexan. conſi.xxv.viſo teſtamento,col.pe.& vlt lib.iij.fallit tamen vbi talis diſpoſitio eſſet facta in fauorem piæ cauſæ.Quod & ſi poſt longam diſputationem indeciſum reliquerit Bal.in cap.ij.tit.de feud.dat. in vic.leg.commi.hoc tamen aſſeueranter affirmat Iaſ.in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, col.iij. verſi.circa iſtam quæſtionem,& motus quibuſdam ſimilibus, quæ poſtea his ſubiiciam, & ea iam ſæpius dicta ratione,quòd in dubiis tenenda eſt opinio,quæ fauet piæ cauſæ,vt etiā poſtea dicemus. Sed & hoc in propriis terminis tenuit Bal.ipſe,quem Iaſ.non allegat.in c.in præſentia,col.pen. verſi. ex hoc pono talem concluſionem de probat.

NONAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Res hoſtium piæ cauſæ legata,aut donata ſub conditione, ſi in noſtram peruenerit poteſtatem,indiſtinctè debetur.*

*An res hoſtiū poſsit legari ſub conditione,ſi noſtra eſſe cœperit.*

NOnageſimononò,licèt dubium ſit,an quod hoſtium eſt,poſsit legari, vel donari ſub conditione, ſi noſtrum eſſe cœperit. Nam quòd poſsit,tenent Bartol.& alij in l.id quod apud hoſtes.ff.de leg.j.& idem Bart.in l.liber.homo.la j.ff.de verb.oblig. Contrarium autem tenet Ang.ibi,tamen prior opinio haud dubiè procedit,cùm legatur,aut donatur piæ cauſæ, per textum loquentem in libertate, in l. generaliter. §. hoſtium. ff. de fideicommiſſ.liber.& alium textum loquentem in hoſpitali,in c.abbate ſanè,de re iudi.lib.vj. quem ita expendit Iaſon in dicta l. id quod apud hoſtes.col.pen.

CENTESIMVM PRIVILEGIVM.

*Donatio omnium bonorum tam præſentium quàm futurorum facta piæ cauſæ,non eſt contra bonos mores, nec impeditur,modò donationis effectus principaliter dirigatur in piam cauſam.*

*Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non valet.*

1 CEnteſimò,licèt non valeat donatio omnium bonorum præſentium, & futurorū, valet tamen ſi fiat piæ cauſæ,vt voluit Bart.ſubdubius tamen,in d.l.vlt.col.vlt.& ibi Fulgo.& Iaſ. col.pen.C.de pact.Bal.in auth.ſi qua mulier.col.vlt.verſic. ſextò not.& iterum in auth.ingreſsi.col.iiij.C. de ſacroſanct.eccl.& in l.j.in lect.antiqua.ff.pro ſocio.& dicto c.in præſentia.col.pen.verſi.pone offero monaſterio.& ibi etiam Panor.in quinto not.vbi hoc reputat ſing. Felin.col.iiij.Decius qui hanc dicit eſſe communem opinionem,col.etiam iiij.in vij. not. de probatio.

Panor.in c.vlt.in j.nota.de ſucceſſ.ab inteſta.vbi & hoc facit ſing. & in c.ij.de conceſſ. præb.& in c. vt priuilegia.de priuileg.& conſi.cij.circa perſonarum & bonorum oblationes, col. ij.lib.ij.vbi dicit ita conſuluiſſe Cardi.Floren.& Maria.in tractatu oblationum,in decimo libello.in j.q.Alex. conſil. lij.in cauſa & lite,col.iij.verſi.ſecundò,quia etiam ſi dictum,lib.vj.Bened.Capra conſil.cxlvij.in nomine Domini,cùm vt præſupponitur.col.ij.in fi. & Iaſ.in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.col.iij. verſi.circa iſtam quæſtionem.ff.de verb.oblig.

2 *Poteſt quis donare ſe & ſua eccleſiæ.*

¶Mouentur ij per textum in l.iubemus nulli.in princip. ibi, patrimonium ſuum partémve certam patrimonij.Item quia poteſt quis pio loco ſe & ſua donare,vt in authen.ingreſsi.& auth. ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.eccl.& dicto c.in præſentia.de prob.& c.ſi qua mulier.& c.quia ingredientibus. xix.q.vlt.Et id procedit,etiam ſi non efficiatur monachus,per textum in dicto c.vlt.iuncta glo. j. & voluit gloſſ.in c.vt lex continentiæ.in verbo,profeſsi.qui ſacrum xxvij.q.j.ergo multo fortius poterit donare ſua ſiue ſe,per c.cui licet.de reg.iur.lib.vj.Præterea voluntaria paupertas propter Deum, etiam ſtatu ſeculari non mutato, non eſt à iure reprobata: imò ab ipſo Chriſto Saluatore & magiſtro noſtro multùm commendata,dum dicit Mar.x.& Lucæ xij.Si vis perfectus eſſe,vade,& vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& ſequere me:& alibi, Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſsidet,non poterit eſſe meus diſcipulus. Hinc olim in Eccleſia primitiua tempore Apoſtolorum, omnes conuerſi ad fidem Chriſtianam,ſiue clerici,ſiue laici, vendebant omnia & ponebant ante pedes Apoſtolorum,vt not.gloſſ.in ſumma,xij.q.j.& eſt text.ibi, in c.ij.Porrò quicquid donatur eccleſiæ,dicitur Deo conſecrari, & ad diuinos vſus deputari, c. nulli liceat xij.q.ij.& c.mancipia.& c. ſeq.de rer.permu.Non ergo debet talis donatio improbari,cùm omnia Dei ſint.c.tua.de deci.& ſic talia bona donata redeunt ad ſuam naturam.

*Volũtaria paupertas propter Deum.*

3 *Contrariæ opinionis authores.*

¶Contrarium tamen tenuit Ang.conſi.clxx.verſi.prædictis inſtrumentis,col.v.verſ.& ex prædictis infero,& iterum conſi.ccclxv.quædam domina retulit,& in ſua diſputatione.incip.in refulgenti palatio,& Petr.Ancha.conſi.ccxxxj.de primo dubio,& Panor.ſibi contrarius conſi.xlviij.Auguſtinus, col.vlt.lib.ij.Roman. in d.auth.ſimiliter,in 2.ſpeciali,circa contractus,& in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,col.xxij.& ibi quoque Alexan.qui hanc partem ſequi videtur,col.antepenult.verſic.quæro vtrum donatio.

4 *Donatio omnium bonorum eſt contra bonos mores. Eccleſia cultrix iuſtitiæ.*

¶Horum præcipua ratio eſt, quia per huiuſmodi donationem aufertur libera teſtandi voluntas, & ita eſt turpis,& contra bonos mores. Ideo in eccleſia multo minus debet valere quàm in aliis, cùm eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ.c.j.§.j.tit.de alie.feud.& actus turpis in eccleſiaſtico magis deteſtatur.§.cogitandum.in authen.de monach. Nec obſtat(inquiunt)textus in d.l.iubemus nulli.quia loquitur in donatione ſimplici omnium bonorum,quo caſu veniunt tantùm præſentia, & non futura.l.ſi ita.ff. de auro & argen.lega.Nec etiam obſtat dictum,quòd quis poteſt dedicare ſe & ſua, quia ideo illud eſt,quia bona veniunt in conſequentiam perſonæ, quia eo ipſo quòd quis dedicat perſonam ſuam monaſterio,bona confeſtim veniunt, etiam ſi de illis nulla fuerit facta mentio,per iura ſuprà allegata.Et multa veniunt in conſequentiam,quæ principaliter fieri non poſſent. l. quædam. ff.de acquir. rerum domi.l.in modicis.ff.de contrah.empt.& not.gl.in c.querelam.de ſimo.cum ſimilib. Et hinc videmus quòd licet minor vigintiquinque annis habens curatorem non poſsit alienare bona immobilia ſine decreto iudicis.l.magis puto.§.non paſsim.ff.de rebus eorum qui ſub tut.l. lex quæ tutores.C.de adminiſt.tuto tamen ingrediendo monaſterium in conſequentiam ſuæ perſonæ omnia ſua bona dedicat,etiam citra decretum iudicis,vt voluit Cyn.in d.auth.ingreſsi.& Cano.in dicto c. in præſentia,vbi eſt bonus textus.

5 *Aliter iudicantur boni mores de iure Ciuili, quàm de iure Canonico.*

¶Sed ad iſta reſpondent qui priorem ſententiam ſequuntur.Primùm,quòd licèt inſpecto iure Ciuili dicatur huiuſmodi donatio eſſe contra bonos mores, non tamen inſpecto iure Canonico, quia aliter iudicantur boni mores ſecundùm ius Ciuile,aliter ſecũdùm ius Canonicum, vt declarat Bal. de huiuſmodi aut ſimilibus pactis in l. pactum dotali. in xxix.q.C. de collatio. & Imol. in cap. cùm contingat,col.xviij.de iureiur.& bene facit tex.in c.ij.de pact.lib.vj.& in cap.licèt. de iureiurand.eo. lib.vj.ex quibus liquide apparet,quædam eſſe de iure Ciuili reprobata,quia ſunt contra bonos mores,non tamen de iure Canonico.Ex quo etiam fit,vt de iure Canonico valeat iuramentum de nõ mutando teſtamento,licèt tollat libertatem teſtandi,vt per Ioan.And.in regu.quod ſemel.de regu. iur.lib.vj.Imol.in dicto c.cùm contingat,& in dicto cap.dilecto.in j.char.de præbend. & Salyc. in l. ſancimus. C. de teſtam.cum ſimilib. Quod perſpicuè nobis demonſtrat, Canones nihil curare de huiuſmodi moribus:aliàs enim tale iuramentum non eſſet obligatorium.c.non eſt obligatorium.de reg.iur.lib. vj. Ad reſponſum quod datur ad dictam l. iubemus. dicunt non poſſe intelligi de bonis præſentibus tantùm,quia patrimonium, de quo ea lex loquitur,eſt nomen vniuerſale,ſicuti vniuerſitas,& peculium.l.ſi peculium.ff.de pecul.& l.nam quod.§.non omnis.qui eſt vltimus.ff.ad Trebel. & propterea etiam futura compræhendit.Prętere a niſi ille tex.de futuris etiam intelligeretur,nihil ſpecialitatis pro eccleſia introduceret,& ideo eſſet ſuperfluus.

6 *Reſpondet ad prædicta.*

¶Aduerte quòd ad dictam legem iubemus, quæ præcipuum eſt fundamentum primæ partis, & ad reſponſiones quas proximè attulimus ad ſolutionem aduerſariorum, facilè reſponderi poſſet: & quidem multis modis. Primùm quia ſub nomine Patrimonij, non veniunt omnia: nam actiones non concluduntur,l.cùm pupillus.ibi,non ſolùm quæ habet in patrimonio, ſed etiam quæ in nominibus ſunt.ff.rem pupill.ſaluam for.& iura in contrarium allegata procedunt in vltima voluntate.

Item



Item textus ille non loquitur ſimpliciter de patrimonio,ſed cum adiectione,ſcilicet,quod eſt in bonis,dum dicitur,patrimonium ſuum,certámve partem patrimonij in fundis,prædiis, ſeu domibus, &c.& ſic ponitur ibi patrimonium,pro bonis extantibus.Præterea poteſt dici, quòd id quod dicit de patrimonio,refertur ad id,quod ſuprà dixerat.Sed quocunque ſe modo res habeat, non poteſt omnino patrimonium.ſi capiatur pro hęreditate,referri ad donationem:quia contractu non datur hæreditas. l. hæreditas extraneis. C. de pactis conuent. Denique ſi bene conſideretur ille textus, nihil,aut parum ad hanc rem facit,de qua diſſeruimus.Non enim ibi quęritur,nec dubitatur de donatione facta eccleſię:ſed illud ibi principaliter ſtatuitur,nullo modo bona eccleſiarũ alienari poſſe. Vult enim ea lex acquiſitionem factam eccleſiæ de patrimonio toto,vel de eius parte per vltimã voluntatem,donationem inter viuos,aut aliàs quocunque titulo,inconcuſſam eſſe,& ſine vlla diminutione conſeruari.Quæ verba inconcuſſa ſunt, & ſine diminutione reſpiciunt reſolutionem contractus,& præſupponunt donationem validam præceſsiſſe,& ibi alienatio prohibetur ad hoc,vt res conſeruetur ſecundùm voluntatem illorum,qui eccleſiæ donauerunt.Igitur per illum textum dici non poteſt,valere donationem factam eccleſiæ,eo caſu,quo non valeret facta priuato, quia ibi de hoc non agitur,ſed præſupponitur, quòd erat facta donatio valida, quod eſt intelligendum prout iura diſponunt.

7 ¶Tamen quia prima opinio eſt communior,& fauet piæ cauſæ,eam ſequor,& ſequendam eſſe cẽſeo:cum ea tamen limitatione,vt procedat,cùm donationis effectus principaliter dirigatur in piam cauſam,quia fit eccleſię,vel pię cauſę:ſecus ſi principalis effectus dirigitur in priuatũ,tamen in quandam conſequentiam cedit commodo piæ cauſæ. Verbi gratia, ſi quis donaret Titio omnia bona ſua præſentia.& futura,cum eo onere,vt teneatur facere eleemoſynas,tunc enim non valet, vt voluit Pan.dicto conſi.xlviij.col.vlt.verſ.non obſtat ſecundum.lib. 2. *Authoris opi.*

CENTESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Quamuis donatio inter contractus bonæ fidei non annumeretur,fauore tamen piæ cauſæ,latiſsimè interpretanda eſt.*

CEnteſimoprimò,licèt aliàs donatio ſit ſtricti iuris, nec vltra naturam verborum extendatur,vt dicit Bald.conſil.50.in primis videndum eſt,poſt medium.lib.iiij.per l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.& Paul.Caſt.conſi.cccxlvij.quia circa,col.vlt.li.j. & eſt bonus tex.in l.eum qui.ff.de donatio.tamen fauore pię cauſæ latiſsima interpretatio fieri debet,vt conſi.Bal.cvij.quòd iſta donatio.ante fi.li.ij.per tex.in l.locum.in prin.ff.de vſufruc. & l. ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpti.funer.& in §.illud,in auth.conſtit.quæ de dignitatibus.

*Donatio vltra naturam contractus nõ extenditur.*

CENTESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Res alienari prohibita poteſt nihilominus in cauſam piam alienari.*

CEnteſimoſecundò,res ſubiecta reſtitutioni,& quæ ob id alienari non poteſt,per auth.res quæ.C.commun.de leg. poteſt tamẽ in piam cauſam alienari,vt voluit Angelus in l.quidam ita teſtamento.§.vltimo ff.ad Trebellianum.vbi dicit,quòd illa authent. excipiens caſum dotis,habet locum in quacunque pia cauſa.Id quod plerique extendunt, ſi ea res ſit reſtituenda eccleſiæ,aut alteri piæ cauſæ.Ita voluit Baldus in dicta auth. res quæ. colum.j. & ibi etiam Cornæus colum.ij.& Iaſon col.ix.verſi.duodecimò extende,& Roma.conſi.ccxcvij.circa id de quo quæritur,an res.

*Res ſubiecta reſtitutioni nõ poteſt alienari.*

CENTESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Pro redemptione captiuorum,aut alia pietatis cauſa res eccleſiæ alienantur.*

CEnteſimotertiò,licèt res eccleſiæ alienari non poſsint,vt per totum tit.de rebus eccl. non alie.poſſunt tamen in cauſam pietatis,vt pro redemptione captiuorum, vel eleemoſyna pauperum,per tex.in c.aurum eccleſia habet.xij.q.ij.per quem ita dicit Bald. conſil. 368. factum tale eſt ſuper quo,verſ.ſecundus caſus,lib.iij.

*Res eccleſiæ non alienãtur.*

CENTESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Feudum de iure Canonico, in piam cauſam poteſt alienari:ſecus de iure Feudorum.*

CEnteſimoquartò,licèt feudum regulariter alienari, aut legari non poſsit, vt per totum tit.de prohib.feud.alien.ac nec pro anima quidem,ſecundùm conſtitutiones feudorum, c.j.§.donare.tit.qual.olim pot.feud.alien.tamen hoc non procedit de iure Canonico, ſecundùm Hoſtien. qui ita tenet per quindecim argumenta, & rationes in ſumma tit. de immuni.eccleſ.§.in quantum.verſ.ſed nec illa.id quod dicit ſing.& perpetuò menti tenendum Ro. ſing.ccccc xxix.tu ſcis quòd vaſallus,vbi hoc dicit ſe neſciuiſſe, cùm repeteret auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid.Sed & hoc idem tenet Specul.tit.de feud.§.j.verſ.xix.& Ant.in cap.vlt. de immunita. eccleſ.Calde.tit.de feud.conſi.x.an feudatarius.& ipſe Roman.conſ.cxcix.præſens ſtatuti particula, in fi.Sed tu ſuper hoc vide Felyn.in c.inter dilectos.colum. viij. verſ. in gloſſ.in verbo,conferebat, de fide inſtrum.

*Feudum regulariter non poteſt alienari.*

CENTEESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Contra bonos mores eſt paciſci de hæreditate viuentis.Quod an in milite & piis cauſis obtineat,hîc diſputatur.*

*Pactum de ſuccedendo inualidum.*

1 CEnteſimoquintò,licet aliàs non valeat pactum de ſuccedendo, per tex.in dicta l.vlt. C. de pactis.tamen cùm inter milites valeat, per l. licet inter priuatos. C. eod.titu. valebit etiam fauore piæ cauſæ. Valet enim argumentum de vno ad alterum, vt per gloſ.in l.ſi vt proponis.C.de rei vendic.& in c.apoſtolicos & paternos. 12. quæſt.2. Et ita in ſpecie tenet Bal.in dicta l.vlti.col.penul.verſi.venio ad ſecundam.C.de pactis.& idem Alex.in l. pactum. col.2.verſic.tertiò fallit.C.de pactis.& conſil.clij.in cauſa & lite.col.3.verſic.ſubdo etiam.libro 6.& Socin.conſi.xlix.viſo inſtrumento mandati,col.2.verſic.pro hoc adduco.libro 4.Calca. conſi.xiij. pro parte negatiua.col.3.verſi.quinta.& idem Barba.conſil.xlij.clementiſsimum Deum. col.4.lib.j. Iaſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.3.ff.de verb.oblig.& Fely.in c.in præſentia.col.22.in 4. q.de probat.& Georg.Nat.in repet.c.quamuis.de pact.lib.6.

*Non ualet argumentum de milite ad paganum teſtantem ad pias cauſas.*

2 ¶Contrarium tamen voluit Bal.ſibi contrarius in l.j.in lect.col.vlti.verſi.iuxta hoc quæro.C.de ſacroſanct.eccl.vbi dicit expreſsè per dictam l.licet inter priuatos. C.de pactis. quòd non habet locum in pia cauſa.Nam non eſt bonum argumentum de milite ad paganum teſtantem ad pias cauſas,nullo enim iure probatur iſta æquiparatio,ſeu ſimilitudo,ideo debemus ſtare regulæ, vt not.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& facit quod not.in l.teſtamento domini.ff.de hæred.inſtit. Nam in milite propter publicam vtilitatem,ſunt ſpecialiter ſtatuta, quæ non ſunt trahenda ad conſequentiam in non militem.Et hanc partem ſequitur Roma.nulla Bal.in dicta l.j.mentione facta, in repe. dictæ authen.ſimiliter.in 7.ſpeciali inter contractus.C.ad leg.Falcid. hanc quoque rationem adducens,quia non valet huiuſmodi pactum factum à patre filio,per dictam l.pactum quod dotali.C. de pact.Ergo multo minus videtur factum piæ cauſæ:multo enim magis fauetur filio,quantum ad legitimam,quàm piæ cauſæ,per not.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cler.cùm ſimil. Nec obſtat (inquit) dicta l.licet inter priuatos.quia ibi dicitur valere inter commilitones pactum de ſuccedendo ſibi inuicem,quod quidem pactum non poteſt cadere inter priuatum, & eccleſiam: cùm eccleſia nunquam moriatur,nec propterea poſsit habere hæredem, cap.libertos.xij.q. ij.& c.ſi gratioſè.de reſcript.lib.vj.nec ibi agitur de pacto ſimplici,vt alter alteri tantùm ſuccedat, de quo nunc agimus.Et in hanc quoque partem videtur inclinare Socin.in dicta l.pactum quod dotali.C.de pact. vbi mouetur his rationibus,quòd tale pactum videtur etiam lege Canonica eſſe improbatum,tanquàm contra bonos mores,per cap.deteſtanda.& c.ne captandæ.de conceſ.præb.li.vj. diſpoſitiones autem ad pias cauſas ligantur lege Canonica.c.relatum. de teſta.& hoc confirmat, quia iuramentum,quod dicitur eſſe quid ſpirituale,omninò eximitur à iuriſdictione legis Ciuilis,vt traditur in c. cùm ſit generale.de foro compet.& tamen iuramentum appoſitum ſuper tali pacto, non debet ſeruari tanquàm contra bonos mores,per c.non eſt obligatorium,de reg.iur.lib.vj.& tenent Bartol.& communiter omnes in dicta l.pactum.Item milites non ligantur lege Ciuili in dubio.l.j.ff. de teſta. milit.& tamen inter eos non valet illud pactum, niſi ſit reciprocum,per d.l.licet inter priuatos. Sed & in hanc ſententiam inclinat Socin.in d.l.licet inter priuatos.col.j.in iiij.notab.ea ratione, quòd ea lex non poſsit extendi ad eccleſiam,cùm loquatur quando perſona diſponens, erat actiuè priuilegiata,quia miles:eſtque perſona,in quam diſponitur,priuilegiata, quia eſt alter miles,quod non eſt in hoc caſu:quia licèt eccleſia in quam diſponitur,ſit priuilegiata, non tamen is qui diſponit. Sed tu omninò vide Philip.Dec.ibi,in tertio notab.

*Magis fauetur filio quantum ad legitimam, quàm piæ cauſæ.*

*Eccleſia nunquam moritur.*

CENTESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Sola appellatio hæredis etiam in contractu, vel alio actu inter viuos, habet vim diſpoſitionis ad pias cauſas.*

*Contractu non datur hæreditas.*

1 CEnteſimoſextò,licèt aliàs hæreditas non poſsit alteri dari per contractum inter viuos, l. hæreditas.C.de pact.conuen.tamen non ſolùm dari poteſt piæ cauſæ,ſed & ſi quis in cõtractu,vel in alio actu inter viuos appellet hæredem piam cauſam,cenſetur illam facere hæredem,& in ipſam ſupremum contuliſſe iudicium per huiuſmodi appellationem. Ita voluit Bart.in l.tale pactum.§.vlt.& ibi Bald.in lectu.antiqua.& Alex.& Iaſ.col.ij. & iij.ff. de pactis, per illum tex.& in cap.vlt.de ſucceſ.ab inteſta.Alex.in dicta l.licèt inter priuatos.& in l.pactum dotali inſtrumento.C.de collat.& d.conſi.clij.col.iij.verſ.ſubdo etiam,li. j.vbi hoc dicit ſing.& Barb. qui hoc reputat ſing.in repet.l.cùm acutiſsimi.col.xxxviij.C.de fideic.

*Contrariũ ſentientes.*

2 ¶Contrarium tenent Ang.Fulg.& Pau.Caſt.in d.l.tale pactum.§.vlt.Ang.in l.epiſtola,in princ. ff.de pact.Rom.in d.auth.ſimiliter,in ſexto ſpeciali,inter contractus,vbi tamen dicit,quòd dictum Bart. quod dicit ſing.fortè ſeruaretur in practica,licèt non ſit verum.& iterum in vltimo ſpeciali, verſic. ſecundò inquantum.Pau.Caſt.& Ant.de But.Alex.in dicta l. pactum dotali.C. de collatio. Sed illorum rationibus ſatis reſpondet Iaſ.in d.l.tale pactum.§.vlt.quem vide,quanquam is de hoc dubitet in l.licet inter priuatos.col.ij.C. de pactis.

CENTESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*In contractu ad pias cauſas, transfertur dominium ſine traditione. Ideóque re prius piæ cauſæ vendita, præfertur emptori,cui priori tradita fuit. Idem ſi ipſa eccleſia duobus vendiderit.*

*Sine traditione non transfertur dominium.*

1 CEnteſimoſeptimò,licèt aliàs ex contractu non tranſeat dominium ſine traditione,l.traditionibus,C.de pactis,l.ſi ager.ff.de rei vendic.cum ſimil.fallit tamen in pia cauſa, in quam etiã ex ſolo contractu,transfertur dominium ſine traditione, per tex.in l. vlt. & ibi latè doct. C. de ſacroſanct.eccl.& in l.j.& ibi glo.& doct.C.de donat. quæ ſub mod.& not.in cap. ij. de conſuet.

Bald.



Bald.conſi.lxxxvj.circa prædicta,lib.v.& alibi ſæpe.Ex quo & illud ſequitur,quòd licèt aliàs re duobus vendita,potior ſit cui priori res tradita eſt, per l.quoties. C. de rei vendic. fallit tamen ſi prius fuerit vendita piæ cauſæ,quia tunc præfertur alteri emptori, cui fuit prius tradita, vtpote cui iam ex contractu fuit tranſlatum dominium,& ideo ceſſat ratio dictæ l.quoties.ita voluit gloſſ. in dicta l.vlt.in verbo,in rem.C.de ſacroſan.eccl.quæ id dicit procedere,etiam ſi fuerit alteri eccleſię poſtea vendita, & prius eidem tradita.& ibi ſequuntur Bart.& alij,& glo.in l.ſiue autem.§.ſi duobus.& ibi Bald.& Angelus.ff.de Publicia.in rem actio.omnes doct.in dicta l.quoties.Ioan. Andr. & plerique omnes in cap.continebatur,de his quæ fiunt à præla.Bald.in authen.quas actiones.C. de ſacroſanctis eccleſiis.

2 § Sed quid quando eccleſia, vel pia cauſa vendit duobus, & poſteriori emptori prius tradit? vter erit potior?Hoſti.& Ioan.And.in d.c.continebatur,dicunt eum eſſe potiorem, cui prius fuerit vendita,non cui prius tradita,& ſequitur Imo.in c.illuſio,in j.no.de renunt.& Rom.in d.auth.ſimiliter, in xij.ſpeciali,circa contractus,& conſi.ccxcviij.circa præmiſſam dubij conſultationem.Sed hoc repræhendunt Ant.Card.Flor.Pet.Anch.Imo.ſibi contrarius,& Panor.in dicto c.continebatur.Iaſon in d.l.vlt.col.pen.C.de ſacroſanct.eccl.& latiſsimè in d.l.quoties, col. v. verſ. ſeptimò principaliter, vbi omnium vtrinque rationes,& fundamenta ſigillatim adſcribit.

*Re duobus uendita uter erit potior.*

CENTESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Quicquid calore iracundiæ geritur, irritum eſt: niſi in fauorem piæ cauſæ geſtum ſit.*

CEnteſimooctauò,licèt non valeant obligationes,& contractus facti calore iracundiæ, l. quicquid calore.& ibi Bart.ff.de reg.iur.fallit tamen vbi obligatio fieret in fauorem piæ cauſæ,per tex.notab.in c.ſunt qui opes,xvij.q.iiij.quam ita ponderat Rom. qui & ſingul. dicit in ſing.cccx.incip.volo commutare,poſt princ.& Felyn.in c.ſi cautio.col.iij.in ij.fallen.de fide inſtrum.& ante vtrunque glo.quam neuter allegat,in c.ſi quis iraſcitur, xiij.q.ij. Tu tamen hìc omnino vide gloſ.Ioan.And.Ant.& Panorm.in cap. dudum.de conuer.coniug.& omnino Philip.Dec.in dicta l.quicquid.ff.de reg.iur.& Iaſ.in l.pater filium.col.ij.ff.de inoffi.teſta.& D. Thomam ij.ij.q.vlt.articulo vlt.

*Contractus facti calore iracũdiæ, inualidi ſunt.*

CENTESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Nulla conſiſtit obligatio ſine cauſa: at in diſpoſitione ad pias cauſas, fauor ſupplet vicem cauſæ.*

CEnteſimononò,licèt non valeat obligatio,promiſsio,ſiue confeſsio ſine cauſa,l.cùm de indebito.§.vlt.ff.de probatio.l.palam.§.circa.ff.de dol.mal.& met.excep. fallit tamen vbi fieret in fauorem piæ cauſæ,quia is fauor ſatis eſt pro cauſa,vt not. voluit Panor. in dicto c.ſi cautio.col.ij.in fi.& ibi poſt eum Fely.col.iij.in ij.fallen.de fide inſtrum.argum. c. vlt. de ſucceſ.ab inteſt.

*Obligatio ſine cauſa inualida eſt.*

CENTESIMVMDECIMVM PRIVILEGIVM.

*Fideiuſſoris obligatio eſt ſolennis, & pendet ex verborum obligatione: niſi in piæ cauſæ fauorem fideiuſſio facta ſit.*

CEnteſimodecimò,licèt fideiuſſor non poſsit obligari,niſi ex ſtipulatione,per l. ſtipulationum aliæ.§. ſatiſacceptio.& ibi Dec.ff.de verbo.obligat.ita quòd etiam non veſtiatur ex cohærentia contractus,ſi non interueniat ſtipulatio,vt dicit not.Bald.in l.ex placito.col. xvij.C.de rerum permut.& in l.ſi tibi.C.loca.& in l.petens.col.xij.C.de pact.idque etiam de iure Canonico,ſecundùm Bald.in c.j.col.vlt.verſ. pactum nudũ.C.de pact. limitans text. iſtum procedere in ſtipulatione.quod etiam dicit ſing.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quinimo interdum in j. not. & in v.fallen.ff.de pact.& in l.lecta.col.vlt.ff.ſi cert.pet.Tamen non procedit,cùm fieret in fauorem piæ cauſæ,per tex.loquentem de dote in l.vlt.in verbo,pollicitatione,vbi Bald.nota. C. ad Velleia. Rom.Alex.Franc.Aret.& Iaſon,qui trahit ad omnem piam cauſam,in d.§. ſatiſacceptio.Idẽ Rom. in dicta auth.ſimiliter,in quarto ſpeciali contractuum,& Catel.Cott. qui hoc dicit ſing. in memor. incip. fideiuſſor non obligatur.

*Fideiuſſor tantùm obligatur ex ſtipulatione.*

CENTESIMVMVNDECIMVM PRIVILEGIVM.

*Ex ſimplici & nudo pacto fauore piæ cauſæ, efficax naſcitur actio.*

CEnteſimoundecimò,generalius,licèt aliàs non valeat nudum pactum,nec actionem pariat de iure Ciuili, iuribus vulgatiſsimis: fallit tamen fauore piæ cauſæ,per text.loquentem in dote,& ibi Bald.videlicet in l.ad exactionem. C. de dotis promiſ. Et ſic volui in omni pia cauſa Rom.in dicta authen.ſimiliter,in quarto ſpeciali,inter contractus, & in l.ſi fideiuſſor. §. vlt. ff. qui ſatiſd.cog.& Soci.in dicta regula cccx.etiam in quarto priuilegio,& Calca.conſil. xiij.pro parte negatiua.col.ij.verſ.ſecundò quia fideiuſſor,& Felyn.in c.j.col.vj.verſ.octaua declaratio,de pact.Sed & de hoc eſt bonus tex.in l.ſi quis argentum.§.cum enim.qui eſt vlt.C.de donat.vbi & hoc no. Bal. qui ad hoc quoque allegat l.ſi tibi dederim rem.in prin.ff.eo.tit.Contra hoc tamen facit,quia dos & fiſcus pari priuilegio limitantur,lege ſecunda C.de priuileg.fiſc.Et bene fauore fiſci ex nudo pacto non agitur. Sed de hoc dic vt per Baldum Nouel.in tractatu.de dot. in princip. ſextæ partis princ. columna ſecunda.

*Nudũ pactum de iure ciuili non parit actionem.*

CENTESIMVMDVODECIMVM PRIVILEGIVM.

*Confeſsio extra iudicium, pro pia cauſa probat.*

Centeſim

*Confeßio extra iudicium nõ præiudicat confitenti.*

CEnteſimoduodecimò,licèt aliàs confeſsio extra iudicium non probet, nec præiudicet confitenti,l.j.in fi.& ibi glo.in l.quoniam.ff.de his qui notan.infa.& in l.vnica.C.de cõfeſſ.tamen ad pias cauſas valet & probat,vt pulchrè voluit Bald.in l.j. col.ij. verſ. quidam confeſſus fuit.C.de fal.cau.adiect.leg.allegat c.quoties cordis oculus.j.q.vij. & c. parochianæ.de ſepult.Idem tamen Bald.conſi.cccxxxj. reuerende pater, lib. ij. dicit, quòd licèt aliàs confeſsio extraiudicialis non valeat, tamen fauore eccleſiæ vehementer adminiculatur,per c.cùm dilectus.de ſucceſ.ab inteſta.quaſi dicat,quòd non omninò probat,tamen habet plus virium,quàm ſi eſſet in fauorem priuati.

CENTESIMVMDECIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Maior habetur ratio & fauor piæ cauſæ,quàm imbecillitatis muliebris.*

*Mulier fideiubens pro alio non obligatur.*

CEnteſimodecimotertiò,licèt aliàs regulariter mulier pro alio fideiubens, non obligetur ex ſenatuſconſulto Velleiano,vt patet per totum tit.ff.& C.ad Senatuſconſ.Velleia. fallit tamẽ ſi fideiuſſerit in fauorem piæ cauſæ,per tex.loquentes in dote ,& libertate,in l. dotare. & l. penult.& l.vlt.C.eodem tit.quos in omni pia cauſa intelligit Roman.in dicta auth.ſimiliter,in tertio ſpeciali contractuum.& in l.ſciendum.quo loco tractat, an mulier,& minor renunciantes,& iurantes debeant de eorum beneficio certificari.ff.de verb.oblig.& Soc.in d.regula cccx.in tertio quoq; priuilegio,& Calca.conſ.xiij.pro parte negatiua,col.ij.verſ.prima quia videtur.

CENTESIMVMVNDECIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*In fauorem dotis & vſurarum reſtitutionis, alteri quis ſtipulari poteſt. Quod an in omnibus piis cauſis obtineat,in controuerſo eſt.*

*Nemo poteſt alteri ſtipulari.*

1 CEnteſimodecimoquartò,licèt aliàs alter alteri ſtipulari nõ poſsit,l. ſtipulatio iſta habere. §.alteri ſtipulari.ff.de verb.oblig.cum ſimilib.poteſt tamen alter piæ cauſæ, & ipſi quidẽ abſenti,verbis directis ſtipulari per glo.in d.cap.quoties cordis,j.quęſt.vij.quam ita intelligit Bald.in l.illud.col.ij.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi illam dicit ſing.& conſi.lxxxvj.circa prædicta,lib.v.& ſequitur Alex.in dicta l.ſtipulatio.§.vlt.vbi eſt de hoc bonus tex.& Angel. Aret. in §.cùm autem.Inſtit.de adopt.& in §.alteri.Inſtit.de inutilib.ſtipul.& Barb.conſil.lxxxvij. propè eſt dominus.colum.ij.lib.iiij.Calca.dicto conſi.xiij.col.ij.verſi.tertia eſt regula.Felyn. in dicto cap. ſi cautio.colum.viij.& ſeq.in ij.fallent.de fide inſt.& Alex.in dicta l.ſtipulatio §.vlt.& Iaſ.in eadem l.ſtipulatio iſta habere.§.alteri.colum.iij.verſi.ſextò limita.ff.de verb.obligat. & idem Iaſon in l.qui Romæ.§.Flauius,colum.antepenult.verſi.adde etiam.eodem tit.vbi dicit illam gloſſ.not. & ſingul. Franciſc.Ripa lib.iij.Reſpon.c.xj.prima dubitatio,col.v.Et bene facit, quia etiam fauore dotis poteſt quis alteri ſtipulari,l.Caius.& ibi Bart.& Alex.in primo notab.ff.ſolu.matrim. l. pactum. C. de pactis conuen.& voluerunt Paul.Alex.& Iaſon in dicta l.ſtipulatio.iſta habere.§.ſi ſtipuler alij.Bald. Nouel.in tracta.de dote,in ſexta parte principali,in xxij.priuilegio,& ſeq.& Iaſ.in d.§. alteri, col.ij. verſ.ſecundò prædicta regula.Hieronymus de Zanetis inter conſi.Socin.conſil.vj.licèt adiicere, in fi.lib.iiij.Nam pia cauſa tantum habet fauoris,quàm dos,per nota.per Bartol. in l. cùm is,§.ſi in ea opinione ſit mulier.& ibi recentiores,ff.de condict.indeb.

*Tantum habet fauoris pia cauſa quantũ dos.*

*Alius eiuſdem rei intellectus.*

2 ¶Aduerte tamen quòd plerique omnes aliter intelligunt dictam gloſſ.in dicto cap. quoties cordis, tanquam videlicet ſimpliciter faciat diſcrimen inter ius Ciuile, & Canonicum, de quo per Ioan. And.Panorm.& alios in dicto c.ſi cautio.Ant.& Panorm.in prooemio Decret.Panorm.in c.vlt.col. v.verſ.ſed an de iure Canonico.de confeſſ.Imo.Roma.Alex. & recentiores in dicta l. ſtipulatio iſta habere.§.alteri.& Rom.conſi.xliiij.præſens inſtrumentum.colum.vlt.Raph.Cum.conſi.lxxxiij.viſa copia.col.ij.Corn.conſi.lxiij.videbatur primo aſpectu,col.ij.lib.j.& conſi.cxiij.circa primum, col.3. eod.lib.j.vide Bald.qui eam gloſſ.allegat in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.petat. & in l. generaliter.in x.q.C.de non nume.pec.& in l.pactum.in ix.q.C.de collat.& in auth.ſacramenta puberum,ad fi.C.ſi aduerſus vendit.

*Contrarium aſſerentes.*

3 ¶Et quantum ad noſtrum caſum pertinet,contrarium voluerunt Spec.& Ioan. And.in tit. de arbit. §.ſequitur,verſ.ſed pone compromiſſum eſt,& in titul.de loca.§.nunc aliqua.verſi. lxiiij.& expreſsè Ang.& Imo.in dicta l.ſtipulatio iſta habere.§.vlt. & Roma. qui horum nullam mentionem facit in dicto §.alteri,& in dicta auth.ſimiliter,in quinto ſpeciali,motus per cap.quanquam. de vſur. lib. vj. vbi ſpeciale eſt in illo caſu,quòd quis poſsit alteri ſtipulari,in fauorem illius piæ cauſæ,ſcilicet,reſtitutionis vſurarum.ergo in contrarium eſt ius commune in aliis piis cauſis,l.ius ſingulare. & l. quod verò.ff.de legib.

*Reſponſio ad argumenta cõtrariæ opinionis.*

4 ¶Sed huic rationi confeſtim occurrit Felyn.in dicto cap.ſi cautio.vbi ſuprà allegauimus. Nam fauor animæ fuit cauſa illius ſpecialitatis,ideo & procedit,vbi eſt ſimilis fauor : quaſi dicat, illud eſſe ſpeciale non ſimpliciter,reſpectu reſtitutionis vſurarum,ſed reſpectu fauoris animæ:& ideo id ſemper procedit,vbi eſt fauor animæ. Sed ego miror de Roma. & Felyno, qui ita videntur intelligere dictum cap. quanquam, tanquam in ſuo caſu permittat paſsim, & omnibus alteri ſtipulari, cùm tamen contrarium innuat. Nam de illis nuncupatim loquitur, qui aliis poſſunt acquirere, vt ait, abſente loci ordinario, aut eius vices gerente, ſiue rectore parochiæ: quaſi cæteris id non permittat, ideo cogita.

CENTE



CENTESIMVMDECIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Donatio, vel promißio facta in fauorem piæ cauſæ,etiam abſenti effectum ſortietur.*

*Abſenti nemo ſtipulari poteſt.*

1 CEnteſimodecimoquintò.Simile eſt,quòd licèt non valeat promiſsio, ſiue donatio, quæ ſit abſenti,l.j.in princ.ff.de verb.oblig.& not. in l.abſenti. ff. de donat. fallit tamen, ſi fiat abſenti piæ cauſæ,vt conſuluit Corn.conſi.ccxv.videtur prima facie dicẽdum,colum.iij. verſ.& maximè apparet,quòd dictus Ioannes.lib.ij.per not.per dictam gloſſ.in d.c.j.q.vij. quoties cordis,& per glo.in c.iuramenti,xxij.q.v.Et facit vltra illum quia promittens piæ cauſæ, videtur Deo promittere,qui eſt vbique iuxta illud,

*Iuppiter eſt quacunque vides,quacunque moueris.*

Per quam rationem ita quoque voluerunt Iaco.Ra.Cyn. & Alber. in dicta l.illud. C. de ſacroſanct. eccl.& illos videtur ſequi Bald.in auth.ſimiliter.poſt princ.C.ad leg.Falcid. Paul.Caſt. in l.decernimus.C.de ſacroſanct.eccl.In qua etiam ſententia fuit Bald.in l.cùm hi.in vlt. lectu. col.j.ff.de tranſact. & dicto conſi.lxxxv.lib.v.Panorm.in ſupraſcriptione prooemij Decretalium, in vlt. col. & ibi Fely.col.vij.verſ.& ex iſto.vbi hoc dicit valde ſing.& idem Panorm. conſil. lxiij. quædam domina. col. vlt. lib.ij.Card. Alex. in c.Conſtantinus.col.iiij.xcvj.diſt.Et in hanc partem optimè facit,quod in dote mulieri abſenti,ex contractu inter alios inito, ius & actio quæritur,per l.j.§.accedit.C.de rei vxo.actio.& in l.vlt.in prin.C.de iure dotium.Quibus iuribus ſubnixi id voluerunt Bart. conſ. 123. factum ſic ſe habet Titius,col.ij.Pau.Caſtr.conſi.xcij.quòd præfata ſententia,li.ij.Alex. in l.admonendi.col.xiiij.ff.de iureiuran.& conſi.iiij.videretur,col.vij.lib.ij.& latè Philip.Dec.conſi.xxxv.pręſtantiſsime doctor,poſt princ.At dos eſt pia cauſa,vt poſteà dicemus, & dotis priuilegia certis piis cauſis competunt,vt etiam dicemus infrà.

*Donatio facta pauperibus requirit præſentiam eorum. Secus in voto.*

2 ¶Contrarium tamen in pia cauſa voluit gloſſ.ordi.in l.illud.in verbo,alia cauſa,in fi.C.de ſacroſan. eccl.quæ dicit,quòd ad hoc vt valeat donatio,vel promiſsio facta pauperibus, debent ipſi pauperes eſſe præſentes per ſe,vel per alium.quam ibi ſequuntur Gulie.Bart.& Bal.& Pau.Caſtr.Niſi tamen in voto,per l.ij.extrà de voto.& per totum tit.illos tamen vide omninò,& idem quoque voluit Ioa. And.in addit.Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc verò aliqua.verſ. ſed an pauperes. & Socin. in l. Paulus.ff.de except.Stepha.Bertran.conſi.ccviij.Chriſti,&c.viſo conſultationis themate,nume.v. lib. ij. Iaſ.in l.qui Romę.§.Flauius.col.x.verſ.ſed aduerte.ff.de verb.oblig.ſed vtcunque ſit,ſi aliquis aliquid poneret in templo ad ornatum ipſius,valeret donatio etiam nemine recipiente,per tex. in d. l. Paulus.& ibi not.ipſe Socin.& in l.is qui puteum.§.j.ff.quod vi aut clam.

CENTESIMVMDECIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Confeßio in fauorem piæ cauſæ facta propter abſentiam partium non reuocatur.*

*Cõfeßio facta parte abſente nihil probat.*

CEnteſimodecimoſexto.Simile quoque eſt,quòd licèt non valeat, nec probet confeſsio facta abſente parte,l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.l.vlt.& ibi gloſ.ff.de interrog.actio. & gloſ.in l.cùm de indebito.§.vlt.ff.de probationib.cum concordan.fallit tamen in confeſſione facta in fauorem piæ cauſæ,vt videtur voluiſſe Bald.in l.generaliter,in x. quæſt. & ibi Salyc. in xiij.quæſt.C.de non nume.pec.& expreſsiùs idem Bald.in dicta authen.ſimiliter,in prin.C.ad leg. Falcid.& Anton.in dicto cap.ſi cautio.& ibi Felyn.colum.viij.verſi.fallit ſecundò,vbi multa aggregat de fide inſtrumen.& Corn.dicto conſi.ccxv.col.ij.in fi.lib.ij.Et facit quod voluit Bal.in l.rationes.col.ij.C.de prob.quòd confeſsio facta in foro pœnitentiali,in abſentia partium valet, nec reuocari poteſt,per tex.in c.quanquam,de vſur.& glo.in dicto c.quoties cordis oculus.j.q.vij.quod dictũ reputat ſing.dicitque nuſquam alibi reperiri,in l.tale pactum.in princ.col.ij.verſ.ſexto.ff.de pact. Et quod generaliter voluerunt Ant.Card.Florent.& Imol.in dicta l.ſi cautio, quòd vbi debet ſeruari æquitas iuris Canonici,confeſsio facta parte abſente,habet effectum plenæ probationis, per not. in d.c.quoties cordis oculus.j.q.vij.& idem voluit Domi. in c.teſtes.§. de his.iij. q.ix. & Alexand. qui hoc dicit ſing. conſi. xv. viſa ſcriptura,colum.ij. lib.vij.& conſi.cxxij.viſo proceſſu.col.ij.bene dicit, eod.lib.vij.

*Aut in foro pœnitentiali.*

CENTESIMVMDECIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Confeßio facta ad exonerandam conſcientiam,etiam parte abſente,habet vim debiti confeſſati, tanquam parte præſente fuiſſet acceptatum.*

*Relictum pauperibus pro exoneranda cõſcientia,non poteſt reuocari.*

*Cõfeßio facta à teſtatore in teſtamento.*

CEnteſimodecimoſeptimò,hoc confirmat dictum not. Angel. in aliquibus ſuis reportatis antiquis,in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de legat.iij.quòd relictum factum pauperibus pro exoneranda conſcientia,non poteſt reuocari:quia habet vim debiti confeſſati, tanquàm fuerit parte præſente acceptatum,quod dictum pro ſing.ſequitur Barb.in repe. l.cùm acutiſsimi.char.pen.verſ.quid ſi teſtator.C.de fideic.& Catel. Cotta in memoriali,incip. abſenti poteſt acquiri.& iterum in memoriali,cuius eſt initium,apices iuris.Sed ante Angel. idem voluit Bald.in l.generaliter.in x.q.C.de non nume.pecu.id quod maximè notandum eſt ad limitationem eorum,quæ regulariter diximus,confeſsionem factam in teſtamento, poſſe à teſtatore quandocunque reuocari,nec hoc caſu probare,per l.Lucius.§.quiſquis mihi hæres erit. huius initij ij. ff. de leg.ij.& l.Lucius.§.Semproniæ mulieri meæ.ff.de leg.iij.l.Aurelius.§.vlt.ff.de liber.leg. & l.iij. in fi.cum l.ſeq.ff.de adim.leg.cum ſimil. vt videlicet, id non procedat in confeſsione facta ad exonerandam conſcientiam.Verùm etiam in hoc caſu contrarium expreſsè tenuit Bart.in d.§.codicillis. Cyn.in d.l.generaliter.in x.q.C.de non nume.pec.& Bal.ſibi contrarius, in l.rationes. in ij.q. C. de prob.

prob.& in repet.l.j.col.pen.verſ.ſuper nona quæſtione.C.de ſacroſan. eccl.Iaco.Bel.in auth.de iure-iur.à mori.præſti.vide Bald.in l.vlt.C.ſi à non compe.iudi.& conſ.cclxij.ſuadeo hæredi.li.3. & Ang. ſibi etiam contrarius in l.j.C.de fal.cau.adiec.leg.& Lanfranc.Oria.in rep.c.quoniam. de probatio.

### CENTESIMVMDECIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Fauorabilior eſt cauſa liberorum quàm eccleſiæ.*

1 *Natiuitate filiorum reuocatur donatio facta à patre.*

CEnteſimodecimooctauò,licèt aliàs reuocetur donatio,ſi is qui donauit, cùm filios non haberet,poſtea filios ſuſcepit,per illam ſing.l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.tamen donatio facta piæ cauſæ non per hoc reuocatur,niſi vſque ad legitimam,vt voluit prima gloſ. not.in c.quicunque vlt.xvij.q.iiij.quam ſequitur & commendat Bart. in l. Titia Seio. §. Imperator.col.ij.ff.de lega.ij.Bald.Ang.& Salyc.in l.j.C.de inoffi.donat.Imo.& Panorm.in c.vlt.de donat.Rom.qui illam glo.dicit ſing.dicta regula cccx.in viij.priuilegio, Corne. conſ. ij. in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.iij & conſi.ccc.in hac conſultatione,col.ij.lib.iiij.Barb.in repet. l. cùm acutiſsimi.col.ij.verſ.reſtat nunc examinare.C.de fideicom.& Iaſ.in auth.ſi qua mulier, col.j. C. de ſacroſanct.eccl.& Fely.in c.in præſentia.col.xxij.verſ.quartò quæro,de probatio.& Corſe.in ſuis ſing. in verbo,donatio.incip.licet donatio.

2 *Contrarium aſſerentes. Quod honeſtum,id neceſſariò obſeruandum.*

¶Verùm contrarium ſentit glo.in c.ſi quis iraſcitur, xiij.q.ij.cùm dicit hoc caſu honeſtum eſſe, vt eccleſia reddat bona ſibi donata,per tex.in dicto cap.vlt.xvij. q.4. Nam ſi id honeſtum eſt, haud dubiè neceſſariò obſeruandum,per l.ſemper in contractibus.& quod ibi not.gloſſ. ff. de reg. iur. & maximè quidem ab eccleſia, per not. per gloſſ.in c.hoc ius porrectum.xij.q.ij.iuncta glo. in dicta l.ſemper, & per Ioan.And.in cap.continebatur,de his quæ fiunt à prælat.Et hanc partem expreſsè videtur ſequi Bald.in dicta auth.ſi qua mulier.col.ij.in iij.not.Cogita & vide quæ diximus ſuprà in xiiij.priuilegio.

### CENTESIMVMDECIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Falſa opinione ſolutum pietatis cauſa,tanquam indebitum,repeti non poteſt.*

*Intuitu pietatis conceſſa ſunt irreuocabilia.*

CEnteſimodecimonò,generaliùs,quæ intuitu pietatis conceduntur,ſunt irreuocabilia, vt dicit Signo.conſi.xxvj.quæſtio talis eſt,vtrùm donatio.col.ij.verſ.præterea quod intuitu. per tex.in l.cùm is.§.ſi in ea opinione ſit mulier.ff.de condict.indeb.& l.ex duobus. §. vlt. & l.Neſennius.ff.de neg.geſt.& l.alimenta.C.eo.tit.

### CENTESIMVMVICESIMVM PRIVILEGIVM.

*Res ab adminiſtratore comparata ex pecunia eccleſiæ,fauore piæ cauſæ,cenſetur eccleſiæ.*

1 *Res empta ex pecunia mea, non eſt mea.*

CEnteſimouiceſimò,licèt regulariter res empta ex pecunia mea,non ſit mea,l.ſi ea. C. de rei vend.& l.ſi patruus.C.commu.vtriuſque iud.& l.j.C.ſi quis alte.vel ſibi.& l.& ſi de tua.C.de dona.inter vir.& vxo.fallit tamen in re empta ex pecunia eccleſiæ, & ſic piæ cauſæ, vt voluit gloſſ. in l.ſi vt proponis, & ibi doctores. C.de rei vend.& in l.iij. C.arb.tutel.& glo.in c.inquirendum.& ibi Inno. Hoſt.Ioan. And. Panorm. & omnes, extrà,de pec.cler.& gloſ.in c.apoſtolicos.xij.q.ij.& Spec.tit.de emp.& vend.§.tertio loco.verſi. hoc autem ſcias,& Rom.in dicta auth.ſimiliter.in decimo ſpeciali,qui hoc dicit ſatis probari per tex.in c.j.& ſeq.ab hinc.xiiij.q.iiij.& in c.fixum clerici.xij.q.v.licèt Hoſt.& Ioan. And. in dicto c. iudicandum,dixiſſent id nullo textu probari.

2 *Secus in re empta ex pecunia eccleſiæ.*

¶Quod tamen intellige,quando res empta eſt ab adminiſtratore ipſius eccleſiæ,aut piæ cauſæ, ſecus ſi ab alio,quia tunc non eſſet ipſius eccleſiæ,aut piæ cauſæ,quod ex ſua pecunia eſſet emptum: ſicut nec pupilli eſſet,quod ab extraneo eſſet eius pecunia emptũ.Ita voluit Iaco.Aret.Bar.Bal.Pau. Caſt.& omnes in d.l.ſi vt proponis.per rationes & iura ibi per eos allegata, quæ tu videre poteris.

### CENTESIMVMVICESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*In fauorem eccleſiæ ſolo cedit edificatio.*

*Quicquid ſolo inædificatur ſolo cedit.*

CEnteſimouiceſimoprimò generale eſt,quòd aliàs ædificium in alterius ſolo factum,ipſi ſolo cedit.§.cùm in ſuo,Inſtit.de rer.diuiſ.tamen ſi quis clericus ex pecunia eccleſię in ſuo fundo ædificet,tantum abeſt,vt id ædificium ſolo cedat, verùm è diuerſo cedit ſolum ædificio, & ſic vtrunque,& ſolum, & ædificium eccleſiæ.Ita voluit glo.no.in d.c.apoſtolicos.in verbo, conſtruxiſſe,xij.q.ij.quam ſequitur Spec.in tit.de emp.& vend.§.tertio loco.verſ.quid ſi clericus.& Bald. in l.in tantum.ff.de rer.diuiſ.& Bart.qui illam dicit ſingul.in addit.ad Bald.in c.j.§.& quia vidimus.col. vj.tit.de his qui feu.dare poſſ.vbi tamen illam intelligit,modò eccleſia ſoluat pretiũ fundi,& in c. cùm olim.col.iij.ff.de offi.deleg.& in c.inquirendum.col.ij.de pecul.cler.& in tract.de præſtan.Car. in 3.q.col.xv.Sed & Ioan.And.in addit.Spec.vbi ſuprà, dicit illud dictum gloſſ. non bene probari, nec ibi,nec alibi,& potius videri,quòd res maneat communis pro rata,nec locupletetur eccleſia cũ aliena iactura,c.locupletari,de reg.iur.lib.vj.cum ſimil. ne fauor eccleſiæ iniuſtitiam pariat.c.nuper. de dona.inter vir.& vxo.& facit c.generalis.liiij.diſt.& c.fraternitatis.xij.q.ij. Sufficit ergo (inquit) eccleſiæ,quòd ob eius fauorem,ædificium ſolo non cedat,& ſic vitet damnum quod aliàs incurreret.Et hoc ſequitur Rom.in d.auth.ſimiliter,in vndecimo ſpeciali contractuum. Idem tamen in vltimo ſpeciali dicit,quòd d.gl.poſſet ſaluari in caſu c.quæſitum eſt,xvij.q. iiij.

*Modò eccleſia ſoluat pretiũ fundi.*

### CENTESIMVMVICESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Obligatus ad faciendum fauore piæ cauſæ,præſtando id quod intereſt liberatur.*

Centeſi



*Nemo præciſè tenetur ad factum.*

CEnteſimouiceſimoſecundò, licèt præciſè quis non poſsit cogi ad factum, ſed liberetur præſtando id quod intereſt,l.ſi quis ab alio.in fi.ff.de re iudic.& l.ſtipulationes non diuiduntur.verſi.Celſus.ff.de verb.oblig.fallit tamen fauore piæ cauſæ, per text.loquentem in libertate,in l.qui Romæ.§.Flauius.& ibi Raph.Cuma.Pau.Caſtren.Franc.Aret.Socin. & Iaſ.ff.de verbor.obligat.

### CENTESIMVMVICESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Iure Digeſtorum nudo pacto facta donatio ad pias cauſas valebat.*

*Stipulatio neceſſaria in donatione.*

CEnteſimouiceſimotertiò,licèt olim de iure ſcilicet Digeſtorum, non valeret donatio nudo pacto facta,ſed requirebatur ſtipulatio.l.ſi quis argentum.§.ſin autem. C. de donat. tamen valebat ad pias cauſas,l.ſi tibi dederim,in princ. ff. de donat. quam ad hoc citat Bald.in l.ſi quis argentum.§.ſin autem.C.eo.tit.

### CENTESIMVMVICESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Donationes ad pias cauſas factæ, quamuis excedant ſummam quingentorum aureorum,non requirunt actorum confectiones.*

*Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuatur.*

CEnteſimouiceſimoquartò,licèt aliàs donatio excedens ſummam quinquagentorum aureorum,debeat inſinuari,vt not.glo.in l.ſancimus.& l.penu.C.de donatio. fallit tamen in donatione facta piæ cauſæ.Et id quidem indubitatum eſt in donatione facta pro redemptione captiuorum,per tex.expreſſum in l.pen.in prin.C.eod.tit.Sed & idem in omni pia cauſa tenuit Spec.in titu.de inſtru.edit.§.porrò.verſic.item nota quòd donationes.per text.in l.illud. C.de ſacroſanct.eccleſ.& in §.ſinimus ergo.& in auth.de non alie.rebus eccleſ.quod & tenuit Pileus quæſtio.cxxiij.quem refert Ioan.And.in addit.Spec.vbi ſuprà,motus quòd quemadmodum videtur donatio facta finiri ſine inſinuatione,per dictam l.ſancimus,& authen.ibi poſitam,ita etiam facta eccleſiæ,aut loco religioſo:cùm non differant imperium,& ſacerdotium,per iura quæ allegat.Et hanc quoque partem ſequitur Ioan.And.in c.in præſentia.col.vlt.de probatio.Albert.& Bart.in d.l.illud, & ibi Alex.in addit.ipſius Bart.C.de ſacroſanct.eccl.per dictam l.pen.C.de donatio.Hoſtien. Ioan. And.& Anto.in c.vlt.de fide inſtru.idem Hoſtien.in ſumma titu.de dona.§.quæ donatio.Bald. in l. conſulta,in fin.C.de teſtam.Ioan.Calde.conſi.iij.ſub rub.de donatio.Roman.in l. Modeſtinus.ff. de donatio.Panor.in c.relatum.huius initij primo.col.j.de teſtam.Cuma.conſi.cv. quædã domina Lucia,col.pen.verſi.ſupereſt videre.Pau.Caſt.conſi.ccxij.omiſſo ordine,col.2.verſi. præterea donatio, lib.2.Matheſil.qui hoc dicit procedere de iure Canonico,quod dicit eſſe vbique obſeruandum, licèt lex Ciuilis aliter diſponat,notabili clxx.nota quòd leges.& Franc.Aret.in l.j.col.j.in xj. priuilegio.C.de ſacroſanct.eccle.Soci.conſi.cxv.videbatur prima conſideratione,col.ij.verſi. nec obſtat ſi dicatur.lib.4.Feli.poſt Anto.& alios in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xxx.de conſtitut.& Calca.conſi. xiij.pro parte negatiua.col.3.verſi.decimotertiò idem videmus.vbi & ipſe allegat text.in l.vlt. C.de iure dot.& Iaſ.in l.j.col.pen.verſi.vlt.ff.ſolu.matri.& Franc.Ripa.lib.3.Reſpon.c. xj. prima dubitatio, paulò ante finem. Sed contrarium voluit glo.in d.l.illud.& ibi Pet.Guliel.Cyn. Bald.in iij. quæſt.& Pau.Caſt.per tex.ibi,C.de ſacroſanct.eccl.gl.in d.l.ſancimus.in verbo,ad quingentorum, & ibi Bal. col.ij.C.de donatio.& gloſſ.in d.§.ſinimus ergo,in verbo,firma.in auth.de non alie.Raphaël Cuma. conſil.xxviij.de fundo dato,col.vlt.Barbat.conſil.lxv.referam in medium,col.x.lib.4. Maria. in tractatu ſuo oblationum,in nono libello,quæſt.vj.

### CENTESIMVMVICESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Conditio indebiti non competit ob indebitum ſolutum piæ cauſæ.*

*Fauore dotis indebitum ſolutum non repetitur.*

CEnteſimouiceſimoquintò,fauore piæ cauſæ indebitum ſolutum non repetitur, per textum loquentem in dote in l.cùm is.§.ſi in ea.ff.de condic.indebit.& meliùs in §.vlt.Inſtit. de obligat.quæ ex quaſi contract.naſcun.& ita voluit Bald.in l.ea quæ.C.de condict.indeb.& ita conſuluit Roma.conſi.ccccxxviij.in terminis propoſitæ conſultationis,in fine primi dubij. Et facit tex.loquens de libertate in l.quamuis.C.de fideicom.liber. quam & Bal.ibi, in j.not.extendit ad aliam quamuis piam cauſam.

### CENTESIMVMVICESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*In dubio titulum piæ cauſæ præſumendum eſt priorem fuiſſe quouis alio.*

*Propter incertitudinẽ utrunque inſtrumentum uitiatur.*

CEnteſimouiceſimoſextò,ſi reperiantur duo inſtrumenta eodem die confecta, nec conſtet vtrum illorum ſit prius, poſteriúſ ve, licèt aliàs vtrunque vitietur ſecundùm Dyn.& Bart.in l.j.§.non autem omnes tabulas.in fin.ff.de bon.poſſeſſ.ſecund.tabu.Cyn.poſt Petrum in l.hac conſultiſsima.§.ſin autem.in fi.C.de teſta.cum ſimil.præſumitur tamen inſtrumentum factum in fauorem piæ cauſæ fuiſſe prius confectum, vt potius ſit ius ipſius piæ cauſæ, vt voluit notabiliter Roman.in d.auth.ſimiliter.in xiij.ſpeciali inter contractus. vbi refert ſingulariter conſuluiſſe Franc.Aretin.ſeniorem,quòd agens hypothecaria ad rem aliquam,quam dicit fuiſſe debitorum,debeat probare ſuam bonorum obligationem pręceſsiſſe donationem de ea re factam reo conuento,per tex.notab.in l.de rebus.C.de donat.ante nupt.Verùm in fauorem piæ cauſæ præſumendum eſt in dubio ſuum titulum eſſe priorem altero,per tex.ſingu.loquentem in fiſco.l.j.& ibi Bart.C.de iure fiſci.lib.x.nam pia cauſa,& fiſcus æquiparantur.l.vlt.C.de ſacroſan.eccl.&.§.ſinimus ergo. in authenti.de non alien.ex quo ſumitur authen.ſicut alienatio. C.de ſacroſanct.eccle.cum ſimilibus alibi adductis.& hoc ſequuntur Soci.Iaſon, Aquen.& Thom.Parp.in l.j.in prin.ff.ſolu. ma-

trimo.Soci.conſi.lxvij.eadem die,col.v.verſi.confirmatur hoc fundamentum. & Iaſon qui hoc dicit ſing.in l.vlt.col.pen.& ibi etiam Phil.Dec.col.vlt.C.de edicto diui Adria.tollen. & hoc quoque voluit Ioan.Pla.in d.l.j.C.de iure fiſci.& Phil.Dec.in l.in ambiguis.ff.de reg.iur. Et facit quod poſt Dy. voluit Bar.& omnes poſt eum in d.l.j.ff. ſolu. matri. quòd etiam in dubio inſtrumentum dotis præſumitur cætera præcedere,quod & voluerunt Dyn.& Bald.in l.in ambiguis.per illum tex.ff. de iure dot. quia ſi hoc in dote procedit, multò fortiùs in pia cauſa, quæ fauorabilior eſt,vt alibi diximus. Quin illud in dote adeò procedit, vt etiam præferatur inſtrumento fiſci eodem die confecto, cùm de tempore non conſtat,vt voluit Bal.in l.dotis.C.de iure dot.& in l.ad exactionem. C. de do. promiſſ.& Nicol.in l.quanuis.C.de priuileg.fiſci.

CENTESIMVMVICESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Inſtrumenta inuicem pugnantia, in commodum piæ cauſæ interpretanda ſunt.*

*Inſtrumēta ſibi inuicem contraria.*

CEnteſimouiceſimoſeptimo,ex eodem fonte manat, quòd ſi reperiantur duo inſtrumenta inuicem pugnantia, vt quia vnum atteſtatur Titium tali die & tali loco id feciſſe, alterum eodem die,ſed alio loco ita remoto,vt in eodem die eſſe non potuiſſet in vtroque, ignoratúrque vtrum ſit verum an falſum,ſtandum eſt ei,quod eſt in commodum piæ cauſæ, & rei fauorabilis,vt voluerunt Cyn.& Ray.in l.optimam.C.de contrahend. & commit. ſtipul. Cyn. in l. in exercendis.in 2.quæſt.C.de fide inſtrumen.Ioan.Andr.Anto.& Panorm.in c.imputari.eod.tit.Alexand. conſi.cxc.plura narrata ſunt.col.iiij.verſi.ſecundò reſpondeo.lib.vj.per l.in ambiguis.& l.libertas.de regu.iur.cum ſimilibus.

CENTESIMVMVICESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Donatio aliàs prohibita ſumit effectum,ſi conuertatur in piam cauſam.*

*Donatio inter uirum & uxorē ad pias cauſas facta ualet.*

CEnteſimouiceſimooctauò,licèt aliàs non valeat donatio inter virum & vxorem, toto tit. C.& ff.de donatio.inter virum & vxor.fallit tamen,ſi fiat vt conuertatur in piam cauſam: vt per text.in l.ſi ſponſus.§.conceſſa.ff.eod.titu. voluit Guliel.Cu.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiurand.Bart.in l. Seius & Agerius.ff. ad legem Falcid.Alexand. conſi.clij.in cauſa & lite.verſi.tertiò licèt aliàs.lib.2.

CENTESIMVMVICESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Pater non prohibetur filio donare ad pias cauſas.*

*Donatio inter patrem & filiū inualida.*

CEnteſimouiceſimononò,ſimiliter licèt non valeat donatio inter patrem & filium,l.donationes.C.de donatio.inter virum & vxo.cum ſimilibus.fallit tamen fauore piæ cauſæ,per textum loquentem in cauſa dotis, in l. Pomponius Philadelphus.ff.famil.erciſc.quam ad omnem cauſam piam trahit Calca.conſ.xiij.verſic. pro parte negatiua.colum. iiij. verſic. ſed quædam cauſa.

CENTESIMVMTRIGESIMVM PRIVILEGIVM.

*In generali prohibitione alienationis ſemper intelligitur excepta pia cauſa.*

*Generaliter prohibita donatione, non cenſetur prohibita ad pias cauſas.*

CEnteſimotrigeſimò,non tantùm eo caſu,ſed & aliàs prohibita generaliter donatione,vel à teſtatore, vel à contrahentibus, non cenſetur tamen prohibita in fauorem piæ cauſæ. Ita referunt Roma.Socin.& Calca. quibus locis ſtatim citabimus voluiſſe Bald.licèt non inuenerim in meo codice,in l.ſi ſponſus.§.conceſſa.per illum tex.ff.de donat.inter virum & vxorem.ſequitur ſimiliter Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua,col.iij.verſi.ſextum quia in diſpoſitione.vbi & ad hoc allegat auth.res quæ. C. communia de lega.& in c.j.§.ſi verò de allodiis.titu.de pace iur.fir.vbi & addit hanc rationem, quia in huiuſmodi generali prohibitione videtur excepta perſona Dei:ſicuti in generali ſacramento fidelitatis intelligitur etiam excepta perſona Imperatoris.c.ij.titu.de prohibi.feud.alie.Verùm Roma.in d.auth.ſimiliter.in xv.ſpeciali,inter contractus.dicit hoc eſſe falſum in cap.j.§.donare.titu.quibus modis feud.alie.poſſ.& in dicto c.ij. ad princip.titu. de prohib.feud.alien.per Feder. vbi generalis prohibitio de non alienando feudum, includit etiam prohibitionem alienationis pro anima.Nec obſt. d. §. conceſſa. vbi dicitur quòd vir poteſt donare vxori,& econtrà vxor viro cauſa ſepulturæ:quia illud non eſt ratione piæ cauſæ,ſed quia(vt dicit is tex.expreſsim)ceſſat ratio prohibitionis,cùm ex ea donatione is cui donatur,non ſit locupletior.

CENTESIMVMTRIGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Pignus alienatum ad pias cauſas,ſciente & tacente creditore,cenſetur ab eodem remiſſum.*

*Qui tacet & patitur, non uidetur conſentire in ſuum præiudicium.*

CEnteſimotrigeſimoprimò, licèt aliàs qui tacet,& patitur, non videatur conſentire in his quæ præiudicium afferunt,& incommodum,vt nota.in l.filiusfamiliàs.§.inuitus. ff.de procura.cum ſimilibus,& propterea creditor per taciturnitatem non videatur cōſentire alienationi rei ſibi obligatæ,quin poſsit pignus proſequi,l.ſicut.§.non videtur.ff.quibus modis pignus vel hypo.ſoluit.fallit tamen fauore piæ cauſæ.Verbi gratia,ſi quis præſente,& tacente creditore donaret fundum obligatum pio loco,cenſetur pignus remiſſum.text.eſt in libertate loquens in l.j.C.de remiſſ.pigno.quem Baldus ibi extendit ad omnem piam cauſam. & ſequuntur Roman. & Alexan.ille col.vlt.hic col.viij.in l.quæ dotis.ff.ſolut. matrimo.& voluit etiam Ioan. And.in regula, qui tacet. de reg.iur.lib.vj.Panor.in c.nónne.de præſumpt.Roman. conſil. cccxj.in cauſa propoſitæ conſulta



conſultationis.verſi.in decimo dubio.Soci.conſ.ccxcj.viſis literis.col.7.verſ. præterea hanc partem. lib.2.& Phil.Dec.conſi.lxvj.de duobus quæritur,col.pen.pro quibus bene facit text.in authen.ſi ſeruus ſciente domino,vbi etiam id not.Bald.C.de epiſc.& cler.& in c.ſi ſeruus abſente.cum ſeq. ſi ſeruus ſciente.liiij. diſtin. Et quod in ſimili dicitur de fiſco,in l.ſi hypothecas.C.de remiſſ.pig. Et vide quod ſcribit Philip.Dec.in c.ſuper eo.col.antepenul.verſi.ſed ad iſta reſponderi poteſt, iunctis præcedentibus.de offic.deleg.

CENTESIMVMTRIGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Mandatum factum piæ cauſæ,durat re integra,etiam poſt mortem mandantis:nec poteſt illius hæres reuocare, cùm non appareat mutatam voluntatem.*

*Mandatum re integra morte mandantis finitur.*

CEnteſimotrigeſimoſecundò, licèt aliàs mandatum re integra morte mandantis finiatur,l. mandatum.C.mand.cum ſi.fallit in mandato facto piæ cauſæ, quod nec re integra finitur morte mandantis,nec poteſt illius hæres reuocare, vt not. voluit Bald.in auth. ſi qua mulier.col.vlt.verſi.quartò no.C.de ſacroſanct.eccle.per tex.quem dicit ſingul.in cle.exiit.§.in eo verò caſu.de verb.ſignifi.& idem Bald.qui hoc dicit no.dignum in d.l.mandatum.col.3.verſi.ſed contra hoc op.& ibi Saly.col.6.in xiij.op.C.mand.vterque per tex.loquentem in dote, in l.ſi ego Seiæ res dedero.§.j.ff.de iur.do.& idem Bald.in l.cum magiſtratus.col.j.C.quand.prouo.non eſt neceſſ.per c. vlt.de teſtam.lib.6.& ipſe Bald.in l.ſi defunctus.in fi.ff.de procur.Ro.in l.2.ff.ſol.mat.& in d.authen. ſimiliter.in xvij.ſpeciali,inter contractus,non per text.allegatos & per Bald.in prioribus locis, quos nititur probare,nihil ad hoc facere,ſed per tex.loquentem in libertate,in l.ſi pater filio. ff. de manu. vindict.& idem Rom.conſi.cxix.in prima concluſione,vbi ad hoc dicit ſing.text.in d. cle.exiit.quo loco ſuprà citauimus.& Alex.in addi.Bart.in l.2.§.ſed ſi quis donaturus.ff.de donatio. & Iaſon in l. eius qui in prouincia.in verſi.placebat.col.j.verſi.iſtam regulam.ff.ſi certum peta.vbi & facit ſingul. textum in dicta clem.exiit.illum autem textum in d.l.ſi ego.§.j.dicit ſingu.Bal.in cap.cùm veniſſet. de teſta.ſuper quibus vide omnino Iaſ.in d.l.eius qui.verſi.placebat.col.j.

CENTESIMVMTRIGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Pœnitentia non habet locum in contractibus ad pias cauſas,etiam re integra.Secus tamen in libertate.*

*In cōtractibus innominatis re integra locus eſt pœnitentiæ.*

CEnteſimotrigeſimotertiò, licèt in contractibus innominatis re integra ſit locus pœnitentiæ,l.ſi pecuniam.ff.de condictio.ob cauſam.cum ſimilib.in celebratis tamen ad pias cauſas non habet locum pœnitentia,etiam re integra.vt voluit Bald.qui dicit not.in l. ſicut.in fi.C.de actio.& oblig.& per tex.in l.ſi quis pro redemptione.C.de donatio.& per id quod in ſimili dicitur,quòd etiam fauore dotis non habet hoc caſu locum pœnitentia,per text.in l.ſi ego.§.j.ff.de iure dot.Id quod etiam voluit Bald.per tex.poſtremo loco allegatum in d.l.mandatum.col.3.verſi.ſed contra hanc op.& ibi quoque Saly.col.vj.xiij.oppo.C.mand.& Alex.in l.qui Romæ.§.Flauius.col.7.ff.de verb.oblig.& Socin.vbi ſuprà,in xvij.priuilegio.Et illud de dote etiam per illum textum voluit Bar.in l.2.§.ſi pecuniam.ff.de donatio.& in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum quis.ff.de condict.ob cau.& Roma.in l.j.ff.ſolu.matri.Verùm contrarium apertè ſentit in d.l.qui Romæ.§.Flauius.in exemplo per eum ibi poſito,& apertius Franc.Aret.ibi,& Roma.in repet.dictæ auth. ſimiliter,in xviij.ſpeciali contractuum.dicit enim quòd is qui contraxit,poterit pœnitere, per textum loquentem in libertate,& ita in pia cauſa,in l.dedi.§.idem erit.ff.de condictio.ob cauſam.& iterum in d.l.ſi pecuniam.§.item ſi quis dederit.ff.eod.tit.in quibus locis idem quoque tenet ipſe Roman.Nec obſtat(inquit)dicta l.ſi quis pro redemptione. nam is textus ſolùm denegat repetitionem eius quod fuerat donatum,propterea quòd diceretur non fuiſſe donationem inſinuatam,quia excederet ſummam quingentorum aureorum:at non denegat pœnitentiam,quia de hoc ibi non agitur. Si verò is qui contraxit,mortuus eſt,& velit hæres ipſius reſilire, ſiue pœnitere, non poterit etiam re integra, quamuis defunctus potuiſſet.& ita loquitur d.l.ſi ego Seiæ.§.j.ff.de iure dot. Et ratio diuerſitatis eſt, quia ipſe hæres quantum maximè poteſt,debet & tenetur ſubuenire animæ ipſius defuncti,& ita ea perficere,& exequi quæ viuens ipſe ad pias cauſas pro ſua anima diſpoſuit.c.in literis. de raptorib.c. parochiano.de ſepult.hæc ferè Roma.cuius ſententiam ſequitur,licèt illius non meminerit,Lauren. Calca.conſi.xxxj.Antonius Pacolarius,col.5.verſi.quid igitur dicendum.vide omnino Iaſ.in d.l.dedi.§.idem erit.ff.de condict.ob cauſam.& in d.l.ſi pecuniam.in prin.col.j.verſi.quartò limita.eod.tit. vide etiam omnino Soci.in d.§.Flauius.col.5.& Iaſ.in d.§.idem erit,& Alex.in d.l.ſi pecuniā.col. xij.

*Qui cōtraxit, poteſt pœnitere, etiā quo ad libertatem.*

CENTESIMVMTRIGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Eccleſia,vel ciuitas,mutui donatione non obligatur, ſi in vtilitatem eius pecuniæ verſæ non ſint.*

*Mutuans inſtitori non tenetur probare uerſum in utilitatem domini.*

CEnteſimotrigeſimoquartò,licèt mutuans inſtitori non habeat neceſſe probare verſum in vtilitatem domini,l.vlt.ff.de exercit.fallit tamen in mutuante adminiſtratori eccleſiæ, ſiue piæ cauſæ,vt volunt doctores, idem quoque dicentes in mutuante adminiſtratori ciuitatis,in l.ciuitas.ff.ſi certum peta.Quod tamen limitat ſing.Bal.in rub.C.de exercit.col. pen.verſic.contrà videtur procedere, quando eccleſia vel ciuitas non exercet aliquam negotiationem: aliàs ſi exerceat per magiſtrum ſuum, vtetur iure communi.quam limitationem dicit ſingul. Alex.in d.l.ciuitas,col.pen.vbi eam tamen non putat veram,licèt Iaſon ibi,col.vlt.verſic.iſta limitatis,eam conetur approbare.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

CENTESIMVMTRIGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Donata ad certum pium vſum,ne authoritate quidem principis,poſſunt conuerti in alium.*

Donata ad certum uſum poſſunt à donatario in aliũ conuerti.

CEnteſimotrigeſimoquintò, licèt donata ad certum vſum poſsint à donatario in alium vſum conuerti,l.2.in fine,& l.ſeq.ff.de donatio.& l.ſi repetendi.C.de condictio. ob cauſam.& l.ſed ſi vir.§.vlt.& l.ſeq.ff.de donatio.inter virum & vxor.fallit tamen in donatis ad certum pium vſum,quia non poteſt in alium conuerti,per tex.in l.pen.& ibi Bal.qui hoc expreſsè not.& dicit ſpeciale in pia cauſa,C.de donatio.& in clemen.quia contingit. de religioſis domib.& voluit Baldus,qui & hoc negat poſſe fieri authoritate principis,conſil.clxxxiij.factum proponitur.poſt principium,lib.j.vbi & ad hoc alia iura allegat,& conſil.cxviij.caſus ſub tali forma.col.3.verſi.ſuper quinto puncto,lib.5.& Panor.conſi.xcix.quidam condidit teſtamentum,col.2.verſ. moueor decimò,lib.2.tamen excepit authoritatem ſummi Pontificis,& Pau.Caſt.conſi.clxxxvij.ſuper primo quæſito reſpondeo,in prin.lib.j.vbi etiam excepit authoritatem ſummi Pontificis:& Benedict.Capra.conſi.cxxj.punctus fuit,quidam teſtator.Tu tamen omninò vide Bartol.in l. pater.§. Tuſculanus.ff.de lega.3.& in l.legatum.ff.de vſufruct.lega.& Bald.conſil. ccccxv. viſa ſubſtitutione, ante fi.lib.4.& Panor.in c.nos quidem.col.vlt.& ibi Cardi. & alios,de teſtam.Rom.ſing.cccclxxvij. legatum factum.vide eundem Roma.conſi.xlix.verſi.quò ad tertium.

CENTESIMVMTRIGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Pactum non excludit eum à ſacrilegio, qui rem ipſius eccleſiæ propria authoritate occupat.*

Niſi rem ipſius eccleſiæ occuparet.

CEnteſimotrigeſimoſextò,licèt valeat pactum vt creditor poſsit propria authoritate poſſeſsionem hypothecatam ingredi,per l.3.C.de pignor. fallit tamen ſi res ipſa ſit eccleſiæ: neq; enim hoc caſu pactum excuſaret eum, qui rem ipſius eccleſiæ propria authoritate occuparet,quum in ſacrilegium incurrerit, per textum in c. nulli liceat.xij. quæſt.ij.per quem ita dicit Innocen.in cap.verum.de foro competen.Sed Hoſtienſ.ibi tenet contrarium. Sed tu omninò ſuper hoc vide Anto.& Panorm.in dicto cap.verum.vbi multifariam in ea re diſtinguit,& Roman.multa quoque ſuper hoc differentem in dicta authen.ſimiliter,in xix.ſpeciali, inter contractus.C.ad legem Falcid.

CENTESIMVMTRIGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Non malè infertur ab alienatione rerum eccleſiæ ad alienationem rerum piæ cauſæ.*

Eadem requiritur ſolennitas in alienatione rerũ piæ cauſæ,quæ in alienatione rerum eccleſiæ.

CEnteſimotrigeſimoſeptimò,in alienatione rerum piæ cauſæ eadem ſolẽnitas requiritur, quæ in alienatione rerum eccleſiæ.Ita voluerunt Hoſt.Ioan.Andr. Anto.Imol.& Panor. qui hoc dicit ſemper eſſe notandum,& Barba.in cap.nulli.de reb.eccleſ.non alie.per tex. in §.quia verò.in auth.de non alien.qui eſt cano.in c.hoc ius porrectum.x.q.ij.Ange.in l. ij.C.de fide inſtru.Imol.Felin.& Pet.Anchar.conſi.cclxxiiij.ad declarationem dubij,col.j.Pau.Liaz. & alij poſt eum in cle.quia contingit.§.illud.de relig.domi.& Pau.Caſt.conſi.cclxix. dubitatur nunquid hoſpitale,col.j.lib.j.& conſi.xvj.incip.tale factum fuit,& iterum conſi.ccxcv.incipiente, propoſita mihi,& Philip.Franc.qui hoc dicit ſing.in c.j.col.ij.de rebus eccleſ.non alien.lib.vj. Qualiter tamen hoc intelligatur quantum ad bona hoſpitalium,videbis per Felin.in dicto c.de quarta.col.ij. de præſcrip.& Philip.Fran.vbi ſuprà.

CENTESIMVMTRIGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*Reſtitutio in integrum eodem modo competit piæ cauſæ,quo eccleſiæ.*

Eccleſia reſtituitur in integrum ratione læſionis.

CEnteſimotrigeſimooctauò,non diſsimile eſt præcedentibus,quòd ſicuti eccleſia reſtituitur in integrum ratione læſionis.c.j.& per totum tit.de integ.reſtitut.ita & pia cauſa,vt voluit Ioan.Andr.in c.j.& c.ij.& ibi Ioan.de Imol.& Domi.de integrum reſtitutio.lib.vj.& Petr. Anchar.in cap.nulli.de rebus eccleſ.non alienan.& Paulus, qui hoc quoque dicit eſſe ſemper menti tenendum,in dicto cap.nulli.in fi.& in cap.cùm eſſes,col.vlt.de teſtam. vbi hoc dicit ſing. & Franc. Aret.in l.j.col.vlt.in duodecimo priuilegio.C.de ſacroſanct.eccle. Et ita quoque voluerunt loquendo de hoſpitali,Innoc.Petr.Anchar.& Imol.in c.niſi eccleſiæ.de præb.Bal.& Pau.Caſt.in l.orphanotrophos,poſt prin.C.de epiſc.& cleric.Bald.conſi.cccclxv.in ciuitate Brixiæ,lib.j.& conſil.ccclxxxj. quæſtio ſubtilis eſt,col.j.lib.iij.Panorm.in c.j.aliàs ij.col.pen.& vet.de integ.reſti.aliàs de præſcrip. & Rom.conſi.ccccvij.cùm præſupponatur,poſt prin.

CENTESIMVMTRIGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Piæ cauſæ præſcribuntur tantùm ſpatio quadraginta annorum.*

Contra eccleſiam currit tãtũ præſcriptio quadraginta annorum.

CEnteſimotrigeſimononò,ſicuti contra eccleſiam non currit præſcriptio, niſi quadraginta annorum,per l.vlt.& auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ. ita nec etiam contra pias cauſas,per textum in §.cum temporibus.in auth.de eccleſ.tit.& voluit Bald.qui hoc dicit notab.& menti tenendum in d.auth.quas actiones.& in l.in genero.in fin.ff. de his qui not.infa.verſi.vltimò præmitto.Panorm.in c.de quarta.in vj.notab.& ibi latè Felin.col. j.& ij.de præſcrip.idem Panor.in c.accedentibus.in ſecundo not.de priuileg.& conſil.liiij. hoc capite factum ſuper quo,&c.col.ij.verſi.hoc tamen.lib.ij.vbi repræhendit Fede.qui conſ.cj.incip.vtiliter fuit.tenuit ſufficere poſſeſsionem triginta annorum, idem quoque tenuit Maria. qui alios quoque allegat in in tracta.de oblationibus,in 5.quæſtio.noui libelli.Iaſon in §.ex maleficiis,colum.xj.Inſtitu. de actio. Franc.Balb.in j.par.v.part.col.ij.verſi. amplia quartò.





CENTESIMVMQVADRAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Pia cauſa & eccleſia de iure æquiparantur,ac iiſdem gaudent priuilegiis.*

Quælibet pia cauſa eiſdem gaudet priuilegiis,quibus eccleſia.

CEnteſimoquadrageſimò , generaliter eiſdem gaudet priuilegiis quælibet cauſa pia, quibus & eccleſia,vt voluerunt Ioan.And.Pet.Ancha.& Domin.in dicto c.j.de in integr.reſtit.lib. vj.& Innoc.in c.relatum.de teſtamen.& ibi Panor.col.vlt.qui dicit huius eſſe rationem,quia eſt eadem vtriuſque ratio:nam eccleſia ſua priuilegia habet propter animam, & contemplationem Dei,& idem Panor.in dicto c.nulli.ante fin.de reb.eccleſ.non alien.vbi reddit etiam rationem,quia hæc duo,videlicet eccleſia & pia cauſa reperiuntur de iure æquiparata per cap.requiſiſti.§.ſecus autem.de teſtam.& facit c.xenodochus.cum c.ſeq.de religio.domib.& idem Panor.in c.j.de in integr. reſtitut.& in dicto c.accedentibus.de priuileg.& conſi.cij.circa perſonarum.col.vlt.verſi.& idem dicendum,lib.ij.& Petr.Ancha.in clem.cauſam.de electio.& in clem.diſpendioſam. de iudic. Barbat. latè in c.vlt.de teſtam.& Philip.Francus in dicto c. j. col.ij.de reb. eccleſ.non alienan.lib.vj.& bene facit tex.in l.priuilegia.& quod ibi notat Bart.C.de epiſc.& cleric.& ſcribitur in cap.ſciant cuncti.& in c.generali.poſt princip.de electio.lib.vj.& in cap.grandi.& ibi Petr.Ancha.Cardin.Floren.& alij de ſupplend.neglig.prælat.

CENTESIMVMQVADRAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*In piis cauſis & minorum perſona re ipſa & ex ſolo tempore tardius pretij exoluti mora contrahitur.*

Sine interpellatione non contrahitur mora. Aliud in minore creditore. Et in piis cauſis.

CEnteſimoquadrageſimoprimò,licèt aliàs non contrahatur mora ſine interpellatione,aut diei,aut hominis,per not.in l.magnam.C.de contrah.& commit.ſtipul.cum ſimil.tamen ſicuti hoc fallit in minore cui quicquam debetur,per tex.gloſſ.& doct.in l.in minorum. C.in quib.cauſis in integ.reſtit.non eſt neceſſar.& in l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de legat.ij.& alibi dixi plenius.ita quoque in piis cauſis per tex.in d.l.Titia Seio.§.vſuras.quem ad hoc expendit Baldus in auth.hoc amplius.col.pe.& ibi etiam Iaſon,col.j.C.de fideicom.& voluit gl.not.in §.item miſta.in verbo,in iudicium.Inſtit.de actio.quam ſequitur & facit ſingul.Rom.ſingul. cxvj. tu habes quod in minore. vide Iaſ.in d.auth.hoc amplius.

CENTESIMVMQVADRAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Eccleſiæ & alia pia loca in omnibus minorum iure vtuntur.*

Omnia priuilegia competentia minoribus, competunt eccleſiis.

CEnteſimoquadrageſimoſecundò, vt generaliùs loquar, omnia priuilegia competentia minoribus,competunt eccleſiis,& aliis piis locis : à pari enim procedunt minores & piæ cauſæ,vt patet ex tex.in l.orphanotrophos, in princip. C. de epiſc.& cleric. vbi adminiſtratores piorum locorum æquiparantur tutoribus,& curatoribus , & ibi expreſsè notat Bald.& Paul.Caſt.poſt principium,hoſpitalia iure minorum vti:& eſt ſimilis text. quem etiam not. Imol.in clem.quia contingit.§.vt autem præmiſſa.de religio.domib.& expreſsè voluit Roma.ſingu. xciij.incipien.habui quæſtionem.vbi dicit, quòd minori pius locus æquiparatur : & per hoc decidit pulchram quæſtionem,& Matheſil.not.xliiij.nota quòd eccleſiæ , vbi hic dicit ceſſare in vno caſu. Et hoc procedit ex conſequentia eorũ quæ diximus in præcedentibus priuilegiis,quibus latè oſtendimus eccleſiam,& piam cauſam æquiparari:quia etiam eccleſia,& minor à pari procedũt, per tex. in c.j.& in c.auditis.& ibi latè gl.& doct.de in integ. reſti. & propterea ſæpiſsimè ſumitur argumentum à minore ad eccleſiam,vt per gl.in l.reſpublica.C.quib.ex cau.maio.& l.ſi in rem. C. quand.ex fac.tut.cum multis ſimilibus latè congregatis per Nic.Eueral.in locis legalibus,in loco à minoribus ad eccleſiam,vbi hoc ex aliorum ſententia limitat,vt per eum videre poteris.

CENTESIMVMQVADRAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*Fiſcus & eccleſia in omnibus æquiparantur.*

Priuilegia fiſco competẽtia etiam eccleſiis competunt.

CEnteſimoquadrageſimotertiò,ſimiliter omnia priuilegia competentia fiſco, competunt & eccleſiis,& aliis piis cauſis,vt licet videre ex multis, quæ ſuprà diximus, quibus adde gloſſ.in l.ſi procurator.§.vlt.ff.de iu.fiſc. quæ trahit illum text.ad eccleſiam.quam ſequitur Bartolus in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor. ff.de re iudicata & etiam Panormitanus, in c.ij.in fin.de preca.cum multis ſimilibus adductis per eundem Eueral. in loco de fiſco ad eccleſiam, vel ad piam cauſam. Et ſi quis velit videre priuilegia fiſci , legat. Bald.in l.j.C.de hæred.vel actio. vend.& Salyc.in l.vlt.C.de priuil.fiſc.& Eueral.vbi ſuprà,Fran.Luca.in eo tract.quem de priuilegio fiſci nuncupauit.

CENTESIMVMQVADRAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Eccleſia violenter inuadens poſſeſsionem rei ſuæ,non incidit in conſtitutionem l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.*

Violẽter inuadens poſſeſsionẽ rei ſuæ,priuatur dominio eius rei.

CEnteſimoquadrageſimoquartò, licèt violenter inuadens poſſeſsionem rei ſuæ, apud alium conſtitutæ,priuetur dominio eius rei,per l.ſi quis in tantam.C.vnde vi:tamen illud non procedit in eccleſia,aut alia pia cauſa,ſecundùm glo.in c.j.in verbo,rigor.& ibi doct. de dol.& contu.& Benedict.Capra,conſi.xxxij.punctus,caſus eſt talis.col.pen.& bene facit quod hic diximus in xlv.priuilegio,de legatario occupante legatum propria authoritate.

### CENTESIMVMQVADRAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Arbitratore non arbitrante, fauore piæ cauſæ recurritur ad arbitrium boni viri.*

*A perſona arbitratoris poſteà non arbitrantis non receditur.*

CEnteſimoquadrageſimoquintò, licèt à perſona arbitratoris electi à partibus, poſteà non arbitrantis, non recedatur, vt eatur ad arbitrium boni viri, & ſic iudicis, ac conſequenter extinguatur compromiſſum, & ſtipulatio in id facta, l. vlt. C. de contrah. empt. l. ſi merces. in princ. ff. loca. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & ibi concord. in gl. fallit tamen fauore piæ cauſæ, vbi arbitratore non arbitrante, recurritur ad arbitrium boni viri. textus eſt loquens in cauſa dotis, in l. iij. C. de dot. promiſſ. & in l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dotium. & voluit gloſſ. etiam in dote, in l. vlt. in gloſſ. iij. & ibi Bald. col. iij. in v. oppo. C. de contrah. empt. & Bart. in l. j. col. iij. ff. ſolut. matri. vbi dicit hoc quoque procedere in cauſa alimentorum, & alia pia cauſa. & Baldus in l. vlt. verſi. pone declaratio dotis. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. Roman. in d. l. ſi quis arbitratu. & ibi Iaſon col. iij. in quarta limitatione. Sed aduerte huc paululum: quia illi tex. qui ad hoc allegãtur, non probant, videlicet in d. l. iij. & in §. gener. nam loquuntur quando arbitrium erat collatum in perſonam debitoris debentis ſoluere dotem: quo caſu quando pars, cui committitur arbitrium, non vult arbitrari, recurritur ad iudicem in omnibus contractibus. per textum in l. hæc vendicatio. ff. de rei vendi. & not. gl. Bart. Alex. & alij dicta l. ſi quis arbitratu. vbi & Iaſon hoc perpendit, nec aliud dicit.

### CENTESIMVMQVADRAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Semper in fauorem piæ cauſæ iudicandum eſt, etiam ſi ſuſtineat partes actoris.*

*In ambiguis reo fauendũ eſt potius quàm actori.*

CEnteſimoquadrageſimoſextò, licèt aliàs cùm ſunt iura partium obſcura, reo fauendum eſt potius quàm actori, c. cùm ſunt. de regul. iur. lib. vj. cum concordantiis ibi adductis per gl. & doctores. fallit tamen in cauſa pia, in qua ſi æquales ſunt vtriuſque probationes, ſemper pro pia cauſa iudicandum eſt: etiam ſi ſuſtineat partes actoris. textus eſt notab. loquẽs in libertate, in l. lege Iulia. ff. de manumiſſ. id quod trahit ad omnem piam cauſam Speculator tit. de teſtib. §. poſtquam de teſtibus. verſi. ſed quid ſi contingat. & Romanus qui nullam Specul. facit mentionem in auth. ſimiliter. in primo ſpeciali, circa iudicia. vbi hoc dicit eſſe notandum ad materiam c. in noſtra. de teſtib. & l. ob carmen. §. ſi teſtis. ff. eo. tit. & idem etiam voluit Barb. in dicto c. ex literis. & rurſum in c. in præſentia. de probatio. & Corſet. in ſuis ſing. in verbo, pia cauſa, in dubio ſtamus. Sed & illum tex. ad omnem cauſam fauorabilem trahit Bald. in l. cùm magiſtratus. in vltima quæſtio. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. vbi illum dicit eſſe not. & mente tenendum, & in c. j. §. ad hoc. in verbo, promptiores. tit. hîc finit lex Conradi &c. vbi dicit ſingul. & in c. j. ad fin. de contract. inter me & domi. vbi dicit multum notandum, & in c. vlt. col. iij. de re iudic. & ante illum Cyn. in l. j. & ibi quoque ipſe Bald. C. de vſuris.

### CENTESIMVMQVADRAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Diuerſis ſententiis à iudicibus prolatis, fauor ſententiæ pro pia cauſa dictæ præualet: niſi euidenter iniqua ex actis appareat.*

*In diuerſis ſententiis à paribus numero iudicibus prolatis, quæ in rei fauorem eſt, in dubio aſſumitur.*

CEnteſimoquadrageſimoſeptimò, ſimiliter licèt aliàs inter pares numero iudices ſi diuerſæ ſententiæ proferantur, in dubio ea ſit aſſumenda, quæ pro reo facit, l. inter pares. ff. de re iudic. & c. vlt. extra eo. Id quod etiam fuiſſe obſeruatum apud antiquiores teſtis eſt Ariſtoteles libro quæſtionum xxix. cap. xiij. vbi huiuſce rei multas rationes attulit. In hoc tamen caſu ei ſtandum eſt, quæ eſt in fauorem piæ cauſæ, etſi ea actoris partes ſubeat, per tex. in d. l. lege Iulia. ff. de manumiſſ. & dicta l. inter pares. & dicto c. vlt. & ita in omni pia cauſa voluit Roma. in ſecundo ſpeciali, circa iudicia. Nam & eundem fauorem habet cauſa dotis, per dictum cap. vlt. cùm pia cauſa ſit æquè fauorabilis, ac imò fauorabilior, vt ſæpe diximus, & dicemus poſteà latiùs. Et propterea dicit Vinc. & poſt eum Ioan. Andr. Panor. & omnes in dicto cap. vlt. hoc idem quoque locum habere in aliis caſibus fauorabilibus. quod & ſatis declarat tex. ibi, & voluerunt etiam Spec. & Ioan. Andr. in additio. ipſius tit. de teſte. §. poſtquam de teſtibus, verſi. ſed quid ſi contra. & Ioan. Andr. in c. in noſtra. de teſtib. Alex. & Iaſ. in d. l. inter pares. ff. de re iudic. Sed hoc tamen limita procedere, niſi ea ſententia lata pro cauſa pia eſſet euidenter iniqua, per tex. in l. ſi pars iudicantium. ff. de inoffic. teſtam. quæ licèt loquatur ſolùm in cauſa teſtamenti, extenditur tamen ad omnẽ aliam cauſam ſimilem, & fauorabilem, vt dicit Angel. poſt gloſſ. ibi expreſsim ſumens illum text. ad limitationem dicti cap. vlti. & idem Angel. in l. cùm magiſtratus. C. quando prouo. non eſt neceſſ. & Alex. in l. duo iudices, col. iiij. ff. de re iudic. & dicit Ang. in d. l. ſi pars. euidenter eam eſſe iniquam quæ ex actis apparet, vt not. per Innoc. in c. ex inſinuatione de appel. de qua re latiùs videbis per doct. & maximè recentiores in c. inter cæteras. de re iudic.

### CENTESIMVMQVADRAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*In dubiis ſemper fauendum eſt piæ cauſæ.*

*Fauor piæ cauſæ.*

CEnteſimoquadrageſimooctauò, generalius ſemper in dubiis tenenda eſt pars, & opinio, quæ fauet piæ cauſæ: ita vulgò allegatur l. ſunt perſonæ. ff. de religion. & ſumpt. funer. per quam ita dicit Petrus Ancharanus conſilio xlvj. prima facie videretur. Imola, & recentiores in cap. in præſentia. de probatio. Roma. in l. ſenium. & in l. penult. C. qui teſtament. face. poſſ

face. poſſunt. Cumanus conſil. cv. quædam domina Lucia. col. iij. Alex. conſil. cxxj. viſo themate. col. iij. lib. j. & conſ. xxxj. ſuper contentorum, col. iij. & cxc. plura narrata ſunt, in fi. li. vj. & conſi. cciiij. hoc capite perſpectis verbis, col. iij. verſ. rurſus dato, eod. lib. vj. recentiores in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſcribunt omnes vbique.



### CENTESIMVMQVADRAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Relicta ad pias cauſas ſunt miſti fori: adeò vt laicus etiam teneatur ſtare iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici.*

*In cauſis piis habet epiſcopus iuriſdictionem etiam in laicos.*

CEnteſimoquadrageſimononò, vbi verſatur cauſa pietatis, habet etiam epiſcopus iuriſdictionem in laicos, l. j. & ibi Bald. C. de epiſcop. audi. & c. j. & ibi Hoſt. qui dicit non valere conſuetudinem in contrarium. Panorm. in vlt. notab. & iterum in fi. vbi hoc dicit not. Barb. & Antonius Burg. etiam in vltim. notab. de empt. & vend. & in c. cùm ſit generale. & ibi Pan. in 2. notab. de foro compet. Et propterea dicit glo. in c. relatum, huius initij j. de teſtam. quòd in relictis ad pias cauſas, poteſt ſemper adiri iudex eccleſiaſticus, contra quoſcunque: quam glo. ſequitur, & dicit ſing. Panorm. ibi, in fi. Sed eſt etiam glo. in c. ſi hæredes. & ibi Inno. Hoſtien. Ioan. And. Pan. & alij, de teſtam. Sed & de hoc eſt tex. in l. hæreditas. vbi glo. Bald. in vtraque lectione, & Ang. ff. de petitio. hæred. & in §. ſi quis autem ædificationem. in auth. de eccl. tit. & ita quoque voluit Innoc. & Ioan. And. in c. ſignificantibus. de offi. deleg. & idem Innoc. in c. nos quidem. de teſtam. Archidiac. in c. Syluester: & Fauſtinus. xj. q. j. Spec. de offic. iudic. §. j. verſ. item imploratur contra hæredes, & in tit. de inſtru. edi. §. nunc aliquando. verſ. & ſcias. Angel. conſ. cxxix. hoc initio bona dicti teſtatoris. & conſi. cxxxvij. quidam Hugucius. paulò ante fi. vbi ad hoc etiam allegat l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cleri. Cano. in c. ſignificantibus. de offi. deleg. Flor. in l. cùm quidam. §. ſi dies. ff. de vſur. & in l. qui erat. col. j. ff. famil. erciſc. Bart. in l. ſolent. col. ij. verſ. quæro coram quibus iudicibus. ff. de alimen. & cibar. leg. Fran. Aret. in d. l. j. col. vlt. in decimoquarto priuilegio. C. de ſacroſanct. eccl. Alex. conſi. clxx. circa primum dubium, in prin. lib. ij. Stepha. Bertran. conſi. xciiij. relicta. nu. ix. lib. ij. & hoc omnes fatentur eſſe miſti fori. de quo latiſsimè per Barba. conſil. xlij. clementiſsimum Deum, col. antepen. verſ. capio nunc ſecundam dubitationem, & ſeq. vſque ad fi. conſi. lib. iiij.

*In relictis ad pias cauſas poteſt iudex eccleſiaſticus adiri contra quoſcunque.*

### CENTESIMVMQVINQVAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Cognitio legatorum ad pias cauſas ſpectat ad forum principis.*

*Cognitio relictorum ad pias cauſas pertinet ad iudices regios.*

CEnteſimoquinquageſimò, cognitio cauſæ legatorum, relictorum ad pias cauſas, pertinet ad iudices Regios, non etiam ad inferiores, per tex. à nemine, quem viderim, hucuſque ad hoc expenſum, in l. hæreditas. §. ſi defuncto. ff. de petit. hæred. in verbis, principali authoritate, id eſt principis, vt ſcienter exponit gloſſ. Et hoc quidem confirmatur ex l. j. C. quando Imper. inter pupil. & vid. vbi pupilli, viduæ, atque aliæ miſerabiles perſonæ habent priuilegium, vt poſsint trahere aduerſarios ad forum principis, prætermiſſo ordinario. Nam, vt ibi dicit Bald. princeps eſt ſpecialis protector huiuſmodi perſonarum. Legatum autem relictum his perſonis, dicitur ad pias cauſas, vt poſteà dicemus, ex quo potes intelligere illud ad hũc locũ pertinere.

*Princeps ſpecialis protector miſerabiliũ perſonarũ.*

### CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Iudicium populare datur pro legatis ad pias cauſas.*

*Quilibet de populo rectè agit pro piis cauſis.*

CEnteſimoquinquageſimoprimò, poteſt quilibet de populo agere pro relictis ad pias cauſas, tex. eſt not. in §. ſi verò ſanctiſsimus. verſi. ſi autem hæres. vbi Ange. not. tit. de eccleſ. tit. & ita voluit per illum tex. Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua. q. lxv. verſic. ſed nónne quilibet de populo. Bart. in l. ſi quid relictum. ff. de legat. j. Bald. in l. nulli. col. penult. verſ. vltimò not. per tex. ibi, C. de epiſc. & cler. & in auth. hoc amplius, col. iij. verſ. quæro ad cuius petitionem. C. de fideicom. & in dicta auth. ſimiliter. in tertio ſpeciali, circa iudicia. vbi dicit illum tex. in dicto §. ſi verò. eſſe ſingul. & perpetuò memoriæ commendandum. & idem Romanus qui eum dicit ſing. conſi. lxix. viſo quouis themate, col. j. verſ. ſecundò principaliter. & apertiùs conſ. ccccxxviij. in terminis propoſitæ conſultationis. col. iij. verſ. tertiò ad idem. & Barb. in rub. de reſcri. in clement. col. viij. verſ. quintò niſi fuiſſet, in lectu. & in c. ſi hæredes. poſt alios ibi. de teſtam. & conſ. viij. ſcribitur præclarè. colum. vij. lib. j. & conſi. xij. ſcribitur apud prophetam, colum. antepenult. verſ. & ſi opponatur, vbi dicit ad hoc text. in dicto §. eſſe valde ſingul. & conſil. xxxij. illud in medium afferam, colum. iij. lib. item iij. redeo ad materiam. & Stepha. Bertrand. conſil. ccxliiij. viſo proceſſu, num. iiij. lib. j.

### CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Officium iudicis, nemine etiam petente, in piis cauſis interponendum eſt.*

*Iudex non debet impertiri officium ſuum irrequiſitus.*

CEnteſimoquinquageſimoſecundò, licèt aliàs iudex non poſsit, nec debeat impertiri officium ſuum irrequiſitus, l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. cum concord. ibi adductis. fallit tamen in cauſis piis, quibus nemine petente poteſt iudex officium ſuum impertiri, imò debet. textus eſt elegans in l. nequicquam. §. vlt. verſ. plerunque. vbi & hoc not. Bartol. ff. de offic. proconſul. & in l. profectitia. §. ſed & ſi proponas. ff. de iure dot. & in l. qui erat hæres. ff. famil. erciſcun. & Bartol. in dicto §. hoc autem iudicium. in iiij. oppo. d. l. iiij. & ibi quoque Imol. & Alexand. ex quibus Bartol. quem ſequitur Alexand. dicit iudicem, niſi id fecerit, puniendum. Innoc. in c. ad noſtram. huius initij ij. de iureiur. Spec. tit. de teſtam. §. in primis. verſ. pone nul-

lus.Cyn.& Bald.in l.mulierem.per illum tex.loquentem de libertate.C.ſi manc. ita alie. fue. Bald. in dicta l.nequicquam.§.vbi decretum.col.x.de offic.proconſul.& in auth.ad hæc,ad fin.C.de vſuris,& in l.vni.col.xvij.C.de confeſſ.& in c.bonæ,huius initij j.col.ij.verſ.& ſcias.de poſtul. prælat. & conſi.clij.ſuper primo puncto,in fi.lib.iiij.& in l.hæreditas.§.j.in j.lect.& ibi etiam Angel. ff. de pet. hæred.Roma.in dicta auth.ſimiliter.in v.& rurſum vndecimo ſpeciali.circa iudicia.Panor.in c.nos quidem.in quarto notab.de teſt.Floria.in l.cùm quidam.§.ſi diem.ff.de vſur.& in l.qui erat.col.j.in fi.ff.famil.erciſc.Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua,col.v.verſicu. & quod fortius eſt. Barbat. dicto conſi.viij.& conſi.xxxij.ſuprà in præcedenti priuilegio Alleg.Alex.in l.diui.col.ij.verſ.nota caſum. per illum tex.loquentem in cauſa alimentorum.ff.ad leg.Falcid.& bene facit glo.in c.cupientes. §. cæterùm.in verbo,contumacia.de elect. lib. vj.cùm dicit iudicem poſſe impertiri officium non petitum,vbi vertitur animæ periculum,per tex.in c.cùm nobis olim. de electio. quod & voluit Spec. in tit.de diſpu.& alleg.§.vlt.verſi.probationes.in fin. per c.cùm inhibitio. de cland.deſponſ. Et quod etiam in cauſa dotis,quæ & ipſa pia cauſa dicitur,vt poſteà dicemus.Id quoque procedit per tex.in l.ſi cùm dotem.§.necnon illud quoque probamus.verſi.ideóque officium iudicis.& ibi Raphael, & Paul.Caſt.ff.ſoluto matrim.

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*In cauſa alimentorum non admittitur appellatio. Quod an in omni pia cauſa obtineat, in vtranque partem diſputatur.*

*A ſententia lata in fauorem piæ cauſæ non appellatur.*

CEnteſimoquinquageſimotertiò,à ſententia lata in fauorem piæ cauſæ,non licet appellare:ita ſunt qui putant,per id quod voluit Bart.in l.ſolent.col.vlt.& iterum in l.Mela. ff. de ali.& cib.lega.quòd in cauſa alimentorum non admittitur appellatio,per l.vlt.ff.de appe. recip.vbi dicitur,quòd ſi res dilationem non recipiat,non permittitur appellare.quod & idem voluit ipſe Bart.ita dicens voluiſſe Franc.Tig.in ſuo tractatu de alimentis,col.vlt. verſ. quæro an à ſententia.Et idem quod de pia cauſa diximus,ſentit Bald.in repet.l.j.char.penult.in ix.q.in fin. dum dicit procedere cùm res dilationem non recipit,vbi de ſalute corporis agitur,per d.l.vlt. ff. de appel.recip.multo minus,cùm tractatur de ſalute animæ.Verùm contrarium tenet Roman.in dicta authen.ſimiliter.in vj.ſpeciali,inter iudicia.& Alex.in addit.Bart.in dicta l.Mela. moti, quia ſemper cenſetur permiſſa appellatio,niſi expreſsè reperiatur prohibita.l.& in maioribus. C. de appel. l. ſi is quem.C.de libe.cauſ.& l.ij.§.ſi is.qui ex libertinitate.ff.quando appel.ſit. Denique quia in cauſa decimarum,quæ vtique pia eſt,vt quæ pro anima tribuuntur,permittitur etiam appellari,vt voluit gl. ordi.in c.Titia nobis.vbi etiam doc.qui diſtinguunt,extrà de deci.quem ſequitur Spec.in tit.de appel.§.in quibus.verſ.ſed nunquid.Nec obſtat quod dictum eſt de alimentis,quia id omninò indubitatum eſt.Fuerunt enim multi qui contrarium tenuerunt ea ratione, quam ſuprà adduximus: vt licet videre per Spec.& Ioan.And.vbi ſuprà dicto §.in quibus.verſi.ſed nunquid quando iudex, vbi in ea re diſtinguunt. Sed eo conceſſo non proptereà ſequitur, vt id quoque procedat in aliis piis cauſis,in quibus ea ratio,cui innituntur,qui illam ſententiam tenuerunt,non procedit,videlicet,quia res dilationem non recipit.per dictam l.vltimam.ideò cogita.

*In cauſa decimarum licita eſt appellatio.*

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*Querela non numeratæ pecuniæ etiam vltra biennium in piis cauſis introducitur.*

*Exceptio nõ numeratæ pecuniæ non opponitur poſt biennium. Piæ tamen cauſæ perpetuò competit.*

CEnteſimoquinquageſimoquartò,licèt aliàs exceptio non numeratæ pecuniæ, per confitentem non poſsit opponi poſt biennium,vt per totum tit. C. de non numera. pecun. & Inſtitut.de lit.oblig.tamen piæ cauſæ perpetuò competit huiuſmodi exceptio.Ita notab. voluit Bald.loquens in eccleſia in auth.hoc ius porrectum,col.pen.verſi.vlterius habetis hîc,in fine,per tex.ibi,ad hoc ſubtiliter inductum.C.de ſacroſanct.eccl.Id ſequitur & reputat ſing. trahitque ad omnem piam cauſam,Rom.vbi ſuprà.in ſeptimo ſpeciali.& Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua,col.iij.verſi.nono idem in exceptione.Cui adde quod & ibi voluit ipſe Bald. in c. in præſentia,col.ij.verſ.ſed quid poſſet.de prob.vbi plus dicit, quòd ſi abbas habeat licentiam accipiendi mutuum,& fuerit confeſſus accepiſſe,poterit quandocunque obiici exceptio non numeratæ pecuniæ,niſi conſtet de vera numeratione,per dictam auth.hoc ius porrectum.Nam & dicta licentia intelligitur de mutuo naturaliter vero,non de chirographo,vt ipſe dicit,& ficto.ſecundùm Iac.Bel.& Cy.in l.vij.ff.ſi cert.pet.

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Actor in piis cauſis rectè poſtulat fieri ſibi inſtrumentorum rei exhibitionem.*

*Reus non tenetur edere propria inſtrumenta actori.*

CEnteſimoquinquageſimoquintò,licèt aliàs non teneatur reus edere inſtrumenta propria actori ad fundandam ſuam actionem,per l.j.& l.qui accuſare. & l.vlt. & ibi plenè not.C.de eden.tamen hoc fallit fauore piæ cauſæ, cui agenti tenetur reus edere. Ita voluit Bald.in c.j.colum.ij.verſ.ſed contrà hîc opponitur.& ibi Ant.& Panorm.col.iij, Franc.Aret.& latè Fely.col.vj.in iiij.fallen.& latiùs Philippus Decius,col.ix.verſic.tertiò extenditur,& in multis ſeq.de probat.Rom.in l.j.ff.ſoluto matrimo. & in dicta auth. ſimiliter.in ſexto ſpeciali,circa iudicia,Alex,in l,vlt,in xvij,fallen.& ibi Philippus Decius col.pen.C.de eden.& Iaſon in l.j.col.ij.C.eod.tit.

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*An diebus feriatis conſiſtat iudicium in piis cauſis.*





*In piis cauſis proceditur etiam feriatis diebus.*

CEnteſimoquinquageſimoſextò,in cauſis piis procedi poteſt,etiam feriatis diebus, vt voluit Spec.tit.de fer.§.ſequitur verſi.poſt authoritatem.argum.c.vtinam.lxxvij. diſt. & c. nunquam.de conſecr.diſtinct.j.& Bart.in l.diui.ff.ad leg.Falci.Bald.in c.vlt.in fi. de feriis. Paul.Caſt.in l.j.§.vlt.ff.de fer.Rom.in dicta auth.ſimiliter.in octauo ſpeciali,circa iudicia, per tex.loquentem in cauſa alimentorum,in l.ij. ff. de feriis, qui etiam loquitur de donatione tutorum & curatorum,qui eſt actus pius, vt dicit ibi Bald.in princ. & per alium textum loquentem in cauſa fiſci,in l.publicas.C.eod.tit.cui & tu adde quod voluit Bald.quem ſequuntur Ang.Imo.Paul. Caſt.& Franciſc.Aret.in l.j.ff.ſolut.matrim.vbi in cauſa dotis proceditur die feriata.quod & voluit Rom.in dicta l.j.§.vlt.ff.de feriis.Super quo tamen diſtinguit Alex.in dicta l.j.col.iij.ff.ſolut. matri. quem videas,vbi etiam diſtinguit de cauſa alimentorum.de quo etiam per Franc.Aret.conſil. xcvj. in cauſa & puncto.Et quanquam plerique omnes illud intelligant de feriis ad vtilitatem hominum introductis, poſſet tamen dici hoc quoque procedere in feriis in honorem Dei conſtitutis, per id quod voluit Bart.in l.ſi cùm filiusfamiliàs.col.iij.ff.de donatio.quod ſi ſtatutum diſponit,quòd poteſtas poſsit procedere in certis cauſis,nulla iuris ſolennitate ſeruata, poterit procedere die feriata in honorem Dei:quia iſta eſt ſolennitas de iure Ciuili,per l.prouinciarum.& ibi ipſe Bart.C.de feriis. quod & idem tenet ipſe Bart.& Bald.in l.j.ff.de milit.teſtam.Bart.in l.idem eſt.§.deportati.ff. eod. tit.Bar.Bal.Ang.in l.milites.C.eo.tit.Pet.Anch.in clem.ſæpe.de verb.oblig.& Ro.in rubr.de arbit. in xvij.quæſt.At certum eſt quòd in piis cauſis omnis ſolennitas iuris Ciuilis remouetur, vt ſæpius diximus,ergo &c.Sed contra hoc tenent Imol.& Rom.ſibi contrarius in dicta l. ſi cum filiusfamilias.ff.de donatio,per id quod habetur in dicta clem.ſæpe.vbi per illa verba,ſummariè,& de plano. non intelligunt derogatum feriis in honorem Dei.Ratio eſt ſecundùm Bart. in extrauagan. ad reprimendum.in verbo,figura,quia ſecundùm rationem naturalem,vel diuinam, quæ etiam appellatur naturalis,c.j.de conſecrat.diſt.j.ſeruari debent,& coli feriæ in honorem Dei: proptereà præcepit Dominus in teſtamento veteri,Sabbata obſeruari.Ex quo ſequitur quòd per ſublationem ſolennitatum iuris,non cenſetur permitti,vt procedatur huiuſmodi feriis:quia paria ſunt procedere ſine figura iudicij,& ſine aliqua iuris ſolennitate,vt dicit Bart.in dicto verbo,figura,& rurſum in verbo, videbitur.Nec obſtat d.l.prouinciarum.quia licèt feriæ in honorem Dei ſint introductæ de iure diuino,vt dictum eſt,poteſt tamen id ius diuinum ius ciuile diſtinguere,& limitare, vt non procedat in certo caſu,per not.in l.vlt.C.ſi contra ius vel vtilit. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Sed in dubio per diſpoſitionem generalem,non videtur lex,vel ſtatutum derogare iuri diuino, per l. ſi à fratre.C.de teſtam.milit.iuncta l.diuus.ff.eo.tit.& per dictam clem.ſæpe,& per hoc hanc poſtremã partem ſequitur Alex.in d.l.milites.

*Donatio tutorum & curatorum eſt actus pius.*

*Lex uel ſtatutũ an derogẽt iuri diuino.*

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*In piis iudiciis non requiritur aliqua cauſæ cognitio.*

*In piis cauſis ſummariè procedendum.*

CEnteſimoquinquageſimoſeptimò,in huiuſmodi cauſis procedendum eſt ſummariè, & de plano,ſecundùm Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc verò aliqua.verſi.quæritur autem qualiter,aliàs verſi.iuxta hoc quæro an executor,& Bald.in l.j.in lectu.in fi.& ibi Franciſc.Aret.col.vlt.in ſexto priuilegio.C.de ſacroſanct. eccl. & l.hæreditas. §.ſi defuncto.in vtraque lectura,& ibi etiam Ang.ff.de petit.hæred.declarant qualiter id intelligatur.Floria.in l.qui erat.col.j.ff.famil.erciſc.Rom.in dicta auth.ſimiliter.in nono ſpeciali, circa iudicia,vbi hac ratione dicitur,quia in cauſa dotis quæ pia eſt,hoc modo proceditur.per textum,ſi rectè,inquit,inſpiciatur,in clem.diſpendioſam.de iudi.& Barb.conſi.lxxxvij.prope eſt dominus,col. v.lib.4.& Calca.conſi.xiij.pro parte negatiua,col.iiij.verſi.ſed quod tam dotis.& Steph.Bertr.conſ. ccxliiij.viſo proceſſu.col.iiij.nume.xij.lib.j.& conſ.xciiij.relicta.nu.x.li.j.Tu circa illud de cauſa dotis aduerte,quòd Bart.& alij in l.j.ff.ſolut. matrim. ſunt in ea ſententia, vt bene debeant dilationes coarctari,argu.l.ij.ff.de iudic.vbi & hoc Imo.annotat,& Bald.& Salyc.in l.vlt.C.de ſentent.quæ ſine certa quan.tamen quantum ad libellum,& alia ſubſtantialia iudicij debet ordinariè procedi, vt not.Bald.Ang.& Franc.Aret.in dicta l.j.per nota.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ibi, lis cõteſtatur.ff.ſolut.matr.& in l.iij.ibi,more iudiciorum,vbi & hoc not.Bald.C.de dot.promiſſ. & voluit etiam Bart.in l.ſi conſtante.in vj.q.3.partis,ff.ſol.matri.

*Et in cauſa dotis.*

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMOCTAVVM PRIVILEGIVM.

*In omnibus dos,& pia cauſa æquiparantur:& rectè de dote ad piam cauſam in iure argumentamur.*

*Omnia priuilegia dotis cõpetunt etiam piis cauſis.*

CEnteſimoquinquageſimooctauò,generaliter omnia priuilegia dotis competunt & piis cauſis,vt conſtat ex aliis multis,quæ ſuprà diximus. quibus & tu adde quæ dicam infrà, poſt hæc priuilegia,dum tractabimus quæ dicantur piæ cauſæ:& textum æquiparantem dotem,& piam cauſam in cap.donare.tit.quali.olim feud.alie.po.& multa quæ in eam rẽ congerit Eueral.in locis legalibus,in loco de dote ad piam cauſam.Sunt autem multa dotis priuilegia,quæ videre poteris per gloſſ.Bart.Bald.Imo.Pau.Caſt.Roma.Alexand. & alios in l. j. ff. ſoluto matri.Specul.titu.de dote poſt diuor.reſtitu.in fine.Bald.in rubr.C.de priuileg.dot.Salycet.in l. fina. C.eodem tit.Bapt.de ſancto Blaſio in ſuo tractatu de priuilegiis dotalibus, vbi trecenta quinquaginta quatuor dotis priuilegia collegit,& Bald. Nouel.in ſuo tractatu de dote, & Ioan.Campezius in ſuo tractatu dotium.

CENTESIMVMQVINQVAGESIMVMNONVM PRIVILEGIVM.

*Priuilegia pijs cauſis conceſſa an poßint à ſtatuentibus reuocari.*

*Conſtitutio ad pias cauſas facta non poteſt tolli per eos qui eam fecerunt.*

Centeſimoquinquageſimononò, ordinatio ſiue conſtitutio, vel conſuetudo, aut ſtatutum de diſtribuendo annuatim aliquid ad pias cauſas iure eleemoſynæ, non poteſt tolli per eos, qui huiuſmodi conſtitutionem, ſiue ordinationem fecerunt. textus eſt notab. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccl. & ibi Bart. in fine, qui de hoc dicit eſſe tex. in c. ad apoſtolicam. de ſimo. ſequitur Rom. in dicta auth. ſimiliter. in nono ſpeciali contractuum, qui & ad hoc allegat quod in ſimili voluit Ioan. And. in addit. Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua. ad fi. Sequitur etiam Dominic. in c. quæ in eccleſiarum. col. iij. de conſtit. & in c. j. col. vij. eo. tit. lib. vj. Paulus Caſt. in l. ſi quis curialis. C. de epiſ. & cler. Calca. conſi. xiij. pro parte negatiua. colum. iiij. verſicu. ſic etiam videmus. Franciſc. Aret. & Iaſ. in l. non amplius. §. j. ff. de legat. j. ad quod Paulus & Aret. hanc rationem adferunt, quòd pia cauſa non eſt ſubdita laicis, priuilegia autem non ſubditis conceſſa, nō poſſunt à ſtatuentibus reuocari, ſecundùm Innoc. in c. nouit. de iudic. Tu adde quod circa dictum c. ad apoſtolicam. voluerunt Pan. & Felyn. ibi, & idem Panor. conſi. vj. in quæſtione quæ vertitur, col. iij. verſi. ſecundum remedium, lib. ij. vbi & illud dictum Bart. ſequitur, vide etiam tex. in c. veniens, huius initij ij. & ibi Felyn. col. v. extrà de teſtibus. & Ant Corſ. in ſuis ſing. in verbo, pia cauſa ordinatio. Contrarium tamen voluerunt Cyn. Imo. & Alex. in dicta l. non amplius. §. j. ff. de lega. j. moti, quia ſicut ciuitas potuit facere huiuſmodi ſtatutū, & ordinationem, poteſt & tollere. per l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legat. iij. & §. ſed naturalia, verſi. ea verò, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. Item quia ratione præſtationis non eſt in futurum ius quæſitum eccleſiæ, nec poteſt dici tale ſtatutum tranſiuiſſe in contractum, niſi pro tali eleemoſyna aliquid reciprocum eſſet præſtitum, aut factum. & de hoc allegat Alexan. tex. dicta l. ſi quis curialis. in fin. in verbis, vlteriùs legem prodeſſe non patimur. C. de epiſcop. & cleric. per quem not. Bald. & Rapha. Fulgoſ. quòd quamuis laici non poſsint per ſua ſtatuta diſponere in præiudicium clericorum, poſſunt tamen per ſuum ſtatutum tollere priuilegium ab ipſis conceſſum clericis, & ſic qui fecit legem in fauorem clericorum, poteſt illam tollere. Sed & hanc partem ſequitur Salyce. in auth. caſſa & irrita. & ibi etiam Fulgoſ. & Paul. Caſt. C. de ſacroſanct. eccleſ. Fulgoſ. & Paul. Caſt. in dicta l. priuilegia. C. eo. tit. Alex. latè, qui & ad hoc alios adducit, conſi. ccx. ſtatutis accuratè perſpectis, col. 4. & ſeq. lib. 2. quem omninò videbis, & Iaſ. in d. l. non amplius. pro concordia huiuſmodi opi.

*Pia cauſa non eſt ſubdita laicis.*

*Ciuitas poteſt ſtatutum facere, & idē tollere.*

*Laici non poſſunt per ſua ſtatuta præiudicare clericis.*

CENTESIMVMSEXAGESIMVM PRIVILEGIVM.

*Diſpoſitio etiam exorbitans & correctoria, in fauorem piæ cauſæ extendenda.*

*Lex exorbitās ex identitate rationis non extendenda. Nec etiam ex maiori ratione Secus fauore animæ.*

1 Centeſimoſexageſimò, licèt aliàs non ſit lex, aut alia diſpoſitio exorbitans, & correctoria extendenda ex identitate rationis, vt voluit glo. not. in cap. in fidei. in verbo, inquiſitionis. de hæret. lib. vj. ac nec ex maiori quidem ratione, per gloſſam reputatam ſingul. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Cui tamen ſimilis eſt textus in l. tam is. §. j. ff. de donatio. & voluit Bart. in l. præcipimus. §. vlt. per illum textum. C. de appellat. cum concordantiis adductis per Iaſonem in dicta authent. quas actiones. Fallit tamen fauore animæ. vt voluit Ioan. And. in c. ex tenore. & ibi Ant. & Panor. qui filij ſunt legit. Bart. poſt glo. in auth. ſacramenta puberum. col. pen. in fi. verſi. quæro vtrum iſta auth. & ibi Bald. & alij. C. ſi aduerſ. vendit. Anto. in c. vlt. charta antepenult. in j. fallen. de conſuet. & in c. ſæpe. & in c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpolia. & in cap. ad euidentiam. in fi. de ſenten. excom. Imol. & Dominic. in c. quamuis. de pact. lib. vj. & idem Imo. conſi. j. col. iij. verſ. & cùm agamus. & conſi. cxxiij. in cauſa quæ vertitur, col. ij. & in c. cùm contingat, charta xxvij. de iureiurand. & ipſe Dominic. in c. j. de tempo. ordi. lib. vj. Panorm. in c. quæ ſunt, de diuor. Roma. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 4. verſ. prætereà vbi agitur. ff. de verb. oblig. & in l. ſi conſtante. col. 4. verſi. in quantum. ff. ſolut. matr. vbi adfert alias cōcordantias, & in l. Pomponius. §. præterea quæritur. col. ij. verſi. ad arg. ff. de acquir. poſſ. Barb. in l. iiij. §. Cato. col. xxiiij. & ſeq. ff. de verb. oblig. & conſi. lix. illud in medium adferam. col. x. lib. 2. Fran. Aret. in l. qui ſuperſtitis. col. ij. verſi. ſed ad iſtud. ff. de acq. hæred. & conſi. xciij. conſideratis. col. 2. verſi. his ergo ſic præmiſsis. & iterum col. ſeq. Philip. Fran. in ſua diſputatione petitorij, incip. ex nobiliſsima, col. v. verſi. quartum remedium.

*Idem in quocunque caſu fauorabili.*

2 ¶ Et hoc in vniuerſum procedit in quocunque caſu pio, & fauorabili, vt voluit Barto. qui etiam vult hoc procedere, ſi diſpoſitio vteretur dictione taxatiua, in l. ſi conſtante. in princ. in ix. quæſt. 4. princ. & ibi poſt eum Alex. col. 4. verſi. item in quantum. ff. ſolut. matr. per l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem Bart. in auth. res quæ. ad fi. C. commu. de lega. & ibi Ang. qui ad hoc ponderat glo. in l. ſi poſthumus à primo. ff. de lib. & poſth. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. & eſt bona glo. in l. j. C. de his qui ante apert. tabul. & in l. miles. in prin. ff. de re iudic. & etiam tex. in l. libertum, eundémque. §. ſenatuſconſulti. ff. de ritu nupt. & in l. ij. §. ſi mater non petierit. verſi, quid ſi curatores. ff. ad Tertul. quæ omnia allegat ad hoc Alex. in d. l. ſi conſtante. qui hoc limitat duobus modis, vt ibi videri poteſt, & idem Alex. in l. inter pares. ff. de re iudic.

CENTESIMVMSEXAGESIMVMPRIMVM PRIVILEGIVM.

*Conſtitutio pœnalis in pijs cauſis latißimè interpretanda.*

Centeſi



*Conſtitutiones pœnales, ex identitate rationis non extendendæ.*

Centeſimoſexageſimoprimò, ſimiliter, licèt conſtitutiones pœnales non ſint extendendæ ex identitate rationis. per glo. in clem. vt hi qui. in verbo, in iiſdem, de æta. & qualit. cum ſimil. fallit tamen fauore piæ cauſæ, vt voluit glo. in c. ſciant cuncti. in verbo, alios, de electio. lib. vj. quæ extendit illum tex. pœnalem, loquentem de electione ad præſcriptionem, fauore, vt dicit, eccleſiarum: & cum illa ſimpliciter tranſit Dominic. ibi, ad fi. in verſi. not. primò ex hac glo. & not. etiam Panorm. in c. nihil. col. antepen. verſi. ſecundò principaliter. eo. tit. & quod voluit Ioan. And. in c. j. de homicid. lib. vj. vt illa conſtitutio pœnalis, loquens ſimpliciter de principe, compræhendat principem ſupremi gradus fauore animæ, aliàs non compræhenderet, & ſequitur ibi Domin. in §. ſacri. col. j. qui ex hoc not. quòd conſtitutio pœnalis concernens fauorem animarū, eſt latè interpretanda. ſequitur item illud dictum Bart. in tract. de præſtantia Card. in vij. q. j. partis, col. vlt. vbi hoc reputat ſing. & conſi. lix. illud in medium afferam, col. x. lib. ij. qui & ad hoc allegat, & dicit ſing. glo. in c. quanquam. in gl. vlt. de vſur. lib. vj. quæ extendit illam conſtitutionem pœnalem, loquentem de teſtamento, ad codicillos, & alias vltimas voluntates. & hoc ibi idem voluerunt vltra eos, quos ea gloſſ. allegat Ioan. Mo. Archid. & Ioan. And. in nouella, & Domi. Et ex hoc, & aliis quibuſdā dicit Barb. in dicta vij. q. quòd conſtitutio quantuncunque pœnalis loquens ſimpliciter de clericis, ſi emanauit in fauorem animarum, compræhendit Cardinales. quos aliàs non compræhenderet: quod dicit eſſe nouum, & admiratione dignum. Sed & quòd fauore animarum extendatur conſtitutio pœnalis, voluit & ipſe Ioan. And. in c. ex tenore. & ibi Panor. in verſ. not. ſing. qui filij ſunt legit. & Bart. in auth. ſacramenta puberum. col. pen. verſi. quæro vtrum. C. ſi aduerſ. vend. Imol. conſil. cxxiij. in cauſa quæ vertitur, col. ij. Roma. conſi. cclxxxv. omnia quæ ſunt, in fi. Alex. conſi. xlij. ſuper præmiſſo, in fi. lib. j. Fely. qui adducit concordan. in cap. tranſlato. col. vlt. de conſtit. Iaſ. in l. rem quæ nobis. col. v. verſi. item circa illud. ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi quis maior. col. ij. verſ. ſed iſtis non obſtātibus. C. de tranſact. Philip. Dec. in l. factum cuique ſuum. §. in pœnalibus. col. vlt. verſi. ſextò fallit. ff. de reg. iuris. & idem ſi agatur fidei nomine, vt not. Pan. in c. ij. in fi. de diuort. licèt contrarium voluerit gl. in c. in fidei. de hæret. lib. vj. & idem ſi de libertate, vt per Iaſo. in l. ſi priuſquam. col. penult. ff. de noui oper. nuntiat.

*Cōſtitutio pœnalis fauore animarum latè interpretanda.*

CENTESIMVMSEXAGESIMVMSECVNDVM PRIVILEGIVM.

*Priuilegia piæ cauſæ latißimè ſunt extendenda.*

*Priuilegia ſtrictè interpretāda ſunt. Secus in priuilegiis piæ cauſæ.*

Centeſimoſexageſimoſecundò, licèt aliàs priuilegia ſint ſtrictè interpretanda, nec extendenda, vt not. Bart. in l. j. in princ. per illum tex. C. de legib. & in l. vlt. col. j. dum diſtinguit inter priuilegium, & beneficium, & ibi etiam Bald. ff. de conſtitut. princip. Ioan. Andr. & Anton. in cap. olim. de verb. ſignifi. per cap. priuilegia ſunt leges. iij. diſt. cum ſimil. fallit tamen in priuilegiis piæ cauſæ: quia ea tanquam fauorabilia extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, gloſ. eſt notab. in l. nulli licere. C. de epiſcop. & cler. quæ extendit priuilegium illius text. conceſſum piis cauſis, de vna cauſa ad aliam, quoniā (inquit) fauor eſt, per l. cùm quidam. ff. de hæred. inſtit. & illam gl. ad hoc ponderat, & dicit menti tenendam Bald. in c. in præſentia. col. ij. verſ. dicit Accurſ. de probationib. vbi per illum §. ſed hoc præſenti. in auth. de ſanctiſſ. epiſc. extendit legem, quæ loquitur de teſtamentis ad contractus.

CENTESIMVMSEXAGESIMVMTERTIVM PRIVILEGIVM.

*In diſpoſitis ad pias cauſas ius Canonicum ſeruandum eſt in vtroque foro.*

*Vtrunque ius tā Ciuile, quā Canonicum in ſuo foro ſeruādum.*

1 Centeſimoſexageſimotertiò, licèt aliàs vbi ius Canonicum, & Ciuile diſsident, & ius Ciuile non fouet peccatum, vtrunque ius in ſuo foro ſeruandum eſt, per plenè nota. in c. j. de noui oper. nuntia. fallit tamen in diſpoſitis ad pias cauſas, quia in illis ius Canonicum eſt ſeruandum in vtroque foro. Ita voluit Ioan. And. Ioan. Cald. Petr. Peruſ. Petr. Ancha. Cardin. & Imo. in cap. relatum, huius initij primo. de teſtam. Bar. in l. j. col. j. in lectu. & iterum in repet. col. vlt. & ibi Salyc. col. xiij. & ferè omnes. C. de ſacroſanct. eccl. Petr. Anch. conſil. xxv. videtur prima facie, in prin. Imo. in l. illa inſtitutio, col. xxiiij. ff. de hæred. inſtit. Alex. & Corne. in l. captatorias. C. de teſta. milit. Socin. conſi. liij. in præſenti conſultatione, col. vlt. & docto. alibi ſæpe.

*Contrarium ſentientes.*

2 ¶ Contrarium tamen tenet Ang. in dicta l. illa inſtitutio. per not. per Innoc. & Ioan. And. in cap. nouit. de iudic. vbi de hoc nihil dicunt, ſed hoc voluit ipſe Innoc. in dicto capit. relatum. de teſtament. Sed prima opinio, vt communior eſt, ita quoque & verior, vt latè patet ex iis quæ ſuprà diximus in princ. huius gloſſ.

CENTESIMVMSEXAGESIMVMQVARTVM PRIVILEGIVM.

*In pijs cauſis diuini tantùm iuris & naturalis habetur conſideratio.*

*Piæ cauſæ nō ſubſunt ſolennitatibus iuris poſitiui.*

Centeſimoſexageſimoquartò, generaliter piæ cauſæ non ſubſunt ſolennitatibus iuris poſitiui, ſiue ſit id ius Ciuile, ſiue municipale, ſiue conſuetudo, aut quiduis aliud, ſed tantùm iuri diuino, naturali, aut gentium: vt not. Bart. Bald. Fulgoſ. & recentiores in l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Idem Fulgoſ. in l. generali. C. eo. tit. Cardin. Panorm. & alij in c. cùm eſſes. & cap. relatum. vbi bonus tex. de teſtam. Panor. in rub. eodem. & conſi. xj. in cauſa quæ vertitur, col. j. lib. j. & conſi. xxxij. circa duo dubia. col. ij. lib. ij. Cuma. conſil. cv. quædam domina. col. pen. Rom. in dicta auth. ſpecialiter. in decimoſexto ſpeciali inter contractus, & aliis multis locis eiuſdem repet. Pau. Caſt. conſi. xciij. viſo dicto teſtamento, col. j. in fi. lib. j. & conſil. ccccluj. viſis & examinatis, col. ij. lib. j. conſi. ccxiij. eiuſmodi quæſtio, col. ij. verſi. præterea donatio. & docto.

alibi

alibi ſæpe. Si enim conarer omnes hîc citare, qui hoc ſcripſerunt, oleum & operam (vt aiunt) perderem. Sed tu hoc loco vide Alex. conſi. ccx. ſtatutis accuratè perſpectis, per totum librum ſecundum. & adde quod pulchrè dicit Archid. in cap. ſcriptum, vj. q. iij. quia vbi agitur de ſalute animę, non attenduntur apices iuris. quod dictum ſequitur, & commendat Philip. Decius in c. cùm dilecta. ad fi. glo. & idem ferè dicit Bald. conſi. ccxvj. verba teſtamenti, in fi. lib. j. inquiens pro iuſtitia naturali eſſe iuuare, quantum poſsibile eſt, teſtamenta ad pias cauſas. in quibus non eſt de apicibus iuris diſputãdum, in verbo, procuratorem. de confir. vtili vel inutili. & iterum conſi. cxviij. caſus ſub tali forma, colum. vlt. lib. v. & Panormitanus, in cap. virtutis, col. v. verſi. & maximè hoc caſu. de dolo & contu. vbi etiam dicit quòd non eſt in his cauſis de apicibus iuris diſputandum, & Catel. Cotta in memoriali, apices iuris.

*Vbi agitur de anima, nõ cõſiderantur apices iuris.*

CENTESIMVMSEXAGESIMVMQVINTVM PRIVILEGIVM.

*Voluntas teſtantis ambigua pro pia cauſa interpretatur.*

*Actus potius in bonã partẽ quàm in malã interpretãdus.*

CEnteſimoſexageſimoquintò, licèt aliàs actus indifferens ad bonum, & malum ſit potius interpretandus in bonam partem, quàm in malam, c. abſit, & ibi bona gloſ. xj. q. iij. cum ſimilib. cuius rei ratio eſt, quia quis in dubio bonus præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio. Ex quo & illud fit, quòd ſemper in ambiguis benignior interpretatio ſumenda. l. ſemper in dubiis. ff. de regul. iur. & ibi multæ concord. fallit tamen fauore piæ cauſæ, per id quod pulchrè cõſuluit Pet. Anch. conſi. lxxix. prima facie videretur dicendum, quòd ſi aliquis in teſtamento ſimpliciter confeſſus eſt ſe fuiſſe vſurarium, licèt hoc referri poſſet ad modicum tempus, vt fieret benignior interpretatio: tamen fauore animæ, referenda eſt huiuſmodi confeſsio ad totum tempus vitę ſuæ. ita quod ex hoc declarabitur mutuum, factum ante tempus triginta ſex annorũ (de hoc enim tempore loquitur) fuiſſe vſurarium, & tenebitur hæres ſatisfacere, vt plenius, & tutius conſulatur animæ teſtatoris, per c. vlt. de presbytero non baptiſ. & c. iuuenis. de ſponſa. quod dictum ſequitur & commendat Fely. in c. in præſentia. col. vij. verſi. ſecundò nota quòd iſta dicta. de probat. vbi hoc dicit ſing. & limitat, & in c. dudum. col. v. de præſump. vbi hoc dicit valde notab. & in cap. auditis, col. antepen. de præſcrip. & Hippol. Marſi. ſing. clj. ſemper in dubiis.

*In ambiguis benignior interpretatio ſumitur.*

CENTESIMVMSEXAGESIMVMSEXTVM PRIVILEGIVM.

*Relictum pluribus coniunctim piæ cauſæ, etiam per vnum, vel pauciores, poterit impleri.*

*Pluribus ſimul commiſſum nõ poteſt per unũ expediri.*

CEnteſimoſexageſimoſextò, licet regulariter id quod commiſſum eſt pluribus ſimul, non poſsit per vnum, aut etiam plures expediri, l. Pædius. §. j. ff. de arbitr. fallit tamen, vbi tractatur de fauore animæ, vt voluit Bald. conſi. ccxxix. incipit verba dicunt, col. j. lib. ij. arg. cap. religioſus. §. ſanè. de teſtam. lib. vj.

CENTESIMVMSEXAGESIMVMSEPTIMVM PRIVILEGIVM.

*Cauſa finalis, fauore dotis, ex commodo accipientis præſumitur.*

*Præſumitur cauſa impulſiua, quæ reſpicit commodum accipientis tantùm.*

CEnteſimoſexageſimoſeptimò, licèt aliàs præſumatur cauſa impulſiua, quæ reſpicit commodum accipientis tantùm, per l. Aurelius. §. vlt. ff. de liber. leg. & arg. l. hæredem. ff. mãd. hoc fallit fauore dotis: nam tunc præſumitur cauſa finalis, per l. ſi ego. & ibi Bart. ff. de iure dot. & l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. Vide omnino quæ ſcripſi in tractatu Ceſſante cauſa ceſſat effectus. limitat. ij. nu. xxj. cum quatuor aut quinque ſequentibus.





# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS, TRACTATVS DE PRAESCRIPTIONIBVS.

## ANDREAS TIRAQVELLVS ANDREAE TIRAQVELLI AVTHORIS FILIVS, D. A' S. ANDREA, IN SVPREMO PA*riſiorum Senatu Præſidi illuſtriſsimo S.*

NON eſt quod in eo laborem, Præſes dignißime, quod bona pars ſcriptorum ſolet: hi enim, ſine egregia cõmendatione eorum quos ſibi pręſidio eſſe, aduerſus obtrectatorum calumnias deſiderant, nihil in publicum ędunt. Quod etſi pro amoris ac obſeruantię magnitudine, vel rerum omnium bonarum expectatione, aut veritate ſępius ad id impellente fiat, laudabilius tamen eſſe nemo ingenuus ignorat, ſic per totum vitę ſuę decurſum pietate, ac iuſtitia floruiſſe, vt citra vllius cõmendationem ſuum decus ac ſplendorem retineat virtus. Cùm igitur tua omnis ætas innocentię, & ęquitati tuendę, ac nequitię profligandæ, omnium bonorum applauſu inſumpta fuerit, nõ video quod virtutis theatrum pulchrius tibi extrui poſſit, quàm illud quod in omnium animis, ínque teipſo ampliſſimum reliquiſti. Cuius & inſpectorem, & admiratorem patrem meũ fuiſſe iure adfirmare poſſum: cùm tanta in ſuos, ac in patriam pietate affectus fuerit, tantóque in virtute pręſtantes viros, amoris deſiderio commotus, vt antè non conquieuerit, quàm tam propenſi in eos animi aliquam ſignificationem oſtendiſſet. Itaque pietatis innatæ fidem faciens, multos in ſuę patrię leges, ac ſtatuta commentarios ædidit, velut in leges connubiales, in vtrunque ius retractus, municipale, & conuentionale, & pręter hos multa alia. Vnus ſupereſt de pręſcriptionibus commentarius, qui lucem deſiderat, quam ſatis copioſam tuo beneficio habebit, ſi ad illud virtutis verę que laudis theatrum tuum, id eſt, ad omnes bonos virtutíſq; ſtudioſos aditum benignè prębueris.

Vale.

# AD LECTOREM ADMONITIO.

*Varia expediendarum litium remedia tam anxiè veteres quæſierunt, vt poſteri tanquam naturæ conuenientia, atque amica, ea receperint auidiſsimè. Adeò bonis omnibus quies, ac tranquillitas ſemper chara fuit, vt meritò legibus noſtris hoc fuerit celebratum, Bonos innocentéſque viros, lites maximè execrari ſolere. Nec mirum, cùm vel Cicerone teſte libro de Finibus 2. tranquilla & quieta vita, deorum vitæ ſit ſimillima, ob ídque cunctis mortalibus expetenda. Quæ igitur leges vitæ quietem ac tranquillitatem maximè tuentur, diuinæ meritò cenſendæ ſunt. Sunt autem eiuſmodi de præſcriptionibus latæ, quæ præterquàm quòd bono publico, & ne rerum dominia incerta ſint, nemóque rei ſuæ negligenter curam gerat, editæ fuerint: hoc ſingulare bonum attulerunt, vt quietis & tranquillitatis læſæ, remedium eſſent. Ob id vix vna reperiatur ex omnibus ciuitatibus, quæ iure, ac lege communi reguntur, quæ non admodum ſolicitè propriis ac priuatis legibus, ac ſtatutis ius commune approbarit, & confirmarit, vel etiam ad eiuſmodi remedium, aliquid addiderit. Cùm igitur Pictones noſtros, hoc commune bonum ſatis diligenter amplexos eſſe perſpexiſſem, quid ea de re potiſsimùm ſtatuiſſent, quàm luculentiſsimè poſſem, commentariis in præcipua legum noſtrarum capita editis, oſtendere volui.*

## *GLOSSARVM INDEX.*


Prima gloſſa. Conſuetudo hæc conformis eſt iuri communi. pag. 531.

II. In longi temporis præſcriptione, ex vtroque iure & foro, bona fides requiritur. ibidem.

III. Quis pacificè poſſediſſe dicatur, remiſsiuè ad pragmatic. ſanct. 535.

IIII. Numerus denarius, vel ſimplex, vel multiplicatus, cur ſit tempus ſtatutum præſcriptioni, vbi pulcherrima de hoc nu. tam ex Theologis, quàm Philoſophis. ibidem.

Ex decennali poſſeſsione præſumitur titulus præſcriptionis, ex toto titu. C. de præſcrip. longi temporis decem vel viginti annorum, quod Axioma in 46. allegat. iuris vtriuſque elucidatur à pag. 538. ad 557. quibus & ampliat. & limitat. interſeruntur, de quibus & ſeparatus index fiet, ex quibus concluditur, decennium propriè longum tempus appellari.

V. Gloſ. Continua poſſeſsio quomodo probanda ſit. 557.

VI. Præſentia eſt fundamentum præſcriptionis decem annorum. 559.

VII. Tertius præſcribit hypothecariam ſpatio decem vel viginti annorum. ibidem.

VIII. Interpretatio l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris. ex qua ei creditur ſine alia probatione, qui ſe dicit habere titulum ob poſſeſsionem decennalem, cum multis, ac vtilibus declarationibus. 561.

IX. Quæ præſcriptio currat contra minores. 565.

X. Conſuetudo inducens minorem præſcriptionem quadraginta annorum contra eccleſiam, non valet. ibidem.

XI. Generale ſtatutum non intelligitur de perſonis nominatim à ſuperiore priuilegiatis. 566.

XII. Domini dicuntur, qui in emphyteuſim conceſſerunt. 567.

XIII. Quid ſit cenſus vis, & feudale pariter. 568.

XIIII. Noua conſtitutio etiam generalis non comprænhendit caſum feudalem. ibidem.

§. II.

Gloſſa I. Hæres non debet de facto defuncti iurare. ibidem.


ANDREAE



# ANDREAE TIRAQVELLI, REGIS CONSILIARII, DE PRAESCRIPTIONIBVS TRACTATVS,

*In conſuetudines Pictonum. Tit. Des preſcriptions quand aucun acquiert.*

## §. PRIMVS.

QVand aucun acquiert aucuns biens immeubles, par iuſte titre [a] habile à tranſporter ſeigneurie, & à bonne foy [b] les poſſede paiſiblement [c], par dix ans [d] continuelz [e] entre preſens [f], ou par vingt ans entre abſens: il les peut defendre contre tous ceux leſquels les vouldront auoir, & demander, ou qui demanderont rentes, ou autres ſeruitudes [g] par deſſus. Et par la couſtume ſera creu de ſondict titre par ſon ſerment [h]. Mais ſouz ladicte couſtume ne ſont cõprins les mineurs [i], l'egliſe [k], n'autres perſonnes priuilegiees [l], ne ſemblablemẽt les droicts ſeigneuriaux [m], cenſiues [n], ou feodaux [o].

A. *PAR IVSTE TITRE.* GLOSSA I.

*Conſuetudo hæc conformis eſt iuri communi.*
*An omnino neceſſarius ſit titulus, etiã eius nulla facta mẽtione in hac conſuetudine.*
*Quæſtionis deciſio.*

COnſuetudo noſtra in hoc conformis eſt iuri communi, quod in huiuſmodi præſcriptionibus longi temporis titulum exigit. Sed quæſtionis eſt, an, ſi noſtra conſuetudo nullam omnino mentionem feciſſet de titulo, ſed ſimpliciter cauiſſet, quòd poſsidens rem immobilem per decem annos, nõ poſsit poſteà pro ea conueniri, neceſſarius adhuc fuiſſet titulus, Bald. in l. 2. C. de longi temporis præſcrip. quæ pro liber. hanc nuncupatim quæſtionem adſcribit, ac decidit, per gloſ. ibi, ad hoc dicit notandum ſufficere hoc caſu bona fide poſſediſſe decem annis, ſine titulo, quod dicit tenendum menti. Ad quod facit, vt dicit Alex. (aut quiſquis is fuit, qui eam addit. ad Bal. fecit in eo ipſo loco) quòd ſtatutum ita debet intelligi, vt aliquid addat ad ius commune, ſecundum Barto. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de damno infecto. & in l. ij. ff. de vſucapio. cum ſimilib. à me copioſius alibi adductis. Sed contra Bal. expreſsim tenuit Roma. in l. prætoris. in princ. in additionib. nouis. ff. de damno infecto. pro quo facit quod not. Bald. in c. vnico. §. ſi quis per triginta. tit. ſi de feudo fuerit controuer. & Alex. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap.

B. *A BONNE FOY.* GLOS. II.

*In longi temporis præſcriptione, bona fides tã de iure Ciuili, quàm Canonico requiritur.*

1 BOnam fidem in hac longi temporis præſcriptione, etiam de iure Ciuili, & aliàs quoque ſemper de iure Diuino, & Canonico deſiderari, nemo eſt qui neſciat, quando text. expreſſum habeamus in c. vlt. de præſcrip. extrà, vbi & illud prætereà cauetur, id obtinere in vtroque foro, & ciuili, & eccleſiaſtico, propter peccatum, vt illic adnotant docto. & in cap. j. de noui operis nuntiatio. & Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ideóque quanuis noſtra conſuetudo de bona fide non meminiſſet, tum demum tamen procedere intelligitur, ſi bona fides interuenerit, vt in ſimili ſtatuto conſuluit Fulgoſ. conſi. lxiiij. Franciſ. Sara. Paul. Caſtr. conſi. ccxcvj. quod incipit venditio iſta. lib. j. & Panor. conſi. lxxvj. in præſenti conſultatione. paulò ante finem lib. j. & iterum conſil. lxxvij. hoc caput, in quæſtione quæ ad præſens vertitur. col. 5. verſicu. non obſtat ſi dicatur ſtatutum, lib. 2. Alex. conſi. clxxxv. viſo titulo, col. pen. verſic. nec prædictis debet obſtare. lib. 2. & Soci. conſi. lxxxvj. in cauſa cõmunitatis. col. pen. ad fi. verſic. nec obſtat fundamentum, lib. 1. quod repetitũ eſt conſi. clvj. eo. lib. Philip. Franc. in c. poſſeſſor. col. 4. de reg. iur. lib. 6. Quibus etiam locis illud præterea dicunt Panor. & Alex. quòd ſi aliter diſponeret ſtatutũ, non valeret, quoniam peccatũ induceret, vt not. Bar. in l. omnes populi. in ij. iij. & iiij. q. ff. de iuſti. & iure. & in l. vlt. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. id quod etiã tenet Io. And. in c. ij. de excep. lib. 6. in Nouella, vbi ita dicit fuiſſe diſputando determinatũ, & ibi etiam Pet. Ancha. idem quoque tenet Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. & ibi Imo. ff. de cond. & dem. Ang. Imo. & Rom. in d. l. ſequitur. §. ſi viã. ff. de vſucap. Ange. in l. de quibus. ff. de legib. & latè Imo. in repe. & Panor. imò ferè omnes in d. c. vlt. de præſcrip. Ant. in c. cura. de iure patr. & in ſua diſput. incip. ſtante ſtatuto municipali. Pet. Anch. in repet.

*Statutum peccatum inducens, nõ ualet.*

c.j.in xj.q.de conſtit.extrà,& in c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.6.& conſi. cclviij.ſupra dictū ſtatutum, in prin.Imo.conſi.cxxij.viſis ac conſideratis,& iterū conſi.ſeq.in cauſa quę vertitur,Raph.in l.cùm notiſsimi.§.j.C.de præſcr.xxx.ann.Panor.in c.cura.col.vlt.de iure patr.Pau.Caſt.conſi.xcviij. in cauſa appellationis vertentis,ad fi.lib.2.& iterū conſi.ccviij.viſo puncto ſubſcripto,col.j.eo.lib.Alex. cōſi. lxix.in cauſa,& lite vertente.col.pe.verſi.item non obſtat.lib.3.& latè conſi.lxiij.ſtantibus his, col.3. lib.4.& conſi.xcix.videtur prima facie dicendum,col.2.verſi.nunc videndum.lib.4.& conſi.lj.videretur pro deciſione.col.1.& iterū col.3.lib.5.Ang.Are.inter conſi.ipſius Alex.conſi. cxxxviij. incip. Lancelotus.col.3.verſi.nec etiam contra.lib.2.Corn.conſi.cclxiiij.in hac conſultatione,col.3 verſi.& ideo.lib.1.& conſi.cclxix.ſimili initio.col.3.verſi.ſed quod limitetur.eo.libro 1.& conſil.cccxxviij.videtur in præſenti.col.3.verſi.his tamen non obſtantibus.eo.lib.1.& conſi.cclxv.videtur prima facie. col.vlt.lib.3.& conſi.cclxxvij.ad euidentiam.col.1.& 2.lib.4.Et hæc ſententia veriſsima eſt,quanquā Bal.ſibi contrarius in c.vlt.in prin.extrà,de conſuet.dicit,quòd ſtatutū inducens præſcriptionem ex mala fide,eſt licitum,ad hoc ſcilicet,vt quis poſsit defendere,quod mala fide præſcripſit, & patiatur repulſam,qui agat contra eum.Sed non quo ad extremum actiuū,vt ſcilicet poſsit agere,qui eo modo præſcripſit.Quanquam etiam Bart.in d.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap. diſtinguat in realibus, & perſonalibus,vt in illis nunquam currat præſcriptio cum mala fide,in iſtis currat. Quę ſententia ab omnibus ferme exploditur,& in hoc etiam ſe ſummittit Barto.iudicio eccleſiæ, quanuis aliqui eum ſecuti ſint,quos videre licet per Franc.Baillitum in tract.Præſcrip.in ſecunda parte tertiæ partis princ.& glo.in l.ij.C.de vſucap.pro hærede.& in l.ſi ego.§.partus.ff.de publi.in rem actio.Et hoc procedit,etiam ſi hæres nolit vti acceſsione defuncti, gloſ. in l. Pomponius.§.j.in gloſ.j. in fi. & ibi Iaſon ff.de acquir.poſſeſ.& in l.vitia.C.eo.titu.& in l.vlt.C.commu. de vſucapionib.

*Bona fides au ctoris continuanda in ſucceſſorem,etſi nolit.*

*Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

*A iure ciuili temerè nō recedendum, ſi nō inueniatur correctum.*

2 ¶Nec ſufficit, eum qui præſcripſit,habuiſſe bonam fidem,niſi etiam habuerit is cuius hæres eſt.per l.cùm hæres.ff.de diuer.& temp.præſcr.& l.ſed & ſi res.§.in hac actione.& ibi glo.& iterum in l.ſi ego.§.partus.ff.de Publ.in rem act.l.vitia.C.de acq.poſſ. & l.2.C.de fructib.& lit.expen.& l.vlti.C. commu.de vſucap.& voluit gl.quæ & hoc intelligit, etiam ſi hæres nolit vti acceſsione ſui prædeſoris,ſed velit ſumere initium pręſcriptionis,in d.l.vitia.& in l.2.vbi Bart.C.de vſucap.pro hęrede. & in l.Pomponius.§.j.ff.de acqui.poſſ.& in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap.Quod plerique dicunt procedere etiam de ęquitate canonica: ita enim voluit Ioan.And.in addit.Spec.tit.de pręſcrip.§.vlt. in magna addit.Bart.in l.Celſus.ff.de vſucap.Bal.in auth.ad hęc.col.6.verſic. ſed quid dicemus de hęrede pręſcribentis.C.de vſur.Ang.in l.eum qui.§.in hac.& iterum in d.l.ſi ego.§.partus.ff.de pub. in rem act.Ant.in c.quia.de iudi.Imo.& Panor.in c.ſi diligenti.de pręſcrip.Imo.in c.vlti.in 3.col. & iterum in xxix.eo.tit.Raph.Pau.Caſt.& Rom.in d.l.Pomponius.§.j.vbi Iaſ. & idem Pau.in l.3.ff.de vſucap.& in d.l.ſequitur.§.hęres.eo.titu. Nam ſemper de iure Canonico, hęres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.c.vlt.& ibi not.de ſepult.c.ſuper.& c. cùm cauſam.de rapt.& c.à nobis.le 2. cle.2.de ſent.excom.lib.6.& facit l.vlt.cum ibi not.per Bal.& Ang.C.ne de ſtatu defun.Et cùm ius Ciuile non reperiatur correctum de iure Canonico , ſtandum eſt illius diſpoſitioni, etiam de iure Canonico , per not.in c.j.de oper.noui nunt.

*Mala fides defuncti non nocet hæredi nō utenti ipſius acceſsione, de iure Canonico.*

3 ¶Sunt tamen & quidem non minore numero, nec authoritate,qui tenent malam fidem defuncti non nocere hæredi,non vtenti acceſsione ipſius de æquitate Canonica,videlicet Inno.in c.cura.de iure patr.Dyn.in c.poſſeſſor.in fi.& ibi etiā Philip.Franc.qui hoc reputat ſing.de reg.iur.lib.6. Cyn. Bal.& Ang.in d.l.ſi ego.§.partus.ff.de publi.in rem act.Cyn.& Imo.ſibi contrarius in d.l.ſequitur.§. hæres.ff.de vſucap.Cyn.in l.j.C.de vſucap.transfor.Ioā.And.in c.cùm quis in ius alterius.de reg.iur. lib.6.Bal.& Ang.in l.ij.C.de vſucap.pro hærede.Cyn.& Bart.in d.l.vitia.C.de acquir.poſſ.& in d.l. cùm hęres.& ibi Cuma.ff.de diuer.& temp.pręſcr.Pau.Caſt.conſi.clviij.viſa ſupraſcripta facti narratione.col.2.verſi.ſecundò reſpōdetur.lib.2.Alex.ſibi cōtrarius conſi.ix.viſis acutiſsimis. col.vlt.lib.j. & conſi.xxxix.viſis ſcripturis.col.2.verſi.item poteſt reſponderi.lib.2. Bal.conſi.xlj. illud adferam. col.x.verſi.etſi quiſpiam opponat.lib.4.Socin.conſi.lx.in pręſenti conſultatione.col.pe.lib.j.& conſi. xxiij.capiendo primum.col.2.verſi. quartò eadem opinio.lib.2.

*In præſcriptionibus 30. aut 40. annorum, non requiritur titulus.*

4 ¶Et hæc poſterior ſententia haud dubiè obtinet,in pręſcriptionibus triginta,aut quadraginta annorum,in quibus non requiritur titulus,ſecundum Ioan.And.in c.cùm quis in ius alterius. de reg.iur. lib.6.& in c.poſſeſſor.eo.tit.Bart.in d.l.cùm hæres.cum aliis multis concord.adductis per Soci.illis duobus conſiliis ſuprà cōmemoratis,quæ illic videre poteris, ne huc omnia congeram ab aliis iam collecta.Quibus tamen adde Corn.conſi.clxvj.ad euidentiam.col.pen.lib.j.& conſi.ccxcvj.in præſenti cōſultatione.col.7.verſi.nec etiam obſtat.lib.3.& cōſil.cclxxvij.ad euidentiam.col.3.verſi. non obſtat quòd mala fides.lib.4.hîc etiam vide Iaſ.in l.Pomponius.§.j. col.4.ff.de acq. poſſ.

*Bona fides an in dubio præſumatur, & ſi nullus titulus appareat.*

5 ¶Bona autem fides in dubio præſumitur, niſi aliud ſubſit quod bonam fidem faciat præſumi , ex communi noſtrorum opinione. Ita enim voluit gloſ.in l.ſuper.in verbo , probetur.C.de præſcript. longi tempo.& in l.j.C.de euictio.& in l.ſi quis emptionis titulo.in verbo,tenuerūt.C.de præſcript. xxx.anno.vbi & hoc intelligit procedere,etiam ſi nullus titulus appareat, & in §.j.in verſic.qui bona.Inſtit.de vſucap.& in c.ſanctorum.in verbo,ſacræ.& ibi etiam Panor.de præſcr.& in c.ſi diligēti. in verbo,bona fides.& ibi Inn.& Pet.Vbaldus in repet.Panor.& Fel.eo.tit.& gl.in c.vlt.in gl.j.& ibi etiam Panor.eo.tit.& gl.in c.cùm eccleſia.de cauſa poſſ.& propriet.& gl.in c.abbate.in prin.in verbo,domini.verſi.ad hoc autem.de ſenten.& re iudic.libro 6.& in cap.licet in regulis.xvj.q.iij.Inn.in cap.Michael.



cap.Michael.de electio.& in cap.2.de reſtit.in integr.& in cap.vigilanti.de præſcrip. Dyn.in l.j.ff.de itinere actúque priua.Cyn.in l.j.in 4.quæſtio.C.de ſeruit.Ioan.Andr.in additio.Specu.titu.de teſtamen.§.nunc videndum.in magna addit.col.3.Archid.in cap.j.in verbo,bona fides.de præſcriptioni. Barto.in l.Celſus.colum.v.ff.de vſucapion.vbi de ea re elegantiſsimè diſputat,& in l. communia.§. inter prædones.C.communi diuidun.& in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.Bal.in repetit.l.j. col.4.C.vnde vi.& in ſua diſputatione incipien.accuſatus de vi turbatiua.col.penul.& conſi.cclvij. Titius emit.libro j.& conſi.cclxxxviij.dicta mulier.poſt medium.lib.4. Ange.in l.j. C. quibus non obſtat longi tempo.præſcrip.& in l.ſuper longi.C.de præſcript.longi tempor.Anton.in c.peruenit. de cenſib.Pet.Anchar.conſil.cxlij.clarior & breuior.col.pen.verſi.nunc autem.Cuma.conſi.cix.domina Ioanna.ante fin.Panorm.conſi.xviij.in cauſa & quæſtione. col.ij.libro 2.& conſi.liiij.in quæſtione quæ ad præſens vertitur.col v. verſi.nec obſtat ſi dicatur ſtatutum.libro 2.Alex.plenè conſil. ccj.viſo & diſcuſſo.col.ij.lib.2.& conſi.xcj.in cauſa & lite vertente,col.ij.libro 5.Petr.Ferra.titu.forma reſponſionis rei conuenti,in verbo,præſcriptionis.col.7. Philippus Corne. conſi. cxxx.viſo libello,colum.ij.libro 1.& conſi.cccxxix.oſtenſo mihi proceſſu.colum.iiij. verſi.cùm itaque non appareat.eodem libro 1.& conſi.cxvij.primo aſpectu.colum.ix.verſi.pro quo facit.libro 2. & conſilio ccxxxix.& conſi.ccvj.in hac conſultatione.colum.ij eodem lib.vbi de hoc dicit eſſe tex.in cap. auditis.& in cap.cùm olim.de præſcrip.idem Barbat. conſi.lj. col. iij.libro 4.Franciſ. Curtius iunior conſi.lxxij.princeps defunctus.col.iij.in fi.& conſi.lxxxiij.Deus pius.col.2.& copioſiſsimè Socinus conſi.xxxviij.in cauſa dominorum.col.ij.libro 3.Iaſon in §.ſed iſtæ quidem actiones. col.iij.& ſeq. Inſtit.de actio.Philippus Dec.conſi.ccclxxv. iuridicam eſſe arbitror. col.ij. & conſil.cccix.in cauſa mota Mediolani.ex Theologis ſcholaſticis.Gabriel Biel in iiij.Sentētiarum, diſt.xv.quæſt.xiiij.artic.princ.Et his quidem accedo,licet contrarium teneat Archidia.in cap.j.de præſcrip.lib.6. & Bal. in l.j.C.de ſeruit.Quæ autem ſint quæ malam fidem faciant præſumi,latè comperies apud noſtros interpretes recentiores, quos ſuprà citauimus.

6 ¶Sed quòd in dubio bona fides præſumatur,nemo negabit,qui intelliget etiam in dubio quemlibet bonum præſumi.l.meritò.ff.pro ſocio.l.quoties operæ.§.qui dolo.ff.de probat.l.cùm pater.§.re igitur.ff.de legat.ij.cap.j.de ſcruti.dicto cap.vlti.de præſump.vbi Bal.col.pen.rationem reddit, quia mores inſunt à natura,ab eáque veniunt. Sed & idem in l.j.ad fin.C.ſi quis omiſſa cauſa teſta. Naturali (inquit) præſumptione quilibet præſumitur bonus,ex bonis naturalibus principiis:quia qualia ſunt principia,talia pręſumuntur principiata:ſed natura eſt bona,ideo & bonus quis pręſumitur, niſi probetur offendiſſe.De quo etiam per glo.in c.ſi fortè.in verbo, ſcientiæ.de electio.lib.6. & per Luc.de Pen.in l.quemadmodum.col.pen.verſi.quartò quæro.C.de agric.& cenſi.lib.xj.Panor.& Felyn.in cap.cùm in iure.de offic.deleg.Hinc & glo.notab.in c.ſuper literis.in verbo,priori modo,dicit,quòd ſi quis impetrauit reſcriptum,& falſum ſuggeſſerit,non id præſumitur dolo feciſſe. quam glo.pro ſingulari allegat,& ſequitur Barbat.in l.ij.§.ex his.col.xvij.ff.de verb.oblig.Et ex his quoque,quod not.conſuluit Pet.Ancha.conſi.ccliij.in quæſtione presbyteri,quòd ſi aliqui teſtes deponunt,accuſatum eſſe diffamatum,dicúntque ſe credere illum eſſe malum : alij verò deponunt, eſſe bonæ famæ, & credunt illum eſſe bonū,magis his credendum eſt,quàm illis:quia conſentiunt cum præſumptione iuris.Et vt dicit Inno.in c.veniens.de pręſump.cùm teſtes ſunt contrarij,vincūt illi, pro quibus facit tunc præſumptio.

*Quilibet præſumitur bonus in dubio.*

*Reſcriptū falſis allegationibus impetratum, non præſumitur doloſum.*

7 ¶Sed quæſtionis eſt,an ſit neceſſe ei,qui ſe dicit præſcripſiſſe,hanc bonam fidem allegare, vt præſumatur,latè diximus ſuprà.Et eſſe allegandam, ſicut notorium,tenet glo.in clem.appellanti.de appellat.cum multis concor.ibi à me adductis.Quibus & illud addes,quòd licet iudex ſupplere poſſit in notoriis,vt ibi etiam diximus.hoc tamen intelligitur modò notorium allegetur , vt expreſsè voluit Anto.in c.bonæ.de poſtul.prælat.& in c.exceptionem.de excep.& Imo.in l.dies cautioni.quę eſt iiij.§.hoc autem.ff.de damno infect.Quæ quidem notorij allegatio,poteſt fieri etiam poſt concluſionem in cauſa,vt dicit idem Anto.in cap.peruenit.de emp.& vendi.vbi & idem dicit de bona fide,& ibi poſt eum Imo.& Alexan.in l.j.col.ij.C.vt quæ deſunt aduoc.par.iud.ſuppleat. Matth.de Afflict.in conſtit. Siciliæ incip.Iuſtitiariis.col.iiij.verſi.item quærit.

*Præſcripſiſſe ſe dicens,bonā fidem allegare debet.*

*Iudex ſupplere poteſt in notoriis,modò allegentur.*

8 ¶Id tamen quod diximus bonam fidem præſumi,limitat Barbat.inter conſilia Calca.conſil. lviij.illud adferam in medium.niſi ſtatutum requirat bonam fidem.Nam adhuc, vt huiuſmodi ſtatutum aliquid operetur vltra ius Ciuile,quod etiam exigit bonam fidem,certè non præſumetur,ſed opus erit,vt probetur per quædam ſimilia.

*Bona fides nō præſumitur, in ſtatuto requirente eam.*

9 ¶Tu tamen vltra ea quæ diximus,de præſumpta bona fide,& eius neceſſaria allegatione,hac generali ſententia ſupradicta confirmabis,quòd quando præſumptio ex facto actoris,vel rei procedit,ea neceſſariò debet allegari : ita quòd licet ſufficiat libellum pręſumptiuè concludere,per tex.in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.credit.tamen ſuccumbet qui eam præſumptionis allegationem omiſerit,vt voluit Bart.in l.cum quid.col.vlt.& ibi Bal.ff.ſi cert.peta.per tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.iidem Pollioni.ff.ad legem Iuliam de adulter.Anto.in c.ſi cautio.de fide inſtrum.& in cap.2. col.vj.de libelli oblat.Ange.in dicta l.omnes.§.Lucius Titius.ff.quæ in fraud.credit.Imo.in c. ſuper hoc.col.ix.de renunc.Panor.in c.afferte mihi gladium.col.2.de præſump.Pau.Caſt.& Franc. Aret. in l.qui in aliena.§.j.in prin.ff.de acquir.hæred.Roman.conſil.lxxvij.incip.reuerende pater. Franciſ. Aret.conſi.cix.clariſsime & conſultiſsime doctor.in prin.quarti dubij.Guido Papæ conſi.xlij. credo

*Præſumptio ex facto actoris,uel rei procedens,neceſſariò debet allegari.*

*Ignorantia licet præſumatur, in dubio allegari debet.*

*Præſumptio debet eſſe ſuper allegatis.*

indubitanter.col.2.Corne.conſi.ccxcviij.col.vlt.libro 1.Et hinc fit,quòd licet præſumatur ignorantia,per l.verius ff.de probat.debet tamen allegari,vt dicit Bal.in l.quicunque.col.j.C.de ſeruis fugi. & Alex.in l.qui bona fide.§.de illo.ff.de damno infecto.Philip.Dec.conſi.cclxvij.non excidit è memoria.col.pen.Similiter licet cauſa ſufficiens,& apta præſumatur ex diuturna præſtatione.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.intellige tamen,ſi fuerit allegata l.2.§.circa.ff.de excep.doli.ſecundum Bal. in l.ſi certis annis.col.3.verſi.cùm non conſtat.C.de pact.Nam præſumptio (inquit) debet eſſe ſuper allegatis,per dictum §.iidem Pollioni.Et licet ex poſſeſsione quis præſumatur dominus,l.pen. & ibi Bart.ff.de condit.inſtit.& per glo.& alios in l.cùm res.C.de probat.& per Canoniſt.in c. cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.cum ſimil.tamen huiuſmodi præſumptum dominium debet allegari, aliàs ſuccumberet,vt tenet Bart.in l.rem alienam.col.2.verſi.quæro circa iſtam partem.ff.de pign. actio. Et Bal.in l.etiam.col.3.verſi.& non licet.C.de execut.rei iudic.& in l.non ignorat.col.2.verſi.in ſecundo.C.qui accuſ.non poſſ.& in l.ſi minorem.col.vlti.verſi.quæro vlterius.C.de in integr.reſtitut. minor.Sali.in l.certi.C.loca.Alex.in l.non hoc.& ibi Iaſon col.vlt.C.vnde legit.idem Alexan.conſi. lxix.in cauſa & lite vertente.col.3.libro 2.& conſi.xciiij.in cauſa & lite vertente coram arbitris.col. pen.eodem libro 2.& conſi. cxxxvij.in cauſa & lite vertente inter Lancelotum.col.2. eodem libro 2.& conſi.xxxv.in cauſa & lite vertente inter Benedictum.ante fi.libro 5.Iaſon in dicta l.cùm quid. ff.ſi certum peta.in vtraque lectione,in quarum priore hoc ſingulare reputat. Et cùm olim dominus,hodie quoque dominus præſumatur.l.ſiue poſsidetis.C.de probat.hoc tamen procedit, ſi allegetur,non aliàs,vt notab.voluit gloſ.in l.certum.in prin.ff.de confeſſ.& Bal. poſt Cynum in l.edita. col.12.C.de edendo.& conſi.ccccij.Ioannes Simonenſis.col.pen.libro 3.& conſi.ccccxlvj.ſciendum eſt.in fi.eodem lib.3.Alexan.in dicta l.ſi minorem.in fi.C.de in integr.reſtit.vbi ad hoc dicit ſingularem illam gloſ.& Franciſ.Aret.in l.nec furioſus.col.2.ff.de teſtam. Et idem in poſſeſsione, vt videlicet qui anteà poſſedit,præſumatur poſsidere,ſi tamen allegetur.Dyn.in c.ſine poſſeſsione.de regulis iuris.libro 6.Barto.in l.Celſus.ff.de vſucap.Bal.in l.non ignorabit.C.ad exhib.& in dicta l.ſiue poſsidetis.& ibi quoque Barto.C.de probat.& in l.j.col.vlti.C.vti poſsidet.Ioan.Andr. & alij recentiores in dicto c.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.Alex.conſil.cxxxiij.viſo proceſſu.col.3.in duobus locis,libro 1.& conſi.lxxx.examinato proceſſu.col.j & iterum col.pen.verſi.non obſtant allegata. eodem libro 5.& conſi.lxxxviij.quoniam omne datum.col.pen.verſi. non obſtant allegata. eodem libro 5.Fran.Aret.conſi.lxviij.excelſe domine,col.vlti.quanuis Anto.& Imo.in c.pręterea.ij.de tranſactio.videantur tenere contrarium.Quibus adſtipulatus eſt Panorm.videlicet, quòd non requiritur vt bona fides allegetur, in cap.vlti.col.8.verſi.ſed quæro. de præſcrip.& Barbat. conſi.xlj.illud adferam in medium.col.x.libro 1.& conſi.50.col.ix.libro 1.& conſi.xviij.col.pen libro 2. & conſilio lxx.col.6.eodem libro 2.vbique per tex.in cap.auditis.& cap.cùm olim.de præſcrip.vbi fuit allegata præſcriptio,nulla bonæ fidei mentione facta,addítque rationem, quam dicto conſi.50. dicit inconuincibilem:quia cùm notorium oritur ex iure, ſiue ex facto iuris, non eſt allegandum,quin ex ſuo officio ſuper illo iudicabit,per tex.ſingul.in c.Rainutius.de teſtam.vbi iudex iudicauit ex notorio iuris non allegato,& ibi hoc videntur velle Imo.& Panorm.& idem Panor.in dicto c. adferte.de præſump.& Bal.in l.j C.vt quæ deſunt aduoc.par.Fely.in c.ad hæc.col.2.de appel.Sed ex iuris notorietate bona fides præſumitur,vt dictum eſt,ergo non eſt neceſſe eam allegari:quia præſumptio iuris,eſt liquida probatio,ſecundum glo.in l.tutor.C.de pericu.tuto.cum ſimi.Et hanc eandem rationem de notorio procedente ex iure,ſine facto iuris,tradit,nulla tamen bonæ fidei facta mentione, Barbat.conſi.lxij.illud in medium adferam.col.2.libro 1.& conſi.xxxv.col.4.libro 2.& conſi.xlv.in prin.eodem lib.2.& conſi.lxx.præclarè ſcribitur,col.6.eod. lib.2.& conſi.liij.col.vlt.lib.4. & conſil. lxxiiij.ſcripſit Pſalmiſta.col.pen.eodem lib.4.& conſi.omnium vltimo,col.3.eodem lib.4. Nec obſtat ( inquit ) Barbat.d.§.iidem Pollioni.quia loquitur de notorio reſultante ex facto partis,& hominis,quod debet allegari per illum tex.& gloſ.in d.c.appellanti.de appel.& quod voluit Panor.in d.c. adferte. hæc ferè Barbat.

*Præſcriptio ſine bona fide allegata.*

*Præſumptio iuris eſt liquida probatio.*

*Bona fides nũquam eſt notoria.*

*Incerti hominum animi.*

*Præſumptio, & notoriũ longè differunt.*

10 ¶Tu aduerte,Lector amantiſsime,quia Barbat.in duobus, aut tribus errasse videtur. Primò, dum innuit non obſtare bonam fidem eſſe non notoriam,cùm tamen tantùm ab ea abſit, vt nunquam poſsit eſſe notoria,cùm ſit res occulta,opertáque,& in ſolius præſcribentis animo repoſita, qui ſoli Deo apertus eſt.Ex quo Tullius ad Brutum ſcribens:Non ignoras,ait,quàm ſint incerti animi hominum.Secundò,dum allegat Panorm.in dicto c.adferte mihi.trahítque tex.in dicto §.iidem Pollioni.ad materiam notorij,quanuis loquatur de præſumptione tantùm,non de notorio,quod longè à præſumptione diſtat.Tertiò,dum authoritate eorum quos allegat,facit diſcrimen, an notorium procedat ex facto hominis,an iuris,vt primum allegari debeat, ſecundum non debeat neceſſariò, quanuis ea differentia nuſquam reperiatur,ſed tantùm an præſumptio (nam de ea tãtùm loquitur, vt diximus) reſultat ex facto partis,de cuius fauore agitur: & tunc allegari debeat per d. §. iidem Pollioni.an verò ex facto alterius tertij, de cuius fauore non agitur, vt non ſit neceſſe. Nec obſtat dictum c.Rainutius. quia nihil ex eo infertur ad rem de qua agimus,ſed illud tantùm, quod iudex ſuppleuit,id quod erat meri iuris,ſed quartam iure naturæ filio debitã eſſe deducendam,licet à parte id fuiſſet omiſſum.Et iſta eſt (inquit Inn.) ſuppletio iuris,non facti.& ibi Pan.in 3.col.in verſ.nota. in verbo,cùm autem allegat,quod legitur,& not.in d.l.j.C.vt quæ deſunt aduo.part. At ſatis cõſtat, bonam fidem eſſe in aliquo,vel non iuris eſſe,ſed facti,igitur non eſſe ſupplendam,ſi non allegetur.

Cæterum



*Quomodo bona fides allegãda ſit.*

11 ¶Cæterum intellige quod dictum eſt,bonam fidem debere allegari, vt ſufficiat tacitè eam allegationem colligi ex deductis:videlicet,ſi quis alleget ſe fundum poſſediſſe tanquam ſuum, aut pro ſuo,vt expreſsè voluit Alex.conſi.ccj.viſo & diſcuſſo.col.j.lib.2.per l.apud antiquos.in §.cum igitur.in verbo,domini cogitatione.C.de furt.& alia quæ allegat, & ſequitur Philip. Decius conſilio cclxvij.Et ſimile voluit Roma.conſi lxxvij.pater reuerende,poſt prin.quòd ſatis eſt allegare difficultatem probationis, ad hoc vt præſumatur.

*Allegatio bonæ fidei nõ requiritur in principio cauſæ.*

12 ¶Intellige ſecundò,vt non requiratur hanc allegationem fieri in principio,ſiue in proceſſu cauſæ. Sed ſatis eſt,vt fiat poſtquàm concluſum eſt in cauſa, vt voluit Panormit.in cap.dudum. le j. col.2. de electio.& Alexan.in l.j.col.j.verſi.ex prædictis.C.vt quæ deſunt aduoc.part.& Philip. Decius dicto conſi.cclxvij.

*Vtrum bona fide præſcribens tutus ſit in foro cõſcientiæ per ſuperuenientem malam fidem.*

13 ¶Sed & illud in quæſtionem vertitur,an ſit tutus in foro conſcientiæ,qui bona fide pręſcripſerit,ita quòd non teneatur reſtituere,ſi mala fides ſuperuenerit,completa præſcriptione.Gloſ.in cap.ſi virgo.xxxiiij.quæſt.2.in tribus locis,& cap.ſeq.videtur velle rem hoc caſu eſſe reſtituendam.Gloſ.autem in cap.vigilanti.in verbo,nouerit.de præſcrip.poſt Aluar.tenet,quòd ſi ex cauſa lucratiua rem habuit,ſemper tenetur eam reddere.arg.l.quod autem.§.ſi quid cum pupillo.ff.de his quæ in fraudem credit.Si verò ex cauſa non lucratiua,quia emit ab eo,quem credebat dominum, non tenetur.argum.cap.quod debetur.xiiij.quæſt.j.Sunt qui aliter diſtinguant, vt inter præſcriptionem rei cuiuſpiam, vt fundi, & ſimilium: vt ( inquam ) hoc caſu mala fides ſuperueniens poſt completam præſcriptionem,non noceat in foro conſcientiæ,& inter præſcriptionem actionis, aut obligationis, quia tunc,cùm naturalis obligatio non tollatur præſcriptione,durat vinculum æquitatis,quo ſuſtentetur:nam conuentio perpetua eſt.l.Stichum aut Pamphilum.§.naturalis.ff. de ſolutionib.& l.obligationum ferè.§.placet autem ad tempus.ff.de actionib.& obliga.l.at qui natura.in prin.ff.de nego. geſtis.ideo & in foro conſcientiæ obſtringit.Et in hac ſententia fuit Bal.in auth.ad hoc. col.3.verſi. reuertor igitur ad quæſtionem.C.de vſur.At maior pars & Legiſtarum, & Canoniſtarum tenent ſimpliciter hunc eſſe tutum in foro conſcientiæ.gloſ.in cap.ſi res aliena.quod eſt j.xiiij. quæſt.vj. & in cap.j.de conceſ.præben.& in cap.vlti.in gloſ.vlti.& ibi Imo.col.xxxv.& Panormit.col.6.de pręſcript.Innoc.in cap.cura.in fi.de iure patronat. & in c.quia plerique. col.j.verſi. qui tutus eſt. & ibi etiam Panorm.col.xj.verſi.7.de immunit.eccleſ.Hoſtien.in Summa,titu.de præſcript.Cardin.Flor. Imo.Panorm.& Fely.eodem titu.Ioan.And.in cap.poſſeſſor.in vlti.articu.& ibi etiam Petr. Ancha. col.v.verſi.quæro circa debitum naturale.& Philippus Francus col.penult.de regul.iuris.Barto.non obſcurè in extrauagan.ad reprimendum,in verbo,videtur.in fi.Bald.in l.cùm quis.col.7.verſi. poſt hoc ſciatis.C.de iuris & facti ignoran.& in cap.de cauſis.col.3.verſi. vtrum poſsit renuntiari. de officio deleg.& in cap.j.ante fi.de controuer.inter dominum & vaſal.& in cap.ſi quis per triginta. & ibi etiam Aluar.col.penul.& Cardin.Alex.in fi.titu.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnat.& conſi.ccxcv.fama viciniæ eſt.in fi. & conſi.cccxv.ponitur quòd ſi antiquitus. col.2.lib.3. Rainerius in ſubſcriptione conſi.Feder.Senen.cxxxj.caſus talis eſt,quidam teſtator. Ioan. Faber. in §.j.col.2.verſi.quid ſi ea completa.Inſtit.de vſucap.Angel.in repetit.l.1.C.de iudic. Panorm. conſil. lxxxix.Ieſu Chriſti &c.in quæſtione.col.3.libro 1. Roma. conſi.xlix. concluſionem primam. col.2. verſi.quintam autem.Lance.Ridolph.in ſuo vbere tractatu de vſur. Corneus conſil.clxxvij.in hac re.col.2.libro 2.Franciſ.Are.conſi.xcij.viſo legato.col.2.verſi.nec potes intelligere. & Iaſon in l.ſi poſt diuiſionem.col.2.verſi.hinc videmus.C.de iuris & facti ignoran.Philip.Dec.in c.1.col.7. verſi. ſecunda eſt.de conſtitut.in prima lectu.& in cap.iurauit.paulò ante fin.de probationib. & è Theologis D. Thomas quotlibet. 12.ac 25.Scot.in 4.Senten. diſt.v.Ant.Flor.in ſecunda parte principali ſuæ ſummæ.tit.1.cap.7.verſi.qui autem ex beneuolentia. D.Bernardinus, in ſuis ſententiis alioquin ſeuerior.in libro de Euangelio æterno,ſermo.xxxij.cap.1.& iterum cap.3.& 4. vbi & alios adnotat idem tenentes,& Adria.Floria.nuper Roma.Pontifex in ſuis quæſtionibus.Ideóque ſi teſtator iuſſerit hæredem reſtituere omnia ab ipſo debita,non tenetur reſtituere quæſita præſcriptione cum bona fide,vt dicit Bar.in l.legaui.ff.de lib.leg.& in d.l.quibus diebus §.dominus.ff.de condi.& demon. & Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſ.& cler.& in l.ſi creditori.ff.de lega.1.& in ſua diſput.incip. ſtatuto cauetur.& Imo.in cap.vlt.col.37.de præſcript.

*Præſcriptione quæſita, in fideicommiſſum non ueniunt.*

C. *PAISIBLEMENT.* GLOSSA III.

*Pacificè poßidere quis dicatur.*

QVIS pacificè poſſediſſe dicatur, vide gloſ.pragmat.ſanct.in tit.de pacifi.poſſeſ.

D. *DIX ANS.* GLOSSA IIII.

*Præſcriptionũ tempora.*

1 MAior pars præſcriptionum decem annorum numero circunſcribitur,aut ſi longius tempus depoſcit, aut illius abſentia, contra quem præſcribitur,vel cauſæ, aut partium qualitas eodem annorum numero, vel duplicato, aut aliter multiplicato ferè ſemper concluditur.Cuius rei quanquam nulla ratio reddi poſſe videatur, vt voluerunt gloſ.& doctores in l.non omnium.ff.de legib.& in l.1.§. pueritiam dum minorem 17.anno. ff.de poſtulan.ſicut nec de aliis temporũ curriculis à legibus ſtatutis,vt dicit gl.ibi,& Bal.& gl.in c.1.in verbo,vſque annum.tit.ſi de iuueſtit.inter dom.& vaſal.lis oriat.& in c.2.de reſcrip.lib.6.& in cle.nolentes.in verbo,quadrageſimam.de hæret.& Bal.in cõcluſionibus feud.in fi.Tamen ( vt hic dicam quod ſentio)

nõ mihi videtur huiuſmodi denarius numerus,vel ſimplex,vel multiplicatus,huic rei vbique à noſtris Iurecõſul.omniũ rerum gnaris temerè,aut fortuitò fuiſſe appoſitus,ſed ob eam cauſam, quòd hic numerus longè eſt cæteris omnibus perfectior,vt qui cõtineat omnia numerãdi genera,vt par, impar,quadratum,quadrantale,longum,planum,primum,compoſitum,vt in problemat.Encyclicis lib.15.& iterum auſcultationis Phyſicæ,lib.3.ſcriptum reliquit Ariſtotel.Cuius dicta tanquam fonte intellectus,leges ſequũtur,vt dicit Bal.in l.vlt.C.de fideicom.lib.ſed & hic numerus ( vt ſubdit ipſe Ariſtoteles ) fons & principium omniũ numerorum:quippe qui ex vno,duobus,tribus, & quatuor conſtet.Item in decem proportionibus quatuor cubici numeri conſummuntur: quibus numeris vniuerſum cõſtare Pythagoręis placet.Ex quibus cauſis fieri dicunt,quòd omnes homines tam Gręci, quàm Barbari aduſque decẽ tantùm numerare conſueuerunt,deinde verò replicare incipiunt, vncim,duodecim &c.Hincque & naturam decem digitos hominibus dediſſe, quò ſui calculi numeros veluti attingerent.Quod ipſum ex Pythagora adducit Ariſtotel.& à Plutarcho quoque traditur in lib.de placit.Philoſopho.1.quo loco de principiis rerum diſſerit.Sed & Vitruuius lib.3.Archi. cap.1.Perfectum,inquit,antiqui inſtituerunt numerum,qui decem dicitur.

*Numerus denarius cæteris omnibus perfectior.*

*Numerus denarius ab antiquis perfectus habebatur.*

2 ¶Nanque ex manibus denarius digitorum numerus,ex digitis verò palmus, & à palmo pes eſt inuentus.Sicut autem in vtriſque palmis,ex articulis à natura decem ſunt perfecti:ita etiã Platoni placuit eſſe eum numerum ea re perfectum,quòd ex ſingularibus rebus quæ μονάδες apud Gręcos dicuntur,perficitur decuſsis:quæ ſimul ac vndecim,aut duodecim ſunt factæ,quod ſuperauerint, non poſſunt eſſe perfecte,donec ad alteram decuſsim peruenerint.Quo in loco Vitruuius (vt illud obiter dicam ) decuſsim,pro decade poſuit,vt annotauit Budæus doctrinæ Gallicę vertex, in lib.1.de Aſſe.Plato autem ipſe huius numeri perfectionem (vt Marſilius docet ) oſtendere voluit,dum integram abſolutæ Reipub.formam cõpoſuit denario librorum numero,omnium numerorum integerrimo,numeros,tum intra ſe numeratos cõtinente, tum ex ſeſe in numeros replicante. Macrobius, & ipſe Platonicus,hunc numerũ perfectiſsimũ dicit lib.1.de ſomno Scipionis. Ariſtotel.vt ad eum reuertamur,decem genera entis nominat,decem categorias, quo nomine ſibi volumen inſcribere placuit oſtendenti Philoſophicè:vt Euſtathius voluit decem πράγματα,id eſt,entia realia:vt Alex. Aphrodiſeus decem φωνάς, id eſt voces:vt Porphyrius decem νοήματα,id eſt intellectus, ſiue conceptus,vel ( vt Iamblicus ) decem voces ſimplices, non vt voces,ſed vt ſignificantes res ipſas ſimplices medio (vt ita loquar cum Reuchlino ) decem conceptuum ſimplicium.Cui aſſentiuntur Alexand.Aegeus Ammonius Hermiæ,& Simplicius, qui etiam arbitrati ſunt in iſtis decem generaliſsimis entibus duo quædam præcipua reperiri poſſe,in quæ diuiduntur,tametſi ab vna eſſentia ortis,veluti ſubſtantiam, & accidens,ſiue corporeum, & incorporeum, ſeu materiale & immateriale, aut ſimplex & compoſitum : ita enim duo amat denarius, vt ab vno progreſſus , ad duo & per duo redeat in vnum.

*Cur denarius numerus perfectus dicatur.*

*Denarius numerus perfectiſsimus. Decem entia. Decem πράγματα. Decem φωναί. Decem νοήματα.*

3 ¶Primus enim incompoſitus ternarius eſt,ex vno & duobus non quidem compoſitus,ſed cõſtans: quia vnum non habet compoſitionem,ſecundum non facit ergo compoſitionem,quando ſequi volumus verborũ proprietatem: ὅτε γὰρ ἡ μονὰς, μένουσα ἔτι μονὰς, θέσιν προσλαμβάνει : ὅ ἡ στιγμὴ, μένουσα στιγμὴ,τὴν θέσιν ἀποβάλλει: vt inquit Simplicius in cõmentariis ſuper prędicamentum quantitatis.Quorum verborum hic ſenſus eſt:Neque enim vnitas,manens adhuc vnitas,poſitionẽ aſſumit:neque punctus,manens punctus,poſitionem abiicit.Ex quo differentiam agnoſcere poſſumus, qua diſtat vnitas à puncto.Cùmque nihil ſit antè ortum,rectè dicimus vnum eſſe primum. Binarius autem nõ eſt compoſitus ex numeris:quoniam ex ſola vnitate vna,& vna ordinetur,& ideo numerus eſt:quia prima multitudo eſt,à nullóque poteſt numero metiri, præterquam à ſola vnitate,omnium numerorum menſura communi.ſemel enim duo,nihil aliud quàm duo eſt. Quamobrem ea multitudo,quæ appellatur Ternarius,veriſsimè ab Arithmeticis numerus primus incõpoſitus nuncupatur.Binarius enim hinc procedens non eſt incompoſitus numerus,ſed magis propriè nõ compoſitus.Cupiens itaque Ternarius non eſſe otioſus,quin potius bonitatem ſuam in omnes creaturas,abſque inuidia multiplicari,de virtute progrediendo ad operationem, illud fœcũdum quod eſt in eo multum multitudinis productiuum,tanquam numeri de numero,& illud eſſentiale,quod eſt in eo vnum,omnis productionis fons,& origo ſimul & omnis proceſsionis initium, & omnis ſubſtantiæ immutabilis permanentia,perpetua mente intuetur,ac reſpicit, & ita ſeſe in ſeipſum retorquet,per modum vnitatis & duitatis,ſemetipſum multiplicãs atque dicens,ſemel bis duo,ſunt quatuor, hoc eſt τετρακτὺς , ſiue quaternitudo,quæ omniũ quæ creata ſunt idea eſt,quoniam ( vt aiunt Arithmetici ) quaternario omnis progreſsio perficitur. vnde oritur decas illa quam appellamus decem omnium rerum generaliſsima.Nam vnum,duo,tria,quatuor,de omnipotente potẽtia,ad energiæ actum exeuntia,producunt decem,quorum dimidium eſt quinque.Pone igitur in mediũ quinque,tanquam aliquem ſigniferum in medio exercitus,& in eius latere dextro numerum proximè ſuperiorem,qui eſt ſex,& in latere ſiniſtro numerum proximè inferiorem,qui eſt quatuor,hęc duo iuncta cõſtituunt decem.Pone iterum in latere eius dextro numerum proximè ſuperiorem,qui eſt ſeptem,& in latere ſiniſtro numerum proximè inferiorem, qui eſt tria, hæc duo iuncta ſimul, conſtituunt decem. Pone rurſus in latere dextro numerum proximè ſuperiorem, qui eſt octo, & in latere ſiniſtro numerum proximè inferiorem, qui eſt duo,hæc duo iuncta conſtituũt quoque decem. Pone demum in latere dextro reliqua nouẽ,& in latere ſiniſtro vnum : iámque reduc illa nouem ad vnum,

*Ternarius incompoſitus. Vnum non habet compoſitionem. Differẽtia unitatis,à puncto. Vnum rectè dicitur primum.*

*Binarius cur numerus dicatur. Ternarius numerus, primus incompoſitus.*

*Quaternio omnium,quæ creata ſunt idea. Quaternario omnis progreſsio perficitur.*



ad vnum,& reſurgunt decem.Quæ rurſus ad viginti relata,incipiunt denuò eſſe vnitas,& deinceps ad omnes numeros cardinales,vſque ad centum.Sicut enim bis vnum faciunt duo,& ter vnũ tria, & quater vnum quatuor,& ſimiliter vltrà:ita bis decem faciunt viginti,& ter decem triginta,& ſimiliter vltrà:non aliter de centum,non ſecus de mille,& vltrà.Hæc quidem ratio eſt ( vt placet eidem Reuchlino) cùm decem per iota,ι quæ virgula eſt erecta,Græcè ſcribimus,aut per ſolum punctum Hebraicè, י id eſt, עשרה notamus, quæ tamen ſigna tam Barbaris , quàm Latinis alioqui ſimplicem reputant vnitatem:quippe à qua numerus denarius oritur,& in quam deſinit.Cuius Pythagoricum extat ſymbolum,videlicet,vnum,duo,quæ Zaracas Pythagoræ præceptor, per nomina propagationis pronuntiare conſueuit, vnum appellando patrem,& duo matrẽ,teſtimonio Plutarchi in Timęi Pſichonia.Nam vnũ,& duo cum eſſentia diuina producunt quaternitudinem illam tetractyn,ideam omnium rerum denario numero conſummatarum. hæc fermè Reuchlinus.

4 ¶Cui & tu adde denarium à Græcis decada vocari,quaſi dechada , quòd omnem in ſe numerum recipiat:Pythagoreóſque decada etiam mundum vocare,quòd eo numero ſit compactus: conſtat enim Sphæra,quæ dicitur aſplanes,& planis ſeptem,elemẽtariíque natura,& poſtremo antichthone.

*Cur denarius numerus,decas apud Græces uocetur. Sphæra quibus conſtet. Quid ſit antichthon.*

5 ¶Quo tamen nomine (quod mirum eſt , vt ſcribit Cælius ) intelligebant illi Lunarem ſphæram: quia vt terra Lunam vmbra hebetat,ita Solem Luna nobis plerunque adimit. Adde & illud ex numeri huius religione quadam,& obſeruantia moris fuiſſe veteribus, vt iuſtiſsimi quique fidei comparandæ gratia,dextras iungerent,quia ſic denarium præmitterent numerum. Nec illud item prætermittendum puto,quòd Plato ad delendam culpam,numero vteretur denario, centenario, millenario.Nam cuilibet voluptatis gradui,ſuppliciorum decem contribuit:ita enim oblæſæ maieſtati diuinæ rependi omnino par fuit.Quoniam ſicut beatitudinis gaudia,iuſtitiæ humanæ dolores exuperant:ſic miſeriæ,cruciatus,iniuſtitiæ, voluptates. Denarij autem rationem centenarius continet, & millenarius,quia (vt diximus ) ex denario vniuerſo conſurgunt. Proinde numeri,quos Vniuerſos dicimus , purgationi & emaculandis animis dicantur, vt labes ex peccato inuſta, contractáque prorſum eluenda ſignificetur,& cãdidiſsima æternitatis luce perfrui valeamus,quæ depuratum modò,extersúmque nitidius admittat æthereum ſenſum,atque auræ ſimplicis ignem.Propterea Virg. reconditioris ſcientiæ vates,Platonicorum myſteriis ampliſsimè imbutus,ita pronuntiat:

*Centum errant annos , volitántque hæc littora circum:* Et alibi ad eundem ſenſum:
*— Mille rotam voluere per annos.*

*Cur antiqui, dextras iungebant. Quo numero Plato ad delendam culpam ſit uſus. Quidam numeri purgationi, & corrigendis uitiis dicati.*

6 ¶Ante hos omnes Triſmegiſtus in eo lib. cui Pimander titulus eſt,è tredecim tradit denariũ numerum eſſe animæ genitorem,vnitatémque ſecundum rationem denarium complecti,rurſúmque denarium vnitatem.De hoc numero quoque hæc Ouid. lib. Faſto.3. ſtatim poſt ingreſſum:

*Annus erat, decimum cùm Luna receperat orbem:*
*Hic numerus magno tunc in honore fuit.*
*Seu quia tot digiti , per quos numerare ſolemus,*
*Seu quia bis quino fœmina menſe parit:*
*Seu quòd ad vſque decem numero creſcente venitur,*
*Principium ſpatiis ſumitur inde nouis.*
*Inde pares centum denos ſecreuit in orbes*
*Romulus, haſtatos inſtituítque decem.*
*Et totidem princeps, totidem Pilanus habebat*
*Corpora, legitimo quíque merebat equo.*
*Quinetiam partes totidem Tatienſibus ille,*
*Quóſque vocant Ramnes , Luceribúſque dedit.*
*Aſſuetos igitur numeros ſeruauit in anno:*
*Hoc luget ſpatio fœmina mœſta virum.*

*Denarius numerus, animæ genitor. Cur denarius numerus, apud antiquos magno in honore fuerit. Anno luget fœmina uirum.*

7 ¶Sed iam Ethnicos hos ſcriptores relinquamus.Sacræ literæ apertè docẽt in numero hoc denario quicquam eſſe latentis energiæ,ac myſterij,cùm adeò frequenter illum nobis inculcent.Primùm enim Geneſ.16.Sara poſt decẽ annos Agar ancillam dedit Abrahamo in vxorẽ,vt ex ea ſuſciperet liberos.Et c.18.Deus Abraham pollicetur non ſe deleturũ Sodomam & Gomorram, ſi decem iuſti illic inuenirentur.& c.24.Seruus Abraham tulit decem Camelos de grege domini , deditque Rebeccæ armillas decem ſiclorum.Et 31.cap.Laban mutauit mercedem Iacob decem vicibus.Et 42. Decem fratres Ioſeph in Aegyptum deſcenderunt.Et c.45.Ioſeph Beniamin fratri redeunti decem aſinos,ac totidẽ aſinas dedit,tritico panéque onuſtas.Et Exodi 26.in primo tabernaculo fieri præcipiuntur decem cortinæ.& paulò pòſt,tabulæ ſtantes denis cubitis.& cap.ſeq.in latitudine atrij ipſius tabernaculi præcipiuntur etiam fieri columnæ decem,baſéſque totidem.Et 34.cap. decem illa præcepta duabus tabulis conſcripta Moyſi à Domino data ſunt.In Leuitic.c.26.decem mulieres in vno clibano coquunt panes,& in cap.ſeq.quicquid decimum venit,ſacrificatur Domino. Hinc decimæ,quas vocamus,ortæ poſſent videri, niſi longo antè tempore Abraham decimas Deo dediſſet ex omnibus,vt ſcribitur Gene.14.quas etiam diis conſecraſſe Ethnicos legimus.

*Sodoma & Gomorra propter decem iuſtos fuiſſent ſaluatæ. Laban decem uicibus mutauit mercedem Iacob. Decimæ unde ortæ. Decimæ Ethnicorum.*

8 ¶Tradit enim Herodotus lib.1.Crœſum monuiſſe Cyrum,vt decimæ omnium hircorũ Ioui redderentur.Et lib.9.Aeginetas decimam ex ſpoliis Perſarum,qui ad plateas occubuerunt,diis quibuſdam dedicaſſe.Et Xenophon in oratione,quam edidit de Ageſilai laudibus,tradit in duobus annis centum

cētum talenta,& amplius Deo apud Delphos decimam dedicaſſe. Vide Plutarchum in vita illius, vt,quod notius eſt omittam,decimas Herculi olim fuiſſe deſtinatas,quod videre licet apud Diodorum Siculum lib.5.& Plutarchum in Problem. cap.16.

*Menſis ſeptimi,dies decima ſancta.*

9 ¶Sed vt redeamus,Numeri 14.Filij Iſraël Dominum tentauerunt per decem vices.Et cap.29.Menſis ſeptimi dies decima ſancta,& venerabilis prædicatur:& paulò pòſt dicitur,Die quarto offerã vitulos decem.In Deutero.interdicitur Ammonitis atque Moabitis ingreſſus eccleſiæ,vſque ad decimam generationem.Ioſ.17.Et ceciderunt Manaſſe funiculi decem.Et Iudicum 20.Decem viri eliguntur è centum,& mille è decem millibus.Et Ruth 4.cap.Boos tollit decem viros de ſenioribus ciuitatis.Et 1.Regum cap.1.Helcana Annam vxorem alloquens,Nunquid ( ait ) non ego melior tibi ſum,quàm decem filij.Et cap.17.Iſai,filio Dauid iubet accipere decem panes , & decem formellas caſei.& cap.ſeq.Canunt mulieres,Percuſsit Saul mille,& Dauid decem millia.Et 25.cap.Dauid miſit decem iuuenes ad Nabal.Et 2.Reg.15.reliquit Dauid decem concubinas ad cuſtodiendam domum.Et cap.19.in fi.decem partibus (inquit vir quiſpiam ) maior ego ſum apud regem , &c. & 4. Reg.20.cap.Sol decẽ gradibus reuerſus eſt.quod & repetitur Iſaiæ 38.cap.Tobias, vt in ipſius lib. cap.1.ſcribitur,decem talenta à rege accepit.& Pſal.32.ſcribitur,Confitemini domino in cithara, in pſalterio decẽ chordarum pſallite illi.& Pſal.67.Currus Dei decem millibus multiplex. & 90. Cadent à latere tuo mille,& decem millia.Et Eccleſiaſtes 7. Sapientia cõfortat ſapientẽ ſuper decem principes ciuitatis.Et Eſaiæ 5.Decem iugera vinearum faciunt lagunculam vnam. Quem locum enarrans Hierony.ſcribit denarium numerum in ſcripturis ſanctis myſticum eſſe,atque perfectum. Et Daniel.7.Quarta beſtia decem habet cornua.& paulò infrà,Decies mille myriades ante ipſum ſtabant.Et apud Hierem. Viri decem,viri ex omnibus linguis Gentium appræhendunt fimbriam viri Iudæi. Quo in loco Hierony. Iota, ι ait,litera ex qua ſumit nomen Saluatoris exordium, non ſolùm apud Græcos,ſed & apud Hebræos, י iod denarium numerũ ſignificat. Et Matth.25. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus.Quo in loco Nicolaus Lyra multa de huius numeri perfectione differit.Et Luc.16.Chriſto occurrunt decem viri leproſi. & 19. Homo nobilis decem mnas ſeruis dedit,ex quibus is,qui ex vna decem alias mnas acquiſiuit,accepit à Domino poteſtatem ſupra decem ciuitates:de qua re ſtatim audies quid Origenes dixerit. Et Apocal.2. cap. ita ſcriptum eſt, Habebitis tribulationem decem diebus:vbi etiam Lyra multa de hoc numero. & cap.12. Draco habet decem cornua. Et iterum cap.ſeq.A tera beſtia hab t etiam cornua decem, & ſuper cornua eius decem diademata.

*Denarius numerus in ſcripturis myſticus.*

*Aegyptij , cur quintas, Iſraelitæ uerò decimas obtulerint.*

10 ¶Nunc audi Origenem 16.cap.in Geneſim. Non ſine ratione eſſe dicit,quòd poſt famem,& ſeruitutem populus Aegyptius quintas offerebat Pharaoni , Iſraëliticus autem , decimas ſacerdotibus. Vide (inquit ) Aegyptium populum quinario nummo tributa pendentem,quinque enim corporei deſignãtur,quibus populus carnalis deſeruit.Semper enim Aegyptij corporalibus,& viſibilibus obſequuntur.At verò Iſraëliticus populus honorat decadem perfectioris nummi, decem enim verba legis accepit,& decalogi virtute inſtructus,ignota mundo huic ſacramẽta diuina largitione ſuſcepit.

*Fructus ſpiritus, denis germinat uirtutibus.*

*Cur decimæ ſacerdotib primogenita uerò Chriſto offerantur.*

11 ¶Sed & in nouo Teſtamento ſimiliter venerabilis eſt decas:ſicut & fructus ſpiritus denis exponitur germinare virtutibus. Et ſeruus fidelis de negotiationis ſuæ lucris decem minas offert domino,& decem poteſtatum accepit poteſtatem. Verùm quia vnus author omnium,& fons & initium, vnus eſt Chriſtus,idcirco & populus decimas quidem miniſtris,& ſacerdotibus præſtat , primogenita verò offert primogenito omnis creaturæ, & initia omnium. Idem in Leuitic. Homil.13.enarrans illud de duabus decimis,Sit panis vnus.Decem ( inquit ) numerus vbique perfectus inuenitur. Totius enim numeri ex ipſo ratio,& origo conſurgit.Competenter igitur author, & origo omniũ Deus ſub hoc numero videtur oſtendi:hæc Origenes.

*Tempus ſimpliciter prolatum, ſignificat decennium.*

12 ¶Vt interim taceam, quæ de huius numeri ratione differuit Hirenæus aduerſus hæreſes, libro 1. cap.15. Auguſtinus libro ſecundo, de Doctrina Chriſtiana, & de Ciuitate Dei,libro 15.cap.20.Gregorius in libro Iob, cap. 49.Caſsiodorus in Pſal.10.Nec huius numeri vim videntur ignoraſſe noſtri Iureconſulti,non ſolùm ex his quæ in præſcriptionibus,de quibus nunc tractamus , definierunt, ſed & ex eo quòd ſtatuerunt tempus ſimpliciter,& ſine alia declaratione prolatum, ſignificare decennium : ita enim ſcribitur in l.ſine præfinito tempore. ff.de pœnis. quam in eam rem expendit Dominic.& dicit ſingul.in cap.ex literis.col.4.verſi.quid ſi iudex dicit. extrà de conſtit.& in cap.j. de poſtulan.& in l.ita ſtipulatus.col.2.verſi.limita primum.ff.de verb.obligationib.& in l.ait prętor. §.ſi iudex aliquem.col.vlti.ff. de re iudic.

*Ex decennali poſſeſsione præſumitur titulus allegatus.*

13 ¶Et hæc quidem ſatis,vt opinor:nunc ad conſuetudinem noſtram redeamus,quæ diuturnitate temporis innititur. Eam multa confirmant,vltra iura vulgaria de præſcriptione decem,vel viginti annorum loquentia; de qua nuncupatim titulum habemus,C.de præſcript.longi tempo. decem , vel viginti annorum. Primùm enim habemus textum communi opinione notabilem , licet omnibus notum,in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.Ex cuius imis viſceribus deprompta videtur fuiſſe hæc noſtra conſuetudo,vbi ex decennali poſſeſsione præſumitur titulus allegatus, vt hîc in noſtra conſuetudine.Sunt tamen ſuper intellectu illius tex.varię ac diſcordes doctorum ſententiæ:aliis dicentibus eam tantùm procedere in præſtatione diuturna, & ſic cùm interuenit traditio, aut factũ eius, contra quem præſcribitur.Aliis contrà affirmantibus,eam habere locum non ſolùm cùm quis diu præſtiterit,aut ſoluerit quicquam annuũ,ſed cùm tantùm patitur rem poſsideri,nullo alio ſuo facto

interueniente



interueniente,vtriſque ſuas partes augmentorum,& rationum autoritate alacriter confirmantibus: quæ quidem cauſa breuitatis omittemus.

*Qui tueantur priorem partẽ concluſionis.*

14 ¶Priorem partem ſequuntur Iacob.Aret.Petr.Cyn.Bulg.Bald.Ange.in repetit.& Iaſon in l.ſi certis annis.C.de pactis.Iaco.Rau.Petr.& Cyn.in l.penul.C.communi diuidun.Barto. in l.Celſus. lib.34. ff.de vſucapionib.verſi.habes ergo probare.& in diſputatio. incipien. mulier habens magnum patrimonium. col.vlti. Bald.& Angel.in l.qui in aliena.in princip.ff.de acquiren.hæredit.& in l.ſeruitutes prædiorum ruſticorum.& ibi etiam Iacob.Butr.ff.de ſeruit.Bald.in dicta l.cùm de in rem verſo.in lectura antiqua,& in l.j.col.3.verſic. quæro nunquid poſsidens.C.de fideicommiſſ.& in l.ſolet etiam.§. non verò. col.2.verſi.nono quæro.ff.de officio proconſul.& in cap.ſi quis. in verbo , per vnum annum.titu.ſi de inueſtit.inter dominum & vaſallum fuerit controuer.& conſil.100. incipiẽ. maritus mulierem duxit,libro 4.Imo. & Roma.in l.in ſumma.§.illud etiam. qui eſt vlti.ff.de aqua pluuia.arcen.Barbat.conſil.xxviij.Omnipotentem Deum.col.9.verſi.& ſi dicatur amice. libro 4.& Petr.Ferra.in titu.forma libelli pro hæreditate,vel re ſingulari diuidenda,in verbo, communiter & pro indiuiſo.col.2.Florian.in dicta l.cùm de in re verſo.col.vlti.ff.de vſuris.vbi tamen hoc intelligit,niſi patientia eſſet mutua,vt in caſu gloſ.in l.ſi maior xxv.annor.quæ eſt penul.C.communi diuidun.de qua dicemus poſteà.Poſteriorem autem ſententiam tenuerunt gloſ.Iaco.Pet.Butr. Bart. & Bald.hi quidem quinque ſibi contrarij.Fulgoſ.& Floria.qui ſanè dicit eſſe communem in dicta l.cùm de in rem verſo.gloſ.Bart.Floria.& Pau.Caſtr.qui hanc etiam dicit eſſe communem Legiſtis & Canoniſtis in dicta l.ſeruitutes.ff.de ſeruitutib.gloſ.Dyn.Bart.in l.j.§.vlt.ff.de aqua pluuia. arcen. gloſ.in c.dilectio tua ſtudeat.xvj.quæſt.iij.gloſ.Anto.& ferè omnes in repetit.cap.peruenit. de conſtitut.Innoc.in c.ſi diligenti.de præſcript.Dyn.in §.ſed neque.& ibi Ange.col.v.verſi.cautela.Inſtit. de actio.Bart.in d.l.qui in aliena.& ibi latè Alex.& Bart.conſi.clxxxix.primò quæritur vtrum iuriſdictio.col.2.Alber.in l.2.C.de ſeruit.& aqua.Bal.in l.j.per illum tex.C.de patria poteſtate.& in l. j.in 7.cap.C.qui admit.ad bono.poſſ.& in dicta l.j.C.communi diuidun.Salic. in dicta l.ſi certis annis.& ibi quoque Alex.qui ita dicit ſe conſuluiſſe,ſicuti verè conſuluit conſi.lxix.circa primum dubium.col.2.lib.5.Angel.in l.vlti.in fi.ff.de vſucapio.pro dote.Rapha. Cuma.& Roma.in dicta l. qui in aliena.ff.de acquiren.hæred.Cæpola in tractatu ſeruit.vrbano.prædio.cap. 19. octauò principaliter.col.2. vbi etiam dicit eſſe communem opinionem. & in practica obſeruari. Alexan.in dicta l. ſi certis annis.col.pen.& vlti.& conſi.lxix.circa primum dubium.col.j.verſic.prætereà poteſt.lib.6. Fely.in c.de quarta.col.14.verſi.fallit ſecundò.de præſump.& dicit Imo.in dicta l.j.& vlti.ff.de aqua pluuia.arcen.& in dicta l.qui in aliena.quòd quamuis prior opinio ſit in puncto iuris,iſta tamen ſeruaretur in practica , nec ab ea eſſet in iudiciis recedendum,propter auctoritatem gloſ. Nec longè ea diſtat à conſuetudine noſtra.Sunt tamen,qui in hoc diſtinguunt inter magnum,& paruum præiudicium,vt per Bart.in dicta l.cùm de in rem verſo.& in ſua diputat.incip.mulier habẽs magnum patrimonium.in fi.vbi elegantiſsimè hoc tractat , & in dicta l.ſeruitutes.ff.de ſeruitut.vrba. prædio. Bal.in d.l.j.C.qui admit.ad bono.poſſ.

*Fautores poſterioris ſententiæ.*

*Iuſſus patris, præſumitur aditionẽ filijſf. præceſsiſſe.*

15 ¶Secundò,huc pertinet text.ſingul.in l.ſi filiusfamiliàs.C.de petit.hæred.vbi ſi filiusfamiliàs delatam ſibi hæreditatem decennio poſſederit , præſumitur iuſſus patris aditionem præceſsiſſe. quem Bart.dicit ſingularem,& ſe neſcire alibi.poſt eum Bald.& Ange.ibi,& idem Ange.in l.ſciendum.ff. de verb.oblig.& Barbat.in repet.rub.ff.de fide inſtru.char.pen.col.j.& Iaſon in dicta l.ſi certis annis.col.3.verſi.pro iſta concluſione.C.de pact.Et illum dicit notab.Bal.in eadem l.ſi certis annis.col. 4.verſi.ſecundò hoc probatur.& in dicta l.ſi filiusfamiliàs.dicit Bal.ibi,in fi.quòd ſi ex ſtatuto non poſsit filius contrahere,ſine expreſſo conſenſu patris,& filius rem quampiam vendiderit alij , qui decennio poſt illam venditionem tenuerit,præſumitur patris conſenſus in alienatione interueniſſe. Sequitur Alex.conſi.lxxix.circa primum de quo quæritur.col.3.verſi. ſed præmiſsis omnibus.lib.j. & Barbat.in d.l.ſciendum.col.26.& in l.j.col.12.ff.eo.tit.de verb.oblig.& in repet.dictæ rub. de fide inſtrum.& in repet.rub.C.qui admitti ad bono.poſſ.col.3.& conſi.xxxiij.ſcribit Pſalmiſta. col.2.lib. 3.& conſi.j.quod incipit , ad reuerendiſsimum.col.v.lib.4.& Franciſ.Aret.conſilio xxxvj. caſus talis eſt. poſt princip.

*Patris conſenſus , quando præſumatur interueniſſe.*

*Ex patientia decem annorũ præſumitur conſenſus.*

16 ¶Tertiò, non hinc longè abeſt,quod Alex.conſuluit conſi.cxiij. incip.viſo & diligenter conſiderato themate.col.pen.verſi.quartò comprobatur.lib.4.quòd ſi is,qui rem rem emphyteuticam emit, eam poſſedit decem annos patiente domino,præſumitur dominus præſtitiſſe conſenſum huic alienationi.Sequitur Philip.Dec.conſi.clxxxv.col.vlti.vbi hoc reputat notab.& conſi.ccccix.viſo conſilio.col.j.& Iaſ.in dicta l.ſi certis annis.col.3.C.de pactis.& in dicta l.j.col.6. verſicu. quintò limita. C.qui admit.ad bono. poſſeſ.vbi & hoc dicit notabile in dicta l.ſi certis.col.7.verſic. ſextò facit. ff.de verbo. obligat.

*Patre decẽnio poſsidente hæreditatem filio delatam,præſumitur filij conſenſus interueniſſe.*

17 ¶Quartò,huic ſubiiciendus,& alius caſus æquè memorandus in dicta l.qui in aliena.§.ſed & ſi non adierit.paulò poſt principium, ff.de acquirenda hæreditate.vbi è diuerſo, ſi pater decennio hæreditatem filio delatam poſſederit,præſumitur conſenſus filij interueniſſe.Quem dicit valde ſingul. ſecundùm omnes Barbat.conſi.xxxiij.ſcribit Pſalmiſta celebris.col.2.libro item ſecundo. & valde eleganter idem Barbat.inter conſilia Alexan.conſi.cxxxv.clementiſsimi Dei patris.col.6. verſic. & adduco tex.lib.4.Et per illum tex.voluerunt Bal.Ange.& Imo.& Franc.Aret.in dicta l.ſi filiusfami. videlicet quòd ſtante ſtatuto,quòd minor,vel mulier non poſsit obligari ſine conſenſu propinquorum,cert

rum,cert

rum,certè per lapſum decennij præſumitur hunc cõſenſum interueniſſe.De qua re,quia nõ eſt omnino ſine dubio,vide quæ latius ſcripſi in §.Legum Connub. in glo.v.in 8.limitat.

*Per longũ tempus præſumitur ratihabitio.*
*Petitio hæreditatis perpetua.*

18 ¶Quintò,quod authoritate illarum duarum legum,voluit gl.in d.l.j.in verbo, ratam.C.qui admit. ad bono.poſſeſ.quòd ſi filius longo tempore poſſederit hæreditatem,cuius bonorum poſſeſsionem petierat,præſumitur pater ratificaſſe ita petitionẽ, vt ex eo ſibi vſumfructum acquirat.Et illam ſequuntur Cyn.Bart.Ange.Salyc.Fulgoſ.Roma.Alexan.Corne.& Iaſon ibi,& Bal.in l.2.C.de legiti. hæred.Et ne putes id quod nunc dicimus,illud idem eſſe quod diximus ſuprà verſi.2. debes intelligere,quòd illa lex loquitur de petitione hæreditatis,quæ eſt perpetua , hîc verò loquimur de bonorum poſſeſsione,quæ eſt annalis.l.vlti.ff.quis ordo in bono.poſſ.ſerue.ideo ratificatio illius debet fieri intra idem tempus,vt eſt tex.in l.bonorum.ff.rem ratam hab.tamẽ ex huiuſmodi longo tempore præſumitur interueniſſe intra tempus præfinitũ,vt declarant Docto.quos ſuprà citauimus, & eſt communis opinio,licet contrarium teneant Bal.& Pau. Caſt.in d.l.j.

*Matrimoniũ diutina per decennium cohabitatio, probat.*
*Tempus inducit præſumptionem tituli.*
*Probatio tituli per iuramentum.*

19 ¶Sextò,eiuſdem farinæ eſt ( vt loquar prouerbialiter ) tex.in cap.illud.de præſump. vbi per diutinam decem annorum cohabitationem cum aliis adminiculis,probatur matrimonium : quem tex. Anto.Cardin.Floria.Imo.Panorm.& Fely.trahunt ad matrimonium ſpirituale, vt ſcilicet ſufficiat ad probationem tituli,vt inſtitutionis,vel confirmationis,quòd longo tempore quis tenuerit beneficium,& habitus fuerit pro rectore,ſiue poſſeſſorio,ſiue etiam petitorio.Et ſic tempus,vt illi dicũt, inducit præſumptionem tituli,adeò vt quis non aliter cogatur oſtendere,quamuis Innoc.ibi,non ſatis in ea re firmus fuerit propter aliquam rationem,cui omnes reſpondent.Et idem quoque in ipſa ſpecie tenuit Hoſt.in cap.licet.in verbo,officij.& ibi etiam Panorm.colum.penul.Imo.colum.7.verſicu.extra gloſ.vt dixi .Ioan. Ana.& Fely.col.4.de ſimo.vbi dicunt ſufficere hoc caſu , probare titulum per iuramẽtum. quod eſt multum notãdum ad id quod hîc in noſtra conſuetudine expreſsè de iuramento cautum eſt.In eadem quoque ſententia fuit Feder.Senen.conſil.lxj.vacante quodam prioratu.verſic.contra hoc opponit epiſcopus.& conſi.ccxxxiiij. principium ſuper primo puncto, & illius præceptor Ioan.And.in cap.ſi iudex laicus.§.vlti.& ibi etiam Dominic.de ſent. excommu. lib.6.& idem Ioan.Andr.in cap.j.& ibi latè Petr.Ancha.in repetit.in ix.quæſtio.verſic.dixit tamen. de regu.iuris.eodem lib.Bald.Ange.Imo.Roma.& Franciſ.Aret.in dicta l.qui in aliena.ff.de acquirenda hæredit.Bald.in dicta l.ſi filiusfamilias.C.de petit.hæredit. & in l.ſiue poſsidetis. col.j. in iiij. oppoſ.C.de probationib.& in l.inciuilem rem.C.de furt.& in l.etiam eos.C.de appel. Petr. Ancha. conſi.cxvij.ſatis impertinens eſt.poſt medium.Imo.in cap.ex frequentibus. de inſtitut. Dominic.in cap.ordinarij.§.j.col.penul.poſt Pau.de officio ordi.libro 6.& iterum conſil.lxxxvij.apparet quædam vnio.col.3.verſicu.corroboratur. vbi dicit ſufficere decem annos. Roma.& Barbat.in dicta l. ſciendum.col.xv.& col.xxv. & ſeq.de verborum obligatio.Paulus Caſtren.conſi.ccij.in cauſa confinium. col.2.verſicu. breuiter ſi bene.libro j.Alex.dicto conſi.lxxix.libro j.Franciſ. Curtius ſenior conſi.lxxvij.ſuper motis.col.3,Barbat.in cap.requiſiſti.de teſtamen.& in repetit.dictæ rub. de fide inſtrumen.& in repetit.rubri.de cauſa poſſeſſ.& proprieta.& conſi.xliiij.ſcribitur apud Prophetam. col.4.in fi.lib.j.& conſi.50.illud afferam.colum.3.eodem libro j.& conſil.xxvj.ſapienter ſcripſit.col. v.libro 2.& conſi.xxxiij.eodem libro 2.& conſil.xxxv.ſapienter ſcribitur. col.7.verſic. faciet quod voluit.eodem libro 2.& dicto conſi.j.libro 4.& inter conſilia Alex. conſi.cxxxv.colum. v. verſicu. præterea accedit.& col.ſeq.libro 4. Socinus conſi.cclxx. conſideratis his. colum.3.libro 2. Fely.in cap,ſicut.col.15.verſicu.fallit tertiò.de re iudica. Philippus Dec.in dicta l.j.col.4.verſicu.ex gloſ.& ſupradictis.C.qui admit.ad bono.poſſeſſ.& in cap.cùm cauſam.col.vlti.de probat. & conſi.xxxvj. exemplum inſtrumenti.col,3.verſi.quintò non interuenit.& conſi. cxviij. viſo inſtrumento. col.1.& conſi.cxxj.in cauſa venerabilis presbyteri.col.2.verſicu.ex quibus omnibus.& conſi.cxxxv.ad iuſtificationem.poſt princ.& conſi.clv.in cauſa exemptionis.col.2.& conſil.xxxix.viſo conſilio.col.j. Corſe.in ſingul.in verbo,titulus.

*Ex temporis diuturnitate non fit probatio tituli in beneficiis eccleſiaſticis.*
*Communis error operatur tantùm in temporalibus.*
*Communis error, non facit ius in ſpiritualibus.*

20 ¶Sed huic ſententiæ,veluti ex diametro,repugnat quod ſcribit Bal.in cap.ex parte. in princ.de teſtib.vbi per illum tex.not.quòd ex temporis diuturnitate, non præſumitur titulus in beneficiis eccleſiaſticis,neque habet locum in illis fictio.dicta l.cùm de in rem verſo. Et idem quoque in effectu voluit ipſe Bal.in l.malè agitur.C.de præſcrip.xxx.annor.& in l.non mutatur.C.de liber. cauſa. dum dicit,quòd communis error,de quo in l.Barbarius.ff.de officio prętо.operatur tantùm in temporalibus,non etiam in ſpiritualibus,vt not.Inno.in cap.nihil.de electio.& idem Bald.in dicto cap. illud.in fi.poſt Innoc.de præſcript.& in cap.contingit.col.7.verſicu.quæro nunquid titulus eccleſiæ. de dolo & contuma.vbi illud præterea dicit,quòd ſemper poſſeſſor,quocunque tempore poſſederit beneficium,tenetur oſtendere titulum,ſi ordinarius petat.Et idem Bal.in ſua Margarita,in verbo,matrimonium.& conſi.ccix.caſus talis eſt,vbi dicit,quòd quis in beneficiis , non iuuatur diuturnitate temporis,quia non poſſunt præſcribi,per dictum c.ex parte.& Soci.qui elegantiſsimum reputat dictum Bal.in dicta l.non mutatur.Soci.inquam conſi.lix.viſo elegantiſsimo.col.2.verſicu. circa quartam dubitationem.lib.1.& Iaſ.in d.l.ſi certis annis.col.3.verſi.facit quod notatur, & iterum col. vlti.verſi.ſeptimò limita.C. de pactis.

21 ¶In qua re Baldus vt vides, Lector amantiſsime , palam ſibi aduerſatur , vt ſæpiſsime ſolet , alioqui nemini noſtrorum poſtponendus , & fortè omnibus præferendus , ſi ſibi conſtitiſſet , & ingenio non nimium ( quod de Ouidio ſcribit Fabius ) indulſiſſet. Vtra autem in ea re ſententia ſit verior,



verior,aliorum eſto iudicium.Nam quod ad me ſpectat , non auſim de tantis viris in re tam dubia iudicare.Multum enim eſt periculoſa,& difficilis in iure noſtro determinatio , & inter diuerſa , vel contraria certa electio,vt etiam è noſtris dicit Cardin. præloquens in clem. Et vt authoritate Diui Hieronymi in Danielem ſcribit Franc.Aretin.ſtatim in ingreſſu conſi.clv. periculoſum eſt iudicare de ſententiis patrum variantibus,nec minus arduum,vt ſubdit , & difficile.Propterea Felin.in cap. cùm dilecto.col.18.verſi.amplia.ad fin.de reſcrip. quem laudat Ioan.Ana. ob id quòd ſoleat timidè loqui,raròque quippiam aſſeueranter adfirmet:cùm eadem temperantia vtatur Ioan.And.vir aliàs conſummatiſsimus,qui in ſuis lecturis aliorum recitatione cõmuniter contentus eſt. Neque tamen me latet Feli.in d.c.ex parte de teſtib.in prin.conari ſubobſcurè huiuſmodi(de quibus loquimur)diſſidentes ſententias concordes efficere:ſed mihi,vt verum dicam,non ſatisfacit.alibi autẽ idem Feli. ad hoc quod dictum eſt præſumi titulum beneficij ex longo tempore,dat quatuor conſiderationes minimè contemnendas,videlicet in dicto cap.ſicut.quem locum nuper citauimus,de re iudicata.

*Definitio periculoſa eſt in iure.*
*Beneficij titulus an ſemper præſumatur ex lõgo tempore.*

*Propter temporis diuturnitatẽ inutile habetur pro vtili*

22 ¶Septimò,ſuperioribus tempeſtiuè ſubditur tex.in l.ſi poſt mortem,iunctis ibi notatis,ff.de adoptio. vbi emancipatio,quæ dicitur inutilis ex defectu ſolennitatis,pro vtili habetur,ſi diuturnitas temporis interuenerit.Et ex eo notat Bald.ibi , ad fin.quòd ſi filius longo tempore vixit , ſeorſum à patre habitando,& per ſe negotiando,præſumitur eſſe emancipatus,ſi alleget.Ad quod etiam allegat d.l. cùm de in rem verſo.& l.j.vbi & hoc notat idem Bald. C. de patria poteſta. & idem quoque voluit ipſe Bald.in l.2.C.ſi aduer.rem iudic.Sequitur & commendat Barbat.in d.l.ſciendum.col. 27. ff.de verb.oblig.& dicto conſi.xxxiij.col.2.lib.2.& conſi.xxxv.ſapienter ſcribitur,col.7.verſic.& ideò dixit,eod.lib.2.& conſi.lxxxvj.illud referam.col.2.in fin.eod.lib. & dicto conſi.j.col.j.& col.5.lib. 4.& Iaſ.in d.l.ſi certis annis.col.pen.verſi.ſeptimò facit.C. de pactis. Et facit quod ſcribit Roman.conſil. ccccij.in propoſita conſultatione,in ſecundo dubio.

*Temporis diuturnitas quãdo inducat præſumptionẽ tacitæ donationis.*

23 ¶Octauò,iſtis annectendus eſt tex.in d.l.Procula.ff.de probat.vbi diuturnitas temporis aliis concurrentibus inducit præſumptionem tacitæ donationis.Et ita expendunt illum tex.Bart.& alij,& glo.in l.quæ dotis,ff.ſolu.matri.& Bald.in l.2.in j.quæſt.C.de iure dot.Et Ioan.Platea in l.quicunque,C.de apoch.public.lib.10.& Raphaël Cuma.qui illum dicit notab.conſil.cxxxvj. viſis inſtrumentis, col. vlt.in prin.& Maria.Soci.conſi.xv.pro deciſione prædictæ conſultationis,col.7. Húcque facit text. in l.cùm quidam.§.diuus.ff.de vſuris.vbi vſuræ temporis diuturnitate videntur remiſſæ. Et ita conſuluit Bald.per illum tex.ſicuti retulit Rom.in l.inſulam.§.vſuras.ff.ſoluto matri.& conſi.cccccxvij. in caſu propoſitæ conſultationis,col.4.verſi.ſecundò tamen.Facit item tex.in l.ſi ſeruus communis, & in l.vir vſuras.iuncta glo.in verbo,vſuras.ff.de donatio inter vir.& vxor.& in l.cùm oportet.§.ſin autem res ſibi.C.de bonis quæ liber.Et quod voluit Bald.conſi.cccxlv.ſtatuto cauetur,in fin.lib.3.& Bar.inter conſilia ipſius Bal.conſi.cccc.ſuper primo puncto,col.2.verſi.nec obſtat prædictis,lib.4.& Phil.Dec.conſi.ccij.vt præſens conſultatio,col.vlti. Ex quibus videtur reddi dubia deciſio Bald.in l. vlt.C.ne de ſtatu.defunct.vbi per gloſſ.in d.l.ſolent.§.vlt.ff.de offic.proconſul. ſtudioſè limitat dictã l.cùm de in rem verſo.ſuprà ſæpius citatam, ff.de vſur.non procedere , quando quis prætendit titulum donationis,vt ſcilicet illum titulum non poſsit probare ex ſola præſtatione decennali, cùm habeat præſumptionem iuris in contrarium,videlicet quòd nemo præſumitur donare,l. cùm de indebito.ff.de prob.quod & idem quoque ſentit.Bar.ſi ſolerter in d.l. cùm de in rem verſo. inſpiciatur, & ibi Alex.in addit.vbi Bald.& idem voluit ipſe etiam Alex.in l.ſi donatione.col.8.C.de collat.contra Salic.ibi,& in l.filiæ.eo.tit.Facítq; quod ſcribit ipſe Bal.in l.ſi maior.C.commu.diuid.dum gl.ibi limitat,per tex.in d.l.cùm de indebito.de quo poſteà dicemus.Et quod etiam tradit Saly. in dicta l. ſi certis annis,vbi etiam Iaſon col.vlt.in 12.limitat.& idem Iaſ.in §.præiudiciales.colum.pen.verſic. 6.Inſtit.de actionibus.

*Donatio non probatur ex ſola præſtatione decennali.*

24 ¶Verùm illa Bal.doctrina haud dubiè vera eſt,vt ſcilicet ſolum tempus non inducant præſumptionem donationis,niſi & cum tempore alia concurrant:videlicet conſanguinitas, neceſsitudo, amicitia,& alia,de quibus in iuribus in prin.huius verſi.allegatis, vt etiam expreſsè intellexerunt Bal.Salic.Floria.in d.l.Procula.ff.de probat.glo.Bart.& alij in l.libertis,quos teſtamento.§.j.ff.de alim.& cibar.leg.Bart.Rom.Alex.& alij in d.l.quæ dotis.Bald.in d.l.ſi certis.col.4.& in l.cùm quid.col.2.ff.ſi cer.pet.& in l.cum proponas.la 2.C.de pact.Pet.Anch.conſi.xxxij.ſubtiliter & copioſè,col.2.Raph. in d.l.cùm quidam.§.diuus.ff.de vſur.Rom.& Bar.in l.diuiſione.ff.ſolu.matri.idem Rom.con.cxliij. licet variè,dum allegat dictam l.Procula.& expreſsius dicto conſi.cccccxvij.Franciſ.Aretin. in l.recuſari.ff.de petitio.hæreditat.Alexand.conſil.xlvj.viſis & accuratè conſideratis,in fin.libro primo,& conſi.lvj.in præſenti conſultatione,col.penult.verſi.nunc reſtat.vſque ad finem conſi. libro quarto, Angel.Aretin.in §.fuerat,Inſtit.de actio.Corne.conſi.clxiiij.in hac conſultatione,colum.pen. in fin. cum prin.ſequent.lib.3.Socin.conſil.lxxiij.circa primum,colum.3.libro 1.& conſil.lxj.circa primum dubium,in fin.lib.iiij.

*Diuturnitate tẽporis confirmatur id quod nullum eſt.*

25 ¶Nonò,huc ſpectat elegans & not.caſus in l.qui in prouincia.§.j.ff.de ritu nuptia.cùm dicitur , mouemur temporis diuturnitate,vbi princeps aliàs non facturus , motus tamen diuturnitate temporis quod nullum erat,confirmauit.Quem tex.aureis literis ſcribendum eſſe dicit Barb.conſi.ix.præclarè ſcribitur,colum.2.lib.2.& ſingu.Bald.in tracta.dotium , in vndecima parte principali, colum.vlt. illiúſque authoritate ſubnixus Ange.ſingu.decidit conſi.lij.in quæſtione propoſita,col.vlt.quòd lex noua annullando præterita,non extenditur ad ea quæ ſunt temporis diuturnitate munita. Cui deci-

ſioni Felin.dicit ſe neque conteſtem reperiſſe,neque contradicentem,in cap.vlt.col.7.verſic.limita quintò.de conſtit.vbi tamen dicit,quòd tam in practica haberet pro difficili, licet ſit æqua. Et dicit Catel.in memor.incip.lex noua, quòd ſecundum illam deciſionem debet intelligi quod generaliter conſuluit Bal.conſi.cvij.conſiderandum eſt,lib.5.iunctis his quæ ſcribit Cor. conſi.cxcix.in præſenti conſultatione, col.antepen.lib.2.& conſi.clxxxj.viſa copia conſilij,col.2.in fi.& ſeq.lib.3.Sed & per illum tex.dicit Bal.in rub.extrà de præſumpt. quòd propter tempus facilius diſpenſatur. Per illum quoque tex.dicit Pau.Caſt.conſi.cclxvj.videtur dicendum,in fi.lib.2.quòd ſi vir & mulier longo tempore maneant tanquam vir & vxor per ignorantiam iuris,ita confirmatur ſtatus filiorum,vt dicantur legitimi. Eſt autem ferè ſimilis tex.in c.j.xxxv.q.viij.vbi ex eo no.gl.ratione diuturnitatis fieri,quod aliàs non fit,ſecundum quem tex.tradit Rom.conſi.cccvij.in caſu propoſitæ conſultationis,ante fi.debere intelligi c.non debet,de conſangui. & affin.Et facit etiam text.in c.cito turpem.& quod ibi not.glo.in verbo,multiplicis.j.q.j.

*Filiorũ ſtatus per longũ tempus confirmatur.*

26 ¶Decimò,iſtis fauere videtur tex.in l.ij.C.de incol.lib.x.vbi alienigenæ ibi videntur ſedem domiciliúmque conſtituiſſe,vbi decem annis ſteterunt,vel habitauerũt. Neque id ſolùm in his qui ſtudiorum cauſa alicubi morantur,de quibus nuncupatim loquitur ille text.ſed in aliis quoque, vt dicunt gl.& doct.ibi,in l.hæres abſens.ff.de iudi.Cy.in l.2.C.vbi ſenat.vel clariſ.Bar.in l.lex Cornelia.§.domini.ff.de iniur.Bal.conſi.cccxciij.punctus talis eſt,Titius,lib.j.& conſi.cccxj.quæſtio ſuper qua, lib.4.& conſi.clvj.quidam in terra Burgi,lib.5.Alex. conſi. clv.viſo titulo,col.1.lib.7. Et per illum text. dicit Spec.tit.de compe.iud.adi.§.regulariter.quòd ratione temporis quis non ſortitur forum.

*Decennium eſt tempus domicilij conſtituti.*

27 ¶Vndecimò,proximè accedit tex.in c.contingit.in illis verbis & fuerit aliquot annis ſeruata, extrà de tranſact.vbi contractus ex diuturnitate temporis robur accipit,& fomentum, vt dicunt noſtri,vt retractari non debeat,aliàs retractandus,& ita per illum tex.dicit vir acuti inter noſtros ingenij Phil. Dec.conſi.cxl.an & quando inter maritum,col.2.verſi.ſecundò non obſtat,vbi & per hoc conſuluit, quod licèt aliàs maritus poſsit vxorem repetere,licèt vterque iurauerit vir & vxor nunquam ſe repetituros: tamen ſi poſt huiuſmodi iuramentum, vel etiam ſimplicem conuentionem ſeparationis thori coniuges ſeparati longo tempore continentiam ſeruauerint, non poterunt ſe amplius repetere:quod eſt admodum notabile,ſi verum eſt.

*Contractus ex temporis diuturnitate uires accipit.*

28 ¶Duodecimò,his quoque reſpondet tex.in c.licet,extra,de coniugio ſeruo.vbi ratione temporis decennalis de quo ibi tractatur,Papa diffinit.Quem tex.pro not.allegat in rubri.de præſumpt.ex eóq; colligit inter cæteras præſumptiones, quæ hinc illíncve oriuntur, eſſe quoque præſumptionem ex tempore.

*Decennij effectus.*

29 ¶Decimotertiò,huc reſpicit tex.admodum not. & fortè ſingul. in c.neque viduas. xxvij. q. j.vbi ſi virgo,vel vidua in religioſo propoſito diuturna obſeruatione permãſerit,ſiue annis plurimis in monaſterio ætatem peregerit, præſumitur votum continentiæ emiſiſſe: adeò vt non poſsit tranſire ad nuptias:licèt de voto ipſo aliter non appareat.Tanta eſt enim vis temporis.

*Voti præſumptio unde.*

30 ¶Decimoquartò,eo facit gl.not.in d.l.pen.C.commu.diuid.quæ dicit,quòd ſi plures fratres ſeparatim, diuiſimque poſſederunt bona communia ſpatio decem annorum, oneráque etiam ſeparatim pro ſe quiſque ſubierunt, præſumitur inter eos diuiſio, per dictam l.cùm de in rem verſo,ff.de vſur.& illam glo.ſequuntur Iacob.Butr.Odol.Rayn.Barto.qui eam dicit eſſe ſing.notandam,& perpetuò menti tenendam,Bal.Alber.Ange.Pau.Caſt.qui eam quoque dicit ſingul.Salic.& omnes recentiores ibi ſequuntur etiam Bart.in d.l.cùm de in rem verſo.col.3.& ibi quoque Flor. col. vlt.Nicol.Neapol.in §.quædam.in Apoſtil.tex.& rurſum in quarta quæſt.Inſtit de act.vbi etiam illam facit ſing.& ibi poſt eum Iaſon col.7.verſi.quid autem ſi eſſent.idem dicit Ange.Franc.Aret.in d.l.qui in aliena.§.j.ff.de acquir.hæredit.Barto.in ſua diſputatione incip.quædam mulier habens amplum patrimonium,in fin.& in l.vlt.& ibi etiam Angel.ff.de vſucap.pro dote.Ioan.Andr.in addit.Specul.tit. de iudic.§.ſequitur videre.verſic.porrò.Guliel.Suz.in l.diuiſionis.ff. de pact.Bart.in dicta diſputatione,incipien.quædam mulier habens amplum patrimonium,in fi.Bal.in d.l.ſi certis.col.4.verſ.tertiò probatur,& ibi etiam Ang.Pau.Ca.Alex.& Iaſon col.3.verſ.ſextò facit,vbi & illam dicit ſingularem C.de pact.Bal.in d.l.licet.C.de iure deliber.& in l.j.col.3.verſi. pone,duo fratres.C.de fideic.& in l.1.in vij.oppoſ.C.qui admit.ad bonorum poſſeſſ.& conſi. ccxlv.caſus talis eſt,quidã dictus Leo. lib.j.& conſi.437.quædam puella.in fi.eod.lib.j.& conſi.45.quandoque contractus,lib.2.conſi. 282.proponitur quod minor.eodem libro 2.vbi dicit eam gloſſ. ordinariam, & communiter approbatam: quanquam ibi allegat perperam gloſſ.in l.placet. ff. communi diuidun.cùm in eo titulo nulla ſit lex huiuſmodi,ſed voluit allegare gloſſ.in dicta l.ſi maior 25.ann.C.eod.quæ eſt penult.cùm etiam nulla alia hoc ipſum dicat. Et idem Bald.conſi.100.mulierem maritus duxit,colum.j.libro iiij.& conſi. ccxxxiij.diuiſio.eodem libro iiij.vbi id dicit procedere, etiam ſi diuiſio fuit ab initio nulla, vtpote inter minores facta ſine decreto,quod eſt tamen notandum,Angel.in l.ſeruitutes,ff.de ſeruit.Ant.in c.peruenit.xj.col.verſi.venio ad ſecundum principale,de cenſi.Roma.conſi.ccv.in præſenti propoſito,circa medium,& conſil.ccccxviij.in eo quod quæritur,verſi.ſecundo principaliter.Panor. in cap. vlt.de cauſa poſſeſſ.& proprieta.Ioan.Plat.in d.l.quicunque.C.de apoch.public.lib.x.Paul. Caſtren. conſi.ccij.in cauſa confinium,col.2.lib.1.& conſi.cxxvj.non ſequendo ordinem.libro 2. vbi illam dicit communiter teneri, Alex.conſi.xcij.viſo & diſcuſſo,in prin.libro 2.vbi hanc dicit eſſe communem opinionem,& conſi.xxv.attentis narratis,in princ.& iterum col.5.verſic.confirmo per ea, lib.5.

*Præſumitur diuiſio ex ſeparata bonorum cõmunium longo tempore poſſeſſione.*

Franciſ.



Franciſ.Por.in tracta.de duobus fratribus,in ſecunda parte,quæſt.lxxviij. Cæpol.in tractatu de ſeruitũ.vrban.præd.c.xcix. Barbat.conſil.xxviij.omnipotentem Deum,col.8.lib. 4. vbi & eam aſſerit eſſe ſingularem Socin.conſi.clxiiij.viſa bulla,col.vlt.verſi.tertiò,quia poſt priuilegium,lib.1.& conſi. ccliiij.viſa & conſiderata,col.2.verſi.ſed contra præmiſſa,lib.2.Felin.in c.ſicut col.xvj.verſi.facit plena deciſio.extrà,de re iudic.Philip.Dec.conſi.lxxix.in fi.Stepha.Bertran.conſ.cccxliiij.etiam ſi non probaretur.in princ.lib.j.Sed illam gloſſ.intelligit Bal.& ibi etiam Paul.Caſtr.Alex.dicto conſi.xxv. lib.5.& Felin.in c.ſicut,col.15.verſi. hanc fallentiam, vt ſcilicet procedat quando inter iſtas fratrum poſſeſsiones eſt proportio & debita congruitas,id eſt,cùm portiones ſeparatæ poſſeſſæ, ſunt æquales,ſi æqualiter ſuccedebant,aut conuenientes portioni,quam quiſque eorum habebat: aliàs autem non præſumetur diuiſio,quia non is qui minus portione hæreditaria poſſedit,ius ſuum remiſiſſe cenſetur, l.cùm de indebito.ff.de prob.Et bene facit quod circa illam gl.voluit Panor. in dicto c.vlt.de cau.poſſ.& propriet.Cõtrarium tamen expreſsè voluit,vt videlicet illa gl.indiſtinctè procedat, ſiue ſint congruentes portiones,ſiue non ſint,Salycet.in dicta l.penult. & Anto.in dicto.c.peruenit.& videtur ſequi hanc partem dicto conſil.xcij.columna tertia,verſic.præterea,lib.1.Sed tu hîc vide quæ dixi ſuprà in vj.verſi.

*Qui ius ſuum non remittere dicatur.*

31 ¶Sunt tamen qui tenuerũt illam glo.nullo pacto procedere,Pet.Ra.Cyn.& Salyc.in d.l.penult.moti,quia non præſumitur diuiſio,niſi probetur per textum ibi,cum ſimil.Nec obſtat,inquiunt, dicta l.cùm de in rem verſo,quia loquitur in actu ſolutionis vel præſtationis,quæ non fit libenter, nec de facili,niſi ſubſit cauſa,quæ ad hoc cogit.arg.d.l.cùm de indebito.Hîc autem loquimur in actu diuiſionis,in quo ſola patientia interuenit,quod communiter & facilè fieri ſolet.Id quoque voluit Alex. ſibi contrarius dicto conſi.xiij.lib.2.& dicto conſi.iij.lib.3.Ange.in §. vlt.Inſtit.de ſociet.Petr.autem Ferrarien.in tit,forma libel.pro hæred.vel re ſing.diuid.in verbo,communiter, & pro indiuiſo poſſederunt.Et quòd non præſumatur diuiſio, apparet:quia potius videãtur ita poſſediſſe gratia commodioris vſus,quàm diuiſionis.Et ita obtinuit opinio Iaco.Rau.& Petri,quòd inter extraneos quoſdam ſocios,qui rem antè communem poſtea ſeparatim poſſederunt, habeat locum alia opinio per text.in l.itaque cum ſeparatim.ff.pro ſocio.

*Solutio nõ præſumitur, niſi ſubſit cauſa.*

32 ¶Sed aduerte Lector:quia ratio,cui innituntur Iac.& Pet.hinc manat quòd exiſtimãt dictam l.cùm de in rem verſo.non procedere in patiente,ſed ſolùm in præſtante:id quod etiam plerique arbitrantur.Sed contraria opinio communior eſt,vt diximus ſuprà verſi.j.Sed ſi concedamus aliam eſſe veriorem,adhuc nihil ea huc pertinet:quoniam in noſtro caſu non ſola patientia interuenit ſociorum, ſed & factum quoque omnium,vſúſque & poſſeſsio ſuæ cuiuſque partis.Ideo tene priorem partem, quæ etiam communior eſt:& eam etiam ſequũtur multi ex his,qui putant dictam l.cùm de in rem verſo.non habere locum in patiente tantùm,ſed ita tamen temperatam, niſi parua ſit quædam inæqualitas, ex ſententia Franc.Balbi in tractatu Præſcriptionum,in ſecunda parte tertiæ partis princ.

33 ¶Decimoquintò,ne diſcedamus à gloſſ.quam meritò omnibus antepono,facit & quod ea voluit in l.atqui natura.§.cùm me abſente.ff.de neg.geſt. quòd ſola fama diuturni temporis probat dominiũ. Quam ad hoc facit ſingul.Ang.ibi,vbi ſe dicit ita obtinuiſſe.& idem Ang.in l.Titius.ff.quib. mod. pig.vel hypoth.ſol.& in l.quidam in ſuo.ff.de condi..inſtit.vbi tamen Nicol.Neapol. dicit eſſe ſimilem in l.litibus.C.de agric.& cenſi.lib.11.Sed & eam dicit ſingul.Barbat.in l.ſciendum.col.19. verſic.& etiam addo.ff.de verbor.oblig.& in l.in illa ſtipulatione,col.14.eod.titu.& conſil.5. ſapienter ſcribitur,col.6.verſi.præmitto.lib.2.& conſi.8.ſapienter doctiſsimus,col.2.eodem libro 2.& conſi.xviij. præclarè ſcriptum eſt,col.19.eodem libro 2.& conſi.xxviij.omnipotentem Deum,col.4.lib.4.& per illam dicit Bald.in c.j.§.vaſallus.in fin.tit.ſi de feudo fuerit controuer. inter don . & agna.quòd fama diuturna inducit præſumptionem iuris.Per eandem quoque dicit idem Bal..conſil. lxxxix.Dominus Thomas.col.2.verſi.tertiò præmittendum,lib.j.quòd fama antiqua facit notorium, probátque in vim notorij.& ad hoc dicit illam gloſſ.eſſe ordinariam.Et idem quod Bald. voluit Anton. in c.j.de fide inſtrum.Sed & tu præterea in eandem ſententiam vide Innoc. in c. cùm cauſam. de iuracalum.& in cap.quod per nouale.& in c.veniens.de verbor.ſignific.Archid.in c.beati 2. q. 7.& in c. inter memoratos.16.q.3.Specul.titu.de probat.§.j.verſi.& noto quòd præſcriptus.Cyn.Bartol.& alij in l.ſi quidem.C.ſolu.matrim.Cynus in l.cùm res.in fin. C.de probat.Bald.in l.proprietatis.verſicu. tertio modo operatur,& ibi Ang.& Salyc.C.de probationib.& in authen.quas actiones,ante fin.C. de ſacroſanct.eccleſ.& in l.conuenticulam,col.penult.verſi.ex his etiam infero.C.de epiſc.& cler.& in l.bonæ fidei.col.vlt.C.de iureiuran. & in l. cùm ſuper.& ibi etiam Angel.C.de rei vendic.& in l. non ignorat,col.6.C.qui accu.non poſſ.& conſil.cciiij. longum thema.col.2.lib.3. Anton.in cap.veniens,le j.& ibi latè recentiores,de teſtib.Imol.in c.cùm cauſam.vbi eſt bonus contextus. de probatio.Paul.Caſtr.conſi.cclxxix.viſa petitione, in fin.Roman.conſi.ccccxxiiij.circa propoſitum,col. 2. Caccial.in repet.l.admonendi.col.63.in ſexta concluſione.& ibi latè Iaſon, etiam in eadem repetitione,col.87.verſic.tangit hîc etiam,ff.de iureiuran.& in l.rem quæ nobis,colum.vlt.ff.de acquiren. poſſeſsio.Alexand.conſi.4.videtur inſpectis his,col.6.verſic.poteſt alius modus.lib.2.& conſi.j.ponderatis his,in fi.lib.4.& conſi.xxv.viſis & ponderatis.col.2.eodem lib.4.& conſi.lxxv.lib.5.& conſi. cxxxix.circa primum dubium,col.penult.verſic.& licet,in antiquis.& multis ſeq.lib.6.& conſil.viij. attentis his,col.2.verſic.alio etiam fundamento,lib.7.& conſi.cj.ſuper primo dubio,col.5. verſic.tamen in caſu,eodem libro vij.Barbat.conſi.lv.clementiſsimum Deum,columna ſexta, vbi illam glo.

*Fama ſola diuturni temporis probat dominium.*

*Fama diuturna inducit præſumptionem iuris, & habet uim notorij.*

dicit elegantem Corne conſi.ccxxij.ſuprà in conſiliis,col.2.lib.1.& conſi.clxiiij.me ſubſcripſi, verſi. item ſecũdus articulus,lib.2.& conſi.ccciiij.rem arduam continet , libro tertio ,& conſil. cxxx.eleganter,libro quarto.Franc.Aretin.conſil. xxxvj.caſus talis eſt,columna ſecunda,& conſi.ſeq.ſequendo ordinem quæſitorum.per totum,& conſi.xlij.viſo conſilio,columna prima, verſic. tertiò per rationem,Franc.Curt.ſenior conſi.lxx.Chriſti nomine,columna tertia, verſi.ſecunda concluſio, Socinus conſi.clxxxvij.in controuerſia.col.3.verſi.confirmatur hoc ratione, lib.2. Phil.Dec.in c.dilecti, col.4.verſi.ſeptimus caſus,de appel.& conſi.xlij.col.ij.verſi.& non mirum,& iterum col.7.in quinto dubio,verſi.hinc eſt quòd fama,& conſi.cxlvj.dubia de quibus,col.5.verſic. quartò producuntur,& col.ſeq.bene facit.In quibus locis,præſertim verò apud Corne.& recentiores,comperies quomodo hoc intelligitur,& de quanto tempore.

*Per diuturnam præſtationẽ cẽſus, probatur conceßio in emphyteuſim.*

34 ¶Decimoſextò,quod voluit alia glo.in l.2.in gloſſ.magna,in fin. C. de iure emphyt.quòd diuturna præſtatio cenſus ſiue penſionis inducit probationem ſufficientem conceſsionis in emphyteuſim,vel in feudum,aut aliàs id genus.Quam gloſſ.ſequuntur ibi Bal.Ioan.Fab.Ang.Salyc.& Iaſon col. lvij. vbi de hoc copioſè.Et idem tenet Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua.verſi.lxiiij.Bart.& Salyc.poſt Cyn.in l.comperit.C.de præſcriptio.triginta vel quadraginta annor.idẽ Bart.in d.l. cùm de in rem verſo.& ibi etiam Bald.in lectura Floren.& Salyc.in 6.quæſtio.ff.de vſur.Bart.in l.poſsideri.quæ eſt 3.§. ex contrario.col.2.in princ.ff.de acq.poſſ.& in l.ſolent.§.j.ad fin.ff.de offic.proconſ.& in l.iubemus.C.de fund.patrimo.lib.11.& in l.litibus.& ibi etiam Ange.& Ioan.Plat.col.2.C.de agric.& cenſit.eodem lib.11.Bald.in l.malè agitur.& ibi etiam Ange.& rurſum idem Bald.in l.cùm notiſsimi.§. vlt.eo.tit.C.de præſcrip.triginta vel quadraginta anno.& in l.qui in aliena.in princ.& ibi Ang. qui dicit eſſe menti tenendum,Imo.& Alex.col.3.verſi.item infero,& in l.ſi certis annis,in fi.C.de pact.& in l.neque.C.de vſufruct.& in c.cùm eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſ.& propriet.& in c.j.§.ſi quis per triginta annos.per illum tit.ſi de feudo fue.contro.& in c.vlt.titu.de feud.da. in vic.leg.com.vbi eſt bonus tex.& conſi.xxiiij.ſubtiliter tractata ſunt,lib.4.Ang.in l.prætor,in prin.& ibi recentiores, ff.de eden.& in l.qui luminibus,ff.de ſeruitut.vrba.prædio.& in §.emphyteuſim,col.2.verſi.ſed tunc quæro,in authen.de alienat.& emphyt.Petrus Ancha.conſi.ccccxxij.quidam ſeruus.Roman. conſi. xxvij.poſito quòd dominium rei,col.j.Panor.in cap.ad audientiam,col.v.de præſcr.& conſi.lxxxij. conditoris omnium,col.3.verſi.ex his concludo,lib.j.& Pau.Caſt.conſil.ccxiij.viſo puncto,col.2.lib. 2.Alex.conſi.lxxix.circa primum,col.3.in fin.lib.1.& conſil. 51. in cauſa ſpectabilium,col.2. lib.2.& conſil.clxix.viſo themate,col.2.lib.2.& conſil.8.attentis his quæ ſupraponũtur,lib.7.Franc.Curt.ſenior,conſi.xxv.tria ex facti narratione,poſt princip.Card.Alexand.in c.vaſallus,col.2.titu. ſi de feudo fuer.controuer.inter domi.& agna.Socin.conſi.50.ſubtiliter & copioſè,col.2.verſic. & licèt prædicta,lib.4.Iaſon in l.ſciendum.col.8.verſic.octauò tamen facit.ff.de verbor.oblig.vbi eam glo.dicit ſing.& communiter approbatam.

35 ¶Et quanquam plerique ex ſupradictis loquuntur de triginta vel quadraginta annis : alij ſimpliciter de diuturna ſolutione,ſiue de longo tempore,ſiue alia certi temporis præfinitione, multi tamen expreſsè tenent in hoc caſu ſufficere ſolutionem decem annorum, videlicet Spec.titu.de feud.§.quoniam.verſi.tertiò quæritur.in fin.& iterum §.vlt.verſi.cæterum ſi homo meus.in fi.Bal.in l.j.col. iij. verſi.pone,quidam ſoluit eccleſiæ,C.de fideicom.per tex.in dicta l.litibus.& idem Bal.in l.1.col.2.in 4.quæſt.& iterum col.3. verſic. & nota quòd ille.ff.de rerum diuiſio.& in dicta l.ſi certis annis.col.3. verſi.& iſta ſunt multum notanda,dum allegat dictam l.cùm de in rem verſo.& ibi expreſsius Iaſon col.3.verſic.quartò facit,Ioan.Fab.in §.ſeruitus.col.pen.verſi.ſed an per curſum,Inſtitut. de iure perſon.vbi tamen dicit hoc procedere,cùm titulus allegatur,iuxta dictam l.cùm de in rem verſo.Anto. in repet.cap.peruenit.in vndecima charta,ſecundùm nos eſt dubium de duobus,& iterum in xciiij. col.de cenſib.vbi ad hoc allegat tex.in cap.j.tit.de conſuetu. recti feud. & in cap. j. quomodo olim feud.pot.alien.Pau.Caſt.loquens & in emphyteuſi eccleſiaſtica,in l.ſicuti,§.ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit.vendic.Panor.conſi.lxxiiij.ciues quidam Senenſes,ſtatim poſt princ.lib.j.Alex.conſ.cxiij.viſo & diligenter conſiderato,col.vlt.lib.4.& conſi.50.in cauſa & lite,col.vlt.lib.5.& conſil.cxxiiij.conſideratis his,col.1.verſi.& præſupponitur.eod.lib.5.Phil.Dec.in c.bonæ.col. 7. verſic.contra ipſum verò ſoluentem,de appel.vbi refert ita conſuluiſſe,vt etiam conſuluit conſi.xlvj. cuius ſuſperſcriptio incipit,dubia de quibus,col.2.verſi.& cùm pro tali vinea.Tu autem hîc omnino vide Bal.conſi.116.Columbinus dedit,lib.j.Iaſ.de iure emph.fo.clxxiij.col.ij.verſi.in ea gl.in fi.

*Ordinatus ab alieno epiſcopo probet dimißionem. Literæ dimiſſoriæ neceſſariæ de iure Canonico.*

36 ¶Decimoſeptimò,huc pertinet quod ſcribit Inn.non tam Papatu inſignis , quàm iuris peritia. in c. ſuper his,col.iij.de accuſ.quod licèt,quando contra electũ proponitur quòd non eſt ſacris initiatus: aut ſi ſit,tamen ordines aſſumpſit ab alieno ſine literis dimiſſoriis ſui epiſcopi, incũbit illi onus probandi ſe fuiſſe ordinatum vel dimiſſum à ſuo epiſcopo , cùm iura canonica proclament neceſſarias eſſe literas.lxxij.diſtinctio. per totam,& cap.legum.2.q.1.Limitat tamen niſi tanta eſſet præſumptio pro ordinato,quòd onus probandi transferret in aduerſarium : puta , quia multo tempore in ordine deſeruiſſet.Quod dictum ſequuntur plerique omnes ibi,inter quos Felin.col.9.verſ.ſexta & vltima concluſio.Innoc.in ca.innotuit,& ibi quoque Hoſtien.Anto.col.3.& Panor.in fin.de eo qui fur.ord. ſuſcepit.Hoſtienſ.& Cardin.Florent.in cap.2.de cleric.pereg.Bald. in ſua Margarita. in verbo , præſumptio.& in cap,dudum,le j.colum.vlt.de electio. Domini à Rota deciſio. lxxxiiij. nota quòd vbi contra aliquem,in antiq.& deciſ.cclxiiij.nota quòd talis eſt opinio,Panor.in c.fraternitatis , de cler.

non



non reſiden.& in cap.ſicut.col.iij.& ibi Fely.col.xvj.de re iudi. Anton.in cap.inter quatuor.de cleri. peregr.& in cap.peruenit.de empt.& vendit.Roma.in l.in illa.col.xij.ff.de verbor.oblig.vbi hoc dictum facit ſing.& conſi.j.col.v.lib.iiij.Alex.conſi.cxix.ponderatis,col.pen.lib.vj.

*Præſcribens contra ius cõmune, uidetur eſſe malæ fidei*

37 ¶Decimooctauò,huc ſpectat quod dicit Inn.in c.ij.in glo.per monachos , & ibi Ioan.Andr.col.iij.& Imo.extrà de in integ.reſtitut.quod licèt quis præſcribendo contra ius commune , videatur eſſe in mala fide:tamen ex diuturnitate temporis purgatur illa mala fides,id eſt,ex longo tempore tollitur præſumptio malæ fidei,per tex.in d.l.iij.§.ſi ſeruus.ff.de acquir. poſſ. qui tamen non videtur id probare,cùm loquatur de poſſeſsione libertatis,quæ habet præſumptionem iuris pro ſe.Et idem voluit Archid.in c.j.de præſcrip.lib.vj.Ioan.And.in additio.Specul.§.nunc.videndum. in prima addit.magna,col.iij.Bar.in l.vlt.in fi.& ibi Salyc.C.vnde vi,& in l.Celſus.ff.de vſucap.& in l.pen.& ibi Ange. C.quib.non obſtat longi temp.præſcrip.Bal.in l.ſi quis diuturno vſu.in ij.lectu.col.j.verſic. ſed nunquid.ff.ſi ſeruit.vendic.& in repet.cap.j.& in rub.extrà de præſcrip.col.iij.verſic.item præſumitur.& conſi.xx.ſuper primo puncto.col.ij.lib.v.Angel.in l.ſuper.C.de præſcrip. longi tempo.& in l.pen.C. quibus non obſtat longi tempo.præſcriptio.& in l.eum qui §.vlt.ff.de Public.Anton.in cap.ſæpe.de reſtit.ſpoliat.& in cap.cùm eccleſia,col.vlt.de cauſa poſſeſſ.& propriet.& in repetit.cap.peruenit, de cenſib.& in cap.conſultationibus,& ibi Panor.de iure patron.& in cap.ſi diligenti.& ibi quoque per Domin.de Vbal.col.v.Anton.in cap.ſæpe,de reſtitut.ſpoliator.Panor.conſ.lxxxix.in quæſtione quæ ad præſens col.iij.lib.j.& iterum conſi.ij.in cauſa quæ vertitur,verſi.ad hæc enim reſponderi poteſt, lib.j.Rom.conſi.xlvij.cùm præſupponatur,Alex.conſi.vj.viſo themate,poſt princ.lib.j.& conſi.lxix. circa primum dubium, col.j.eodem lib.j.& conſil.lxxj.videretur prima conſideratione , poſt princ. eod.lib.j.& conſi.cx.viſis acutiſsimis.col.iij.verſicu.ſextò per præſcriptionem,eodem lib.j.& conſil. cxlij.conſideratis diligenter,in princ.lib.j.vbi loquitur de decennio,& conſil.clj. viſo themate , col. ij.lib.ij.& conſi.xxj.viſo & diſcuſſo,col.ij.verſi.& dato quòd aliquis,lib.ij.& conſi.xvj.in cauſa & lite vertente,col.ix.verſi.quinimo fortius,lib.v.& conſi.xxiiij.ponderatis his,col.penul.verſic. præterea præſupponitur,eodem lib.v.& conſi.lxix.circa primum dubium,col.j.eodem lib.v.vbi & de eodem tempore aſſerit,& conſi.xlvj.viſo & optimè diſcuſſo,col.ij.verſi.& licèt non appareat.lib.vj. & conſ. ccciij.perfectis his quæ in themate,col.iij.in fin.lib.vj.& conſi.ccxxxviij.ponderatis his,col.j.lib.vij. & conſi.xxiiij.circa proceſſum,in fi.eodem lib.vij.Lanfran.in repet.cap.quoniam contra falſam, in materia teſtium,verſi.conſequenter eſt videndum,extrà de probationib.Corne.conſi.xviij.viſa petitione,col.vlt.lib.j.& conſi.cxviij multa eſſent,col.iiij.lib.ij.& conſi.cxix.circa primum,colum.ix.in princ.verſi.facit etiam eodem lib.ij.& conſi.cxxvij.primo aſpectu,col.ix.verſi.nam qui longiſsimo, eo.lib.ij.& conſi.cxxvj.licèt ſatis claram,colum.j.& iterum vlt.eodem lib.ij.& conſi.cccj.in præſenti conſultatione,col.ij.verſic.dominium autem.lib.iij & conſil.ccxxxix.in hac conſultatione , col.j.lib. iiij.& conſi.cclxxvij.ad euidentiam,col.pen.eod.lib.iiij.Franc.Aret.conſil.lxiij.in præſenti conſultatione,col.vlt.& conſi.cij.in cauſa & quæſtione.col.pen.vbi hoc limitat,& conſil.cx.conſideratis diligenter.circa medium,& conſi.cliiij.conſultatio propoſita,in fi.Barbat. in l. eadem dicemus.quæ eſt iiij.§.Cato.col.x.ff.de verb.oblig.& conſi.50.col.xj.illud adferam,col.x.lib. j. vbi & hoc dicit ſingulare,& conſi.lv.clementiſsimum,col.iij.lib.iiij.vbi hoc dicit mirabile.Socinus conſi.xxxviij.in cauſa dominorum,col.ij.lib.iij.& conſi.xxxiij.viſo teſtamento,col.ij.verſi.quia poſſedit.lib.iiij.Fran.Curt. ſenior conſi. lxxij princeps defunctus.col.vlt.& conſi.lxxxiij.Diuus Pius,col.ij.Iaſ.in l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas.col.ij.ff.de acq.poſſ.Phil.Dec.conſi.cclxvj.ad excluſionem,col.vlt. & conſi.ſequen.non excidit,columna penultima.& conſil.ccclxxv.iuridicam eſſe arbitror,in fin.Et bene facit tex.in cap.cum eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſ.& propriet.Adiiciendum eſt tamen , quòd qui dicunt purgari malam fidem ex diuturnitate temporis, nuncupatim loquuntur de longiſsima poſſeſſione triginta annorum.

*Lõgißima poſſeßio 30. annor.*

*Epiſcopi authoritas variis cauſis præſumitur.*

38 ¶Decimononò, ſupradictis reſpondet , quod memoriæ prodidit Archidiac.ille Canonicorum decretorum interpres celeberrimus,in cap.nemo eccleſiam ædificet.de conſecrat.diſt.j. quòd ſi eccleſia diu fuerit in forma eccleſiæ,& in ea fuerit publicè celebratum,præſumitur ædificata authoritate epiſcopi.Refert & ſequitur Petrus Peruſ.Baldi frater,in tractatu quartæ canonicæ,charta x.verſic. ſecundò incidenter quæritur,Imo.in d.l.qui in aliena.ff.de acquir.hæred.Cardin.in cap.requiſiſti. & ibi Barbat.col.xxij.de teſtamen.Roma.in d.l.ſciendum.col.xv.& ibi Barbat.col.xxvj.verſi.& adduco quod voluit,ff.de verb.oblig.Barba.in cap.licet Hely.de ſimonia.& in repet.rub.de fide inſtrum. charta pen.col.ij.vbi hoc dictum dicit ſing.& in repet.rub.C.qui admit.ad bonorum poſſeſ.col.iij.in prin.& conſi.xxxv.ſapienter ſcribitur,col.vij.lib.ij.vbi & hoc dicit ſingu.& dicto conſi.j.ad reuerendiſsimum,col.v.lib.iiij.vbi & ad hoc allegat gloſſ.in clem.quia contingit.in verbo,altare.de religioſis domibus.& inter conſilia Alexand.conſi.cxxxv.clementiſsimi Dei,col.vj.verſi. & adduco quod voluit,lib.iiij.Soci.conſi.cclxx.conſideratis his,col.iij.verſi.confirmatur,lib. ij. Iaſon in dicta l.ſi certis annis.col.penult.verſi.quintò facit.C.de pactis.& in l.j.colum.v.verſi.& ſic habes ſignanter,& ibi etiam Philip.Dec.col.iiij.verſi.ex glo.& ſupradictis.eod.tit.C.qui admit.ad bono.poſſeſſ.Felyn.in c. Albericus,col.ij.de teſtib.& in c.illud,col.iij.verſi.& pro iſtis.de præſumpt.& in c.ſicut.col.xvj. verſi. ſimile eſt de re iudic.& in cap.de quarta.de præſcrip.Philip.Dec. conſil. cxxxv. ad iuſtificationem, poſt princip.& conſi.clij.in cauſa exemptionis,col.ij.ad fi.& Franc.Balb.in tractatu præſcriptionum, decima parte tertiæ partis,in xij. quæſt. Caue tamen , Lector optime,nam licèt hoc dictum ſit ve-

rum Archidiac.tamen,cui aſsignatur,non hoc dicit:ſed illud tantùm, quòd ſi locus ſit in forma eccleſiæ ,ita quòd ibi publicè celebratur per ſacerdotes, præſumitur authoritas epiſcopi interueniſſe, per ea quæ ibi allegat,nec aliquid dicit de tempore. Et ita illum ſimpliciter allegat Calder. conſil.4. titu.de religio.domib.& Federic.Senenſ.conſi.cxxx.factum eſt tale,quædam domus, & Roma.ſingul.cccxxiij.tu Senenſis,vbi hoc dicit ſingul.& iterum conſil.ccccIxxvij.in caſu propoſitæ conſultationis.col.ij.vbi hoc dicit not.& Pau.Citad.in ſuo tracta.de iure patr. in tertia parte, in prima cauſa acquirendi ius patronatus,in xxxj.quæſtion.& ipſe Alexand.conſi.ccxix.ponderatis his,col.iiij.verſic.accedit id.lib.vj.

*Nullum temporis ſpatium inducit unionem.*

39 ¶Vigeſimò,non hinc longius abeſt,quod ſcripſit fons ille & tuba iuris Canonici,Io.And. vt optimo iure à Bal.vocatur,in conſi.cxxvj.in fi.lib.j.Quòd licèt nullum temporis ſpatium inducat vnionem, ſecundùm Hoſtien.in c.quia nonnulli.de cler.non reſid.& in Summa de ſupplen. negl. prælat. col.j. tamen ſi fuerint eccleſiæ diu poſſeſſæ,vt vnitæ, probata eſt vnio præſumptiuè.Ita not.licet inuolutè,decidit ipſe Ioan.And.in c.qui contra iura,in fi.verſ.hoc ſcias,de reg.iur.lib.vj.& idem voluit Oldrad.ipſius præceptor,quem tamen non allegat,conſi.ccxcvj.de iure dominij.& Cardin.Floren.ſua ipſius authoritate contentus,in clem.j.in prin.in xx.q.de ſuppl.neglig.præl.Petr. Anch.qui etiam illorum non meminit,conſi.clxij.in quæſtione eccleſiæ,in fin. Pan.in c.cura.in ij.nos.de iure patr.vbi nullum horum aduocat,& conſi.xxxviij.in quæſtione, quæ ad præſens vertitur,col.j.in fin.lib.ij.& iterum conſi.cvj.Chriſti &c. lib.ij.quibus locis ſolum Ioan.Andr.citat,Alex.conſi.lxx. in cauſa vertente,col.j.verſi.fortius dixit,lib.iij.Felin.in c.cauſam,col.ij.verſi.limito dupliciter,de præſcri.& in c. ex parte,poſt prin.de teſtib.vbi dicit,ita conſulendo obtinuiſſe.

*Vnio unde præſumatur.*

40 ¶Vigeſimoprimò, non tantùm vnio ex diuturnitate temporis præſumitur, ſed & ea præſumitur fuiſſe facta de conſenſu epiſcopi & capituli,qui requirebatur,& vocatis his,qui vocari debebant, vt per multa not.voluit Alex.conſil. ccxix. ponderatis his,quæ in themate præmiſſo narrantur,col.iij. verſi.corroborantur prædicta,lib.vj.& Philip.Dec.conſi.ccccix.viſo conſilio,col.j.& ante hos Rom. cuius Alex.non meminit conſi.cclxx.quo ad primum dictum adiiciam. Nam licèt apocha priuata nullo adminiculo teſtium ſubſcriptionis,vel comparationis literarum ſuffulta nihil penitus probet, vt per docto.latè in l.admonendi. ff. de iureiur. Tamen propter diuturnitatem temporis facit præſumptionem,& ſemiplenam probationem, vt ſing.voluit ipſe Ioan.And.poſt Nicol.Matth.in addit. Spec.tit.de inſtr.edit.§.nunc videndum.verſi.quid ſi producens.Et ſequitur Ant.in c.ij.col.iiij.verſic. tertius caſus,quando ſcriptura nullo modo approbatur,de fide inſtru.& Iaſon qui hoc reputat ſing. in repet.dictæ l.admonendi.d.tit.ff.de iureiurand.colum.xliij.verſic. vltimo inquantum vult Barto. & iterum col.lxxxvij.verſi.vltimò in hac materia,& in lectura eiuſdem, colum.xvj.verſicu.vltimò inquantum Bar.concludit.

*Epiſcopi autoritatis præſumptio unde.*

41 ¶Vigeſimoſecundò,non intempeſtiuè ſubiiciemus,quod not.conſuluit Ioan.And.diſcipulus,Feder. Senen.excellentiſsimus decretorum doctor vocatus,Panor.conſi.xxxvij.tria ad claram deciſionem col.ij.lib.j.Is enim eodem conſilio ſcribit,quòd ſi quiſpiam vxore conſentiente & perpetuam continentiam promittente religionem intrauerit,profeſſionémque fecerit, in qua longo tempore perſtiterit,præſumitur authoritate epiſcopi vel eius vicarij intraſſe, quæ debet interuenire:iuxta c. ſignificauit.de conuer.coniug.aliáque in eam rem interueniſſe.& eum ſequitur Felin.in dicto cap.ſicut. in tertia fallen. de re iudic.

*Iuramẽti præſumptio præſtiti à teſte.*

42 ¶Vigeſimotertiò,vt aliquid etiam ex legum interpretibus adferamus, atque à Bart.eorum principe,auſpicemur. Quanquàm in dubio iuramentum non præſumatur præſtitum à teſte ex doctrina Panor.in c.tuas.in fi.de teſtib.tamen ob diuturnitatem temporis præſumetur,vt not.voluit Bart.in d.l.admonendi.col.viij.verſi.quid ſi reperiuntur dicta teſtium.ff.de iureiur. Sequitur & reputat ſing. Iaſon ibi,in repet.col.lxxxv.verſi.vltimò in hac materia,ff.de iureiur.Et ſequi etiam videtur Bald. cuius non meminit Iaſ.in cap.j.titu.ſi de feu.fuer.controuer.inter domi.& agna.dum allegat Bart.in d.l.admonendi.vbi dicit,quòd multùm præſumitur pro factis antiquis.

*Inſtrumentum defectiuum plenè probat, & quando.*

43 ¶Vigeſimoquartò,facit quod ſcribit idem Bar.inter conſilia Bal.conſi.cccc.in epiſcopi &c.ſuper primo puncto,col.ij.lib.iiij.quod inſtrumentum defectiuum,ita etiam appellat cum curſu diuturni temporis facta eorum obſeruatione,quæ in eo continentur,plenè probat,per dictam l.qui in aliena.ff.de acquir.hæred.& l.ſi filiusfamilias.C.de petit.hæred.& d.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur. & l.ſi ſeruitutes ruſticorum.ff.de ſeruitut.& l.j.§.vlt.ff.de aqua pluuia arcen. & alia multa quæ illic allegat Felin.in dicto cap.ſicut.col.xviij.verſi.ſeptimò & vltimò declara, de re iudic. vbi copioſè admodum hoc ipſum declarat,licèt nullam Bart.in dicto conſi.faciat mentionem.

*Tempus pro ueritate eſt.*

44 ¶Vigeſimoquintò,ad Bald.nunc veniamus,qui vbique tam copioſus eſt,vt ſolus cæteros omnes copia vincere,aut certè æquare videtur.Et vt à generalioribus eius in eam rem ſententiis incipiam, is conſi.ccccxxxiij.ſicut hactenus obſeruatum eſt,in fi.lib.j.non minus ſcitè, quàm decenter. Tempus (ait)pro veritate eſt,per not.in l.j.C.de ſeruit.quod & idem dicit in l.j.col.iij.verſi.item gl.dicit alibi. C.de fideic.& in l.de quibus.col.x.verſic.alij dicunt.ff.de legib.& in c.vigilanti.paulò poſt mediũ. in verſi.item plus creditur.de præſcr.Cuius ſententiæ dictum,licèt auguſtum ſit, & breui periodo cõcluſum, tamen interpretatio(quod de legibus dicit Seneca)lata eſt admodũ atq; diffuſa.& ex illis antiquæ poëſis ſecretariis depromenda.Quidam enim veterũ poëtarum,vt author Gellius lib.12.c.11. veritatem eſſe filiam temporis dicebat,quòd ea,licèt aliquãdo lateat, proceſſu tamen tẽporis ex latebris,



tebris,atque ex tenebris tandem erumpit. Id quod Romani illi veteres, vt erant rerum omnium certiſsimi exploratores,non ignorabant,cùm Saturno aperto capite ſacra facerent, ea potiſsimùm ratione vt à Plutarcho ſcriptum eſt in Problem.Romanorum cap. xj. quoniam veritas, & ſi plerũque tecta ſit,atque incognita,tempore tamen detegatur,atque palam fiat.Veritatis enim parẽtem, & deum Saturnum exiſtimabant:quem & ipſum tempus eſſe dicebant, quoniam ſcilicet tempus veritatem pariat. Nam quemadmodum Græco nomine Saturnus κρόνος dicitur:ita & vna litera immutata,aut ipſius potius aſpirata χρόνος tempus appellatur.Saturnus autem Latinis dicitur,quòd ſaturetur annis:ſicut ſcribunt Cicero de natura deorum,Lactantius lib.j.c.xij. Macrobius lib. j. Saturnal.vt proinde intelligamus Saturnum eſſe temporis longitudinem,vt etiam dicit Auguſtin. de Ciuitate Dei,lib.iiij.c.x.

*Romani ſaturno aperto capite ſacra faciebant.*

*Tẽpus omnia reuelat.*

45 ¶Hinc ſanè leges,legúmque conſulti,qui & hoc probè nouerant,ea quidem talia præſumi, atq; exiſtimari ſanxerunt,qualia in eodem ſtatu diutius.conſtantérque perſtiterunt.quoniã ſcilicet tempus, quòd omnia reuelet(vt ſcribit Tertullianus in apolog.c.iij.)nihil omnium rerum longius progredi patiatur incognitum,atque occultum.Idcirco Sophocles poëtarum prudentiſsimus,

πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν ὡς ἅπανθ' ὁρῶν,
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύξει χρόνος.
*Nihil occultum,quando cuncta tuens,*
*Et cuncta audiens omnia reuelabit tempus.*

*Saturni epitheta uaria.*

Quos verſus ſemper in ore eſſe habendos dicebat Peregrinus philoſophus apud Gellium, quo loco nuper citauimus.Sed & idem Sophocles in Aiace flagellifero:

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κ' ἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα,καὶ φανέντα κρύπτεται.
*Cuncta pariter immenſus ordo temporum*
*Occulta prodit,& idem prodita occulit.*

In quam etiam ſententiam fertur Græcus Menandri ſenarius, vice prouerbij celebratus, & alter eiuſdem huic non abſimilis,

πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. id eſt,
*Omnia detegens tempus ad lucem refert.*
ἄγει γὰρ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. id eſt,
*Ducit autem ad lucem,veritatem tempus.*

*Thaletis de tẽpore dictum.*

Cui concinit Seneca libro ij.de ira.Quædam(inquit)falſa veri ſpeciem ferunt,dandum ſemper eſt tempus:veritatem enim dies aperit.Thales dicere ſolebat:ſi Laërtio credimus, τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων,ἀνευρίσκειν γὰρ τὰ πάντα,id eſt,Tempus eſſe ſapientiſsimum rerum omnium, quòd cũcta reperiat.Quod dictum & Symonidi poëtæ aſsignauit Ariſtoteles lib.quarto Phyſicorum.Hocque etiam ſenſiſſe videtur Pericles apud Plutarchum in vita ipſius,ſapientiſsimum datorem conſiliorum tempus.Et Pindarus,cùm dicit in Olympiacis,

ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. id eſt,
*Dies poſteri teſtes ſapientiſsimi.*

*Tẽpus omniũ rerum parens, & eius nomina uaria.*

46 ¶Idem alibi tempus omnium rerum parentem appellat,quòd ſcilicet omnia producat, manifeſtet, detegat. Quod & ſignificare voluit iuuenis ille apud Eſdram cap.3.cùm dicit: Super omnia vincit veritas.Quod & repetitur in cap.conſuetudo.8.diſt.& iterum cap.ſequen.ſi ſolus,qui eſt vlt.veritas fortior præ omnibus.Sed & D.Chryſoſtomus in quadam homilia,quam de laudibus Pauli conſcripſit,Talis eſt,inquit,conditio falſitatis,vel erroris, vt etiam nullo ſibi reſiſtente conſeneſcat, ac defluat. Talis autem è diuerſo veritatis ſtatus, vt etiam multis impugnantibus ſuſcitetur ac creſcat. Nec hinc abeſſe poteſt Lucretianum illud li.v.de rerum natura:

*Nec facile eſt placidam,ac pacatam degere vitam,*
*Qui violat factis communia fœdera pacis,*
*Et ſi fallit enim diuûm genus humanúmque,*
*Perpetuò tamen id fore clam,diffidere debet.*
*Quippe vbi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes,*
*Aut morbo delirantes* προγράψαι *feruntur,*
*Et celata diu in medium peccata dediſſe.*

47 ¶Et concinit illud Senecę ſtatim circa initia libri j.de Clementia ficta. Quibus pietas ſubeſt,quæque,vt ita dicam,ex ſolido enaſcuntur,in maius meliúſque procedunt. Sed quid tot teſtes producimus?cùm & veritas ipſa,id eſt Chriſtus,cuius vnius teſtimonium inſtar omnium eſt, huius ſententiæ aſſertor fuerit,inquiens Matth.x.Nihil eſt opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur. Quod & non admodũ diuerſis verbis ſcribitur Marci iiij.& Lucæ viij.Cui & accedit text. in §.ſin autem.de teſtib.ibi,Deo huiuſmodi omnino non indulgente occultari.Quo in loco Accurſius not.nihil tam eſſe ſecretum,quin reueletur.Et,vt ait Euripides, Nullum mendacium ſeneſcit, vel ad ſenectutem temporis peruenit.Ioſephus autem aduerſus Appionem lib.ij.cap.x. Longinquitas,ait,temporis, veriſsima eſſe creditur probatio.Igitur,vt tandem cõcludamus, cùm nihil diutius celari poſsit,quin temporis diuturnitate manifeſtetur:non mirum cuiquam videri debet, ſi id pro vero,ac comperto habeamus,quod ipſa temporis diuturnitas in eodem ſtatu permanere paſſa eſt,

*Chriſtus ipſa ueritas.*

*Mendacium nullũ ſeneſcit.*

alioquin non paſſura,ſi huiuſmodi non eſſet, quale iam diutius apparuit.Et vt ſpeciatim de noſtra conſuetudine loquamur,non præſumendum eſt tempus veritatis parentem, & quod pro ipſa veritate eſt Baldi teſtimonio,permiſiſſe decem continuis annis quempiam,non ipſum quidem dominũ rem aliquam poſſediſſe tanquam dominum,præſente vero domino, quin aliquo pacto detexiſſet illum non eſſe talem, qualem ſe gerebat.

*Longa populi memoria pro ueritate habetur.*

48 ¶Vigeſimoſextò,huic Baldi dicto confine eſt,& eiuſdem aliud, quod adſcripſit conſil. lxxxiiij.res prohibitæ alienari,in fi.lib.j.Longa(inquit)& tenax populi memoria pro veritate habetur, colum. ij.in prin arg.l.in ſumma.§.apud Labeonem. cum ſeq. Caſsius.ff.de aqua pluuia.arcen.l.ſi arbiter.ff. de probat.l.cùm quidam.§.ſi certus ſum.qui eſt vlt.& l.quòd ſi dubitet.ff.de acquiren.hæred.& cap. quid per nouale.de verbor.ſignifi.Quibus iuribus multa ex temporis diuturnitate diiudicantur.Ex quo videri poteſt Bald.hìc longam, & tenacem populi memoriam pro temporis diuturnitate appoſuiſſe.Quibus concinit & illud Ouidianum lib.j.Metamorphoſeos:

*—Quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?*

*Notarius an præſumatur, qui ſe pro tali geſsit.*

49 ¶Vigeſimoſeptimò,accedit,vt & idem Baldus ſcribit in l.prima.col.3.verſ.pone, quòd qui geſsit ſe pro notario,præſumitur notarius.Quod dictum ſimpliciter retulit Iaſ.in l.ſi certis annis.col.iij.verſ. octauò facit.C.de pactis.& in §.præiudiciales.col.pen.verſic.& an ſi aliquis. Inſti. de actio. Et facit ſing.idem Iaſon in l.Barbarius.col.iiij.verſic. quartò limita. ff. de officio præto. Sed & idem fermè ſentit ipſe Baldus in l.ij.col.ij.in prin.C.de ſenten.& interlocu.& expreſsè Floren.in dicta l. cùm de in rem verſo.col.j.ff. de vſuris.

50 ¶Contrarium tamen tenuiſſe videtur ipſe Baldus in l.j.in vij.quæſtio.C.de teſtam.ordi.& apertè tenuit Ioan.And.in additio.Specul.tit.de inſtrum.edit.§.reſtat.verſic.& ſcias quòd tabellionatus officium,& Petrus Ancha.conſi.ccxiij.pro iſto patre inſtituto,verſi.confirmat.Sed tu hìc vide Felyn.in c.ſi ſcripturam.colum.vj.de fide inſtrum.& Philip.Decius,conſi. xlij.in primo dubio,& per omnes in dicta l.Barbarius.

*Verba enuntiatiua nõ probant, niſi ob temporis diuturnitatem.*

51 ¶Vigeſimooctauò,huius claſsis eſt,& quod idem Bald.memoriæ prodidit conſil. cxij.quæritur qui intelligantur,colum.vlt.verſ.quæritur vlterius,lib.j.& licèt verba enuntiatiua non probent iuribus vulgatis:tamen propter temporis diuturnitatem fidem faciunt.Ad quod citat Cy.alicubi in tit. C. de probat.corruptè,vt opinor, cùm nuſquam in eo titulo iſtud dixerit.Idem quoque voluerunt ipſe Bald.Alberic.Salice.Paul.Caſtr.& cæteri recentiores in l.cùm aliquis.C.de iure deliber.vbi loquũtur de confinibus appoſitis in inſtrumentis.idque reputant ſing.Alex.& Iaſ. ibi. idem Bald. conſil. cclxxxvj.thema proponitur,col.j.& ij.lib.ij.& conſi.clxj.proponitur quod,colum.vlt.lib.iij.Anto.in cap.cùm olim.de cenſib.Ant.in cap.vlt.de ſucceſ.ab inteſta.& in clemen.j.de prob.& in clem.ſi ſummis.de ſentent.excom.Panorm.conſi.liiij.caſus talis eſt,quidam Iacobus, col. ij. lib.j.& conſi.lxij.in controuerſia.col.vj.verſi.in contrariam partem.lib.ij.Domi.in cap.ſi Papa, in princip.colum.iij. de priuileg.lib.vj.Floria.in l.in finalibus quæſtionibus ff.finium regund.Paulus Caſt.conſi.ccij. in cauſa confinium,col.pen.in ſecunda lectura,lib.j.Marti.Laud.in cap.j.colum.iiij.verſic. tit. qui feuda dare poſſ.Alex.conſi.vj.viſo themate.colum.vlt.lib.j.& conſi.xij.viſo proceſſu.colum.vlt.lib.iiij.& conſil. lxxv.viſis & ponderatis,col.ij.eod.lib.iiij.& latè conſi.xix.in cauſa & lite vertente. per totum,lib. vj. Maria.in c.cùm cauſam.& ibi Felyn.colum.ij.qui hoc latè declarat,de probat.Barbat.in l.ſciendum. col.xix.ff.de verb.oblig.& latè conſi.vj.ſapienter ſcribitur,ferè per totum,lib.ij. & conſil. xviij. præclarè ſcribitur,col.xvij.eo.lib.ij.& conſi.lxiiij.illud in medium referam,col. vj.lib.iij. & conſil.lj.clementiſsimum Deum,col.ij.lib.iiij.Socin.conſi.lxxxvj.in cauſa communitatis,col.j.lib.j.& conſ.270. conſideratis his,col.iij.verſ.comprobo hanc,Iaſ.in l.ex his verbis,col.ij.in quarta limitat.C. de teſt. milit.& in repet.l.admonendi.col.lxxxvij.ff.de iureiur.Philip.Dec.conſi.xiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione,col.ij.verſ.nec videtur obſtare,& iterum col.ij.verſ.nec obſtat ſi dicatur.vbi reperies quod tempus hoc caſu requiritur,& conſi.xxxvj.exemplum inſtrumenti,col. iiij.verſi. tertiò pro reſponſione.& conſi.xlij.in quarto dubio.in fine.& iterum in quinto.& conſil.clij. in cauſa exẽptionis.col.ij.verſi.& prædicta maximè,& conſi.xcix.viſis & diligenter conſideratis, & conſil. 428. viſo conſilio columna ij.

*Enuntiatiuis uerbis ſtatur ob diuturnitatem temporis, etiam ſi enuntient actum impoßibilem.*

52 ¶Idque adeò verum eſt,vt ſcilicet ſtetur verbis enũtiatiuis,propter diuturnitatem tẽporis, vt procedat,etiam ſi enuntient actum,qui interuenire non potuit tempore confecti inſtrumenti, vt ſingulariter voluit Barbat.dicto conſi.xviij.nuper allegato,col.vj.lib.ij.authoritate Bartoli in auth.ſi quis in aliquo.C.de edendo.& in dicta l.ſciendum.ff.de verb.oblig.quibus in locis id ſanè non dicit Bar. Ideò cùm Barb.deſit authoritas,cui innitebatur,an eius dictum ſequendum ſit, alij viderint. Ego autem ne prætermittam quid de Barb.ſentiam,illud affirmare audeo,eum quidem, ſi ingenio temperaſſet,cui plus nimio indulſit, inter doctiſsimos iuris interpretes fuiſſe annumerandum, vtpote qui fuit & ſingularis memoriæ,& excellentis ingenij,cùm paucis admodum id datum ſit, vt vtroque valeant & memoria & ingenio.Et vt ſcribit Hieronymus in primo aduerſus Pelagium dialogo,illum ingenioſum,ſed obliuioſum,hunc memorem,ſed tardi vidimus ingenij. Cæterùm Barbat. ſtudio impugnandi communes opiniones ſæpiſsimè delirauit, vt aſſerit Felyn. in c.cæterùm. col. viij.de reſcript.

*Leuior fit probatio ob diuturnitatem tẽporis.*

53 ¶Vigeſimonò,non hoc tantùm caſu,ſed & aliàs ſemper propter diuturnitatem temporis, leuior probatio



probatio admittitur,vt videre licet ex his quæ not.Bart. in l.ſi quidem viuit apud hoſtes. C. ſolut. matri.in l.de minore.14.ann.§.tormenta.in ij.quæſt. ff. de quæſt. & in l. continuus. §. cùm ita ff. de verb.oblig.& in l.tabularum.quæ eſt ij.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſtam.aper. Ant. & alij in cap. veniens.le j.de teſtibus.& in cap.in præſentia.de ſponſal.Imol. in c. cum cauſam. & ibi latè decidit, col.j.de probat.& idem decidit conſi.xlij.

*Tituli præſumptio ex diuturnitate temporis contra ius commune.*

54 ¶Trigeſimò,vt ad Baldum redeamus,is conſi.cccj.pręmittendum eſt ad euidentiam,lib.j.in ea fuit ſententia,vt etiam in his,quæ ſunt contra ius commune, inducatur præſumptio tituli ex diuturnitate temporis.Nam quamuis(inquit)priuilegia principum,non poſsint ſine titulo poſsideri,per cap. ad decimas.de reſtit.ſpolia.quoniam,cùm priuilegia ſint contra ius commune, eſſet implicare contradictoria,quòd vbi non eſt priuilegium,ibi ſit poſſeſsio ſine titulo,pro ſuo,qui titulus requirit bonam fidem,ſine obice contradictionis iuris,& de iure. l. ſi ancillam furtiuam. ff. pro ſuo. Tamen ex diuturna poſſeſsjone præſumitur in hoc caſu titulus,pro ſuo.quia quod tempore eſt poſſeſſum,pręſumitur habere principis voluntatem.arg.d.l.ſi filiusfamilias.C.de petit.hæred.& not.in c.j. de reg. iur.lib.vj.& per Cynum in l.emancipatione.C. de fide inſtrum.hæc ille.Cui omnino adde quod ſuprà diſſeruimus tit.j.§.iij.in glo.ij.

*Quod diu eſt poſſeſſum præſumitur ex mãdato.*

55 ¶Trigeſimoprimò, quod ab eodem Baldo traditum eſt conſil. cclxxxvij.in primis videndum eſt, colum.penul.verſi quo ad ſecundum lib.iij.quòd ex diuturnitate temporis,mandatum interueniſſe præſumitur.Id quod longè latéque ſequitur,& probat in mandato ſyndicatus, Franciſ.Curt. ſenior conſi.lxxvij.ſuper motiuis redditis,col.ij.verſi.ſed præmiſsis non obſtantibus,& Philip.Dec.conſil. xcix.viſis & diligenter conſideratis,in fine.& idem voluit Paul.Caſt.qui Bald.non memorat, conſi. lxxxiiij.viſa dicta facti narratione,ante finem.lib.j.& Alex.qui nullam vtriuſque mentionem facit, ſicuti nec illius Curtij ſenioris,& Dec.in additio.Bart.in l.ſi vxor.§.ſi quis planè vxorem.ff.ad l.Iul. de adulter.vbi dicit,quòd per cuſtodiam longi temporis,intelligitur mandatum cuſtodiendi interueniſſe,per nota.in dicta l.ſi filiusfamiliàs.C.de petitione hæreditatis.& in dicta l.qui in aliena.ff.de acquir.hæred.Idem quoque Iaſon,qui nullum horum memorat,in l.j.col.v.verſi.limita ſecundò.C. qui admittan.per dictam l.ſi filiusfamilias.& rurſum in l.ſciendum.col.viij.ff.de verb. oblig.per illũ ipſum textum.Nam vt filiusfamiliàs poſsit adire hæreditatem ſibi delatam,requiritur quòd pręcedat mandatum patris,per l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. ff.de acquir.hæred.Et tamen ex diuturnitate temporis præſumitur,per dictam l.ſi filiusfamilias.

*Mandatum ex longo temporis ſpatio præſumitur.*

56 ¶Contrarium tamen,videlicet,quòd ex nullo,vel longiſsimo tempore præſumatur mandatum, tenuit Bal.ſibi contrarius in l.qui non.la ij.verſi.quęro quid ſi dominus.C.ſi ex falſ.inſtrum.vbi loquitur de mille annis,& in l.j.col.j.verſi.ſed pone quòd.ibi de hoc dicit eſſe tex.ſing.in l.vlt.ff. de vſuc. pro empto.& Hippol.Marſil.in l.ſi quis.col.xix.verſi.vlterius hìc habemus.ff.de quæſtionb. & Stepha.Bertrand.conſi.omnium primo,viſo proceſſu,col.vij.nu.33. li.j.& conſil.iij. inſpecto. in octauo dubio,poſt principium.lib.iij.

*Autoris opinio.*

57 ¶Ego ſanè priori ſententiæ potius accederem:nihil enim intereſſe video inter mandatum,& aliam ſolennitatem extrinſecam,& præſertim iuſſum,qui ex temporis diuturnitate præſumitur, nam de eo loquitur l.ſi filiusfamilias.C.de petit.hæred.

*Limitatio.*

58 ¶Tamen ſi poſteriorem ſequi malis,eam duobus modis limitabis ex ſententia Felyn. in dicto c.ſicut.Primò,vt non procedat in mandato vicarij,quod ſi non negetur,præſumitur.Et ſi negetur, ſufficit probare communem reputationem,vt voluerunt Domini à Rota.deciſ.ccccxcix.nota, valent acta.in antiq.per l.Barbarius.ff.de officio præto.& not.in cap. nihil. de electione. Secundò, vt non procedat in actu,quem quis veriſimiliter non faceret ſine mandato, vt quia multis annis ſoluiſſet penſionem pro alio:tunc enim præſumitur mandatum,cùm nemo velit iactare ſuum,per l.cùm de indebito.ff.de proba.Et hæc fuit ſententia Domi.à Rota,quam citat Fely.ipſe,deciſio.xxiiij. aliquis, & Salicet.in l.nemo.tacito nomine Bald.C.de rebus alien.non alienan.Alex.ſibi item contrarius in dicta l.ſciendum.col.v.verſ.item fallit ſecundum Ang.in fine ipſius ſecundæ fallen.ff.de verb. oblig. vbi etiam dicit non ſufficere ad hoc mille annos.Idem Alex.in dicta l.qui in aliena.colum.iij. verſi. item adde quòd licet.& conſilio primo,ponderatis his de quibus,colum. penult. aliàs viij lib. iiij. & conſi.cxcj.domini & c.perſpecto inſtrumento.col.ij.verſi.nec obſtat longitudo, lib.vj. & conſil. 35. conſideratis his quæ agitata ſunt.colum.j.libro vij.& Franc.Curt.ſenior etiam ſibi contrarius,conſ. xlix.memoriæ recolendæ,col.vij.verſi.& hoc maximè. & iterum conſil. ſequent. quod eſt eiuſdem initij,col.xv.verſi.ſextò adducere videtur.& colum.ſequen.verſic. octauò adducunt, vbi etiam loquitur de mille annis.Socinus conſi.ccliiij.viſa & conſiderata,col.ij.lib.ij.vbi hoc reputat ſingul. & iterum conſi.lxxx.in quæſtione quæ vertitur,col.iij.verſic.prætereà venditio,lib.3.Felynus in cap.ſicut.col.xvij.verſi.ſextò aduerte,extrà de re iudica.Franciſ.Curtius iunior, in tractatu Feudorum, in prima quæſtione,colum.ij.verſiculo,confirmo hanc primam ſententiam,cuius initium eſt, nota quòd vbi dixi,in antiq.vbi in id aduocatur Innoc.in c.nonnulli.in verbo,mandato, de reſcriptis. & idem quoque voluit Philippus Decius conſi.xxxvj.cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum inſtrumenti.col.iiij.verſic.ſecundò reſpondetur,& iterum conſi.xlij.diuino implorato patrocinio, colum. vij.in fine quinti dubij.Et facit textus in l.ij.C.de aliment.pupil.præſtandis & in l.cùm ſeruus. ff.de verborum obligationibus.

*Iactare ſuum nemo præſumitur.*

59 ¶Attende tamen Lector,quoniam Innocent.cui origo huius rei aſsignatur, in dicto cap. nonnulli, nihil

*Qui negotia gerit alterius nomine, præſumitur mandatum habere.*

nihil omninò de tempore loquitur, ſed tantùm innititur veriſimilitudini. Dicit enim, quòd prẹſumitur is qui actum geſsit nomine alterius, habuiſſe mandatum, niſi probetur contrariũ. Non enim (inquit) præſumendum, quòd inanibus ſe laboribus fatiget, & pecuniam ſuam iactet, per dictam l. cùm de indebito, tanquam in hoc non requiratur diuturnitas temporis, ſed ſatis ſit illa veriſimilitudo, etiam in actu recenti, & ſimplici. Et hac ſanè ſententia nihil eſt verius. & pro ea eſt tex. in l. ij. & vlt. C. de ali. pupil. præſtan. vbi actus in quo eſt neceſſaria expenſa, præſumitur eo mandante factus, cuius intereſt. & ita voluit Bart. in l. cùm ſeruus. & ibi Alex. qui adducit concord. ff. de verb. oblig. & in pulchra quæſtione conſuluit Bald. conſi. cccxvij. lib. iij. & idem voluit ipſe Bal. in l. id quod pauperibus in fi. C. de epiſc. & cler. Imo. in c. ij. col. ij. vt eccleſiaſt. benef. Panorm. conſi. liiij. videtur primò, quòd per dictum teſtimonium. col. ij. verſi. ſed his non obſtantibus, lib. I. Cæp. in tractatu de ſeruitu. vrban. prædio. Franciſ. Aret. in cap. j. col. iiij. verſi. tu autem, de iudic. vbi per hoc dicitur, quòd cùm in citatione requiratur aliqua impenſa, vt not. in l. omnibus. quæ eſt. ij. C. de ſport. ea præſumitur facta fuiſſe parte mandante, Franciſc. Curt. dicto conſi. lxxvij. col. v. Fely. in dicto cap. ſicut. col. antepenul. verſi. v. in actu, de re iudic. Ex quibus conſtat non eſſe hîc neceſſariam diuturnitatem temporis, vt præſumatur mandatum. Bald. in l. j. C. de eden. & Alexand. in dicto cap. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcriptis.

*Impenſa præſumitur facta parte mandante.*

60 ¶Iſtis autem duabus limitationibus adde & tertiam, videlicèt, vt non præſumatur mandatum ex diuturnitate temporis, cùm nulla alia ratione corroboratur. Secus quando inſtrumentum narrat, & dicit aliquem habere mandatum. Nam licèt hæc verba non ſufficiant ad probandum mandatum, niſi de eo appareat, per l. vnic. C. manda. princip. cap. cum in iure. de offi. delega. cum ſimil. Tamen ſi præterea interuenerit temporis diuturnitas, ex vtriſque videtur ſatis probari mandatum. Ita videlicèt, quòd ex alia diuturnitate coadiuuabitur. ſupplebitúrque probatio magis, quàm ex toto inducatur: vt in ſimili tradit Alex. conſi. lvij. in cauſa & lite. col. iij. lib. v. Nam illa nominatio mandati, nõ parum operatur, vt in ſimili not. Bart. in l. j. C. de relat. & in l. acta. apud ſe habita. ff. de re iudic. & Innoc. in dicto c. cùm in iure. facítque quod ſcribit Bald. ipſe in dicta l. j. C. de rebus alien. non alienan. vbi fatetur mandatum probari etiam coniecturis, ſed ſolam diuturnitatem temporis non ſufficere. Et ita expreſsè in caſu quem ſuprà appoſuimus, voluit Philip. Dec. conſi. xxxvj. col. iiij. verſic. non obſtat. Ex quibus hanc limitationem ita generaliter poteris colligere, vt videlicet procedat, quod dicitur, mandatum non probari ex diuturnitate temporis, niſi ad ea, & alia concurrant, ex quibus veriſimiliter præſumatur mandatum interueniſſe.

*Ex ſolius temporis diutur. an præſumatur mandatum.*

*Mandatũ variè probari.*

61 ¶Illud poſtremò in hac mandati præſumptione non omittemus, quòd ſi aliquis tanquàm procurator meus quicquam faciat me ſciente, & tacente, ſiue patiente, præſumitur mandante me id feciſſe. Ita voluit Innoc. in cap. ex parte decani. & ibi latè Barb. de reſcriptis. & idem Innoc. in c. in noſtra, de procura. & in dicto cap. cum in iure. de officio delega. Archidiac. & Ioan. And. in ca. qui ad agendum. de proc. li. vj. & optimè facit tex. in l. qui patitur. ff. manda.

Trigeſimoſecundò, propter temporis diuturnitatem ſententia rectè, ritéque lata præſumitur, adeò quòd licèt acta omnia ſint perdita, tamen præſumantur ſolenniter facta, per cap. bonæ. le j. vbi Inn. & alij de electio. & in c. in præſentia, de renunt. & cap. cùm inter. & ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr. & alij de re iudic. Et voluit Innoc. in cap. cùm in iure. in verbo, mandato, & ibi Imol. qui hanc dicit eſſe communem opinionem. & Panor. de officio delega. idem Innocent. in cap. quoniam contra, & ibi etiam Ioan. Andr. Calde. Ant. Cardin. Floren. Panorm. de probat. Iacob. Aretin. Cyn. Bald. Salycet. & ferè omnes in l. emancipatione. C. de fide inſtrum. Bart. in l. admonendi. col. vlt. verſi. quæro quid ſi reperiuntur, & ibi Iaſon in repet. col. lxxxvj. ff. de iureiur. Bald. in l. ſciendum. & ibi etiam Angel. Barb. & alij. ff. de verb. oblig. idem Bald. in cap. j. §. vltimo, col. vlt. tit. quo tempore miles. & in cap. j. col. iiij. verſi. quid ſi apparet aliqua ſententia, tit. de mili. vaſal. qui contu. eſt. & conſil. xxiiij. longum thema. colum. ij. verſi. quòd ſi propter antiquitatem, lib. iij. Imo. conſil. cx. in cauſa quæ vertitur. col. j. Paul. Caſt. conſi. lxxvj. in facto iſto, lib. ij. Petr. Ferra. in tit. forma ſententiæ definitiuæ, in verbo, viſaque litis conteſtatione, colum. ij. Alexand. conſi. xvij. viſo inſtrumento locationis, col. pen. in princip. lib. 4. & conſi. xxx. ponderatis narratis, col. iij. verſ. circa ſecundum, lib. v. & conſi. xv. quod eſt eiuſdem initij, eodem lib. v. Barb. conſi. xviij. clementiſsimi patris, col. vj. verſi. & multo fortius, lib. j. & conſ. 44. ſcribitur apud Prophetam, col. iiij. verſi. etſi quiſpiam. eodem. libro primo. Calca. latè conſil. lxxv. in prædicta cauſa. col. vij. Corn. conſi. ccciiij. rem arduam. col. ij. lib. iij. Franc. Curt. ſenior conſil. lxxvij. col. 4. Firmia. in tractatu de epiſco. in quarta parte quarti libri, in lxj. quæſtione, quæ eſt in col. penul. verſi. item niſi ſit ſententia. Philip. Dec. conſi. xxxvj. cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum inſtrumenti, col. j. verſi. non obſtat.

*Sentẽtia rectè lata præſumitur ob tẽporis diut.*

*Acta perdita præſumuntur ſolen. facta.*

62 ¶Trigeſimotertiò, non ſententia ſolùm, ſed & ſententiæ ipſius executio, ſolenniter facta fuiſſe præſumitur ex diuturnitate temporis. vt notab. conſuluit Petrus Anchar. conſi. xxxix. viſa petitione. & ſequitur Philippus Dec. conſil. ccclxxv. iuridicam eſſe arbitror. col. j. in fin. & iterum conſi. ccccix. viſo conſilio. colum. j.

*Idem de execut. ſententiæ.*

63 ¶Trigeſimoquartò, non ſolùm id quod dictum eſt procedit in ſententia iudicum, ſed & in dicto arbitrorum, pro quo ex diuturnitate temporis præſumitur, vt voluit Dynus in quodam ſuo conſil. quod ordine eſt xiij. quem refert & ſequitur Ioan. And. in addit. Spec. tit. de arbit. §. ſi ſequitur. verſi. quid ſi actum fuit in compromiſſo. Et id quoque clarius voluit Anton. in dicto c. quoniam contra falſam.

*Præſumitur pro dicto arbitr. ex diut. temporis.*



falſam. col. xx. de prob. & Panor. conſi. xviij. in cauſa & quæſtione quæ vertitur. col. iij. verſic. ob hoc dixit, lib. ij. & Soci. conſi. lxvj. viſo compromiſſo. col. j. verſ. & licèt poſſet dubitari. lib. iiij.

64 ¶Trigeſimoquintò, facit quod voluit Petrus Anch. conſ. cxxxvj. ex conſiliis excellentium doctorũ, quòd ſi reperitur inſtrumentum, continens alienationem rei eccleſiaſticæ, in qua requirebatur decretum ſuperioris, & lapſum ſit longum tempus, præſumitur interueniſſe decretum. quod & idem voluit Angel. in l. quòd ſi nolit. §. ſi venditor. qui eſt. j. ff. de ædili. edict. & Barb. in l. ſciendum. col. xvj. ff. de verb. oblig. & Fely. in cap. Albericus. de teſtib.

*Decretum in alienatione rei eccle. lapſu lõgi temp. præſumitur interueniſſe.*

65 ¶Trigeſimoſextò, quod generalius dixerunt Ant. & Imo. in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælatis. quòd ſi emptor rei eccleſiaſticæ diu poſſederit rem ipſam, licèt in inſtrumento alienationis, nihil dicatur de ſolennitate adhibita, ea tamen præſumitur ob longum tempus. Quod etiam voluit ipſe Ant. in cap. cura. col. ij. de iure patrona. Fran. Aret. conſi. xxxvj. caſus talis eſt, præſupponitur in facto, colum. ij. Alex. loquens in emphyteuſi rei eccleſiaſticæ, conſi. lxxix. circa primum de quo quęritur. col. iij. in ſecundo dubio lib. j. & iterum conſi. xlv. viſa facti narratione, in fi. lib. iij. Socinus conſ. ccviij. viſis actis & actitatis, col. penult. verſ. reſpondetur, lib. ij. vbi expreſsè dicit præſumi omnem ſolennitatem, requiſitam in alienatione rerum eccleſiaſticarúm ex longo tempore, & conſil. cclxvj. in cauſa quæ vertitur, col. xiiij. verſi. ex quibus infero, eo lib. ij. vbi plus dicit, ex diuturnitate temporis præſumi alienationem huiuſmodi fuiſſe factam in caſu permiſſo, obſeruaris omnibus ſolennitatibus, & Fely. in cap. ſicut. col. xix. verſ. ſeptimò & vltimò, extrà de re iudica. vbi hoc elegantiſsimè limitat. vt ibi videre poteris, Philip. Decius in l. j. col. iiij. C. qui admittan. ad bon. poſſeſſ. & conſi. 36. cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum inſtrumenti. col. pen. verſ. vltimò non obſtat, & conſil. clij. in cauſa exemptionis. col. ij. in fi. & conſi. cccxxix. pro defenſione, col. vlt. & conſil. cccxlj. viſo puncto, col. vj. ver. poſtremò ad corroborationem.

*Solennitas adhibita præſumitur in uenditione rei eccl. ob longũ tempus.*

66 ¶Trigeſimoſeptimò, addit iſtis calculum Raph. Cum. dictum conſi. clviij. viſis inſtrumentis, colum. ij. quòd ſi producatur inſtrumentum, iam longo tempore ſumptum ab originali, licèt non appareat de citatione partis, tamen præſumitur eam fuiſſe citatam, imò (inquit) præſumitur illud originale, à quo exemplum ſumptum eſt, fuiſſe authenticum, per not. in dicto cap. Albericus, & alia quæ allegat. Et illud quoque de citatione partis voluit Floria. in l. 2. ff. de fide inſtrum. Alex. conſil. cj. ſuper primo dubio. col. iij. verſic. tamen his non obſtantibus, lib. vij. & latè probat Franc. Aret. d. conſil. xxxvj. colum pen. & Corn. conſi. ccciiij. rem arduam. col. ij. lib. iij. & conſi. cxliij. ſuperioribus, lib. 4. Socin. conſi. clxxxvij. in controuerſia, verſi. & quia ſupra ſunt allegata, lib. ij. Felyn. in dicto cap. Albericus. col. ij. Philippus Decius dicto conſil. xxxvj. col. j. verſic. non obſtat quod in iſta, Iaſon in auth. ſi quis in aliquo. l. procurator. colum. iiij. verſicu. nonò fallit. C. de eden. & in l. publicati. col. ij. verſic. nota tamen diligenter. C. de teſtamentis.

*Originale inſtrumentũ præſumitur authẽticum.*

67 ¶Contrarium tamen, quantum ad citationem partis, tenuit Baldus in dicta auth. ſi quis in aliquo. col. v. verſi. non amplius. & in cap. vltimo. col. vij. verſi. ſatisfaciam igitur, de fide inſtru. Pro quo facit quod voluerunt Cardin. & Panor. in dicto cap. Albericus, de teſtibus non præſumi citationem ex lapſu temporis. Quod & videtur voluiſſe Ang. conſi. clxxiij. & Paulus Caſtr. conſil. lxxvj. in facto iſto quatuor ſunt conſideranda, col. j. verſi. ſecundò principaliter, lib. ij. & Socinus conſi. xlvj. eleganter & ſubtiliter, col. ix. verſi. ſed duo videntur. lib. iiij. Verùm quòd ſemper præſumatur citatio, ex diuturnitate temporis, tenent Ioannes And. Ant. & Imo. in dicto cap. Albericus. & Angelus in dicta l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

*Citatio non præſumitur ex lapſu temporis contrarium uerius ut infrà.*

68 ¶Trigeſimooctauò, quod eleganter (vt ſemper aliàs ſi quis alius) ex noſtris conſuluit Raph. Fulgoſ. conſi. lxxix. quidam nomine Britinius, col. iij. in huiuſmodi ſpecie: Vnus ex teſtibus teſtamentariis contradicit teſtamento: is tamen, qui erat hæres ab inteſtato, longo tempore tacuit, nec quicquam dixit aduerſus teſtamentum, ſed paſſus eſt hæredem in eo inſtitutum bona hæreditatis poſsidere, certè ex temporis diuturna poſſeſsione præſumitur teſtamentum, cæteráque ſequentia rectè acta fuiſſe, purgatúrque ſuſpicio, quæ ex huiuſmodi teſtis contradictione oriebatur. iuxta l. j. §. vlt. ff. quẽadmod. teſt. aper. ídque auctoritate dictæ l. ſi filiusfamiliàs. C. de petit. hæred. & dicta l. qui in aliena. §. j. ff. de acquir. hæred.

*Præſumitur pro teſtamẽto, cui unus teſtiũ contradicit, idque ob temporis longi lapſum.*

69 ¶Trigeſimononò, non in iſtis tantùm caſibus, ſed & aliàs ſemper, licèt ſolennitas extrinſeca nõ præſumatur, l. quacunque. §. vltimo. ff. de Publicia. in rem actio. cum ſimilib. Fallit tamen propter temporis diuturnitatem, vt plerique voluerunt, per tex. in dicta l. ſi filiusfamiliàs. C. de petit. hæredit. & in dicto cap. cura. de iure patrona. & in cap. peruenit. de cenſib. vbi ſupra voluerunt glo. vlt. Ant. Imol. Panorm. & præterea Innoc. Hoſtienſ. Ioan. And. Bald. Ant. Imol. & abunde Felyn. in dicto cap. Albericus. de teſtib. vbi & priuatim loquuntur de ſolennitate, quæ debet interuenire in publicatione, ſiue exemplatione, vt cum eis loquar, de qua ibi Bart. Bald. Ang. Imo. & Romanus, in l. qui in aliena. poſt. prin. ff. de acquirenda hæredita. Bartolus Baldus Angelus, & alij in dicta l. ſi filiusfamiliàs, ex quibus Bald. ipſe ita illam legem ſummat, ex diutina poſſeſsione præſumitur ſolennitas præceſsiſſe, Bald. Ang. Imo. Raph. Roma. Alex. qui hanc dicit eſſe communem opinionem. Barb. & Iaſ. in dicta l. ſciendum. de verb. oblig. Bald. in l. ij. circa medium. C. de acquir. poſſeſſ. & in l. executionem. col. xiiij. C. de execut. rei iudic. & in cap. j. col. vj. de iudic. Roma. conſi. cclij pro deciſione, verſic. quo ad tertium, & conſi. cclxxv. quo ad primum, col. j. Petr. Anch. conſil. 420. quidam ſeruus Antonius, col. vlt. Imo. in l. j. §. vlt. ff. de aqua pluuia arcen. Floria. in l. cùm de in rẽ verſo. ff. de vſuris, Alex. cõſi. cxiij. ſuper primo dubio. col. ij. in fi. verſi. ex his infero. lib. j. & conſi. xlviij. in cauſa & lite, col. ij. verſi.

*Solennitas extrinſeca non præſumitur, niſi ob longum tempus.*

*Solennitas ex diutina poſſeſ. præſumitur præceſsiſſe.*

accedit ad confirmationem.lib.v.Maria.conſi.xv.viſis prædictis,col.antepenul.verſi. accedit etiam temporis diuturnitas.vbi & hoc dicit procedere,etiam ſi appareat de ſcriptura actus,in quo non ſit deſcripta ſolennitas requiſita,vt nihilominus præſumatur ratione temporis plus actum,quàm ſcriptum,per multa quæ allegat.Et hoc reputat ſing.Bart. conſi.cliij.pulchra & ſubtilis,col.ij.verſic. ad hanc obiectionem,lib.ij.vbi per hoc conſuluit in publico caſu.& iterum conſi.cclxvj.in cauſa,lib.ij. & Corneus conſi.xcviij.videtur prima facie.col.j.& ij.lib.j.vbi reperies qualiter hoc intelligatur, & conſi.cccxlviij.videtur in hac.col.v.eodem lib.j.& conſi.cxliiij.ſuperioribus dubiis,col.j.verſ.tamen his minimè refragantibus.lib.iiij.& conſi.ſequen.in ſupraſcripto themate.col.pen.verſi.item poteſt dici,eodem lib.iiij.& conſi.cclxxxiiij.copioſè,col.j.eodem lib.iiij.Franci.Curt.ſenior conſi. DCXVIJ. ſuper motiuis,col.iij.Felyn.in dicto cap.ſicut,col.xv.verſ.fallit tertiò,de re iudica.& in cap.j.col.j. de lit.conteſtatio.& in cap.licèt Hely.col.v.de ſimo.Ludo.Bolonien.conſi.xxxiiij.col.iiij.Philip.Decius conſi.xxxvj.col.penul.verſi.vltimò non obſtat,& dicto conſi.xlij.col.vij.in quinto dubio,verſ.& iſta confirmantur,& dicto conſi.clij.col.ij. & conſi.cxcix.viſis & diligẽter,verſ.quo ad tertium,& cõſ. ccxij.viſo puncto.col.iij.verſic.quartò prædicto Franciſco.

*Ratione temporis plus actum quàm ſcriptum præſumitur.*

70 ¶Et quanquam ſunt plerique,qui hoc intellexerunt procedere,quando cum diuturnitatem temporis interuenit alia præſumptio,aliàs ſecus.Et inter alios Cyn.& Bald.in l.j.in ij.queſtio.C.qui admit. ad bonor.poſſeſſ.& idem Baldus in l.ij.C.de legitit.hæred.vbi per hoc dicit , quòd ex diuturnitate temporis non præſumitur,quòd donatio fuerit inſinuata,nec quòd interuenerit præſentia duorum conſanguineorum.& Salyc.in dicta l.ſi filiusfamiliàs.C.de petit.hæred.& Rom.in dicta l. ſciendum. Panorm.in dicto cap.Albericus.col.pen.de teſtib.vbi loquitur etiam de tempore longiſsimo , & in c.ſignificauit.in ſecundo not.per illum tex.de cenſib.Paul.Caſt.conſi.ccij.cauſa confinium,colum.ij. verſi.breuiter ſi bene , lib.j.Alex.in dicta l.qui in aliena.in princ.ff.de acquir.hæred.& conſi.ix.viſo themate,col.pen.& vlt.libro iij.& conſi.xvij.viſo inſtrumento locationis.col.ij.lib.iiij.& conſil.218. ponderatis narratis,colum.iij.verſic.vnde dicit , libro j. & Iaſon in l.ſi certis annis , columna tertia verſiculo nonò facit.C.de pact. Reſpondéntque ex his multi ad dictam l. ſi filiusfamiliàs. & ad dictam l.qui in aliena.quòd loquuntur in patre, & in filio , inter quos facilius præſumitur conſenſus interueniſſe,cum iuris fictione reputentur vna,eadémque perſona,per legẽ vltimã C. de impub. & aliis ſubſtit. Et quod ibi etiam agitur de commodo patris propter vſumfructum , ideo facilius præſumitur conſenſiſſe.

*Ex temporis diuturnitate non præſumitur inſinuatio donationis,nec præſentia duorum conſang.*

71 ¶Hoc tamen indiſtinctè procedere aſſerunt Imo.& Alex.ſibi contrarius,& Iaſ.in d.l. ſciendũ. Ro. ſibi quoque contrarius in d.l.qui in aliena.Barb.dicto conſi.xxxiij.col.iij.lib.iij.& in repe.rub.C.qui admit.ad bon.poſſ.col.ij.in fi.vbi dicit Bald.in ea re ſibi fuiſſe contrarium, & Alex. etiam ſibi contrarius,conſi.lxxix.primò quæritur,lib.j.Fely.in dicto cap.Albericus,col.vlt.& Iaſ.in l.j.col.iiij.eod. tit.C.qui admit.ad bono.poſſeſſ.& tacitè omnes quos ſupra citauimus, dum indiſtinctè dixerunt, præſumi ſolennitatem extrinſecam ex diuturnitate temporis.

*Solennitas extrinſeca ex lõgo tẽpore præſumitur.*

72 ¶Sunt item qui hoc intelligunt procedere in illis actibus, in quibus neceſſariò non requiritur ſcriptura,in aliis verò non præſumi huiuſmodi ſolennitatem ex tempore,ſed opus eſt eam probari per ſcripturam.Ita voluit Fely.in dicto cap.j.in prin.de litis conteſt.& quiſquis is eſt, qui in illum additiones edidit,vbi & hoc dicit voluiſſe Pau.Caſt.conſi.lj.& dicto conſi.ccij.col.ij.lib.j. vbi tamen ex eo poteris intelligere,qualiter hoc ſit intelligendum.Alex.conſi.ccxix.ponderatis his,col.pen.verſ. item non obſtat alia reſponſio,lib.vj.vbi & hoc quoque declarat.

*Aliorum opiniones de eodem.*

73 ¶Sunt & qui hoc limitant,vt videlicet præſumatur ſolennitas ex decennali ſpatio , de quo loquitur d.l.ſi filiusfamilias.cum gl.niſi ageretur de præſumenda ea ſolennitate,quæ principaliter tenderet ad præiudicium tertij:tunc enim non ſufficerent decem anni,ſed requirerẽtur triginta,per tex.in d. c.peruenit,& ibi Inn.gl.& Can.de emp.& ven.vbi hoc in ſimili ſpecie tenuit Imo.col.vj.& ſeq.Ale. conſi.j.ponderatis,col.viij.lib.iiij.& iterum conſi.xvij.viſo inſtrumento locationis,col.iij.eo.lib.iiij. & conſi.clxxix.in cauſa,& lite vertente inter hæredes colum.ij.lib. 6. quod & idem expreſsè tenuit Raph.Fulg.in dicta l.j.col.pen.C.qui admit. ab bonorum poſſeſſ. vbi dicit , quòd præſumptio quæ inſurgit ex diuturnitate,per dictam l.ſi filiusfamiliàs.non habet locum, quando agitur de auferẽdo dominio alterius,per l.nullo.C.de rei vindicat.& l. diutina poſſeſsio. C. de præſcr.longi temp.Imò ſunt,qui,vt præſumatur ſolennitas extrinſeca,dicunt requiri tempus valdè antiquum,in quo videlicèt probatio eſt fermè impoſsibilis:ideóque non tam exacta probatio requiritur,per id quod habetur in l.ſi arbiter.ff.de probat.& c.vlt.de pact.& c.fama.xxij.q.ij.& ita voluerunt Hoſt.Ioan.And. & Pan.in d.c.Albericus.de teſtib.& ſeq.& Alex.conſi.ccxviij.ponderatis narratis,col.iij.verſic.præterea , lib.vj.Hanc tamen limitationẽ in omnibus expreſsè reprobat Alex.ſibi contrarius,dicens indiſtinctè ſufficere decennium,dicta l.qui in aliena.per tex.in c.continebatur,de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu capit.& alia quæ ipſe allegat, & poſt eum Iaſon in dicta l. prima,columna quinta, verſic.tertiò ſingul.limita.C.qui admittan.ad bonorum poſſeſſ.Et voluit etiam indiſtinctè Anto.in dicto c.illud.de præſumpt.

*Solennitas tendens in præiudicium tertij, non præſumitur ex longo tempore.*

74 ¶Sed & multi hoc intelligunt procedere,vbi agitur de modico præiudicio,vt in caſu dictę l.ſi filiusfamiliàs.vbi agitur tantùm de præiudicãdo filio in ſpe hæreditatis,& acquirendo patri,cui erat ſucceſſurus,vt in caſu dictæ gloſ.in d.l.penult.C.commu.diuid.vbi ex diuturnitate temporis præſumitur inter fratres,& alios ſimiles facta diuiſio:ſecus vbi tractaretur de graui quodam præiudicio : ita expreſsè

*Ex diuturnitate temporis præſumitur inter fratres facta diuiſio.*



expreſsè voluit Bar.in l.cùm de in rem verſo.col.3.ff.de vſur.& in l.j.col.pe. verſi. contra hoc tamen dictum.ff.de aqua pluuia arcen.& in ſua diſputat. incip. mulier habens magnum patrimonium,col. vlt.Fulg.qui Bart.mentionem non facit,in dicta l.j.col.pen.& ibi Iaſ.col.v.verſi.quartò limita.C.qui admit.ad bon.poſſ.Panor.in c.vlt.col.3.de cauſa poſſ.& propriet.Pau.Caſt.in d.l.ſi filiusfamiliàs. C. de petit.hæred.Alex.in d.l.qui in aliena.& in d.l.ſciendum.col.4.& conſi.x.viſo proceſſu,col.vlt.lib. 4.& conſi.v.viſo & diligenter conſiderato,col.pen.eod.lib.4.& Socin. dicto conſi.ccliiij. col.2.lib.2. Philip.Dec.dicto conſi.ccccxliiij.vbi ſuprà,& in cap.j.col.vj.verſi.non obſtat ratio, de fide inſtrum. vbi & hoc dicit voluiſſe Franc.Areti.in quodam conſilio non impreſſo,incip. in præmiſſa conſultatione,per l.nullo.C.de rei vendic.

75 ¶Multi quoque hoc intelligunt procedere in actibus iudicialibus,qui tranſierunt in rem iudicatam, non etiam in extraiudicialibus,qui non tranſierunt in rem iudicatam , vt not.doct.in c.j.de his quæ fiunt à maio.parte cap.Sed hanc limitationem planè refellit Alex.conſi. ccxix. ponderatis narratis, col.pen.verſi.non obſtat etiam,dum obiiciebatur. lib.6.

76 ¶Aliter itẽ alij intelligunt,vt hoc ſcilicet procedat quando eſt ſolennitas, cui partes renuntiare poſſunt:ſecus ſi non poſſunt,ſecundum Ant.& recentiores,in cap.ſicut.de re iudi.& Pet.Anchar. in c.j. per illum tex.de reb.eccleſ.non alien.lib.6.& confirmatur per l.ſi fortè.& ibi Bar.de caſt.pecu.& no. per eundem Bar.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& in authent.ſi quis in aliquo.C.de eden.cum ſimil. Sed hoc Alex.dicto conſi.ccxix.col.pen.verſic.poſtremò non obſtat.lib. 6. vult procedere,cùm ſolennitas ex eo præſumitur,quòd de illa eſt facta mentio enuntiatiuè à partibus. Nam ea ſolennitas tum demum præſumitur,ſi talis erat, cui poterat renuntiari , per l.optimam.C.de contrah.& commit.ſtip.ſecus ſi ei renuntiari non poterat,vt not.glo.& Bart.in l.j.C.de fide inſtr.lib.x.cum ſimil.At ſi præſumptio ſolennitatis aliunde procedat,ſecus:vt not.in c.ea noſcitur.de his quæ fiunt à præla.& in c.cùm veniſſes.de inſtit.& in c.bonæ.de elect.cum infinitis aliis ſimilibus ſuprà allegatis.

77 ¶Poſtremò hoc intelligas in caſu dubio,in quo præſumitur ſolennitas, etiam ſi de ea nulla ſit facta mentio in inſtrumento. Secus ſi ex inſtrumenti inſpectione conſtaret eam non interueniſſe:vt quia diceret,id non fuiſſe factum,aut aliàs ita loqueretur, vt appareret non interueniſſe : tunc enim non præſumeretur ex diuturnitate,vt expreſsè voluit & conſuluit Pau.Ca.conſ.lxxxj. in cauſa quæ vertitur inter reuerendum,col.iij.verſicu.etſi dicatur.lib.2.quia huiuſmodi(inquit) præſumptio tollitur per euidentiam,qua nulla eſt maior fortiórve probatio,vt not.Innoc. in c.propoſuiſti. de probat. & ſubdit facere l.emptorem.in prin.ff.de act.empt.& alia quæ ibi allegat.Sequitur Alex. dicto conſil. 1.incip.ponderatis his,columna penultima,libro quarto.Iaſon in dicta l.j.col. v. verſic.quintò limita, C.qui admit.ad bono.poſſ.& Stephan.Bertran.conſi.cliiij.alienatio,col.iij.verſic.nec opponitur, lib. 2.Philip.Dec.conſi.ciij.cuius ſupraſcriptio incipit,an approbatione.columna prima.& dicto conſil. xxxvj.colum. iij.verſic. ſecundò reſpondeo.Quibus planè conſonat quod voluit Bald.quem nullus illorum allegat,in l.data,colum.penult. verſic. quid ſi bannitus.C.qui accuſa.non poſſunt.quòd ſententia ex nullo vires acquirit, nec pro ea præſumitur , cùm ex forma ipſius habet vitium nullitatis: alioquin vitium conualeſceret tempore,quod fieri poteſt,l.ex initio.C.de fal.& cap.vnde quæritur. xxv.quæſt. ix. Et ſententia plus habet iuris,quàm facti,vt not.gloſſ.in c.nullus.ix.quæſt.ij. Sententia autem nulla nihil habet iuris,nec ex ſolo tempore robur acquirit , l.expreſsim.C. de appellationib. Et facit quod not.in cap.inter cætera.xvj.quæſt.iij.& eſt expreſſum in l.quædam mulier.ff.famil. erciſc.quòd ſententia etiam poſt multos annos dicitur , & declaratur nulla,Dec.in l. ſi quis in aliquo. num.xxiij.C.de eden.

*Euidentiæ ult.*

*Sententia plus iuris habet, quàm facti.*

78 ¶At ego ſanè,vt credo non præſumi ſolennitatem ex diuturnitate temporis , ſi ex inſtrumento vel ſententia appareat liquidò & expreſsè eam non interueniſſe:ita ſi non id expreſsè,aut liquidò appareat,ſed tantùm in inſtrumento,vel ſententia,nulla facta eſt mentio ſolennitatis certè non ex hoc ſequitur,quòd non præſumatur interueniſſe ob temporis diuturnitatem,vt non obſcurè ſentit Petr. Ancha.conſi.cxxxvj.ex conſiliis , vbi in inſtrumento non apparebat de ſolennitatibus requiſitis, & tamen concludit,quòd præſumuntur interueniſſe ob diuturnitatem temporis.& apertè etiam Alex. conſi.lxxix.circa primum,col.iij.lib.j.& Feli.in c.ſicut.col.pen.verſi.ſeptimò & vltimò declara,de re iud.& Phil.Dec.conſi.cccxlj.viſo puncto,col.6.verſi.non obſtat ſi dicatur,& idem Dec.con.ccccix. viſo conſilio,col.j.verſi.non obſtat illud in quo videtur.Quanquam contrarium tenuit Paul.Caſtr. dicto conſi.dcccj.lib.2.& conſi.in facto iſto,col.2.verſi.ſecundò principaliter.lib.2.

*Solennitas ex diuturnitate nõ præſumitur.*

79 ¶Quin & aliter etiam intelligit Alex.conſi.50.in cauſa & lite,col.2.lib.5.quãdo conſtat actum, qui dicitur fuiſſe ſolenniter factus,putà vt idem exemplum repetamus,ſi dicatur hæreditas fuiſſe adita, & ſolenniter:certè ſi conſtet de aditione,præſumitur ſolennitas interueniſſe ex diuturnitate temporis:ſecus ſi non conſtet de aditione.Et hoc ſequitur,& dicit nota.Philip. Dec.d.conſi.ccccxlij.col.iij. verſi.non obſtat,ſi dicatur.

*De eodem.*

80 ¶Rurſus ipſe Dec.ibi aliter intelligit,vt ſcilicet procedat in eo,qui potuit gerere actum,qui dicitur ſolenniter fuiſſe factus,vt exempli cauſa , qui adire potuit hæreditatem , tunc ex poſſeſsione longi temporis prę ſumitur adiiſſe ſolenniter.Secus ſi non potuit:vt qui pupillus erat,iuxta l.pupillus.ff.de acq.hæred.& §.neque.Inſtit.de author.tutor.Quia tunc præſumptio ſolennitatis ceſſat.Quia vbi veritas non poteſt habere locum,pariter nec præſumptio,per l.qui ad certam.ff.loca.

*Adiiſſe præſumitur, qui potuit, aliàs non.*

81 ¶Alij item hoc intelligunt,quando veriſimiliter is,cuius ſenſus pro ſolennitate requirebatur,in actu

*Præſumptio*

AA

*non cadit in ignorantem fallit ut hic.*

ſciuit actum,qui dicitur ſolenniter fuiſſe factus,& de conſenſu illius. Secus ſi veriſimiliter ignorauit: tunc enim ex diuturnitate temporis ea ſolennitas non præſumitur, niſi tam longum tempus interuenerit arbitrio iudicantis,quòd ſcire potuerit, vt pulchrè conſuluit Alex. loquens in conſenſu Papæ, qui debuit interuenire in alienatione facta ab epiſcopo, qui iurauerat non alienare inconſulto Pontifice, conſil.ix.viſo themate ſuprafcripto,col.vlt.lib.3.& ſequitur Philip.Dec.conſi.ccccix. viſo conſilio.col.2.verſi.& pro vera reſolutione,lib.2.

*Ex diuturna ſolutione præſumitur cauſa legitima.*

82 ¶Quadrageſimò,proximè accedit ad ſuperiora,quod voluit Panor.conſi.xxvj.in quæſtione quæ ad præſens vertitur,col.vlt.in prin.lib.2.quòd ex diuturna ſolutione præſumitur cauſa legitima, quanuis de ea non appareat. Allegat gl.in c.nullus,j.q.j.& Ioan.And.in c.peruenit,de cenſib.& Bart.in d.l. cùm de in rem verſo.de vſur.& idem quoque voluerat ipſe Panor.conſi. vij. circa primum,colum. v.verſi.item præmitto quòd quando,& iterum verſi.præſumenda eſt ergo.cod.lib.2. vbi fortius dicit,quòd præſumitur cauſa legitima ex diuturna ſolutione,etiam ſi non fuerit allegata.

*Monialis mutans monaſteria.*

83 ¶Quadrageſimoprimò,non prætermittendum quod no.conſuluit Socin.(meritò excellentiſſimus vocatus)conſi.lxxxiij.placet mihi,in prin.col.3.& alibi ſępe.Is conſ.ccvij.conſideratis his,tenuit no. per multa quæ ibi allegat,quòd monialis quæ iam à longo tempore tranſiuit de vno monaſterio ad aliud, id feciſſe præſumitur conſentiente primo monaſterio, propter diuturnitatem temporis: ita quòd ſi aliquid poſteà acquirat, aut illi quæpiam hæreditas deferatur,acquiritur ſecundo monaſterio, non primo.

*Conſuetudo inducta per diuturnam ſolutionem.*

84 ¶Quadrageſimoſecundò,huc vergit quòd ſi per decennium fuerit quicquam liberè ſolutum eccleſiæ,aut piæ cauſæ,ex hoc inducta cenſetur conſuetudo: quam ſoluentes non poterunt tollere, quin cogantur deinceps ſoluere,etiam nullo alio probato,aut allegato titulo,per text.in cap.veniens, le j. de teſtib.& ibi Panor.in iij.notab.& Feli.in iiij.notab.vbi illum not.ad limitationem not.in d.l. cùm de in rem verſo.ff.de vſur.& tex.in c.ad apoſtolicam.& ibi etiam Panor.& Felin. de ſimo.& voluit Pau.Liaz.in repet.c.in literis.col.7.verſi.modò quæritur.de reſtit.ſpoliat.Panor.conſil.6.in quæſtione quæ vertitur,col.3.verſic. ſecundum remedium.lib.2.vbi & ad hoc allegat text.in l. priuilegia,& ibi Bart.C.de ſacroſanct.eccleſ.

*Temporis uirtus multiplex.*

*Notoriū quid.*

85 ¶Poſtremò,tempus ipſum tantum habet virium,vt non ſolum ius ac dominium alterius, & alia, de quibus ſuprà diximus,tollat,ſed cætera omnia abſumat,deuoret,deſtruat,commutet, atque aliò diuertat,id affirmante Bald.in cap.inter dilectos de fide inſtrum.& in cap.tua,col.2.verſi. porrò notorium,de cohabit.cleric.& mulier.vbi dicit,quòd notorium non dicitur,niſi apparens & exiſtens vetuſtas,quæ omnia conſumit.Et idem affirmat Bald.in repet.l.j.col.iiij.verſi.in contrarium quod merum imperium,C.de emancip.libero.quam ponit in fi.lib.viij.cùm dicit,quòd tempus vicem perſonæ alienando gerit,cùm iura negligentis tabefacit,atque corrodit, & intelligentem transfert.l.qui agros.C.de omni agro deſer.lib.xj.Omnia enim(ait)ſua periodo terminantur. In quam ſententiam Lucretius lib.iiij.ad finem,

*Nam leniter quamuis quod crebro tunditur ictu,*
*Vincitur in longo ſpatio tamen atque labaſcit.*
*Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes*
*Humoris longo in ſpatio pertundere ſaxa?* Cui concinens Tibullus lib.j.Elegia iiij.
*Longa dies homini docuit parere leones:*
*Longa dies molli ſaxa peredit aqua.* Et Ouidius lib.j.de Arte amandi:
*Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius vnda?*
*Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.* Sed & idem lib.4.de Ponto Elegia 8.ad Suillum:
*Tabida conſumit ferrum lapidémque vetuſtas,*
*Nulláque res maius tempore robur habet.*

Et libro poſtremo Metamorphoſ.ex ſententia Pythagoræ,

*Vetuſtas inuidioſa.*

*Tempus edax rerum,túque inuidioſa vetuſtas*
*Omnia deſtruitis,vitiatáque dentibus æui,*
*Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Propertius quoque lib.3.de Pyramidibus,deorúmque templis & Mauſoleis loquens:

*Annorum aut ictu pondera victa ruent.*

Et Martial.lib.9.de Partheniana toga:

*Quid non longa dies,quid non conſumitis anni?* Et Auſonius:
*—Monumenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis,nominibúſque venit.*

*Vetuſtas ipſa etiam naturam perimit.*

86 ¶Curtius autem lib.5.Vetuſtas(inquit)non opera ſolùm manufacta, ſed etiam ipſam naturam paulò exedendo perimit.Seneca in remediis fortuitorum ad Gallionem, eleganter tempus vocat omnium ſepulturam.Ex Græcis quoque Sophocles in Aiace:

*Παύθ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.* id eſt,
Omnia longum tempus tabefacítque & vrit.
Rurſuſque in eadem fabula,
*Απανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος*
*φύει τ᾽ ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.* id eſt,

Omnia



Omnia longum & innumerabile tempus
Producit in lucem occulta,& manifeſta occultat.
Idem quoque *χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται, καὶ κρίνεται.*
Tempore omnia fiunt,& iudicantur.

*Tempore omnia fiunt & iudicantur.*

Sed & Platonis diſtichon eſt:
*Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν*
*οὔνομα καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην.* id eſt,
*Aeuum fert omnia,longum tempus nouit mutare*
*Nomen & formam, & naturam & fortunam.*
Gregorius Nazianzenus in diſtichis ſententioſis:
*Μὴ δὴ φίλει τὸν ὄλβον, ὃν λύει χρόνος.*
*ἃ γὰρ χρόνος δόμησε, καὶ λύσει χρόνος.* id eſt,
*Ne ama opulentiam,quam ſoluit tempus.*
*Quæ enim tempus condidit,& ſoluet tempus.*

*Saturnus à poetis traditus filios ſuos deuorare.*

Ob hanc ſanè cauſam Mythici exiſtimant à poëtis traditum Saturnum filios ſuos deuorare ſolitum,ac eoſdem denuò emouere:interpretantes id ad tempus referri oportere, quod vt ſuprà diximus,Saturni nomine ſignificatur,à quo vicibus cuncta gignantur & abſumantur, quæ denuò renaſcantur,vt ſcriptum reliquit Augu.de Ciuit.Dei.lib.vj.cap.viij.

*Tēpus minuit affectus.*

87 ¶Quinetiā tempus aut adimit, aut certè minuit impetus,affectus,ac perturbationes animi,alioquin perpetui ac immortales.Omnia,inquit Cornelius Tacitus lib.xix.hiſtoriæ Auguſt.Inconſulti impetus cœpta initiis valida,ſpatio langueſcunt.Liuius lib.2.diem tempúſque ipſum leniturum iras ſanitatémque nonnunquam allaturum ſcribit.Seneca lib.2.de ira, Maximum remedium iræ mora eſt. Itaque prudenter ille piſtor Apuleianus lib.ix.Meta. monebat mulierem, vt ſecederet quoad ſpatio feruens maiori animus ſedaretur.Idque eſt,quod de Leone ſcribit Ouid.lib.4.Triſt.Eleg.5.

*Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum.*

Ex quibus facilè cuiqui fit manifeſtum,nulla re melius quàm tempore iram langueſcere.Itaque Venus apud Virgilium lib. v. Aeneid. conqueritur Neptuno de graui Iunonis ira in Troianos, quam nec longa dies mitigaret,nec pietas.Hactenus de ira.

*Dies adimit ægritudinem homini.*

*Seruij Sulpitij laus.*

88 ¶Nunc de dolore & triſtitia loquamur.Euripides in Alceſtide,*ὁ χρόνος ἄλγος ἠπιάσει.* id eſt,Tempus dolorem leniet.Et ſimile apud Terentium prouerbium vetus adducit Menedemus, Diem adimere ægritudinem hominibus.Tullius lib.3.Tuſculanarum quæſtionum:Id ita(inquit) eſſe dies declarat,quæ præcedens ira mitigat,vt iiſdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo,ſed in pleriſque tollatur. Seruius ille Sulpitius, qui vt refert Pomponius in l.2.ff.de orig.iur.in cauſis orandis primum locum,aut certè poſt Marcum Tullium obtinuit, ad eundem Tullium ſcribens eum conſolatutus de morte Tulliæ filiæ ſuæ, ſic infert: Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat,atque molliat:hoc te expectare tempus tibi turpe eſt, ac non ei rei ſapientia tua occurrere. Cuius ſententiæ meminit è noſtris Barba.in repetit.c.Rayn.quam Ioanninam vocant,col.lxxiiij.de teſtam. vbi & de morte filiæ ſuæ loquitur, cuius dolorem tempus ſibi ſuſtuliſſe aſſerit.Seruium autem ſecutus(vt opinor)Tullius ipſe ad Titium ſcribens, lib. 5. Epiſtol.familiarium, eodem genere conſolationis vſus eſt.Nam quod(inquit)allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit,id nos præcipere conſilio prudentiáque debemus.Seneca quoque ad Luciliū epiſtola lxiiij. Finem(ait)dolendi,qui conſilio ſuo non fecerit,tempore inueniet.Idem in eo libro,quem de conſolatione ſcripſit ad Mattiam:Dolorem dies conſumit,licèt contumaciſſimum,& quotidie inſurgentem, & contra remedia efferueſcentem: tamen illum efficaciſſimum mitigandæ ferociæ tempus eneruat. Et paulò antè vocat remedium naturale temporis, quòd maximas ærumnas componit. Nec aliud vult Ouid.lib.4.de Ponto,ad Gallionem ſcribens:

*Finitúmque tuum,ſi non ratione, dolorem,*
*Ipſa iampridem ſuſpicor eſſe mora.*

Et Quintilianus lib.6.Nam cùm etiam veros dolores mitiget tempus,citius euaneſcat &c.Et Symmachus in epiſtolis:Fors fiat vt dies longa quandoque haberet laxatum dolorem:ſiquidem malis omnibus finis de tempore venit.

*Amoris furore nihil uehementius.*

89 ¶Sed & ad amorem veniamus,qui affectus alios omnes vehementia exuperat.Nam,vt dicit tex.in §.illud quoque melius.in auth.quibus modis natur.effic.legit. furore amoris nihil vehementius inuenitur,quem retinere perfectæ philoſophiæ eſt.Et Cicero lib.4.Tuſculanarum quæſtionum: Maximè autem(inquit)admonendus,quantus ſit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior.Propterea dicit Bal.non minus verè,quàm diſertè in l. precibus,col.vj.verſi.quid ergo ſi petiit non idoneas.C.de impuber.& aliis ſubſtit. quòd huiuſmodi affectum intra debitos limites carcerare Philoſophorum eſt, non muliebre. In quam etiam ſententiam Oldrad.conſi.cix.regularis habet traditio,col.2.verſi.tertia conſideratio,aduocat teſtimonium philoſophi dicentis lib.vij.Ethic.cap. iij. hos Venereos appetitus nonnullos in furorem atque inſaniam adigere.Et per hoc quodam modo excuſat quempiam,qui vt quadam muliere potiretur,quam deperditè adamabat,imagines quaſdam in eam rem confecerat, ac dæmones inuocarat. Hanc tamen tam furioſam,tam vehementem,tam impotentem,tam imperioſam paſsionem tollit,aut ſaltem le-

nit tempus ipſum. Nam, vt dicebat Crates Thebanus apud Laërtium, Amorem ſedat fames: ſin minus tempus. Quòd ſi hæc duo non ſuffecerint, ad laqueum eſt accedendum. Quam ſententiam Baptiſta Pius ex Græco epigrammate ita his verſibus concluſit:

*Amorem ſedat fames.*

*Sedat aligerum fames amorem:*
*Hoc ſi non ſuperat, domabit ætas:*
*Quæ ſi non rapidum fugabit ignem,*
*Nodatum ſupereſt medela collum.*

*Amoris remedia.*

Idcirco Propertius li.3. dicit temporum & locorum interualla ſenſim ſuos ardores mitigatura, ictúſque cupidineos ſanatura. Huius carmen eſt huiuſmodi:

*Aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi*
*Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.*

Quibus omnibus accommodatiſsimum eſt, quod Sophocles in Aiace flagellifero ſcribit, tempus eſſe Deum facilem, quòd omnia leniat atque molliat.

*Tempus omnino adimit memoriam.*

90 ¶Quid, quòd tempus prorſus adimit memoriam, quæ & ipſa eſt vis, & diſpoſitio animi, vt placet Auguſtino, aut (vt alij malunt) Hugoni Victoriano, qui in libro de Anima & ſpiritu ſcriptum reliquit, animam ſecundùm diuerſa operationum officia variis nominibus enuntiari: dicit enim, Anima dum vegetat, & corpus ipſum viuificat, Spiritus dum contemplatur, Senſus dum ſentit, Animus dum ſapit, dum intelligit Mens, cùm diſcernit Ratio, cùm recordatur Memoria, dum vult Volũtas. Cicero lib.2. de Inuentione, confirmat Prudentiæ tres eſſe partes, inter quas Memoriam reponit. At tempus (inquit) memoriam rem perniciosiſsimam, ſiue ſit animæ diſpoſitio, ſiue ipſa anima, ſiue prudentiæ pars, aut quiduis aliud tollit prorſus, atque adimit, obliuionémque rerum omnium producit: affirmante id Iuriſconſulto in l.furtum.§.vlt.cum l.ſeq.& ibi not.docto.ff.de vſucap.& id quoque aſſerit glo.in l.vlt.& ibi glo.in verbo, vacuum.verſic. ſed quo iure.C.vnde vi.Specul.de petit.& poſſ.§.j.verſic.penult.& titu. depoſitio.§. ſextò tractandum eſt, verſi.item ſi de ſuo contractu.in fin. Dyn.in c.poſſeſſor.& iterum in cap.præſumitur, in fin.de reg.iur.lib.6.Barto.in l.ſi res obligata. poſt prin.verſi.hoc autem quod dicit, ff.de leg.j.& in l.qui fundum.§.ſeruus meus, ff.de vſucap.pro empt. & in l.non fatetur, col.pen.verſi.item longinquitas.ff.de confeſſ.& in l.Celſus ff.de vſucapio.& in l.ſi quis delegauerit.§.vlt.ff.de nouatio.& in l.ex conſenſu.§.eum qui.ante fin.ff. de appel. & relationib.& in l.cum & iudices quæ eſt ij.§.quod obſeruari. & in §. ſed quia veremur. C.de iuram.calum. Bal.in l.j.col.xij.verſi.modò quæro quid de adulto.C. de confeſ. & in l.ſi minorẽ.C.de in integ.reſtit.& in cap.vlt.col.pen.verſi.& qualiter probetur error, extrà eo.Signo.conſi.v. cùm inter Gabrielem, col.iij.verſi.item ex longo interuallo, Ang.in l.qui tabulas, ff.de furt.& in §.ſi quis igitur, col.vlt. in auth.de inſtrum.cau.& fide.& in §.illud in auth.de trien.& ſemiſſ.& conſil.cxxvij. viſis petitione, & reſponſione, verſi.ſecundò propter temporis prolixitatem, Pet.Anch.conſi.cxxxiij. ſatis inaduertenter, paulò poſt medium. Lucas Pen.in l.quicunque.in xcv.præſumptione.C.de apo.publ. libro x. Raph.Fulg.conſi.xxxix.ad primum videtur, vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu: Barbat.in l.ſi dari ſtipuler, col.antepen.ff.de verbo. oblig.Corn.conſi.cxlij.videtur prima facie, col.v.verſi. nec prædictis obſtat, lib.3.& conſi.cclxxviij.in cauſa vertente, col.2.lib.4.Alex.conſi.vij.videtur prima fronte, col.iij.verſi.ſed in quæſtione noſtra, lib.4.Soci.in tracta.fallent.regu. clxxv. ignorantia in facto proprio, in ſecunda fallentia, Iaſon in §.ſi quis agens, col.2.verſi.tertiò fallit.Inſtit.de action.& facit cap. longinquitate, xij.q.ij. Húcque reſpicit illud Menandri:

*Memoria quid.*

χρόνος δ' ἀναίρει πάντα, καὶ λήθην ἄγει. Tempus autẽ aufert omnia, & obliuionem inducit.

*Tẽpus omniũ obliuionem inducit.*

Quem ſecutus Virgilius videtur hiſce verſibus:

*Omnia fert ætas, animum quoque: ſæpe ego longos*
*Cantando puerum memini me condere ſoles.*
*Nunc oblita mihi tot carmina.*

*Tempus rudiſsimũm & indocile.*

Inibi enim animũ pro memoria poſuit Virgil.& Seruius & alij interpretes annotarũt, & ſatis indicãt quæ ſequuntur. Nũc oblita mihi, &c. Nã (vt diximus) memoria vis eſt animi, & vt alij volũt, ipſe animus. Sed & huc vergit quod Paro Pythagoricus dicebat tempus eſſe rudiſsimum, indocile, ſtultiſsimum: quoniã omnia obliuione deleantur in tẽpore, vt retulit & approbauit Ariſtot.li.4.Phyſic.in fi.

*Quantum tempus exigatur, ut præſumatur obliuio.*

91 ¶Et quanquam multi voluerunt relinqui arbitrio iudicis, quantum tempus exigatur, vt ex eo veriſimiliter inducatur & præſumatur obliuio, & ita perdatur poſſeſsio, videlicet glo.Iaco.Rauen.Ang. in d.l.furtum.ff.de vſucap.glo.in §.quod autem ad eas, in verbo, propter abſentiam.Inſtit.eo. Innoc. in c. querelam.col.j.in verbo, de nouo.& ibi quoque Ioan.And.de elect.Cyn.in l.j.in j.quæſt.princ. C.vbi cau.ſtat.Rota deciſione liiij.nota quòd vbi dicit aliquis, Bal.& Ange.in l.licet.ad fi.C.de acq. poſſ.idem Bal.& Ang.in l.j.C.de ſeruis fugit.Bal.in l.2.col.7.verſi.ſed quæritur an per negligentiam animi.C.de ſeruit.& aqua.Imo.& Roma.in l.ſi de eo fundo.§.ſi fortè.ff.de acq.poſſ.Pet.Anch.conſ. xcij.tria in fauorem.ante fi.Dominic.in c.pontifices.vij.q.j.

92 ¶Sed multò plures hoc tempus ſpatio decem annorum circunſcribunt, vt ſcilicet ex eo veriſimiliter præſumatur obliuio, & poſſeſsionis amiſsio inducatur. Ita enim voluit glo.Iacob.But.in d.l.licèt. C.de acquir.poſſeſſ.Dyn.in cap.ſine poſſeſsione, ad fi.de reg.iuris.lib.vj.Ioan.And. in addit.Specul. in tit.de petit.& poſſeſſ.quo loco ſuprà citauimus, Cyn.Barto.& Bald.in l.j.C.de ſeruis fugit. Barto. & Ang.in dicto §.ſi fortè.l.ſi de eo.ff.de acq.poſſ.ibíque latè Alex.col.j.& ſeq.qui reſpondet rationibus ad



bus aduerſariorum, Bart.in l.Celſus.col.2.ibi, vel cum negligentia longi temporis, ff.de vſucap. Bal. in l.vlt.C.de his qui à non domi.& in l.ſi minorem.C.de in integ.reſtit.minor.& in dicta l.j.in fi. C. de ſeruis fugit.& in repet.l.edita.col.4.verſi.incidenter quæritur, ibi, dummodo ſit intra decẽnium, C.de eden.& conſi.xxxvij.quidam tabellio, col.vlt.lib.j.& conſi.150.caſus actualiter, col.penul.lib.2. Roſellus de Roſellis inter conſilia ipſius Bal.conſi.ccccxlv.ſuper prædictis, col.2.eod.lib.2.Pet. Anchar.conſi.ccxiij.pro iſto patre inſtituto, col.2.plus etiam aduertendum, & conſi.ccccxliij.primò eliciamus, col.ix.verſi.& aduertendum eſt, vbi hanc dicit communem opinionem, Panor. in c.vigilanti.col.5.& ibi latè Felin.col.pen.de præſcrip.idem Panor.conſi. xviij. in cauſa & quæſtione quæ vertitur, in fi.lib.2.& conſi.lxij.in controuerſia orta.col.antepenu.eod.lib.2.Pau.Caſtr.in l.poſsideri.quæ eſt 3.§.ſi quis nuntiet.ff.de acq.hæred.& conſi.x.ſi vera ſunt, lib.1.verſi.ſed ex alio capite, lib.1.& conſil.cclxxxiiij.in facto præſenti pœnam.col.2.eod.lib.1.Barbat.conſil. lxxiij.à Ioue principium, col.4. lib.3.& conſ.xl.clementiſsimum, col.23.lib.4.& conſi.liiij.à Ioue principium, col.penult.eod.lib.4.& conſi.lix.optaui & datus eſt, col.3.eod.lib.4.Corneus conſi.lv.viſis & diligenter ponderatis, col. viij. verſic.item videtur quòd poſsit, lib.3.& conſi.clxxix ex pacto.col.vlt.eod.lib.3.Maria.conſi. xxxviij. pro deciſione, col.8.lib.1.& eius filius Socin.conſi.xlvij.primò præſentis, verſic. poſtremò circa principium, eo.lib.1.& conſi.cliij.Pulchra, col.3.verſi.quinimo attentari poteſt, lib.2.Franc.Aret.in l.j.col. j.ff.ſolu.matr.Alexan.conſi.xxxiij.viſo proceſſu, col.j.lib.6.Fran.Curt.ſenior conſil.xxxiiij.ſuper eo, col.j.Soci.conſi.cxv.fundata eſt intentio, col.3.verſic.ſed adhuc videtur, lib. 3.Iaſ.in l.j.§.per ſeruum, col.4.verſi.item inquantum.ff.de acqui.poſſ.in ſecunda lectura. Et licèt nonnulli ex his ſimpliciter locuti ſint de longo tempore, tamen de decennio videntur intellexiſſe, quod longum tempus priuatim nuncupatur, ſecundùm glo.in d.l.cùm de in rem verſo, & ibi docto.ff.de vſuris.& gloſſ.in l.ſi filius.& ibi doct.C.de petit.hæred.& in l.litibus.in verbo, colonorum.C.de agric.& cenſi.lib.xj. & in rub.C.quæ ſit long.conſuetu.& ibi Bald.& in l.j.C.de præſcrip.longi tempo.& in l.vlt.ff. ſi ager vectig.& in cle.j.de rebus eccleſ.non alienan.& in c.conſuetudo præcedens.xij.diſt.Bal. in l. iubemus nulli.in princip.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.de quibus.col.ix.verſi. quæro & propter quantum tempus, ff.de leg.& Ange.in l.ſi filiofamilias.§.ſi vir in quinquennium.& ibi Alex.col.pen.ff.ſolu. matri. Anto.in c.vlt.extrà ne præla.& conſi.lxxxvij.apparet quod viuo, col.pen. Alex. in l. ſciendum.col.3. ff.de verb.oblig.Feli.in c.ſicut.col.xv.verſi.& primò aduerte.de re iudica.Bald.& latè Felin. in cap. plerunque.de reſcrip. Et hoc confirmat tex.in l.ſancimus.C.de teſtam.& in l.ſi cum fideicommiſſaria.§.Ariſto ff.qui & à quibus. Et ex hoc not.voluit Bald. in l.ſancimus, aliàs, iubemus, col.2.& ibi. etiam Raph.Fulg.& Pau.Caſt.C.de teſtam.quòd ſi quiſpiam fecerit teſtamentum, etiam cum clauſula derogatoria, & lapſo pòſt decennio aliud faciat, quamuis in eo nullam fecerit mentionem illius clauſulæ, tamen valet hoc vltimum teſtamentum, quòd propter tale teſtamentum præſumitur teſtatorem non recordari de clauſula derogatoria.& id ſequitur ipſe Bald.conſi.xl.ſicut ſapientiſsimè conſultum eſt, lib.2.& iterum conſi.xv.viſo ac diligenter conſiderato themate, col.3.lib.4. quamuis contra hunc tenent Franc.Aret.& Iaſ.in d.l.iubemus aliàs, ſancimus.

*Decenniũ propriè longũ tẽpus appellatur*

*Teſtamentum prius cũ clauſula derogatoria, poſteriore, lapſu decennij tollitur.*

E *CONTINVELZ,* *GLOSSA V.*

*Quomodo cõtinua poſſeſsio probanda ſit.*

1 SEd quomodo probabit huiuſmodi poſſeſsionem continuam: nunquid neceſſe eſt vt teſtis deponat vidiſſe ſe ſemper continuéque & ſine intermiſsione decem annos poſſeſsioni rei incumbere? At hoc impoſsibile eſt, l. ſeruitutes, & l.quoties.ff.de ſeruit. Ideo ſatis eſt, vt probet ſe fructus cuiuſlibet anni percepiſſe. Nam quamuis fructus certo, & eo quidem breui tempore colligantur, tamen qui illos percepit, præſumitur toto integro anno percepiſſe, vt no.voluit Spe.tit.de prob.§.probari autẽ.verſi.ſed quæritur qualiter.qui eſt in col.vlt.& ibi Bal.in addit.& idem Bald.in l.Titia.vbi & Barto.ff.de ſolut.vbi eſt bonus tex.in verbo, redditus exegit.in prin.l.& idem Bal.in l.ſi quis.verſi.quæro qualiter probetur poſſeſsio.C.finiũ regund.& in l.j.col.pe. in fin.C.de ſeruis fugit.per tex.in dicta l.Titia.& in l.Pomponius.ff.quibus modis vſusfruct. amit.& idem Bald.in l.iudicia.C.de rei vendica.Cyn.in l.ſuper.C.de præſcript.longi tempo.Bart. in l.2.C. de acquir.poſſeſſ.& in l.quidam in ſuo.ff.de conditio.inſtitu.& in l.j.& ibi quoque Franc.Areti. col. 1.ff.ſolut.matri.Floria.in l.j.col.2.ad fin.ff.famil.eriſcun. Raph.Cuma.conſi.ciiij.quæritur, in princip. Fulgoſ.conſi.clxj.in cauſa Iacobi.in princ.Roman.conſi.lxx.viſis themate, col.penul.verſic.ſecundò quia probatum eſt, vbi etiam dicta iura allegat & prætereà l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff. de acquir.poſſeſſ.& d.l.litibus.C.de agrico.& cenſi.lib.xj.Franc.Cremen.qui hoc ex Specul. vbique reputat ſing.not.cxxxij.Ioan.Ferrarien.titu.de forma reſponſionis rei conuen.in verbo, præſcriptionis.col.viij.Lanfran.Oria in repet.c.quoniam contra falſam.in materia teſtium, verſic.iij.venit probanda poſſeſsio, de proba.Bellem.ſubobſcurè deci.xxxiiij. incip. valet articulus. Barbat.conſi. viij. ſcribitur præclarè, col.2.verſic.prætereà accedat.lib.j.& conſi.50.hoc exordio illud afferam, col.vj. verſic.prætereà eſt aduertendum, eod.lib.j.& conſi.xj.quod eſt ſimilis initij, col.4.verſic. capio modo partem.lib.2.& conſi.xviij.præclarè ſcriptum eſt, col.pen.verſi.prætereà faciat, eod.lib.2.& conſ. xxxvj.ſapienter ſcripſit.col.2.eod. lib. 2.& conſil.lxx.præclarè ſcribitur, col.7.eod.lib.2.vbi ad hoc multa allegat, & conſi.xxxv.in minimis quoque rebus, colum.iij.lib.iij.Alexand.conſilio xxv.attentis narratis, colum.iij.verſic.eſt etiam probatum, lib.5.& conſi.clxj. viſo. lib.vj.Socinus conſil.cxxxj.

in præſenti,circa princ. lib. 1. & conſi.clxxxvij.in controuerſia,verſic.ſecundò.Philip.Dec.conſil.2.ex perceptione.

*Ad probãdam poſſeſsionẽ,fructuum perceptio non requiritur.*

2 ¶Neque tamen neceſſariò requiritur ad probandam poſſeſsionem, vt fructuum perceptio probetur,quamuis illud ſit principalius:ſed ſufficit,vt probetur quòd quis fecit terram ſeminari,arari,coli. Ita voluit gl.in d.l.ſi quis in verbo,poſſeſsionis quæſtio finiatur,& ibi ſequitur, C. finium regund. & illam dicit ſing.Lanfran.in repet.d.c.quoniam contra falſam,vbi ſuprà citauimus,qui & alios modos probandi poſſeſsionem ponit,vt ibi per eum videre licet.Tamen ſi quis probaret ſe fundum coluiſſe,alter collegiſſe,hic obtinebit:quia in perceptione fructuum conſiſtit efficacia,vis,& vtilitas poſſeſſionis:& licèt qui ſeminauit præuenerit,tamen iuſtũ eſt rem à fine dominari:& ſæpe contingit,quòd alter ſeminat,alter metit.Ita fermè ad verbum voluit Bald. in c. licèt cauſam.col.iij.& ibi poſt eum Feli.col.vij.verſi.& ad iſtam tertiam cauſam , extra de prob. Quamuis idem Bald.tenuerit contrarium,in l.arboribus.§.nam & ſi agrum.ff.de vſufruct: hac tantùm ratione, quòd qui arauit eſt antiquior.Sed tene priorem ſententiam per ea quæ iam diximus.

*Vtrum in probanda cõtinua poſſeſsione ſufficiat initiũ & finis.*

3 ¶Sed nunquid ſatis erit,ſi probauerim me poſſediſſe primum annum decem annorum,& poſtremũ eorum, vt videar totos integros ac continuos decem annos poſſediſſe? Barb.dicit, non ſatis eſſe,in conſi.viij.ſapienter,col.x.in fi.cum principio ſeq.lib.2.per tex.& gloſſ.in cap. accedentibus.de priuileg. Sed quomodo intelligatur d.text.& gl.dicam poſteà.Nam omnium ferme eſt ſententia,ſufficere probari initium & finem.Ita enim voluit Specul.in dicto titu.de prob.§.probari autem,verſic.ſed quæritur qualiter,Barba.in l.ſicut re corporali.§.ſuperuacuum. ff. quibus modis pig.vel hypoth.ſol. & in l.Celſus.col.pen.verſic.quando dicatur continuata poſſeſsio,& ibi etiam Roman.ff. de vſucap. Bal.in l.teſtium.col.vlt.verſi.quærit hîc Cy.C.de teſtib.& conſil. ccxlviij.proponitur quòd Ioannes. paulò ante fi.lib.2.Anto.& Panorm.in dicto cap.accedẽtibus.de priuileg.Anto.& Imol.in procœmio Decretal.Petr.Ancha.in c.j.col.vj.de præſcrip.lib.vj.& conſi.5.pro parte nobilis viri,circa medium. Roma.in l.ſciendum,col.xx.de verb.oblig.Lanfran.in dicta repet.d.c.quoniam contra falſam.verſi. citatum,Alex.conſi.lxxxix.excellentiſsimi Iuriſconſulti.col.vlt.lib.5.Matheſ.notab.cxvij.nota mirabilem doctrinam,Barba.conſi.xxij.ſapienter ſcripſit,col.antepe.verſi.prætereà adduco,eod.lib.2.& conſil.xvij.le ij.à Ioue principium,col.pen.lib.iij.& conſil. xviij.clementiſsimum Deum,col.vij. lib. iiij.Feli.in cap.inter dilectos.col.iiij.verſ.ex quibus inferri ſolet,de fide inſtrumen.

*Ex extremis probanda media.*

4 ¶Idque regulare eſt,vt ex extremis probentur media, id eſt, talia præſumantur eſſe media, qualia ſunt extrema.l.talis ſcriptura.§.ſed & ſi in annos.Innoc.gloſſ.& ibi Bald.ff.de legat.j.l.ſed & ſi.§.ſolemus.ff.de hæredib.inſtit.& cap.quia ſunt culpæ.in verb.nec eam.& ibi gloſ.xxviij.diſt. & cap.legem quam piiſsimus.& ibi etiam glo.liij.diſt.glo.in cap.accedens.de conuerſ.coniuga.& in cap.per tuas.in verbo, præſumendum, de condit.appoſit.& in cap.ex parte decani,in verbo,mandato. & ibi Imol. col.xiij.de reſcrip.& in cap.iudicans.xvj.quæſt.4.& in c.in die reſurrectionis,in verbo,ordinem Romanum.de conſecra.diſt.5.& Spec.tit.de inſtrum.edit.§.nunc dicemus,verſi.illud autem ſcias,Bal.in l.omnes.§.ſi verò.C.de epiſc.& cleric.Barba.conſi.xvj.ſcriptum eſt,col.x.lib. j. & conſilio omnium poſtremo,ſapientiſsimus refert,col.4.verſi.prætereà faciat,lib.4.& cap.Theologis.lib.3.Senten.diſt. 3.articulo j.quæſt.2.in fi.vbi hoc luculenter intelligit procedere,cùm medium illud aptum eſt confici ex extremis ſecundùm debitum ordinem & congruentiam.

*Poſſeſsionis initium probare ſatis eſt.*

5 ¶Imò etiam in hoc caſu ex multorum ſententia ſatis eſt probare initium poſſeſsionis.Nam ſi allegetur continuatio ipſius,præſumetur ad præſcriptionem inducẽdam,vt expreſsè in hoc caſu voluit glo.poſt Hugo.& Placen.in l.ſiue poſsidetis.& ibi etiam Petr.& Doct.Bal.Salic.& plerique omnes. C.de prob.Ioan.Andr.Anto.& Panor.in c.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpolia.Cyn. in l. ſuper.C. de præſcrip.longi temp.Spec.in dicto verſi.ſed quæritur qualiter,Bart.in l.Celſus.vbi ſuprà.Ioan. Fab.in §. 1.col.2.verſi.ſed quomodo probabitur,Inſtit.de vſucap.Panor.in c.cùm eccleſia.col.5.verſic.aduerte latius,de cauſa poſſeſſ.& proprieta.& in dicto c.accedentibus,col.vlt.de priuileg.& in dicto c. accedens.circa med.de conuerſ.coniug.Nam,vt dicit Panor.in dicto c. accedentibus. cùm amiſsio poſſeſsionis ſit quid accidens,cùm requiratur animi deſertio,& facta non præſumantur, imò ſemel poſita qualitas præſumitur adeſſe,per cap.vlt.de præſcrip.& cap.ſi fortè.de elect.lib.vj.& not.in cap.ſemel malus.de reg.iur.lib.vj.Ideò qui ſemel poſſedit,præſumitur & ſemper poſteà poſſediſſe, ſi allege,vt præter eos,quos citauimus ſuprà,voluerunt Archidia. in cap. Pontifices.vij.q.j.Spec.& Ioan. Andr.in titu.de petit.& poſſeſſ.§.j.verſi.vlt.Cyn.Bal.& Salic.in l.ignorantibus.C.ad exhib.Bart. in l. quidam in ſuo.ff.de condit.inſer.Bal.& Salic.in l.iudicia.in fi.C.de rei vindica.Bald.in l. ſi minorem. C.de in integr.reſtit.Salic.in l.non ignorabit.C.ad exhib.Panor.in c.olim.le 2.col.1.de reſtit. ſpoliat. Alex.conſi.cxxxiij.viſo proceſſu.col.2.lib.1.Sed id quomodo intelligendum,latè videbis per omnes in d.l.ſiue poſsidetis,C.de prob.& in dicto cap.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.& per Alexand. ſi is eſt, in addit.Bar.in d.l.Celſus.

*Medij tẽporis probatio nõ requiritur, initio & fine probatis.*

6 ¶Sed parum abfuit quin pertranſierimus multos ex his, qui dixerunt ſatis eſſe ad præſumendam poſſeſsionem certum tempus, vt principium & finis probetur, in eam rem allegare gloſſ. in cap. volumus.xvj.quæſtione quarta, quæ tamen non id ita ſimpliciter dicit, ſed illud tantùm, quòd ſi quis probet poſſeſsionem totius temporis,quaſi videlicet non ſatis ſit probare principium & finem, niſi medium quoque aliquod probetur.Sed certè nulla medij temporis probatio requiritur ex omnium opinione,niſi quis inniteretur præſcriptioni longiſsimi tẽporis triginta vel quadraginta annorum,quia



rum,quia tunc neceſſariò oporteret poſſeſsionem cuiuſque decennij,ſcilicet primi anni, & decimi, & viceſimi,& triceſimi probare,ob id quòd poſſeſsio ciuilis,quæ animo retinetur, & quæ ſola ſufficit ad præſcriptiones,præſumatur durare ad decem tantùm annos.ex quib.obliuio præſumitur, niſi appareat de naturali poſſeſsione,vt latè diximus in glo.præcedente,ante finem. Ita voluit expreſsè Matheſi.dicto not.cxviij.& ſequitur Alex.in addit.Bart.in dicta l.Celſus.

*Poſſeſsio ciuilis ſufficit ad præſcriptiones.*

*Vbi ſufficiat principium & finẽ probare.*

7 ¶Illud autem,quod diximus ſatis eſſe probare principium,& finem , fortè intelligendum eſt in ea tantùm poſſeſsione procedere,quæ ſolius præſcribentis factum,aut animum requirit:alterius autẽ nihil præter patientiam,vt cùm quis domum,aut fundum poſsidet.Non etiam cùm debet interuenire factum alterius,vt in ſolutione cuiuſpiam rei annuæ,tunc enim videretur non ſatis eſſe,probare ſolutionem primi,& poſtremi anni,ac nec ſimul alicuius medij , vt præſumeretur ſolutio integrorum decem annorum.Sed neceſſe eſt,vt probetur ſolutio facta quolibet anno, per textum loquentem in ſolutione decimarum,in dicto cap.accedentibus.in illis verbis , vnde continuè debent iſti probare &c.de priuileg.& ibi glo.in verbis,per quadraginta annos,in fin.Ita illum textum intelligit,cùm dicit,vnde continuè debent iſti probare perceptionem decimarum quolibet anno, vt dicit tex.Et huius rei manifeſta eſt ratio diuerſitatis:nam primùm illa facilius retinetur , & continuatur,vtpote ſolo animo poſsidentis,aut certè facto ipſius.Hæc præterea factum alterius requirit:ideò non ita facilè obtinet,per nota.in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.Idque maximè procederet , vbi ageretur de præſumendo titulo,ex poſſeſsione decennali,iuxta dictam l.cùm de in rem verſo.quia aliter duæ præſumptiones circa idem concurrerent,contra nota.in l.j.C.de dot.promiſſ.cum ſimilibus. Vna, quòd ex ſolutione primi,medij,& vltimi anni , præſumeretur ſolutio omnium decem annorum.Altera,quòd ex huiuſmodi præſumpta ſolutione decem annorum,præſumeretur titulus allegatus,ex dicta l.cùm de in rem verſo. Quanquam Pan.in d.c.accedẽtibus.ita de ea re loquitur, vt videatur velle contra dictam gl.ex ſolutione primi,& vltimi anni præſumi ſolutionem medij tẽporis.Id quod etiam tenet expreſsè Paul.Caſtr. nuncupatim loquens in caſu dictæ l. cùm de in rem verſo.conſi.lj.in caſu ſpectabilium virorum,circa medium.lib.2.ideò cogita.

*Ad probandũ annuum reditũ probanda eſt ſolutio quolibet anno facta.*

F PRESENS, GLOSSA VI.

1 FRuſtrà fuerit hîc tractare,qui dicantur præſentes,vel abſentes,vt contra eos currat præſcriptio decem,vel viginti annorum,cùm de hoc textum habeamus expreſſum in l.vltima,& ibi gloſſa,& docto.C.de longi temporis præſcriptio. & latè per Ioan. Fab. Angel. Aret.in §.j.inſtit.de vſucap.

*Præſentia eſt fundamentum præſcriptionis decẽ annorum.*

2 ¶Sed poſſet quæri,an in dubio is,contra quem præſcriptum eſt , præſumatur fuiſſe præſens, an abſens. Iacob. Butr. in dicta l. vltima.dicit,quòd qui vult probare præſcriptionem decem annorum, neceſſe habet probare præſentiam,cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, quia præſcriptio completur decennio inter præſentes,ergo hæc duo copulatiuè debent probari, & quia etiam præſentia eſt facti,& non præſumitur,niſi probetur.l.in bello.§.factæ,ff.de capti. & poſtli. reuer. & quia ex eo quòd negatur præſentia,alleganti eam incumbit onus probandi,l.ei.qui. ff. de probatio. & ſequitur Ang.in l.pen.C.quibus non obſt. longi temporis præſcrip. Tamen ſi probatur quòd ambæ partes ſint eiuſdem ciuitatis,ſatis fundata eſt intentio eius, qui nititur præſcriptione decem annorum,ex ſententia eiuſdem Ang.& Bald.in l.emptor.C.de longi tempo.præſcript.& Corn.conſi.50.in cauſa & lite vertente,col.vlt.verſi.& licèt in dubio.lib.2.Socin.conſi.cxxj.viſa contingentia, poſt prin. li.j. Nam & quis in dubio præſumitur eſſe præſens,in eo loco vbi habitat ſecundùm Imo.Alex.Franc. Aret.in l.is poteſt.ff.de acquiren. hæred. cum multis concordantibus à me collectis in tractatu de legib.connub.in glo.vj.in ij.quæſt.

*Præſentiã alleganti incumbit probatio.*

G RENTES OV AVTRES SERVITVTES. GLOS. VII.

*Hypothecaria præſcribitur ſpatio 10. uel 20.annor.*

1 QVid ſi creditor,cui debetur annuus aliquis reditus,agat hypothecaria aduerſus tertium, qui poſſedit fundum obligatum ſpatio decem,vel viginti annorum, an iſte tertius poterit ſe tueri huiuſmodi præſcriptione?Et videtur non eſſe dubium,cùm tertius præſcribat hypothecariam ſpatio decem,vel viginti annorum,per text. in l.an vitium. in fin.& in l. creditor.ff.de diuer.& temp.præſcrip.& in l.j.vbi gloſ.& docto. & iterum in l.ij.C.ſi aduerſ.credito. oppo.præſcr.& in l.ſi obligata.& ibi etiam gl.C.de euictio.& no.etiam glo.in l.cùm notiſsimi.C. de præſcrip.xxx.anno.& in l.j.§.cùm prædium.& ibi Bart.col.ij.verſi.ex prædictis concluditur.ff.de pignor.& in §.item Seruiana,in verb.nihil,Inſtit.de actio.& ibi etiam Ioan.Fab. Ang.Aret.& recentiores qui id quoque dicunt procedere,non obſtante iure nouiſsimo , quo mala fides authoris nocet ſucceſſori,in huiuſmodi præſcriptione longi temporis,per auth. malæ fidei. C. de longi temp. præſcrip.Ideóque videtur,cùm author qui erat debitor,fuerit in mala fide , quòd non poſsit tertius poſſeſſor,ipſius ſucceſſor præſcribere longo tempore,quod & idem tenuit Iaco.Aretin. Cyn. Bald. Ang.& Sali.in d.auth.malæ fidei,& per l.ſequitur.§.ſi rem.ff.de vſucap.& Oldr.conſi.xix.thema tale eſt,quidam paterfamiliàs.Spec.tit.de præſcr.§.j.verſi.quid ſi debitor.& Ang.Are.in §.furtiuæ.Inſtit.de actio.& in §.ſed iſtæ,col.xvj.Inſtit.de actio.Nam dicta auth.malæ fidei,vt ipſi dicunt, non loquitur in domino debitore qui alienat,ſed in non domino poſſeſſore alienante.

*Mala fides authoris nocet ſucceſſori in præſcriptione longi tẽporis.*

2 ¶Verùm Alex.conſi.lviij.viſo & perlecto,paulò ante fin.lib.ij.aſſerit ea iura quæ ſuprà in principio allegauimus,loqui ſecundùm ea tempora, quibus ius erat creditori agendi contra tertium poſſeſſorem,principali reo non excuſſo,vt cauetur in d.l.proſecutione.C.de pign.cum ſimil.Et ideò dicit

*Actio perſonalis contra debitorem non a-*

*dimititur creditori per præſcriptionem.*

tex.in dicta l.j.in fi.C.ſi aduerſ.credit.oppo.præſcr.quòd creditori, cui obiecta eſt præſcriptio à tertio poſſeſſore,remanet actio perſonalis aduerſus debitorem.Sed cùm hodie ſi non poſsit agere creditor contra tertium,niſi ipſo principali debitore excuſſo,per auth. hoc ita ſi debitor.C.de pignor. Et non valenti agere,non currat præſcriptio.l.j.in fi.C.de annal.præſcr.cum ſimil.quoniam nec impedito impedimento iuris,non currit præſcriptio ipſo iure, vt voluit Bart.in l. j, §. ſi quis autem.ff. de itinere actúque priuat.Ideò creditori contra tertium poſſeſſorem non currit præſcriptio, niſi à tempore quo facta fuit excuſsio principalis rei, quia & antè agere non potuit. Nec obſtat, inquit Alex.ſi dicatur,quòd ſua culpa,& negligentia non potuit agere contra tertium, quia maturius, & longè antè potuit, & debuit agere contra debitorem principalem, & illum excutere : ideò ſibi imputandum,ſi non fecerit. Nam etiam cùm impedimentum culpa impediti proceſsit, tamen non ei currit præſcriptio,per tex.quem dicunt ſing.in c.quia diuerſitatem,& ibi glo.de conceſ.præb. Imò nulla(ait)culpa hîc eſt,aut certè minor,quàm ibi.Hæc Alex.

*Non valenti agere de iure, nõ currit præſcriptio.*

*Replicatio ex Alex.*

3 ¶At dicet quiſpiam,Alex.loquitur in meris terminis iuris,nullo extante ſtatuto : hîc verò ſtatutum habemus quòd qui rem immobilem poſſederit decem annos, eam poterit præſcriptione tueri aduerſus omnes,qui eam peterent,aut ius aliquod ſuper eam prætenderent. Ideò cùm verba conſuetudinis(ſi ita malis appellare)ſint clara ac perſpicua,alia interpretatione non indigent,nec eſt ſuper his vllo pacto hæſitandum.l.ille aut ille.§.cùm in verbis,& l.non aliter.ff.de legatis iij.l.illam,verſic. de modo.C.de collationib.l.ancillæ.C.de furtis.c.vlt.de verb.ſignifi.& c.ij.de reg.iur.Cumque ſint generalia,& generaliter interpretanda,l.in fraudem.§.vlt.ff.de milit.teſt.cum ſimil.Et,præſertim, vt conſuetudo non ſit ſuperuacanea,ſed aliquid addat iuri communi,iuxta nota.in l.dies cautioni.quę eſt iiij.§.prætor.ff.de dam.infect.cum multis concord.à me alibi copioſiſsimè congeſtis.

*Statutũ reducendum eſt ad ius commune. Statutum conueniens cũ iure communi, recipit eius limitationes.*

4 ¶Verùm ego etiam in caſu noſtræ conſuetudinis,non diſceſſerim ab hac Alex.ſententia,ſi ea vera ſit in terminis iuris communis,quin & hîc locum habeat.Nam conſuetudo,aut ſtatutum debet reduci,quantum fieri poteſt,ad limites iuris communis.l.ij.C.de noxal.actio. c. cùm dilectus. de conſuetud.not.Innoc.in c.quia cauſam.de præſcriptio.& Bart. in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iure. cum ſimil.Item conſuetudo,ſiue ſtatutum loquens in terminis iuris communis recipit omnes limitationes,& exceptiones iuris.d.c.cùm dilectus.& c.ad audientiam.de cler.non reſid.cum ſimil.Sicut ergo præſcriptio iuris communis non currit contra impeditum,aut non valentem agere, ita nec præſcriptio conſuetudinaria,ſiue ſtatutaria,vt etiam nuncupatim voluit Bald.in auth.niſi tricennalis. C. de bonis mater,& Soc.conſi.cxxj.viſa contingentia,col.j.& Fely.in c.ex tranſmiſſa. de præſcriptio. Præſertim cùm non ſit præſumendum eos,qui huiuſmodi conſuetudinem introduxerunt, voluiſſe ius alterius ſine cauſa auferre,quod feciſſent,ſi ita intellexiſſent,vt contra non valentem agere curreret præſcriptio,quod non eſt dicendum,cùm non debeamus præſumere iniquitatem, aut iniuſtitiam in lege,ſtatuto,aut conſuetudine.arg.nota.in l.quoties.C.de preci.Impe.offer.& in l.ij.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publi.& in c.ſuper eo. de officio deleg. Lex etiam debet eſſe iuſta, & rationabilis,& honeſta.c.erit autem lex.iiij.diſt.& l.leges.C.de legib.& quod not.Bart.in d.l.omnes populi.Item ſtatutum recipit interpretationem reſtrictiuam,quando aliter intelligendo quis damnũ ſine cauſa pateretur,d.l.ij.C.de noxal.actio. & l.vt gradatim.ff. de muner. & honor.& plenè per Bart.in d.l.omnes populi.Quin potius ſtatutum debet eſſe inane,& fruſtratorium,quàm vt cum alterius iniuſto damno addat iuri communi,ſecundùm glo.quam omnes ferè intelligunt ita in l.vlt.§. in computatione.C.de iure delib.cum concord.ibi adductis à recentioribus.Quanquam & hęc noſtra conſuetudo,in multis aliis operabitur vltra ius commune.Primùm quod ampliat. l. cùm de in remverſo.ff.de vſur.quæ ex multorum ſententia non procedit,cùm interuenit ſola patientia,vt plenè dixi in prin.glo.iiij.Et licèt multi tenuerint contrarium,tamen ſatis operatur,quod in diuerſitate opinionum alteram expreſsim ſequi cenſuit.Item quia cùm ex præſcriptione decem, & viginti annorum à iure communi introducta,acquiratur tantùm vtile dominium,vt per gl. & docto.in auth. niſi tricennales.tranſeat tempus.inſert.l.j.C.de bon.mater.cum concord.adductis per Fely. in rubr. de præſcriptionibus.col. ij. tamen ex hac noſtræ conſuetudinis præſcriptione acquiretur directum, ex ſententia Bart.Rom.& aliorum in l. ſecunda, ff.de vſucap. & ibi recentiores. Et ſufficit vt ſtatutum,aut conſuetudo aliquid,vel minimum vltra ius commune operetur,ſecundùm omnes in dicto §.in computatione.

*Statutum quãdo recipiat interpretationẽ reſtrictiuam.*

*Præſcriptio non currit impedito,ante illius inchoationem.*

5 ¶Hanc meam ſententiam fulcit,quod latè atque eleganter, cùm ex facto incidiſſet,conſuluit Pan. in huiuſmodi ſpecie : Titius mihi domum vendidit, promiſitque de euictione, in ídque ſua bona obligauit,deinde fundum Mæuio vendidit, qui illum decem,vel viginti annos poſſedit. Demum domus fuit à me euicta,an ſi agam contra Mæuium hypothecaria, poſsit ſe Mæuius tueri præſcriptione. Videbatur quòd ſic,tum iuribus ſuprà in princip.allegatis,tum ex ſtatuto.Nam in caſu Pan. extat ſtatutum huic noſtro ſimile.& concludit ipſe Panorm.conſi.xxij.quidam Ioan.de Senis,lib.ij. Contrarium tamẽ ſuſtinetur ratione inuincibili:nam impedito de iure non currit præſcriptio,d.l.j. in fin.C.de annali excep.& l.in rebus.C.de iure dot.& dicto cap. quia diuerſitatem. Idque præſertim quando impedimentum contingit,antequàm eſſet inchoata præſcriptio,iuxta theoricam Bart. in l.Senatus.ff.de offic.præſidis.Sed certum eſt,quòd ego non potui agere antequam domus euinceretur,licèt etiam diceretur eſſe aliena,l.qui rem.& l.ſi poſt.C.de euictio. Ergo hactenus non habuit locum præſcriptio.Prætereà præſcriptio cum bona fide, eſt partim inducta in fauorem præſcribentis

*Actio de euictione nõ competit niſi re euicta.*



ſcribentis bona fide,& partim in odium negligentis ius ſuum proſequi.c.præſcriptionum.xvj.q. iij. & quod not.Bart.in l.j.ff.de vſucap.& in l.nemo poteſt.ff.de lega.j.& Dyn.in cap.poſſeſſor. de regu. iur.lib.vj.Sed hîc nulla mihi poteſt imputari negligentia,cùm ante euictionem non potuerim experiri:ergo cùm deſit fundamẽtum,atque ratio præſcriptionis,deeſt quoque præſcriptio. Et maximè cùm textus in dicta l.j.C.ſi aduerſ.credit.innitatur diuturno ſilentio creditoris,nunc hypothecariã intentantis:ſicque illum reſpiciat,qui cùm agere,& proclamare potuiſſet,negligenter tamen ſiluit. Neque enim poſſunt illa verba adaptari ad eum,qui proclamare non potuit. Nam dici non poteſt ſilere,qui loqui non poteſt,ſicuti nolle illius,qui velle poteſt.l.eius.ff.de regul. iur. & is dicitur inteſtatus,qui teſtari potuit l.j.ff.de ſuis & legi. & facit quod in ſimili notatur per docto. maximè per Bart.in l.j.ff.quod vi aut clam.Sed & quòd contra creditorem habentem hypothecariam, iuſtáque cauſa impeditum non currat præſcriptio, eſt caſus ſecundùm vnum intellectum in l.cùm poſtulaſſem.§.vlt.ff.de damno infect.& not.glo.in dicta l.j.C.ſi aduerſ.cred. Ad ſtatutum autem reſpondet Pan.eo fermè modo,quem ſuprà diximus. Sed illud non prætermiſerim Alex. in alio loco conſuluiſſe contrarium eius quod ſuprà ex eodem diximus,videlicet conſil. ccxx. ponderatis his quæ in ſuperiore.col.vltima,lib.vj.hac ratione motus,quòd antequam facta ſit excuſsio debitoris principalis,competit actio hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.Eſt tamen verum, quia ipſe tertius poterit opponere ante litem conteſtatam,exceptionem ordinis,ſed ſi non opponat, valet iudicium: vt not.Bart.in l.ſi probatum vbi glo.C.communi diuidun.cum multis ſimilibus. Et ſic cùm poſſet intentari actio,& in iudicium deduci,nihil repugnat,quin currat præſcriptio,potiſsimum (inquit)ſi debitor eſſet non ſoluendo, licèt hoc certum non eſſet : quia fuit in culpa creditor : ſi non egit, & excuſsionem non fecit contra principalem,dicto capit.quia diuerſitatem, cum gloſſ.in verbo, ſuſpenſionis,de conceſsione præbendæ,& c.ſi ante.de reſcriptis,hoc Alexander,qui ex diametro ſibi repugnat:ideò cogita.

*Sublato fundamento tollitur effectus.*

*Exceptio ordinis quando opponenda.*

6 ¶Sed rurſum quæritur, Petrus mihi vendidit decem aureos annuos, in ídque domum obligauit, quam poſteà alteri vendit,qui illam poſſedit decem,aut viginti annis,quibus Petrus ille mihi ſoluit annuatim decem aureos:poſteà ceſſat ſoluere,ob ídque volo agere hypothecaria contra illum domus dominum,ac poſſeſſorem,an poterit ſe defendere præſcriptione? Vide Specul.tit. de præſcript. §.j.verſi. pone,colonus vel emphyteuta,& in tit.de locato.§.nunc aliqua.verſi.xliij.Guliel. Cuneus, & Bald.in l.ſolennibus penſionibus.C.de rei vendicatio.Bald.in l.arboribus.§.qui tamen.ff.de vſufruct.Henric.Boh.in c.vigilanti.de præſcrip.Ioan.Faber in l.j.C.de bonis mater.Alex.conſi.lxxj.videretur,col.vlt.lib.j.Iaſ.in l.ij.C.de iure emphyt.& Chaſſa.in conſuetud.Burgund.tit.*des cenſes*, §. ij. col.xv.verſi.nunc ſuccedit,vſque ad fi.

## *H SERA CREV DE SONDICT TITRE, PAR SON SERMENT,* GLOSSA VIII.

*Præſumitur titulus ex poſſeſſione decẽnali. Titulum ſe habere adſerens iuret.*

1 HAec noſtra conſuetudo luculenter interpretatur l.cùm de in rem verſo.ff. de vſuris. quæ ex poſſeſsione decennali,facit præſumi titulum allegatum,tanquàm ſcilicet ſine alia probatione credatur ei,qui ſe dicit habere titulum ob poſſeſsionem decennalem.Sed & noſtra conſuetudo addit iuramentum poſſeſſoris,quod & fortè in caſu d. l. requiritur. Eſt enim generalis noſtrorum ſententia,quòd vbi propter diuturnitatem temporis præſumitur titulus, ſiue quoties alicui creditur aſſerenti ſe habere titulum,de eo tamen fidem iureiurando faciat, neceſſe eſt.Ita voluit Petr.Ancha.in cap.j.de regulis iuris. lib. vj. ad id citans Gaſpar. Calde. idipſum volentem,arg.cap.vlt.de conſuetud.& cap.ij.de teſtib.& ſeq.Felyn.in cap.illud.col.iij.verſi.eſt tamẽ circa prædicta.de præſumpt.& in c.ſicut.col.xvj.& primò aduerte.de re iudica. Et de hoc videtur eſſe tex.expreſſus,& valde ſing.ad declarationem dictæ l.cùm de in rem verſo. in c.dilectio, & ibi gl.in verbo,offerre,xvj.q.3.Idque adiuuat,quod ſcribunt Hoſt.Imol.Pan.Ioan.Ana.& Felyn.in c.licèt Hely.de ſimo.intelligentes id quod dicitur, præſumi titulum beneficij ex poſſeſsione decem annorum,vt ſcilicet ſatis ſit eum titulum probari per iuramentum.

*Authoris ſententia.*

2 ¶Quam & ego ſententiam generaliori regula confirmo,videlicet, vt non ſolùm in aſſertione tituli illud procedat,ſed & aliàs,quando lex,ſtatutum,pactum, aut quæuis alia diſpoſitio vult ſtari dicto alicuius,intelligitur iurato,non aliàs.Ex quo glo.in l.apertiſsimi.in verbo recuſare, ibi, & nota hîc, poſteaquam recenſuit opin.Ioan.qui dicebat ſufficere aliquem aſſerere ſimpliciter, iudicem ſe ſuſpectum habere,ſine alia probatione, per textum ibi,in verbo putare,& in verbo,ſuſpicionis,& alia iura quæ allegat.Tandem ſubiunxit,huiuſmodi recuſantem debere ſuam aſſertionem iuramento firmare.Et quanquam ea gl.nihil ad hoc allegat,non deſunt tamen text. hanc noſtram doctrinam comprobantes,& primò tex.eſt in eam omnium optimus in l.Theopompus.in verbo,iuratus.ff. de dote præleg.vbi id notat Bart.(academiæ noſtræ legalis ſine controuerſia princeps) ſicut etiam facit Ant.in c.veniens,le j.& ibi Fely.col.pen.de teſtib.& idem Ant.in c.finem litibus.col.pen.de dolo & cont.Ex eóque notat Bal.(vir acutus æquè ac doctus)in c.tuis.de teſtib.quòd iurare debet is,cuius teſtimonio quiſpiam ſtare promiſit,& ſi de iuramento nihil dictum fuerit. Alibi quoque eiuſdẽ tex.authoritate,idem Bald.in l.iuſiurandum quod ex conuentione,in princ.ff.de iureiurand. tradit, quòd ſi ex pacto ſtandum ſit de aliqua re dicto teſtatoris,debet creditor iurare.Quin plus dicit ibi in lect.antiq.quòd ſi conuentum ſit,quòd ſimplici dicto creditur,tamen iuramentum interponendũ eſt,per dictam l.Theopompus.quod & idem voluit Bald. ipſe in cap.cæterùm. de iuram. calum. & in cap.

*Iurare quis debeat.*

in cap.tuis.de teſtib.& Ang.in §.quod autem.in auth.de non alienan. & Iaſ. in dicta l. iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum.eo.tit.de iureiurand. & in l. de pupillo. §. qui opus. col. vlt. ff.de operis noui nunt.

*Super expenſis requiritur iuramentum.*

3 ¶Cui ſimile eſt,quod per eandem legem ſcribit idem Ang.& Bald.in §.oportet,in auth.de iudicib. Quod vbi lex iubet ſtari ſimplici verbo alterius ſuper expenſis, aut quapiam re alia, debet tamen iurare.quod & idem voluit Marianus Soci.in repet.c.quod ſi ſuper rebus.& cap.quoniam.col.ij.ante fin.vt lite non conteſtata.Quanquam ei quod de ſimplici dicto,aut verbo dictum eſt, reclamare videtur tex.in cap.& ſi Chriſtus.poſt princ.ibi,ſimplici aſſertioni.de iureiur. vbi fit diſcrimen inter ſimplicem aſſertionem,& iuramentũ,& ibi Bald.col.2.verſi.in tex.ibi,ſimplici.Nota (inquit) quòd iſtud verbum ſonat ſine iuramento.ſubdítque,quòd in contractibus ſępe apponitur ea clauſula,promittit ſtare ſimplici verbo talis,& nihil aliud dicit.Sed apertè ex his innuit,quòd nemo non intelligit hoc caſu, non requiri iuramentum, ideò ſuper hoc cogita. Sed & per illum textum in dicta l. Theopompus,dicit idem Ang.in repet.l.ſi vacantia.col.iij.verſi.maximè coram peritiſsimo, C. de bonis vacan.lib.x.quod licèt ex diſpoſitione alicuius ſtatuti debeat ſtari dicto nuntij:non tamen ſtabitur,niſi iurauerit.& idem dicit eſſe vtile ad ſtatutum,volẽs quòd ſtetur dicto accuſatoris,aut denuntiatoris,quia ſemper intelligitur quòd debeat iurare:dicítque illum text. ad hoc eſſe ſingularẽ, quem refert & ſequitur Alex.conſi.lxxj.clariſsime domine iudex.col.ij.verſic. ſecundò reſpondeo, lib.iij.& Marian.in repet.cap.qualiter & quando.le ij.in vij.quæſtione,& Hippolyt.Marſil.ſing. 214. ad validitatem.& idem etiam voluit Corn.conſi.xl.viſo proceſſu, col.v.verſic.& ideo vbi ſimpliciter, lib.j.per dictam l.Theopompus.Iaſon,qui hoc dicit ſing.in l.de pupillo.§.qui opus. col.ij. ff. de noui operis nunt.Rurſum ex eo textu dicit idem Angel. in dicta l.apertiſsimi. ſumpta occaſione ex gloſſa,quam ſupra citauimus,quòd cùm lex reliquit aliquid conſcientiæ alicuius,requiritur tamen vt iuret:ad quod etiam dicit facere l.theſaurus meus in tuo fundo.ff.ad exhib.& l. coram. ff.de dãno infecto.Et idem quoque voluit ipſe Ang.in d.l.de pupillo.§.qui opus. ff. de operis noui nuntiat. per tex.ibi,& in dicta l.Theopompus.quem ad hoc dicit eſſe optimum.& ſequuntur ibi Pau. Caſtr. Alex.Iaſ.& alij recentiores,non per illum textum,quem dicunt, & oſtendunt nihil ad hoc facere, ſed per dictam l.Theopompus.& hac etiam ratione, quòd quando committitur aliquid peritis in arte iudicandum,prout illis videbitur,debent iurare,per l.comparationes.C.de fide inſtrum.& in l. hac edictali.§.iis illud adiungimus.C.de ſecund.nup.

*Dicto nuntij aut accuſatoris non ſtandũ,niſi iurent.*

*Iuret is, cuius conſciẽtiæ quid relinquitur.*

*Periti in arte electi iurent, & quomodo.*

4 ¶Et hoc quidem verum eſt,vt ſcilicet periti in arte iurare debeant,ſaltem de credulitate, vt voluit ipſe Ang.in dicta l.comparationes.C de fide inſtr.& in l.iuriſiurandi.verſi.vltimò quæro. C. de teſtib.Bart.in prooemio Digeſtorum,in princ.& Bald.in cap.ſuper literis.col.j.de reſcript.& in ca.quia iudicante.& ibi recentiores,de præſcrip.& in cap.propoſuiſti.& ibi etiam Ant.Imo.Panor.& Philip. Dec.de prob.& idem Panorm.in cap.fraternitatis.poſt Ioan.And.ibi.de frigid.& malefic. Imò verò etiam de veritate debent iurare,ſi res ſit eiuſmodi,de qua vera notitia haberi poſsit, vt voluit Bart.in dicta l.Theopompus.& Bald.in dicta l.hac edictali.§.his illud.& in prooemio Digeſtorum, verſi.ſed dubitatur.& in repet.l.ij.col.xxiiij.ff.de iureiurand.Ioan.Ana.in cap.ſignificaſti.colum. vj. verſi.circa ſecundum,de homicid.Rom.in l.j.§.vlt.ff.de verb.oblig.Fely. in doct c. quia iudicante. poſt prin.de præſcrip.Philip.Dec.in dicto c.propoſuiſti.Inferunt autem docto.ſuprà allegati in dict. §.qui opus(vt ad eos reuertamur)intellectum ad glo.reputatum ſingularem in cap.ſtatutum. §. poſſeſſorem,in verbo,relinquatur.quæ dicit,quòd quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius, non poteſt ab eius declaratione appellari,vt videlicet intelligatur, vt is cuius conſcientiæ committitur,debeat ſuam declarationem iuramento confirmare.

*A iuramento eius cui cõmiſſum eſt ſub cõſcientia,nõ appellatur.*

5 ¶Quamuis huius poſtremi dicti contrarium voluiſſe videatur Bald.loquens expreſsè in caſu illius §.aſſeſſorem.in repet.dictæ l.ij.charta viij.verſic. ſed ibi cùm eſt quæſtio,& iterum charta xiij.verſ. ſed nunquid de conſcientia.ff.de iureiura. & in l.rem non nouam.§. patroni autem cauſarum. C.de iudic.per tex.ibi,cuius tamen docto.in dicto §.qui opus, non meminerunt. Sed & illam doctrinam Ang.in eo ipſo §.qui opus(vt ad id,vnde paulùm digreſsi ſumus, redeamus) ſequitur Alex. conſil. ccxix.viſis verbis,col.ij.verſi.ad prædictorum confirmationem,lib.ij.Franciſ.Curt.ſenior in repet. l.admonendi.in fi.ff.de iureiur.& ibi etiam Iaſ.in lectu.col.iiij.in fi.vbi ad hoc allegat tex.in cap.cõtinebatur,ibi,firmauerit iuramento.de ſponſa.impuber.& ponderat tex.in ea ipſa l.admonendi. in illis verbis,ſe inueniſſe dicat,iuncto cap.paſtoralis.de excep.& idem Iaſ.in dicta l.apertiſsimi.in fin. & in dicto §.ſed iſta.col.antep.Inſtit.de actio.Felyn.in dicto cap.ſignificaſti.le j.ante fi. de homicid. Ludouic.conſi.xlvij.cor mundum &c.viſis & diligenter conſideratis,col.pen. verſic. accedit etiam doctrina Georg.Nata.in repet.clem.ſæpe.§.non ſit tamen.colum.xv.verſi.iſte tamen qui tenetur,& iterum in verſi.verba ſecundùm conſcientiam,colum.iiij.eiuſdem verſi.de verb.ſignific.Hippolyt. Marſil.in d.l.comparationes.C.de fide inſtrum.& in repet.l.vlt.charta xxvij.C.de prob.& d.ſingul. ccxiiij.Et hoc quoque obſeruatum fuiſſe arbitror legibus Moſaicis, ex quibus bona pars legum Romanarũ fluxiſſe creditur.A Iudæis enim Aegyptij ſuas ferè leges ſunt mutuati,Græci ab Aegyptiis,à Græcis denique Romani.Sanxit igitur Moyſes, vt ſi res quæpiam apud depoſitarium non culpa,ſed caſu fortuito pereat,non ſibi,ſed domino perit:ſtabitúrque depoſitario illud aſſerenti, ita tamen ſi iuret,vt ſcribitur Exodi xxij.cap.

*Romanarũ legum origo. Lex Moſaica de depoſito.*

6 ¶Adde quod in his quæ concernunt officium alicuius,ei plerunque creditur, vt abundè diximus ſuprà



ſuprà:in ídque ſcribit Liuius lib.j.belli Macedonici, non licuiſſe apud Romanos, magiſtratus plus quinque dies gerere,niſi qui iuraſſet in leges.Ideóque debet officialis,qualiſcunque ſit,iurare ſaltem generaliter ſuũ officiũ bene,ac legaliter adminiſtraturũ,aut ſimile quippiã, alioquin ei nõ creditur, ſiue ſit ordinarius,ſiue ſit extraordinarius.Iurat enim iudex,vt eſt text.in c.veniens.de iureiur.& ita per illũ dicit Bal.in l.j.col.ix.verſi.ſuper ſecundo puncto.C.qui accuſa.non poſſunt.& eſt text.in d.l. rem non nouam,& in auth.hodie.C.de iudic.& in l.ij.in princip. C.de iuramen.calum & in §. quia verò benè multæ.in auth.de iudicib.tex.in cap.j.§.hoc quod nos.& ibi quoque not.Bald.colum. iiij. tit.de pace Conſtan.Et id quoque ſtatuit Plato ſuis legibus cùm lib.ix.tum xij.Aegyptiorum item reges ex ſua ipſorum lege iudices adiurabant, ne quid iniuſtè,etiam ſi rex imperaret, iudicarent. author Plutarchus in apophtheg.Sed & id apud antiquiores Romanos ſeruatum fuiſſe,author eſt Aſconius Pædianus in Diuinationem Ciceronis,& Auguſt.lib.de Ciuitate Dei iij.cap.ij.Hinc & pares curiæ,qui cognoſcunt de controuerſia,quæ eſt inter dominum & vaſallum,iurant ſe rectè iudicaturos,vt voluerunt Marti.Laud.& Cardin.Alex.in cap.j.tit.de controuerſ.feud.apud par.termi.& Iacob.à S.Georg.in tractatu feudo.in verbo,& dicti vaſalli, col.vj.verſi.vlterius quæro, vtrum iſti pares.Quanquam And.Iſer.in dicto cap.j.& Odoar.in Summa tituli,qui poſſ.de feud.cogno.verſi. item quæro nunquid iſti pares,& Ioan.Rey.in cap.prætereà,ſi inter vaſallum & domin.tenent contrarium:moti, quòd pares ſemel præſtiterunt domino iuramentum fidelitatis.

*More Romanorum magiſtratũ gerens iurabat in leges.*

*Aegyptiorum reges iudices ex lege ſua adiurant*

*Pares curiæ iurant.*

7 ¶Sed huic rationi optimè reſpondent, qui tenent priorem partem, vt per eos videre licet. Iurant Conſules ciuitatum,per dictum cap.venientes,de iureiur.& in §.Conſules & ibi Bald.in tit. de pace Conſtant.Et defenſores ciuitatum.§.iuſiurandum verò,in auth. de defenſo. ciuit. & auth. præſides gentium.inſert.l.iubemus.C.de epiſcop.audien.Iurat & quilibet adminiſtrator reipub.aut iuſtitiæ.§. ſic igitur.in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffrag.fiant.& in §.j.& per totum.in auth.iuſiurandũ quod præſta.ab his.Iurant etiam ij,quibus eſt commiſſa cura bonorum vacantium.dicta l. ſi vacantia. C. de bonis vacan.lib.x.vbi Bald.dicit optimè ex eo probari,quòd ſyndici ciuitatum non antè poſſunt vti officio ſyndicatus,quàm iurauerint rectè ſe vſuros.Iurant quoque tabelliones,vt dicit Ioan.Platea,in d.l.ſi vacantia.per tex.in dicta l.comparationes.Sed eſt text. melior & expreſsior in c. ad audientiam,de præſcript.Iurant item nummularij,vt not.glo.in l.quædam.§.nummularios.ff.de eden. quem pro ſolenni allegat Bald.in c.quoniam contra falſam.col.vj.verſi. quæro an iſti duumuiri. de prob.vbi per eam tenet contra opinionem Abbat.Antiqui.Hoſt.Ioan.And.& Ant.quòd duumuiri, de quibus tex.ibi loquitur, debent iurare.quod & tenuit Panorm.ibi,nulla Baldi mentione facta.& Fely.col.xxv.verſi.iij.quæro.eandem quoque glo.vt ad eam redeamus,notat, atque etiam ſolennẽ dicit idem Bal.in c.prætereà,col.j.& ibi quoque Fely.col.ij.de teſtib.ex eáque dicit ipſe Bald. quòd omnes quibus committuntur ſcripturæ faciendæ, debent iurare ſe legitimè, ac fideliter, quæ ſui ſunt officij executuros.Iurant & milites, cum militiæ dant nomen, aliàs tanquam priuati haberentur,vt voluit Bal.in d.c.quoniam contra falſam.loco nuper citato,ad id allegans gl.quam dicit ſing. in l.eos.C.de offi.magiſt.milit.vbi tamen nullam glo.reperi iſtud dicentem. Sed tantum illud, eos pro priuatis habendos,qui non ſunt immatriculati.

*Iurant qui res alienas adminiſtrant,tractántue.*

*Militum iuramentum.*

8 ¶Sed de iuramento militum vide tex.in l.ij & ibi gl.in verbo,ſacramento.ff.de his qui notan. infa. & gl.in l.pen.ff.quib.ex cauſis maio.& Spec.tit.de procur.§.j.verſi.item quòd eſt miles.& in titu. de accuſ.§.j.verſ.item excipitur quòd eſt miles, & in tit.de iureiur.§.j.verſi.de ſacramento, quod pręſtant milites.Vide etiam Vegetium de re milit.Iurant.etiam docto.l.nemini licere ſancimus.C. de aduoc.diuerſ.iudi.Iurant & rerum æſtimatores ad hoc deputati, d.l. hac edictali.§. his illud, & ibi Bart.& Bald.C.de ſecun.nupt.& in §.quod autem.& ibi Ang.in auth.de non alien.& voluit Bart.in l.creditores.col.vlt.C.de pign.Et calculatores, qui ſcilicet ad calculandas rationes cõmittuntur,vt voluit Bald.in d.§.his illud.col.ij.verſ.pone conſules.Et qui comparationes literarum faciunt, d.l. comparationes.vbi Bald.in 6.not.ex hoc notat,quòd qui adhibentur tanquam periti,debẽt iurare.

*Variorum hominum iuramẽta requiſita.*

9 ¶Et propterea etiam medici debent iurare,cùm de artis peritia iudicãt,vt voluit Bart.in prooemio Digeſtorum,in prin.col.pen.verſi.item no.& in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.& Bal.in d. l.hac edictali. §.his illud.C.de ſecund.nup.in antiq.lect.Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,in fi.

10 ¶Iurant etiam obſtetrices, vt reclamante gl.in l.j.§.j.& in d.l.iuriſiurandi.C.de teſtib.quas ſequitur Rom.conſi.xxj.viſo puncto,circa medium.Sed eas repræhendit Bart. in dicto prooemio Digeſtorum,& in d.l.iuriſiurandi.& in d.l.hac edictali.§.hoc illud.& ibi etiam Bald.in antiq. lectu. & idem Bart.in d.l.creditores. C. de pig.& Bal.in d.l.nemini.paulò ante finẽ C.de aduocatis diuerſo.iudicũ. & Ioan.Plat.in d.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.li.x.Sed eas ipſe Bal.excuſat in d.l. comparationes. ita videlicet,vt non debeant iurare obſtetrices de veritate,ſed de conſcientia,& credulitate.

*Obſtetrices iurant de conſcientia.*

11 ¶Iurant item artifices,& mechanici ad aliquid agendũ aſſumpti,dicto §.q; aũt in auth. de nõ alien.

*Artificũ iur. Aduocatorũ.*

12 ¶Iurant & aduocati,dicta l.rem non nouam.§.patroni.C.de iudic.vbi tamen gl.dicit, hoc non obſeruati conſuetudine prout illam allegat Domini.in cap.Romana.§.nec etiam.de foro compet. lib. vj.vbi tamen poſt Hoſtien.Ioan.de Imo.& Ioan. Andr. dicit illam conſuetudinem de non iurando de calumnia,per cap.cæterùm.de iura.calum. cùm & in hoc caſu ſit maior ratio,quia aduocati ſunt calumnioſiores,verſutioréſque, vt not.in l.ab Anaſtaſio.C.manda. & hoc ſequitur & dicit menti tenendum contra iudices,qui hoc iuramentum non exigunt, propter conſuetudinem.Matth.Afſli.in conſtit.Siciliæ,incip.aduocatos,col.j.in fi.Sed aduerte, quoniam gl.in d.l.rem non nouam,non ſimpli

*Iuramentum calũniæ an tollatur cõſuetudine.*

ſimpliciter dicit iuramentum illud conſuetudine non obſeruari, ſed tantùm formam iuramenti, quod ex hac lege fiebat tactis Euangeliis, quæ forma conſuetudine ſublata eſt, vt dicebat Bulga. Iurant etiam orphanotrophi, id eſt, educatores eorum, qui carent parentibus, vt dicit Bald. in cap. ſignificaſti. extrà de electio.

*Iuramẽtum tutorum & curatorum.*

13 ¶Et tutores atque curatores minorum, furioſorum, ac cæterorũ, qui curatoribus indigent. l. de creationibus. C. de epiſc. audien. & l. vlt. §. ſed cùm antiquitus. & ibi gl. quæ dicit id generale eſſe in omni tutore & curatore. C. de curato. furio. & in auth. hodie. eod. tit. Et in §. j. & rurſum in §. vlt. & ibi etiã gloſſa in auth. vt hi qui oblig. ſe hab. & in cle. quia contingit. §. vt autem. verſi. illi etiam, de religioſis domibus. Bald. in dicto cap. ſignificaſti. Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tuto. Iurant & rectores hoſpitalium, dicta clem. quia contingit, loco ſuprà allegato.

*Rectorum cõmunitatũ iuramentum. Erogatorum annonæ publicæ iuramentũ.*

14 ¶Et etiam rectores communitatum, c. vlt. de procur. Iurant & erogatores annonæ publicæ, & qui ſtipendia ſoluunt, l. per hanc. C. de eroga. mil. anno. lib. xij. Et executores teſtamentorum, vt dicit Ioan. Plat. in dicta l. per hanc. arg. d. l. de creationibus. & dicto §. vlt. in d. auth. vt hi qui oblig. ſe hab. Et vendentes bona debitoris authoritate iudicis. l. vlt. in fi. C. de bonis auth. iud. poſſ. & Ioa. Plat. vbi ſuprà. qui dicit hoc eſſe generale in quolibet adminiſtratore, per tex. in auth. iuſiuran. quod præſta. ab his, in princip. & in glo. j. Et qui mittuntur ad inſpiciendũ fines agrorum, Bart. in d. l. iuriſiurandi. C. de teſtibus.

15 ¶Et agrorum ipſorum deſignatores, ſiue aſsignatores, vt conſuluit Barb. conſi. xxv. clemẽtiſsimum Deum & piiſsimum, col. vij. lib. iiij. per nota. in dicta l. hac edictali, & in d. l. comparationes. Et nuntij publici, quos vulgò ſergentes vocamus, cap. cùm parati, & ibi glo. & docto. de appel. & voluit Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, per nuntium, & Bald. in l. ij. in princ. C. de ſportul. & in cap. venerabilis, col. ij. verſ. vtrum ſi Papa. de dolo & contu. Ang. in §. ſi quis autem. in auth. de eccleſiaſti. tit. Iurant quoque cuſtodes carcerum, cle. j. §. porrò, de hæretic. Et qui mittuntur ad redimendos à Turcis captiuos, c. ſignificauit. extrà de iudic. Iurant denique omnes periti de arte ſua interrogati, vt diximus latè in verſi. præced.

*Iuramentum quando non ſit neceſſarium.*

16 ¶Illud tamen non prætermittendum, quòd ſi partes communi conſenſu, vnum quempiam ſibi delegerunt, cuius iudicio, aut teſtimonio in re quapiam ſtetur, ſiue, vt breuius dicam, ſi fides alicuius ſit aporobata ab vtraque parte, non eſt neceſſe illum iurare, vt voluit Bart. in l. Lucius. in fi. ff. de fideiuſ. & in d. l. Theopompus. ff. de dote præleg. Ant. in c. veniens, le j. col. ij. & ibi etiam Fely. de teſtib. Idẽ Ant. in c. finem. col. vlt. de dolo & contu. Rom. conſi. xx. viſo puncto, verſi. tertiò quia dictus. Fely. in dicto c. quia indicante, col. j. de præſcrip.

*Iuramento illius qui præſcripſit, quando ſtandũ ſit.*

17 ¶Sed redeundo ad noſtram conſuetudinem, declara primò id quod hîc dicitur, ſtari iuramento illius qui præſcripſit, procedere, ſi ille non haberet titulum apud ſe. Nam ſi haberet, crederem non eſſe illi credendum, ſed teneretur illum edere. Nam quoties alicuius iuramento ad ſuum commodum creditur, id debet intelligi deficientibus aliis probationibus, ſiue cùm aliter fides fieri non poteſt, vt voluit gloſ. not. in c. ſtatutum. §. cùm verò. in verbo, ſaltem. de reſcript. lib. vj. quem ſequitur Domin. ibi, Bal. in l. j. col. j. & ibi etiam Salic. C. de iureiuran. & Maria. in repet. c. quoniam. §. quòd ſi ſuper. col. ij. verſ. item aduerte tertiò, vt lite non conteſta. Quia multi qui titulum habent vitioſum, nolunt illum oſtendere, ſed ſibi poſtulant credi ex huiuſmodi conſuetudine.

*Contra iuramentum partis admittitur probatio in contrarium.*

18 ¶Declara ſecundò, vt non obſtante huiuſmodi conſuetudine, poſsit probari contrarium, vel ex cõfeſsione ipſius partis, vel aliàs qualitercunque. Nam quanuis lex, aut ſtatutũ diſponat ſtari aſſertioni, aut iuramento alterius, poterit tamen cõtrarium probari, ex doctrina gl. in l. ij. §. vlt. & ibi Pau. Caſt. & recentiores, ff. ſi ex noxa. cau. aga. & Bald. in l. j. C. ſi aduer. liber. cum multis aliis concord. Declara tertiò generaliter, niſi ſubſit iuſta cauſa non credendi huic, qui ſe dicit habere titulum, vt per Ang. in l. diuus. ff. de teſtam. milit. & in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. & in l. qui vas. in princ. ff. de furt. & Alex. qui concor. adducit conſi. cxiiij. in cauſa & lite vertente col. ij. verſi. circa tertium. lib. 4. vbi & in caſu ſimili declarat multas cauſas non credendi ei, cui ſtatutum credi iubet.

*Iuramentum neceſſariò præſtandum.*

19 ¶Declara quartò, vt huiuſmodi iuramentum neceſſariò ſit præſtandum, etiam ſi non deferatur à parte, vel à iudice, ſecundum Baldum, in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Alexan. in l. ait prætor. in princ. ff. de iureiur.

*Coram quo iurandum. Standum iuramento alterius de dãno dato.*

20 ¶Declara quintò, vt iſte iurare debeat coram iudice, aut alio à iudice in id deputato. Neque enim ſufficeret iuramentum vbique factum, vt expreſsè voluit Bald. loquens in ſtatuto diſponente, quòd credatur iuramento alterius de damno dato, l. ait prætor. quæ eſt iij. in princ. verſ. circa quintum. ff. de iureiur. per nota. in l. hac conſultiſsima. §. pen. C. de teſtam. & in l. iubemus. C. de lib. cau. & Alex. conſi. lx. claraſsime domine iudex. col. iij. verſi. non obſtat ſi dicatur. lib. iij.

21 ¶Declara ſextò, vt pars ſit præſens, cùm præſtatur huiuſmodi iuramentum, per id quod voluit Bal. loquens de æſtimatore, in dicta l. hac edictali. § illud. col. ij. verſi. ſed nunquid partes. C. de ſecundis nuptiis. & Panorm. in cap. ij. de teſtibus. Et etiam per id quod voluit Angelus in l. in bonæ fidei, C. iureiur. vbi cùm defertur iuramentum in ſupplementum probationis, iuxta text. ibi, debet pars iurare præſente aduerſario, Bart. in dicta l. Theopompus. ff. de dote præleg. & Alex. conſi. cxxx. difficultas huius negotij, lib. j. & Fely. in dicto cap. ij. col. v. verſi. ix. limita. de teſtibus. & Catel. in memo. incip. citatio partis.





*I LES MINEVRS. GLOSSA IX.*

*An & quã præſcriptio currat contra minores.*

1 SEd ſi hoc non eſſet expreſſum, an tunc præſcriptio huius conſuetudinis curreret contra minores. Et ſanè Bald. loquens in caſu huic omnino ſimili, imò verò prorſus eodem, in quodam conſilio incipiente, conſiderandum eſt, dicit quòd ſtante ſtatuto, quòd poſsidẽs cum titulo per decem annos ſit tutus, talis præſcriptio etiam contra minores operetur. & idem voluit ipſe Bal. loquens in eodem caſu, in alio conſilio incip. quæſtio talis eſt, facta eſt citatio, & refert Corne. conſi. lxix. in hac conſultatione. col. j. lib. j. Sed & quòd præſcriptio ſtatutaria currat minoribus, tenet idem Bald. in l. ſi mater tua. C. ne de ſtatu defuncto. & in l. vlt. col. vlt. & ibi etiam Ang. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſ. & Ioan. Lig. in cle. j. de reſtit. in integr. & Guido Pap. deciſio. xxxj. ſecundum ſtatutum, vbi tamen intelligit de adulto: & videtur de hoc eſſe tex. in cap. conſtitutus. & hoc not. Innoc. & Ioan. Andr. de in integ. reſtit. vbi tamen dicitur, quòd aduerſus huiuſmodi præſcriptionem reſtituitur.

*Adultus aduerſus præſcript. reſtit.*

2 ¶Sunt tamen qui ſimpliciter tenent non currere præſcriptionem ſtatutariam, ſicut nec legalem aduerſus minores, in quibus eſt Paul. Caſtr. conſi. ccccxl. quia ſecundum dubium, col. 2. lib. 3. Et pro his eſt optima gl. quam non allegant, in c. j. §. porrò. tit. quali. olim feu. ali. pote.

*Statuta reſtrictiuã recipiunt interpretationem.*

3 ¶At Bart. hanc rem ita diffinit, vt in præſcriptionibus, quæ lucrum tantùm excludunt, currat præſcriptio, vt in terminis dicti cap. conſtitutus. Sed in aliis quæ damnum & amiſsionem rei iam quæſitæ adferunt, non curret: quia ſtatuta recipiunt interpretationem reſtrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxa. actio. Ita voluit ipſe Bart. in l. etiam. la 2. in vlt. quæſtio. ff. de minor. & in d. l. vlt. in fi. C. in quib. cauſis in integ. & ſequuntur Anto. & Panor. in dicto c. conſtitutus. de in integ. reſtit. Bal. autem in dicto cap. j. §. porrò. tit. qual. olim. feud. alie. & rurſum in cap. j. col. ij. verſic. niſi iuſta, titu. quo tempore miles. ita diſtinguit: Aut enim præſcriptio inducta à ſtatuto ſuccedit loco alicuius præſcriptionis inductæ à iure communi, vt ſi loco præſcriptionis triginta annorum, quæ de iure communi non requirit titulum, ſtatutum inducat præſcriptionem decem annorum. Et tunc procedat illa opinio, quòd non currat minori: quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio: & cap. eccleſia. vt lite pend. Aut non ſubrogatur loco alicuius præſcriptionis legalis, & tunc ea currit minoribus, per dictum cap. conſtitutus. Et hanc diſtinctionem ſequi videtur. Alex. conſi. lxv. quoniam omne datum, col. antepen. in fi. lib. vj. quod repetitum eſt in eod. lib. conſi. cxviij.

*Statutũ & cõſuetudo ligant etiam minores.*

4 ¶Illud autem planum eſt, aliàs ſtatutum & conſuetudinem compræhendere ac ligare etiam minores, per textum in l. ſine hærede. §. Lucius Titius cohæres. ff. de admini. tuto. & voluit Iaco. But. in l. de quibus. in fi. ff. de legib. & ibi etiam Bart. & Bal. in repet. col. antepe. verſi. primò ergo quæro, vbi dicit ita omnes tenere. Cy. in l. ij. col. vlt. C. quæ ſit longa conſue. Iac. Aret. & Bal in l. vlt. C. de reſti. in integ. Ang. in l. ſi plures. ff. de pact. Alex. conſi. xlix. maturè ponderat. col. 3. verſi. & conſtat ſtatutum, lib. j. & conſi. xxxvij. conſideratis his, col. 3. verſi. & ex his conſtat lib. 4. & dicto conſi lv. col. vij. verſ. ix. dictum ſtatutum. lib. vj. & Barbat. conſi. xliiij. illud adferam. col. vlt. lib. 3. quicquid dixerit Guliel. Cun. in l. ingenuum. ff. de ſtatu. homi. quem tamen ſequitur Anto. in c. vlt. colum. xxxij. verſi. ex hoc infertur, de conſuetud.

*Statutũ uel cõſuetudo contra ius cõmune nõ compræhendit minores.*

5 ¶Quod tamẽ intellige, niſi ſtatutum, aut conſuetudo eſſet contra ius cõmune: nam tunc non compræhenderet minores, per tex. in c. 2 de delict. puer. quem ad hoc expendit ſolus omniũ, vt ipſe gloriatur, Rom. ſing. omnium poſtremo, & ſequitur Franc. Curt. iunior conſi. viij. viſa ac diligentiſsimè conſiderata, in fi. Bal. in l. omnes populi, col. antepen. verſi. vlt. quæro, ſtatuto cauetur, vſque ad verſic. ſed nunquid. & in feud. fol. 28. col. j. in verbo. infantia. Et idem voluit Zilio Cremo. inter conſi. Bald. conſi. cxxxv. articulus ſiue caſus eſt, dominus Antonius lib. 3. & l. j. C. quando Imp. inter pup. & vid. quem refert & ſequitur Soci. conſi. cxxxiiij. viſo ſtatuto, col. 3. verſi. poſtremò addo, lib. 3.

*k L'EGLISE. GLOSSA X.*

*Conſuetudo inducens minorẽ præſcriptionẽ 40. an. contra eccleſiam non ualet.*

ETiam ſi non expreſsiſſet, tamen ita intellectum fuiſſet: quin & ſi nuncupatim diſpoſuiſſet eccleſiam hoc ſtatuto teneri, non valuiſſet ex ſententia Bal. conſi. ccccliiij. col. iij. verſ. item quia generali, lib. iij. vbi expreſsè dicit, quòd conſuetudo aut ſtatutum inducẽs præſcriptionem contra eccleſiam minori tempore quàm quadraginta annorum, quod de iure communi ſtatutum eſt, non valet, & peccatum mortale committit illam ſeruãs, per c. non minus. & c. aduerſus. de immu. eccl. Vt interim illud omittam, ſtatuta laicorum ſuper præſcriptionibus non ligare eccleſiam, vt per Pet. Anch. conſi. cclviij. ſupradictum ſtatutum, ſicuti nec alia, vt alibi latè diſputauimus, præſertim cùm hæ noſtræ conſuetudines ſint miſtæ, clericorum & laicorum: & ideò, niſi aliud obſtet, ligant etiam clericos, vt alibi quoque diſſeruimus.

Sed an etiam bona clericorum idem habeant priuilegium, vt non niſi xl. annis præſcribãtur. Breuiter dic, quòd non, ſed iure communi vtuntur, glo. j in c. poſſeſsiones. xvj. q. iiij. & gl. quæ illam priorem allegat in c. quanquam. in verbo, ipſarum. & ibi Arch. & Domi. de cenſi. lib. vj. Salic. in auth. quas actiones. in vlt. quæſt & ibi Iaſ. in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. Anto. in c. ſi diligenti. & ibi latè Imo. & in c. vlt. in repet. de præſcrip. Panor. in d. c. ſanctorum. in fi. & ibi etiam Fel.. in fi. eo. tit. Idem Panor. in c. j. col. ij. de conſue. Rom in l. vſucapio. ff. de vſuc. & ſin. ccccliij. incip. tu ſcis generale, vbi facit glo. ſing. quam primo loco allegaui. idem Panor. in c. eccleſia S. Mariæ. ſuper gl. ij. & ibi etiam Feli. col. v. verſ. & hinc eſt quod bona, de conſtit.

*L NE AVTRES PERSONNES PRIVILEGIEES. GLOSSA XI.*

1 *Generale ſtatutum non intelligitur de perſonis nominatim à ſuperiore priuilegiatis.*

VIdetur iſtud ſuperfluè adiectum fuiſſe, quoniam generale ſtatutum non intelligitur de perſonis nominatim à ſuperiore priuilegiatis,per l.hac perpetua:quæ eſt 2.& vlt.in prin. verſi.exceptis.C.vbi quis de curial.vel cohor.& in l.decurionibus.& ibi gl.& Barba. C. de ſilen.lib.xij.& ita per illos tex.voluit Bal.cōſi.lx.quædam ſoror de ordine Minorum, in fi.lib.5.Sed & idem Bal.in c.j.col.pen.verſi.pone princeps,de reſcript. vbi dicit, quòd immunitas alicui ſpecialiter conceſſa non tollitur ex generali impoſitione onerum,per d. l. decurionibus.& ibi latè ſequitur Barb.& latius Feli.col.viij.verſic. ſecunda diſpoſitio.& idem Bal.in cap.cùm ordinem. col.vlt.verſi.decimò expono,eod.tit.dicit,quòd per conſtitutionem generalem ſequentem non tollitur priuilegium,vt not.ſing.in d.l.decurionibus.& idem Bald.in l.non plures.in fi.C.de ſacroſanct. eccleſ.& in l.j.circa medium.C.de Iuſtinia.Codice confir.& in cap.licèt cauſam,col.viij. verſic. ſed quæro,quid de prob.vbi dicit ſing.eſſe glo.in d.l.decurionibus. quem text. ſæpius ad hoc expendit & commendat.vt in l.ſi quis ad declinandam.col.ix.verſi.item abſurdum videtur, C. de epiſcop.& cler.& in auth.habita,in tertio not.C.ne fil.pro pat.& in l.ſed & poſteriores. ff. de legibus. & in l.j. poſt princ.ibi,& ideò princeps.ff.de conſtitut.princ.& in l.ſi cùm mihi,ibi,& per hæc alia die conſului.ff.de dolo.& in l.dotale. in fi.ff.de teſta.milit.& in l.vlt.C.ſi contra ius vel vtilit.public. & in cap. graue.de offic.ordin.& in cap.veniens.col.2.de præſcrip.& in cap.j.in fin.titu.quo tempore miles.& Roman.conſi.cccxxxvj.quoddam indultum Petri,col.2.verſi.tertia principalis ratio.Franciſc.Curt. conſil.cxlvj.ſuper primo quæſito dicendum eſt,in prin.lib.j.& conſil. cccxiij. poſtremò res iſta.col. vlt.lib.ij.& conſi.cxlvij.videndum eſt, col. pen. verſic.ſed tamen his non obſtantibus,lib.2.vbi & ad hoc allegat text.Alex.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de legat.j.& Phil.Dec.conſi.ccclxxiiij.in caſu propoſito,col.iij.verſi.& hoc idem confirmatur. Et generale eſt, vt generalis ſtatuti diſpoſitio non includat caſus priuilegiatos,per id quod notabiliter dicit Salicet.in l.vlt.in princ.verſic. ex quo nota bonum argumentum.C.de iure dotium,quòd ſtatutum generaliter diſponens inſtrumenta publica non probare, niſi ſint regiſtrata in memorialibus, non compræhendit inſtrumenta dotalia fauore dotis. Nec ſimiliter generale ſtatutum intelligitur loqui in caſibus ſpecialibus, vel habentibus ſpecialem fauorem,per tex.in l.ſi adulterium.§.liberto patroni famam.ff.de adulter.vbi diſpoſitio diui Pij generaliter permittens occidere adulterum,non trahitur ad patronum à liberto inuentum, qui ſpecialiter prohibetur occidi,quem ad hoc not.& dicit ſingul. Iaſon in l.cohæredi ſubſtitutus.§.qui diſcretas.in quarto not.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& etiam per tex.in l.de teſtamentis, vbi hoc not. Rapha.Fulgoſ.Innoc.in l.hac conſultiſsima,vbi gloſſa,Roma.& Philip.Corne.& recentiores.C.qui teſtam.facere poſſ.& voluit gloſſ.in l.ſciendum, in prin.vbi Bart.& alij,ff.qui ſatiſdare cogan. & in l. euictiones,in prin.C.de curſo.publi.lib.xij.& in §.j.in verbo,vacantibus in auth. de hæredit. quæ ab inteſt.defer.Bar.in extrauagan.ad reprimendum in verbo,non obſtãtibus,Pau.Ca.conſi. cccxxvij. inhærendo puncto,col.j.lib.j.Panor.in cap.verum.col.v.verſi.nũc quæro de poteſtate,de foro competen.Domi.in cap.vlt.col.pen.de immunit.eccleſia.lib.vj.Franc.Aret.in l.Pantonius.col.v.ff. de acquir.hæredit.& Baptiſt.de ſancto Seueri.in repetit.l.omnes populi.charta xxxj.verſic.decimò quæritur.ff.de iuſti.& iure.Iaſ.in l.fideiuſſor.§. ſi ſatiſdatum,col.3.verſic. ſecundò regula.ff. qui ſatiſd.cogan.& in l.iuſiurandũ & ad pecunias,in fi.ff.de iureiur.& in l.j.§.ſed & ſi mihi,col.4.ff.de verb.obli. & in l.j.col.3.verſi.3.not.ff.ſolu.matri.& in l.poſtquam liti,in fi.C.de pact.& in l.fratris.col.2.C.de inoffic.teſta.& in l.quoniam in prioribus.in prin.col.2.C.eo.tit.& in auth.ex cauſa.col.vj.C.de liberis præteri. & alibi ſæpe.

*Inſtrumentorũ dotalium priuilegium.*

2 *Tantum operatur diſpoſitio generalis in genere, quantum ſpecialis in ſpecie.*

¶Hæc tamen non ſunt omninò expedita,quia diſpoſitio generalis omnes caſus includit,licèt maior videatur eſſe ratio in vno,quàm in altero.l.j.§.quod autem.ff de aleato.& l.j.§. generaliter.ff.de leg. præſtan.& l.medico ſuo.quæ eſt vlt.§.vxori.ff.de auro & arg.lega.& voluit Philip.Dec.conſi.xx.in cauſa iſtorum,col.2.verſi.4.vt ſuprà dixi,& conſi.xxxxix.cuius ſupraſcriptio incipit,an detur reſtitutio,col.2.verſi.j.hoc probatur, vbi loquitur in generali diſpoſitione inducente præſcriptionem, qui eſt caſus noſter.& conſi.lxj.an vaſallus cogatur,col.j.Nam & aliàs tantum operatur diſpoſitio generalis in genere,quantum ſpecialis in ſpecie.l.ſi duo.& ibi Bar.ff.de adminiſt.tuto. & l. ſi chorus.ff.de lega.3.l.omnes.C.de præſcriptio.xxx.vel xl.annor.

3 *Conſtitutio generalis odioſa generaliter intelligenda eſt.*

¶Idque adeò procedit,vt etiã conſtitutio generalis odioſa generaliter ſit intelligenda,vt notat Ang. in l.vlt.verſicu.vlt.quæritur,ff.de conſtitut.princip. Nam licèt materia ſit odioſa,non propterea excluditur lata interpretatio,quæ ex proprietate verborum oritur, per tex.not.in l.cum lege.vbi Fran. Aret.not.ff.de teſtam.& voluit etiam Calde.conſi.j.in princ.titu.de conſang.& affinit. & Phil. Dec. conſi.v.in cauſa dominæ Marię.in fi.Id autem adeò procedit,vt generalis diſpoſitio compræhendat caſus alios priuilegiatos,qui tamen in illo caſu non habent priuilegium, ex text. notab. in l.in fraudem.in fi.vbi hoc not.Bal.ff.de mil.teſtam.quem & idem Bal.ad hoc quoque expendit in l. omnes populi.in fi.verſi.item not.quòd generale ſtatutum.ff.de iuſtit.& iure.& eſt etiam bonus text. in eadem l.in fraudem.§.ſi quis ſe ſcribat,vbi lex quæ generaliter dicit, ne quis ſeipſum ſcribat hæredẽ, habet locum & in teſtamento militis,quod aliàs eſt priuilegiatum.Et ex hoc infert ipſe Bald. quòd notarius,cui iterdictũ fuit officium,non poteſt ſcribere etiam ad pias cauſas. Et hoc etiam generaliter voluit Phil.Dec.in l.ex teſtamento.C.vnde liberi.& in l.j.col.ij.verſi.& ampliatur,& in l.nemo poteſt.in princip.ff.de reg.iuris.& in dicto cap.j. col.iij. de reſcript.& in cap.ſedes Apoſtolica.col.v. eodem tit.



eod.tit.& in cap.conſuluit.le j.de appel.& dicto conſi.v.col.2.verſic.ſed tamen his non obſtantibus, & conſi.xlviij.cuius ſupraſcriptio incipit,priuilegium immunitatis.col.2.verſic.hinc eſt quòd diſpoſitio,& dicto conſi.lxj.col.j.& conſi.cxxxj.reuocatur in dubium,col.3.verſic. non obſtat quod dicit, vbi per hoc dicit eccleſiam compræhendi ſub generali diſpoſitione.

*An ſub generali ſtatuto cõpræhendantur priuilegiati.*

4 ¶Ex quibus potes intelligere, quid ſit dicendum, cùm quæritur, an ſub generali ſtatuto compræhendantur priuilegiati. Nam ſi habeant priuilegium ſpeciale in caſu de quo loquitur ſtatutum generale,non compræhenduntur,per ea quæ dicta ſunt in principio.At ſi non habeant priuilegium in eo caſu ſpeciali,certè compræhenduntur ſub ſtatuto generali,quantumcunque aliàs ſint priuilegiati,per ea quæ diximus in præced.verſic.Et ſecundùm iſta intelligendum eſt illud dictum Salic.in d. l.vlt.C.de iure dot.quia loquitur in caſu, in quo dos habebat priuilegium vt inſinuatio non requireretur,per tex.in d.l.vlt.Et ideò optimè infert Salic.ad ſtatutum,quod diſponit inſtrumentum debere inſinuari,vt non compræhendatur cauſa dotis in eo caſu ſpecialiter priuilegiata.

*M DROICTZ SEIGNEVRIAVX. GLOSSA XII.*

*Domini dicuntur qui in emphyteuſim conceſſerunt.*

1 QVid hæc noſtra conſuetudo appellet *cenſiues & droictz feodaux*, vulgò notum eſt ex interpretatione noſtræ conſuetudinis in aliis locis,& aliquid dicemus in glo.ſeq. Quid autem intelligat per hoc verbum,*ſeigneuriaux*,nondum ſatis mihi compertum eſt,niſi intelligamus de iure emphyteutico, & vt ſic intelligamus multa ſuadent. Primum enim,hoc nomen rei conuenit.Dominos enim(quos lingua noſtra vulgari *ſeigneurs* appellamus) eos etiam dicimus,qui in emphyteuſim conceſſerunt,reſpectu(vt ita loquar)illorum qui acceperunt,vt patet ex l.1.2.& 3. C. de iure emphyt. Deinde quia etiam iura emphyteutica de iure communi non præſcribuntur ſpatio decem vel viginti annorum,de quo loquitur hæc noſtra conſuetudo,ſed nec longiſsimo tempore,per tex.in l.cùm notiſsimi.§.vlt.C.de præſcri.xxx. vel xl.annor.quem text. ad penſionem emphyteuticam trahit gl.in l.comperit.eod.titu.de qua re alibi diximus ſuprà. Ideò ita intelligendo noſtram conſuetudinem,eam reducemus ad ius commune, etiam ſine impropriatione verborum:quod vtique faciendum eſſet,etiam ſi verba eſſent improprianda,per tex.expreſſum,quem not.omnes doct.in c.cùm dilectus de conſuetud.cum ſimil.quæ alibi adduximus.

*Conſuetudo reducenda ad ius commune.*

2 ¶Sed & aliàs non extendenda tamen extendimus,vt ad ius antiquum & commune reducamus, vt voluit gloſſa reputata ſing.in cap.ſtatutum.in verbo,numerandum,de præbend. lib.6.& Anto. in c. olim de verb.ſignific.& Alex.qui hoc multum commendat in l.ſi conſtante.in prin.col.v.in fi.ff.ſolu.matri.& Iaſ.in auth.quas actiones.col.vj.verſi.& pro ea diſputando, C. de ſacroſanct.eccleſ.Item ſi non ita intelligamus,erit hoc verbum *ſeigneuriaux*,ſuperuacuum. neque enim aliud poterit ſignificare, quod non intelligatur in verbis ſequentibus, *cenſiues & feodaux*. Nulla enim ſunt alia iura, quæ *ſeigneuriaux* poſſumus appellare,præter ea quæ vocantur *cenſiues & feodaux*, niſi iura emphyteutica intelligamus.Ideò ita debemus intelligere,ne fruſtrà hoc verbum ſit poſitum,per l. ait prætor.la j.& ibi Pau.Caſt.Alex.& alij recentiores.ff.de iureiur.& l.poſtliminium.§.vlt.ibi, aliàs ſuperflua,ff.de capt.& poſtlimi.reuerſ.Denique,quia cùm huiuſmodi iura emphyteutica ſint in iſto caſu ſpecialiter priuilegiata,vt non præſcribantur longo tempore,vt diximus:certè etiam ſi non exciperentur expreſsè, deberent tamen cenſeri non compræhenſa ſub hac generali conſtitutione, per ea quæ latè diximus in gl.præcedenti.

*Verbũ ſeigneuriaux de quibus accipiendum.*

*Creditores nõ opponentes ſe rei ſubbaſtationi, præſtationes annuas amittunt.*

3 ¶Et aliàs etiam videmus,quòd huiuſmodi iura emphyteutica non admittuntur, vbi etiam alia admittuntur,vt planum ex eo quod not. ſcribit Ioan.Fab.in l.ſi eo tempore, C. de remiſſ.pigno.quòd licèt aliæ præſtationes amittantur per ſubhaſtationem, ſi creditores non ſe oppoſuerint infra tempus ſtatutum,per text.ibi, tamen hæc iura non amittuntur, etiam ſi nulla interceſsio ſiue oppoſitio interuenerit,per tex.in l.qui tabernas.ff.de contrah.empt.de qua re alibi dicemus.

*Penſio emphyteutica quanto tempore præſcribatur.*

4 ¶Sed hæc ſanè res dependet ex eo quod quæri ſolet, quanto tempore præſcribitur penſio emphyteutica,de quo Iaſ.in l.ij.col.xlvj.q.xxviij.& iterum,col.lxxxj.verſi.j.C.de iure emphyt.Primum allegat Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſi.xliiij.& Bart.in l.ius emphyteuticum,& in l.iubemus.C.de fund.patrimo.lib.xj.& in l.comperit.C.de præſcript.xxx.vel.xl.anno.quod dicit Iaſon in illo priori loco,indubitanter procedere,quantum ad penſiones præteritas: ſed quantum ad futuras id durum eſſe.nec aliud dicit.Sed & Corne.conſi.xlij.videtur prima facie,col.pen.verſic. accedat.lib.iij.dicit, qui tenetur ſoluere perpetuum cenſum, præſcribit non ſoluendo per quadraginta annos, & adfert duo conſilia Bald.At Franc.Balbus in tractatu præſcriptionum,in quarta parte quartæ partis princ. in viij.quæſtio.negat hæc procedere ita ſimpliciter. Sed ſic cõcludit,quia ſi emphyteuta habet malam fidem, vt quia is eſt, cui conceſſa eſt emphyteuſis, vel eam recognouit, & tunc nullo tempore præſcribit, nec ſimiliter eius hæres, cui nocet mala fides defuncti, vt ſuprà in principio diximus in verbo, *bonne foy*.

*Emphyteuta malæ fidei nõ præſcribit, nec eius hæres.*

5 ¶Et hoc apertè ſenſerunt Ioan.Andr.& Anto.in cap.olim cauſam,in fi.de cenſib.cùm dicunt, quòd præſcriptio cenſus non currit cum mala fide.Si verò res emphyteutica peruenit ad extraneum,tunc is præſcribit dominium directum ſaltem in effectu, & reſpectu priuati ſpatio decem vel viginti annorum cum titulo & bona fide.Sed ſine titulo,ſpatio triginta annorum cum bona fide, per l. ſi quis emptionis.§.j.C.de præſcriptio.triginta vel quadraginta anno.cum mala autem fide nullo tempore præſcribit.hæc ille,ideò cogita.

*N* *CENSIVES,* *GLOSSA XIII.*

*Cenſus quid.*

*Feudale ius quid.*

QVid hîc noſtra conſuetudo *cenſiues* appellat, poſſumus intelligere ex multis præcedentibus gloſsis, præſertim verò ex gloſſa ſeptima. Cẽſum enim paſsim vocat noſtra conſuetudo,cùm dominus feudi(ita illum vocamus,qui ſicuti vulgò loquimur ; tenet per hommagium,aut aliàs ſub hommagio notabiliter)concedit aliquid ex ſuo dominio (barbarè loqui volumus,vt omnes intelligant)ea lege tenendum, vt is, cui conceditur , quotannis ſoluat aliquam penſionem,quam cenſum dicimus,citra tamen hommagium.Quod ſi cum hommagio iam non cenſus vocabitur,ſed vel ſeruitium annuum,vel aliter,vt libitum erit:idque ius feudale, de quo & hæc noſtra conſuetudo loquitur,appellatur.Sed in iure qualiter cenſus aſſumatur , quidve differat à penſione emphyteutica.& aliis ſimilibus,vide per gl.& Panor.in c.conſtitutus. de religioſ. domib.& Bal.in tit.de pace Conſtan.in verbo,perſoluere,Bart.in l.j.§.hic titulus.ff.de public.& vectigal.Felin. in cap. ad audientiam.col.viij.verſic.& dum remittit. de præſcript. vbi videbis multas remiſsiones,& etiam latè Iaſon in rub.C.de iure emphyt.& Matth.Affiict.in tracta. de iure Protomixeos,col.xxj.verſi.vij.not.

*O* *FEODAVX.* *GLOSSA XIIII.*

*Noua conſtitutio etiam generalis non comprætendit caſum feudalem.*

NOn erat opus hoc exprimere:nam noua conſtitutio,quantumuis generalis, non videtur compræhendere caſum feudalem,vt voluit Signo.conſi.ccxx.quidam dictus Iauellus, in primo dubio,quem ſequitur Phil.Dec.in l.vlt.col.4.verſi.ſimiliter ad illud. C. vnde legi. Et facit,vt ipſe ait,tex.in c.j.§.ſi generali,titu.ſi de feudo fuerit controuer.inter domi. & agna.& not.in c.j.in prin.tit.de Capi. qui cur.vend.

§. II.

*N'EN SERA PAS CREV PAR SERMENT.* *GLOSSA VNICA.*

*Iurare de facto alieno tenetur nemo.*

1 QVanuis defunctus fidem feciſſet ſuo iuramento , non tamen hæres debet de facto ipſius defuncti iurare,cùm certò neſciat quid defunctus egerit,l.qui in alterius,ff.de regul.iur.& in c.cùm quis.eod.titu.lib.vj.nec debeat quis de facto alieno iurare,l.Marcellus. ff. rerum amot.Ideo dicit Bart.in l.in bonæ fidei,C.de iureiur.quòd iuramẽtum neceſſarium,quod defertur à iudice in ſupplementum probationis non defertur hæredi, qui communiter præſumitur ignorare iura eius cui ſucceſsit,per d.l.qui in alterius.Sequitur & dicit not.Iaſ.in repet. l. admonendi,col.cxj.verſi.ſecundus caſus clarus eſt.ff.eo.Et alibi idem Bal.videlicet in l.ait prætor.in princ. ff. de iureiur.quòd ſtatutum de ſtando iuramento damnũ paſsi,non intelligitur de hærede ipſius. Nec ſimiliter promiſsio de ſtando iuramento alterius.Et primum dictum ſequitur Alex.in l.qui bona.§. qui damni.ff.de damno infecto.Secundum autem Roma.& ipſe Alex.in l.pen.§.hoc iudicium.ff.ne quis eum qui in ius vocat. Et ſimile eſt quod dicit Guliel.Cun.in l.debitoris,in fi.ff.de iudic.quòd ſi in inſtrumento eſt appoſitum pactum ſolitum ſæpe apponi,quod de damnis & intereſſe ſtabitur iuramento damnum paſsi,ſed non propterea ſtabitur iuramento hæredis.quod etiam refert & ſequitur Roman.in dicto §.hoc autem iudicium.& idem Roman. in l. iuſiurandum quod ex conuentione,in prin.ff.de iureiur.Sed generalius idem Bald.in l.ſi quis hic.quæ eſt ij.ff.de condict.indeb. dicit quòd facultas aut ius iurandi non tranſit ad hæredes.& idem dicit conſil.cccxiiij.vtrum dictus contractus,in quarto dubio,lib.v.vbi etiam ſubdit, quòd cedi non poteſt. & fermè vbique allegat Bald. l.generaliter.in prin.C.de iureiur.vbi iuramentum alicui à parte delatum non tranſit ad hæredem, cùm multum diſcrepet iuramentum hæredis à iuramento defuncti. Et facit etiam cap.veritatis, de iureiurand.vbi iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale , nec illius perſonam egreditur, de quo latiſsimè diximus ſuprà.

*Iurandi facultas non tranſit ad hæredes,nec cedi poteſt.*

2 ¶Quanquam ſunt qui contrà ſuadent iurandi ius & facultatem tranſire ad hæredes.Primò tex.in c. 1.§.ſi quis ſe.& §.ſeq.qui eſt vlt.tit. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſal.lis oria. vbi vaſallus iurat ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum.& ita de facto patris,& ibi glo.in verbo, præſtandæ, reddit duas rationes. Nam perſona patris & filij vna eadémque eſſe intelligitur,l.vlt.C.de impuber.& aliis ſubſtit. & §.ei qui tuo.Inſtit.de inutili ſtipul.Et vnum eſt ſacramentum defuncti, & hæredis, in auth.de iureiur.à morien.præſt.in princip.& ibi quoque Bal.hoc expendit, dicítque eam gloſſ.eſſe not. Sed & idem Bald.in §.j.eiuſdem tit.in prin.in verbo , ſucceſſoribus.dicit per text.ibi quem ad hoc quoque dicit not.quòd ius probandi per ſacramentum tranſit ad ſucceſſorem.Quibus adde glo.in d.l.pen.§. vlt.qui incipit,hoc iudicium, ff. ne quis eum. quæ voluit quòd facultas iurandi in litem contra eum qui vi exemit in ius vocatum,tranſit ad hæredes,& illam gl.not.ſequuntur Bal.Ang.Pau.Caſt.Alex. & Iaſ.ibi,qui magna ex parte hoc quoque trahunt ad iuramentum , quod defertur contra doloſum, vt contra tutorem,qui non confecit inuentarium,& ſimiles,vt ſcilicet tranſeat ad hæredes minoris, quãuis non tranſeat animaduerſio contra hæredes doloſi,per l.vlt.C.de in lit.iur. & voluit Barto.in l.in actionibus.col.vlt.& ibi recentiores,ff.de in lit.iuran.

*Iuramentũ quale & quando tranſmiſsibile.*

3 ¶Sed & hoc trahunt Paul.Caſtr.Alexand.& Iaſon in d.§.hoc iudicium.ad iuramentum quod defertur in caſu,l.ſi quando.C.vnde vi.& capit. vlti. quod metus cauſa. vt ſimiliter tranſeat ad hæredes: quod etiam voluit Barbat. aut quiſquis is fuit , in addition. Baldi in dicto §. j. titu.ſi de inueſt.inter domi.& vaſal.lis oriat.& Iaſon in dicta l.ſi quando.colum.pen. Quibus concinit quod voluit Barto. poſt Iacob.



poſt Iacob.Aretin.in l.gerit.col.5.verſi.quidam ſunt,in quibus non eſt hæc præſumptio.ff.de acquir. hæred.quod cùm dubitatur,an quod quis fecit, id fecerit animo adeundi hæreditatem,ſtandum eſt in indifferentibus interrogationi illius qui fecit cum iuramento,ſi viuit , aliàs interrogationi hæredis ipſius,& ſequitur Alex.conſi.cxxvj.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioannem,col.ij.lib.vij. Et hæc maximè procedunt,cùm iuramentum defertur à lege vel ſtatuto,quia tunc hæres poteſt iurare de facto defuncti,vt dicit Alex.in d.l.pen.§.vlt.ff. ne quis eum.& ita quoque dicit tenere Guliel. Cun.& Roma.in d.l.qui bona.§.qui decem.ff.de damno infect.

*Iuramento cuius ſtetur ſuper feudo nouo,an tiquóue.*

4 ¶Et hæc non modicum confirmat,quod ſcribit Inn.& poſt eum Ioan.And.in c.vlt.de iur.cal.quòd quis poteſt iurare etiam de veritate,non ſolùm de his quæ fecit,aut vidit, ſed & de his quæ aliàs indubitanter nouit. Nam & videmus (inquiunt) id dici indubitatum,quod communi auditu percipitur ab antiquis.l.in ſumma.§.idem Labeo.ff.de aqua pluuia arc. Quorũ authoritate ſubnixus Paul. Caſt.conſ.279.viſa petitione,col.vlt.lib.2.dicit ſtari iuramento poſſeſſoris feudi,vtrum ſit feudum nouum an antiquum , etiam ſi non ſit de facto illius , quia id poteſt ſcire per relationem maiorum ſuorum,per text.quem etiam allegat,in l.ſi quis ita.§.ſi quis.ff.de teſtam. tute. qui tamen ad hoc nihil mihi facere videtur.

*Auditu probari quid poſſe.*

5 ¶Sed optimè facit tex.in c.omnibus.in prin.2.q.4.in illis verbis,auditu non eſſe,non dubitamus:vbi gl.infert,aliquid poſſe ſciri auditu.& in c.beati.2.q.7.vbi D.Ambroſius : Videmus(inquit) Paulum & Petrum ad martyrij gloriã perueniſſe.Et tamen id non viderat Ambroſius , ſed id veluti indubitanter ſe ſcire opinabatur ex antiquarum ſcripturarum renuntiatione,& in c.hoc videtur.& ibi,bona gl.in verbo,indicauit.22.q.5.& alia gl.in cap.teſtes.in verbis quæ nouerunt,3.q.9.Quid quod Bal. conſi.14.in quodam contractu,in ſecundo dubio,lib.j.conſuluit,quòd ſi in contractu venditionis dicatur,quòd de certa re futura credatur emptori.& emptor alteri cedat, tam bene credetur huic ſingulari ſucceſſori,quàm primo emptori.cùm iſtud non videatur cõceſſum ratione perſonæ,ſed contractus:vnde ſufficit,ſi perſona ſit æquè idonea,quod in dubio præſumitur,l.ſi actor malit.ff.de procur.Quæ Bald.deciſio huc admodum pertinet:quia ſi ex contractu alicui de re aliqua credi debet, intelligitur iuramento interueniente,vt latiſsimè probauimus in §.præced.Et ideo ex ſententia Bal. hoc ius credendi,& ita iurandi,tranſit non ſolùm in hæredem vniuerſalem,ſed & ſingularem.

*Iurãdi ius trãſit in hæredem uniuerſalem & ſingularem.*

6 ¶Vides igitur hanc rem eſſe admodum dubiam.Tamen ad ſedandam harum rerum controuerſiã, Roma.ſæpe ita diſtinxit,an videlicet facultas iurandi deferatur à lege,vel ab eius miniſtro,id eſt iudice,vel legis authoritate:& hoc caſu tranſeat ita facultas ad hæredem , quoniam lex ſemper loquitur,l.Arriani,C.de hæret.& ita æquè nunc reſpicit perſonam hæredis,ac olim defuncti reſpiciebat. & ita procedit gl.in d.l.pe.§.hoc autem iudicium.an verò huiuſmodi iuramentum deferatur ab homine,& ſic ex voluntate partium , & tunc non tranſit ad hæredem , per dictam l.generaliter. Nam alia eſt conſcientia defuncti,de qua confiſus eſt is,qui iuramentum detulit,alia hæredis,quam is non approbauit,arg.l.cuius bonis ff.de cur.furio.Ita voluit Roma. in d.§.hoc autem iudicium. & in d.l. qui bona.§.qui damni.ff.de damno infect.& in l.3.§.vlt.ff.de iureiur.& in d.l. iuſiurandum quod ex conuentione.in fi.princip.ff.eo.& plenius conſi.ccxc.in caſu propoſitæ conſultationis breuiter,col.2. verſi.prætereà tunc quæritur.& ſequitur latè Iaſon in dicto §.hoc autem iudicium.col.vlt.& in d.l.ſi quando.col.pen.verſic.quæro ſucceſsiuè.C.vnde vi.Ex quibus videtur non rectè dixiſſe Bald. in d.l. ait prætor.quæ eſt iij.ff.de iureiur.quòd ſtatutum de ſtando iuramento damnum paſsi non intelligitur de hærede,cùm à lege vel ſtatuto deferatur huiuſmodi iuramentum:& ita eum hac ſpecie nuncupatim repræhendit Roma.ibi,& Iaſ.in d.§.hoc autem iudicium. Nec ſimiliter rectè dixiſſe videtur Bald.dicto conſi. xciij. allegatus in fine præcedentis verſicu.dum innuit facultatem iurandi ex contractu tranſire in ſingularem ſucceſſorem.

*Iuramentum damni intranſmiſsibile.*

*Quando iuramentum à lege delatum tranſeat ad hæred.*

7 ¶Id tamen quod diximus,iuramentum à lege delatum tranſire ad hæredem, intellige modò hæres ſit bene informatus de rei veritate,vt cum noſtris loquar,vt expreſsè voluit Bal.in d.§.j.tit. ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oriat.dum ita intelligit illum tex.ex quo notauerat,ius probandi per ſacramentum tranſire ad ſucceſſorem,vt ſuprà diximus,vt videlicet procedat , ſi hæres iurare poſsit, quia ſit informatus de veritate,ſequitur & trahit ad omnes caſus, in quibus iuramentum tranſit ad ſucceſſorem.Iaſ.in d.§.hoc autem iudicium.& in d.l.ſi quando.col.pe.verſi.limita tamen. C.vnde vi. vbi hoc reputat ſing.& Catel.in ſuo ſing.incip. iurandi facultas,& Roman.dicto conſi.ccxc. Et hoc probabile eſt,quia aliàs hæres poſſet ſubire anceps periurium , quod ne fiat iudex proſpicere debet, l.videamus,poſt prin.ff.de in litem iuran.cum ſimilib.

*Declarãdi ius an & quando tranſeat ad hæredem.*

8 ¶An autem & quando facultas declarandi tranſeat ad hæredem,vide gl.& doct. in l.item Põponius ſcribit,ſi frumentum.§.vlt.in gl.j.ff.de rei vend.Bar.Bald.Ang.& alij in l.ſi quis intentione ambigua. ff.de iudic.latè idem Bar.& alij recentiores in l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de verb.obli.Bart.Bal. & alij in l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.ff.de leg.j.Bal.Imo.in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff.de leg. 2.

*Eligẽdi ius an tranſeat ad ſucceſſores.*

9 ¶Item an ius eligendi etiam tranſeat ad ſucceſſores,vide per Bar.& alios in l.ſi ſtipulatus.ff.de ver. oblig.& in l.ſi ſic.ff.de leg.j.& Bal.dicto conſi. xciiij. incip.in quodam contractu.lib.j. Denique quid de iure & poteſtate arbitrandi,vide Cyn.& Bal.in l.vlt.C.de contrahen.& committ.ſtipul. eundem Bald.in l.vlt.§. j. col.iij.C.commu.de leg.& in l.voluntatis.C.de fideicom.& in l.vlt.in xxv.q. C.de hæred.inſtit.Bart.in d.l.ſi ſtipulatus.& in l.à filio,in prin.ff.de alimen.legat.

# ANDRAEE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS, TRACTATVS

*In tit. de iudicio in rebus exiguis ferendo.*

EIVSDEM,

IN TIT. RES INTER ALIOS ACTAS ALIIS NON PRAEIVDICARE, COMMENTARII.

## GVLIELMVS ROVILLIVS LECTORI S. P. D.

MATVRIVS geminos hoſce tractatus, lector ſtudioſe, in lucem tibi protuliſſem, niſi eiuſdem authoris alteri libello quem ſuper §. *Nihil fruſtra*, commentus eſt, eos coniungere diu deliberaſſem, hac adductus ratione, vt iuſtum volumen perficerem. Verùm poſteaquàm à literato homine (qui pro neceſsitudine, quæ ei cum tanto viro iã inde coaluerat, eius ornandi curam ſuſcepit) de difficultate genuini ſenſus, atque ſyncere authoris Tiraquelli mentis, ſimúlque, quàm longum tempus deſyderetur, vt ea res merito decore reſplendeat, certior factus ſum: ne differrem hoſce duos quos paratos habebam, edere adhortatus eſt, præſertim cùm in eo elaborando quantum temporis impartiret, poſſe aſſequi cõiectura negaret, &, quòd iudicio ſuo difficilius opus promiſſis ſtare prohiberet. Atque niſi in ea arte authoris mentem probè aſſequeretur, & ſignorum varietatem, quibus Tiraquellus, dũ viueret, vtebatur, cùm propter frequens commercium, tum propter magnam cum authore familiaritatem, teneret, poſſe fieri vti cœptis laudabilem finem adderet, diffideret. Qua cauſa, amice lector, euenit, vt te huiuſce tractatus §. *Nihil fruſtra*, præſenti vtilitate delectare non potuerim, quemadmodum neque de reliquis quampluri mis eiuſdem vita functi Tiraquelli operibus. Equidem magnis votis optarim, vti ea in aliorum hominum iudicia non inciderent, quàm viri huius tum eruditi, tum diligẽtis. Neque enim poſſe fieri putẽ, vt ab alio, nitori genuino reſtituta eluceant: ab hoc verò, maximè. Cæterùm, Lector beneuole, hoſce genuinos tractatus in præſentia boni conſule. Atque, quàm fieri poterit citiſſimè, eũ expecta, cui titulus eſt, *De nihil fruſtra*. doctiſsimum quoque & laborioſiſs. librũ, *De Semeſtria, ſiue dierum genialium*, atq; alias id genus pulcherrimas æquè ac vtiliſs. viri vndiquaq; doctiſs. & longiore vita digniſs. Tiraquelli lucubrationes: modò homo ille, ſicut pollicitus eſt, ſuam nobis operam elargiatur. Qui pro veteri amicitia conſtãter aſſeuerauit, ſeſe tempus & laborem collocaturum, vt tanti viri doctrina & memoria temporis iniuria non cadant, ſed potius inter hominum doctiſsimorum ora manúſque nitida laudentur. Vale. Lugduni ſeptimo Calendas Maij. Anno 1562.

ANDR.



# ANDREAE TIRAQVELLI REGII NVPER IN PARISIENSI CVRIA SENATORIS,

## *De iudicio in rebus exiguis ferendo, Tractatus.*

1 FREQVENTER contingit infima iudicum ſubſellia, ob res exiguï, aut ferè nullius pretij litibus præſtrepere, in hiſque dirimendis plurimum laborare, vel ob probationum inopiam, quæ ſepius in his perſpicitur, aut iudicum religionem, quæ variis, iiſdémque validis rationibus vtrinque adductis commota, cum leues eiuſmodi controuerſiæ de plano iudicandæ ſunt, fluctuare ſolet. Itaque quo certius de his iudicium ferri poſſet, multarum ciuitatum ſtatutis, ac legibus receptum eſt, vt in his expediendis imperfectæ, & ſemipleng(vt vocant) probationes admittantur, & in ſua cauſa quis iudicet. Quæ quidem ſtatuta, hinc pariter ſcrupulum pleriſque iniecerunt, quòd cõtra ius commune duabus potiſsimum rationibus introducta ſint. Prima, quia nemo in ſua cauſa quãtumlibet modica idoneus eſt teſtis vel iudex. l. nullus. ff. de teſtib. & ibi glo. & C. vt nemo in ſua cauſa iudicet. per totum. & iiij. q. 4. c. nullus. cui ſententiæ ſubſcribens Cicero pro Roſcio: Itaque (inquit) more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus, ampliſsimi homines teſtimonium de ſua re non dicerent. Africanus qui ſuo nomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, non diceret teſtimonium. Nam (illud in talẽ virum non audeo dicere) ſi diceret, non crederetur. Idem pro Fonteio: Si qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere viderentur, his credi non conuenit. Gellius lib. noct. Atticarum xiiij. c. ij. recenſet, quòd cum aliquando à prætoribus electus in iudicem fuiſſet, apud illum petita pecunia fuit, quæ numerata dicebatur. Qui petebat neque tabulis, neque teſtibus id factum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur, ſed eum conſtabat virum eſſe bonum, notæque, & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſsimæ, multáque & illuſtria exempla probitatis, ſinceritatiſq; eius expromebantur: illum autem à quo petebatur hominem eſſe non bonæ rei, vitáque turpi & ſordida: vulgò mendacij conuictum, plenúmque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. Qua in re Gellius non auſus reum condemnare, diem diffindi iuſsit, ſicuti etiam è noſtris retulit Iaſ. in l. qui accuſare. C. de eden. Et id quidem adeò verum eſt, vt nec iudicium quis faciat in ſua cauſa, vt voluerunt gl. & Bart. in l. deferre. §. iidem decreuerunt. ff. de iure fiſci.

*Iudicandi difficultas in litibus exigui, aut nullius pretij, & quãobrem.*

*Statutum, ut quis in ſua cauſa iudicet, an ualeat.*

*Diem diffindi.*

2 ¶Secunda ratio eſt, quia etſi quis eſſet teſtis idoneus in ſua cauſa, non tamen illi crederetur: cùm vulgò dicamus vox vnius, vox nullius l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & c. veniens. extrà eo. & c. cum à nobis. & c. licet. cum infinitis ſimilib. eo. Et vt ſcribitur Nume. 35. c. Ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Et Deuter. 17. cap. In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interfecerit: vbi ſubiungitur, nemo occidatur vno contra eum teſtimonium dicente: & iterum c. 19. In ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum. quod & repetit Chriſtus Matth. 18. & D. Paul. 1. ad Cor. c. 13. & ius noſtrum extrà de teſta. c. cum eſſes. & c. relatum. Propterea Hieronymus contra Rufinum ſcribit: vni neque Catoni credendum eſſe. Tradit quoque Valerius Maximus li. iiij. c. 1. quòd cum Q. Scæuola vir excellentiſsimus teſtis in reum productus, teſtimonium dixiſſet, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alij idem aſſeueraſſent: quoniam vnius teſtimonio credere peſsimi eſſet exempli. Et id quidem adeò verum eſt, vt non poſsit ſtatui, vt teſtimonio vnius credatur, vt eſt text. iij. q. ix. indicas Hermanum. ibi, nos vni ad diſcrimen alterius credere, proculdubio non poſſumus, quem ad hoc ponderat Barb. in l. ſi dari ſtipulatus. col. pen. ff. de verb. oblig. vbi illam facit ſing. & Felin. in cap. conſtitutus. col. ix. extra de reſcrip. & in c. vlt. col. 3. extrà de maior. & obed. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. col. ij. ff. de iureiur. & in l. admonendi. col. xx. in lect. & in repet. col. lxxiiij. Et propterea dicit Angel. in ſua diſput. Aſtenſis miles &c. & Ant. in c. ij. de probat. quod per ſtatutum vel conſuetudinem, non poteſt diſponi, vt vni teſti credatur, niſi vt ſubdit Ant. & poſt eum Panorm. propter caſum neceſsitatis, vel euidentiſsimæ vtilitatis, quod & ſequitur Iaſon in l. j. colum. antepen. ff. de verbor. obligationib.

*Vnius teſtimonio non credi.*

*De eadem re.*

3 ¶Ex quibus poſſet videri, huiuſmodi conſuetudinem non valere, nec eſſe obſeruandam: teneas tamen intrepidè eſſe validam. Nam quod diximus de iure diuino, vnius teſtimonio non eſſe credendum, id vtique fateor, nec ideo poſſe Papam, aut Imperatorem ſtatuere, vt ſemper & in quacunque cauſa vnius teſtimonio credatur, nec in eam rem ſtatutum valere, aut conſuetudinem. Sed quòd in certis, hiſque præſertim leuibus, & modici præiudicij, & vbi eſt caſus neceſsitatis, aut euidentiſsimę

*Autoris opinio in ſuperiori quæſtione.*

*Quando fieri poſsit ut unius*

*teſtimoniũ probet.*

vtilitatis,iuxta ſententiã Ant.& Pan.id poſsit fieri,manifeſtum eſt ex text.l.ſi quando.C.vnde vi.& extra quod met.cau.c.vlt.& ex iis quę paſsim dicunt noſtri doct.vnum teſtẽ,aut famã,aut aliam ſemiplenam probationem ſufficere in his quæ ſunt modici & leuis præiudicij,vt voluit gloſ. in l. vbi adhuc.C.de iure dot.in illis verb.quod inſpiciam ſecundum vulgi opinionem:& ibi Bald. colum. j. verſi.quærit hic gloſ.& Bart.in l.ſi conſtante.col.ij.verſi.quædam ſunt cauſæ.& iterum col.iij. verſi. contra hoc opponitur.& ibi quoque alij docto.ff.ſolu.matr.per tex.ff.de Carbo.edict.l.iij §.cauſę.& ff.ad exhiben.l.iij.§.ſciendum.idem Bart.in l.ij.§.vlt.C.vbi in rem act.& in l.j.C.quorum bonor. & in l.de minore.§.plurimum.col.vlt.ff.de quæſtio.Bald.in l.j.C.de ſumma Trin.& fide cathol.in magna repet.quæ communiter non habetur in lect.col.xxviij. verſi. econtrà pono concluſionem , per tex.in d.l.Theopompus.Anto.& Panorm.in c.veniens.le j.extrà de teſt. Anton.in cap. j. de teſtib. Panor.in c.ſuper eo.per illum tex.extrà de conſang.& affinit.& in c.cum deſideres.col.ij.de ſen.excom.Matth.not.j.& ij.Gaſpar Vala.in repet.l.imperium.col.xxiiij.ff.de iuriſd.omn.iudic.Alex.conſ. clxxxviij.viſo proceſſu inquiſitionis,col.ij.verſi.poteſt enim per ſtatutum. lib.vij. Iaſon in repet. l. admonendi.col.lxxxvij.ff.de iureiur.Dec.in c.dilecti.col.iiij.verſi.primus eſt. extrà de appel. Quin tex.habemus xj.q.j.c. quæcunque contentiones.quòd poteſt Imperator ſtatuere, vt aliquando credatur teſtimonio vnius,ſecundum intellectum Inno.in c.nuper.de teſti. vbi etiam Panor. hoc not. dicítq; eſſe memorabile ad limitationem illius iuris diuini,in ore duorum vel trium &c. Et ad hoc illum tex.reputat ſing.ccclviij.tu ſcis quòd diſpoſitio.in fi.& Barb.conſi.xlij.Deum inuocando. col. antepen.lib.iij.Ex quo ſatis reſpondetur huic quod dictum eſt non poſſe Papam,ſtatutum,vel cõſuetudinem diſponere,vt vni credatur,quia illud intelligendum eſt,vt non poſsint id quidem generaliter ſtatuere.In certis autem cauſis,& his quidem leuibus , & vbi eſt caſus neceſsitatis , vel euidentiſsimæ vtilitatis id poſsint.

*Imperator poteſt ſtatuere,ut aliquando credatur teſtimonio unius, & quando.*

4 ¶Confirmãtur hæc,per id quod in ſimili cõſuluit Bald.conſi.cccxlix.ſi hoc quæritur vtrum conſuetudo.verſi.ſecundò quæritur,lib.v.quod quia non valet conſuetudo quæ inducit peccatum, vel corruptelam,ſiue ad delinquendum prouocat:nam pernicioſæ conſuetudines ſeruandæ non ſunt,extra de conſuet.c.vlt.& pernicioſum eſt exẽplo,vt quis manu propria poſsit ſibi debitorem conſtituere. l.exemplo.C.de prob.Ideo conſuetudo quòd credatur ſcripturis campſorum,ſiue nummulariorũ, tam pro ſe,quàm contra ſe,tanquàm prona ad delinquendum,videtur eſſe reprobata tam de iure diuino,quàm naturali ratione,præſertim in magnis quantitatibus.Subdit tamen contrarium ſibi videri:quoniam iſtud poteſt fieri per pactum,vt not.ff.tot.tit.de prætor.ſtipul ergo & per ſtatutum. ff. de reg.iur.l.nec ex prætorio.& l.neque pignus.§.priuatorum.& gl.C.de decr.decur.in rub.li.x. Vnde etiam ſequitur,quòd poteſt fieri per conſuetudinem:quoniam vbi valet ſtatutum , valet conſuetudo:tandem verò dicit hoc ſatis eſſe dubium.Sed idem Bald.de hac re magis aſſeueranter loquẽs in l.vni.col.iij.verſi.quid ergo eſt.C.de confeſſ.Cum quæritur(inquit)an ſit ſtandum ſcripturę mercatoris pro ſe,in articulis ſeparatis:Si mercator eſt notabilis,& perſona fide digna,quantitas quoque parua eſt,ei credendum eſt:ſecus ſi eſſet quantitas magna:ſubiunxit etiam conſuetudinem loci cõſiderandam eſſe.Nam ſi conſuetudo eſt,quòd iudicis conſcientia concurrente detur illis fides, ſtãdum eſt conſuetudini.Si autem conſuetudo eſſet indiſcreta,videlicet quòd crederetur omni ſcripturæ mercatoris pro ſe,non valeret cõſuetudo:quia daret occaſionem falſi cõmittendi,quod eſſet cõtra eſſentiã conſuetudinis,cuius forma medullaris(vt dicitur)debet eſſe ratio.c.erit autem. iiij. diſt. quod dictũ ſequitur Pan.in c.bonæ ij.in fi.de poſtul.prælat.vbi dicit eſſe ſing.not.& Alex.conſil.iij. in cauſa & lite vertente inter Abraham.col.pen.verſi.& pro hoc adduco,lib.ij.& conſil. cxiiij. viſo toto diſcurſu.col.iij.lib.iiij.& in l.quædam ſunt perſonæ.§.nummularios.ff.de eden.Alex.conſ.217. eodémque vlt.viſo quodam ſatis inornato proceſſu.col.iij.verſi.fortius dixit,lib.vij.& Cæpo. conſi. xl.Lucius ciuis.in ſexto dubio.vbi hoc commendat,& Franc.Aret.in l.qui teſtamento. la ij. §. veteres.col.ij.ff.de teſtam.Barb.in rub.de conſuetud.col.pen.& conſi.xlvj.illud adducam,col.viij.verſic. capio nunc ſecundam.lib.iiij.& Franc.Curt.& Iaſ.qui hoc reputat ſing.in repet.l.admonendi.col.iij. verſi.& pro deciſione.ff.de iureiur.idem Iaſ.in l.de quibus.col.xvij. ff. de leg.& Fel. in c.ij.col.iij.in ij.fallen.& iterum in c.cum cauſam.col.ij.circa medium. extrà de prob. & Philip. Dec.in repet.c.j. col.xviij.verſi.primò quòd indiſtinctè.de probat.& in c.ſicut,col.vij.verſi.& hoc in propoſito , eod. tit.& in c.dilecti,col.iij.de appel.& Rochus Curt. in c. vlt. col. iij. de conſuetud. Et ſimile eſt quod ſcribit idem Bald.in l.Imperator.in prima lect.col.vlt.verſi.ſed an valeat pactum,quòd ſtetur indifferenter ſcripturæ priuatæ,quia eſt indiſcretum , quaſi ſecus ſentiat ſi non eſſet indiſcretum , vt de conſuetudine dicit in dicta l.j.ff.de confeſſ.

*Campſorũ ſcripturæ,an probare debeant.*

*Mercatoris ſcripturæ pro ſe, quando ſit ſtandum.*

5 ¶His adſtipulatur quod tradit Matth.not.51.Not.quòd conſuetudo volens, quòd probatio imperfecta per famã,vel per vnũ teſtem,habeat vim plenæ probationis in omnibus caſibus,& præſertim in caſibus magni præiudicij,non valet,& eſt irrationabilis,& inhoneſta,per tex.in d. c. erit aurẽ. l.j. cum aliis ſimil.quos allegat,& ita dicit not.per doct.in c.j.de app.Sed bene valet conſuetudo in certis caſibus,per tex.in c.quia nos,eod.tit.de app.ſecundũ vnã lect.quam tenent doct. & facit c. dilectus.de fide inſtr.& quod ibi per illum tex.not.gloſ.& doct.poſſe conſuetudinẽ aliquãdo facere de probatione inualida,validam,& quod voluit Ioa.And.in addit.Spec.tit.de inſtr.edit.in §.compendioſè.verſ.ſed nunquid de conſuetudine.quòd conſuetudo poteſt inducere,vt probatio imperfecta de iure communi,habeat vim plenæ,vel perfectæ probationis:& è cõtrario, quòd probatio perfecta,non

*Conſuetudo quòd probatio imperfecta habeat uim plenæ probationis in omnibus nõ ualet.*

*Conſuetudo quid poſsit.*



habeat vim perfectæ,per multa quæ ad vtrunque allegat,& hoc quoque dictum Ioan.And. approbat Iaſ.in repet.l.de quibus.char.pen.verſi.an autem valeat conſuetudo.Et id quoque voluit Bald.in l.cunctos populos,col.v.verſi.vlterius quæro circa ſtatuta.C. de ſumma Trin. & fide cath. Et Ang.in d.l.quædam.§.nummularios.ff.de eden.& Rom.in l.admonendi, ff. de iureiur. & Socin. conſi.lxxxviij.in præſenti conſultatione.col.pen.in fi.

6 ¶Quid cùm tractatur de paruo præiudicio,creditur etiã de iure cõmuni iuramento alicuius , vt eſt tex.qui ad hoc quotidie allegatur , ff.ad exhi.l.theſaurus.& ita voluerunt per illum tex.Bart. & alij in l.ij.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta.aper.& in l.ſi quidem.C.ſol.matr.idem Bart. in l. ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.ff.de liber.agnoſ.Bald. in l. eum qui res,verſic.vlt. C. de procur. vbi & ad hoc allegat tex.in auth.de exhiben.reis.§.ſi verò quidẽ & idẽ Bal.in l.præſcriptione.col. antep.C.ſi cõtra ius vel vtilit.pub.vbi & ad hoc allegat tex.ff.de Carbon.l.iij.§.duę cauſę & cõſ.285.quia nõ eſt opus, col.ij.lib.j.& conſ.34.ſtatuto cauetur.col.ij.lib.v.& in l.qui accuſare.C. de eden.& in l.iudices.C. de iudi.& in l.non ignorat,col.3.verſ.in modicis.C.qui accuſ.non poſſ.vbi per tex.in d.l. theſaurus. dicit quòd in modicis præiudiciis ſufficit probatio præſumptiua, & Petr.Anch. conſ.18.in quæſtione quæ vertitur,col.ij.verſi.quartò præſuppoſito.& Pan.in c.quoſdã.extrà de præſump.& Iaſ. in l. fideiuſſor.§.vlt.ff.qui ſatiſd.cog.Aufrer.in deciſ.Tholoſ.q.313 & Phil.Dec.in c.paſtoralis.in vlt.no.extrà de except.Et propterea per illũ tex.in d.l.theſaurus,& in c.ex literis,de in integ.reſtit.conſuluit no. Pet.Ancha. conſi.263.ſubtiliter & ad plenũ.quòd ad recuſandũ notariũ,conſultorẽ,procuratorẽ,& ſimiles ratione ſuſpicionis,ſufficit ſolũ recuſantis iuramentũ,ad faciendã fidẽ de ſuſpicione,quia ex hac recuſatione non infertur magnũ præiudiciũ:quod dictũ ſequitur Alex.conſil. ciiij.circa primũ dubium,col.ij.verſ.circa ſecundum dubium , lib.v.& Felin.in c.quæ in eccleſiarum , col.xviij.verſi. quarta declaratio,extrà de conſtit. Sed & illud de notario ante Petr.Anch. voluit Bald. in c. ſuper quæſtionum,col.ij.verſi.pone quòd notarius extrà de officio deleg.

*Cum tractatur de paruo præiudicio, creditur iuramento alicuius etiã de iure communi.*

*Ad recuſandũ aliquẽ,fides fit de ſuſpicione per ſolum recuſantis iuramentum.*

7 ¶Ex hoc fit,vt expenſæ minutæ factæ à tutoribus,curatoribus,executoribus , & aliis adminiſtratoribus,non etiam magno illorũ iuramento probentur,ſine alia probatione,vt in executoribus teſtamentorũ.voluit gl.not.in l.nulli,in verbo,licentiã.in fi.C.de epiſc.& cler.per tex.ibi,quantũ ad modicam expenſam,& ibi illã gl.ſequũtur Iac.Rauen.& Bald.col.iij.verſi.eſt verius.vbi etiã Io. Faber col.iij.verſ.ſed an executor.& Spec.in tit.de inſtr.edit.§.nunc verò aliqua. verſ. quid ſi executor. & ibi Ioan.And.in addit.& Bart.in l.diuus.in fi.ff.ſi cui pluſquã per leg.Falcid.in fi.& Bal.in l.Imperator.la ij.col.vlt.ff.de ſtatu homin.& in l.id quod pauperibus.col.vlt.C.de epiſ.& cler.& in d.l. ſi quis pro redemptione,in fi.C.de donat.& in l.ſi hæres.ff.de condict.ob cauſ.Pet.Anch.in c.ij.de teſta.li. vj.Raph.Cuma.conſi.136.viſis inſtrumentis,col.vlt.Ioan.Pla.in l.ij.C.quãdo & quib.quar.li. x.Fran. Aret.in c.quoniã cõtra falſam,col.vj.de probat.Barb.d.conſ.xlvj col.vlt.Et Guido Papæ hoc repetens deciſ.dcxiiij.ſi relinquatur.& Firmia.in tracta.de epiſcopo,in vj.parte,lib.4.q.29.verſi.ſed nunquid ſit ſtandum,& Fel.in c.ſcripta,col.8.verſ.fallit ſextò.extrà de fide inſtr.Et in hærede cõficiẽte inuentariũ,voluerunt Bar.Bal.& alij in l.vlt.§.in cõputatione,C.de iure delib.Ang.& Ioan. Plat. in d.l.2.C.quando & quib.quarta pars.Ang.in d.l.diuus.ff.ſi cui plus quàm per leg.Falcid.Et in tutore & curatore voluit Bart.in l.j.§.officio tutor.ff.de tutel.& ratio.diſtrah.Ang.in l.ſumptus.ff.de admi. tut.Imo.conſ.75.circa primũ dubiũ.Ang.in §.actionũ.in xiij.quæſt.inſtit.de action.Corne.conſ.319. circa primum conſultationis quæſitum.col.x.verſi.prout creditur,lib.3.& Iaſ.in repet.d.l.admonendi.col.ij.verſ.de tut.autẽ & curatoribus.ff.de iureiur.Et in ſocio reddente rationem geſtori , conſuluit Bal.cõſ.clij.ad euidentiã præmittendũ eſt.col.ij.verſ.eſt verum.lib.iij.& iterũ cõſ.418.ad primũ dico.eo.li.3.& Soc.cõſ.73.circa primã.col.j.Et generaliter in cæteris adminiſtratoribus voluit Bart. in l.cõperimus.C.de nauicul.li.xj.Ro.cõſ.76.in cauſa notabilis viri.in 4.dubio.in prin.Cacia.in rep. d.l.admonẽdi.col.vij.verſ.7.ff.de iureiur.Et faciũt ad hæc omnia quæ ſcribit Feder.Senen.conſ.119. nulli dubium eſt.Bal.in d.l.ij.C.de conue.fiſ.deb.& Ang.Aret.in §.vlt.inſtit.de verb. oblig.

*Expenſæ minutæ factæ à quibuſuis adminiſtratoribus, illorum ſolo iuramento probantur.*

*Socius reddens rationem geſtori.*

8 ¶Hinc eſt,quòd licèt ignorantia,& alia quæ conſiſtunt in animo,non probentur iuramento, quãdo lex præſumit ſcientiam,ſiue quando aliàs eſt præſumptio contra illum,qui vult iurare,vt voluit gl. 82.diſt.c.propoſuiſti in verbo,commeauit.nõ probatur.paulò ante fi.& Bar.in l.inter omnes.§.rectè dictum eſt.ff.de furt.& Dominic.in c.eos qui.col.j.de temp.ord.lib.vj.cum ſimil.à me traditis:fallit tamen vbi ageretur de modico:quia tunc non obſtante præſumptione recipitur huiuſmodi probatio per iuramentum,ſecundum Panor.in c.quoſdam.circa fi.de præſump.quem ſequitur Phil. Dec. in c.cognoſcentes.col.vlt.extra de conſuet.in j. lect.

*Quæ conſiſtũt in animo licèt non probentur iuramẽto quãdo eſt præſumptio in contrarium.*

9 ¶Et id quidem non abſque ratione eſt:nam non eſt veriſimile:nec eſt præſumendum aliquem velle pro modico deierare,aut aliud maleficium cõmittere,& ibi etiam gl.quæ dicit hanc eſſe rationẽ. quare pro modico non datur actio doli,iuxta l.ſi oleũ.§.vlt.ff.de dolo.quoniã videlicet non ſit veriſimile quempiã pro modico,aliquid dolo facere,vt etiam not.Pan.in d.c.accedens.& Alex. conſ. lxxiiij.viſo teſtamento.col.ij.verſ.nec iura præſumunt.li.j.& conſ.xcix.viſis proceſsibus.col.5. verſ. non obſtat etiam ſi diceretur.in fi.lib.v.vbi per hanc rationem concludit teſtẽ non repelli, propter modicum emolumentum,quia non præſumitur quòd ob id vellet deierare.& Phil.Dec. conſi. 175. in cauſa falſitatis.col.vj.verſ.ſecundò nõ obſtat.& col.ſeq.eò facit quod ſcribit Bal.in auth.ſed iam neceſſe.ad fi.C.de dona.ante nupt.quòd in parua quantitate non præſumitur fraus, neque ſuſpitio. Pan.quoq; in c.ſuper.col.3.verſ.idem ergo ſaltẽ dicendũ.extra de teſt.& quod etiã not. glo. in l.qui iuraſſe

*Doli actio.*

*Teſtis quando nõ repellatur.*

*Falſum aliquē commiſiſſe, quã do non eſt ueriſimile.*

iuraſſe.§.ſi pater filium.ff.de iureiur.quē cōmendat Bart.ibi,& Rom.in conſil.304.plura ſunt. col.j. vbi illam dicit ſing.& Alex.conſi.87.viſa inquiſitione formata.col.4.li.3.& Hipp.Marſil.in l.vlt.col. xj.ff.ad leg.Corn.de ſicar.Idq́; eſt quod ſcribit Fab. Quintilia.li.v.Orat.inſtit.nō eſſe credibile aliquem falſum propter exiguā ſummā cōmiſiſſe,vt non mirū videri debeat,quod tradit Bal.in l.omnibus.ad mediū.C.de teſtib.neminē præſumi deierare,vbi ex hoc nullū reportat cōmodum, quod & confirmat tex.in d.l.& eleganter.§.vlt.cum l.ſeq.cum gl.ff.de dolo.vbi lucrum citius, faciliusq́ue præſumitur,quàm dolus,ac decipiendi voluntas,quod & not.Fulgoſ. conſi. clxxiij. in cauſa inquiſitionis,col.ij.in fi.vbi & ex hoc conſulit,non eſſe præſumendum quem dolo aliquid geſsiſſe,vbi nullum,aut paruum commodum ex hoc referret:quanquam ſententia eſt Cicer.pro Milone,Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem:improbi ſæpe paruo.

*Modici nulla ferè ratio haberi ſolet.*

*Domus appellatione non uenit domūcula.*

10 ¶His accedit quòd plerunque aliàs,nulla ferè ratio modici haberi ſolet.d.l.& eleganter.§.vlt. ff. de dolo.alia ſunt propè infinita iura,quæ quidem ad eam multum faciunt,quæ veluti in vnum corpus congerere decreuimus:quanquam audiui Ant.Corſet.libellum de modicis conſcripſiſſe,qui nondū ad me peruenit.Igitur vltra d.l.& eleganter.quæ adeò in ea re trita eſt , vt nulla iam mentione indigeat.Primò habemus tex.in l.ſenatus.ff.de leg.j.§ Marcellus.vbi appellatione domus , non venit domuncula,ita quòd leges loquentes de domo,non habeāt locū in domuncula,ſicut etiam ibi not. Ang.& Barb.reputans illum tex.ſing.in l.ſi ita ſtipulatus.la ij.in j.not.ff.de verb.oblig. vbi & illum tex.dicit valde ſingularem,& Corn.conſi.ccvj.viſo ſupraſcripto themate,col. v.verſi. & per hoc ſit reſponſum,lib.3.Imo.& alij recentiores d.§.Marcellus.trahunt ad ſtatutum prohibens forenſem acquirere immobilia,vt videlicet non intelligatur prohibere forenſem acquirere domunculam , vel cabanam ſine tecto,aut parietibus.Quod & idem voluit Bal.in c.ſi duo fratres.in cōmuni cauſa.tit. de duobus fratrib.bene inueſtit.& Ro.ſing.332.quidam procurator.vbi etiam facit ad hoc ſing.tex. in d.§.Marcellus.& Barb.in tract.de præſtãtia Card.in 8.q.primæ partis,col.vlt.& Alex.in d.§.Marcellus.dicit per illum tex.quòd ſtatutū puniens comburentem domum,ſiue facientem inſultum ad domum,non habet locum in comburente domunculam,aut in eam inſultum faciente:repręhēditque Bal.contrarium dicentem in l.j.§.de exercitoribus.ff.nautæ caup.ſtab.per tex.ibi,& in l.ſcaphā. ff.de euictio.& in l.vlt.ff.de fundo inſtruct.ſed hoc repræhendit Iaſ.in l.ſciendum,col.4.ff.qui ſatiſd. cogan.Sed & Barb.vbi ſuprà dicit illum tex.in §.Marcellus.eſſe contra illud dictū Bald.niſi(inquit) ſaluando Bal.dicas,quòd ſit ſpectanda materia ſubiecta,quia ſtatuentes ita videntur velle punire facientem inſultum in domunculam,vt in domū,quia talis pœna tendit ad publicum fauorem,per gl. quam Barb.dicit ſing.in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.li.xj.& ibi Bart.& ita videtur ſequi illud dictum Bal.ſicuti etiam ſequitur Iaſ.ſibi contrarius in c.j.col.8.in 4. fallent. tit. qui feuda dare poſſunt.vbi etiam reputat ſing.& dicit ideo procedere,quia eadem eſt ratio in domuncula, quæ in domo cum det operam rei illicitæ,videlicet incendio,vel inſultui,ſequitur item Philip.Dec.in c.de appellationibus.col.ij.extra de appel.

*Statutum puniens comburētem domum,an habeat locum in comburente domunculam.*

*Leuis ſiue modicæ ſolennitatis omiſsio,non obeſt.*

11 ¶Secundò eſt tex.in l.j.in fi.ff.de ventre inſpic.vbi leuis,ſiue modicę ſolennitatis omiſsio non obeſt: & ita not.Bart.ibi,& glo.in l.rem non nouam.vbi Bal.C.de iudic.& gl.xxx.q.v.c.noſtrates.Guil.Cune.C.de ſacroſanct.eccl.Bar.& alij in l.moribus introductum.§.prius.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.idem Bart.in l.ſi opus.ff.de oper.noui nunc.& in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ.Ioan.And.in addit. Spec. tit.de inuentario.verſi.& not.Bald.in l.j.col.vlt.verſi.item dubitatur.C.qui admit.ad bon.& in l.vlt. §.j.col.ij.C.de iure delib.& in rub.C.de ſucceſ.edict.& in l.eum qui.§. in popularibus. ff. de iureiur. vbi dicit,quòd paruus,ſeu modicus defectus non vitiat actum.Ang.in l.j.§.hęc ſtipulatio.col.antep. ff.ſi cui plus quàm per leg.Falcid.Salyc.in l.vlt.§.ſi præfinitum.C.de iure delib.Pan.conſi.xciij.ſtatuto ciuitatis.col.iij.verſi.ad prædicta.lib.j.& conſi.liij.in prædicta cauſa,col.vlt.lib.ij.Rom. in repet.l. ſi verò.§.de viro.in iij.fallen.ff.ſolu.matr.& conſi.ccxlvj.clariſsime aſſeſſor.in fin.Angel.Aret.inter conſi.Alex.conſi.cxxxviij.laurelotus.col.ij.verſi.quinimò ſi ſtatutum loqueretur.lib.ij.Corn. conſi lxxj.ſuper j.col.iiij.verſi.ſic & aliàs,lib.j.& Felin.in c.ex parte.poſt prin.extra de conſtit.

*Forma data,nihil mutari poteſt.*

12 ¶Hoc tamen intellige,niſi huiuſmodi leuis ſolennitas eſſet data pro forma , quia omnino eſſet ſeruanda,alioqui vitiaretur actus,vt voluerunt Bald.Imo.Pau.Caſt. & recentiores in l. j. ff. de liber. & poſth.quo in loco reperies,quãdo ſolennitas data eſt pro forma,& Bal.in c.j.col.ij.verſi.ſed nūquid numerus.tit.de milit.vaſſal.qui contu.eſt.vbi dicit,quòd vbi forma data eſt,nihil mutari poteſt, ne horæ quidem vnius ſpatio.& Pet.Anch.in c.ea quæ.col.xij.verſi. hoc verum niſi conſtitutio. extra de reg.iur.& in repet.c.j.char.xlij.verſi.quæro ſtatuto cauetur quod notarij:ſed hoc non mirum eſt, quia aliàs ſemper formæ omiſsio in quantumlibet minima parte,totum vitiat actum,vt not.Ant. & Panor.in c.extra,de reſtit.ſpol.Felin.in c.vlt.§.is autem.extra de offi.deleg.& latè in c. cum dilecta. col.xvj.verſi.amplia decimo.extra de reſcr.vbi etiam latiſsimè videbis, quando ſolennitas eſt pro forma,& Philip.Dec.in c.prudentiam.in iiij.notab.extra de offic.deleg.& in c.de appellationibus. extra,de appel.& in l.j.§.vni.verſ.ad hęc reſponderi poteſt.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſd.nec id quidem mirum:quoniam vt dicit Bal.in l.vlt.col.ij.C.de ſuis & legit.formę nihil addi,nihil detrahi poteſt.Quando autem aliàs dicatur leuis ſolennitas,vide per Bart.& alios in dicta l.j.in fin. ff.de vētre inſpi.Bar.in l.j.§.ſi plures in iiij.q.ff.de exercit.& Bal.in l.hac conſultiſsima.circa mediū. & ibi recētiores C.qui teſta.facere poſ.& Alex.cōſ.cxlj.viſo teſtamento.col.vlt.verſ.poſtremo.li.ij.quod iterum repetitur in conſi.xcviij.lib.4.Iaſ.latè in l.ij.§.prius autem.col.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit.

¶Tertiò



*Officialis quãdo non eſt ſindicandus.*

13 ¶Tertiò ſupradicta confirmantur ex l.quanuis.ff.de condit.& demon.vbi Bal.dicit,quòd officialis non eſt ſindicandus,ſi iura,vel ſtatuta in leuibus non obſeruarit,quod & idem dicit per text.in l.obſeruare.§.proficiſci.col.pen.verſ.xxxiij.& d.c.cum te.in prin.extra de re iud.& ſequitur Iaſ.in l.j.col. ij.verſ.ſecundò habetis.C.vt omnes iud.tam ciui.quàm milit.poſt adminiſt.crim.

*Conditio tota requiritur ad eſſe ſui diſpoſiti.*

14 ¶Quartò per illum tex.dicit etiam Bal.in l.pro hæreditariis.col.2.verſ.xj.C.de hæred. act. quòd licèt ex natura conditionis,tota omnino requiratur ad eſſe ſui diſpoſiti.ff.eo.& ff.de cond.& demon. l.cui fundus.& l.tales.modicus tamen defectus bona fide errantis,non impedit implementum conditionis iure benignitatis,per d.l.quanuis.ff.eo.quæ vt ſubiicit,non eſt alibi ſecundum Oldr.

*Modicus error in reddēdis tutelæ rationibus non obeſt.*

15 ¶Quintò dicit quoque Bal.per illum tex.in l.omnem matri.col.3.verſ.caueat tamen. C.ad Senatuſcon. Tertul.quòd modicus error matris,quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias,in reddendis rationibus tutelæ filiorum,non obeſt,nec ob id mater punitur,quod & idem dicit ipſe Bal.in auth.iiſdem pœnis.col.pen.verſ.ſed quid ſi propter errorem.C.de ſec.nup.& idem generaliter in omnibus tutelę rationibus,vt ſcilicet modicus defectus non vitiet totum,idem Bal.in l.j.C.ſi aduerſ.ſolut.vbi ad hoc dicit illam l.quanuis.notabilem,& id eſſe menti tenendum.

*Qui parū trãſgreditur, non uituperatur.*

16 ¶Sextò quod d.l.quanuis.ff.de condit.& demon.allegatur à noſtris doct.ad dictum Ariſtot.li. ethic. 2.c.vlt.& li.4.cap.5.Qui parum tranſgreditur , non vituperatur,& ita inter cæteros alleg.illum tex. idem Bal.in l.2.in xij.q.verſ.ſed nunquid ſufficit.C.de reſc.ven.& in l.quicunque.col.ij.verſ.item facit ad quæſtionem.C.de ſer.fug.vbi etiam alleg.l.ij.§.vlt.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & idem quoque Bal.in l.j.col.vlt.ff.de legib.vbi dicit,quòd qui parum tranſgreditur,non mortificatur, & in c.cum adeò.col.ij.& iterum in c.ſi proponente.paulò ante fi.extra de reſcrip.vbi dicit ad hoc ſingul. not.tex.in d.l.quanuis.& c.cum te.extra de re iud.& conſi.cxliij.præſuppoſito cōmunis Papiæ ſtatuto.col.ij.lib.j.quod conſi.repetitur conſi.xliij.lib.v.& Io.Ana.in c.vlt.col.ix.verſ. adde etiam prædictis.extra de colluſ.deteg.Ro.in rep.d.§.de viro.in iij.fallen.vbi dicit illum tex.in d.l.quanuis.ſemper ad hoc allegari,& Bart.conſi.58.omnipotentē & immortalē Deum.col.xv.lib.iiij. cui ſimile eſt quod dicit Io.Cald.in c.cum ex iniuncto.col.vlt.de hæret.quòd ſi parum diſcedatur à medio, non eſt contra virtutem,ſed ſi multum,tunc corrumpitur virtus in ſuo actu , ad quod multa iura allegat.

*Pœna pecuniaria in corporalem tranſmutari non debet pro minimis.*

17 ¶Septimò per id etiam infert Bal.in d.l.quicunque.col.ij.C.de ſer.fugit.quòd pro minimis non debet pœna pecuniaria in corporalem tranſmutari , nec propter leues abuſiones , aut tranſgreſsiones pauperes corpore puniendi ſunt,per quod dictum Iaſ.in §.pœnales.col.viij.verſ.vlt. inſtit. de actio. dicit limitari regu.qui non habet in ære,luat in corpore.

18 ¶Octauò dicit Bald.per d.l.quãuis.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.quòd parū & nihil æquiparantur, quod & voluit Phil.Corn.conſi.63.videbatur,col.vlt.lib.j.& conſi.77.licèt multū,col.vlt.li. 2.& conſ.29.in præſenti conſultatione.col.ij.lib.iij.qui & ad hoc dicit allegari tex.in c.de multa. extra de præb.& Socin.conſi.cviij.in hac conſultatione.col.iij.vbi & ad hoc allegat extra de præſcr.c. de quarta.ibi,nullus aut rarus, cui adde & ſimilem tex.in c.coram.in fi.ibi,rarò vel nunquam. extra de offic.deleg.& extra de prob.in c.licèt cauſam.in verbo, nulla vel modica. & extra de ſent. & re iudicat. ibi,nulla fuerit vel minima,& ff.quod cum eo.l. ij. vbi æquiparantur qui omnino non ſucceſsit,& qui in minima parte ſucceſsit,& inſtit.de fideic.hæred.§.ſed quia.ibi,ob nullū,vel minimū, & inſtit.ad leg.Falcid.in prin.in illis verb.pro nullo,aut modico.& ideo dicit gl.not.in auth.de inſtr. caut.& fid.§.pe.in verbo,inter quos.quod æqualis eſt conditio nihil ſcientis,& parum ſciētis. Et eſt quod dicit Ariſtot.lib.2.Phyſic.Id nihil deeſſe videtur quod parum deeſt.

*Auth. loquens de uxore indotata, procedit in uxore habēte paruam dotem.*

19 ¶Nonò ex hoc infert Bal.in d.auth.præterea.in fi.& poſt illum Sal.Pau.Caſt.Rom.Alex.Fran.Aret. dicunt auth.loquentem in vxore indotata,procedere & in vxore habente paruam dotem,quod voluerunt & Cyn.& Bal.in l.licèt.C.de iure dot.Pau.Caſt.& Rom.in l.diuortio.in prin.ff.ſolu.matr.& Rom.in l.ij.in prin.ff.eo.Alex.conſi.xij.repetitus in cauſa.col.j.lib.vij.& latè Corn.conſi.ccxlix.viſo ſupradicto puncto.col.j.& ij.lib.iij.& Barb.conſi.lxxiiij.ſcripſit Pſalmiſta in princ.lib.iiij. Super quo tamen vide Fran.Pep.in repet.dictæ auth.præterea.col.iiij.cum multis ſeq.Soci. quoque conſi.cxxj. præmittenda eſt diſputatio,col.vij.verſ.capio nunc ſecundum.lib.iiij.

*Pro re minima nō datur redhibitoria.*

20 ¶Decimò eſt tex.ff.de ædil.edict.in l.ſi tamen.§. vlt. vbi pro re minima non datur redhibitoria , & ita dicit per illum tex.Bald.in l.ſi prædium,col.j.verſ. quæro pro quibus rebus. C. de ædil. edict. & redhibit.actio.vt ſubdit,quòd nec pro paruis vitiis datur etiam redhibitoria,per d.c.cui Deus. & l. 1.§.ſed ſciendum.verſ.proinde leuis febricula.eo.tit.Nam non quælibet infirmitas, denominat quē infirmum.& vulnuſculum modicum,nullum habet in ſe delictum.Itaque ſi dicat ſtatutū , quòd ſindici teneantur denunciare percuſsiones ſanguinolentas,vbi eſt leuiſsima cutis ſciſſura , non eſt denuncianda.Nam ſciſſura leuis,aut ſcorticatura(ita enim appellat)non dicitur vulnus, & ſi in platea eſſet illatum,neque pro tali vulnuſculo atrox pœna irrogaretur,quia modica alteratio , non dicitur infirmitas,ff.eo.l.qui clauum.§.vlt.hæc ibi Bald.& idem fermè voluit ipſe,& Alber.in d.§.ſed ſciendum.per tex.ibi,& idem Bal.in c.cum adeò.col.ij.extra de reſcrip.& Angel.in l.extat.ff.quod metus cau.& in l.ſi pignore.§.furem.ff.de furt.Rom.in l.j.§.excuſantur.per illum tex.ff.ad Silleia.& in d.§. de viro.in iij.fallent.vbi & ad hoc allegat l.quæſitum.ff.de re iudic.vbi leuis febricula non excuſat, & ff.de iniur.l.item apud Labeonem.§.quæſtionis.& Alex.in addit.Bart.in l.eleganter.§. qui reprobos.in fin. ibi,reproba pecunia.ff.de pign.actio.& conſil.ciiij.ſtatutum loquens.col.vlt.lib.j. & conſi. 100.viſa inquiſitione,col.vlt.lib.vj.& conſil. clxxxvj. viſo proceſſu , colum.j. lib.vij.Barb.in tracta.

de præ

de præſtantia Card.in viij.q.primæ partis.col.vlt.Corn.conſi.lxxvij.licèt multum.col.vlt.lib.ij. Iaſ. in l.j.col.viij.tit.qui feu.date poſſ.vbi facit ſing.ad hoc tex.in dicto §.ſed ſciendum.& Gaſpar Valaſci hoc reputans ſing.in repet.l.imperium.col.lvj.verſi.in contrarium tamen facit. ff.de iuriſd.omn. iud.& bene facit vltra prædicta tex.xviij.diſt.c.placuit.& ibi gl.

*Statutum puniens facientē uulnus an habeat locum in uulnuſculo.*

21 ¶Vndecimò per illum tex.in dicto §.ſciendum.voluerunt Alber.& alij, quòd ſtatutum puniens facientem vulnus non habet locum in vulnuſculo,quod tamen (inquiunt)poſſet procedere reſpectu illius edicti:ſed in ſtatutis in quibus propria,& ſtricta interpretatio recipitur,non eſſet ſecurum recedere à verbis ſtatuti,cùm nonnunquam leuiſſima iniuria,pro iniuria capiatur,per l.ſeruum quem. ff.de pignor.Verùm Cæpol.ibi nu.36.tenet contrarium,ſcilicet,quòd indiſtinctè non punitur pœna ſtatuti per dictum tex.ita ſciendum.huic propè ſimile eſt,quod voluerunt Bal. & Imo.in l.ſenatus. §.Marcellus.ſuprà alleg.ff.de lega.j.quòd conſtitutio pœnalis loquens de ſanguinis effuſione, non intelligitur de modica,quòd & voluit Ioan.And.in addit.Spec.in rub.de accuſ.in fi.& Pan.in c.propoſuiſti.in ij.notab.de conſec.eccl.vel.alt.& Rom.in repet.dicti §.de viro. ſed hoc vtique etiã procedit propter verbum,effuſio,quòd ſua natura denotat abundantiam, vt voluerunt Ioan. Andr. & Panor.vbi ſuprà,& eſt gl.ordin.in cap.cùm illorum.in verbo,ſanguinis effuſionem.de ſent.excom. quam & ibi not.Panorm.col.iiij.dicitque hoc notandum,quia facit ad multa, & d. Gaſpar Valaſci loco ſuprà alleg.illam ad hoc facit ſing.ſed eſt alia glo.ſimilis in clemen.Romani.§.vlt.in verbo, effundendis.de elect.& eſt tex.expreſſus quem vtraque glo.allegat in c.reuertimini.xvj.q.j.ibi, verbũ effuſionis,nomen largitatis oſtendit.

*Effuſio ſanguinis abundantiã denotat.*

*Statutum prohibens acquire re forenſem, quomodo intelligatur.*

22 ¶Duodecimò,quod etiam in dicto §.Marcellus.voluit Imo. quòd forenſis ex ſtatuto prohibitus acquirere,poteſt tamen acquirere rem modicam,& idem tenuit Bald.in l.j.ff.nau.cau.ſtabul.& in l. cum ſeruus.§.vlt.ff.de legat.j.& in l.hi quorum.verſi.rurſus quæro.ff.de pign.Ro.n. ſing. cccxxxij. hodie quidem procurator.per d.§.Marcellus.quem dicit ſe neſcire alibi Ambroſius Piſo in l. filiusfam.§.diui.ff.de leg.j.

*Parum ſiue leuiter tortus,nõ habetur pro torto.*

23 ¶Decimotertiò memorabile eſt,quod per tex.in d.l.j.§.ſciendum.ff.de ædil.edict.dicit Bald.in l.obſeruare,col.j.C.quorum appel.non recip.quòd parum, ſiue leuiter tortus, non habetur pro torto, quaſi paria ſint non torqueri,aut parum vel leuiter torqueri,& ſequuntur Alex. in addit. Barto.in l. denunciaſſe.§.quid tamen.in fi.ff.ad leg.Iul.de adult.Iaſ.in l.ſciendum.col.4.verſ.octauò facit. ff.qui ſatiſd. cog. & Hippol. Marſil.qui hoc dicit notab. in l.furem.col.iij.ff. ad legem Cornel. de ſicar.& per hoc eſt bonus tex.ff. de iniur.l.item apud Labeonem.§. quæſtionem. quem & ad hoc ponderat Barb.dicto conſi.x.col.v.lib.j.& d.conſi.lxxiiij.col.j.lib.iiij.

*Vicinum aut conſanguineũ ægrotum non præſumi ſcire facta uicini.*

24 ¶Decimoquartò per eundem tex.voluit Rom.in l.is poteſt.ff.de acqui.hęred.& ibi etiam poſt eum Alex.col.iij.verſ.ſed hoc intelligit, limitantes id quod ſcribit Bart.ibi,vicinum, aut cõſanguineum ægrotum,non præſumi ſcire facta vicini,aut conſanguinei per c.cum in tua.extrà qui accuſ. poſſ. vt procedat niſi in leuiſſimo quopiam morbo,qui vt ipſi dicunt,pro morbo non habetur,per illũ tex. in d.§.ſciendum.& in l.ob quæ vitia.eo.tit.& in d.l.quæſitum.ff de re iudic.

*Leges diſponẽtes remiſsionẽ fieri mercedis cõductori &c.*

25 ¶Decimoquintò eſt tex.in l.habitatores.ff.locat.qui limitat alios tex.diſponentes fieri remiſsionem mercedis conductori,pro rata eius quo frui non potuit.ff.eo.tit.l.ſi fundus.cum ſimi. vt non procedant,ſi paulò minus commodè vteretur aliqua parte cœnaculi,aut aliàs aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret,cui etiam bene conuenit text.eod.tit.l.ſi in lege.§.colonus.& in l.ſi merces.§. vis maior.ff.loc.vbi in hæc verba ſcribitur,modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui non aufertur modicum lucrum.

26 ¶Decimoſextò eſt tex.in l.qui ſic.ff.de ſolut.vbi ſolutio quæ ex pacto durat momentum vnum,non parit liberationem ſicut nec videtur tranſlatum dominium,quod momento durat,id eſt,non conſideratur tranſlatio dominij,quæ momento ſolùm durat,vt eſt tex.in l.vlt.§.vlt.in fi.C. de bonis quæ liber.& not.Bart.in l.vlt.ff.de condit.inſtit.Pau.Caſt.in l.frater à fratre.col.vij.& ibi etiam Iaſ. col.ij. vbi ponit tres limitationes.ff.de cond.indeb.

*Pretium quod durat momẽto temporis, non attenditur.*

27 ¶Decimoſeptimò eſt tex.in l.pretia.§.vlt.ff.ad legem Falcid.vbi non attenditur pretium,quod durat momento temporis,per quem tex.dicit Bart.ibi,& poſt eum recentiores,quòd res tanti eſt,quã tum vendi poteſt,non vno die,vel vno momento, ſed pluribus diebus: quod & idem dicit in l. ſi ſeruus furtiuus.la ij.in prin.ff.de cõdict.furt.& in l.j.col.pen.verſi.item aduerte ad vnum. C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt.ideò idem Bart.in l.ij.in fi.C.de reſcin.vendit.ſentit non ſatis eſſe ei qui remedio huius l.agit, probare rem tanti valuiſſe die,ſiue tempore venditionis,ſed neceſſe eſſe probare quòd ante,& poſt idem tempus tanti valuerit,& ſequitur Ang. Aret. in §. ſi quis agens. col.v. verſi.capio tertium.inſtit.de actio.

*Incertus libellus quando ad mittatur.*

28 ¶Decimooctauò eſt tex.in l.ſi verò contrà.§.quia plautianum.cum gl.in verbo,ex ſenatuſconſulto. ff.de lib.agnoſ.ex quo probatur,quòd licèt admittatur tum demum libellus incertus, quando incertitudo procedit ex facto conuẽti.l.vbi autem non apparet.§.qui illud aut illud.ff.de verb.oblig. tamen vbi tractatur de modico præiudicio, admittitur huiuſmodi libellus incertus, etiã ſi incertitudo non procedat ex facto aduerſarij,& ita ille tex.cum glo.intelligitur,dicitque illũ not. Cæpola in l.j.§.ſciendũ.nu.4.ff.de ædil.edict.his adde tex.in l.vlt.§.vlt.in fi.C.de bon.quę liber.vbi momẽtanea acquiſitio filiifamil. nihil prodeſt patri in acquiſitione vſusfructus, ibi quoque dicunt Bald. Cyn.& alij non eſſe curandum de momento.Sed & ex eo Bald.in c.cum cauſa.in fi.extra de ſent. & re iudic.



re iudic.not.dicit momentaneum dominium non infringere regulam mendicãtium: ad hanc rem facit text.in l.ſi quis ita legauerit. ff.de condit. & demonſtr. vbi ſi quis vxori aliquid legauerit dum eſſet cum filio,& ea modico tẽpore abſuerit,debetur ei nihilominus legatum,quia non omne momentum exigendum eſt,vt cum liberis ſit.

29 ¶Decimononò text.eſt in l.ij.§.quòd ſi egenis,& §. Tractari belle poteſt. ff. ad Tertul. vbi non punitur mulier non potens tutorem filiis impuberibus, qui habent patrimonium puſillum, & ferè nullius valoris,quos text.ad hoc alleg.Roman.& dicit notabiles in repetit.d.§.de viro. quo loco ſuprà citauimus.

*Mulier non petens tutorẽ filiis impuberibus,quando nõ puniatur.*

30 ¶Vigeſimò text.eſt C.de ſacroſanct.eccleſ.l.iubemus.§.ſanè.& ibi bona gloſſ.quòd in minimis cauſis,poteſt quis eſſe iudex & tabellio,& ita etiam voluerunt Ioan.Baptiſt.Cacia.& Gaſpar Valaſci in repet. d. l. imperium.col.xxiiij.in xxx.q.& Panor.in c.ij.col.antepen.extra de probat.vbi dicit eſſe ſing.not.Felin.in c.quoniam contra falſam.col.j.& iterum col.pen. verſic.viij.quæro. extra eo quanuis tamen regulariter ſecus,vt not.Innocen.in c.cum à nobis.extrà de teſtibus. & plenè habetur in dicto c.quoniam.

*In minimis cauſis quis poteſt eſſe iudex & tabellio.*

31 ¶Vigeſimoprimò eſt etiam text.in auth.de armis.ante fin.in verbo,cultellos breues.vbi gloſſ. dicit, quòd ſtatutum puniens portantes arma,nõ intelligitur de paruis cultellis idoneis ad ſcindendũ pennas vel panem,quam ſequitur Ang.in l.j.ff.ad leg.Iul.de vi publ.vbi dicit non eſſe alibi, & in l. ſi pignore.§.furem.ff.de furt.& Ioh.Ana.qui dicit quoque illam ſing.in c.lator.circa princ.vbi text. not, in verbo,cultellus.de homic.Alex.in l.vlt.ff.ad leg.Iuliam de vi publ.Io.Platea,qui & illam gloſ.dicit ſing.in l.j.C.vt vſus armorum.lib.xj.Roma.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Silleia.Ang.Aret.in tract.maleſic.in ver.vno ſtoco.poſt prin.vbi illam dicit ſingularem.& Corne.conſi.lxxvij.licet multum. col. vlt.lib.ij.& bene facit glo.in rub.de fabricenſ.lib.xj.& quod voluit Panor.in c.clerici.le j.col.vlt. extra de vita & honeſt.cler.& Felin.in c.ita quorundam.col.j.& ij.de re iudic.ad hoc facit text. in l. ita autem in prin.ex qua limitantur aliæ leges ſtatuens tutorem debere pecuniam pupillarem collocare in emptionem prædiorum, quòd ſi neglexerit in vſuras teneri, vt videlicet non procedant cum pecunia pupillorum eſt exigua.

*Arma quæ dicantur.*

32 ¶Vigeſimoſecundò eſt tex.in c.epiſcopi xj.q.iij.vbi pro minimis cauſis non debent excommunicare epiſcopi,& hoc quoque not.gl.ibi,ſimiliter eſt text.prohibens.ne quis ſuſpendatur à communione in c.nullus.xj.q.iij.& bene facit quod ſcribit gl.ibi, quòd non pro omni peccato mortali quis eſt ſuſpendendus,quod & idem aſſerit gl.in c.vir cum propria.xxxiij.q iiij.

33 ¶Vigeſimotertiò eſt tex.in c.terrulas. xij. q. ij. vbi prælatus poteſt ſine ſolennitatibus iuris alienare rem eccleſiaſticam etiam immobilem modici valoris,& ita voluit per illum text.Domi.ibi & gloſ. eadem q.& cauſa.gl.quoque in c.abbatibus.& ibi Archid.ea.q.& cau.Inn.Ant.& alij in c.j. extra de his quæ fiunt à prælat.gl.& Hoſt.in c.ſi proponente.extra de reſcrip.Ioan.Ana.in regula,qui tacet.& Feder.Senen.conſil.ccx.in Chriſti nomine caſus talis eſt. vbi per hoc dicit rem modicam eſſe excluſam à ſolennitate & rigore iuris,contineríque ſub iuramento prælati,qui iuraret ſe non alienaturum inconſulto ſuperiore.Henr.Bohic.in c.etſi quæſtiones.extra de ſimo.& Ang.in §.hoc etiam. in fi.in auth.de alienat.& emphy.Petr.Anchar.conſi.ccccxx.quidam ſeruus Antonius.col.vlt.& idem Pet. Anch.Imo.& Pan.ſequentes illud dictum Fed.in c. ſuper extra de rebus eccle.non alien.Idem Panor.illud quoque allegans in c.vlt.col.pen.extra de eccleſ.ædifican.& Ioan.Fab.in authen.hoc ius porrectum.col.ij.verſi.tertio caſu.& ibi etiam Bal.& Salic.C.de ſacroſanct.eccle.Imo.in c.j.extra de his quæ fiunt à maio.parte cap.Socin.conſi.ccviij.viſis actis.col.pen.& Barb.qui ſuper hoc conſuluit in conſi.lxj.à Ioue principium.col.iiij.verſic.præterea facit.lib.ij. & Iaſ. in c.j.col.vj.verſic.adde ad prædictorum confirmationem,& iterum col.ſeq. verſicu. quartò vltra alios tit.qui feud.dare poſ.& Franc.Curt.in tract.feud.in xxj.q.pen.q.princ.Et apud nonnullos ex his comperies, an id procedat non ſolùm in epiſcopis,ſed & in aliis prælatis.

*Quando prælatus poſſit alienare rem eccleſiaſticã ſine ſolẽnitatibus iuris.*

34 ¶Vigeſimoquartò tex.eſt in ſimili,extra de donat.c.cæterũ. vbi prælatus poteſt modicam de rebus eccleſiæ donare ſi hoc habet cõſuetudo,quaſi non modica non poſſit etiã ex conſuetudine,vt ponderat Panor.conſi.45.ſatis videtur mihi.poſt prin.lib.j.verum ceſſante conſuetudine poteſt prælatus modica ex redditibus quos habet,& minima ex his quæ ſunt eccleſiæ, etiam ſine conſenſu capituli donare,vt voluerunt Ant.& Panor.in d.c.cæterum.& bene facit quod voluit Innoc.in c.fraternitatem.extra eo.& Hoſt.in c.ſi quis ſanè.de pecul.cler.& poſt eum glo.in c.præſenti.in verbo, reſeruari. de offic.ord.lib.6.& Panor.ſibi contrarius conſil.31.contingentia facti eſt talis in ciuitate.col.1.lib. 1.

*Prælatus poteſt modica donare de rebus eccleſiæ, ſi hoc habet conſuetudo.*

35 ¶Vigeſimoquintò voluit in ſimili Panor.in c.cum in officiis.col.j.verſi.ſecundò fallit.extra de teſta. intelligens dictum doct.ibi volẽtium,vt valeat conſuetudo, quòd clerici poſſint teſtari de bonis ex eccleſia acquiſitis,vt hoc quidem procedat in bonis modicis, eius exemplo quod diximus in præced.cap.alioquin(inquit)non valet per ea quæ ibi allegat.

36 ¶Vigeſimoſextò memorabile eſt,quòd generalius voluit Feder.Senenſ.conſi.clv.quæritur an laici. quòd licèt non valeat conſuetudo eccleſiæ grauauem adferens.c.j.de conſuet. vbi tamen conſuetudo huiuſmodi grauaminis modicum vel præiudicij eccleſiæ adferret,& aliàs eſſet fauorabilis,valeret,& idem fermè voluit Card.Florent.in dicto c.j.ad fi.& ibi quoque Panor.in prin.& in fin.& Rofred.Cur.in c.vlt.char.xx.verſi.ex præmiſſa concluſion.& iterum char.ſeq.verſic. limita modò.vbi docet,quando dicatur conſuetudo multum vel modicum præiudicialis eccleſiæ.

*Cõſuetudo grauamen eccleſiæ adferens, quando ualeat.*

CC

37 ¶Vigeſimoſeptimò tex.eſt extra de donationibus inter virum & vxorem,c. per veſtras.in illis verbis ſatis poſsit ei modicum credi.ex quo not.Ioan.Ana.in c.ſi proponente.poſt princip.extra de reſcript. quòd non debet quis cogi pro modico cauere, quòd & ante illum ex eodem notat Archidiac.in c.non poteſt.de præbend.lib.vj.ſed & idem dicit per illum text.Henric.Bohi.in c. & ſi quæſtiones.extra de ſimon.verùm ille text.non videtur hoc bene probare, & in contrarium eſt text. ff. vt in poſſ.leg.l.quanuis.

*Virum non debeat quis cogi cauere pro modico.*

38 ¶Vigeſimooctauò text.eſt in c.ij.cum gloſſ.ex quibus not.ibi Anto.in fin. quòd modica diuerſitas vel contrarietas in teſtibus etiam in facto principali,non vitiat eorum teſtimonium, quod amplectitur & recipit Alex.in l.inſulam.ff.ſolu.matr.& in l.eos.in addit.Bal.ff.ad leg.Corn.de fal.& idem Alex.conſi.v.in cauſa inquiſitionis.col.penult.verſi.ad idem quod ſignanter. lib.j.& conſi.xxiiij.animaduerſis his.col.vlt.lib.ij.& conſi.lxv.viſis proceſsibus.col.iij.verſi.& licèt etiam.& iterum verſic. reſpondeo.eod.lib.2.& conſi.cv.reuerendiſsime domine.col.vlt.verſic.ad hoc accedit.eod.lib.2.vbi hoc dictum Anto.pro eleganti allegat,& conſ.cxxij.viſo proceſſu vtriuſque cauſæ.col.penult.verſi. non obſtat ſi dicatur.eo.lib.2.& conſi.xlij.in cauſa & lite vertente.col.vlt.verſi. præterea licèt teſtis. lib.3.& Iaſ.in l.vlt.col.pen.verſic.item etiam in facto.C.de bon.poſſ.ſecundum tab. vbi hoc Anton. dictum affirmat eſſe ſing.& ſe nuſquam alibi legiſſe,& Philip.Dec.conſi.cv.diuino implorato præſidio.col.2.Sed & plus dicit D.Thomas xxij.q.lxx.artic.ij.in fin.quòd teſtium diſcordia in minimis, facit teſtimonium credibilius,quia teſtis ex hoc non præſumitur in vnum eundémque & premeditatum ſermonem deponere,arg.l.iij.§.j.ff.de teſtib.

*Modica contrarietas in teſtibus non uitiat eorum teſtimonium.*

39 ¶Vigeſimononò celebratur gloſſ.in c.ſi proponente.in princip. de reſcript. vbi inter multa quæ de modico illic congerit, illud annotat, quod apud nos vice prouerbij dicitur, Pro modico nec plus nec minus,ad quod allegat text.de conſecra.diſtinct.ij.in c. re vera mirabile eſt. vbi & hoc quoque not.gloſſ.in princ.in verbo,mortui ſunt.& gloſſ.etiam vlt.in procemio decretal. Et Henric. Bohic. in c.etſi quæſtiones.de ſimon.

*Pro modico nec plus nec minus, Gallicum prouerbium.*

40 ¶Trigeſimò,dicunt illæ eædem gloſſ.in dicto c.ſi proponente.& d.c.re vera. quòd modica res non inducit ſimoniam per tex.extra de ſimon.c.etſi quæſtiones.& j.q.j.c.iudices.id quod etiam voluit in d.procemio decret.& in d.c.ſi proponente.in princip.& in c.de appellationibus.extra de appel. Sed contra hoc eſt text.extra eo. de ſimo.c.ex tuo. vbi ſex ſolidi inducunt ſimoniam, ibíque not. gloſſ. quòd quantitas parua non inducit diuerſitatem iuris,& allegat iura ſimilia ſoluentia contraria, & ibi poſt eam Panor.& glo.in d.procem.decret.& in c.plerique xiiij.q.iij.Hoſtien.Henr.Bohic. Ioan. Ana.& Panor.in d.c.etſi quæſtiones.

*Vtrum modica res inducat ſimoniam.*

41 ¶Trigeſimoprimò notandum eſt,quod etiam voluit gloſſ.c.vlt.extra de corp. vitiat. Limitans iura quæ repellunt deformes corpore à ſocerdotij functione, vt patet per illum totum titu.vt non procedāt in parua ſiue modica deformitate per text.ibi,quem etiam ad hoc not. Iohannes Ananias in dicto cap.ſi proponente.& ante illum Archid.in dicto cap.non poteſt.de præb.lib.6.& voluit etiam Baldus in dicto cap.cum adeò.extra de reſcript.& Henric.Bohic.in dicto c.etſi quæſtiones. & Cæpol.in l.j.§.ſed ſciendum.num.38.ff.de ædil.edict.& facit text.ff.de ædil.edict.in l.cui dens. vbi dicit Bald.Oldrad.eam l.allegaſſe coram Iohan.xxij.cùm quædam impedimenta alicui obiicerentur ne promouerentur ad ſacerdotium.

*Qui deformes corpore repellātur à functione ſacerdotij.*

42 ¶Trigeſimoſecundò licet regulariter non poſsit tranſigi ſuper futuris alimentis teſtamento relictis, niſi prætoris auctoritas interueniat, vt voluerunt Archid.& Ioh.Ana.in iiſdem locis ſupra alleg.tamen in minutis quibuſque alimentis hoc fallit per tex.in l.cum hi.§.vlt.ff. de tranſact.

43 ¶Trigeſimotertiò licet minoris debitor, vel creditor repellatur à tutela ex vi illius authentic.minoris.C.qui dare tut.vbi gloſſ.Bartol.Bald.& Salicet.hoc tamen non obtinet, ſi debitum fuerit exiguum,doct.in d.authen.minoris,& Barto.in l.ſi quis in pignore.§.vlt.ff.de pign.& Roman.in repet. d.§.de viro.in iij.fallen.vbi gloſſ.valde commendat.Alexand.conſi.clxxxvj.viſo proceſſu.col.j. lib. vij.vbi etiam illam dicit notab.

44 ¶Trigeſimoquartò propter paruum debitum nō poteſt quis dici ſuſpectus, nec capi ex ſtatuto permittente, vt appræhendi poſsit quaſi ſuſpectus de fuga,vt voluerunt Cyn.Bald.& alij in authen.ſed iam neceſſe.vbi glo. C. de donat.ante nupt.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.cred.Bald.in auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.& Rom.conſi.cccxx.hæc iſtorum quinque captura.col.ij.verſic. vltimò neceſſarium eſt.& ſing.xcvj.dic mihi tu habes.vbi hoc reputat ſing.& Alex.in rubri.col.j.ff. ſolu.matr.& Soci.in tract.fallent.in regula lxxviij.debitor fugitiuus.& Barbat.in addit.Bal.in l.conſentaneum col.iiij.verſi.quæro vna.C.quomodo & quando iudex.& Catel.qui hoc quoque reputat ſing.memo.fideiuſſor propriè.in fi.& memo.ſuſpectus.

*Propter paruū debitū non poteſt quis dici de fuga ſuſpectus.*

45 ¶Trigeſimoquintò facit quod voluit gloſſ.in authenti.de hæredit.& falcid.§.hinc nobis.in verbo, ſubſtantiam.aliàs facultatem,dum loquimur de ſacculo,vnde infert Angel. ad ſtatutum diſponens non poſsidentem domum poſſe vt ſuſpectum detineri, vt videlicet poſsidens viliſsimam domum non gaudeat beneficio ſtatuti.

*Statutum diſponens non poſsidētem domū ut ſuſpectum detineri.*

46 ¶Trigeſimoſextò conſimilem vim habet,quod dicit gl.notab.quam ſequuntur Bald.Ang.& alij ff. qui ſatiſd.cogan.l.ſciendum in prin.quæ illum text.ſancientem poſſeſſorem immobilium ſatiſdare non compellendum,ita intelligit,vt quis pro vili ceſpite terræ non euitet ſatiſdationem.arg.l.creditores.ff.de priuil.cred.& eſt ſimilis gl.in l.ſi fideiuſſor.§.vlt.ff.qui ſatiſd.cogan.

*De eodem.*

Trigeſi



47 ¶Trigeſimoſeptimò licèt aliàs non præſumatur donatio l.cum de indebito.cum ſimilib.ff.de prob. fallit tamen in re parua ſiue modica gl.in l.cum quid.ff.ſi cer.petat.vbi Bart.& alij,& glo.in l.ſi filij. C.de donat.inter.vir.& vxor.idem Bart.in l.quæ dotis.col.3.verſi.ſequitur ex genere.ff.ſolu.matr.& Rom.conſi.337.quod ad primum.col.j.& Corn.conſi.81.primus conſultationis articulus.col.j.verſi. & in paruis.lib.j.& conſi.122.circa præſentem.col.j.verſi.quia in paruis.lib.2.

*De eodem.*

48 ¶Trigeſimooctauò huic finitimum eſt, quòd licèt præſens pro conſentiente non habeatur, quando tractatur de eius præiudicio l.qui patitur.ff.mand.& plenè not.in regula iuris,is qui tacet.de reg.iur. lib.vj.fallit tamen vbi agitur de modico præiudicio,vt voluit Bar.in d.l.quæ dotis col.vlt.verſ.quæro quid ſi ſum.ff.ſolu.matri.& per text. in l. quam Tuberonis ſententiam ff.de pecul.& l.Sabinus.ff. commu.diuid.& l.Labeo.ff.de aquapluuia.arcen.& l.qui bona.§.ſi quis iuſſus.ff.de damno infect. ſequitur Feli.in c.cum Marthæ col.xviij.verſi.fallit tertiò.extra de conſtitut.& Philip.Dec. in c.ſuper eo.col.iiij.verſi.ſecundo reſponderi poteſt.de offic.deleg. Et hoc quoque videtur voluiſſe Panor.in c.cæterum.col.iiij.verſi.ego puto. extra de foro compet.

*Præſens quādo habeatur pro conſentiente, cùm tractatur de eius præiudicio.*

49 ¶Trigeſimononò hûc pertinet,quòd licèt per donationem eccleſiæ factam quis acquirit ius patronatus,vt voluit gloſſ.lxiij.diſt.can.in ſumma.& xvj.q.vij.piæ mentis.Innoc.& alij in rub.extra de iure patron.tamen propter modicam dotem non efficitur quis patronus,vt dicit gloſſ. ſing. xvj.q.vij. c.quicunque fidelium.quam multum commendat Panor.conſi. cvj.factum ſuper quo.col.ij. lib.ij.& Iaſon in rub.ff.ſolu.matr.col.vij.verſi.quinto facit.& illam etiam dicit not. Iaſon in auth. prætereà. col.iij.C.vnde vir.& vxor.

*Ius patronatus acquiritur per donationem eccleſiæ factam.*

50 ¶Quadrageſimò voluit Innocen. in cap.cum acceſsiſſent. de conſtitutionibus, quod licèt eccleſia cathedralis vel alia non poſsit ſine conſenſu epiſcopi ſtatuta facere,poteſt tamen minima quæpiam ſtatuere, & idem dicit ipſe Innoc.in c.requiſiſti.de teſtam.& ſequitur Panormit.conſi.vij.Ieſu Chriſti &c.col.ij. lib.ij.

*Eccleſia cathedralis uel alia non poteſt ſine conſenſu epiſcopi ſtatuta facere.*

51 ¶Quadrageſimoprimò voluit idem Innoc. in cap.tua nos. de arbit. quod licèt non poſsit procurator generalis conſtitutus ad agendum tranſigere per l.tranſactionis. C. de tranſanct.fallit tamen in minimis rebus,quod & voluit Angelus in l.mandato generali.ff.de procurat.quos refert & ſequitur Franciſc.Curt.in addit.Alexand.in d.l.tranſactionis.ſed caue,quia nullum eſt cap.quod ſic incipiat, tua nos.extra de arbit.

52 ¶Quadrageſimoſecundò ſcribit Gulielm. Cum.& poſt eum Paul.Caſtrenſ.in l.ſed & ſi pupillus.§. conditio.in verbo,continua variatione.ff.de inſtitut.act.quod ſi iudex delegat vicarium iuriſdictioni exercendæ,dum ipſe aberit,& contingat quod poſtquam is abeſſe cœperit vicarius exerceat,qui & ipſe per interualla abſit, valebunt tamen acta coram vicario facta, perinde atque ſi nullo modo abſuiſſet, ne ex huiuſmodi momentanea variatione partes decipiantur, quod ſequitur & dicit notab.Philippus Decius in c.quoniam abbas.colum.ij.de offic.deleg.vbi per hoc dicit,quod licet clauſula in reſcripto appoſita,quod ſi non omnes &c.intelligatur,vt valeat quod actum eſt per vnum ex iudicibus datis,ſi leui parúmque diuturno impedimento cæteri fuerint impediti, quod valde commendat Philip.Dec.

*Iudex ſi delegat uicariū iuriſdictioni exercendæ dum aberit, ualent acta uicarij.*

53 ¶Quadragemotertiò tacendum non eſt,quod conſuluit Feder.Senen.conſi.lxxxv.ſtatuto ciuitatis. columna vltima,quod quando agitur de modico præiudicio,ſtatutum laicorum quod habet rationabilem cauſam,compræhendit etiam eccleſiam & pias cauſas,vt refert & ſequitur Domin. in cap. vlt.columna penultima,de immunit. eccleſ. & idem voluit Cardin. in repet.c. perpendimus. in x.q. verſicu.ſi autem ſtatutum.de ſentent.excom.Philip.Dec.in c.ſanctæ Mariæ.col.xxvj.verſic.primus eſt.de conſtitutionibus.

*Statutum laicorū quando cōpræhendat eccleſiam.*

54 ¶Quadrageſimoquartò ſcribit Bart.in l.vlt.C.de cano.larg.titu.lib.x.quod licet poteſtas non poſsit iubere,quod pecunia communis alij ſoluatur quàm camerario & receptori ipſius pecuniæ, & ſi aliter faciat,punitur,vt per totum illum titu.fallit tamen in modica pecunia, quam poteſt pro arbitrio ſuo conuertere in neceſsitates publicas,arg.l.diuus.ff.de bon.damn.

*Pecunia cōmunis aliis, quàm camerario ſolui non poteſt.*

55 ¶Quadrageſimoquintò idem Bar.dicit in l.mediterraneæ.per illum tex. C. de anno.& tribut.quod ſi pupillus modica quædam mobilia & viliſsima tantùm habeat, vt confectio inuentarij plus eſſet allatura incommodi & ſumptuum,quàm vtilitatis, tutor non tenetur conficere inuentarium.quod dictum commendat Panor.in c.de appellationibus.extra de appel. Contrarium tamen tenet Ioan. Andr.in addit Spec.tit.de actor.vniuerſ.verſi.puberes.

*Niſi ſit modica.*

56 ¶Quadrageſimoſextò ſcribit idem Bar.in l.j.§.item ſolent.col.ij.verſi.item pone,quod ſi tutor in inuentario non poſuerit aliquid quod valdè modicum eſt,illi non obeſt,per text. in l. ſi cui dens. ff. de ædil.edict.ſeq.Firmia.in tracta.de epiſcopo.in 4.parte.lib.4.in 12.q.poſt prin.& idem voluit Spec.tit. de inſtru.edit.§.vlt.verſi.ſed ſi omnia non poſsint.& ibi Bal.qui & d.l.quanuis. allegat. Quid autem de hærede conficiente inuentarium,quíque vnam rem tantùm omiſit ponere,an priuetur beneficio inuentarij,vide per Firmia.vbi ſuprà.

57 ¶Quadrageſimoſeptimò hûc facit,quod memoriæ prodidit glo.vj.diſtin.c.teſtamentum, in verbo, humiliter.per tex.ibi,quòd ſacerdos pro re leui ſiue modico crimine non cogitur abſtinere à celebratione miſſarum,ſi velit celebrare:huic ſimile quoque eſt quod dicit Anton.in c.ex literis. in fin. extra de fide inſtru.quod modica & leuis raſura non vitiat inſtrumentum.Iaſ.in l. ſciendum. col.4. verſi.xj.facit.ff. qui ſatiſdare cogantur.

*Arbitrator in modico poteſt lædere alteram partium.*

58 ¶Quadrageſimooctauò poteſt arbitrator in modico lædere alteram partium, vt not. Bart. in l. Pomponius ait. cum §. j. idem Pomponius ſcribit. vbi impub. l. aliàs ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbit. & in l. ſocietatem mecum coiſti. §. arbitriorum genera ſunt duo. ff. pro ſoc. Bald. Salic. & recentiores in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Bald. in l. ſi hæredis. C. de manu. teſtam. vbi dicit, quod arbitrator poteſt trãſigere ſuper liquido, modicè tamẽ lædendo, quia pro bono pacis de modico non curamus & idem Bald. in l. j. col. j. in ij. oppoſ. paulò ante fin. C. de his quæ pœnæ nomi. & in c. cum adeò. col. ij. verſi. vel dic quod aut loquimur. extra de reſcript. vbi huiuſce rei reddit rationem, quia hoc videtur illi permiſſum à partibus, vt poſsit in modico lædere in odium & execrationem litium, quia maius eſt commodum pacis & concordiæ, quàm læſio eiuſmodi, itaque pacis & concordiæ gratia introducta ſunt arbitramenta. Matthæ. in repetition. clemen. ſæpe. §. quæ omnia. colum. ſexta, de verbor. ſignificat.

*Vaſſallus non priuatur feudo propter modicam ingratitudinem.*

59 ¶Quadrageſimononò dicit Bald. in c. cum adeo. col. ij. verſi. item habemus. quòd vaſſallus non priuatur feudo propter modicam ingratitudinem, ſicut nec exhæredatur filius, niſi propter magnam cauſam, idem ferè dicit Bald. in l. ſolo obſequij. vbi gloſ. C. de liber. cau. vbi & hoc dicit expreſsim in conſtitutionibus feudorum, quòd vaſſallus propter leuem offenſam aut feloniam non debet feudo priuari, ſed debet eſſe talis ex qua poſſet filius exhæredari, vnde (inquit) tex. æquiparat filium vaſſallo, illum tamen text. in ſpecie non allegat, ſed illum reperies in c. j. circa medium, in verſic. non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio. titu. in quibus cau. feud. amit. iuncto c. porrò. verſicu. prædictis modis. titu. ſeq. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. & ſequitur Barb. conſi. xlv. omnipotentem & immortalem. col. xv. lib. iiij.

*Vaſſallus non priuatur feudo pro modico tẽpore.*

60 ¶Quinquageſimo cum valeat argumentum à re ad tempus. l. miles ita. §. & quia diximus. vbi Bart. & alij, ideo ſicut pro re modica non priuatur vaſſallus feudo, ita nec pro modico tempore, per id quod voluit idem Bald. in c. j. col. j. verſi. ſed pone quod vaſſallus. tit. quibus modis feud. amit. vbi licèt dicatur quòd vaſſallus qui dimiſit dominum in prælio, feudum debet amittere, hoc tamen non procedit ſi breui temporis momento dimiſit, ſtatímque rediit, & hæc confirmat quod habetur in l. vlt. in illis verbis iniurias atroces. vbi non quilibet locus, iniuria, vel ingratitudo reuocat donationem, ſed tantum atrox iniuria.

*Priuilegium nõ ſubdito conceſſum reuocari non poteſt.*

61 ¶Quinquageſimoprimò, licèt priuilegium non ſubdito conceſſum reuocari non poſsit, vt voluerunt Inno. & omnes in c. nouit. de iudic. Lap. alleg. cix. in quæſtione propoſita. colum. vlt. cum multis concordan. adductis per recentiores in dicto c. nouit. fallit tamen vbi agitur de modico priuilegio, vt conſuluit Alex. conſi. ccxxv. nec arguendi ſumus. col. iiij. lib. ij. prout illum allegat Philip. Dec. in dicto c. nouit. col. ix. verſi. fallit quintò. de iudic. extra.

*Tempus interpellare pro homine, de paruo tempore non intelligi.*

62 ¶Quinquageſimoſecundò ſcribit Bal. in l. ſi mihi & Titio. §. j. ff. de legat. j. licèt tempus (vt ſolet dici) pro homine interpellet. l. magnam. C. de contrah. & committ. ſtipul. cum ſimil. hoc tamen ita debet intelligi, niſi tempus quoddam paruum ſit, quod & idem voluit ipſe Bald. in c. domino guerram. §. ſed hoc tit. hîc finit lex Corrad. his adde quod ſcribitur in l. data opera. col. ij. C. qui accu. non poſſ. quòd iura punientia incendiarium pœna mortis, non intelligantur de paruo incendio, id quod ſequitur & commendat Alex. conſi. lxxxvj. viſo proceſſu cauſæ vertentis. col. j. lib. vij.

*Lex ſi unquam de reuoc. non habet locũ reſpectu rei modicæ.*

63 ¶Quinquageſimotertiò tradit Innoc. in c. vlt. extra de dona. quòd l. ſi vnquam. Cod. de reuoc. dona. non habet locum reſpectu rei modicæ, quod valdè commendat Corne. conſi. iiij. dubia ſatis mihi ſunt, col. iiij. & iterum vj. lib. iij. & Iaſon in l. generaliter. §. j. col. iiij. in fin. v. limit. C. de inſtit. & ſubſtit. de quo latius dixi in mea repetit. l. ſi vnquam.

64 ¶Quinquageſimoquartò ſententia interlocutoria adferens modicum præiudicium, poteſt ferri parte non citata, vt voluit Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. & ibi Iaſon colum. v. ff. de offic proconſulis. Angel. Innocen. & Paulus Caſtrenſ. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Anton. & Imol. & alij in c. auditis. extra de procuratoribus. Imol. Roman. & Iaſon in l. ſi opus. ff. de noui oper. nunc. idem Roman. in l. j. ff. de arbit. & conſil. lxxij. circa primum quo quæritur. Panorm. conſil. iij. omnipotentis Dei. in viij. quæſtio. libro ſecundo, Corne. conſil. lxxj. ſuper primo. colum. iiij. verſicu. & tamen interlocutoria. lib. j. & iterum conſil. cccxxxiij. capio primo controuerſiam. col. v. verſic. tamen eſt aduertendum. eodem lib. j. Quanquam Bald. alibi hoc tantùm principi videtur permittere, vt videlicet poſsit in modico partem non citatam lædere in rub. de reſcr. col. ij. & Roman. in repet. l. j. col. iiij. verſi. dubitatio tamen vertitur.

*Statutum quòd nulla condemnatio fiat à capitaneo, &c.*

65 ¶Quinquageſimoquintò his ſuccinit, quod ſcriptũ reliquerunt Bar. & Ang. in l. leuia. in fi. per illum tex. ff. de accu. quod ſtante ſtatuto vt nulla condemnatio fiat à Capitaneo, niſi prius fiat depoſitũ ſub pœna 50. librarum, ſi contingat, quod Capitaneus condemnet aliquem in viginti ſolidis non facto prius depoſito, non propterea tenebitur, quia huiuſmodi ſtatutum non habet locum in iſtis paruis & leuioribus delictis, quod vult Alex. conſi. clij. viſo proceſſu cauſæ matrimonialis. col. iij. verſic. nec his obſtat ſi diceretur. lib. v. vbi etiam per hoc decidit, quod ſententia lata ſuper modico & paruo furto in camera iudicis, & ita non ſeruata forma, non eſt ob id minus valida.

66 ¶Quinquageſimoſextò licet poſsidens res hæreditarias præſumitur adiuiſſe hæreditatem, l. j. C. de repud. l. pro hærede. & l. Iulianus. ff. eod. hoc tamen non procedit ſi poſsideret res quaſdam nullius aut parui pretij, vt voluit Sali. in l. non hoc. C. vnde legit. de quo nonnihil per Bald. in c. j. col. iiij. verſ. quæro an filius. tit. an agnat. vel fil. def unct.

¶Quinqua



*Deteriorans domum poteſt expelli.*

67 ¶Quinquageſimoſeptimò dicit Bal. in l. æde m. col. vlt. verſi. quæro qualiter hoc intelligatur. C. loca. intelligens poſt Nico. Mart. illum tex. vt loquatur de illo, qui domum conductam deteriorem facit, ob ídque poſsit expelli, ídque procedat ſi valde deterioret domum, ſecùs ſi parum, d. l. ſcio illud. ff. de in integr. reſtit. & hoc quidem dicit committi arbitrio iudicis quando dici debeat domus parum, vel multum deterior facta, vt habeatur ratio qualitatis rerum & perſonarum.

*Emphiteota non poteſt expelli pro modica rei deterioratione.*

68 ¶Quinquageſimooctauò ſimile eſt, quod voluit idem Bal. in auth. qui rem. in ij. not. C. de ſacroſan. eccle. intelligens etiam text. ibi volentem poſſe emphiteotam expelli propter rei deteriorationem, non procedere in modica quadam deterioratione. Nam pro modico (inquit) non fiet reſciſsio contractus per d. l. ſcio. & ibi illum ſequuntur Fulgoſ. Pau. Caſt. & Iaſ. col. ij. & propterea Bald. ipſe quem ſequuntur Curt. & Iaſon in l. fructus eſſe. aliàs diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matri. Limitat illam cõmunem ſententiam, ex qua poteſt emphiteota expelli ſi arbores fructiferas exciderit, de quo ibi per doct. & per Pet. Cyn. Bal. Salic. & Paul. Caſtr. in d. auth. qui rem. vt non procedat, ſi ex tali exciſione modicum damnum ſequeretur per dictam l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. & dictam l. quamuis. ff. de condit. & demonſtr. & idem Bald. tenet Alexand. conſi. cviij. in caſu de quo quæritur. col. iij. verſi. ij. reſpondeo lib. v.

*Tempus non currit impedito, niſi ubi agitur de modico præiudicio.*

69 ¶Quinquageſimononò licèt aliàs regulariter tempus non currat impedito vulgaribus iuribus: fallit tamen vbi ageretur de modico præiudicio, vt voluit Pet. Anch. in c. cum propter. per illum text. extra de iure patron. & Panor. conſi. v. in quæſtione quæ vertitur. col. pen. verſi. ego verò, & iterum col. vlt. paulò ante fi. lib. 2. vbi per hoc conſuluit, quòd tempus inſtantiæ currit impeditis, cùm hoc modici eſt præiudicij. quia inſtantia perempta acta ſola pereunt non cauſa, vt voluit Innoc. in c. cauſam quæ. de teſtib. & Bart. in l. cum lite mortua. ff. iudic. ſolui.

*Princeps poteſt ſine cauſa auferre ius alterius in modico quopiam.*

70 ¶Sexageſimò, poteſt princeps ſine cauſa auferre ius alterius in modico quopiam, vt not. Barto. in l. vlt. C. ſi contra ius vel vtili. Ant. Imol. & Panorm. in c. quæ in eccleſiarum. & ibi etiam latè Felin. & Dec. col. xviij. verſi. quarta declaratio. col. xij. verſi. quartus caſus. extra de conſtit. per text. C. de precib. imper. offer. l. quoties. & Alex. conſi. ccxxv. nec arguendi. col. 5. lib. 2.

71 ¶Sexageſimoprimò, non ſolùm princeps id poteſt, ſed in dubio cenſetur velle facere, vt nonnulli dicunt per glo. ff. de ſeruit. l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum, la ij. in §. publico loco interueniente. in verbo, incommodo. & l. ſed cum ab hærede. in glo. vlt. ff. ad Trebellia. vbi gloſſa, & l. ij. §. ſi quis à principe. in verbo, impetrauit. ff. ne quid in loco publ. & l. cũ auus. C. de emanc. liber. & voluit Cardin. in c. mandatum. in ſeptimo notab. de reſcrip. & Anto. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & Alexand. dicto conſi. ccxxv. col. v. verſi. ſubdit etiam. lib. ij. Contrarium tamen obtinet: cum non cenſeatur princeps etiam in modico velle alteri præiudicare, niſi conſtet de mente ipſius, tenuit gl. notab. in c. cum olim. in verbo, præiudicium. extra de conſuetud. quam ibi ſequitur & multum commendat Domin. ad ſtatuta, & Iaſon in repet. d. l. quominus. in xj. q. ff. de flumin. Barto. quoque illam dicit ſing. & Decius in dicto c. quæ in eccleſiarum. loc. allegat. ea ratione motus, quia ius qualecunque ſit, competit de iure communi, ergo debet attendi per tex. ff. de damno infect. l. ſi proprietarius. in prin. & ibi Bart. & iura dicunt indiſtinctè, & generaliter, quòd intentio principis non videtur velle præiudicare tertio. c. ſuper eo. extra de officio deleg. cum ſimilib. ſed gloſſ. quæ volunt contrarium, innituntur auctoritate d. l. quoties. quæ loquitur quando conſtat de voluntate principis. Porrò illud verum eſt, quòd ſi cõſtet velle principem quempiam lædere, debet intelligi in modico, vt voluit Bald. in l. j. col. ij. verſi. item not. quòd non præſumitur. ff. de conſtit. per tex. in l. quoties. in verbo, ſine graui alterius præiudicio. C. de precib. imper. offeren. & ibi per doct. & idem Bald. in dicto c. quæ in eccleſiarum. & ſecundum hoc poſſunt intelligi gloſſ. ſuprà allegatæ, quas etiam ita intelligit Iaſon in dicta l. quoties.

*Honorum continuatio, legibus prohibita.*

72 ¶Sexageſimoſecundò quamuis honorum continuatio legibus prohibeatur. l. honor municipalis. §. gerendorum. ff. de mune. & hono. & C. per totum tit. de hono. & mune. non conti. Quæ lex & apud veteres Romanos obtinuit, vt memorat Liuius lib. 7. in fi. & iterum lib. 10. vbi Fab. Maximus, huius legis authoritate conſulatum, qui ſibi vltrò à S. P. Q. R. delatus eſt, minimè capere voluit: huiúſque legis decemuiralis verba reperiuntur apud Tullium lib. 3. de legib. Eundem magiſtratum ni interfuerint decem anni, ne quis capito. quæ quidem ſumpta videtur ex legibus, vel Lacedæmoniorum, vel Thuriorum: apud illos enim lex erat, ne bis idem pręfectus claſsis fieret, vt tradit Plutarc. in Lyſandro: apud hos verò non niſi intermiſſo quinquennio militum præfecturam gerere licebat, vt ſcribit Ariſt. lib. Polit. 5. c. 7. huic tamen legi locus non eſt in paruis honoribus ſiue magiſtratibus ſubeundis, vt voluit Accurſ. in l. diuus. ff. de muner. & honor. & per tex. in l. liceat omnibus. C. de aſſeſſ. & in auth. de defenſ. ciuit. §. vlt.

*Vtrum in paruis negotiis uideatur electa induſtria perſonæ, &c.*

73 ¶Sexageſimotertiò haud tacendum eſt, quod tradit Inno. in c. vlt. extrà de officio delegati. quòd in paruis negotiis non videtur in dubio electa induſtria perſonæ, niſi hoc exprimatur, etiam ſi mandatum fuerit, vt negotium perſonaliter exequatur, quod dictum ſequitur Ioh. Ana. & Anto. & Panormit. qui putat hoc ſingul. in c. vlt. in penult. col. extra de dolo. & contu. Sed contrarium tenent propter verbum perſonaliter, Barb. & Felin. in d. c. vlt. de offic. deleg. tum quia aliter hoc verbum nihil operaretur, tum quia hoc datum videtur pro forma: aliàs adde rationes quas videre eſt apud ſupradictos doct.

*Vtrũ damna-*

74 ¶Sexageſimoquartò licèt aliàs condemnatus iniuriarum ſit infamis ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter

*Iur iniuriarum infamis fit, cũ leuis eſt iniuria.*

actum ſit.l.athletas.§.item ſi quis furti.qui eſt vlt.ff. de his qui notantur infam.hoc tamen non obtinet,cum quis pro parua leuique iniuria eſt condemnatus.c. cum te. extra de ſententia & re iudic. vbi gloſſ.& expreſsè voluit Petrus Anchar.ibi.Specul.in §.videndum.tit.de in integ.reſtitut.verſic. item iudex eccleſiaſticus.Archidia.in c.non poteſt.de præb.lib.vj.Ioh.Ana.in c.ſi proponente.extra de reſcrip.Bal.& Salic.in l.decuriones.C.ex quibus cauſis infa.irrog.& Bal.in c.j.§.iniuria.poſt prin. tit.de pace iuramento firm.Ang.in l.infamem.de publ.iudic.Henr.Boh.in dicto c.& ſi quæſtiones. de ſimo.& Roman.conſi.cxcj.inſtabo circa primum.col.ij.verſi.præterea ſententia.vbi dicit ad hoc ſingu.text.in dicto c.cum te.Ang.Aret.in tract.malefic.in verbo contumelioſa & iniurioſa.in fin.& nouiſsimè Ferdinan.Laza.qui ſolam illam gloſſ.allegat in repetit.§.diui.l.filiusfamil.char.xx. verſi. ſeptimò limitatur.ff.de legat.j.Contrarium tamen per illum text.tenent Innoc.Hoſtienſ. Ioh. Andr. Bald.Anton.Card.Panor.& Felin.ibi,& Bar.in dicta l.infamem.in fin.& ibi quoque Imo.ff.de publ. iudic.& Barb.in c.at ſi clerici.in prin.col.xxxix.extra de iudic. Sed pro prima parte facit text. nondum ab aliquo (quod ſciã) annotatus in l.diuus Seuerus Dionyſio Diogeni. ff.de iniur.vbi atrocis iniuriæ damnatus in ordine decurionum eſſe non poteſt,cuius rei ratio eſt,vt & ibi dicit gloſſ. quoniam infamis eſt,& infamia ab ordine decurionum repellit. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur.l. decuriones.& C.de decur.l.infamia. Ergo à contrario ſenſu condemnatus leuioris cuiuſpiam iniuriæ,in ordine decurionum eſſe poteſt.Ex quo planè colligitur,quòd non eſt infamis,quia eſſe decurio non poſſet,vt diximus.

75 *An ſolus princeps poſsit dare bona fiſcalia.*

¶Sexageſimoquintò memoratu dignum eſt, quod ſcriptum reliquit Bald. in l.ij.C.de commu.rer. alien.quòd licèt ſolus princeps poſsit dare bona fiſcalia.l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam. fallit tamen in modicis,l.diuus.ff.de bonis dam.qui quantum ad hoc faciat, cæterorum eſto iudicium: mihi certè parum hoc conducere videtur,cum & ibi fiat authoritate principis.

76 *Modica impendia non repetuntur.*

¶Sexageſimoſextò modica impendia non repetuntur,vbi etiam aliàs repeterentur,vt eſt text. in l.in rebus.§.poſſunt.vbi gloſſ.not.de modicis impenſis non curandum.ff.commod.idem confirmat tex. in l.omnino.& l.quod dicitur.& gloſſ.in l.ſi quis à liberis.§.ſi mater.impenſ.ff.de impenſ. in reb. dotalib.fact.de liber.agnoſc.

Sexageſimoſeptimò præcedẽtibus non abſimile eſt,quòd modica impenſa ad eum nonnunquam pertinet,qui aliàs non tenetur ad impenſas,vt eſt tex.loquens de vſufructuario l.hactenus.ff.de vſufr. vbi glo.quæ docet,quæ dicatur modica impenſa,& gloſſ.in l.hoc amplius.§.vlt. ff.de damno infect. doct.in l.eum qui.C.de vſufruct.

77 *Non eſt magnũ damnum in mora modici temporis.*

¶Sexageſimooctauò ſupradictis addendum eſt,quod de mora modici temporis paſsim dicitur in l. ſi debitori.ff.de iudic.in illis verb.neque enim magnum damnum eſt in mora modici temporis, & l.ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.& l.ſed ſi alia.ff.de conſtitut.pecu.& in l.ſi in lege locationis.§.colonus. ff. loca.l.ab hoſtibus,§.vlt.ff.ex quibus cauſ.maio.& c.potuit extra de loc.& conduct.l.j.§.qui præſens. ff.de verborum obligationib.l.continuus.in princ.eod.tit.& in l.duos.§.duo.ff.de duobus reis.l. cum antiquitus.C.de teſtam.vnde dicit Alber.in l.j.C.de verbor.ſignifica.quòd mora parua,non dicitur mora,& Barbat.conſi.l.viij.omnipotentem & immortalem Deum.col.xv.lib.iiij.quòd modicum interuallum non inducit actuum diuerſitatem,quod ante eum Bald. dixit in c. cum ideo.extra de reſcrip.& Archid.in c.vlt.de offic.deleg.lib.vj.de hoc quoque eſt text.in l.plerique.ff. de ritu nupt.vbi Bald.& l.non dubium.C.de repud.

78 *An præſcriptio intra paucìſsimos dies perficienda habeatur pro cõpleta.*

¶Sexageſimononò his proximum eſt,quod habetur in l.ſi fundum.ff.de fundo dot.in verſi.planè ſi paucìſsimi dies. vbi videtur probari, quòd præſcriptio intra paucìſsimos dies perficienda, habetur pro completa,per quem text.dicit Bald. in c. vlt. columna ſecunda,verſicu.modò quæro, extra de præſcript.illũ.nque ad hoc not.quòd propter modicum momentum,non vitietur temporis tractus. Et ferè ſimilis textus eſt ff. de vſucapionibus.l. rerum mixtura.§.Labeo libris epiſtolarum.Ex quo text.id multi voluerunt, quòd ſi interrupta fuit præſcriptio, ad cuius præſcriptionem pauci reſtabant dies, conceditur reſtitutio in integrum pro conſequendo lucro præſcriptionis, etiam cum iniuria alterius,quam opinionem amplexi videntur Dynus & Bartolus in lege qui fundum.§.qui bona.ff.pro emptor.Bartol.Imol.& recentiores in l.generaliter. ff. de vſur.& in l.naturaliter. ff. de acquirenda poſſeſsione.Bald.& Angel.in l.j.C.de annali exceptione. Angel.in l.ſi is cui.§.j.ff. de furt. Alexand.Franciſc.Aretin.& Iaſon in l.poſsideri.§.Labeo.ff.de acquirenda poſſeſsione.Roman. in l. ſi conſtãte.§.quoties.ff.ſolu.matr.Alex.in l.cum quidam.in prin.col.ij.ff. de acquir.poſſeſs.Et hæc eſt communis opinio,quicquid dixerit Raph.Cum.in d.§.Labeo in d.l.qui fundum.§.j.ff.pro emptore.

79 *Vſucapi cœptorũ, an per captiuitatẽ ſequutam interrũpatur vſucapio,&c.*

¶Septuageſimo ſimile eſt,quod voluerunt plerique limitantes tex.in l.ſi is qui pro empto.ff.de vſucap.vbi in poſſeſsis per ſe,vel etiam ſecundum dominum communem per ſeruum, filium, vel colonũ ex cauſa nõ peculiari,quæ ante captiuitatem domini cœperunt poſsideri,& vſucapi, per ipſam captiuitatẽ poſtea ſecutam perditur poſſeſsio, & ita interrumpitur vſucapio, nec redintegratur per fictionem poſtliminij,vt ſcilicet procedat,niſi tempore captiuitatis pauci dies ſupererãt ad complendã vſucapionem:nam tunc dominus reuerſus fingetur retrò vſucepiſſe iure poſtliminij,vt per tex.in dicto §. Labeo.voluit Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore.in j.oppoſ.ij.partis.& ibi quoq; Ang.Bar.in l. naturaliter.col.4.ff.de acq.poſſ.quanuis Inno.in d.l.ſi is qui pro emptore.tenerit cõtrarium,motus quibuſdam rationibus, quibus Iaſ.reſpondet. Sed tu vide text.his omnibus aduerſantem in l. in vſucapionem. in prin.ff.de diuer.& temp.præſcrip.de quo latius dicemus in contraria parte modicorum.

¶Septuage



80 ¶Septuageſimoprimò huic germanum eſt, quod voluit Bald. in c.illud.in j.col. verſic. quæro quot modis.extra de præſcr.vbi id quod dicitur per inundationem maris, vel fluminis interrumpi præſcriptionem l.qui vniuerſas.§.item quod mari.le ij.ff.de acq.poſſ.& in d. §. Labeo. non procedit in inundatione momentanea,ſed plurium dierum.Nam ſi recedit inundatio infra triduum, non interrumpitur præſcriptio,alioqui poſſeſsiones iuxta Padum ſitæ, nunquàm præſcriberentur, quod eſt abſurdum.Quin & Raph.Cuma.in dicto §.Labeo.id tenere videtur,vt ſimplex inundatio modici temporis,præſcriptionem non interrumpat,quod & confirmat Bal.in d.c.illud.& tex.in l.ſi ager cuius.ff.quibus mod. vſuſfr. amit. vbi ſi eodem impetu diſceſſerit quo venit, reſtituitur proprietas,& vſusfructus,& hanc partem latè probat Iaſ.in d.§.Labeo. *Præſcriptionẽ non interrũpi per inundationem momentaneam.*

81 ¶Septuageſimoſecundò proximè accedit,quod voluit & alia gloſſ.notabilis in l.qui poſſeſsionem. & ibi Bart.ff.de vi & vi arma.quòd ſi qui erat in poſſeſsione vi deiciatur,& paruo interiecto tempore poſſeſsionem recuperet,non dicitur interrupta præſcriptio ab eo incæpta. addit Barto. rationem:nam ex ſola ciuili poſſeſsione procedit præſcriptio,leg.j.§.per ſeruum,qui in fuga.ff.de acqui. poſſeſſ.& l.qui fundum.in princip.ff.pro emp.& not.gloſ.& doct.in d. l. poſsideri. quæ eſt iij. §. ex contrario.ff.de acqui.poſſ.At qui ſtatim recuperat,aut etiam ſe præparat ad recuperandam poſſeſsionem à qua fuit deiectus,nunquam deſit poſsidere,l.iij.§.eum igitur. & ibi gloſſ. & Bart.ff. de vi & vi armata. *Vi deiectus à poſſ. ſi paruo interiecto tẽp. eam recuperet non dicitur interrupta præſcrip.ab eo incepta.*

82 ¶Septuageſimotertiò not.quod dicit gloſ.in proœmio libri vj.in princ.in verbo, filius.& poſt eam Zenzel in proœmio eiſ.quòd licèt Papa epiſcopos fratres appellet, extra de crim.fal.cap.quanuis. tamen cum ad vniuerſitatem ſcribit in qua plerunque ſunt epiſcopi,omnes illius vniuerſitatis,mixtim filios appellat,vbi eſt tex.quoniam vt dicunt gloſſ.& Zenzel,& ferè ſemper in vniuerſitatibus ſunt pauci epiſcopi, propterea id reputatur,ac ſi nullus eſſet, nec de modico curat, & ſequitur Domi.in dict.proœmio lib.vj.quam rationem etſi Card.in dicto proœmio Clem.& in proœmio Decret.& ibi quoque Feli.reprobant,adferuntque aliam rationem. eſt tamen admodum, in hac modici tractatione conſideranda. *Papa cur uocet epiſcopos filios cum ad uniuerſitatem ſcribit.*

83 ¶Septuageſimoquartò licèt rex non poſsit alienare regalia in præiudicium ſucceſſoris.vt dicit Bal. in extrauag.de pace Conſtant.in verbo,ſucceſſiurum.Et vt alibi dicitur,non poteſt aliquam ciuitatem ſui regni alienare:ita etiam dicitur in l.cum mater.C.de bonis quæ lib. & in c. ſi generali. ſi de feu.fue.contro.poſt Hoſtienſ.in c.dilecti filij.de maio.& obed.& facit tex.in c.intellecto.de iureiur. id tamen rex poſſet, modò parua imperij diminutio ſequeretur,vt not.Bart.in l.prohiberi.§.planè. ff.quod vi aut clam.de quo tu vide plenè per Socin.conſi.vij.ſuper quæſtione mihi propoſita.lib.7. *Rex nõ poteſt alienare regalia in præiudiciũ ſucceſſoris.*

84 ¶Septuageſimoquintò his congruit, quòd licèt delegatio cauſa abſentiæ delegantis ſtatim expiret reuerſo delegante,vt dicit Bart.in l.j.in vij.q.& ibi latè Alex.col. xviij. ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.hoc tamen intelligitur,niſi delegans rediiſſet, rurſum ſtatim abiturus,quia interim delegatio non expirat, tanquam rediiſſe non videatur,vt voluit Alex.vbi ſuprà,poſt Cyn.& Albe.Paul.Caſt. in l.ſed & ſi pupillus.§.conditio.in ij.not.ff.de inſtit.actio.

85 ¶Septuageſimoſextò non longè abeſt, quod pulchrè voluit Philip.Dec.in c.quoniam abbas. col. ij. de offi.deleg.quòd in illa clauſula, quòd ſi non omnes, intelligatur durante impedimento alterius delegatorum:impedimento autem ceſſante,debet cognoſcere cum collega,vt per gloſ.& doct. ibi. Tamen ſi illud impedimentum ceſſaret modico tempore,puta vno die,& poſtea idem impedimentum contingeret,valeret quod actum eſſet per alterum,etiam eo die quo ceſſaret impedimentum, quia ceſſatio modici temporis non debet conſiderari.quod ſingul.eſt notand. *De eodem.*

86 ¶Septuageſimoſeptimò hũc vergit,quod accuratè tradit Bal.in l.j.C.de locat.quòd licèt pro defenſione rerum ſuarum,liceat occidere furem præſertim nocturnum.l. itaque.ff.ad legem Aquiliã. & l. furem.ff.de ſicar.hoc tamẽ non procederet in re vili,aut modica,nihil tamen allegat,& hoc quoque voluit,nulla Bald.mentione,facta Angel.in l.j.C.vnde vi.Matt.notab. cxxxiij. non quòd leges quæ permittunt,vbi ad hoc allegat text.in l.ſi ex plagis ſeruus mortuus eſſet.§. tabernarius. ff. ad legem Aquil.& Ang.Are.in tract.malefi.in verbo,& veſtem cæleſtem abſtulit.col.ij.verſ.& no. bene quod de iure.vbi dicit ſing.tex.in dicto §.tabernarius.& in §.j.Inſtit.de actio.Alex.in addit. Bart. in dicta l.furem.Felin.in c.interfeciſti.col.ij.extra de homicid.Iaſ.in l.vt vim.col.antepen.ff.de iuſt.& iur.Ad quod Matth.& Alexand.addunt hanc rationem : nam ſi parcitur famæ hominis pro re modica, l. ſcio.ff.de in integ.reſtit.multò magis vitæ,per tex.in l.ſi adulterium.§.liberto.ff.ad legem Iuliam de adult.Quanquam hæc ratio à Philoſophis non probaretur,qui cenſent potius mortem, quàm infamiam ſubeundam,vt eleganter diſſerit Cicero lib. iiij. Offic. quibus ſubſcribens diuus Paulus ad Corinth.9.Bonum,ait,eſt mihi magis mori,quàm vt gloriam meam quis euacuet.Sed & alibi leges noſtræ comparant infamiam morti l.iuſta cauſa manumiſſ.in princ.ff.de manu.vind.vbi & hoc no. gloſſ.quæ & alleg.text.in l.iſti quidem.§.vlt.ff.quod metus cauſa. & voluit etiam Alexand. in l. vlt. col.iiij.ff.de re iudic. *De eodem.*

87 ¶Septuageſimooctauò tradit Spec.tit.de reſcr.§.vlt.verſ. item quæritur quæ dicantur. quòd iudex delegatus poteſt de modica ſumma paulò ſcilicet maiori,quàm ſit expreſſa in reſcripto cognoſcere,quia modicum incrementum non debet mouere iudicem.l.j. ij.& iij.C.de alluuio. *Iudex delegatus de qua ſumma cognoſcat.*

88 ¶Septuageſimononò tradit ſimiliter Romanus ſingul.17.ſi alicui à principe fuerit conceſſa immunitas ab oneribus perſonalibus,non videtur liberare à leuibus,paruiſque oneribus,quæ quis breui- *Conceſſa ab onerib. perſo-*

*nalib. nõ uidetur liberare à leuibus.*

ter,facilitérque poteſt expedire,per tex.quem dicit vnicum in iure,in l.decurio fortunam.C.de decurionibus.lib.x.& hoc dictum refert & ſequitur Alexand.in addit.Bar.in l.eleganter.§.qui reprobos.in fi.magnæ additionis.ff.de pign.actio.& conſ.ciiij.ſtatutum loquens. in fi.lib.j.vbi eadem propè adſcribit,& quidem ferè ad verbum ſicuti in dicta addit.Sed antè hos idem dixerat Barto.in dicta l.decurio.per illum tex.

*Statutum puniens falſificantem monetam.*

89 ¶Octogeſimò per id, & quædam ſimilia tradit Alexander in dictis duobus locis, quòd ſtatutum puniens falſificantem monetam,non habet locum in falſificante modicam quandam monetam, & ſequitur Philippus Decius,in cap.de appellationibus.extra de appellationibus, & in cap.maioribus. col.j.de præbendis.

90 ¶Octogeſimoprimò voluit Panorm.in procemio Decret.col.vlt.quòd ſi teſtes depoſuerunt, quòd omnes fecerunt aliquid,vt non vitietur eorum dictum,ſi pauci ex illis illud non fecerunt, exemplo eius quod ſcribitur in c.re vera.in princ.de conſecr.diſt.ij.quòd omnes filij Iſrael,qui de manna mãducauerunt in deſerto mortui ſunt:cum tamen Caleph & Ioſue non ſint illic mortui,vt & ſcribitur lxxvj.diſt.c.ieiunium.in verb.exceptis duobus.

*Iudex an modica quædam accipere poſſit.*

91 ¶Octogeſimoſecundò,licèt iudex ab omnibus omninò muneribus abſtinere debeat, vt cum omni puritate iudicium illius procedat,non tamen prohibetur accipere modica quædam talia ſcilicet quæ iudicantis animum non immutent,vt dicit glo.in c.non licet iudici vendere.xj.q.iij.per tex.extrà de ſimo.c.etſi quæſtiones.Sed de hoc certè eſt tex.not.lib.vj.de reſcrip.c.ſtatutum.§.inſuper.loquens de eſculento,quod paucis diebus conſumi poteſt,& ibi gl. adducit ad huius rei confirmationem nonnulla,in quibus de modico non curamus,& bene etiam facit tex.not.in l.ſolent. ff. de offic. proconſul.ad hanc rem citans vetus adagium:Nec omnia,nec paſsim,nec ab omnibus:nam vt ſubdit, valde inhumanum eſt à nemine accipere,ſed paſsim viliſsimum, & per omnia auariſsimum.

*Fœmina non ſuccedens in feudo, quando exiſtũt maſculi ſuccedere non prohibetur, ſi poſt mortẽ patris maſculus illico mortuus eſt.*

92 ¶Octogeſimotertiò non dicitur extitiſſe,qui parum extitit,vnde cum res ita habet,vt non ſuccedat fœmina feudo dato liberis maſculis,& fœminis quando exiſtunt maſculi,vt eſt tex.in l. poſthumus. ff.de iniuſt.teſtamento.tamen ſi maſculus poſt mortem patris illico mortuus eſt, non prohibetur fœmina ſuccedere,quaſi videatur ille non extitiſſe,ita voluit gloſ.Bald.& Alua.in c.j.§.vlt.in verbo, omninò extantibus.tit.de ſucceſ.feud.& alia gloſſ.quam ſequuntur Iaco.Bel.Ray.Nicol.Bald.Alua. qui eam dicit valde ſingul.titu.epiſcopum vel abbatem. Et quibus Bald. dicit quòd etiam non dicitur vixiſſe,qui ſtatim obiit,de quo etiam tex.eſt expreſſus in c.nam & ego.extra de verb.ſignific. vbi gloſſ.not.quòd non videtur fuiſſe,qui parum durauit Iohan.Andr.& Panorm.ibidem. Non dicitur natus,qui ſtatim deceſsit.Et dicit etiam ipſe Panormit.& poſt eum Alua. & Cardin. allegantes Innocent.in dicto c.nam & ego.qui tamen hoc non dicit, quòd ille dicitur illico decedere, qui decedit antequam nomen ſit ei impoſitum in baptiſmo,quod tempus erat octo dierum ſecundum vetus teſtamentum. Cui adde quòd apud veteres Romanos maribus nono die, fœminis octauo nomen imponebant.Cuius rei,ſi quis rationes ſcire velit, legat Plutarchum in Problemat. cap.10. Sed illud nota,antequam hinc abeamus,quòd ſententia dictæ gloſſ.loquentis de ſucceſsione feudi, eſt vera his caſibus in quibus loquuntur, an autem aliàs procederet,vide Bald. in §. quinetiam. & Bart.in l.vlt.ff.ad ſenatuſconſul.Tertul.& alibi latè dicemus.

93 ¶Octogeſimoquartò voluit Cyn.in l.j.in vlt.quæſt.C. de pact. quòd venditio rei magnæ facta pro paruo pretio,habetur pro donatione,nec huius parui pretij habetur aliqua conſideratio,per text. in l.apud Celſum.§.ſi quis.ff.de contrahen.emptio.Et propterea æquè reuocatur per ſuſceptionem liberorum,per l.ſi vnquam.C.de donationib.ac ſi omninò eſſet mera donatio.Et hoc ſequitur Bald. in d.l.j.in tertio notab.& in rub.extra de pact.col.ij.verſ.quæro an venditio.Et bene faciunt not.per Guliel.Cun.Bald.& Salicet.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccl.

94 ¶Octogeſimoquintò licèt aliàs regulariter non ſuccedat fœmina in feudo c.j.§.& quia vidimus.tit. qui feuda dare poſſ. cum ſimilibus. fallit tamen in feudo quopiam modico,ſecundum Rom. conſi. cclxvij.circa primum.col.pen.verſ.fallit tertio.& Corn.conſi.xvj.aperta fronte.li.j.& Cardi.Alex. in dicto §.& quia vidimus.col.xvj.verſ.ſeptimò fallit.& alibi dicam latius.

*Teſtimonium illius, qui partim falſum depoſuit,omnino uitiatur.*

95 ¶Octogeſimoſextò licèt teſtimonium illius qui partim falſum depoſuit omninò vitietur, vt qui in periurium inciderit,vt voluit gloſ.in c.in noſtra.extra de teſtib.Bart.Bal.& alij in l.ſi ex falſis.C. de tranſact.cum ſimilib.tamen ſi quiſpiam affinis meus leui quadam,& modica affinitate, quæ videlicet eum à teſtimonio non repelleret,cùm pro me teſtimonium diceret,interrogatus an eſſet meus affinis,reſpondit non eſſe,certè propter hoc non vitiatur eius dictum,tanquàm nulla ſit huiuſmodi leuis affinitatis habenda ratio,& perinde ſit,ac ſi omninò non eſſet,ita voluit Iacob. Butr. in l. Lucius.ff.de his qui notantur infamia.& ſequitur Angelus conſ.cxciiij.viſis proceſsibus cauſæ.col. ij.& Hippolyt.Marſil.conſi.primo,col.ij.verſ.vlterius dico.& in repetitio.l.vlt.char. xlv. C. de probationibus.& ſingul.lxxvj.communis concluſio doctorum.tu tamen vide quod dicam infrà in contraria parte, verſic.xxxvj.

*Vtrum mãdati fines ſtrictè ſint ſemper diligenterq; cuſtodiendi.*

96 ¶Octogeſimoſeptimò dicit Barb.dicto conſil.lxxiiij.ſcripſit Pſalmiſta celebris,col.ij.libr.iiij. quòd licèt fines mandati ſint diligenter cuſtodiendi,l.diligenter.ff.mandati.poſſunt tamen in modico excedi.per gloſſ.allegatam in cap.quod ad conſultationem,quæ id mihi velle non videtur. Et multũ de hoc dubito,cum leges admodum ſtudiosè ſanxerunt,fines mandati cuſtodiendos, vt ne latum quidem(vt aiunt)digitum,videantur voluiſſe à mandato diſcedendum eſſe,vt patet in d.l.diligẽter.

in eo



in eo ipſo verbo, diligenter.ff.mandati.& C.eo.l.cum mandati. vbi mandati legem integram cuſtodiri conuenit,& extra de reſcript.c.cum dilecta.in fin.vbi forma mandati exacta diligentia obſeruanda eſt,& propterea eſt tex.notab.in c.vlt.extra de verb.ſignifi.vbi mandatum Papæ,de moderando numero clericorum iuxta facultates eccleſiæ, adeò exactè cuſtodiendum eſt, vt non ſit augendus eorum numerus,etiam ſi facultates abundè ſufficiant,quanuis aliàs contrariorum ſit eadẽ diſciplina,vbi eſt eadem ratio.l.vlt.§.vlt.ff.de lega.iij.verſ.contra quoque.cum ſimilib.ſitque in contrario eius quod mandabatur in dict.c.vlt.non ſolum eadem, ſed & multò maior ratio, atque fauor,cum ex eo auctus fuiſſet cultus diuinus:tamen illud ideò ſtatutum eſt,vt notat Anton. quia forma mandati eſt ſtrictè,& ad vnguem obſeruanda, vt etiam poſt eum dicit Iaſ. in l. inter ſtipulantem.§.ſacram.col.ix.verſ.limita iſtam regulam.ff.de verb.oblig. Quam rem etiam philoſophi eleganter prudentérque, vt aliàs ſemper, in vtramque partem diſſeruerunt. Alij enim ſemel ſtatuta, deliberatáque re ab eo qui negotium demandauerit, nequaquam putauerunt contra dictum eius eſſe faciendum,etiam ſi repentinus aliquis caſus oſtenderet poſſe commodius agi, ne exemplum eſſet honeſta conſilia religiosè mandantis violandi. Alij exiſtimarunt incommoda prius quæ metuenda eſſent,ſi contra mandatum fieret,cum emolumento ſpei compenſanda eſſe. Etſi ea leuiora minoráque ſint,vtilitas contrà grauior,& amplior,ſpe quãtùm poteſt firma oſtenderetur, tum poſſe aduerſum mandata fieri cenſuerunt,nec oblata diuinitus rei bene gerendæ occaſio amitteretur, quam diſceptationem recenſuit Gellius lib.j.cap.xiij.vbi & alia quoque in eam rem adducit,quæ ſi ad Iuriſconſultos reiiceretur,illud(vt arbitror)dicerent, mandatum ſemper ad amuſsim quantum fieri poteſt cuſtodiendum,niſi inopinatus quiſpiam caſus, atque repentinus mandanti non prouiſus,aliud agendum ſuaderet.vt eſt tex.valdè commendabilis in l.ſi hominem.ff.mand.

*Iuriſconſultorum opinio de mandato.*

*Coloni teſtimonium pro domino quando non ſit reiiciẽdum.*

97 ¶Octogeſimooctauò recenter,nec inſcitè tamen conſuluit Philip.Dec.(ingenio inter cęteros ſubtili)conſi.x.in cauſa inquiſitionis.col. pen. verſ. ſexto contra perſonam. Licèt aliàs colonus non ſit omnino teſtis integer pro domino,vt not.per doct.in c.pen.extra de teſtib.ſi tamen colonus eſt rei perexiguæ,aut leuis,tunc eius teſtimonium reiiciendum non eſt.

98 ¶Octogeſimononò,vt aliquantulum immoremur his quæ poſſet deſiderare conſuetudo ad probationem,quæ his caſibus fieri debet, vltra ea quæ diximus in principio,facit quod not. Panor. in c. cum olim.per glo.ibi,extra de cenſi.quòd in his quæ ſunt modici præiudicij, verba enunciatiua ad alium finem prolata probant,licèt aliàs ſecus.quod voluit idem Pan.per illam gloſſ.quam dicit no. in c.ſunt & alij.col.iiij.extra de reſcrip.& conſi. lxiiij. omnipotentis Dei nomine repetito, venio ad primum.col.iiij.verſ.item videtur.lib.j.

*Vtrum in cauſis uilibus ſcriptura non requiratur.*

99 ¶Nonageſimò voluit Bart.in auth.niſi breues ſint lites.inſert.l.ſi.per illum tex.C.de ſenten. ex bre. recitan.quòd in cauſis vilibus,& modici præiudicij,de iure ſcriptura non requiritur,nec in proceſſu, nec ſententia,quin iudici de omnibus actis coram ſe creditur,id quod ſequitur Pan. in c. quoniam contra falſam.in 3.notab.dicens eſſe clariorem tex.in auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.ſi. §.veritati.& ibi quoque Franc.Aret.col.vj.Bart.quoque in l.diuus.ff.de cuſt.reor. & ibi quoque ante vtrunque Bald.col.pen.verſ.vnum ſcias.vbi tamen diſtinguit, an pars fuerit præſens nécne, & ibi quoq; recentiores,& idem Pan.in c.iij.col. antepen. extra de probat.& bene etiam facit tex.in authen.de mandat.princ.§.ſic tibi.ibi,ex non ſcripto decidere. Licèt contrarium tenuiſſe videatur Phil. Dec. in dicto c.quoniam contra.in vj.not.vbi illum videbis.

*Officiario creditur in his ſolũ quæ ad eius officium pertinent.*

100 ¶Nonageſimoprimò licèt officiario credatur in his ſolùm, quæ ad eius officium pertinent, non etiam in cæteris vt not.Ioh.And.in addit.Spec.tit.de citatione.§.j.in prin.& Panor.in c.parati.col. iij.de appellationib.cum ſimil.fallit tamen in rebus modicis, & leuibus,in quibus indiſtinctè etiam in his quæ ſunt extra officium illis creditur,ſecundum Innoc.in c.j.de fide inſtrumentorum. Bald. Panormit.& omnes in c.poſt ceſsionem.extra de probat.Panorm.in c.cum in eccleſiis.colum. vlt. de maior.& obed.Panorm.in c.j.char.vlt.verſic.an autem ſi appareat.extra de iudiciis.Cyn. & Bal. in l.pacta nouiſsima.col.vlt.C.de pactis.& facit tex.extra de cler. peregrin.c.j. & l.diuus. §. cum autem.vbi Bart.ff.de officio præſid.

*Inſtrumentorũ amiſsio quibus probari poſsit per iuramẽtũ.*

101 ¶Nonageſimoſecundò ſcribit Alex.in l.huiuſmodi.§.ſi ita.in fi.ff.de legat.j. intelligens id quod à pleriſque traditur,inſtrumentorum amiſsionem probari per iuramentum,vt voluit Bar.& alij quoque in l.ſicut.vbi etiam gloſ.& in l.emancipatione.C.de fide inſtr.cum ſimil.vt id procedat ſolùm, cum agitur de modico præiudicio,per tex.ſupra ſæpius allegat.in l.theſaurus.ff.ad exhibend.& ita etiam voluit,licèt non tam clarè Bald.quem ipſe allegat in l.vlt.in fi.C.de eden.per tex.etiam in d. l.theſaurus.ff.ad exhiben.& in l.diſſolutè.C.de condit.ex leg.& Hippol. Marſil. in repet.rubr.C. de prob.col.xxviij.verſi.item iuramentum facit probationem.

102 ¶Nonageſimotertiò voluit Bar.in l.quominus.in xj.q.ff.de flumin.quòd vicini ſuperiores,vel inferiores non poſſunt impedire facientem emiſſarium,ſiue(vt dicunt)ecluſam in flumine publico, ex quo modicum in ſuis agris damnum ſentiunt,per tex.& glo.in l.j.§.ſunt autem qui putant. & §. ſeq. ff.ne quid in flum.pub.quam ſententiam latè Bart.confirmat,& Iaſ.in repet.d.l. quominus.

*Statutum prohibens rem immobilem alienari in extraneum, non habet locum in re aliqua uili.*

103 ¶Nonageſimoquartò,voluerunt duo recentes ſcriptores Opizo & Ferdinandus Loaza. in repetit. §.diui.l.filiusfamil.ff.de legat.j.ille quidem col.xxxvj.hic lxxvj.verſi.ſeptimò limitatur. Quòd ſtatutũ prohibens rem immobilem alienari in extraneum,non habet locum in re aliqua vili,per tex. ſuprà ſæpius citatum in l.ſenatus.§.Marcellus.ff.eo.tit.

¶Sed

¶Sed modus aliquis in his colligendis quæ ad hunc locum pertinent, tenendus eſt, poſtremò itaque

104 adiiciam eſſe præter eos tex. quos ſuprà citauimus, & alios pleroſque admodum ad hanc rem facientes, ex quibus nonnullos huc aceruatim ſubiungemus. Eſt igitur in eam rem vulgata l. ſcio. ff. de in integr. reſti. & l. metum. ff. quod metus cau. & l. res bona fide, ff. de contrah. emp. l. ij. ff. quod cum eo vbi cõparatur qui omninò non ſucceſsit, & qui in minima parte ſucceſsit, & l. ſi ex cauſa. in prin. ff. de minor. vbi gloſ. l. ſi quis. §. ſed & ſi quis. ff. de pig. actio. l. j. ff. de coniug. cum emanc. liber. §. illud non intereſt. l. licèt. §. vlt. ff. de adim. legat. vbi propter leuem offenſam non cenſetur legatum, aut fideicommiſſum ademptum, & l. lex Cornelia. §. ſi tamen. verſic. cæterum ad hoc pertinebit. & ff. de bonis eor. qui ſibi mor. l. vlt. §. idem reſcripſit. & ff. de manu. teſt. l. qui habebat. & l. ſi quis ante. §. vlt. l. ſi quis conduxerit. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. l. ij. §. vlt. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. l. j. C. ſi aduer. vendit. pign. auth. quod locum. C. de loca. & inſtit. de iniur. §. penult. vbi pro modica iniuria ſeruo illata non agit dominus, & j. q. j. c. iudices. vbi glo. in verbo, quinque ſunt oboli. & item c. bonę rei. xij. quæſt. ij. & c. ex parte. extra de fide inſtru. vbi vnus modicus literæ defectus, reſcriptum non vitiat, glo. quoque ibi, c. penult. de reb. eccleſ. non alien. c. requiſiſti. de teſta. vbi gloſ. in verſ. decens eſt. & in §. donare. tit. qualiter olim feu. pot. alie. ibi, ſub viliſsima duorum denariorum penſione. & quod voluit Bald. in l. ſi pater. in viij. q. C. de inſtit. & ſubſtit.

*Legatum non cenſetur ademptum, nec fidei cõmiſſum propter leuem offenſam.*

105 ¶Sunt tamen è diuerſo multi caſus in quibus modici atq; etiam minimi habetur ratio. Primus erit in l. & ſi ex modica. in princ. ff. de bon. lib. vbi in illo caſu ſatis eſt liberos liberti, ex parte quantulacunque hæredes inſtitui, vt patronum expellant.

106 ¶Secundus erit in l. ſi quid creditor. §. vlt. vbi ſeruus peculiatus dicitur, qui vel minimum habet peculium, etſi venditor peculiatum ſeruum aſſeruit, ſufficit ſi is minimum habeat peculium, quem tex. ad hoc not. Archidiac. in cap. non debet. de præb. libro vj. & in l. ij. in xij. q. verſic. ſed nunquid ſufficiet. C. de reſcind. vendit.

107 ¶Tertius in l. ſi tamen. §. vlt. iuncta gloſſ. in verbo, ſimplicem. ff. de ædil. edict. vbi pro re vili datur actio redhibitoria: adde text. in l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebellian. vbi filius patri ſuperſtes vno ſolùm momento, facit deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & eſt ſimilis tex. ff. de reb. dub. l. qui duos. §. vlt. vbi ſatis eſt filium patri momento ſuperuixiſſe, vt ex teſtamento illius hæres fuiſſe dicatur, & ad hoc, priorem tex. ponderauit Bald. in c. j. §. quinetiam. tit. epiſ. vel abbat. quod momentum temporis extinguit fideicommiſſum, ſiue ſubſtitutionem fideicommiſſariam factam filio ſi ſine liberis deceſſerit, quod dictum dicit ſing. Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col. viij. verſ. ex aduerſo. ff. de verb. oblig. & in l. antepen. col. ij. in prin. C. de inſtit. & ſubſtit.

108 ¶Quartus eſt in l. ij. & iij. C. de poſthu. hæred. inſtit. vbi natiuitate poſthumi, & ſi illico deceſſerit, rumpitur teſtamentum patris, quem etiam not. Bald. vbi ſuprà, ad hoc quòd momentum temporis reſcindit teſtamentum.

109 ¶Quintò in hanc rem eſt celebris l. quanuis. ff. vt in poſſeſ. legat. vbi ita ſcribitur, quanuis minima res ſit legata, vel per fideicommiſſum relicta, tamen ſi non ſoluatur ab hærede, vel eo nomine caueatur, cum caueri oporteat: in poſſeſsionem omnium bonorum, quæ ex ea hæreditate ſunt, legatarium, ſiue fideicommiſſarium prætor ſeruandorum legatorum cauſa mittit.

110 ¶Sextò tex. eſt in l. debitoris. quæ eſt vlt. & ij. ibi, nam ſi modicum de ſorte. C. debit. vendit. pign. impedire non poſſe, vbi ſi debitor obtulerit, ſoluerit creditori, aut depoſuerit, ſi creditor accipere recuſauerit, totum debitum præter modicum quippiam, non propter hoc impeditur creditor vendere rem pignori obligatam.

111 ¶Septimò commendatur tex. in l. ſi quis eum. §. ſi ſuo teſtamento. in verbo, alia rurſus hora. vbi interuallum vnius duntaxat horæ arguit diuerſitatem actus & formæ, & ibi hoc not. Iaſon in ſecundo notab. Et propterea etiam ratione vnius horæ, dicitur vnum inſtrumentum prius altero, & illi præfertur, vt eſt gloſſ. ſing. in l. ex pluribus. §. vlt. in verbo, die. ff. de ſolutionib. quam ad hoc cõmendauit & ponderauit Bald. in l. vlt. col. iiij. C. de edicto diui Adria. tollen. & in l. cum proponas. in fin. C. de interd. matrimonio inter. pupillam & tutor. & in l. imperator. col. pen. verſ. & not. quòd dies. ff. de ſtatu homi. vbi eam dicit ſingul. & in cap. paſtoralis, in princip. vbi Felin. colum. iij. & rurſum in cap. capitulum. colum. j. extra de reſcript. & in cap. conſuluit. & ibi etiam Felin. colum. iij. de officio deleg. & in c. licet. & in cap. quoniam contra falſam. de probationib. & in cap. ego enim. in princip. de iureiurando. & in c. ij. de confeſ. vbi glo. quam dicit ſingul. Barbat. in repetit. rubr. de fide inſtrum. col. xviij. verſic. quid de hora. & Iaſon in l. j. §. j. in ij. notab. in fi. ff. de eden. & Felin. in cap. ij. de officio deleg. & Catellia. in memor. incip. actus ita debent interpretari, & iterum in memor. incip. hora eſt, & alia gloſ. expreſsior, in c. ſi eo tempore. de electionib. in vj. quam annotat Iaſon in dicto §. ſi ſuo teſtamento. Eſt & alia ſimilis gloſſ. in c. duobus. in verbo, ſi non appareat. de reſcript. lib. vj. quæ voluit, quòd ratione vnius horæ, reſcriptum dicitur anterius altero, & illi anteponitur, licèt ſint eiuſdem datæ. Ex quo conſtat non ſemper verum eſſe id quod ſuprà diximus in prima parte, quòd modicum interuallum diuerſitatem actuum non inducit.

112 ¶Octauò allegatur tex. in l. iij. ff. de verb. ſignifi. vbi pro viginti millibus paſſuum, datur vnus dies, ſi ſint viginti vnum millia paſſuum, dantur duo dies, pro vno igitur miliari, quod ſupereſt, æquè datur vnus dies, ac pro viginti.

*Pro viginti millibus paſſuum, datur unus dies.*

113 ¶Nonò facit huc l. in maioribus. C. de appalletionibus, vbi etiam in minimis cauſis appellatur, & eſt ſimilis



eſt ſimilis tex. extra eod. c. de appellationibus. & vtrobiq; docto. his adde l. ſi proprietarius. ff. damno infect. cum dicitur in fin. §. j cadem ergo erunt, etſi minimum damnum detur. & ibi gloſſ. Bartoli & doctorum.

*Appellatur etiam in minimis cauſis.*

114 ¶Decimò l. eſt. ff. de acq. rer. domin. l. naturalem. §. gallinarum. & Inſti. de rerum diuiſ. §. gallinarum. vbi furtum committitur in gallina, & anſere, imò etiam, vt in poſtremo loco dicit glo. in ouo, quam ſequuntur omnes & bene facit tex. xiiij. q. iiij. cap. vlt.

*Furtum committitur in gallina, & anſere & etiam ouo.*

115 ¶Vndecimò eſt l. & ſi non totum. cum l. ſeq. vbi qui omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſsidet etiam minimam portiunculam (vt ille tex. loquitur) tenetur etiam in ſolidum ad præſtationem legatorum, vt etiam declarat glo. ibi, & Bart. in l. vlt. in primo artic. eo. tit. & Bal. in l. j. C. eo. tit. & Fran. Aret. conſ. clx. longa eſt iſta conſultatio. col. pen. verſ. ſecundò eſt præmittendum.

116 ¶Duodecimò tex. eſt in l. j. in princ. ibi, ſiue quantumcunque. C. de communi ſer. manumiſſ. ex quo not. Bald. ibi, quòd etiam ratione minimæ partis, quis dicitur alterius conſors, & id dicit facere ad ſtatutum Florentinum quo cauetur, ne poſsit domus alienari extra conſortes: nam poterit transferri in eum qui habet milleſimam partem.

*Ratione minimæ partis quis dicitur cõſors.*

117 ¶Decimotertiò eſt quoque l. ergo. §. ſi ex die. in illis verb. in fin. d. §. vel modica data occaſione. ff. de fideic. liber. vbi glo. in dicto verbo, occaſione nota, inquit bonum verbum. Et ex eo infert Bald. in c. per tuas. col. j. de probat. Leuem occaſionem interdum eſſe magni ponderis: quibus ſuffragatur l. in vſucapione. in prin. ff. de diuer. & temp. præſcr. vbi ſi etiam minimo momento nouiſsimi diei præſcriptionis res poſſeſſa ſit, completur vſucapio.

*Leuis occaſio interdum eſt magni põderis.*

118 ¶Decimoquartò eſt l. cum ſponſus. §. vlt. ff. de Public. in rem act. vbi ita ſcribitur in hæc verba, Sed etiam is qui momento poſſedit, rectè hac actione experietur. adde tex. in l. ſi pecuniam. in fi. ff. ſi cer. pet. vbi ex actu momentaneo transfertur dominium, quod not. Bart. & plerique omnes.

*Qui momento poſſedit, publiciana experiri poteſt.*

119 ¶Decimoquintò tex. eſt in l. tutor ſi petitus fuerit. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. vbi ita ad verbum ſcribitur: nam etſi quoquo modo in petitione tutoris erratum fuerit, non valet tutoris datio: vnde infert Bart. in auth. matri & auiæ. col. 2. verſ. quæro quid ſi mater. C. quando muli. tut. offi. fungat. quæ auth. eſt inſer. l. matres. quòd ſi mater fuerit data tutrix antequam renuntiet ſecundis nuptiis, & S. C. Velleiano, non valet datio, quamuis omiſsio leuis ſolennitatis non vitiet.

*Si in petitione tutoris erratũ fuerit, non valet tutoris datio.*

120 ¶Decimoſextò, vt aliquid dicatur extare, ſufficit quantulumcunque modicum ex illo extare, l. domum. ff. de contrah. emp. verſi. ſi verò quantacunque pars. & l. inſulæ. ff. de vſufruct. & ita per illos tex. poſt Oldr. voluit Pau. Caſt. conſ. clxiij. in cauſa præſenti. col. iiij. in nouis.

121 ¶Decimoſeptimò tex eſt in l. ſcapham. ff. de euict. vbi appellatione nauis, venit & ſcapha, quę parua eſt admodum nauicula, & eſt ſimilis tex. in l. vlt. ff. de fundo inſtr. & quod per illos tex. voluit Bal. in l. j. §. exercitoribus. ff. nau. cau. ſtab. de quo ſuprà diximus, verſ. iſtis nimirum accedit.

*Appellatione nauis uenit & ſcapha.*

122 ¶Decimooctauò eſt l. iij. §. cauſæ. ff. de carb. edict. ibi, vel modicum pro puero facientem, vbi ſi filius ſit in euidenti calumnia, repellitur ab illo edicto, ſed modicum quippiam ſufficit, vt non dicatur eſſe in euidenti calumnia, quem tex. ponderant Franc. Aret. & Iaſ. in l. vlt. C. eod. titu. vbi illum dicunt ſingul. ſubdítque Aret. hoc facere ad duo. Primum, vt per ſolam negationem, vel contradictionem res videtur effici dubia, modo negans, vel contradicens habeat aliquem leuem colorem, quod facit ad ea quæ habentur per Bartol. in l. poſt rem. ff. de tranſact. & in l. eleganter. §. ſi poſt iudicatam. ff. de cond. indeb. & quod nota. in l. j. C. de procur. Secundò per illum text. commendatur aureum dictum Bald. in l. deberi. C. de fideicommiſſ. lib. quòd leuis occaſio excuſat citatum dicentem, ſe non iturum ad iudicium, à calumnia vera, per glo. ord. & ſingul. in l. j. §. hoc iudicium. in fi. magnæ glo. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.

*Modicum ſufficit, ut non dicatur filius eſſe in euidenti calumnia.*

123 ¶Decimononò hûc facit tex. in c. non poteſt. de præb. libro vj. cuius hæc ſunt verba, Non poteſt diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum conceſſa impetranti prodeſſe, qui aliquod quantumcunque beneficium modicum ſubticuit, cum illam impetraret, quod confirmat text. in capit. ſi proponente. de reſcript. extra.

*Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorũ quando non ualeat.*

124 ¶Vigeſimò, ne quis putet illud ibi procedere, quoniam diſpenſatio ſit res ambitioſa, & reſtringenda, per text. qui loquitur in ſimplici impetratione, in cap. ſi metu. eo. tit. de præbendis lib. vj. vbi ſi quis impetret beneficium, & in impetratione taceat aliud beneficium quantumcunque ſit modicum, non valet impetratio: id quod etiam antè cautum fuerat, licèt non tam expreſsè in c. ſi proponente. de reſcript. extra.

125 ¶Vigeſimoprimò, tradit glo. commendabilis in l. res bona fide. ff. de contrah. empt. quòd ſi res ita ſit vendita, vt niſi ſtatuta die &c. & fuerit ſolutum precium præter vnum nummum, non ſecus erit res inempta, ac ſi nihil fuiſſet ſolutum, per tex. eod. tit. l. fiſtulas. §. qui fundum. & l. cui fundus. ff. de condit. & demonſt. & l. etiam circa. ff. de ſolut. l. tutor. §. Lucius. & glo. in l. quandiu. C. de diſtract. pig. quam glo. Bald. quoque amplectitur in rub. C. de contrah. empt. in x. q. & in l. cum adeò. col. 2. verſi. ſed & alibi. extra de reſcript.

*Res ita uẽdita ut niſi ſtatuta die pretiũ ſoluatur, ſit inempta.*

126 ¶Vigeſimoſecundò per illam gl. dicit Bal. in d. l. res bona fide. quòd ſi ſtatutum irritum faciat contractum niſi ſoluatur gabella, & ex ſolutione ipſius gabellæ deficit vnus nummus, non valet contractus: id quod etiam videtur voluiſſe idem Bal. in l. ij. in fi. ff. ad Silleia. & Ang. in l. in rebus cõmodatis. §. poſſunt. ff. commo. & Barb. in d. procemio cle. & conſi. lxxxviij. ſapienter ſcribitur. col. antep. lib. iiij. Bal. tamen videtur velle contrariũ in l. quanuis. ff. de cond. & demon. & Ro. in l. 2. ff. ad Silleia.

*Statutũ de ſoluenda gabella, &c.*

¶Vigeſi

127 ¶Vigeſimotertiò voluit alia gl.not.in c.quia ſæpe.in verbo, planè.de elect. lib.vj.amplians text.ibi, ſtatuentem omnia bona à prælato mortuo relicta, vel eccleſia vacante obuenientia, futuro ſucceſſori reſeruari, & qui ea occupauerint, ipſo facto ab officio, & beneficio ſuſpendentem, donec reſtituerint, vt procedat etiam vſque ad rem minimam, per tex.iij.q.j.c.redintegranda.

128 ¶Vigeſimoquartò quicquid ex pacto accidit quantulumcunque ſit, id vſura eſt. c.putant. xiiij. q.iij. cum ſequen.c.plerique.& ibi gloſſ.eadem & text.in cap.nauigante.vbi Panor.extra de vſur. Et propterea dicit Bald.in rub.extra de conſuet.col.vlt.quòd conſuetudo non poteſt permittere vſuram, etiam in vno nummo, idem quoque confirmat Bald.in authen.ad hæc.col.ij.in fin.C.de vſur. & ſequitur Iaſ.in §.fuerat.col.iiij.& v.Inſtit.de actionibus.& Rochus Curt.in c.vlt.col.ix.verſ.vij.ampla. extra de conſuetud.vbi & hoc dicitur generalius, quòd non valet conſuetudo contra ius diuinum etiam in modico.

129 ¶Vigeſimoquintò ſcribit Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.vij.ff.de verb.oblig.quod ſtatutũ prohibens bannitum ad honores aliquos prouehi, habet locum in eo qui duntaxat momento temporis fuit bannitus.quod dictum ſolus Iaſon ibi annotauit col.8. verſ. vltrà ſcribentes.vbi dicit hoc ſingulare, multíſque ſimilibus confirmat: dubium tamen iſtud relinquit, propterea quòd illud ſtatutum eſt pœnale & odioſum.

130 ¶Vigeſimoſextò voluit Bartol.& ibi ante eum omnes in l.ſi non ſortem §. ſi centum.ff. de condictione indebit.quòd datio in ſolutum facta pro maiori ſumma quàm ſit debitum, etiam in modico & vt dicit Paulus Caſtrenſis in nummo, & Iaſon quoque vitiatur, ídque confirmatur per multa ab Iaſone hoc loco allegata.

*Hæres damnatus ut certa die decem, aut fundũ det, nouem tantũ datis, fundus æquè peti poteſt ac ſi nihil dediſſet.*

131 ¶Vigeſimoſeptimò dicit Bald.in l.j.in xiiij.q.pen.col.C.de his quæ pœn.nomi.quòd ſi teſtator hæredi mandauerit, vt certa die daret mihi decem, alioqui daret mihi fundum, & hæres infra huiuſmodi tempus, nouem tantùm dederit, æquè poſſum fundum illum, nouem reſtitutis petere, ac ſi nihil omnino hæres dediſſet. Pau.Caſt.in l.ſtipulationum aliæ.§.vlt.vbi gloſ.ff.de verb.oblig. & ſequitur Barb.conſi.lxxiiij.omnia quæ facitis.col.ix.lib.iij.& in procœmio clem.in vtraque lect.& in l. iiij. §.Cato.col.xxij.ff.eo.& conſi.xl.præclare ſcribitur.col.xij.lib.j.& conſil.lvij. cuius idem eſt initium. col.4.lib.j.& conſi.xxxiiij.illud in medium referam.col.v.lib.iiij.& dicto conſ.lxxxviij.col.antepen. lib.4.& in clem.literas.col.xxij.de reſcript.& Iaſ.qui hoc dicit notab.in l.ſi inſulam.col. xviij. verſi. vltimo ad illud.ff.de verb.oblig.

132 ¶Vigeſimooctauò dicit idem Bald.in l.cum ſit.C.de ſepulc.viol.quòd regula qui non habet in ære luat in corpore, habet locum etiam ſi reus totam ſummam ſoluere poſſet, excepto vno nummo. arg.d.l.ſtipulationum.quæ eſt v.§.ſi ſortem.ff.de verb. oblig. & ſequitur Iaſ.qui hoc dicit mirabile & ſing.in l.ij.col.xvj.verſ.quid autem ſit.C.de iure emph.

*Statutum diſponẽs dotatã non ſuccedere, procedit in dotata exigua dote.*

133 ¶Vigeſimononò ſcribit ipſe Bald.in authen.res quæ.C.commu.de legat.quòd ſtatutum diſponens, quòd filia dotata non ſuccedat, procedit in dotata modica, & exigua dote, vt & ipſe conſuluit conſ. cclxiij.cum in cauſa Piſani conuentus.in c.ſi proponente.extra de reſcript.argum.gloſſ. quam dicit ſingul.in l.ſi quis priore.ff.ad ſenatuſconſ.Trebellian.& idem conſuluit Bened.Cap.conſi.xxxviij.& ſi viſo & conſiderato.& Socin.conſil. cxxj. præmittenda eſt diſputatio. colum. ix.verſicu. præterea dicat mihi lib.iiij.

134 ¶Trigeſimò, idem ſcriptum reliquit in l.minoribus.in fi.C.de his quib.vt indig.quòd ſyndicus, qui ex forma ſtatutorum tenetur, ſub certa pœna denuntiare malefactores, ſi vnicum ex multis prætermiſerit, æquè punitur ac ſi neminem denunciaſſet, ſequitur Barb.dicto conſi.lxxiiij. lib.iij. & in d.procœm.clement.in vtraque lectione, & in d.§.Cato.& d.conſil.xl.libro j.& d.conſi.lvij.eod.lib. & dictis locis ſuprà alleg.

135 ¶Trigeſimoprimò, venditor poteſt totam rem venditam retinere, etiam pro vno nummo pretij non ſoluto, vt voluit Bald.in l.vlt.C.commod.quem ſequitur Iaſ.in auth.qui rem.col.v.C. de ſacroſanct.eccl.qui & multa ſimilia iſtic colligit.

*An qui nõ poſſunt portare uinum extrà, nõ poßint quoque unam metretam deferre quin incidant in pœnam.*

136 ¶Trigeſimoſecundò tradit Bald.in l.j.in verbo nec guſtus quidem cauſa.C.quæ res expor.non debent.quòd illi qui non poſſunt portare vinum extrà, non poſſunt quoque vnam metretam deferre quin incidant in pœnam, & ſequitur Barbat.in dicto §.Cato.& in dicto procœm.clem.& dicto conſ. lvij.lib.j.& Matth.de afflict.in conſtit.Siciliæ magiſtros ſyndicarios.in vj.notab. Iaſon tamen tenuit contrarium in l.ij.col.vlt.ff.de iuriſdict.omn.iudi.ob id nempe motus, quoniam id ſtatutum pœnale eſt.Verùm ratio eius l.cui Bald.innititur, ſpectanda eſt.Ea enim prohibet ad barbaros vinũ, ne guſtus quidem cauſa deferri: quod non alia ratione factum videri poteſt, quàm ne eius liquoris guſtu admoniti Barbari, arma in nos vertant, idcircóque noſtras regiones armis quærere ſtudeant, vnde ſibi id liquaminis comparare poſsint.Nam qui primi Gallorum patriam inuaſerunt, hoc guſtu allectos tradit Titus Liuius lib. v.in hæc verba ſcribens, Gentem Gallorum traditur fama dulcedinis frugum, maximéq; vini noua tum voluptate captam, Alpes tranſiiſſe, & inuexiſſe in Galliam vinũ illiciendæ gentis cauſa.Igitur cum in caſu Bald.l.municipalis magis locupletandi territorij ſui cauſa, & auertendæ caritatis annonæ ita iubeat, quàm alia cauſa: certè non videtur qui guſtus cauſa vinum aliò detulerit, ex eiuſmodi ſtatuto eſſe puniendus, ceſſante videlicet ſtatuti ratione, vt etiam ſcitiſsimè annotauit And.Alciat.lib.iiij.diſpunct.c.xj.

137 ¶Trigeſimotertiò per ſolutionem vnius nummi, interrumpitur præſcriptio, argumen. l.j.§.cæ-

pisse



piſſe ſic accipimus.ff.de pollicit.quod & voluit Bald.in cap.illud.colum.vlt.verſicu. ſed an per ſolutionem.extra de præſcrip.& Iaſ.in d.authen.qui rem.& Philip.Dec.in dicto cap. de appellationibus. col.j.extra de appellationib.

138 ¶Trigeſimoquartò regula, ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nec antè debet audiri aduerſarius, procedit etiam ſi vnus duntaxat denarius deeſſet.quod dicit eſſe notandum: & ſequitur Iaſ. in dicta auth.qui rem.& in l.ſancimus.col.iij.verſi.viij.extende.C.de iudic.idem voluit Bald.in cap.conquerente.col.j.per tex.in verbo, integrè.de reſtit.ſpol.& Philip.Dec.in dicto conſil.xxxiiij.an & quando propter contumaciam.col.vlt.

139 ¶Trigeſimoquintò ſi ſtatuto pœna impoſita eſt non ſoluentibus integras præſtantias, qui eas ſoluendo denarium omiſerit, perinde incidit in pœnam, ac ſi nihil ſoluiſſet, vt vult Bald. in d.l.quandiu.per illum text.C.de diſtract.pign.& idem in l.ſtipulatio hoc modo. ff. de verborum obligationibus, hoc dicit procedere ſiue pœna ſit impoſita reſpectu cuiuſdam magnæ quantitatis, ſiue paruæ, & vt dicit ibi Raph.Cuman.etiam ſi quid minimum nomine pœnæ promitteretur, de quo plenè & Iaſ.hic, col.ij.verſi.iij.pondera.

140 ¶Trigeſimoſextò tradit Bald.in addit.Spec.in ij.parte titu.de appel.§.reſtat videre. verſicu. ſed pone dicit ſtatutum, colum. vij. quòd ſi ex forma ſtatuti debeat appellans infrà certum tempus ſoluere ſex denarios pro libra, alioqui ſit appellatio deſerta, & qui prouocauit ſi omiſerit ſolutionẽ nummi vnius facere, appellatio non minus erit deſerta, quàm ſi totum omiſiſſet ſoluere, & hoc ſequitur Alexand.in l.in executione.§.item ſi ita.ff.de verborum obligat.quod & non mediocriter commendat Iaſ.in d.auth.qui rem.

141 ¶Trigeſimoſeptimò æterna memoria dignum eſt, quòd propter minimam contractus partẽ non impletam ex parte actoris, licèt pars illa non reſpiciat ſubſtantialia ipſius contractus, agenti tamen ad principale obſtabit exceptio implementi non ſecuti, vt aſſerit Baldus, in l. pacta conuenta.in ij. notab.ff.de contrah.empt.

*Propter minimam partẽ cõtractus non impletam, obſtat exceptio agẽti ad principale.*

142 ¶Trigeſimooctauò ſi executor ad pias cauſas totum pretium rei à ſe venditæ receperit, excepto vno nummo, de quo fidem habuit, ob id non transfert dominium, argum.d. l. quandiu. C. de diſtract. pign.quod & voluit Bald.in l.inciuile atque inſtitutum.colum.vlt.verſic.ſed pone quod executor.C.de rei vindicat.

143 ¶Trigeſimononò ſi qui commodauit tacitam fidem de reſtituendo vno nummo incapaci, cenſetur indignus tota hæreditate, vt voluit idem Bal.in l.etiam.in pen.q.per tex.ibi C.ad leg.Falci.eiuſdem tamen ſententiæ non eſt Alex.in l.ex facto.§.Iulianus.in fin.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. vbi Iaſ. col. j. in iij.not.per tex.in l.hæredes qui tacitum.ff.de his quibus vt indig.

*Qui reſtituit unum nummũ incapaci, an cẽſetur indignus tota hæreditate.*

144 ¶Quadrageſimò ſi dictum teſtis eſt falſum in vno nummo, totum vitiatur per tex.ix.diſt.c.ſi ad ſcripturas, & iij.q.ix.c.pura.& c.nihilominus.Bal.in c.cum adeò.col.ij.de reſcrip.

*Si dictum teſtis eſt falſum in uno nummo, totum uitiatur.*

145 ¶Quadrageſimoprimò ſcribit idem Bal.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. oblig. quòd ille text.reprobans promiſsionem alicuius rei factam, ſi promittens eum cui promiſerat non inſtitueret hæredem, habeat locum ſiue res magna, ſiue modica fuerit promiſſa, imò etiam vt dicit Cuman.ibi, ſi minimum quidpiam fuerit promiſſum.Iaſon quoque ibi optimam tradit regulam, quòd vbicunque aliquid contra bonos mores geritur, ibi non ſit diſtinctio quantitatum, dicit tamen poſtea ſe dubitare, an verum ſit illud Cuma.cum veriſimile non ſit, vt metu tam exiguæ rei quis iudicatur ad illum hæredem inſtituendum.ſed ego Cuma.ſententiæ accedo per rationem quam & ipſe adducit, quòd vbi de iure communi agitur, minima quoque conſideranda ſunt, vt poſtea dicemus in fi.Et etiam quia huiuſmodi promiſsio eſt contra bonos mores, vt dicit ibi text.

146 ¶Quadrageſimoſecundò ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd filius maſculus excludat fœminam, ſufficit quòd maſculus fuerit momento temporis, vt perpetuò maneat excluſa, vt voluit Anton. conſi. xx.æquitas valde ſuggerit.& Iaſ.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.viij.verſicu. ſecundò facit. ff.de verb.oblig.Bald.in l.ſi quis poſthumos.§.j.col.vlt.ff.de lib.& poſth.idem Bald.in l.in quibus.verſicu. ſed hîc concurrit alia.C.de ſecun.nup.per glo.ibi & Maria.Soci.conſi.v.præſens conſultatio.& Alex. conſi.xxix.qui abundè.circa fi.lib.j.

*Maſculo excludente fœminã ſufficit maſculum momẽto extitiſſe, ut perpetuò maneat excluſa.*

147 ¶Quadrageſimotertiò voluit Bald.in §.in nouiſsimo.colum.ij.l.vnic.C.de caduc.tollen. dum quærit, an retenta communi opinione, quòd cum filius ſuus tranſmittit ex potentia ſuitatis hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque, vt not.in l.ſi infanti. C. de iure deliber. An iſtud procedat ſi filius infans poſt mortem patris horam tantùm vixerit, & reſpondet ſic eſſe, quia momentum ſufficit.quod volunt & recentiores ibi.

148 ¶Quadrageſimoquartò tradit quoque Bald.in l.non tantum.per illum text.vbi Angel. in lect. Florentina, quod matrimonium momentaneum ſufficit, vt vir lucretur tertiam partem dotis ex ſtatuto Peruſino.quod & ſequitur Franc.Aret.in l.ij.col.j.& in l.ſi ante nuptias.in fin.ff.ſolu.matrimonio. & Iaſon in dicto §.ſacram.qui hoc dicit valdè not.cum non videatur ſuſtinuiſſe onera matrimonij, propter quæ videtur deferri tale lucrum dotis.l.pro oneribus.C.de iure dot.Idem Iaſon in l.ſi.donatione. §. j. in fin. ff. de condict.cau.dat. Et ego quoque copioſè ſatis in repet.l.ſi vnquam.in verbo, donatione largitus.C.de reuoc.donat.his adde quod voluit idem Bald.in l.j.colum.j.C.de priuileg. priuilegia dotis competere etiam ſi matrimonium momento tantùm duret, quod memoria dignum exiſtimat Iaſon vbi ſuprà.

DD

149 ¶ Quadrageſimoquintò, ſi cedens bonis vnum denarium ſibi reſeruauit, non valet ceſsio, quia ea non eſt integra, vt not. in l. pen. ff. de ceſſ. bon. & voluit Bald. in l. vlt. colum. ij. verſi. quæro quid ſi cedens. C. qui bon. ced. poſſ.

Quadrageſimoſextò ſcriptum reliquit Bald. in c. cum omnes. col. v. verſi. ex his patet reſponſio. extra de conſtit. quòd ex fonte pluribus communi non poteſt maior pars aquam alicui concedere non conſentiente minori parte, per not. in l. ij. C. quæ ſit longa conſue. & in l. ſi ſe non obtulit. quæ eſt iiij. §. actor. ff. de re iudic. vbi Bart.

150 ¶ Quadrageſimoſeptimò ſcribit idem Bald. in c. licet cauſam. col. viij. verſi. ex prædict. apparet. titu. quis dic. con. mar. & Iacob. But. in l. incerti. C. de interdict. quòd ea propoſitio dicitur pertinens, quæ qualitercunque adiuuatur etiam leui præſumptione, & indirectè, quod confirmat quoq; Bal. in c. quoniam. verſic. ibi, aliquid notandum. extra de teſtibus. dicítque quòd quæ modicum ad cauſam conferunt, pertinentia dicuntur gloſſ. in clem. j. in verbo, aut earum parte. de foro compe. cum ſimi. & rurſus idem Bald. in c. dudum. ij. col. vj. verſic. multa ergo opponuntur. de elect. Cyn. in l. ij. §. quod obſeruatur. C. de iur. cal.

151 ¶ Quadrageſimooctauò ſi rem alienam poſsidens ſemper habuerit bonam fidem, præterquam in vltima die præſcriptionis, nullo modo præſcribit propter malam fidem momentanei temporis, vt voluit Bald. in cap. vlti. colum. penult. verſic. modo quæro. extra de præſcriptis. & per text. in cap. veniens. eodem titu.

*Mala fides tẽporis momentanei, impedit præſcriptionẽ.*

152 ¶ Quadrageſimononò ex paruo defectu incidit quis in magnam pœnam contractus, quia non ſeruat formam illius, quæ ex integritate conſiſtit, vt idem Bald. annotauit in d. c. cum adeo. col. ij. extra de reſcrip. per tex. in l. hæredes. §. idem. ff. famil. erciſcun.

153 ¶ Quinquageſimò propter excuſum vnius nũmi vltra dimidiam iuſti pretij, debet ſuppleri totum verum & iuſtum pretium, vt Bal. quoque ſcriptum reliquit in c. cum cauſam quæ inter œconomũ. col. j. verſ. adhuc pro intellectu literæ. extra de teſtib. & idem in l. ij. in xij. q. C. de reſcin. vend. & Anton. Burg. in c. cum dilecti. col. iiij. verſi. elicio ex iſto. extra de empt. & vend. & iterum in c. cum cauſam. col. iij. eo. tit. & eſt communis opinio ſufficere in hoc caſu quemlibet exceſſum, & ita voluit gl. in d. c. cum cauſam. vbi Panor. in ij. notab. Salic. & Pau. Caſt. in d. l. ij. vterque col. j. Pet. Ancha. in repet. c. j. col. cxxij. de conſtitu. & Cæpol. in tract. de ſimul. contract. col. iiij. ſecundæ præſumptionis primi caſus ſuæ diſtinctionis, verſi. verùm quia dictum eſt.

*Propter excuſum vnius numi vltra dimidiam iuſti pretij, debet ſuppleri totũ pretium.*

154 ¶ Quinquageſimoprimò, vt paulíſper Bald. relinquamus, hûc quoque pertinet, quod voluerunt Pet. Cyn. Bar. Bal. & omnes in d. auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. quòd emphyteota ex defectu ſolutionis vnius denarij æquè cadit ab emphyteuſi, ac ſi defeciſſet in magna, & ita voluit Bal. ipſe in d. l. quamuis. ff. de condit. & demonſt. & in l. cùm allegas. in vij. oppoſ. C. de vſur. & in c. ſignificante. in fin. de reſcrip. & in dicto c. cùm adeò. col. j. in fi. eo. tit. & conſil. cccccxxxiiij. pactum inter locatorem. poſt medium. lib. j. & conſi. cc. vulgare eſt quod colonus. lib. ij. & Barba. conſi. liiij. à Ioue principium. col. iij. lib. iiij. & in c. aut ſi liuellario. col. j. tit. quib. modis feud. amit. & iterum Barbat. conſi. xxxvj. ſapienter ſcripſit. in fi. lib. ij. & Iaſ. in d. l. in executione. §. item ſi ita. ff. de verb. oblig. & in l. ij. col. xv. verſ. xv. C. de iur. emph. Quod etiam procedit cum quis propter ceſſationem ſolutionis cadit ab emphytheoſi ex pacto in contractu appoſito, vt voluit Bald. in rub. C. de contrah. emp. in x. q. & in d. l. res bona fide. ff. eod. & Barbat. dicto conſi. xl. col. xj. lib. j. & dicto conſi. liiij. à Ioue principium. Procedit item cum res emphyteotica data fuit pro penſione vnius denarij annui tantùm, prout loquútur docto. vbi ſuprà, ſed etiam ſi fuit data pro maiori ſumma quæ fuit tota ſoluta excepto vno nummo, vt voluit Pau. Caſt. & Alex. in d. l. in executione. §. item ſi ita. ff. de verb. oblig. ſequitur Iaſ. in l. ij. col. xvj. C. de iure emph. iſtúdque idem Iaſ. latè confirmat in d. auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. repræhendens Bal. quem dicit velle contrarium in l. ædem. col. iij. verſic. ſed nunquid pro vno nummo. C. loc. ſed Bal. ſi rectè animaduertamus, non dicit contrarium in emphyteota, quin potius eãdem ſemper eſt ſequutus ſententiam, faciens diſcrimen inter emphyteotam & feudatarium ex vna parte, & inter colonum & inquilinum ex alia, vt videlicet emphyteota & feudatarius cadant propter ceſſationem vnius denarij, iſti non cadant. Sed quòd colonus etiam cadat propter vnum nummum non ſolutum tenet Bal. ſibi contrarius conſi. xx. vulgare eſt. lib. ij. & Alex. conſ. cvj. magnifice prætor. col. vj. verſi. & per prædicta. cum ſeq. li. iij. limitans ibi procedere, niſi eſſet error per d. l. quãuis. ff. de condit. & demon. Sed & hoc idem in emphyteota limitat Barb. in proœ. cle. col. v. in j. lect. & col. x. in ij. lect. procedere niſi etiam per errorem non fuiſſet ſolutus ille nummus per text. in d. l. quanuis. & ita dicit ſe de facto conſuluiſſe.

*Vtrum emphyteota ex defectu ſolutionis vnius denarij æquè cadat ab emphyteuſi ac ſi defeciſſet in magna.*

155 ¶ Quinquageſimoſecundò ærario publico præfectus ſiue (vt loquimur) theſaurarius, ſi quid tantillum ex ærario ſuffuratus ſit, incidit in pœnam ſtatuti punientis publicæ pecuniæ furem, vt voluerunt Bald. Rom. Franc. Aret. & Ang. in l. ſi ſeruum. §. prætor. in fi. ff. de acquir. hæred. idque tanquam ſingulare annotat Iaſon in d. authen. qui rem. Quod tamen limitat Franc. Aret. niſi honeſtas perſonæ ea eſſet quæ induceret præſumptionem nullo id dolo factum fuiſſe, per text. in d. l. quanuis. vbi Bart. ff. de condit. & demonſt.

156 ¶ Quinquageſimotertiò, ſi ex forma ſtatuti non debet puniri qui offenderit aliquem, & cum eo inita pace & concordia, ſoluat ei poſteà certam ſummam, ſi defuerit nũmus vnus, non proderit cõcordia. Ang. in d. l. ſi ſeruus. §. pluriũ. col. 2. verſ. & ideo ſi ex forma ſtatuti. ff. ſi quis caut. ſequitur Alex. d. conſil.



conſi. cvj. verſic. pro hoc bene facit lib. iij. vnde infert, quòd ſi cui ex ſtatuto pœna delicti remittitur ſi infra menſem ſoluerit quartam partem condemnationis, ſi cum ſoluet omittat vnum nummum, pœnam non euitabit, idem quoque Angel. tradit in d. l. in executione. §. item ſi ita. & ibi poſt eum Imo. & Alex. ff. de verb. oblig. quòd ſi ex forma ſtatuti quiſquis certam ſummam ſoluerit de banno cancelletur, non eſt ſtatuto ſatisfactum ſi deſit vnus denarius, ſequitur Roma. in l. ij. ff. ad Silleia. Bart. d. conſi. lxxiiij. & d. proœ. cle. & d. conſi. xxxiiij. col. v. lib. iiij.

157 ¶ Quinquageſimoquartò prohibitus alienare bona hæreditatis ſub pœna priuationis, alienando vnam rem etiam minimam tota hæreditate priuatur. Dec. in dicto c. de appellationibus. col. ij. de appel. & in c. maioribus. de præbend. idem voluit Angel. conſi. clxviij. ex iſto dubio. in ij. q. Ioan. Cald. in tract. de eccleſiaſt. interd. char. clxix huc facit quod tradidit Anto. in c. vlt. col. xliij. extra de conſuetud. quòd modica diſsimilitudo impedit argumentum à ſimili, & ſequitur Feli. in c. j. col. iiij. verſ. v. limita. extra de ſponſal.

158 ¶ Quinquageſimoquintò conſuluit latè Fulgoſius conſil. ciiij. Titius condidit teſtamentum. colum. iij. verſicu. item vt ſæpe eſt dictum, quòd non licet mendicantibus habere annuos redditus quantumcunque ſint modici valoris, ſicut neque etiam licet quicquam quantumuis minimum proprium habere, per cap. cum ad monaſterium. in princip. extra de ſtatu monachorum. & c. nolo. & cap. non dicatis vos. xij. quæſt. j. idque dicit ſingulare Philippus Decius. in c. in præſentia. col. antepen. verſicu. tertia concluſio. de probat.

*Mendicantibus non licet habere annuos redditus quantumuis ſint modici ualoris.*

159 ¶ Quinquageſimoſextò in cauſa quantumcunque leuis momenti debet iurari de calumnia, per tex. in l. theſaurus. ff. ad exhibendum. & dicto cap. de appellationibus. & ibi illum ſequi videntur Ioannes Ananias & Bald. in addit. Specul. titu. de iur. calum. §. ſequitur videre. verſicu. quid ſi cauſa modica. voluit idem Specul. titul. de arbit. & arbit. §. vlt. verſicu. vt autem circa materiam. quòd ſi quis ſub pœna promiſerit dare certam ſummam infrà aliquod tempus, pœna committitur in ſolidum, ſi quid ſummæ promiſſæ deſit, l. ſtipulationum aliæ. §. ſi ſortem. ff. de verbor. obligationibus, & l. in executione. §. pen. ff. eodem & arg. l. quandiu. C. de diſtract. pig. Angel. in d. l. in executione. §. pen. vbi etiam Alex. & idem Alex. in d. §. ſi ſortem.

*In cauſa quantumcunque leuis momẽti debet iurari de calumnia.*

160 ¶ Quinquageſimoſeptimò, vt filius tanquam præteritus non poſsit rumpere teſtamentum, ſatis eſt, vt in vno nummo hæres inſtituatur, quod annotauit Bald. in c. per tuas. colum. vlt. verſicu. item ſatisfactum eſt. de probat. & not. in l. ſi quis. j. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. & l. denique. §. ſed vtrum. ff. de minor. idem Bald. in authen. omnimodo. C. de inoff. teſtam. glo. in §. aliud. in authen. vt cum de appellatio. cognoſcend. quam facit ſingul. Philip. Franc. in c. j. col. xv. verſi. circa ſecundum. de teſtam. lib. vj. Bald. in l. hac edictali. in princip. colum. iij. verſi. & primo quæro. C. de ſecun. nupt. & conſil. lxj. hæc Lippus Baldatius. lib. j. & conſi. xcv. conſiderandum eſt in fine lib. v. & Angel. conſi. xcix. Petrus de vrbe. gloſſ. in authen. nouiſsima. C. de inoff. teſtam. Illud denique veluti quoddam auctarium adde quod ſcribit Diuus Iaco. cap. ij. offendens in vno factus eſt omnium reus. quod & repetitur in c. defleat. extra de reg. iur. & in c. j. & iterum in c. vlt. de pœnitent. diſtinct. v. & illud Lucæ c. xvj. qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. & iterum c. xix. Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates, & Ioan. cap. xij. adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis. Et illud quoque Paul. 1. ad Corinth. cap. v. & item ad Galat. 5. Neſcitis quia modicum fermentum totam corrumpit maſſam? & illud item Diui Iacob. cap. iij. & ecce naues cum magnæ ſunt, & à duris ventis agitantur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit, ita & lingua modicum membrum eſt, & magna iactat: Ecce quantulus ignis quàm grandem ſuccendit materiam, & in c. in ſynodo Anglorum. de conſec. diſtin. iij. & in l. ſi vnus. C. de teſtam. & ff. de tranſactionibus. l. cum hi. §. ſi prætor. gloſſ. in l. vulgaris. in princip. ff. de furtis. & in l. non tantum. C. de legat. & in cap. maioribus. extra de præb. vbi eccleſia ſicut in magnis, ita quoque in minimis ſuis firmam debet habere vnitatem, & ibi not. gloſſ. quòd idem iuris eſt in paruis, ſicut in magnis. & in cap. nouit. extra de iudic. vbi ſcribitur ita magnum iudicabis, vt paruum: quod videtur depromptũ ex eo quod ſcribitur Deuter. j. ita paruum audietis vt magnum, & in c. cum ex iniuncto. in fin. extra de noui oper. nunc. vbi vitandum eſt ſcandalum puſillorum, ſicuti & maiorum. Citatúrque teſtimonium Matth. c. xviij. Qui vnum de puſillis iſtis ſcandalizauerit, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria &c. Et quod ſcribit Cice. parado. 3. quicquid non oportet ſcelus eſſe, quicquid non licet, nefas eſſe debemus putare, etiam in minimis rebus. Libanius Sophiſta ad Caliſthenem ſcribit illud prouerbio celebrari: Breuiſsimi temporis inconſtantiam, totius perſæpè vitæ fidem auferre.

*Filius ut non poſsit tanquam præteritus rũpere teſtamentum, ſatis eſt ut in uno nummo hæres inſtituatur.*

*Vnitas in minimis membris eſſe debet, ſicut in magnis.*

161 ¶ Ex quibus planè liquet id verum eſſe, quod tradit Anton. in dicto c. ſi proponente. in fin. extra de reſcript. hanc materiam eſſe brocardicam, vt vocamus, nec in ea certam doctrinam dari poſſe: doctorum tamen ſententias ſummatim huc adferemus ſine allegationibus iurium, quia nulla ferè alia allegant quàm quæ ſuprà citauimus. Sunt qui ſub duobus caſibus hãc rem tam ancipitem comprehenderunt. Aut enim (inquiunt) agitur de iure communi & regulariter de minimis curatur, præterquam in paruis caſibus: aut de iure ſpeciali quod eſt contra ius commune, in quo etiam intelligunt omne remedium quod reſtitutionem concedit, & tunc de minimis non curatur, ita Bart. poſt Dyn. in l. ſi proprietarius. ff. de damno infect. & Bart. in d. l. ſcio. ff. de in integr. reſtit. & Petr. Ana. & Imol.

in dicto c.de maioribus.extra de præb.& Barb.conſi.xxxiiij.illud in medium referam.col.v.lib. iiij. & in proœ.clem.Bal.autem in d.c.cum adeò.de reſcrip.primũ refert ex Dyn.eandem diſtinctionẽ.

*Iuris remedia contra ius commune.*

162 ¶Poſteà ſubdit,quòd aut loquimur de mendacio & veritate,& tunc curamus de modico,quia modicum mendacium vitiat, præſertim in lucro captando : Aut loquimur in iuris remediis contra ius commune,& tunc non curamus de modico,aut de vitio corporis, & ſimiliter non curamus. Panor. verò in dicto c.de appellat.extra, dicit breuiter , quòd ſi eadem ratio militat in minimis,quæ & in maioribus , de minimis curatur, aliàs ſecus. Et hoc idem dicit,nulla Panormitani facta mentione, Franc.Aret.in l. ſi ſeruum quis alienum.§.prætor ait.col.ij.in fin.ff.de acquiren. hæred. Subdit quoque Panor.quòd in extraordinariis remediis regulariter non curatur de minimis , ſecus in ordinariis.Cardinal.in procem.Decretal.& iterum in proœ.clem.poſt princip. dicit regulariter modicum conſiderari,niſi contrarium ſit in iure expreſſum,& ſequitur Phil.Dec.in c. de appellationibus. vbi dicit hoc potiſsimum obtinere quatuor caſibus : videlicet quando diſpoſitio loquitur per verbum, aliquid:deinde quando loquitur conditionaliter.

*De eodem*

163 ¶Item quando illud minimum pro forma requiritur:poſtremò quando illud quoque minimum requiritur,ad integrandum certum maiorem numerum vel quãtitatem. & allegat ad vnumquodque membrum nonnulla ex his quæ ſuprà diximus.Extrà autem iſtos caſus,in quibus,vt diximus,huiuſmodi regula & concluſio procedit indiſtinctè duobus modis limitatur. Primò vt procedat in his quæ de iure communi competunt,ſecus eſt in extraordinariis,quæ contra iuris communis regulas conceduntur:quam limitationem intelligit ſi maiori rei vel ſummæ præiudicetur , prout eſt in d. l. ſcio. ſecus eſt in minimo damno propter quod non infertur præiudicium maiori rei vel ſummæ, ſecundum gl.& Alber.in d.l.ſcio.Limitatur ſecundo, quando in minimo proportionabiliter eadem ratio eſt quæ in magno,aliàs ſecus. Et ita per hæc conatur Dec.compræhendere omnes aliorum in hac re ſententias & diſtinctiones.

*Quomodo in diſpoſitionibus iuris cõmunis, aut priuilegio modicum curetur.*

164 ¶At Henric.Bohic.in d.c.etſi quæſtiones.extra de ſimo.aliter quoque diſtinguit.Aut enim(inquit) loquimur in diſpoſitionibus iuris communis , aut in priuilegio ſiue iure ſpeciali. Si in diſpoſitionibus iuris communis,tunc aut in his,in quibus modicum conſiderare eſt fauorabile , vel ſaltem non odioſum,nec indecens ſeu inhoneſtum , & tunc de modico curatur. Si loquimur in diſpoſitionibus iuris ſpecialis , tunc aut modicum conſiderare tendit ad impediendum diſpoſitionem iuris ſpecialis pro conſeruando iure communi,& tunc de modico curatur. Aut contra,tendit ad conſeruandam diſpoſitionem iuris ſpecialis contra ius commune,& de modico non curatur. Et multa ad hæc allegat ex his etiam quæ ſuprà citauimus,quæ hîc nõ repetemus:ſilentio tamen non tradémus quæ ſcribit Oldrad.conſ.xxx.cuius initium, de rigore iuris.& Iaſon in l.turpia.columna penultima, vbi allegat Anton.ff.de lega.j.& Phil.Dec.in authen.præterea.col.ij.verſicu.& quod dicitur hîc. C. vnde vir & vxor.Angel.in d.l.ex executione.§.penult. ff.de verbor.oblig.Bald.in l.ſi pater.in viij.q.C.de inſtit.& ſubſtit.& gl.in l.ſed & partus. §. quæri poterit.& ibi Bald.ff. quod met.cauſa.Cætera quæ de rebus minimis dici poſſunt,ex ſupradictis diiudicentur.





# INDEX XLIII LIMITATIONVM, ET DECLARATIONVM AD ILLAS, QVIBVS AXIOMA GENERALE TRACTATVS

## Res inter alios actas aliis non præiudicare,comprobatur, eum nimirum principaliter eſſe citandum, de cuius præiudicio agitur.


PRimò limitatur,non procedere in eo cuius tantum acceſſoriè agitur.595. quæ multis ſimilibus fulcitur,& declaratur.

Nemo in ſua cauſa teſtis idoneus ex qua commodum reportat,ſecus ſi ſecundariò.

Prælatus in cauſa eccleſiæ.

Item fideiuſſor,creditor & iudex. 596.

Verba prolata à lege,ſtatuto,vel homine,intelliguntur principaliter & non ſecundariò.

Illa reſpiciunt publicam vtilitatem quæ principal.non ſecund.

Incorporalia non veniunt in diuiſionem principaliter. 597.

Quæ principal.alienari non poſſunt,in conſequentiam eorum quibus adhærent & accedunt,vendi poſſunt.

Iudex,arbiter,aliàs incapaces principal.incidenter poſſunt cognoſcere.

Iudices ciuilium & criminalium,quomodo de ciuili & criminali cauſa ſimul cognoſcant. 598.

Iudex laicus & eccleſiaſticus quomodo cognoſcant de cauſis vſurarum & dotis.

Delegatus & procurator quando fines mandati excedere poſsint.

Papa quando poſsit tollere ius alteri quæſitum ex iure naturali.

Inducta ad vnum finem quando poſsint contrarium operari.

Minor quando immobilia alienare poſsit ſine decreto.

In abſente diuerſis de cauſis quid attendatur. 599.

Ex confeſsione facta non principaliter,non eſt quis condamnandus.

Nec incidenter facta præiudicat.

Verus ſenſus primæ limitationis , cum iis quæ faciunt contra eiuſdem declarationem , quæ tribus modis declarantur. 599.

II. Limitatio,non procedit regula , quando citandus ſi adeſſet , non poſſet contradicere,aut aliquid allegare pro impedimento actus qui eo inuito fieri poteſt. 600.

Agnati neceſſariò non ſunt citandi veniente patre ad legitimationem naturalium filiorum. 601.

Princeps in concedendo priuilegium non tenetur citare eos quibus præiudicat.

Declaratio animi poteſt fieri parte abſente.

Actus cum pendet ex voluntate facientis,fieri poteſt abſente parte.

Declaratio iuramenti poteſt fieri parte non citata.

Iuramento ſtare promittens,parte non citata valet iuramentum.

In notoriis valde non requiritur abſentis citatio.

Notorium reſultat ex facto iuris,& quæ contra obiici poſsint. 602.

III. Limitatio,non procedit regula quando futurum eſſet periculum ex citatione.

IIII. Vbi alteri committitur examinatio an quis ſit idoneus,ſiue dignus.

V. Cum aliquid committitur conſcientiæ alicuius,poterit procedere ſine citatione,vbi pulchra de conſcientia.

VI. Papa contra iniuſtè detinentes bona eccleſiæ poteſt ferre ſententiam diffinitiuam, nulla præcedente citatione,cum nu.ſeq. 602.

VII. Semper non procedit in principe,qui poteſt cognoſcere & iudicare parte non citata.

VIII. Cum pronuntiaretur proceſſum eſſe nullũ,qui verè nullus eſt,nõ tunc requiritur citatio.

IX. Cum primò citatus dicit nolle venire,vlterius non eſt citandus ad ſententiam. 603.

X. Non procedit,cum citatus poſt primam citationem vltra mare abiit , quia non eſt amplius citandus.

XI. Primum citatus perſonaliter non eſt vlterius citandus.

XII. Qui non patitur citationem ad ſe peruenire,non eſt amplius citandus.

XIII. Nec in interlocutoriis modici præiudicij.

XIIII. Nec in inhibitoriis quas faciunt iudices eccleſiaſtici ſecularibus.

xv. Nec procedit in eo qui fuit contumax in reſpondendo poſitionibus.
xvi. Nec in reuiſione rationum, quia debitor poteſt condemnari.
xvii. Nec in ſententia taxationis expenſarum, alterius partis citatio eſt neceſſaria. 604.
xviii. Nec in cauſa ſtatus in qua ſentẽtia inter aliquos lata, nocet omnibus etiã non vocatis.
xix. Quoad plenum præiudicium quod inter alios actum eſt, non nocet aliis nõ vocatis.
xx. Non vocato præiudicat, ſi paſſus eſt cui primum actio competebat ſequentẽ agere.
xxi. Fiſcus vendere poteſt rem quam habet communem cum alio, illo non vocato.
xxii. Ratione connexitatis non procedit.
xxiii. Sententia lata in re indiuidua, etiam non vocatis præiudicat. 605.
xxiiii. Nec quando iudex pronuntiat ſuper eo quod lex ipſa iam pronuntiauerat.
xxv. Abſolutoria lata ſuper crimine publico nocet aliis etiam non vocatis volentibus accuſare de eodem.
xxvi. Et ampliatur in omnibus popularibus actionibus in quibus agitur de iure publico, vbi quilibet de populo cenſetur procurator reibuplicæ. 606.
xxvii. In cauſa filiationis vbi ſententia cum patre lata omnibus nocet
xxviii. Quale præiudicium fiat tertio cum poſſeſsio transfertur in alium.
xxix. Non procedit in ſententia principis quæ facit ius inter omnes.
xxx. Nec pariter in relaxatione iuramenti in contractu appoſiti, quia poteſt fieri parte non citata, declaratur modis ſequentibus.
In quo non debet abſolutio concedi, niſi appareat de magna læſione.
Et licet non debeat fieri parte non citata, facta tamen tenet.
Et cùm perſona per abſolutionem habilitatur tantum, vt poſsit petere reſciſsionem contractus, tunc citatio partis requiritur.
Propter modicam læſionem partis ſententia iudicis retractatur.
Vbi nemini competit actio vel ius ex iuramento, non procedit.
Qui non poteſt partem in ius vocare quin incidat in periurium, non procedit.
Iuramentum temerarium non obligat. 608.
Nec quando ex parte recipientis verſatur turpido. ibidem.
xxxi. Limitatio non procedit in adiudicatione pœnæ contumaciæ præcedentis, quia ad delationem iuramenti non eſt neceſſaria citatio partis.
xxxii. Non procedit in inſinuatione donationis quæ fieri poteſt nemine citato.
xxxiii. Nec quando ſtatuitur terminus ad aliquid faciendum.
xxxiiii. Nec in remiſsione debiti quam facit maior pars creditorum.
xxxv. Nec quando iudex procedit ad informationem vt bonus vir, tunc non requiritur citatio.
xxxvi. Nec quando fit legitimatio filiorum à patre.
xxxvii. Nec in impetratione veniæ, vt quis poſsit vocare in ius parentes, patronos & alios huiuſmodi.
xxxviii. Ad probandum clericatum non eſt vocandus aduerſarius. 609.
xxxix. Ordinata à iudice parte non citata, retractari parte abſente poſſunt.
xl. In arbitratoris ſententia non requiritur partis citatio.
xli. Cum interdicitur adminiſtratio prodigo, non requiritur illius citatio, quia notorie tali iure interdici poteſt.
xlii. Furioſo cum datur curator, citatio minimè neceſſaria. 610.
xliii. Non procedit in datione tutoris, vel curatoris quam facit iudex: quia in iis non reperitur eſſe citandus aliquis, niſi fortè tutor eſſet dandus per inquiſitionem.
Et multis aliis in caſibus teſtes recipi & iurari poſſunt parte nullatenus citata, vt apud doct. 610.





# ANDREAE TIRAQVELLI REGII NVPER IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS,

## *In titul. Res inter alios actas aliis non præiudicare. C. Commentarij.*

1 REGVLARE iſtud eſt, vt ad eum actum ex quo quis lædi poteſt, vocari debeat, alioquin nullum illi præiudicium adferet. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & l. ij. & vlt. C. ſi per vim vel alio modo. & c. latet quatuor. ext. de maior. & obed. c. cum ex literis. de in integ. reſtit. cle. paſtoralis. de re iud. cũ ſimil. allegatis per Pan. conſi. lxviij. quanquam ſuper vacatione. colum. vlt. lib. 2. *Actus ex quo quis lædi poteſt quando nõ præiudicet.*

2 ¶Hinc illud, res inter alios acta aliis non præiudicat. l. vlt. ff. de re iudi. & l. ſi cui. §. iiſdem criminibus. ff. de accu. l. Modeſtinus. ff. de excep. l. j. ff. de excep. rei iudic. l. ij. C. de fide inſtru. & C. res inter alios actas. per tot. c. cum ſuper. & pen. extra de re iudic. ca. inter dilectos. cum ſimil. de fide inſtr.

3 ¶Hinc quoque citatio inuenta, omnium actionum inſtituendarum principium. Inſtit. de pœna teme. litig. §. vlt. & ſine qua corruit quicquid actum eſt, per iura ſupra alleg. *Citatio actionũ principiũ.*

4 ¶Horum autem multiplex ratio redditur. Primùm, quia is qui non fuit vocatus ad iudicium, non erat illi ſubiectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, vel inſtruens cauſam, & ideo non videtur ratificare cauſam, quoniam vigor pronũciationis naſcitur ex iudicio in quo erat incluſus, quę ratio redditur à Bald. in d. l. ij. per illum tex. in iij. notab. C. de fide inſtr. & in l. ingenuum. ff. de ſtatu hom. Deinde geſta debent ad actores ſuos reſtringi, & non ad alios extẽdi l. ſancimus. C. de pœnis. & extra de his quæ fiunt à maio. parte cap. c. quæ ſint. & hanc rationem tradunt Ant. & Pan. in d. c. pen. de re iudic. & Alex. in d. l. vlt. col. iiij. verſ. item not. ff. eod. Ex quo ille affatim differit, an valeat ſtatutum quòd ſententia contra vnum lata, poſsit executioni mandari contra alium, & quòd ex delicto vnius, alter puniatur, de quo alibi dicam latius. *Nõ uocatus ad iudicium, nullo modo eſt illi ſubiectus.*

5 ¶Sed hæc multis modis limitanda duximus. Primò, vt procedat in eo, de cuius præiudicio principaliter, non etiam in eo, cuius ſolum acceſſoriè, & in conſequentiam agitur, vt voluit glo. notab. in d. l. de vnoquoque. & ibi Ang. Imol. & Alex. & idem voluit Bart. in l. diem. ff. de aqua pluuia. arcen. Bal. in d. l. nam ita diuus. in prin. & in l. ab eo. col. vlt. C. quomodo & quando iudex. & in rub. C. de ſucceſ. edict. in fi. & in l. iubemus. col. ij. verſ. citabuntur ergo. C. ad Trebe. & in l. ſi curatoris. ff. de iure delib. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſul. & in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſt. & in rub. extra de reſcrip. col. ij. verſ. an quando impetratur. Ang. Imo. & recentiores in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. 1. inter quos Imo. facit illam glo. ſing. Domin. in c. vlt. de elect. lib. vj. & latè Alex. conſil. lxvj. viſis dubitationibus. col. j. & ij. li. ij. & conſi. clvj. ſtantibus his. col. j. li. ij. & cõſ. lviij. viſo & perlecto. col. ij. verſ. non obſtat quod domina. lib. v. & conſ. lxxxv. ponderatis his. col. vlt. lib. vj. vbi dicit illam glo. eſſe ad hoc ſingularem & Barb. conſ. j. col. iij. lib. ij. & conſ. xlix. ſcribitur ſapienter. col. ij. eo. lib. 2. Felin. in c. de cauſis. col. iiij. extra de offi. deleg. & in c. illa. de accuſ. & Iaſ. in l. reſcriptum. col. ij. verſic. ſecundò moueor. ff. de pact. & latè in l. ſi quis nec cauſam. col. 2. ff. ſi cert. pet. Philip. Dec. conſil. ccclxvij. viſo puncto. col. vlt. Et de hoc eſt tex. quem plerique omnes allegant, & vbique, potiſsimum Barb. in l. j. §. denunciari. ibi, primo gradu hæredi inſtituto, non etiam ſubſtituto. ff. de ventre inſpic. per quem dicit Bart. in d. l. in diem. poſt prin. ff. de aqua plu. arcen. quòd ſententia lata pro creditore, contra inſtitutum hæredem, nocet ſubſtituto, etiam non citato, quod & voluit Bal. in d. l. nam ita diuus. Ang. Imol. & recent. in d. §. diui. Imo. in l. decem. ff. de verb. oblig. Alex. dicto conſ. clvj. vbi dicit hoc melius probari in l. ex contractu paterno. ff. de re iudic. & iterum conſ. cxxiij. diſcuſsis hæſitationibus. col. iij. verſ. bene facit aliud. lib. j. vbi etiam dicit facere tex. ſecundum vnam lectionem in l. ſi patrẽ. §. vlt. ff. ad Trebel. & hoc ſing. reputat Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretũ. col. vij. in ix. fal. ff. de offic. proconſ. Et hoc quidem confirmat glo. not. in c. ij. in glo. 2. de pact. lib. vj. quæ ad text. relata voluit, tum demum quicquam dici in detrimentum alterius redundare, quando principaliter redundat, nõ item quando ſecundariò, & ibi eam ad hoc notat Domi. col. iiij. inferens, quòd ſi ex forma ſtatuti debeant ad aliquem actum vocari illi, in quorum detrimentum fit, ille actus intelligitur de illis, quibus directè, & principaliter fit pręiudicium, non autem ſecundatiò, quod dicit eſſe bene notandum, & ſequitur Barb. dicens illam gl. ſing. d. conſ. j. & d. conſ. xlix. & Fel. in c. vlt. col. ij. extra de maior. & *Præiudiciũ cui fieri debeat, ut ſuperiora locũ habeant.*

obed.& Iaſ.qui & hoc dicit ſingulare & nunquã obliuiſcendũ in d.§.vbi decretũ. vbi tamen de hoc dubitat,quia ita interpretando,ſtatutum nihil adderet iuri cõmuni, contra not.per Bart. & alios in l. iiij.§.ait prætor.ff.de damno infect.cum ſimilib.quod & repetit idem Iaſ.in d. l. ſi quis nec cauſam.

*Neminem eſſe teſtem idoneũ in ſua cauſa, quomodo intelligatur.*

6 ¶Hæc limitatio multis ſimilibus fulciri poteſt.Primum enim id quod dicitur non eſſe in ſua quemque cauſa (id eſt,ex qua commodum poteſt reportare) teſtem idoneum iuribus vulgat. intelligitur vbi commodum principaliter ad illum ſpectat, ſecus ſi ſecundariò,& in conſequentiam ſolùm, vt voluit glo.ij.q.iiij.c.placuit.& iterum iiij.q.iij.§.item nullus.& Pet.de Bella Pertica in repet.l.ex quacunque cauſa.col.iij.ff.ſi quis in ius vocat.non ier.Bart.in l.ſi quis duos.per illum tex.ff.de reb.dub. & in l.ſi cui ita legetur.per illum tex.ff.de legat.j.Cyn.Bald.& recent.in l.dictantibus.C. de teſtam. Ioh.Fab.in §.legatariis.Inſt.de teſtam.Iac.But.& Angel.in l.non ſolùm.§.quæritur.ff.de procurat.& Ioh.And.loquens in pulchro caſu in regul.ſine poſſeſſione.col.pen.de reg.iur.lib.vj. & Bald. in l. in omnibus.in fi.ff.de teſtib.& in c.cum acceſsiſſent.col.iiij.verſ.nunquid quilibet.extra de conſtitut.& conſ.ccxciij.in nomine domini amen,factum ſic proponitur,col.vlt.verſ.quantum ad tertium.lib.3. & conſ.ccccxliij.quæſtio antiquiſsima.lib.v.Ange.Aret.inter conſ.eiuſdem Bald.conſ.x.ego Angel. lib.iij.Alex.conſi.lxxviij.in cauſa & lite vertente inter Bartholomæum.col.ij.verſi.non obſtat. eod. lib.j.& conſ.clxxij.viſis & opportunè diſcuſsis.col.iij.verſ.& licèt plura. lib. ij. quod & repetitum eſt conſ.xlj.lib.iiij.& idem Alex.conſi.xcix.viſis proceſsibus cauſæ.col.v.verſ.non obſtat etiam.lib.v.& Barb.conſi.ij.col.v.lib.j.& conſi.lxxvij.col.iiij.in fi.lib.iij.Corne.conſ.lxj.viſa copia proceſſus.col. 4. verſ.vnde non ſequitur.lib.iij.Philip.Dec.conſi.100.in cauſa inquiſitionis.col.pen.verſ.ſeptimo dicitur.

*Legatarius in cauſa teſtamẽti,eſt teſtis idoneus.*

Vnde legatarij in cauſa teſtamenti cuius cõmodum ad eos ſecundariò pertinet, ſunt teſtes idonei.d.l.dictantibus.& d.l.qui teſtamento.& dicto §.legatariis.Similiter quoque ſubſtitutus,poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti,quando non agitur de ſubſtitutione,vt pulchrè conſuluit Angel.conſi. cclxxiiij.thema ſuper quo conſilium petitur tale eſt,per tex.in d.§. legatariis. quod dictum reputat ſing.Iaſ.qui tamen de illius veritate dubitat,in d.l.ſi quis nec cauſam.col.iij.ff.ſi cert. pet. & expreſſim contrarium tenuit Bald.in d.l.dictantibus.Hinc quoque eſt quòd in cauſa. vniuerſitatis ſinguli poſſunt eſſe teſtes,quanuis in conſequentiam de commodo eorum agatur,c.inſuper.& c.tuis.extra de teſtib.& voluit Bar.in l.intantum.§.vniuerſitatis.ff.de rerum diuiſ.& in l.ſed ſi hac.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.vbi Alex.& recent.& ibi etiam videbis qualiter hoc intelligitur.

*Prælatus teſtis in cauſa ſuæ eccleſiæ.*

*Vtrũ creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa debitoris.*

7 ¶Item prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ,cuius commodum ad ſe conſequenter pertinet,poteſt eſſe teſtis in d.c.inſuper.Et vnus fideiuſſor, poteſt eſſe teſtis pro alio confideiuſſore,vt beneficium excuſſionis conſequatur,licèt inſtrumento caueatur quòd quilibet ſe principaliter obligauerit,vt dicunt Dyn. Cyn. & Bald. in d.l.dictantibus & Bart.in dicta l.ſi quis duos.ff.de reb.dub.Bald.in l.vlt.§.j.C. de vſur.rei iudic.& Alex.dicto conſ.lxxviij.col.ij.verſic.& ideo dicit.lib.j.licèt contrarium tenuerit Angel.Aret.in d.§.in legatariis.inſtit.de legat.Et creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa debitoris, vt voluit Iacob.But.in d.l.non ſolùm.§.quæritur.& ibi etiam Angel.ff.de procur.ſequitur Barb.d. conſil. lxxvij.& Alex.d.conſi.lxxviij.De quo tamen dubitare videtur Iaſ.in l.quoties.in fi. C. de iudic. per multa quæ ibi allegat.Hinc poſtremo dicit not.Ioan.And.in dicto c.ſine poſſeſſione.col.pen.de reg. iur.lib.vj.quòd ſi epiſcopus petat contra quandam eccleſiam quartam decimarum,& rector illius eccleſiæ alleget generalem conſuetudinem in contrarium,videlicèt quòd omnes eccleſiæ, & rectores earum illius diœceſis,de conſuetudine non ſoluunt eiuſmodi decimam,poteſt ipſe rector eam conſuetudinem probare,per cæteros rectores ipſius diœceſis,quanuis in conſequentiam videantur deponere.circa id quod concernit proprium ipſorum commodum:quod dictum ſequitur Alex.dicto conſ.lxxviij.lib.j.& dicto conſi.clxxij.lib.ij.& dicto conſ.xlj.lib. iiij.

*Iudex quando in ſua cauſa iudicet.*

8 ¶Et idem quoque de iudice dicimus,vt videlicèt quis poſsit eſſe iudex in ea cauſa, quæ ad illum in conſequentiam ſolùm pertinet,per id quod voluit Dyn.referens & alios ita voluiſſe,in dicta l.ſi cui legetur.§.vlt.per illum tex.ff.de lega.j. quòd fideiuſſor poteſt eſſe iudex in cauſa rei principalis. Et etiam prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ,in qua vertitur ipſius commodum,in quandam cõſequentiam poteſt eſſe iudex,c.& qui emendat.xlv.diſt.& ij.q.7.c.ſi quis erga.& xxiij.q.4.c. guiliſarius patritius. c. ſæpe. vbi glo.in verb. anathematizaui.& de priuileg.lib.vj.c.cum paruæ.& glo.in c.1.de pœn.eod. lib.& in cle.j.in verbo,eccleſiæ.de foro compet.& è theologis D.Thomas xxij.q.c.viij.artic.j.ad id referens quod legimus de Helia , qui fecit ignem deſcendere ſuper illos qui venerunt ad ipſum capiendum,vt legitur 4.Regum 1.Et ſimiliter de Eliſeo,qui maledixit pueris eum irridentibus,vt habetur 4.Reg.2.& ante illum voluit ipſius præceptor Alexand.Ales in 3.parte ſuæ ſummæ,quæſt.xlj. membro v.eodémque vlt.

*Verba ſimpliciter prolata debent intelligi principaliter.*

9 ¶Huc facit gloſſ.ff.de iuſt.& iure.l.j.§.huius ſtudij,in verbo,ad ſingulorum vtilitatem.Ex qua nota. Bal.& Pau.Caſt.quòd verba ſimpliciter prolata à lege,ſtatuto,vel homine,debent intelligi principaliter,& per prius,& non ſecundariò,per tex.in d.§.legatariis.vt etiam not.in d. l. ſi quis nec cauſam,nec propoſitum.ff.ſi cert.pet.Et inferunt ad quæſtionem de legatario teſte,deponente ſuper inſtitutione hæredis interrogato,an commodum ad eum ſpectat,ſi reſpondeat quòd non, ob id non incidit in falſi crimen,quia debet illius dictum intelligi principaliter,& non ſecundariò,per text. in d.§.legatariis.ſequitur Alexand.conſi.lxviij.viſo proceſſu contra Antonium.lib.iij. Et ſubdit Bal.in d.§.huius ſtudij.quòd principaliter,idẽ eſt quod præſentialiter,id eſt primò,& immediatè.l. & quia. ff.de iuriſdic. omnium iudic. & l.ſi fundi.§.penul.ff. de vſufruct. Contingenter autem dicitur, illud quod



quod habet aliam cauſam ſub ſe,quæ coniungitur cum alia, & ſic dicitur ſecundariò, id eſt mediatè d.l.j.ff.de auctor.tut.de quo etiam vide per eundem Bald.in l.principaliter.la ij.ff.de liber. cauſ.& per Bart.in l.ambitioſa.in prima regula.ff.de decret.ab ord.facien.& in prooemio C. vnde inferunt quoque Bal.& Pau.Caſt.in dicto §.huius ſtudij.quòd ſtatutum puniens ſeditioſum, intelligi debet de ſeditioſo,& turbante principaliter,non autem de ſeditione, & turbatione quæ fit in conſequentiam alterius delicti,vt refert Alexand.in addit.Bart.in l.ſi quis ingenuam.ff.de capt.& poſtlim. reuer.ita tamen vt neſcias an ſequatur,& idem quoque vult apertiſsimè in dicto conſ.lxviij.nuper allegato,& conſ.cxiij.viſo inſtrumento.in fi.vbi per hoc cõſuluit in pulchro caſu,& iterum conſ.j.col. vij.verſi.item reſpondeo.lib.iij.vbi & per hoc conſuluit,quòd ſtatutum puniens capitaliter capientem,& detinentem aliquam perſonam cauſa libidinis,intelligitur quando capit, & detinet cauſa libidinis principaliter, ſecus ſi in conſequentiam alterius tractatus,& ad hoc multa ſimilia allegant, quæ ibi videre poteris. Sed tu vide num huic ſententiæ ſit contrarium, quod conſuluit ipſe Bald. conſi.xxxv.in Chriſti nomine,eiúſque beatæ virginis Mariæ, & Michaelis archangeli, ex inſultu. libro ſecundo, quòd ſi Titius fecit inſultum contra B.quem baculo percuſsit, vnde concitatio facta eſt in ciuitate, punietur de vulnere,atque etiam de eiuſmodi concitatione,ex forma ſtatuti punientis facientem concitationem in ciuitate,quod dictum refert Alexand.in l.nunquam plura.columna vlt.ff.de pri.del.

*Quæ dicantur concernere publicã utilitatẽ.*

10 ¶Ex his fit,vt illa dicantur concernere vtilitatem publicam,cum eam reſpiciunt principaliter,& nõ ſecundariò,ita quòd ſi datum eſt aliquibus arbitrium,ſuper vtilitatè publica alicuius ciuitatis, non poterunt ſtatuere,niſi de his quæ ad illam pertinent principaliter,vt dicit Paul.de Caſtr. in dicto §. huius ſtudij.& ante illum Bart.quem allegat in l.ij.in fi.ff.ad municip.vbi dicit hoc notandum, de quo etiam per eundem in d.l.ambitioſa.in 1.& 2.regula.ff.de decr.ab ordin.facien.& in dicto prooemio Cod.& nos in tractatu noſtro primogenit.

*Nulla ferè habetur ratio eorũ,quæ in conſequẽtiam ueniunt.*

11 ¶Sic & ſemper ferè aliàs nulla habetur ratio, ſiue conſideratio eorum quæ ſecundariò ſolum, & in conſequentiam veniunt.vt patet ex l.j.ff.de auctor.iut.vbi tutor non præſtat auctoritatem, in rem ſibi principaliter profuturam,ſecus ſi ſecundariò,vt in l.ſi ſponſus.§.donationis.& §.generaliter.vbi valet donatio facta à viro vxori,ſi vir ipſe non principaliter,ſed in conſequentiam donet vxori, & ff.de procurat.l.non ſolùm.§.vlt.iuncto tex.ff.de ſuſpect.tut.l.j.§.penul. & vlt.vbi poteſt interuenire procurator,quando pœna capitalis imponitur non principaliter, ſed in conſequentiam,& ita per illos tex.voluit Imo.qui nouum hoc & ſingulare reputauit in l.penul. §.ad crimen.in 4.car.ff.de pub. iud.& Ioan.Ana.in cap.veniens.col.ij.& ibi Felin.col.vlt.extra de accuſ.Barbat.qui illum text. dicit valde ſing.dicto conſi.ij.lib.j.& dicto conſi.xj.lib.ij.& d. conſ.lxxvij.lib.iij.Et ante hos omnes Bald. in l.reos.col.v.C.de accuſ.& in addit.Spec.tit.de accuſ.verſ.pro homicidio.Et etiam tex.ff. de pact. l.ſi vnus.§.illud,vbi dolus de futuro,principaliter remitti non poteſt,ſed bene in conſequentiam,&

*Incorporalia non uenire in diuiſionẽ principaliter.*

ff.commu.diuid.l.arbor.§.aquarum iter,vbi licèt incorporalia per ſe,& principaliter non veniant in diuiſionem,veniunt tamen in conſequentiam rei corporalis,ſicuti & per illum tex.voluit Bald.in c. imperialem.§.præterea.tit.de prohib.feu.alien.& ff.de probat.l.cum probatio,ex quo not.gloſſ. aliquid concedi ſecundariò,quod principaliter non conceditur & allegat concord extra de præſcript. cap.ad audientiam.& ibi gloſſ.in verb. principaliter. quòd id quod Romanam eccleſiam ſecundariò ſolùm tangit,& non principaliter,poteſt præſcribi minore tempore quàm centum annis, quod tempus aliàs requiritur contra Romanam eccleſiam,& illam glo.ad hoc dicit auream Felin.ibi.col. viij.verſi.limita prædicta ſex modis.Et etiam tex.in c.multorum.de Iudæ.vbi licèt Iudęus non poſſit principaliter poſsidere Chriſtianum mancipium, poteſt tamen in conſequentiam fundi, cui eſt aſcriptum.Ex quo not.Pet.Ancha.& Ioh.Ana.quòd aliquando licitum eſt aliud per quandam conſequentiam,quod non licet principaliter.hoc quoque trahunt ad id quod voluerunt Dynus & Bart. in l.ſi is qui duos.per text.ibi.ff.de liberat. legata. Et Bald. in l.j. in fin. C. pro ſocio. quòd licèt ſpurius non poſsit obtinere bona patris,tamen ſi contraxit ſocietatem cum alio, qui inſtituitur hæres à patre, certè obtinebit pro portione ſocietatis,niſi appareret (inquit Bartol.) illam ſocietatem fuiſſe contractam in fraudem.

*Alienari poſſe in conſequẽtiã rei alterius quæ principaliter uendi non poſſunt.*

12 ¶Ex hoc fit,vt quæ principaliter alienari non poſſunt, in conſequentiam tamen alterius rei cui accedunt,vendi poſsint.l.ergo ſi inſula.iuncta l.quædam.ff.de acqu.rer.dom.& in l.modicis.ff.de contrah.empt.& vend.& vtrobiq; gl.& doct.Ideo licet ius patronatus cum ſit ſpirituali annexũ, vendi non poſsit principaliter.c.de iure.extrà de iure patr.poteſt tamẽ acceſſoriè,& in conſequentiã huius rei,ratione cuius competit.c.ex literis.eod.per quem tex.dicit gl.not.in can.filiis vel nepotibus. 16. q.7.quòd licet cauſa iuris patronatus ſit ſpirituali annexa,nec poſsit coram iudice laico agitari,nec poſsit ipſe iudex laicus aliquem iure patronatus priuare c.quanto.extra de iudic.Hoc tamen procedit principaliter,ſecus ſi veniret acceſſoriè cum vniuerſitate,vt vult gl.in d.c.quanto.& Ant.Cardi. qui dicit ſe ita conſuluiſſe, & Panorm.qui illam facit ſing.& Dec.in d.c.quanto.& ipſe Pan.in c.cum laici.verſ.ſed hîc quæro.extra de iure patr.& Bald.in l.vlt.car.vlt.in ix.q.verſ.nunquid ſi iudex ſecularis.C.de edicto diui Adria.toll.& Flor.in l.via conſtitui.§.ſi fundus.ff.de ſerui.ruſtic.præd. & Soc. qui dicit ita ſe conſuluiſſe,& vidiſſe obſeruari in tract.fallent.reg.ccxvij.quanquã ſint qui contrariũ tenuerũt,quibus argutè reſpõdet Soc.in d.c.quanto.vbi & hoc limitat,ſicuti per illũ videre poteris.

13 ¶Nec hoc caſu tantùm, ſed & aliàs iudex poteſt ſecundariò, & incidenter,& veluti per quandam conſe

*Iudex aliàs incapax principaliter, incidēter poteſt cognoſcere. Et arbiter.*

conſequentiam de his cognoſcere, qui aliàs eſt incapax principaliter, tex. eſt in l. quoties. C. de iud., per quem dicit gloſſ. in l. cum proponas. C. de iureiur. quòd licet arbiter non poſsit aſſumi in cauſa liberali l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. c. cauſa, extra de in integ. reſtit. poteſt tamen de ea cognoſcere, cum incidit in aliquam cauſam, de qua principaliter cognoſcit d. l. cum proponas. quam glo. dicit valde ſing. Barb. d. conſ. j. col. iiij. lib. ij. & ante illum hoc dicit ſingu. & notandum Ro. ſing. ccccclxviij. cauſa ſtatus. tex. quoque in dicta l. quoties. per quem dicit Bal. in l. aduerſus. C. ſi aduerſus rem iudic. quod etſi de nullitate ſententiæ latæ à delegato principis, ſolus princeps cognoſcit, vt eſt ibi tex. per quem ita voluit Iac. Butr. ibi, iuncto tex. in l. vlt. C. de legib. Illud tamen procedit, quādo principaliter de ipſa nullitate ageretur: quod ſi incidenter agatur, poterit etiam alius quàm princeps cognoſcere, quia ratione incidentium quæſtionum augetur iuriſdictio, id quod etiam voluit Ang. conſi. cclxvj. dicta interlocutoria, punctus eſt per dominum. col. ij.

*Iudex maleficiorum quomodo de cauſa ciuili iudicare poſsit.*

14 ¶Cui proximè accedit, quod licet iudex maleficiorum non poſsit de cauſa ciuili iudicare, l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudic. l. j. §. vlt. & l. quod diximus. ff. de auctor. tut. Ita quòd eius iuriſdictio non poteſt ad eam rem prorogari. l. teſtamento. C. de teſtam. vbi Cyn. & Bald. hoc notant, & iidem Cy. & Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſc. aud. & Bart. in l. inter conuenientes. ff. ad municip. Poteſt tamen incidenter de ea cognoſcere. tex. eſt. & exemplum in l. interdum. §. qui furem deducit. ff. de furt. vbi cum huiuſmodi iudex cognoſcit principaliter, de furto criminaliter, poterit vltra pœnam furti incidenter iudicare de reſtitutione rei ſublatæ, & ad hoc dicit illum tex. mirabilem Bart. ibi, & valde ſing. Barb. d. conſi. j. lib. ij. huic quoque ſimilis eſt tex. ſecundum Bart. vbi ſupra. ff. finiū regund. l. iiij. §. ſi dicatur. quem & ad hoc dicit not. Iaſ. in §. ex maleficiis. col. xvj. Inſtit. de actio. Et hoc certè voluit Imo. in c. cum oportet. & ibi Ana. & Felin. qui allegat multos tex. & doct. col. vlt. de accuſ. & Bart. in l. ij. §. hoc edicto. ff. vi bon. rap. & in l. j. ff. ad Turpil. & in l. pen. per illum tex. ff. de calum. & in l. defuncto. ff. de pub. iud. Bald. in l. quod euitandi. C. de condict. ob tur. cau. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in vj. q. ff. de off. proconſ. & in l. ea quidem. col. xij. C. de accuſ. Panor. in c. finem. col. xiij. in tertia parte gl. magnæ, extra de dolo & cont. & in c. poſtulaſti. in 3. not. per illum tex. vbi Iaſ. & Felin. extra de Iudæis. Ang. in tract. malefic. Corne. conſi. cxxx. viſo libello. col. pen. verſ. & inſuper etiam iudex. lib. j. & conſ. viij. circa primum dubium. col. v. verſi. venio nunc ad quartum. lib. iij.

*Et econtrà iudex ciuiliū, de criminali iudicare poteſt.*

15 ¶Et è diuerſo licet iudex ciuilium cauſarum non habeat imperium, nec poſsit de cauſis criminalibus cognoſcere, ſi tamen cauſa criminalis incidenter accedat cauſæ ciuili, de qua principaliter cognoſcit, poterit de ea iudicare, l. nullum. C. de teſtib. & ita per illū tex. & in d. l. quoties. tenuit expreſſè Ang. in l. ſi vacantia. verſ. de quarto principali artic. C. de bon. vacan. lib. x. & Ang. Aret. in dicto tract. malefic. in gl. j. col. ix. verſ. tertiò principaliter eſt videndum.

*Laicus iudex an & quando poſsit cognoſcere de cauſa vſurarum. Dotis cauſa pertinet principaliter ad iudicem.*

16 ¶Præterea quamuis iudex laicus non poſsit cognoſcere de cauſa vſurarum, ſed ſolus iudex eccleſiaſticus, vt not. xj. q. j. c. in ſumma. & in cle. diſpendioſam. de iud. Tamen ſi in quæſtionem pignoris, aut aliam principaliter coram iudice laico motam, incidat vſurarum quæſtio, poterit de ea incidenter cognoſcere, vt voluit Bald. in c. j. §. ſimiliter. de contro. inueſt. quod quomodo intelligatur ibi illum vide, & Bart. & eundem Bal. in d. l. quoties. C. de iudic.

¶Item licèt cauſa dotis pertineat principaliter ad iudicem ſecularem, vt dicit glo. in c. de prudētia extra, de donat. inter vir. & vxor. per tex. in l. mutus. §. j. & in l. quemadmodū. §. j. ff. de iure dot. & in l. vbi adhuc. & in l. ſeq. C. eod. Poteſt tamen iudex eccleſiaſticus de dote incidenter cognoſcere, cum videlicèt incidit in cauſam matrimonij, de qua principaliter cognoſcit, vt eſt tex. in dicto c. de prudentia. Quibus adde, quod ſcribit Ant. in c. j. de tranſlat. epiſc. quòd electus confirmatus, nondum conſecratus poteſt cognoſcere de cauſa criminali incidenter, & acceſſoriè, licet non principaliter, quia non attenditur quod fit in conſequentiam, multáque in conſequentiam permittuntur, quę non principaliter, per tex. ſuprà allegat. in l. j. ff. de auct. tut. vbi Bart. & alij, Barb. quoque dicto conſi. ij. li. j. & dicto conſi. j. lib. ij.

*Iudex delegatus, quando fines mādati excedere poſsit.*

17 ¶Eaque procedunt non in iudice ordinario ſolum, ſed & in iudice delegato, cuius fines non adeò latè patent, vt qui exacta diligentia formam mandati obſeruare debeat, extra de reſcr. c. cum dilecta. in fin. Poteſt tamen non ſolùm de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed & de alia quoque quæ incidenter aduenit, cognoſcere, vt eſt tex. in l. vlt. in fi. & ibi not. Raph. Fulg. C. vbi & apud quos. & ſimilis omnino tex. in c. cauſa. extra de in integ. reſti. quem ibi ad hoc not. Pan. in tertio notab. adfirmās ratione huius conſequentiæ, & (vt ita dicam) incidentiæ, ampliari iuriſdictionem non ſolum ordinarij, ſed etiam delegati iudicis. Et idem quoque procedere in mandato procuratoris, vt ratione incidentis, extendatur ad ſpecialiter non commiſſa, vt voluit bona glo. in c. pen. eod. tit.

*Procuratoris mandatum extenditur ad nō cōmiſſa ratione incidentis.*

18 ¶Et id quidem quod dictum eſt de procuratore, obtinet etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum, verbi gratia, Procurator non poteſt ſine ſpeciali mādato petere reſtitutionem in integrum. l. illud nullam. §. j. ff. de minor. & c. coram. extra de in integ. reſtit. quod verum eſt cum petitur principaliter, ſecus ſi incidenter, quia tunc non eſt neceſſarium mandatum ſpeciale ſecundum Barto. in d. l. illud. §. j. & ibi Salic. & idem Bart. in l. procurator. in fi. prin. ff. de oper. noui nunc. & in l. j. C. etiam per procur. & in l. qui proprio nomine. §. item quæritur. per illum tex. de procur. ff. & in l. indebitum. C. de condict. indeb. vbi etiam generalius notatur, in omnibus caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, hoc ipſum procedere per illum tex. quem ad hoc dicit ſing.

19 ¶His conuenit, quòd licet Papa non poſsit tollere ius alteri quæſitum ex iure naturali, tamen vbi illud



*Papa an poſsit tollere ius alteri quæſitum ex iure naturali.*

illud ius venit non principaliter ex iure naturali, ſed acceſſoriè, & in conſequentiam iuris eccleſiaſtici, in quo Papa habet pleniorem poteſtatem, poteſt ſublato principali, etiam ſolo verbo, ipſum acceſſorium quod iuris eſt naturalis tollere, vt voluit Imo. in c. ij. per illū tex. extra, de vot. & obed. vbi Papa tollit obligationem quæſitam laico, diſponendo principaliter ſuper voto, & ſequitur ibi Ant. nec diſſentit Pan. licet det alium intellectum, per quem probat aliud, & huic modo propoſito accommodatiſsimum, videlicèt quod vbi contractus laicorum eſt iuratus, poteſt tolli per Papam, cum cauſa, tollendo iuramētum quod eſt principale, de quo etiam per Fel. in c. quæ in eccleſiarum. col. xviij. verſi. tertia declaratio. extra de conſtit.

20 ¶Prætereà licèt inducta ad vnum finem, non debeant operari contrarium effectum l. quod fauore. ff. de legibus. & l. legata inutiliter. in princip. ff. de adim. legat. Fallit tamen quando contrarius effectus venit ſecundariò, & in conſequentiam ipſius actus. l. cum ex oratione. quam ita declarat Bald. in d. l. quod fauore. in vij. oppo. & melius facit tex. in l. denique. §. interdum. & quod ibi no. Bar. ff. de pecul. l. ſecundum Phil. Dec. in c. cum venerabilis. ſuper glo. in verbo, confeſſus, extra de except.

*Minor quādo immobilia alienare poſsit ſine decreto.*

21 ¶Ad hæc licet minor habens curatorem, non poſsit alienare immobilia ſine decreto, l. magis puto. §. nec paſsim. ff. de rebus eorum. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. cum ſimil. hoc tamen intelligitur cum hoc agit principaliter. Nam acceſſoriè, & in conſequentiam ſuæ perſonæ, ingrediendo videlicet monaſterium, omnia bona ſua dicat monaſterio abſque decreto, modò ſit pubes, vt not. Cyn. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccl. Can. in c. in præſentia. extra de probat. & Iaſ. in l. vlt. C. de pact. Adde quod voluit Ray. Forliu. in l. diuus. in apoſtil. ff. ad Silleia. quòd ſtatutum loquens de pacto offenſi, ſiue habentis intereſſe, intelligitur de eo cuius intereſt principaliter, non item ſecundariò, vt not. in l. j. C. de ſucceſ. edict. quibus ſubſcribit Bald. in l. vt vim. col. iij. ff. de iuſtit. & iur. vbi dicit, quòd ſtatutum permittens offenſo facere competentem vindictam, intelligitur de principaliter offenſo, per tex. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil.

*Statutū de pacto offenſi.*

*In abſente diuerſis de cauſis quid attendatur.*

22 ¶His accedit quod voluit glo. not. in l. non verè. ff. ex quibus cau. maio. quòd ſi aliquis ſit abſens, partim cauſa Reipub. partim cauſa rei priuatæ, illud potiſsimum attenditur quod principaliter intendit, quod commendat Bald. per hoc decidens pulchrum caſum in cap. dilecti. in princ. col. pen. extra de appel. & Panor. in c. cum pro cauſa. de procur. & Iaſ. qui hoc valdè probat in dicta l. ſi quis nec cauſam. col. iij. ff. ſi cert. pet.

*Inſtrum. garentigiata.*

23 ¶Cui confine eſt, quod voluit Bal. in l. ſi pro te. per illum tex. C. de dot. promiſ. quòd ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta garentigiata habeant executionem paratam, debet intelligi ad inſtantiam principalis creditoris, non alterius, cuius in conſequentiam ſolum intereſſet, refert ſimpliciter, & dicit notandum Iaſ. in l. iij. in fin. prin. ff. de tranſact. & in l. ſi vnus ex argentariis, §. ante omnia. ff. de pact.

*Ex confeſsione facta non principaliter, non eſt quis condēnandus.*

24 ¶Poſtremò ex confeſsione incidenter, & per quandam conſequentiam facta, & non principaliter, non eſt quis condemnandus, vt dicit Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. reo. ita intelligenda gloſſ. in l. ſi filium tuum liberum. C. de liber. cau. & idem voluit Ang. conſi. clxxiij. viſis actis prædictis, & Ange. in diſput. quæ incipit, Aſtenſis miles. col. ij. & iterum in diſput. incip. duo nobiles Gallici. car. iij. Salic. in l. ij. in fi. C. de cuſt. reo. Imo. in c. vlt. col. pen. de confeſſ. & in cap. examinata. in fi. de iu. Panor. in c. at ſi cleri. in prin. col. ij. eo. tit. & in c. j. in fi. extra de excep. & in c. ij. de ord. cogn. & in c. vlt. in vlt. no. de reſtit. ſpol. & conſ. xxv. canonicus. lib. j. Barbat. dicto conſ. ij. lib. j. & dicto conſi. j. lib. ij. & Hippol. Marſi. in l. j. in prin. col. antepen. verſ. & vltra prædicta. ff. de quæſt. & in repet. rubr. C. de prob. col. ij. verſ. limita tamen hæc, & iterum in repet. l. vlt. in xxij. car. & rurſum in xxv. car. C. eod. tit. Et de hoc eſt gloſ. not. quam Barb. in dictis locis facit ſing. in can. ex pœnitentibus. in fi. 50. diſt. quæ dicit nota. quòd clerico promouendo nocet confeſsio ad hoc tantùm, vt non promoueatur, non etiā ad hoc vt puniatur, cum ad hoc principaliter nō agatur: ſicut nec teſtis cōfeſſus crimen in ſua depoſitione, ex ea confeſsione punitur, vt dicit probari, extra de accuſ. c. inquiſitionis. de quo etiam eſt alia gloſ. in can. hæc quippe. iij. q. vj. in fin. j. gloſſ. & in ſeq. gloſſ. his amotis. quam ad hoc not. & ſequitur Bald. in l. presbyteri. col. ij. verſ. tertio quæro. C. de epiſ. & cler.

*Confeſsio incidēter facta, nō præiudicat.*

25 ¶Et id quidem vſque adeò verum, vt pulchrè dixerit Sali. in l. j. col. viij. C. de confeſſ. quòd ſi quis à me petit decem aureos mutuò, & ego vt me excuſem dixerim, non habeo, imo quia egebam pecuniis, accepi decem à Titio: qui quidem Titius præſens eſt, non tamen poterit ex huiuſmodi confeſsione agere contra me, cum eam non fecerim principaliter ſuper ipſo mutuo Titij, ſed incidenter, ideo mihi non præiudicat: quod dictum reputat ſing. Hypol. Marſil. in d. rub. de prob. quo loco ſupra allegaui. Hactenus ſatis hanc primam limitationem comprobauimus, videlicet eum ſolum eſſe citandum, de cuius præiudicio principaliter agitur, nec neceſſe eſſe conuocari, quos in conſequē tiam, & ſecundariò ſolum actus tangit, id quod multi ita declarandum exiſtimant, vt videlicet non ſit neceſſarium eos citare, ad hoc vt actus valeat, non autem vt eis præiudicet, niſi ſaltem generaliter fuerint vocati, ſecundum not. per Bart. in l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. & in extrauag. ad reprim. in verb. per edictum. cum concor. ita in noſtro caſu expreſſè declarat Barto. ſubdubius tamen in l. filiusfa. §. diui. in j. q. ff. de legat. j. & aſſeuerantius Iohan. Fab. in §. licèt autem. Inſtit. de adopt. Ro. in l. peregrè. §. quibus explicitis. ff. de acqui. poſſ. & Alex. in d. l. de vnoquoque. in fin. & iterum in l. populi. col. ix. verſi. nec huic concluſioni. ff. de re iudi. & conſi. lxxxvj. viſis dubitationibus. col. j. verſ. fortifico quia dato. lib. ij. & conſ. lxxxiiij. in cauſa quæ vertitur inter agentes. col. iij. verſic. per prædicta. lib. iij. & conſ. lxxxv. ponderatis his. colum. ij. verſ. nec ad ſubſtantiam. lib. vj. in quibus locis alleg. not.

*Superior limitatio quomodo intelligenda.*

no.per gloſſ.in l.cum miles.§.ſi is qui.in verb.facienda.ff.ex qui.cau.ma.& alia quædam quæ videre licet in d.conſi.Et hoc quoque expreſsè voluit Felyn.in cap.vlt.col.ij. de maior. & obed. qui & ad hoc allegat And.Iſer.in c.ſi vaſallum.tit.ſi de feud.fuer.contr.inter dominum & agn. vbi reſpondet ad d.l.j.§.denuntiari.ff.de vent.inſpic.quòd ibi non erat præiudicium irreparabile,cum eſſet ſaluum ius ſubſtituto,probandi partum fuiſſe ſuppoſitum, per l.j.§.vlt.ff.de carb.edict. Quanquam Felin. dicit hoc quoque procedere,etiam ſi præiudicium eſſet irreparabile, & idem quoque voluit Iaſ. in l.reſcriptum.in ij.not.in fi.ff.de pact.Et Philip.Dec.conſi.ccclxvij.viſo puncto.in fi.Quæ declaratio ſi vera eſt,certè hæc prima limitatio,non erit limitatio ad noſtram regulam.

*Contra præcedentem declarationem.*

26 ¶Vtcunque tamen ſit,contra iſtam declarationem facit gloſ. notab.in l.in cognitione. ff. ad Silleia. per quam dicit Ang.ibi in fi.quòd ſententia lata contra vnum,quem negotium principaliter tãgit, præiudicat per quandam neceſſariam conſequentiam ei,quem negotium acceſſoriè tangit, etiam ſi non fuit citatus.Ex quo infert,quòd lata contra principalem debitorem,nocet mandatori,& fideiuſſori non citato, non ita tamen quòd contra eos procedatur via executionis, niſi eſſet fideiuſſor iudicatum ſolui,per not.in l.j.ff.iud.ſolui.quod etiam tractat pluribus,idem Ang. & Imol. in dicta l. de vnoquoque. & per Bald. in l.In duobus reis.§. quæ iurauit.ff.de iureiur.& in l.3.col.13. C.de conueni.fiſc.debit.libro xj.& per Alexand.hanc partem multis rationibus fulcientem,dicto conſi.clvj. lib.ij.vbi ad hoc dicit eſſe tex.optimum non allegatum ab aliis in l.auctore laudato.C.de emanc.& inter cætera quoque allegat,id quod vult Imo.in d.l.filiusfam.§.diui.in fi.per illum tex.ff.de legat.j. quòd lata pro creditoribus contra hæredem,facit præiudicium legatariis,etiam non citatis, vt videlicet plenè excludantur à legato,& per conſequens ab hypotheca bonorum propter ipſos creditores,quia æs alienum excludit legatum.l.ſi vniuerſa.C.de legat.l.j.§.pen.in fine.ff.ad Trebel. & in §.hinc nobis.in auth.de hæred.& falc.de quo latè etiã per Alex.Ang.Raph.Iaſ. qui multas concor. adducunt,& cæteros recentiores in dicto §.diui.quos vide, & cogita ſuper hac prima declaratione. Illud autem inter cætera non omittendum, quòd contra illud quod ſuprà diximus ex auctoritate Ang.de fideiuſſore contractus,tenuit Bald.in l.ij.col.vij.C.de eden.vbi tenet expreſsè,quòd lata ſententia contra principalem,non nocet huiuſmodi fideiuſſori non citato, quod eſt etiam de mente Bart.in l.decem.colum.j.& in l.cum filius.in princ.ibi,per eum formata.ff. de verbor. obligationib. vbi reſpondet ad not.in d.l.in cognitione.quam partem veriorem exiſtimat Alex. ſibi contrarius in d.l.vlt.col.vj.ff.de re iudic.ideo iterum moneo cogitandum,& vide Pau.Caſt. in l.in concedẽdo. ff.de aqua pluuia arcend.

*Non citãdi neceſſariò poſſunt comparere ſi uelint.*

27 ¶Secundò declara hanc primam limitationem,vt licèt iſti quorum ſecundariò intereſt,non ſint neceſſariò citandi,poterunt tamen ſi velint comparere pro ſuo intereſſe,ad impugnandum,vel defendendum ipſum actum,vt voluit Bald.in rub.C.de ſucceſſ.in fi.Roma.in dicta l.peregrè.§.quibus.ff. de acquir.poſſeſſ.vbi ad hoc allegat Innoc.in c.humilis.extra de maio.& obed.& etiam voluit Bal. conſi.xlv.mandato & iuſſu dominorum.col.4.verſi.& ſi opponatur.lib.2.& Felin.in c. illa præpoſitorum.extra de accuſ.

28 ¶Tertiò declara,vt etiam poſſint appellare, licèt principalis non poſſit, ex ſententia Bartol.& recentiorum in l.à ſententia.ff.de appell.Innoc.Panor.& aliorum in c. cum ſuper extra de re iudic. Alexand.in §. diui.

*Actum abſenti & ignoranti, quãdo noceat.*

29 ¶Limita ſecundò principaliter dictam regulam, qua diximus vnumquemque eſſe ad eum actum conuocandum in quo lædi poteſt,vt ei noceat:vt non procedat quando ille ſi adeſſet, non poſſet contradicere,aut aliquid ad impediendum actum allegare, ſiue quoniam illo inuito, & reluctante actus fieri poteſt.l.qui poteſt.ff.de regul.iur.vbi eſt tex.in hæc verba qui poteſt inuitis alienare,multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt,& ibi glo.quæ adducit concord.quibus adde tex.ff.ad Trebel.l.recuſare.in prin.& ff.de fideico.lib.l.ergo quandiu.quæ eſt 4.§.illud videamus. & l.ſi eum ſeruum.§.j.& §.vlt.ff.eod.& extra de re iudi.c.cum olim.ſecundum vnam lectionem, & ita voluit glo.in l.j.in verb.ratam.C.qui admit.ad bon.Oldr.conſ.xcv.ex forma iſtius ſtatuti.in fin.Ioan. And. in c.ij.extra,de noui oper.nunc.& in addit.Spec.tit.de ſent.§.ſpecies.verſ.habeo de præcepto. circa medium Arch.in c.Roma.ſuper verb.reuocent.de appel.lib.vj.Ioh.Fab.in l.ij.in fi.C.ſi per vim,vel alio modo.Imol.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquirend. hæred. vbi & hoc dicit procedere in materia correctoria.Ioa.Cald.conſi.viij.quod ſtatutum.Panor.in c.cauſam quæ.col.j.extra de reſcrip.& in c.bonæ.j.col.4.verſi.item not.de elect.& in c.auditis.col.3.de procur.& c. accepta. in fin. de appel.Rom.conſ.ccxij.quo ad primum.in princip.verſ.j.& ij.& iterum col.vij.Paul. Caſtr. conſi. cxcvj.ſuper primo dubio.col.vlt.Raph.Cuman.conſi.xcviij.ſuppoſito tenore.in fi.Alex.in l.ſi pacto quo pœnã.col.j.verſi.limita tamẽ.C.de pact.& in dicta l.j.C.qui admit.vbi & hoc dicit procedere in materia correctoria,& conſi.cxxx.difficultas huius negotij.poſt prin.lib.j.& conſil.vj. circa proceſſum cauſæ.col.vlt.lib.3.Lud.Bolo.conſi.lix.Cor mundum &c.viſo igitur puncto.col.iiij.verſ.vlt.& ij. & Hipp.Marſil.ſing.xxx.tu ſcis regulam.Et propterea notab.dicit Anto.in c.veniens.j. col.ij. extra de teſtib.cui Bart.adſtipulatur in l.Theopompus,circa medium.verſ.quòd quando aliquis.ff.de dote præleg.quòd licet teſtis debeat iurare præſente parte,ſi tamen talis eſt ; cui neceſſariò ſtandum eſt,non eſt neceſſaria partis præſentia,aut citatio,& ſequitur Alex.d.conſi.cxxx.lib.j.

*Agnati neceſſariò nõ ſũt citandi, ueniente patre ad legitimationem naturalium.*

30 ¶Hinc quoque fit,vt ſecundum communem opinionem,ad legitimationem naturalium. veniente patre,non ſint neceſſariò citandi agnati,vt qui vocati non potuiſſent contradicere, ita voluit Cyn. & Bald.



& Bal.qui hoc limitat in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.Ioan.And.& Anto.in repet.Calder.Card.Panorm.& alij in c.per venerabilem.extra qui filij ſint legit.& in addit. Spec.titu.de ſucceſ.ab inteſta. §.j.col.vlt.verſi.item ſcias.Feder.Senen.conſi. lvij. videtur mihi quod in priuilegio legitimationis. Barto.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in fi.& ibi latè recentiores ff.de liberis & poſthu.Gaſpar Cal. conſi.xxx.qui filij ſint legit.Bal.conſi.lvj.an pater qui fecit.lib.1.& in l.1.col.pen.C.de inoffic.donat. & in proœm.C.col.4.& in l.vlt.C.quibus res iudic.non noceat.& in rub. extrà de reſcrip. col.1.& in c.Albericus.de teſtam.& in l.2.col.8.C.de ſeruit.& aqua.& idem Bal.conſi.cciiij.ſuper primo articulo.lib.2.& conſi.cccvj.Caſus quæſtionis talis eſt.col.vlti.lib.2.& conſi. cv. primo eſt videndum. libro 5.& conſi.ccclxj.verba Barto.in prin.eodem libro 5.& conſi.ccclxiij.quæritur vtrum filius.eo. lib.5.Ioan.Lig.& Franc.Ramp.inter conſi.Bal.conſi.xviij.in quæſtione propoſita. col.3.lib.4.Ange. conſi.lxxxiiij.Pet.Anch.in c.1.de ſucceſ.ab inteſt.& conſi.cccccvj.circa primum quæſitum. Imo.in c. niſi cum pridem.§.perſonæ.de renunc.Cuma.dicto conſi.xcviij.in fi.vbi dicit hanc eſſe cõmunem opinionem, & iterum conſil clxviij. reuerendus pater dominus epiſcopus Vincen.Panor. in dicto c.cum olim.col.5.de re iudi.vbi refert ſe ita conſuluiſſe,ſicuti & verè conſuluit conſi. lxxxv. videtur primo dictam donationem.col.3.libro 3.Ioan.Ana.conſi.xxix.viſa imperiali.in quinto dubio.Rapha.Cuma.conſi.xcviij.ſuppoſito tenore.col.pen.vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam doct. Alex.conſi.clxxxvij.perſpectis verbis.col.3.lib.5.& conſi.pe.eo.li.5.& latè Barb.dicto cõſi.xlix.ſcribitur ſapientiæ,per totum lib.2.vbi dicit ſe ita vidiſſe conſultum per præſtantiſſimos doct.Soc.qui hanc dicit eſſe communem conſi.xlvij.in præſenti conſultatione.col x.verſi.ad ſecundam rationẽ. lib.4.Philip.Dec.conſi.ccccxxxviij.in caſu propoſito.poſt prin.& conſi.ccclxv.pro declaratione.col. 2.in fi.& conſi.ccclxvij.viſo puncto.col.6.Quid autem in legitimatione quæ fit poſt mortẽ patris, videbis latè per recentiores in d.§.& quid ſi tantum.

*Princeps in cõcedendo priuilegium,non tenetur citare quibus præiudicat.*

31 ¶Hinc item eſt, quod multum præced.cap.congruit, quòd princeps in cõcedendo gratiam vel priuilegium,non tenetur citare vel vocare eos quibus præiudicium irrogari poteſt, nempe quibus inuitis huiuſmodi gratiam vel priuilegium poteſt concedere,ita voluit gloſ.& doct. in c.licet. de re iudi.Imo.in dicto c.niſi cũ pridem.in fi.extra de renun.ſequitur Bal.in dicta l.vlt.C.quibus res iud. non noc.& idem Bal.in c.vlt.col.2.verſi.quæro quid de iſtis executoribus.& Inn.ibi, extrà de præſump.& voluit idem Bal.in dicta l.nam ita diuus.col.1.ff.de adop.Panor.in d.c.cum olim.col.6.verſ. ſecunda cauſa.extra de re iudi.addens & hanc rationem,quia qui iure ſuo vtitur,nemini facit iniuriam,& Barb.d.conſi.xlix.col.2.verſi.præterea facit.Philip.Dec.conſi.cccxc.quoniam ex facto.col. vlt.quod tamẽ limitat Pan.vbi ſuprà,niſi de iure aliud in certo caſu caueretur. Sed & tu præterea potes limitare duobus modis ex his quæ dicit Bar.in l.2.in 2.not.C.de temp.app.quòd quãdo princeps concedit priuilegiũ in his quæ reſpiciũt cauſæ cognitionem,vel partẽ multũm lædunt, debet pars citari,vide ibi omnino Alex.in addi.& conſi.xj.aliàs cõſului. col.2.verſ.&c quod requireretur. li.7.& Bal.in rub.extrà de reſcri.col.j.& Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtũm.col.pen.ff.de lib.& poſth.

*Declaratio animi poteſt fieri parte abſente.*

32 ¶Hinc eſt prætereà,quòd declaratio animi poteſt fieri parte abſente.l.Pomponius.ff.de nego.geſt. & ff.de acquir.hæred.l.j.& l.pro hærede.in prin.& l.ſi quis mihi bona.§.iuſſus eius.ff.eo.& C.de iure delib.l.ſi auia tua.& ff.ſi menſor fal.mod.dixe.l.j.in fi.cum l.ſeq.& ff.de fideicom.liber.l.ſi Sticho. & ita per nonnullos,vt voluit Card.in c.expoſita.de arbit.& Alex.dicto conſi.cxxx.difficultas.col. j.verſi.2.hoc confirmatur.& iterum paulò ante fi.lib.j.

*Actus quando pendet ex uoluntate eius qui facit, fieri poteſt abſente parte.*

33 ¶Hinc etiam eſt,quòd actus poteſt fieri abſente parte,quando pendet ex voluntate eius qui facit, vt not.in l.qui in aliena.§.vlt.ff.de acquir.hæred.Sicut dicimus de bono.poſſeſ.quæ poteſt peti parte non citata,vt voluit gloſ.not.ff.de bon.poſſ.l.3.§.ſi eam.quam ſequitur Bart.ibi,& Bal.illam ſing. vbique faciens,videlicet in dicta l.nam ita diuus.ff.de adop.l.j.& iterum in l.vlti.C.qui admit. & in c.vlt.col.2.extra de transla.epiſc.& in c.cum in iure.in fi.extra de offi.deleg.& in c.1.col.pe. de iudi. & in c.præterea.col.3.de fer.& dilat.& in c.ſi quis teſtium.in fi.de teſtib.& in c.vlt.col.vlt.de fide inſtru.& in c.tenor.col.j.de re iudi.& Rom.conſi.lxj.licet mihi magna.poſt prin.& Barb.dicto conſil. xlix.lib.2.& Hippol.Marſil.in l.vnius facinoris.§.cuſtodiæ.col.2.ff.de quæſt.& in authen. ſacramenta puberum.col.2.C.ſi aduer.vend.Et Alex.conſi.cxxvj.lib.5.quibus probatur etiam ratificationem fieri poſſe parte abſente,vt not.Bar.in l.qui enim.in fi.ff.rem ratam habe.& in l. Pomponius. col.2. verſi.item ex eo.ff.de nego. geſtis.

*Delatio iuramenti poteſt fieri parte non citata.*

34 ¶Hinc quoque eſt,quòd delatio iuramenti,de quo in l.ſi quando.C.vnde vi.& in c.vlti.extra quod met.cau.poteſt fieri abſente parte & non citata,quia non poteſt facere quin illi iuramentum deferatur,ita voluerunt Dom.de Rot.deciſ.299. licet quòd ad taxationem, in nouis. Refert & ſequitur Imo.in c.vlt.col.x.extra quod met.cau.Alex.dicto conſi.cxxx.verſi.tertiò prędicta cõfirmantur.lib. 1.Iaſ.in repe.l.admonendi.col.vlt.ff.de iureiur.vbi hoc dicit not.& latè in d.l.ſi quando.in ix.not.

*Iuramento ſtare promittens, parte non citata iuramentũ ualet.*

35 ¶A quo non longè abeſt quod notab.conſuluit Alexan.dicto conſi.cxxx.difficultas huius negotij. libro 1.quòd ſi ego promiſi ſtare tuo iuramento de damno,& intereſſe, poteris iurare me abſente & non aliter citato,licet agatur de meo præiudicio,cum etiam ſi eſſem citatus & adeſſem,non poſſem tamen facere quin iurares,& tibi crederetur, quod pro ſingulari refert Catel. Cotta in memor. citat. part.

*In adeò notoriis,non requiritur abſentis citatio.*

36 ¶Poſtremò hinc eſt quod in his quæ ſunt adeò notoria,quòd certum eſt nullam defenſionem abſenti competere.non requiritur citatio per text.in c.bonæ.j.in verſi.porrò.extrà de electio.in c.ve-

nerabilem,vbi etiam Panor.hoc modo intelligit,col.6.verſi.item not.ibi,ſunt enim.extra eo.& in c.ad noſtram.3.col.2.verſi.opponitur,2.extrà de iureiur.& in c.accepta.col.pen.extra de reſtit.ſpol. & in c.cum ſit Romana.extra de appel.& in c.j.col.2.de cauſa poſſeſ.& propriet.& in c.cum olim. vbi idem Panor.qui hoc dicit ſingulariter notandum,col.7.verſi.not.ſingul.extra de re iudi.& ita quoque voluit Panor.in c.veſtra.col.vlt.verſi.circa quartum.extra de cohab.cler.& mulie.& conſil. lxviij.in fi.lib.2.in quibus locis dicit ita debere intelligi gloſ.& doct.qui dicunt in notoriis non requiri citationem,quos ibi per eum videre poteris:& hoc quoque ſequitur Barb. nulla Panor. facta mentione in l.is cui bonis.col.xix.verſi.mihi tamen videtur.ff.de verb. oblig. vbi & illud præterea dicit,quod in notorio reſultante ex facto iuris non requiritur citatio,argu.not.in c.adferte. de præſump.& in c.Rainutius.de teſta.& per Bal.in l.j.C.vt quæ deſunt aduo.part.vbi traditur, quòd non eſt neceſſarium huiuſmodi notorium reſultans ex facto iuris. verùm quod ad primum caput pertinet,vide quæ dicam infrà in xxxij.limitat.in vlti. declaratione.

37 ¶Aduerte tamen,quòd contra huiuſmodi limitationem poſſent multa adduci:nam ſententia & iudicium redditur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.oblig.& tamen requiritur citatio partis.l.ad peremptorium.& l.ſeq.ff.de iudic.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic. proconſ. Item teſtes deponunt velint nolint,& pars aduerſa citanda eſt.l.penult.§. ſed cum minimè oporteat.C. de teſtib.& ſexcenta huiuſmodi exempla in eam rem adduci poſſent, vt etiam admonet Catel. Cott.dicto memor.citatio partis.Ideo cogita quid dicendum,& vide Barto.& Philip. Dec.in l.qui poteſt.ff.de regu. iuris.

*Contra præcedentem limitationem.*

38 ¶Limita tertiò principaliter noſtram regulam,vt videlicet debeat citari is,de cuius præiudicio agitur,vt non procedat quando eſſet futurum periculum ex citatione,vel propter moram,vel propter citandi fugam ſuſpectam.vt de primo voluit Inn.in c.ſignificauit.in fi.extra de teſtib.argu.extra de confir.vtil.c.cum dilecta.& ſequitur Alex.in d.l.de vnoquoque.col.2.in fi.ver.item limita regulam. ff.de re iudi.Ex quo & illud manare poteſt,quamuis & alia ratio reddatur,quod à Bal. pulchrè traditum eſt in auth.cum qui appellat.C.de tem.app.& in c.6.tit.quo temp.mil.quòd vltima die compromiſſi vel inſtantiæ poteſt ferri ſententia,quod ſing.reputat Alex.vbi ſuprà,col.vlt.verſi.itē fallit quando vlti.& Iaſ.in d.l.nec quicquam.§.vbi decretum.col.5.verſi.tertiò principaliter.ff.de off.proconſ.de quo etiam per eundem Bal.Pau.Caſt.in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l.ſi quis arbitratu. & ibi latè Aret.col.5.ff.de verb.oblig.& in d.l.ad peremptoriū.ff.de iud. & Roma.in l.qui calendis. ff.de verb.obli.& in rub.ff.de recep.arbit.x.q.Et aliàs,vbi eſt periculum in mora, recedimus à regulis iuris cōmunis,vt latè per Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de oper.noui nunc. Pet.Anch.conſil. cclxxvij.ex prædicta facti narratione.col.j. De ſecundo autem latius diximus ſuprà.

*Non citatur cui ſit præiudicium,quando futurum eſſet periculum ex citatione.*

39 ¶Limita quartò non procedere,vbi alteri cōmittitur examinatio an quis ſit idoneus,ſiue dignus,an non,vt voluit glo.notab.in cle.j.de offi.deleg.& Inn.in c.vlt.in fi.extrà de tranſla.prælat. & in c.vlti. col.j.in fi.verſi.item licet more.& ibi Ioan.And.col.2.in prin.& Bal.col.pen.verſi.quartò quæro.extrà de præſump.Lauda.in cle.vlt.& ibi etiam Card.in v.q.de reſcrip.& iterum in cle.1.& ibi quoque Card.in j.q.de conceſ.præb.& Bal.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cleri.& in l.non dubium. col.8.C.de legib.& in l.neque natales.col.vlt.verſi.ſed nunquid in iſta examinat.C.de proba.& in l. certum.col.3.& ibi Iaſ.col.antepe.C.vnde legi.Roma.ſing.366.fuit vnus.verſi.quartò fallit.& Alex. in dicta l.de vnoquoque. col.vlt. verſi. item fallit vbi.

*Examinatio alteri cōmiſſa,an quis ſit idoneus, uel dignus.*

40 ¶Limita quintò non procedere , quando aliquid cōmittitur conſcientiæ alicuius , quia ille poterit procedere ſine citatione,vt voluit Bal.in dicta l.certum.col.2.in fi.C.vnde legit.& in l.vlti.C.de legit.hæred.& in l.qui ſe patris poſt auum.C.vnde libe.Roma.in repe.rub.ff.de arbit.col.2.in fi.Alex. vbi ſuprà,& Lanfran.in tracta.de arbit.parte 7.col.3.pro quo bene facit gloſ.notab.in c.ſtatutum.§. aſſeſſorem.in verbo,relinquatur.de reſcrip.quam faciunt ſing.Pau.Caſt.in l.de pupillo.§.qui opus. ff.de operis noui nunc.& Ange.Aret.in §.ſed iſtæ.Inſtit.de actio.ibi,vide Iaſo.Bal. quoque in c.ſi ſacerdotes.extrà de offic.ord.Verùm Roma.in d.l.certum.in fi.vult illud dictum Bal. non procedere,quando extaret perſona,de cuius præiudicio ageretur,per id quod not.gloſ.in l.vlti.C.de bono. poſſeſſ.ſecundum tabul.vbi ad hoc vt rectè determinet, neceſſe habet rectè informare conſcientiam ſuam,ergo cauſæ cognitio requiritur , & ſic citatio in l.cauſæ.§. cauſa cognita.ff.de minorib. & hanc poſtremam ſententiam ſequitur Iaſon in dicta l.certum.col.antepen.& in dicto §.vbi decretum.in xiiij.fallen.ibi poſtquam recenſuit illud dictum Bal.quod ſing.dicit,tandem adiicit non eſſe ſimpliciter verum,adducitque præfereà quod egregiè dicit. Bal.in ſua diſpu.ſtatuto cauetur quòd fœnerator.col.vlt.quod ille cuius conſcientiæ aliquid cōmittitur,non poteſt leges tranſgredi , quia intelligitur de conſcientia legibus munita,& ſecundum leges (vt ita dicam) regulata,non de ea quā ſibi quiſque fabricat.argu.l.codicillis.§.vlt.ff.de lega.2.Item iſtud verbum conſcientia, importat arbitrium boni viri,non meram & liberam voluntatem,vt voluit ipſe Bal.in l.nulli.col.3.C. de epiſc. & cler.& in l.vlt.in fi.C.de iure domi.imper.quod & patet ex not.in clem.j.in verbo,oneramus. de iure patro.Sed cum aliquid cōmittitur per verba importantia arbitrium boni viri,debet talis commiſſarius partes citare,vt voluit Bar.in extrauag.ad reprim.in verbo,ſine figura.& in verbo, videbitur.& Bal.in l.captatorias.in 3.q.C.de teſta.milit.& ita quoque iiſdem rationibus tenuit Alex.ſibi contrarius conſi.ccxix.viſis verbis domini Grimaldi.lib.2.

*Conſcientiæ alicuius commiſſum.*

*Verbum conſcientia quid importet.*

41 ¶Limita ſextò , vt non procedat in Papa, qui poteſt ferre ſententiam diffinitiuam contra tenentes iniuſtè



iniuſtè res eccleſiæ,nulla præcedente citatione , vt voluit not.Ioan.And.in dicto c.cum olim.de re iud.in nouel.& refert & ſequitur Bal.in l.2.C.quomodo & quando iud.& in prelud.feud.col.ix.verſ. aliqua,ſed pauca de principe paulò inferius,& Iaſ.qui hoc reputat ſingu.in d.§.vbi decretum.d.l.ne quicquam.ff.de offic. proconſ. col.v.verſ.quartò limita.

*Papa poteſt ferre ſententiā ſine citatione.*

42 ¶Sed aduerte quod Panor.in d.c.cum olim.col.vij.hoc intelligit ſecundum quæ diximus ſupra , in ij.limitatione,verſ.poſtremò hinc eſt.videlicet quando adeò notorium eſt,res eccleſiæ ab iis iniuſtè teneri,quòd nulla defenſio poteſt eis competere.Aliàs enim nec hoc caſu,nec alio poſſet Papa procedere ſine citatione,per ea quæ ſtatim dicemus in ſeq.limitatione,ſicut etiam expreſsè voluit Ioā. Monach.in extrauag.rem non nouam.& Rom.conſi.cclxix.circa primum.col.j.& ij. vbi declarat qualiter hoc intelligatur.

*Superior limitatio quomodo intelligēda.*

43 ¶Limita ſeptimò,vt aliàs etiam ſemper non procedat in principe,qui poteſt & cognoſcere & iudicare non citata parte , vt voluit Bald.in dicta l.j.in prin.C.quomodo & quando iudex.per gl.notab. in l.antepenul.in fi.ff.ex quib.cauſis maior.& idem Bald.in l.nec cauſas.C.de appell. vbi maturè reſpondet ad clem.paſtoralis.de re iudic.& facit tex.in c.ſicut in iure.in fi.de exceſſ. prælat. quem ad hoc not.Hoſtien.& Ant.Sed hoc planè falſum eſt,& contrarium etiam voluit gloſ. notab. quam & ipſe Bald.ſibi contrarius ſequitur in l.vlt.C.de legib.& Rom.in l.j.col.vj.ff.de reſcrip.& idem voluit glo.Ioan.Mon.in extrauag.Bonifacij viij.rem non nouam.in glo.vlt.ſub tit.de dolo & contu. Bart. in dicta l.nam ita diuus.quam legit cum l.adoptio.non iure facta.la ij.ff.de adopt.& in d.l. Gallus.§. & quid ſi tantum.& ibi recentiores, maximè Iaſ.in vtraque lect.col.vlt.ff.de liber.& poſth.& Bald. in l.ij.C.de temp.appel.& in l.vlt.C.de fruct.& lit.expen.& conſi.lviij.factum ſuper quo.li.iij.& Ang. in l.princeps.ff.de legib.Salyc.in l.nec cauſam.C.de appell.Ro.in l.ſi quis arbitratu.col.iij.ff.de verb. oblig.& in repet.l.j.col.v.verſi.item ſimilis quæſtio.ff.de arbit.Ant.& Panor.in c.cum olim.extra de re iudic.Card.& Pan.in c.j.de cauſa poſſ.& propriet.Alex.in d.l.de vnoquoque. col. vlti.verſi. item fallit in proceſſu principis.& Iaſon in dicto §.vbi decretum.col.vj. verſi. ſeptimò fallit. & faciunt nota.per Canoniſtas in c.in noſtra.de procur.& in c.inter quatuor.de maior.& obed.& eſt ſingularis tex.in c.j.de cau.poſſ.& propriet.ibi,nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire,& in l.j.col.iij.de conſtit.princip.Socin.conſi.lix.in cauſa nobilium.col.vj.verſi. ſextò & vlt. lib. iij.& conſi.cxx.memini me aliàs.col.iij.verſi.ſed ad abundantiorem.eod.lib.iij.Et hoc quoque probatur duabus potiſsimum rationibus.

*An princeps poſſit cognoſcere & iudicare parte non citata.*

44 ¶Primùm enim citatio eſt iuris diuini,vt voluit Bart.in extrauag.ad reprimendum. in verbo , ſine figura.col.ij.& Imol.in clem.ſæpe.col.xlij.verſi.habetur expedita.& hoc colligitur ex c. Deus omnipotens.ij.q.j.vbi dicitur,quòd Deus noluit punire peccata Sodomorum,niſi deſcenderet,& veniret &c.& idem ſcribitur Geneſ.3.vbi Deus antequam puniret Adam de peccato inobedientiæ , illū vocauit,& ipſius defenſionem audiuit.Quibus motus Panorm.in dicto c.j.de cauſa poſſ.& propr.& in dicto c.cum olim.col.ix.dicit Deum citationem inſtituiſſe:deinde, citationem committere , nihil eſſe aliud quàm defenſionem tollere,vt eſt tex.in c.paſtoralis.verſi.dici ne ergo ſententia. de re iudic.Defenſio autem iuris naturalis eſt,vt etiam ibi eſt tex.in verſi.nec prædicta ſuppletur,igitur nō poteſt tolli per principem iuribus alleg.quod & ſentit Bald.conſi.clxxxvj.ad euidentiam.col.vlti.li. 5.& in repet.rub.ff.de arbitr.col.vj.verſi.xvij.hæc tamen limitatio poſſet procedere , ſi princeps ex plenitudine poteſtatis,& ex certa ſcientia ferret ſententiam,per l.ij.in fi.de in integ.reſtit. & ita voluerunt Hoſt.& Ioan.And.in dicto c.in præſentia.de procur.& idem Ioan.And.in d.c.j.de cau.poſſ. & propriet.Bart.& alij in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.& idem Bart. in l. nam ita diuus.ff.de adopt.& in l.ij.col.vj.C.de ſeruit.& aqua.& Bal.in l.nec cauſas.C.de appel.& in l. ſi quis iniquum.quæ eſt iij.§.ſi is pro quo.ff.quod quiſque iur.& in l.ij.quomodo & quando iud.Salic. in d. l.nec cauſas.C.de appel.Ant.& Pan.in d.c.cum olim.de re iudic. Quanquam etiam in hoc contrarium expreſsè voluerunt Card.& Panor.in dicto c.j.de cauſa poſſeſſ.& propriet.& latè Fran. Aret. conſi.clxv.ſicut Iac.dicit col.ix.verſi.circa ſecundum.ſed ſuper hoc vide latè Feli.in c.quæ in eccleſiarum.col.xxv.in ſexta limit.per totum,de conſtit.Verùm hæc ſeptima principalis limitatio poſſet obtinere,in interpretatione declaratiua,verbi ambigui facienda per principem : tunc enim non requiritur partis citatio,vt voluit Innoc.in c.olim.& ibi quoque Hoſt.& Panorm.de verb.ſign.& Pau. Caſt.conſi.cccxxxviij.quia exceptiones.col.j.& ij. lib.j. tamen ſunt qui & in ſententia declaratoria principis,requirunt citationem partis,vt glo.in clem.vlt.de cenſib.& in cle.j.& ij.de pœn.& remiſſ. & Socin.d.conſi.cxx.lib.iij.Alex.conſi.xj.aliàs conſului.col.iiij.verſi.nec obſtat.etiam prædictis. lib. vij.& Soc.conſi. lxiij. viſo teſtamento nobilis.col.vj.verſi.ſed hoc non obſtante.lib.iij.

*Citatio iuris eſt diuini.*

*Adam uocatus antequam puniretur.*

*Defenſio eſt iuris naturalis.*

*Interpretatio uerbi ambigui facienda per principem.*

45 ¶Limita octauò vt non procedat,quando pronunciaretur proceſſum eſſe nullum, qui verè nullus eſt,quia tunc non requiritur citatio ſecundum Alba.antiquum,qui hoc dicit valde not.in c.cauſam quæ.per illum tex.extra de præſcr.quod dictum pro valde ſingul.refert Ant.ibi notab. qui & alleg. tex.in c.prolatam.ij. q. vj. ſubiungit tamen quòd non eſt generaliter verum : & tu de eius veritate vide ibi Innoc.& Panorm.

*An requiratur citatio, ſi proceſſus pronunciatur eſſe nullus.*

46 ¶Limita nonò vt non procedat,quando citatus in prima citatione dicit ſe nolle venire , quia vlterius non eſt citandus ad ſententiam,vt not.glo.in l.tres denunciationes.& ibi Bald. Angel. & Salic. C.quomodo & quando iud.& in l. vlt. in fin. & ibi Bartol. & omnes. ff. de in integr. reſtitut.& in l. conſentaneum.in verb.contumacia.& ibi quoque Bart.& Bald.C.quomodo & quando iud. & in l.

*Eſtne ulterius citandus ad ſententiam, qui in prima citatione dixit ſe nolle uenire.*

ex conſenſu.§.vlt.& ibi Imo.ff.de appel.& Hoſtien.in ſumma.de contu.Spec.in titu. de contum.§.j. verſi.& inquitendum quoque.& in titu.de citat.§.viſo.verſi.item poteſt conſtare. Bart.in l.ſi finita. §.Iulianus.ff.de damno infect.de cuius tamen veritate vide latè per Alex.in l.contumacia.col.2.verſicu.quartò fallit.ff.de re iudic.vbi comperies alios tenuiſſe ſimpliciter contrarium,alios diſtinxiſſe, an hoc dixerit in iudicio,an extra iudicium.Hoc autem nemine reclamāte haud dubiè procederet, ſi citatus expreſsè diceret ſine cauſa,ſe nolle amplius comparere coram iudice,vt voluit Ange.in l. ad peremptorium.ff.de iudic.& Anto.in c.conſuluit.de officio deleg.& Imo.in dicta l.ſi finita.§.Iulianus.& Alex.in dicta l.contumacia.

47 ¶Limita decimò,vt etiam non procedat quando citatus ipſe poſt citationem primam, equū aſcendit & vltra mare abiit,quia etiam tunc non eſt vlterius citandus ad ſententiam,quia declarat (hoc faciens) quòd amplius non vult citari,ita voluit Bal.in d.l.conſentaneum.in fi.C.quomodo & quando iud.dicens eſſe dictum valde ſing.Inno.in c.auditis.de procur.vbi tamē de hoc nihil dicit,& credo quòd illum voluit allegare in dicto c.ad petitionem.in glo.magna.de accuſ.& hanc limitationē ſequitur Roma.in d.l.Iulianus.§.ſi finita.ff.de damno infect.Alex.in d.l.de vnoquoque.col.vlt.& in d.l.contumacia.col.2.verſi.quintò fallit.ff.de iudic.Sed hac in re notandum eſt,præterea quod ſubdit Bal.in d.l.2.quòd de hoc conſtare debet iudici,antequam pronunciet.l.hæc autem.§.j. ff.quibus ex cauſis in poſſeſ.eat.

*Qui poſt primam citationem ultra mare abiit, ulterius non eſt citandus.*

48 ¶Limita vndecimò vt etiam non procedat, quando quis fuit primùm citatus perſonaliter, & non venit,quia tunc non debet vlterius citari,etiam vbi opus eſt aliis citationibus,ſecundum Inn.in dicto c.ad petitionem.de accuſ.quem ſequuntur Do.de Rota deciſ.xxxiij. licet in cauſis prophanis. & Iaco.But.in d.l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iud.ea moti ratione,quia in incertis nō certis locus eſt coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.obliga.Sed cōmuniter tenetur contrarium,vt per gl.Bar.& omnes in d.l.vlt.ff.de in integ.reſtit.Bal.in d.l.tres denunciationes.allegās ad hoc tex.in l.præſenti.C.de his qui ad eccl.confug.& idem Bal.in c.j.col.j.tit.de milit.vaſal.qui contu.eſt.Ioan.And.in addit.Spec.tit.de contu.§.j.Ant.in d.c.conſuluit.de offi.dele.& in c.vlt.de eo qui mit.in poſſ.doct.in dicto c.ad petitionem.Imo.in d.l.ex conſenſu.§.vlt.ff.de appel.& in dicto §.ſi finita.& Alex.in dicta l.contumacia.col.j.

*Citatus perſonaliter non eſt ulterius citandus.*

49 ¶Limita duodecimò non procedere,quando pars ſe occultat,nec patitur citationem ad ſe peruenire,ſecundum Inno.& Hoſtien. in dicto c.ad petitionem. per tex.in cap.quoniā §.poteſt. extrà vt lite non conteſt.& Ioan.Monac.in c.Romana.§.contrahentes. de foro competen.libro 6.& Dom. de Rot.in deciſ.ſuprà alleg.& Anto.in dicto c.vlt.col.vlti.de eo qui mit.in poſſ.& Alexan. in dicta l.contumacia.in ix.fallen.

*Qui non patitur citationem ad ſe perueniꝛe, non eſt citandus.*

50 ¶Limita decimotertiò in interlocutoriis quæ ſunt modici præiudicij, quæ poſſunt ferri abſente & non citata parte,vt voluerunt Bal.& Iaſ.col.5.in d.§.vbi decretum.Imo.in l.quod iuſſit.ff. de re iudic.cum concor.quas videre poteris ſuprà tit.vj.§.v. in tract. modicorum.

*Interlocutoriæ modici præiudicij.*

51 ¶Limita decimoquartò,vt non procedat in inhibitoriis,quas faciunt iudices eccleſiaſtici ſecularibus,ne cognoſcant de aliqua cauſa,quod poſſunt facere ſine citatione,ſecundum Archid.in c.quæ Lotharius.2.q.1.& Bal.in l.presbyteri.col.2.in 2.q.C.de epiſc.& cler.Sed de huius rei veritate vide quæ diximus ſuprà.

*Inhibitoria iudicis eccleſiaſtici.*

¶Limita decimoquintò, vt non procedat in eo qui fuit contumax in reſpondendo poſitionibus, quia ad audiendam ſententiam amplius citari non debet,vt voluit Spec.tit.de depo.§.8.in fi.quem ſequitur Rom.ſing.xxv.an contra contumacem.Tamen cōtrarium tenet Ioan.And.in addi. ipſius Spec.vbi ſuprà,& etiam in tit.de citatio.§.viſo.verſi.item licet.in fi.& iterū in c.2.in fi.de cōfeſ.lib. 6.& Iaſ.in d.§.vbi decretum.in xj.fallen.vbi tamen dicit ſing.illud dictum Spec.

52 ¶Limita decimoſextò in reuiſione rationum, ſiue ( vt vulgò loquimur ) computorum. Nam ſi is qui rationes debet reddere,librum rationum reſtituit,ex quibus appareat eum eſſe debitorem,poteſt non aliter citatus condemnari,vt eſt tex.quem ita intelligit Bart.in l.2.§.quod de frumentaria. ff.de admi.rerum ad ciuit.pertin.& Bar.ſequitur Pau.Caſt.in l.2.C.vbi decur.vel clariſ.l.2.in fi.vbi dicit hoc eſſe perpetuò menti tenendum,& Panor.in c.bonæ j.col.4.de elect.& in c.j.col.2.de cauſa poſſ.& propriet.& in c.cum olim.col.6.& ibi etiam Cardin.Flor.de re iudi.& in c. ex inſinuatione. in fi.& in c.cum ſit Romana.in fi.de appel.& in c.veſtra.de app.col.vlt.extrà de cohab.cler.& mulier.& conſi.lxviij.quanquam ſuper vacatione.in fi.lib.2.

*Reuiſio rationum ſiue computorum.*

53 ¶Limita decimoſeptimò,vt non procedat in ſententia taxationis expenſarum, in qua non requiritur alterius partis citatio,ſecundum Inn.in c.vlt.extra quod met.cau.Bal.in dicta l.2.C.quomodo & quando iud.& in l.terminato.col.2.C.de fruct.& lit.expen. Iaſ.in dicto §.vbi decretum.in xvij. fallen.& facit quod voluit Inn.in c.2.in fi.ibi,vel dic,quod interlocutoria,extrà de procura.& Bal. in l.ſancimus.in x.q.C.de iudi.Sed tamen in practica aliter obſeruamus.

54 ¶Limita decimooctauò, non procedere in cauſa ſtatus, in qua ſententia inter aliquos lata nocet omnibus etiam non vocatis,per tex.in l.ingenuum.ff.de ſtatu hom.quem ſic intelligunt docto. ibi, & in l.2.C.quibus res iudi.non nocet.Vnde Ioan.Fab.dicit in §.præiudiciales.col.pe. verſi. ſed quid in cauſa nobilitatis.Inſtit.de actio.quòd ſententia quā quis declaratus eſt nobilis vel ignobilis,facit ius inter omnes etiam non vocatos,de intellectu tamen d.l.ingenuū.& qualiter & quomodo procedat,vide præter docto.ibi, Panor.in cap. pen. col.8.verſi.ſextus caſus.extra de re iudi.& omnino

*In cauſa ſtatus, ſententia lata inter aliquos nocet omnibus etiam non uocatis.*

Alex.



Alex.poſt Imo.in d.l.vlt.col.15.verſi.addit etiam gloſ.ff.eo.vbi etiam ponit multas limitationes ad dictam l.ingenuum. Sed & eum quoque col.19.verſicu.iuxta hoc quæro.vbi latè diſſerit, quid ſi quis fuerit pronunciatus clericus.cuius monachus,bannitus, infamis, vaſſallus aſcriptitius, hermaphroditus,excommunicatus.

55 ¶Limita decimonono,vt videlicet non noceat aliis non vocatis,quod inter alios actum eſt, quoad plenum præiudicium. Nocet enim quoad aliqualem præſumptionem,ſiue facit qualequale præiudicium,vnde ius illorum vacillat,vt not.gl.Guliel.Cun.Fulg.& alij,in l.ſi duo patroni.ff.de iureiur. vide ibi Iaſo.& gloſ.in l.2.C.quibus res iudic.non nocet.& gloſ.in l.j ſtatim.in princ.in verbo, præiudicium.ff.de excep.rei iudic.& gloſ.in l.à ſententia.in princ.ff.de appel. vbi eſt & de hoc bonus tex.quòd ratione huiuſmodi præiudicij poteſt appellari,& gloſ.in c.cum ſuper.in verbo, interpoſitam.extra de re iudic.& gloſ.in l.j.C.de falſ.gloſ.in c.dilectus.2.in verbo,dantes.in fi.extra de ſimo. & in c.ordinatos verò quoſdam. 59.diſt.c.interrogatū.2.q.4. Ant.& Panor. hæc relinquentes arbitrio iudicis in c.pen.col.6.poſt prin.extra de re iudic.& Bar.in l.admonendi.col.3.verſi.quæro quid ſi dicta teſtium.ff.de iureiur.vbi dicit,quod facit ſemiplenam probationem, & in l.Lucius.ff. de his qui notan. infa.Alex.optimè declarans quale ſit huiuſmodi qualequale præiudicium, & quid & in quibus operetur in dicta l.vlt.col.21.verſic. item procedit hæc regula.

*Quod inter alios actū eſt, quatenus aliis noceat.*

56 ¶Limita vigeſimò non procedere,cùm is cui primùm de aliqua re actio vel defenſio competebat, paſſus eſt ſequentem agere,& ſi vocatus non fuerit,illi æquè præiudicat,ac ſi ipſe egiſſet vel defendiſſet,veluti ſi debitor paſſus ſit creditorem experiri de proprietate pignoris,aut maritus ſocerum, vel vxorem de proprietate rei dotalis,aut emptor venditorem de proprietate rei emptæ, text. eſt in l.vlt.ff.de re iudic.vbi & hæc exempla adſcribuntur,& in c.pen.extra eo.tit.in quibus locis hanc materiam abundè à docto.tractatam reperies,& maximè per Alex.qui copioſiſſimè omnium eam rem executus eſt.

*Non vocato præiudicat, ſi paſſus eſt, cui primùm actio cōpetebat, ſequētem agere.*

57 ¶Limita vigeſimoprimò non procedere in caſu l.2.C.de commu.rerum alien.& in l.j.C.de vend. rerum fiſca.lib.x.vbi fiſcus poteſt vendere totam rem quam habet communem cum alio etiā non vocato,ita quòd ille huiuſmodi venditionem infringere non poteſt. Et hoc quidem procedit ex priuilegio ſpeciali conceſſo fiſco,vt eſt tex.formalis in l.2.vbi dicit gloſ.quod hoc procedit,ſi fiſcus habet aliquam partem:nam ſi nullam haberet,& nihilominus ſciens venderet, nihil obeſſet domino:at ſi imprudens,quia putat ſe dominum,venderet, habet locum l.bene à Zenone. C. de quadr. præſcr.quæ vult tenere venditionem,ſed reſtituendum à fiſco pretiū domino. Id quod ſingulariter dicit not.Panor.in dicto c.pen.col.8.verſi.primus igitur caſus.extra de re iudic.quia multi (vt dicit) errant in intellectu huius l.bene à Zenone.Et ita ſub hac limitatione duæ comprænhenduntur, vna per d.l.2.C.de commu.rerum alien.altera per d.l.bene à Zenone.

*Fiſcus uendere poteſt rem, quam habet cō munem cū alio illo nō uocato.*

58 ¶Limita igitur vigeſimoſecundò non procedere ratione connexitatis,vt voluit glo.in dicto c. pen. per tex.lxxxj.diſt.c.tantis Daniel.& 3 q.6.c.hæc quippe.& de accuſ.c.ad petitionem. & ibi etiā gloſ. in verbo,per conſequentiam.& de purg.cano.c.pen.quibus adde & text.in c.dilectus. le 2. extra de ſimon.vbi & hoc gloſ.notab.in verbo,dantes.ex qua tamen diſcere poteris, quomodo & qualiter hoc procedat,de quo etiam per Inn.Hoſtien.& latè Panor.col.xj.verſi.ſeptimus.in dicto c.pe.Inno. & Anto.in c.dudum.le 2.de elect.& Alex.in l.vlt.col.xj.verſi.etiam iuxta hoc.& iterum col.14.verſ. item fallit regula.ff.de re iudic.

*Connexitas quid operetur.*

59 ¶Limita vigeſimotertiò,vt non procedat in re indiuidua,in qua ſententia contra vnum lata, aliis etiam non vocatis præiudicat,vt voluit de ſeruitute loquens quæ indiuidua eſt, l.2.ff.de ver.oblig. §.j.cum ſimil.gloſ.in l.qui aliena.§.vlt.in verbo,prædio.ff.de negot.geſt.& in l.loci corpus.§.ſi fundus.in verbo,proderit.& ibi Ange.ff.ſi ſeruit.vendic.& in l.ſi de communi.in prin.& ibi Bart.ff.eo. & Ange.in dicta l.2.§.ſi tamen hominem.& ibi Imo.& Rom.in verſi.ex his.ff.de verb.oblig.Anto. in c.cauſam.le 2.extra qui filij ſint legit.Imo.in dicta l.vlt.& ibi Alex. col.13.verſi. aduertendum eſt in hoc.ff.de re iudic.& Panor.in dicto c.pen.col.3.de re iudic. Quanquam contrarium tenet Inn. in d.c.cauſam.vbi tamen videtur ſibi contrarius in gloſ.magna in duobus locis,& Iacob.Butr.in d.l.ſi de cōmuni.ff.ſi ſeruit.vendi.& Bar.ſibi contrarius in l.ex duobus reis ſtipulandi.in 4 q.ff. de duob. reis.Sed tenendo primam,eam limitabis procedere in ſeruitute iam conſtituta,prout loquitur d.§.ſi fundus.& dicta l.ſi de communi.ſecus in conſtituenda,quia lata ſuper ea ſententia,aliis nec prodeſt, nec nocet, cum in ea non reperiatur terminata regula noſtra,& facilius retineatur ius iam conſtitutum, quàm de nouo inducatur.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. ita voluit Barto. quem ſequuntur recentiores in dicta l.2.verſic.ex his.ff.de verbo.oblig.& Alexan. qui hoc multum commendat in dicta l.vlti.

*Sententia lata in re indiuidua, etiam non uocatis præiudicat.*

60 ¶Limita vigeſimoquartò,vt non procedat quando iudex ſuper eo pronunciat, quod lex ipſa iam pronunciauerat,videlicet ſi excommunicat aliquem,qui erat à iudice excommunicatus,non requiritur citatio ſiue monitio,per tex.in c.repræhenſibilis.extrà de appel.licet aliàs requiratur in ſententia lata ab homine,vt vult tex.in c.ſacro.extra de ſent.excom.& ita expreſsè tenuit Roma.in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.faciens ad hoc ſing.tex.in d.c.repræhenſibilis. & dicit hoc perpetuò memoria tenendum,quia ſingularis eſt limitatio ad d.l.de vnoquoque.ff.de re iudic.& ſequitur Barb.in d. l.is cui bonis.col.17.verſi.& circa prædicta. Verùm Franciſ.Aret.ibi,col.3.verſi.item adde dictis hoc reprobat:quia quando iudex idem pronunciat,quod lex ipſa pronunciauerat, huiuſmodi ſententia

*An iudex poſſit pronunciare ſuper eo, quod lex pronūciauerat ſine citatione.*

ita debet interpretari,vt id quod ipſe iudex pronunciauit pro declaratione rei iam à iure pronunciatæ habeatur,videlicet excommunico te pro tali re,id eſt,declaro te à iure excommunicatum,vt not.per Bar.in l.j.C.de nego.geſt.vbi etiam Bald.& Alex.& latè Inno.conſi.xcix.in quæſtione quæ vertitur.col.j.cum concord.quas alibi citabo.Verùm in ſententia declaratoria iuris, requiritur eius citatio,de cuius præiudicio agitur,ſecundum gloſ.in cle.præſenti.in verbo,conſtiterat.de cenſib.& iterum in cle.j.§.vlt.in verbo,quinto concede.rurſúmque in cle.2.in verbo,cõſtiterit.de pœnis.quas ſequitur & ipſe Roma.in dicta l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.& not.per Panor.& alios in c.peruenit. le j.de appel.& Bar.in l.ab executore.in prin.ff.de appel.& Bal.in l.ea quæ.C. commu. vtriuſque iudic.& idem Aret.dum illas gloſ.allegat in c.j.col.8.verſi.vtrum autem quando pœna.de iud.& conſilio clxv.ſicut Ioan.dixit.col.ix.& Alex.addit Bar.in l.Imperator.ff.de iure fiſci.Felin. in c. Rodulphus.col.antepe.verſi.ſed iuſtior eſt cum citatur pars.extrà de reſcri.Soci.quoque inter conſi.Franc. Curtij Senioris. conſi.xx.domine labia.in 4.dubio.col.eiuſdem. vbi dicit de hoc eſſe bonum tex. in c.parrochianus.vbi & hoc Panor.declarat,extra de ſen.excom.& bene facit tex.in dicta cle. cum dicitur ſi conſtiterit,quia conſtare non poteſt,niſi parte vocata,per l.vlt.C.ſi per vim vel alio modo. cum ſimi.Nec obſtat inquit Aret.dicto c.reprehenſibilis.quia verè ſatis rationabile eſt, quod quando homo nihil inducit vltra legem,non debet ſeruari ſolennitas expreſsè requiſita in excommunicatione lata ab homine,vt ibi dicitur:ſicuti etiam dicimus in ſimili de ſtatuto idem diſponẽte quod ius commune,de quo in l.j.in prin.ff.ad leg.Falcid.& in c.j.de conſtit.lib.6.Sed quòd declaratio eius quod à iure factum eſt,vel inductum non requirat citationem,cum poteſt alteri præiudicare , non eſt verum,ſed eſt contra regulam d.l.de vnoquoque.& illas glo.approbatas. Cui adde quod tex. in d.c.repræhenſibilis.non loquitur de citatione,ſed de monitione quæ fit,vt quis ſatisfaciat, quæ multùm differt à citatione,per quam quis citatur,vt ad cauſam veniat,vt de ſe patet,& not.recentiores in d.c.ſacro.de ſent.excom.& in c.cum ſit Romana.de app.& Franc.Aret.hoc expreſsè not.in caſu d.c.repræhenſibilis.dicto conſi.clxv.col.8.verſic.& tamen his non obſtantibus.

*Declaratio eius quod à iure factum eſt, cũ alteri præiudicat, citationẽ requirit.*

61 ¶Limita vigeſimoquintò in ſententia abſolutoria ſemel lata ſuper crimine publico, quæ nocet aliis etiam non vocatis,volentibus accuſare de eodem crimine.ff.de accu.l.ſi cui.§.iiſdem criminibus. & extra eo.c.de his.& ita etiam hunc caſum excipit gl.in d.l.2.C.quib.res iudic.non noc.quæ limitat, niſi colluſio detegatur,per iura quę allegat.Sed & tu limita alio modo ſecundum tex.in d.§.iiſdem, huius autem fallentiæ rationẽ reddit Alex.in repe.d.l.vlt.col.x.verſ.aliam fallen.poſuit.ff.de re iudi. quia in hoc caſu fiſcus & reſpublica in cauſa eſt,vt quilibet admittatur ad accuſandum,& ideo propriè non præiudicatur per ſententiam abſolutoriam alteri,ſed ipſi fiſco aut reipub.

*Abſolutoria lata ſuper crimine publico, nocet aliis etiã non uocatis,uolentibus accuſare de eodẽ.*

62 ¶Limita vigeſimoſextò,ampliando præcedentem limitationem in omnibus popularibus actionibus,in quibus agitur de iure publico,vt voluit gl.in d.l.2.C.quib.res iudi.non noc.per tex.in l.eum qui iurauit.§.in popularibus.ff.de iureiur.cui adde tex.in l.3.ff. de popul.actio. Cuius etiam rei rationem reddit Alex.in dicta l.vlt.col.x.verſic.aliam fallentiam dicit.ff.de re iudic.quia popularis actio competit,pro iniuria facta toti populo,vt ſi quis ſepulchrum violat vel eccleſiam, aut viam publicam,ſeu album prætoris corrumpat.l.prætor ait,quæ eſt 3.in princ.ff.de ſepulc. viola.l. ſi quis id quod.ff.de iuriſdictio. omn.iudic. vnde quilibet de populo cenſetur procurator reipub. Ideo ſicut cum vnus habet plures procuratores cum mandato,lata contra vnum ex procuratoribus ſententia, non poteſt alius agere.l.pluribus ff.de procur.& c.ſi duo.eo.titu.lib.6.ita & in hoc caſu, ſubdítque idem dicendum in iure quaſi publico,ſiue quaſi populari,vt quando opponitur contra electum ad dignitatem aliquis defectus ad infringendam electionem.Nam ſi ſemel lata fuit ſententia cõtra opponentem,non poterit amplius alius eundem defectum opponere,vt eſt gloſ.notab.in c.cùm dilecti.in verbo,iudicatum.de elect.& in c.cupientes.§.cæterum.in verbo , nullum præiudicium.eo.tit. lib.6.& not.Inn.in c.ſuper his.in gl.j.& iterum in verbo,à promotore.de accuſ.& in c.cauſam. le 2. in fi.magnæ gloſ.extra qui filij ſunt legit.& Archid.in c.illud ſtatuendum eſt.23.diſt.Talis enim cauſa videtur reſpicere publicum intereſſe,vt eſt tex.in cle.conſtitutionem.ibi, intereſſe commune. & ibi gl.in verbo,propriè.vbi doct.de elect.& not.gl.in c.vt circa.in verbo,aliqui.& ibi doct. de elect. lib.6.& Inn.in c.dudum eccleſiæ.in prin.de elect.vbi etiam ponit quare dicatur iſta cauſa quaſi popularis,& non popularis propriè,de quo etiam per Ange.in rub.ff.de popul.actio.

*Quilibet de populo cenſetur procurator reipub.*

*Publicum intereſſe.*

63 ¶Limita vigeſimoſeptimò in cauſa filiationis,in qua ſententia cum parte lata omnibus nocet per tex.in l.j.in fin.cum duabus legibus ſequentib.ff.de liber.agnoſcen. & not.gloſ. in dicto cap. penult. ſuper quo.& ſimiliter ſuper ſententia lata ſuper qualitate legitimationis, qua videlicet quis eſt pronunciatus legitimus , an faciat fidem quoad omnes etiam non vocatos, ne hîc diutius immorer, vide Panorm.in dicto c.pen.col.pen.verſi.quintus caſus.& omnino Alex.in dicta l.vlt.col.17. verſi. aliam fallentiam aſsignauit gloſ.vbi & in hac re ſententias antiquorum ſcriptorum abundè recitatas,atque examinatas reperies.

*Filiationis cauſa.*

64 ¶Limita vigeſimooctauò,vt non procedat quoad huiuſmodi præiudicium, videlicet quòd transferetur poſſeſsio in alium qui obtinuit,qui fortè erit durior aduerſarius,quàm primus poſſeſſor qui victus eſt.Nam quo ad hoc præiudicat talis alteri qui volet de integro experiri, vt eſt tex.in c.cum ſuper.extrà de re iudic.vbi hoc not.Inno.atque etiam in dicto c.pen. in prin. eo.titu. quod intellige quando ipſe victus erat poſſeſſor,quòd ſi erat apud alterum,certè ſententia contra illum lata in fauorem victoris,qui inductus eſt in poſſeſsionẽ non præiudicat, ſi ignorauerit litem. Sed quid ſi ſciuerit,

*Quale præiudicium fiat tertio, cum poſſeſſio transfertur in alium.*



uerit,vide omnino Alex.in d.l.vlt.col.xl.verſi.in gl.in verbo,interueniente. cum multis col.ſeq. & iterum col.47.verſi.quæro an ſententia lata contra colonum.

65 ¶Limita vigeſimononò,vt non procedat in ſententia principis,quæ facit ius inter omnes, cum habeat vim legis.C.de legib.l.vlt.& extra de re iudic.c.in cauſis.& hanc limitationem ponit Alexan. in dicta l.vlt.col.22.verſi.item fallit in ſententia.ff.de re iudic. ſed vide quæ diximus ſuprà in ſeptima limitatione.

*Principis ſententia facit ius inter omnes.*

66 ¶Limita trigeſimò in abſolutione ſiue diſpenſatione,aut relaxatione iuramenti in contractu appoſiti,quæ poteſt fieri parte non citata,vt voluit Lapus allegat.diſput.x.hîc,quem ſequitur Roma. ſingul.cccclxxij.Florentinus contrahet.Contrarium tamen tenent plerique omnes,videlicet Io.And. poſt antiquiores in addit.Spec.in rub.de iureiur.in vlti.q.Anto.Card. qui dicit ſe ita ſæpius conſuluiſſe.Imo.in c.debitores.extra de iureiur.Lau.Rodulphus in repet.c.conſuluit.q.125.de vſur.Panor. latè & recentiores in c.j.de iureiuran.Alex.conſil.ccxxij.viſa facti narratione. col.4.conſil.lix.col.4. verſi.præterea talis relaxatio.lib.3.

*Diſpenſatio iuramenti in contractu poſita, an fieri poſsit parte non citata.*

67 ¶Et hoc multis comprobatur:nam huiuſmodi abſolutio requirit cauſæ cognitionem,vt dicit Inno. in c.ad aures.extrà quod met.cau.& Spec.tit.de iudic.deleg.§.nunc oſtendendum.verſic.xxiiij.cum duobus ſeq.Non enim fit abſolutio,niſi cauſa ſubſiſtente,vt not.in c.quanto. extrà de iureiuran.vbi gloſ.dicit,id ne Papam quidem poſſe facere,cum iuramentum ſit iuris naturalis,& diuini. Scriptum eſt enim Matth.5.Redde Domino iuramenta tua.quod & repetitur in c.& ſi Chriſtus.eo.tit. in qua etiam ſententia fuit Inno.in c.cùm inter.in fi.extrà de renunc.Nec debet concedi,niſi appareat de magna læſione,vt per docto.in c.cum contingat.de iureiur.& latè per Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.ſi ergo cauſæ cognitio requiritur,& citatio quoque.l.in cauſæ.§. cauſa cognita.ff.de minor.Nam cauſarum merita partium aſſertione panduntur.C.ſi per vim vel alio modo.l. vlt.Præterea videtur ſemper intereſſe partis, qui iuramentum recepit ne fiat talis abſolutio : nam vtile eſt habere partem huiuſmodi iuramenti vinculo alligatam. multum enim operatur iuramentum,& id ſaltem,ſi nihil aliud,vt addatur forum foro.c.vlt.de foro compe.lib.6. & faciunt not.in l. cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.2.igitur nihil debet decerni in præiudicium illius abſentis,c.j. extrà de cauſa poſſeſ.& propriet.cum ſimil.

*Iuramentũ iuris naturalis & diuini.*

68 ¶At hoc primùm ita declarandum,quòd licet non debeat fieri hæc abſolutio parte non citata, ſi tamen facta fuerit,tenet,vt voluit Anto.in dicto c.debitores.exemplo eius quod dicitur in abſolutione ab excõmunicatione,vt not.per Ioan.And.& alios in c.qua fronte.extrà de appel. & hoc Anto. dictum ſequitur Iaſ.in l.patre furioſo.col.antepe.verſi.xiiij.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Panor. autem in dicto c.j.de iureiur.poſteaquam in col.7.hoc dictum pro notabili cõmendauit , certè in col.ſeq.in verſ.4.id ipſum reprobat ea ratione,quia (vt dictum eſt) non poteſt epiſcopus, nec etiam Papa abſoluere,ſiue diſpenſare à iuramento ſine cauſa. Igitur antequàm appareat cauſam ſubeſſe, non habet poteſtatem abſoluendi,etiam ſi verè cauſa ſubeſſet,quia ignorat,id quod eſt fundamentum ſuæ poteſtatis,vt not.Bar.in l.2.ff.de iudic.& in l.multum intereſt. ff.de condi. & demon.& facit quod not.in c.ex parte Aſtenſis.de conceſ.præben.extrà. Nec poteſt illi apparere de cauſa , niſi vocata ipſa parte,vt diximus.Nec obſtat quod de abſolutione ab excommunicatione, not. in dicto c.qua fronte.quia illa ſemper dependet à voluntate eorum qui excõmunicant,valet enim ſemper,iuſta,ſiue iniuſta ſit excõmunicatio,vt legitur in c.venerabilibus.§.vbi autem. de ſent. excom. lib.6.quod dicit not.Panor.quia ſæpe accidit.

*Vtrum abſolutio ſi facta fuerit,parte non citata,teneat.*

69 ¶Declara ſecundò,vt procedat quando per abſolutionem euellitur radicitus obligatio,ſecus ſi perſona ſolùm (vt ita loquar) habilitatur , vt poſsit ſine metu periurij petere reſciſsionem contractus ex capite enormis læſionis,aut alio,quo caſu non requiritur partem vocari, cum hæc abſolutio ſit potius pœnitentialis quàm iudicialis:nec agitur de magno præiudicio creditoris,cui omnino ius integrum & ſaluum remanet ad defendendum principalem obligationem iuratam, vt cõſuluit Oldr. conſi.cxx.ad duplicem finem.qui & ad hoc alia multa alleg.& hoc idem voluit Ioan.And.eius diſcipulus,nulla tamen præceptoris (vt aliàs plerunque) facta mentione.in addit. Spec.in rub.de iureiur. in fi.& Pau.& Cal.in d.c.debitores.& Petr.Ancha.qui hoc multum cõmendat conſi.xviij.in q. quæ vertitur.col.pen.verſi.quarto præſuppoſito.& Laur.Rodul.in d.c.conſuluit.q.cxxvj.in fi.Imo.in c.j. de iureiur.& Pau.Caſt.conſi.ccxvij.circa primum quæſitum. col.4.

*An cũ perſona per abſolutionem habilitatur tantùm, ut poſsit petere reſciſionẽ contractus, citatio partis requiratur.*

70 ¶Contrarium tamen alibi conſuluit Petr.Anch. ſibi contrarius conſi.cxcviij.prædictis ſubtiliter, & ad plenum deductis.hac ratione motus,quia licet non pereat ius creditotis in cauſa principali, ipſe tamen multiplex damnum incurrit,tum propter ſumptus & vexationem litium.l. minoribus.ff.de minor.tum propter moras iudicij,& dilatam ſolutionem,quæ propter vinculum iuramenti debuiſſet die præfinito fieri,ideo tardius recipiendo minus recipere videtur.c.j.de plus petit. tum propter dubium litis euentum.l.quod debetur.ff.de pecu. tum quoque quia nec in modico permiſſum eſt iudici offendere partem,cum & propter læſionem modicam illius ſententia retractatur. C. de app. l.& in maioribus.& extrà eo.de appel.& idem Petr.Ancha.eaſdem fermè rationes adferens conſi. ccclxij.reteto ordine dubiorum.col.j.verſi.præſuppoſito.idem Imo.in dicto c.debitores. col.ix.hac ratione motus,quia ſi pars citetur,poterit eſſe quod oſtendet per calumniam exactum eſſe eiuſmodi iuramentum.l.2.C.de falſ.dicit tamen priorem opinionem cõmuni vſu obſeruari in curia epiſcopali Bononiæ,& Panor.conſi.xij.& ſi copioſior.col.vlt.lib.2.& Felin.dicens hanc partem eſſe tutio-

*Propter modicam læſionem partis, ſententia iudicis retractatur.*

rẹ n in dicto c.j.col.ix.extrà de iureiur.Iaſ.qui hoc cõmendat in l nec quicquam.§.vbi decretũ.col. ix.verſi.vltra ſupradicta.ff.de offic.proconſul.& ante omnes hoc quoque ſentit non obſcurè Feder. Senen.conſi.ccc.factum tale eſt.Nec huic poſtremæ ſententiæ obſtat,quòd ſi ex mora,aut ſumptibus creditor eſt damnum paſſus, non ei deſunt remedia vt damna & ſumptus recuperet l.vlti. C. in quibus cauſis in integ.reſtit.

*Abſolutio an ualeat nullo citato,ubi nemini competit actio uel ius ex iuramento.*

71 ¶Declara tertiò,vt non procedat,quando conſtaret nemini competere actionem, vel ius ex iuramento,vt conſuluit Cardin conſi.xxxviij.quidam habens. in 2.char.vbi dicit, quòd ſi defunctus eſſet,cui iuramentum eſt præſtitum,qui erat perſona priuata,nec receperat pro ſe & hæredibus,valet abſolutio nullo citato,quia ad ipſos hæredes non extenditur, vt probare conatur ex c.imperialem.tit.de prohib.feudi alien.& not.in c.veritatis. extrà de iureiur.adducítque rationem, quia ad hoc ſolùm fit citatio,vt euitetur alterius præiudicium. Igitur cum de nullius præiudicio agitur,non eſt neceſſe quenquam citari,& hæc quidem per omnia ſequitur Felin.in dicto c.j.col.x.verſi. tertiò limita. At ego ſicuti in eo conſentio,quod dictum eſt neminem citandum eſſe, cui non poteſt fieri præiudicium:ſic ego diſſentio in exemplo de iuramento alicui præſtito non etiã hæredibus. Nam quanuis iuramentum ex parte iurantis ſit merè perſonale,tamen ex parte illius cui iuratur eſt reale,& tranſit ad hæredes,vt not.in d.c.veritatis.& latè ſuprà diximus.

*An abſolui poſſit parte non uocata, qui nõ poteſt eam in ius uocare, quin incidat in periurium.*

72 ¶Declara quartò,vt ſequar ordinem Feli.vt non procedat quando quis ita iuraſſet, vt non poſſet vocare partem,quin incideret in periurium.exempli cauſa,quia iurauit ſe partem non vocaturum in iudicium,vel denunciaturum illi quicquam,tunc is poterit abſolui parte non vocata, cùm iuri partis quicquam non detrahatur,ſicut cum libertus petit veniam, vt poſsit vocare dominũ in ius. l.4.ff.de in ius voc.ita voluit Io.And.in addi.Spec.in rub.de iureiur.in fi.quem plenè refert Imo. in cle.diſpendioſam.ſuper gl.in verbo,tangentibus.de iudic.& in dicto c.j.de iureiur.ſed hoc reprobat Panor.in dicto c.j.col.7.verſi.quid dicendum.& ibi quoque Fel.col.x.verſi.4.vbi tamen dicit poſſe ſaluari hoc dictum, intelligendo de eo qui vult abſolutionem ad hoc ſolum,vt habilitetur ad agendum,de quo vide quæ ſuprà diximus in ſecunda declaratione.

*Iuramentum temerariũ non obligat.*

73 ¶Declara quintò vt non procedat quando iuramentum eſt temerarium & nõ obligatorium ex parte iurantis,quia cum hoc caſu potius requiritur quædam declaratio,ſiue denunciatio quòd non eſt ligatus,quàm abſolutio ſiue relaxatio,per c.de conſtitutis.j.de teſtib. Ideo non requiritur partis citatio, vt voluit Ioã.And.in dicta rub.de iureiur.in vlt.q.& Ant.in dicto c.debitores.eo.tit.& Panor.in dicto c.j.col.6.verſi.nunc extra glo.eo.tit.vbi tamen hoc intelligit,videlicet quando manifeſtè conſtat iuramentum non ligare:nam in notoriis non eſt opus venire ad iudicium.c. quoniam. de filiis presbyt.Si autem poſſet dubitari,putat aduerſarium cui facit iuramentum vocandum eſſe, cùm ſua interſit ne relaxetur,ad cuius confirmationem vide quæ dicam infrà proximè.

*Vtrum iuramentũ obliget, quando ex parte recipientis uerſatur turpitudo.*

74 ¶Declara ſextò,vt etiam non procedat quando etiam recipientis tanta verſatur turpitudo, vt nulla obligatio ex iuramento quæri poſsit,nec eo confirmari,cum etiam hoc caſu nullum intereſſe poſsit prætendere,ſolíque Deo obligatio quæratur,ideóque non ſit neceſſe aduerſarium vocare,ſed ſit ſatis abſolutionem fieri per illum qui tenet locum Dei:ita voluit Anto.in d.c.debitores. ponẽs exemplum in iuramento de ſoluendis vſuris vel non repetendis,nullum enim ( vt ille dicit ) naſcitur ius agendi,verùm Panor.in d.c.j.col.8.verſi.tertiò non placet.primùm reprobat id quod dicit Ant.nullam in illo exemplo oriri obligationem parti etiam ſecundariam:tum quia ſit cõtra tex.in dicto c.j. tum quia iuramentum vi extortum obligat.c.ſi verò.extrà eo.& c.abbas.& c.ad audientiam.de eo quod met.cau.Ergo fortius in hoc caſu,vbi iuramentũ fuit ſpõte præſtitum:Deus enim tenet iſtud vinculum propter obligationẽ quæſitam parti: ídque ſatis ex eo patet,quod parte remittente,remittit & Deus ſine alia abſolutione,vt in d.c.deinde verò.verſi.his autem ſic diſcuſsis.Limitans illud dictum Ant.tum demum non requiri in huiuſmodi abſolutione iuramenti citationem partis,quando clariſsimè conſtat iuramentũ ipſum continere turpitudinẽ ex parte ſuſcipientis,ita quòd certum eſt illi nullam defenſionem competere.Nam ſi hoc caſu etiã ſuper principali,vbi agitur de multò maiori præiudicio,valeret ſententia parte non vocata per ea quæ allegat,& latè diximus ſuprà in ij.limitat.in fi.multò magis huiuſmodi abſolutio.quæ non adeò magnum præiudicium adfert. Et hoc idem voluit antè Panor.Calde.conſi.vij.an epiſcopus poſsit procedere.tit.de iureiur. ſuper hoc tamen.vide Feli.in d.c.j col.ix.verſi.ſed contra iſtam limitationem.

*Declaratio ſiue adiudicatio pœnæ, cõtumaciæ præcedẽtis parte nõ uocata fieri poteſt.*

75 ¶Limita trigeſimoprimò,vt non procedat in declaratione, ſiue adiudicatione pœnæ contumaciæ præcedentis,per id quod not.voluit Bal.in c.j.col.pen.verſi.quæro vtrum in deferendo.titu.ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oria.vbi dicit,quòd ad delationem iuramenti,de quo ille tex.loquitur, non eſt neceſſaria citatio partis,quia hoc eſt pœna præcedentis contumaciæ,quod dictũ pro valde not.ſequitur Iaſ.in repe.l.admonendi.col.vlt.ff. de iureiur.

*Inſinuatio donationis.*

76 ¶Limita trigeſimoſecundò,vt non procedat in inſinuatione donationis quæ fieri poteſt nemine citato,vt voluit Cyn.in l.vlt.C.de bono.poſſ.& Bar.in l.in hac.per illum tex.C.de dona.& in l. Modeſtinus.ff.eo.Bal.in l.illud.col.4.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.j.in prin.C.de litis conteſt.& in auth. eò decurſum.C.de dona ante nup.& in l.vlt.C.qui admit.& in l.vlt.§.illud.C.de temp.app.& in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cer.pet.& Pau.Caſt.in l.teſtamenta omnia.C.de teſtam.

*Statuto termino ad aliquid faciẽdum, &c.*

77 ¶Limita trigeſimotertiò,vt non procedat quando aſsignatur,ſiue ſtatuitur terminus ad aliquid faciendum,tunc enim eſt ſatisfactum huiuſmodi ordinationi ſiue ſtatuto ſi id fiat intra terminum

abſque



abſque citatione aduerſarij,ita voluit Bald.in l.j.in fin.& ibi quoque Iaſon C. quando libel. princ. dat.&c.& idem Bal.in l.ſi quando.14.q.C.de teſtib.& in l.ſi ea.in fi.C.qui accuſ.non poſſ.vbi declarat quomodo intelligitur, & in l.j.in fi.ff.de fer.& Ange.in l.omnium.C.de teſtam.

*An remiſsio debiti quã facit maior pars creditorum,præiudicet cæteris non citatis.*

78 ¶Limita trigeſimoquartò,vt non procedat in remiſsione debiti,quam facit maior pars creditorũ, iuxta l.reſcriptum.ff.de pact.quæ quidem præiudicat cæteris creditoribus non citatis & abſentibus, vt ibi voluerunt Ange.Raph.Fulgoſ.Pau.Caſt.& Iaſ.tum per tex.ibi,in verbo, abſentis.ex quo datur intelligi citationem non exigi,aliàs enim non reputarentur abſentes: tum aliis rationibus ibi per eos allegatis.Licet contrarium tamen voluerint Iaco. Aret.Bar. Alber.Bal.Salic.& Alex.in d.l. reſcriptum.& Bar.in l.hæredes mei.§.peto de te vxor.ff.ad ſenatuſcon.Trebel.& in l.ſi vni.ff.de re iudic.& Salic.in l.& ſuum.§.vlti.per illum tex.in verbo,ſi conuenit in vnum.ff.de pact. vide recentiores in dicta l.reſcriptum.

*Iudex procedens ad informationem, ut bonus uir.*

79 ¶Limita trigeſimoquintò,vt nõ procedat quando iudex procedit ad informationem,vt bonus vir, tunc enim non requiritur citatio,vt per plura voluit Anto.in repe.c.veſtra.col.38. extra de cohabit. cler.& mulie.quem ſequitur Iaſ.in l.vlt.col.antepe.verſi.adde etiam regulam.C. vnde legiti.

*Legitimatio à patre facta ſine citatione.*

80 ¶Limita trigeſimoſextò quando fit legitimatio filiorum à patre,vt vult Bart.& alij in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.& Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adop.& conſi.xj.

81 ¶Limita trigeſimoſeptimò,vt non procedat in impetratione veniæ,vt quis poſsit vocare in ius parentes, patronos & alios huiuſcemodi,in qua obtinenda non eſt neceſſe illos vocare, vt palàm ſentit Ioan.And.quem citauimus ſuprà in proxima limitatione,per l.quíque.ff.de in ius voc. quem ſequitur,vt diximus Imo.in dicta cle.diſpendioſam.de iudi.& in l.quanuis.col.2.ff.de in ius voc. Bald. in l.ea quæ.col.2.verſi.vltimo nota.C. quomodo & quando iud.

*Ad probandũ clericatum nõ eſt uocandus aduerſarius.*

82 ¶Limita trigeſimooctauò,vt non procedat quando clericus captus pro crimine à iudice laico allegat ſe clericum,& ad hoc probandum producit literas clericatus,quia ad hoc non eſt vocandus aduerſarius,vt expreſsè voluit Bal.in l.ſi qua per calumniam.col.2.verſic.ſed pone quod iſte oſtendit motus, quia hoc non propriè fit in modum probationis,ſed inſtructionis, vera enim probatio clericatus non poteſt coram alio fieri, quàm coram epiſcopo,per cap.ſi iudex laicus.de ſententia excommunicationis,libro ſexto.& dicit facere ad prædicta l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. Bald. in l.iij. in fi.C.de re iudic.

*Ordinata à iudice parte non citata, retractari parte abſente poſſunt.*

83 ¶Limita trigeſimononò,vt non procedat in his,quæ fuerũt à iudice ordinata parte nõ citata,quæ etiam poſſunt alia parte abſente,cuius cauſa facta ſunt,retractari, vt quæ de facto ſolùm confecta ſunt de facto reuocentur,iuxtà tex.in l.j.§.& hoc edictum.ff.ſi mulier ven. nom. & gl.in l. minor.in prin.ff.de euict.cum multis concor.quas videre poteris ſuprà.

*An in arbitratoris ſententia requiratur partis citatio.*

84 ¶Limita quadrageſimò, vt non procedat in ſententia arbitratoris, in qua non requiritur partis citatio, vt voluit Cynus in l.vlti.in quadam additio.C.de contrahenda emptio. Guil. Cune.in l. epiſcopale.C.de epiſco.audien.Bald.in l.ſi quis ex conſenſu.eo.titu.& in l.ij.colum.j. C.de ædil. actio. Franciſ.Alber.Aret.in repet.l.ſi quis arbitratu.ff.de verborum obligationib.Anto.Imo. Panorm.in cap.Quintauallis.vbi & hoc ſentit Hoſtien.extrà de iureiuran. Cardin. in cap. expoſita. de arbitr. Sed quia ſunt multi qui tenent contrarium:multi qui diſtinguunt,alij qui limitant,vide omnino per Barto.Imo.Cuma.Pau.Caſt.& latè Alexan. in dicta l.ſi quis arbitratu. & Canoniſt.in dicto cap. Quintauallis.in quibus locis hanc rem abundè tractatam comperies. Et illud inter cætera, quòd ſi quis eſt aſſumptus arbitrator inter plures ſuper commodo vni ex illis acquirendo, ita quòd quicquid fuerit arbitratum, nemo illorum damnum ſentiet, nec etiam commodum : vt ſi legetur vni quem Titius arbitratus fuerit, poterit ipſe Titius & inter viuos & in vltima voluntate, & ſic abſentibus partibus,& non vocatis arbitrari ſeu eligere,per text.in l.ſi vnum ex familia. in princ.cum duobus §.ſeq.ff.de leg. ij.& ita voluit Bar.in l.j.in fi.ff.eo.& Bal.in addit.Ange. Imo.Alex.& alij recentiores in dicta l.ſi quis arbitratu.& Bal.in l.nulli.verſi.ſed nunquid.C.de epiſ.& cler.& in l.captatorias.in vlt.q.C.de teſt.mil.& in l.vlt.in prin.col.2.verſ.ſed nũquid. C. commu.de lega.id quod tamen intelligit Bar.in dicta l.j.ff.de lega.ij.& in l.alio.col.pen.ff.de alim.& ciba.leg.procedere quando arbitrator eſſet aſſumptus ſeu electus ſuper declaratione perſonarum,vt in exemplo ſuprà poſito,ſecus ſi ſuper declaratione rerũ,quia tunc videtur neceſſaria partis citatio per l.creditor.C.de diſtract.pign.quod ſimpliciter refert,ac ſi ſequi velit Alex.in d.l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig.

*Vtrũ cum interdicitur adminiſtratio prodigo, requiratur illius citatio.*

85 ¶Limita quadrageſimoprimò,quando interdicitur adminiſtratio prodigo, quia non requiritur illius citatio,vt expreſsè voluit Iaſon in l.nec quicquam.§.vbi decretum.colum.ix.verſi. duodecimò fallit.ff.de officio proconſul.allegans tex.in l.j.in princ.ff.de cura.furio. vbi huiuſmodi interdictionem facit iudex,dicítque hoc voluiſſe Bal. Ange. & recentiores in l.is cui bonis.ff. de verbo. obligationib.ſed longè fallitur Iaſo.Nam Bal.ibi in addit.Ange.Pet.Ancha.Roma.Pau.Caſtr. Alexan. Franciſ.Aret.& Barbat.& quotquot illic ſcripſerunt, contrarium tenuerunt per tex.in dictam l. de vnoquoque.ſuprà ſæpius allegato.Bal.tamen & Pet.Anch.ibi hoc limitant, niſi eſſet notorium aliquem eſſe prodigum,per not.in l.j.C.qui & aduerſus.& in c.tua nos.de cohabit.cleri. & mulierum. Alexan.tamen in dicta l.is cui bonis.in fi.& in addit.ad Barto.in l.qui habent tutorem.§.quolibet.ff. de tutel. hoc etiam repræhendit, quia in notoriis requiritur citatio, per gloſ.in cap. ad noſtram.le iij.de iureiur.cum ſimilib. quod tamen intellige ſecundum ea quæ diximus ſuprà in ſecunda limitatione in fi. Nec obſtat dicta l.j.ff.de curatore furio. vt videlicet id fiat autoritate ipſius legis, quia

quod ibi

quod ibi dicitur adminiſtrationem interdictam prodigo l.xij.tabul.ita intelligitur, vt gloſ. ibi dicit l.ſi furioſo.§.j.& l.vlti.& not.omnes in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.quanquam dubium eſt, an notoriè prodigo ipſo iure interdicatur adminiſtratio,de quo latè ibi per eos,potiſsimum per recētiores,quibus ſuffragatur communis opinio,vt in caſu notorietatis ipſo iure ſit interdicta adminiſtratio,quæ opinio etſi frequens ſit,non tamen propterea prætermittenda eſt citatio,vt plenè patet ex his quæ dixi in xxiiij. limitat.

*Furioſo cū datur curator, aut interdicitur adminiſtratio,citatio minimè neceſſaria.*

86 ¶Limita quadrageſimoſecundò,quādo furioſo interdicitur adminiſtratio,& ei curator datur.Nam illius non requiritur citatio,cùm illi ipſo iure adminiſtratio interdicitur, vt not.gloſ.in l.1.ff.de curat.furio.& ita in ſpecie voluit Ange.Pau.Caſt.& Roma.in l.is cui bonis.ff. de verbo. obligationib. vbi ipſe Roma.allegat tex.vt ipſe dicit ſingu.in c.repræhenſibilis.extra de appellatio.vbi probatur, quòd quando iudex excommunicat eum qui inciderat in excommunicationem ipſo iure, non requiritur monitio,quæ aliàs requireretur in ſententia hominis,per text.in c.ſacro.de ſenten.excom. & idem quoque Alex.in l.de vnoquoque.col.vlti.verſi.item fallit quando interdicitur.ff.de re iudic. & conſi.lxxxvj.viſis dubitationibus.col.2.verſi.quod autem non fuerit.lib.2.Verùm Fran.Are.in d. l.is cui bonis.col.3.verſi.item adde dictis.hoc reprobat,tum per ea quæ diximus ſuprà in dicta limit. tum per tex.in l.obſeruare.ff.de cura.furio.vbi in huiuſmodi interdictione bonorum filij,requiritur cauſæ cognitio,ergo etiam citatio.l.in cauſæ.la j.§.cauſa enim cognita. ff. de minor.

*Datio tutoris aut curatoris per iudicē,nullo citato fieri poteſt.*

87 ¶Limita quadrageſimotertiò,vt non procedat in datione tutoris vel curatoris quam facit iudex,in qua non reperitur citandum eſſe quempiam, niſi tutor eſſet dandus per inquiſitionem, ſecundum Bart.in l.qui habet.§.quolibet.ff.de tutel.& in l.legitimos.in princ.verſi. an quando iſtud decretum. ff.de legit.tut.vbi tamen diſtinguit,& Bal.in auth.matri & auiæ.C.quando mulier tut.offi.Alex.dicto conſi.lxxxvj.viſis dubitationibus.col.j.lib.2.& Iaſ.in d.§.vbi decretum.in j.fallen.

*Teſtes quādo recipi & iurari poßint,parte non citata.*

88 ¶Poſſem & huc adducere caſus in quibus teſtes recipi & iurari poſſunt parte non citata,de quibus per Canoniſtas in c.in nomine.extrà de teſtib.& per Rom. ſing.ccclxvj. fuit vnus.& alia multa ad hunc locum pertinentia, quæ vel iuſtum volumen conficere poſſent.Sed cùm pleraque ſint iam in vnum veluti corpus congeſta ab Alexan.in l.vlti.ff.de re iudica.vt interea taceam Panor. qui etſi non adeò copioſè, multa tamen etiamnum deſcripſit in cap.penul. extrà eodem titu.opportunum video, vt receptui canam.

INDEX

# INDEX GENERALIS IN OMNES HVIVS VOLVMINIS TRACTATVS.


A Iure ciuili non temerè recedendū,ſi non inueniatur correctum. 532. nu.2
A iure communi plerūque recedimus ex cauſa. 323. nu.25
A iure cōmuni recedendum non eſt ob perſonæ meritum. 455. nu.162
Abbas depoſitus ſine culpa, primum locum poſt abbatem tenet. 63.nu.9
Ablationis cauſa ceſſante,ceſſat ipſa ablatio. 11.nu.20
Abſens,magis cenſetur eſſe cōdemnandus ob contumaciam quàm ob malam cauſam. 16. nu. 65
Abſens ob diuerſas cauſas. 599. nu.22
Abſentem lædit qui cum ebrio litigat. 340.nu.1
Abſentis coniuncti tacita voluntas arguitur ex affectione. 368. nu.35
Abſentis citatio nō requiritur in valde notoriis. 601. nume.36
Abſolutio an valeat nullo citato, vbi nemini competit actio,vel ius ex iuramento. 608. nu.71
Abſolutio ſi fiat parte non citata,an teneat. 607.n.68
Abſolutionis cauſa ceſſante,ceſſat abſolutio. 11.nu.21
Abſolutus in foro eccleſiaſtico poſsitne puniri in foro ſeculari. 377.nu.4.& 381. nu.4
Abſolui an poſsit parte non vocata, qui non poteſt eam in ius vocare,quin incidat in periurium. 608. nume. 72
Abſtinere à malo an ſufficiat. 415. nu.57
Acceptans in re manifeſta non debet ſententiam expectare. 312.nu.7
Acceſſorium ſequitur naturam principalis. 223. n.40
Accuſare qui ſemel deſtitit,amplius non admittitur. 284.nu.134
Accuſari & condemnari poſſunt delinquentes poſt mortem in enormibus. 426. nu.43
Accuſator intra tempus legitimum non proſequens, quam pœnam ſubeat. 322. nu.17
Accuſator probans in grauibus delictis, non dicitur calumniari. 425. nu. 34
Acta perdita,præſumuntur ſolenniter facta. 550.n.61
Actio perſonalis non oritur ex quaſi contractu. 489. nume 1
Actio perſonalis quando non habeat locū. 490.nu.2
Actio efficax naſcitur ex ſimplici, & nudo pacto, fauore piæ cauſæ. 513. priui.111
Actio de euictione vbi competat. 560. nu.5
Actio ſubrogata in locum famoſæ,an ſit famoſa. 118. nume. 23
Actio perſonalis pro reditu ex certo fundo aſsignato competit tantùm. 497. priui.63
Actio an ceſſet,ceſſante cauſa. 11. nu.23
Actio perſonalis contra debitorem non adimitur creditori per præſcriptionem. 559.nu.2
Actiones transferuntur,hæreditate reſtituta in fideicommiſſarium. 491.nu.1
Actionem ineptam proponens ad aptam redire poteſt. 291.nu.16
Actionibus non mandatis ex legato, nominis actio competit. 493.priu. 46
Actor in piis cauſis,rectè poſtulat fieri ſibi inſtrumentorum rei exhibitionem. 524. priui.155
Actori iuramētum defertur in atrocibus criminibus. 426. nu. 41
Actum videtur, quod partes veriſimiliter intellexexerunt. 307. nu.7
Actu conſummato, caſus ſuperueniens non vitiat. 58. nu.15
Actus quo quis lædi poteſt, quando non præiudicet. 595. nu. 1
Actus qui publicè fieri ſolet,ſapit tamen vſurariā prauitatem,an ideo dicendus ſit vſurarius. 404.nu.8
Actus inutilis defectu formæ, an reiteretur. 296.n.54
Actus nullus ipſo iure,iteratur. 296. nu.55
Actus turpis in eccleſiaſtico deteſtandus maximè. 510.nu.4
Actus non euentu, ſed conſilio ſunt metiendi. 456. nume. 9
Actus inutilis ſcienter factus non iteratur. 293.nu.29
Actus in ſe malus,ad malum in dubio eſt referēdus. 328. nu. 56.le 2
Actus ſuapte natura ad plures perſonas tractus,an iteretur. 307.& 308. limitat.13.nume.1
Actus ſecundus ſubrogatur in locum primi. 308.nu.1
Actus iteratur vbi non eſt ſatisfactum menti agentis. 300.nu.8
Actus ſucceſsiuus quid. 299.nu.3
Actus quando præoccupationem inducit. 290.nu.12
Actus ſemper tribuitur cauſæ proximę. 67.nu.5.& à proxima denominatur. ibid. & 70. nu.18
Actus iterantur in diſpoſitione hominis, nō legis vel ſtatuti. 304.limit. 9. nu.1
Actus quando reiterandus. 288. num.1
Actus plures deſiderari ad virtutis habitum. 454. nume. 159
Actus primus inualidus,an conſumat diſpoſitionem, 294. nu.38.& ſeq.
Actus inutilis vbi iterari poſsit. 294.nu.40
Actus abſenti & ignoranti quando noceat. 600.n.29
Actus iterabilis vel non iterabilis,quid operētur. 311. limitat.20.nu.1.& ſeq.
Actus geſtus à prouidis viris,iuſtus exiſtimatur. 436. nume. 49
Actus medius impedit ratihabitionē retrotrahi. 148. nume. 5
Actus pręſumitur deliberatus,in quo conuocati ſunt amici. 372.nu.79
Actus proteſtationis iteratur. 315.limitat.28.nume.1. & ſequen.
Actus iteratio conceditur in pignoribus. 316. limita. 30.nume.1
Actus nullus non impedit eiuſdem rei iterationem, etiam in oppoſitum. 289. nu.3
Actus iteratio in vniuerſali,ſiue generali diſpoſitione fit. 313.limit.25. nu.1
Actus pendens ex voluntate eius qui facit,fieri poteſt abſente parte. 601. nu.33
Actus quando dicatur conſummatus. 60. nu.28
Actus neceſſarius iteratur. 313. limit.24. nu.1
Actus quando non reiterentur. 312. limita.22.nu.1
Actus tempus quomodo, & quando inſpiciendum. 210.nu.3
Adam qua ratione peccauerit. 373. nu.86
Ademptionis cauſa ceſſante,ceſſat ademptio.11.n.24
Adiiſſe præſumitur,qui potuit,aliàs non. 553.nu.80
Adiudicatio pœnæ, contumacię pręcedentis, parte


non

non vocata fieri poteſt. 608.num.75
Aditio & repudiatio à pari procedunt. 162. nu.4
Adoleſcentes,quot & quibus ex cauſis ſint mitius puniendi. 342. nu.5
Adoleſcens ſi quid commiſit,an & quomodo puniri debeat. 343.nu.6
Adoptione ceſſante,ceſſat inſtitutio ob eam facta. 22. nume.120
Adoptiui ſuccedunt de iure communi. 127.nu.1 in Gallia verò minimè. ibid. nu.2
Adriani Imp.memorabile de miſericordia in furioſum. 335. num.3
Aduerſarius in lite præſumitur inimicus, niſi ille ſit ſummæ ſanctimoniæ. 453.nu.155
Aduocati malè conſulentis prēmiū eſt laqueus. 461. cauſa. 61. nu,1
Aduocationis officium nemo in ſe nec in ſuos poteſt promittere. 441. nu,79
Aduocatus ſi pręuaricatur, aliquid ſcienter omittendo,& inde cauſa cadat,an ſententia valeat. 412. 413. nu.37
Aduocatus denegatur in grauibus delictis.425.nu.30
Aduocatus officio depoſito manet clariſsimus. 63. nume. 8
Adultus aduerſus pręſcriptionem reſtituitur. 565.n.2
Ægyptij ſacerdotes vnam tantùm vxorem ducebant. 285. nu.142
Ætas iuuenilis maximè ad delinquēdum irritat. 342. nu.4.cui aliquando dandum aliquid eſt. ibidem.
Ætati parcendum in puero,vt ſexui in fœmina. 342. nume.3
Affectio conſanguinitatis quanta ſit. 442. nu.82
Affectio homines obcæcat. 441. nu.81
Affinis accuſare poteſt. 12.nu.30. durante tamen affinitate. ibidem.
Affinitatis cauſa ceſſante,ceſſat affinitas. 12.nu.27
Affinitatis priuilegium ceſſat,ceſſante affinitate. 12. nume.27
Affinitatis leuis nulla eſt habenda ratio. 584. nu.95
Agathonis præconium. 216. nu.6
Agens hypothecaria,probare debet ſuū titulum priorem fuiſſe altero. 517. priu.126
Agentes & conſentientes pari pœna puniendos,quomodo intelligendum. 414. nu.51
Agere quis poteſt ſine mandato ad implemētum eorum quæ ad pias cauſas diſponuntur. 368.nu.41
Ager vendibilis,commendatione viciniæ fit vendibilior. 374. nu.5
Ageſilai Magni Lacedęmoniorum Regis notabile reſponſum. 392. nu.39
Agnati an neceſſariò ſint citandi,veniente patre ad legitimationem naturalium. 600,601. nu.30
Agnatum eſſe tempore hęreditatis,ſatis eſt. 53.nu.5
Agnatus manet in poſſeſsione feudi, & quomodo. 144. nu.22
Aggreſſus ſi modum exceſſerit, punitur tantùm pro exceſſu. 331. nu.8
Agrum paraturus (ex Plinio) aquarum vim intueatur & vicinum. 375. nu.8
Allegans conſtitutum, ſuccumbit, niſi probet poſſeſſionem conſtituentis. 206.nu.8
Alexander quanti fecerit confeſsionem in delictis. 384. nu.8
Alienari poſſe in conſequentiam rei alterius,quæ principaliter vendi non poſſunt. 597.nu.12
Alienari res prohibita, poteſt tamen in cauſam piam alienari. 511. priui.102
Alienatio rei legatæ ad pias cauſas. 492. priui.41
Alienatio rei piæ eandem ſolennitatem requirit qualem alienatio rei eccleſiæ. 520. pri.137
Alimenta relicta cuipiam,& futurę eius vxori,de qua intelligantur. 298.nu.13
Alimoniam denegans, & qui interimit, vterque homicida eſt. 417. nu.66.67.& 68.408.nu.6
Alluuione tranſit poſſeſsio ipſo iure. 97.nu.10
Ambaſsiatoribus in quibus credendum eſt. 430.n.13
Ambiguis in rebus reo potius fauendum eſt quàm actori:ſecus in piis cauſis. 522. priui.146
Amicabilis vir ad ſocietatē, magis amicus erit quàm frater. 364. nu.13
Amici veri qui,ex Ariſtotele. 369. nu.4
Amici abſentis poſſunt acceptare hæreditatem delatam. 372.nu.80
Amici conuocandi in contrahendis nuptiis. 372. nu.75,& eorum conſilio vtendum in noſtris negotiis. ibid.nu.76
Amici cauſa non peccandum, maximè in rempubli. ex Cicerone. 373.nu.88
Amici debitoris abſentis an citandi, antequam perueniatur ad ſecundum decretum. 371.372. nu.70
Amici abſentis vocandi, quando quid fieri debet in præiudicium eius. 371. nu.69
Amici ſtipulatio ratificata æquè prodeſſe poteſt ac procuratoris. 365. nu.20
Amici ſingulares an ſuorum appellatione veniant. 367.nu.32.33
Amici legata ex teſtamento minus ſolenni,an capiantur. 366. num.26
Amici ſponſi ſi quid donent ſponſæ,ſponſo quæritur non ſponſæ. 371.nu. 64
Amici parentum poſſunt petere illorum liberis tutores dari. 371.nu.65
Amicitia tantum operatur in conſideranda amicitia, quantum ſanguinis coniunctio. 369. nu.44. & plus eſt ponderis ad repellendum teſtem,quàm fraternitas. ibid.nu.45
Amicitia an ſemper repellat à teſtimonio. 369.nu.46
Amicitia quanti fiat apud leges. 364.nu.12
Amicitia ęquat aut ſuperat fraternam amicitiam.363. 364.nu.10
Amicitia redintegrata reſtituit quod inimicitiæ ademerant. 11. nu.24
Amicitia propinquitati præferenda etiam ex Theologis. 362. nu.4
Amicitia inueterata an excuſet receptantem bannitum. 373. nu 89
Amicitia improborum reiicienda. 373. nu.89
Amicitia paterna qui aliquid impendit, non repetit. 371.nu.63
Amicitia & pietas fraternizant. 367.nu.31
Amicitiæ quandoque danda eſt venia. 373. nu.87
Amicitiæ nullus locus eſt,vbi intereſt reipublicæ,aut priuati cuiuſpiam. 357. nu.4
Amicitiæ,quàm fraternitatis an ſit fortius vinculum. 362.nu.2
Amicitiam quanti fecerint, tum Philoſophi, tum Iuriſconſulti. 371. nu.62
Amicis inuicem contrahentibus, fraus & ſimulatio plerunque pręſumitur. 370.nu.53
Amicitior nemo quàm frater fratri. 363.nu.6
ab Amico relictum præſumitur relictum contemplatione perſonæ. 366. nu.24
Amico licet vim illatam coniuncto ſibi ſtricta amicitia,repellere. 369. nu.42
Amico per amicum an poſsit acquiri.365.nu.17.& 18
Amicorum potentia fit homo excellens. 372.nu.82
Amicorum cauſa patratum, clementius puniendum. 372. nu.85
Amicorum facta eadem quæ nos facimus ipſi. 365. nume.19
Amicorum maior affectio quàm coniunctorum.368. nume. 35
Amicorum & conſanguineorum opus æquiparatur. 371. nu.66
ad Amicos qui peruenit,ad nos reuerſus intelligitur. 371. nu.68





Amicorum præſentia excludit fraudis præſumptionem & metus. 370. nu.50
Amicorū cauſa an mitius in erratis procedi debeat. 362. nu.1
Amicos vexare tanti eſt,quanti conſanguineos. 371. nume. 60
Amicum bannitum receptans plus excuſatur quàm alium. 372. nu.85
Amicum ſuum qui ſui teſtamenti executorē relinquit ſub nomine dignitatis,videtur non dignitatē, ſed amicitiam conſideraſſe. 366. nu.25
Amicus electi an ſine mandato confirmationem petere poſsit eius nomine. 368.nu.37
Amicus etiam non inuocatus iuuare poteſt amicum, reſiſtendo etiam facto, officiali iniuſtè exequenti. 369.nu.43
Amicus an poſsit pro amico impetrare literas ad beneficia ſine eius mandato. 368. nu.38
Amicus an amico poſsit vtiliter ſtipulari. 364.nu.14
Amicus quem teſtator diligit,vt coniunctum licet re vera non ſit coniunctus, habetur tamen pro coniuncto. 367.nu.30
Amicus pro amico an admittatur ad agendum ſine mandato cum cautione rati. 368. nu.34
Amicus ſine ſatiſdatione admittitur ad allegandum cauſas abſentiæ. 372.nu.81
Amicus vicem procuratoris obtinet. 365.nu.16
Amicus vſque ad aram, ex Pericle. 373. nu.88
Amicus dicitur alter ipſe. 363. nu 11
Amicus pro amico poteſt appellare. 370.nu.55
Amicus procurator cōſtitutus,videtur tacitè nō contradicendo acceptare mandatum. 370. nu.56
Amicus pro amico admittitur ſine mandato,ad recuperandam poſſeſsionem, qua ſpoliatus fuerat abſens. 372. nu.72
Amicus non cogitur eſſe aduocatus contra amicum. 372.nu.77.præſumitúrque pro amico gratis patrocinari. ibidem nu.78
Amiſsio poſſeſsionis eſt accidens. 558. nu.5
Amore nimio delinquens, leuius punitur & quare. 337.nu.3
Amor in iudicio cæcutit. 441.nu.81. 82.& 85
Amor,qui ex affinitate,ea ſoluta ſoluitur. 12.nu.27
Amor furor eſt ab effectu. 336. nu.1
Amor caſtus vxoris in maritum. 286.nu.152
Amoris furore nihil vehementius. 555. nu.89. quem ſedat fames. ibid.laqueus extremum remedium illius. 556.nu.89
Amoris vinculum non omnino ſoluitur, ſoluta affinitate. 12. nu.29
Amoris cauſa ceſſante,ceſſat amor. 13. nu.40
Amoris liciti ardor an habeat vim clauſulæ codicillaris. 366.nu.27.habétque vim reuocationis clauſulæ derogatorię,in primo teſtamēto adpoſitę.367.n.28
Amorem domare & continere,philoſophi eſt potius, quàm mulieris officium. 337.nu.2
Ancillæ, imagines ſunt cordis dominarū.444.nu.95
Anglis cōceſſum ob bella,bellis ceſſantibus ceſſat.14. nume. 45
Anima rebus omnibus præferenda. 480.nu.1
Animæ periculum vbi tractatur, viri ſanctitas nihil facit. 430. nu.16
Animal brutum ob immanitatem ſceleris punitur. 426. nu.39
Animi hominum incerti. 534. nu.10
Animi declaratio poteſt fieri parte abſente. 601. nūme.32
Animo ſola poſſeſsio an acquiratur. 95. nu.4
Animum in maleficiis,non euentum inſpicimus.455. nume. 2
Antigone fratrem viro filiiſque præfert,& quare.363. nume. 7
Antigoni dictum de ducis in ſubditos exemplo. 392. nume.39
Apoca priuata an probet. 546. nu.40
Appellanti prima die,an ſtatim currat tempus proſequendi. 18.nu.82
Appellare an liceat à iuramento eius, cui ſub cōſcientia commiſſum eſt. 562. nu.4
Appellare an liceat in cauſis poſſeſſoriis. 157. nume.5
Appellatio in poſſeſſoriis an ſimpliciter tollatur. 158. nume.7.& ſeq.
Appellatio non admittitur in cauſa alimentorum:nec in piis cauſis. 524.priuil.153. In decimis autem admittitur. ibidem.
Appellationi in dubio defertur. 158.nu.10
Appellationis cauſa ceſſante, ceſſat appellatio. 13. nume. 41
Appellationem tollit ſceleris magnitudo. 424. nume.21.22.& 23
Appellatione nauis venit & ſcapha. 587.nu.121
Appellatur etiam in minimis cauſis. 586.& 587. nume. 113
Appius in vinculis, vt pœnam deprecaretur, merita maiorum commemorat. 423.nume.11. Et plura de his vide nu.ſeq.
Appoſitum dicitur quod ſolitum eſt apponi. 259. nume.9. & ſeq.
Apoſtolos petēti debent legitima documēta in promptu eſſe. 429. nu.11
Arbitrādi poteſtas alicui data quomodo intelligi debeat. 281. nu.108
Arbitratore non arbitrante, fauore piæ cauſæ, recurritur ad arbitrium boni viri. 522.priuil.145
Arbitrator in modico, poteſt lædere alteram partiū. 580. nu.58
Arbitriorum cauſa ceſſante, ceſſant arbitria. 14. nume.42
Arbitrorum dicti præſumptio vnde. 550.nu.63
Aræ apud Græcos olim refugium delinquentibus fortuitò & caſu non voluntariè. 351.nu.7
Areopagitarum celebris ſentētia ſuper homicidia iuſto dolore perpetrata. 332. nu.17
Argumentum ex cauſa finali quale ſit. 41.nu.8
Argumentum à contrario ſenſu, etiam ad correctionem iuris communis. 502. nu.2
Argumentum de teſtatoribus ad ſtatuentes. 309. nume.5
Argumentum à ratione naturali valet abſque iurium allegatione. 51.nu.78
Argumentum de milite ad paganum teſtantē ad pias cauſas non valet. 512.nume.2
Argumentum à contrario ſenſu vnius cauſæ, an ſumatur ex pluribus. 77. nu.5
Argumentum de maiori ad minus, affirmatiuè non valet. 121.nu.25
Armorum nomine quid comprehendatur. 577. nume.31
Arras pro matrimonio capiens, tenetur eas duplo reddere, ſi recuſet. 241.nu.4
Artaxerxis iudicium de patre filium morti offerente, 358. nu.3
Articulus quantumlibet pertinens ad cauſam,admittitur. 156.nu.14
Artifex inſignis morti adiudicatur in manifeſtis delictis. 427.nu.2
Aſpidis ſpectrum vinitorem ad inſaniam adigit. 351. nume.9
Aſſaſsinatus crimen quid. 399.nu.4
Aſſeſſores pro bono publico,an ſtatuta poſsint trāſgredi. 423.nu.16
Aſpectu transfertur poſſeſsio. 235. nu.3
Athenienſes in Mitylenenſium ſupplicio, præcipuos defectionis authores occiderunt, reliquis ſaluis. 420. nu.9

Athenienſium ſeueritas duos iuuenes per imprudentiam templum ingreſſos Cereris, morti adiudicat religionis ergo. 351.nu.8
Athenienſium leges veniam concedunt ſeſe manifeſtanti. 383.nu.5
Auditu quid probari poſſe. 569. nu.5
Authen.loquens de vxore indotata,procedit in vxore habente paruam dotem. 575. nu.19

B

BAnni cauſa ceſſante,ceſſat bannum. 14.nu.43. & 57.nume.3
Banniti ad hoſtes ſe conferentes, pro hoſtibus habentur. 359.nu.9.& 10
Bannito conceſſa facultas,vt tutò venire poſsit in ciuitatem,quomodo intelligatur. 277.nu.80
Bannum ob paupertutem remitti poteſt.393.n.5.& 6
Baptiſmus nihil remittit ex foro iudiciali. 377.nu.6. Et reſtituit hominem priſtinæ innocentię.ibid.n.7
Baptiſmus quando poſsit reiterari. 291.nu.20
Baptizatus poſt cõmiſſum delictum,an leuius ſit pœna afficiendus. 376.cauſa 25.nu.1. Et ſi diſsimulanter id fecerit. ibidem nu.2
Barbari olim diis immolabant homines praua conſuetudine,& impunè. 404.nu.3
Bello plerunque abrogantur quæ in pace lata ſunt. 14. nu.46
Bello ceſſante,ceſſat illius effectus. 14.nu.44
Bene conſultare,maximum eſt lucrum. 456. nu.10
Beneficia legis quibus proſint. 160.nu.4
Beneficiatus cur beneficio priuetur ſua culpa. 81. 10.& ſeq.
Beneficij inuentarij nulla habetur ratio,pia cauſa hęrede inſtituta. 506.nu.1
Beneficij inſtitutio in conſpectu ipſius,transfert eiuſdem poſſeſſ. 204.nu.2.in prin.
Beneficij ſecundi acceptatio facta vi iracundię, an faciat vacare primum. 334.nu.29
Beneficij cauſa ceſſante, ceſſat beneficium. 14. nume.47
Beneficium à priuilegio parum diſtat. ibidem.
Beneficium iure ſpeciali competens,an iteretur.306. nume.14
Beneficium acceptans quod conſequi non poteſt, aliud acceptare permittitur. 300.nu.3
Tacens beneficium in impetratione, quãtumcunque ſit modicum,non valet impetratio. 587.nu.124
Beneficium edicti D. Adriani an ad hæredem hæredis tranſmittatur. 108. nu.24
Beneficium qua ratione datur. 14.nu.48
Blaſphemus vltimo ſupplicio afficiendus. Mitius tamen ſi calore iracundiæ fiat. 332. nu.14
Bona diſtribui iubens dotandis mulieribus, de quibus intelligatur. 281. nu.111
Bona fides an in dubio præſumatur, etſi nullus titulus appareat. 532. nu.5
Bona fides non præſumitur in ſtatuto requirente eã. 533. nume.8
Bona fides nunquam eſt notoria. 534.nu.10
Bona vacantia quid ſint. 139.nu.11
Bona fides quomodo alleganda ſit. 535.nu.11.& 12
Bona fide præſcribens, vtrum tutus ſit in foro conſcientiæ per ſuperuenientem malam fidem. 535. nume.13
Bona fides cauſari poteſt ex iniuſtis & temerariis rationibus. 406.407. nu.3
Bona fides auctoris continuanda in ſucceſſorem, etſi nolit. 532.nu.2
Bona fides requiritur in præſcriptione longi temporis,tam de iure ciuili,quàm canonico. 531. nu.1
Bona veniunt in conſequentiam perſonæ. 510.nu.4
Bonam fidem allegare debet,præſcripſiſſe qui ſe dicit. 533. nu.6
Bonorum poſſeſſor an propriè hæres ſit. 102.nu.7
Bonorum morum iudicium diuerſum inter ius ciuile & ius canonicum. 510. nu.5
Bonus quilibet præſumitur in dubio. 533.nu.6
Bonus ſemel, an ſemper bonus præſumatur. 428. nume. 3

C

CAlendaria ſacrificia. 292. nu.23
Calendis Ianuariis ſtipulatus, de quibus intelligendum eſt. 270. nu.21
Campſorum ſcripturæ an probare debeant. 572. nume.4
Canonicum ius ſeruandum eſt in vtroque foro in diſpoſitis ad pias cauſas. 527.priuil.163
Capacitas quod tempus requirat. 101. declarat.1. nume. 4
Captatoria inſtitutio inualida. 497. priuil.64. etiam in teſtamento militis. ibidem.
Carcer libertatem aufert,& ideo miſerrimus. 403. cauſa 41.nume.2. Et an exilij pœnam minuat. ibidem nu.3
Carceribus diu detentus an mitius puniendus. 403. cauſa 41.nu.1
Cardinali an ſemper credendum. 438. nu.61
Cardinalis occurrens ei qui ad mortem ducitur, an pœna liberetur ex Cardinalis prærogatiua. 458. cauſa 55.nu.1.& 2
Carthaginenſes in crucem tollebant Imperatores, ſi proſpero euentu,prauo tamen conſilio rem geſsiſſent. 456.nu.3
Caſus perpetui præſcriptio. 467. nu.4
Caſus in quibus modici & minimi habetur ratio. 586.nu.105. & ſeq.
Catellæ dominas imitantes, prouerbium Platonicũ. 444. nu.95
Cauere tantùm debet qui non ſuſpectus eſt ſatiſdare. 435. nu.40
Cauſa quæ præſumitur impulſiua. 42. nu.14
Cauſæ impulſiuæ ceſſatio vitiat in omnibus reſcriptis. 42. nu.15
Cauſæ impulſiuæ effectus. 42.nu.20
Cauſa ſententiæ ſemper præſumitur finalis. 43.nu.25
Cauſa de præterito eſt impulſiua. 44.nume. 26. & nume.31
Cauſa finalis quid ſit. 44.nu.28
Cauſa à lege inſerta, finalis eſſe præſumitur. 44. nume. 29
Cauſa à contrahentibus vel teſtatore appoſita,impulſiua cenſetur. ibidem nu.30
Cauſa finalis ſola cohæret diſpoſitioni. ibidem nu.29. Ex cuius radice oritur obligatio. ibidem nume.34
Cauſa quando dicatur cohærere diſpoſitioni. 46. nume. 46
Cauſæ impulſiuę opiniones. 46.nume.47.& ſeq.
Cauſa ea propriè eſt,quæ finalis eſt. 41. nu.5. & cauſa aliarum. ibidem.
Cauſa finalis fons & ſubſtantia dicitur, & optima. 41.nu.6.& primum principium intentionis. ibid.
Cauſa finalis ignorata, cæteræ ignorantur. ibidem. nume.7
Cauſa ſecunda nihil operatur,niſi quantum ſibi à prima influitur. 68. nu.6
Cauſa remota non imputatur ad homicidium. ibid. nume.7
Cauſæ appellatione venit tantùm proxima. 68. nume.7
Cauſa neceſsitatis ceſſante,ceſſat quod ob eam ſtatutum eſt. 32.nu.184
Cauſa odij ceſſante, ceſſat odium. 33. nu.190
Cauſa obligationis ceſſante, ceſſat obligatio. 33. nume.189.
Cauſa momentanea. 80.nu.5.81.nu.7
Cauſa ſucceſsiua. 81.nu.8







Cauſa ſi ceſſet ante completum effectum quid. 81. nume.6
Cauſa falſa expreſſa in ſententia. 79.nu.20
Cauſa principali ceſſante, ceſſat effectus, non etiam acceſſoria. 80. nu.22
Cauſa ceſſante, ceſſat effectus in ſucceſsiuis, non in momentaneis. 80.nu.1
Cauſa nullitatis ceſſante, non ceſſat nullitas. 66.limit.19. nu.1
Cauſa immediata attendi debet. 67.limit.20.nu.3
Cauſa propinqua plus operatur quàm remota. ibidem nu.4
Cauſa præſumitur impulſiua in gratiis & priuilegiis. 51.nu.85
Cauſa cohærens,finalis dicitur. ibid. nu.86
Cauſæ impulſiuæ effectus. 51.nu.87.88
Cauſa ceſſante, an ceſſet effectus in caſu non vitiato voluntate partium. 84.38. limit.nu.1
Cauſa ceſſante,non ceſſat effectus ad lucrum. 54. limit.5.nu.1
Cauſa probabili tantùm ceſſante & non neceſſaria, non ceſſat effectus. 55.limit.6.nu.1
Paria ſunt non eſſe cauſam,& eam eſſe finitam. 10.14
Quidquid eſt cauſa cauſæ,eſt & cauſati. 15.nu.9
Cauſa falſa. 10.nu.16
Cauſa durante,durare debet effectus. 11.nu.17. Et in foro conſcientiæ. ibid. nu.18
Cauſa an ſine ratione eſſe poſsit. 9. nu.3
Cauſa quibus modis dicatur. 9. nu.4
Cauſa de præterito,ratio de futuro. 9.nu.6
Cauſa & ratio quandoque confunduntur. 9.nu.7
Cauſa finalis legis propriè dicitur ratio. 10. nu.10
Cauſa impulſiua eſt,cùm lex eſt illa generalior. 48. nume. 62
Cauſa quæ ex procemio ſumitur, finalis præſumitur. 49. nu.64
Cauſa finalis ſemper præſumitur fauore piæ cauſæ. 48.nume.57. Et ex diſpoſitione conditionali. ibidem nu. 60
Cauſa officij ceſſante,ceſſat officium. 34.nu.193
Cauſa morbi ceſſante, ceſſat morbus. 32. nu.182.
Cauſa liberationis ceſſante, ceſſat liberatio. 32. nume.179
Cauſa non multum remota quando cõſideretur. 70. nume.21.22
Cauſa quæ proxima dicatur, quæve remota. 71. nume.23
Cauſa finalis,fauore dotis, ex commodo accipientis præſumitur. 528. priuil.167
Cauſa vna ex pluribus ceſſante, non ceſſat effectus. 76.nu.1
Cauſa & remota & propinqua, an impares iudicentur. 69. nu.12
Cauſa remota,deſcendens à propinqua, cenſetur eſſe propinqua. ibidem nu.13
Cauſa in dubio intelligitur de propinqua. 67.nu.5
Cauſa cauſæ non dicitur verè cauſa cauſati.68.nu.10
Cauſa mandati ceſſante, ceſſat mandatum. 32. nume.180
Cauſa vna ex multis appellationis cauſis probare ſufficit. 77. nu.7
Cauſa ea ſola dicitur, quæ ſola eſt,non quæ cum aliis eſt. 77.nu.3
Cauſa finalis non eſt,quę ſola non eſt. 77.nu.4
Cauſa ceſſante,non ceſſat effectus iam cõſummatus. 57.nu.1
Cauſa quid ſit. 9. nu.2
Cauſa ceſſante in vna perſona, non ceſſat effectus in aliis. 55.limit.8.nu.1
Cauſa in qua dictio,fortè ponitur. 55.limit.10. nume.1
Cauſa ſimpliciter prolata. 284. nu.131
Cauſa ceſſante,non ceſſat effectus in iure quæſito.56. limit.11. nu.1
Cauſa iniuſta à delicto excuſat. 406. nu.2
Cauſa impulſiua cenſetur eſſe occaſio. 6. nu.4
Cauſæ & occaſionis diſcrimen. 60.nu.5.6
Cauſæ impulſiuę ceſſatio, in reſcriptis ad beneficia, vitiat. 41.nu.11
Cauſę expreſsio vbi requiratur. 329. nu.70
Cauſę cognitio requiritur vt quis informetur. 602. nume. 39
Cauſæ fiendi & eſſendi,duę. 82.nu.3.& ſeq.
Cauſam adeſſe certo aliquo tempore ſufficit. 52. limit.4.nu.1
Cauſam iuſtã credulitatis habet, quod à fide dignis dicitur. 434. nu.30. & 31
Cauſarum quadruplex differentia. 80. nu.3
Ceſſante cauſa qua introducta eſt forma, non ceſſat formæ obſeruatio. 84.37. limit.nu.1
Ceſsio pro traditione in nominibus cenſetur. 207. nume.10
Ceſsionarius non eſt ſaiſitus,niſi poſſeſsio fuerit trãſlata. 159. nu.3
Cenſualis vbi excuſetur à pœna. 437. nu.55
Cenſus quid. 568.glo.13
Charitas neceſsitudini pręferenda, etiam ſcripturæ ordine. 363. nu.5
Chilo,vnus è ſeptem ſapientibus,falſum conſiliũ pro amici ſalute dedit. 373. nu.87
Chriſtus ipſa veritas. 547. nu.47
Ciceronis locus in Verrem de criminis confeſsione, aut negatione elucidatur. 383.nu.3
Citharœdi non omnes, qui citharam habent. 429. nume.6
Citatio minimè eſt neceſſaria,cùm furioſo datur curator,aut interdicitur adminiſtratio. 610. nu.86
Citatio non pręſumitur ex lapſu temporis. 551. nume.67
Citatio prima fronte habens iuſtitiam, cuius eſt momenti. 436.nu.50
Citatio an requiratur in arbitratoris ſententia. 609. nume.84
Citatio an requiratur, cùm interdicitur adminiſtratio prodigo. 609.nu.85
Citatio actionum principium. 595.nu.3
Citatio an valeat ſine iudicis cõmiſsione apparente. 437. nu.53
Citatio ſatis impediri dicitur, quę ab amico impeditur. 372. nu.83
Citatus citanti quomodo credere debeat. 445.n.102
Non citandi neceſſariò poſſunt comparere ſi velint. 600.nu.27.& appellare. ibidem nu.28
Non citatur cui ſit pręiudicium,quando futurũ eſſet periculum ex citatione. 602. nu.38
Citatus vt perſonaliter quis veniat, quid requiratur. 328. nu.59
Ciui nouello ignoranter peccanti contra ſtatuta ciuitatis,ignoſcendum. 345.cauſa.10.nu.2
Ciuiliter poſsidens & concedens in emphyteut.per conſtitutum, an transferat naturalem poſſeſsionem. 213. nume.7
Ciuitas poteſt ſtatutum facere & idem tollere. 526. priui.159
Clàm fieri quid dicatur. 348. nu.14. & 372. nu.71
Claudij Cęſaris dictum de infamia. 217.nu.10
Cauium traditio,an transferat poſſeſsionem rei abſentis. 186. ampliat.3.nu.3
Clauſulę conſuetę apponi in inſtrumentis quid operentur. 260.nu.12
Clauſulę omnes in contractu appoſitę, ſequuntur naturam ipſius. 220. nu.28
Clementius agendum cum ſanctimonia cõmendatis viris in delictis. 427. nume.1
Clerici an poſsint ex conſuetudine teſtari de bonis acquiſitis ex eccleſia. 577. nu.35

Clerici conſanguineum vulnerans,an ſit excommunicatus. 440. nu.74

Clericus punitur à iudice ſeculari,ob grauitaté ſceleris. 425. nu.28

Clericus effectus, aut monaſterium ingreſſus poſt cõmiſſum delictum, an pœnam effugiat. 377.nu.8

Clericus ſuſpenſus ob cõtumaciam,comparendo recuperat primum ſtatum. 16.nu.62

Clericus cur habeat beneficium. 14. nu.48

Clericus electus epiſcopus, & renuntiauit epiſcopatui,non poterit deponi à ſuo epiſcopo. 63. nu.5

Clericum degradatum percutiens,incidit in canoné. 63. nu.4

Coactio præciſa debet impunita relinqui. 398.nu.7

Coacti abſolutè nihil peccant,nec puniuntur.398.n.5

Coadiutoris officium ceſſat, impedimento ceſſante. 34. nu.194

Cœptum pro completo habetur. 59.nu.19

Collegium ſuccedit ſodalibus eius collegij. 128.nu.6

Coloni teſtimonium pro domino quando nõ ſit reiiciendum. 585. nu.97

Colonus non præſcribit. 238. nu.6

Colonus ſoluendo hæredi domini, facit eum poſſeſſorem. 232. nu.3

Comes poſsidens, poteſt petere ſe declarari comité. 153.nu.9

Commiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat commiſsio. 15. nume. 50

Commodatario competit actio furti. 135. nu.6

Commodatarij,& eius qui precario rogauit, differentia. 171.nu.4

Commodi cauſa ceſſante,ceſſat commodum.15.nu.51

Compromiſſum an ſoluatur pœna ſemel commiſſa. 269.nu.13

Conceſsio facta pro certa cauſa. 299. 300. nume.1. limit.5

Conceſsio facta ad certum tempus, intelligitur toties quoties. 299.nu.1

Conceſsio vniuerſalis ad futura trahitur. 313.limit.25. nume.1. & ſeq.

Conceſsio lucratiua vno actu non cõſumitur. 315. limita.27.nu.1.

Conceſsionis cauſa ceſſante,ceſſat conceſsio. 15.n.52

Concluſio in cauſa, & renuntiatio productionis teſtium æquiparantur. 447. nu.118

Condemnari an poſsit quis ex inquiſitione generali. 457. cauſa 53.nu.3

Condemnatus ſi efficiatur furioſus,an debeat exequi ſententia. 336. nu.4

Condem natus in dubio quis cenſetur ex cauſa quæ minus lædit. 16. nu.67

Conditio vltima impletur in legatis. 497. priui.61

Conditio ſi ad certam ætatem peruenerit. 482. priui.23

Conditio formam inducit,& ſolennitatem non leué. 48. nu. 61

Conditio iuriſiurandi remittitur in cauſis piis: nihilominus parendum eſt conditioni. 501.in priui.

Conditio negatiua adiecta legato piæ cauſæ. 493. priuil. 48

Condictio indebiti non competit ob indebitum ſolutum piæ cauſæ. 517.priu.125

Conditio tabellionis & teſtium inſpicienda. 449. nume.129

Conditio viduitatem inducens reiicienda eſt. Et quid conditio ſubrogata. 481.priui.18

Conditio qualis requiratur ad eſſe ſui diſpoſiti. 575. nume. 14

Cõditio nubendi de quibus nuptiis intelligatur. 280. nume. 103

Conditio impedit effectum contractus. 183. nume. 77

Conditio cùm nupſerit,non impletur,contractis inutilibus nuptiis. 289.nu.2

Conditio merè poteſtatiua. 496.priui.58

Conditione deficiente deficit legatum. ibidem.

Conditio in legatis non retrotrahitur. ibidem. priui.59

Conditioni ſi ſemel paritum ſit, an per pœnitentiam reuocetur. 280. nu.101

Conditionem quoquo modo in piis cauſis extitiſſe ſufficit. 505. priui.83

Conditione impoſsibili, quum teſtator putabat poſſibilem,non vitiatur diſpoſitio ad pias cauſas. 501. priuil.75

Conductio non facit ceſſare præſumptionem fraudis,imò illam auget. 217. nu.3

Confeſsio recepti pretij, quanti ponderis ſit. 228. nume.9

Confeſsio delicti an veniam mercatur. 383.nu.4

Confeſsio criminis, ſumma medicina peccati eſt. 384. nu.8

Confeſsio in contractu inutili valet. 219.nu.19.
Et an in iudicio inualido probet. ibidem.

Confeſsio in fauorem piæ cauſę facta, ob abſentiam partium non reuocatur. 515. priui.116

Confeſsio facta ad exonerandam conſcientiam, etiã parte abſente,habet vim debiti confeſſati, tanquã parte præſente fuiſſet acceptatum. 515. priui. 117

Confeſsio iudicialis calore iracundię facta, non valet. 333.nu.25

Confeſsio extra iudicium pro pia cauſa probat. 514. priuil. 112

Confeſsionis cauſa ceſſante, ceſſat & effectus. 15. nume. 53

Confeſsione facta non principaliter,nõ eſt quis condemnandus. 599.nu.24

Confeſsio incidenter facta, non præiudicat. 599. nume. 25

Confeſſus metu probationis,an puniri clemẽtius debeat. 384.nu.13

Confitens vltro crimen non conuictus, cum eo mitius agendum. 383. nu.1.& 2

Confitens tormentorum metu,pro conuicto habendus. 384.nu.9.10. & 11.limit. nu.12

Coniunctorum vno ex pluribus deficiente,totũ corruit. 79. nu.15

Conſanguinei quomodo in cauſa ſuorũ poſſunt eſſe teſtes idonei. 443.nu.90

Conſanguinei ſunt pars corporis noſtri. 441.nu.80

Conſcientia legibus munita. 602. nu.39

Conſcientię alicuius commiſſum. ibidem.

Conſcientia quam ſibi quiſque fabricat. ibidem.
Et quid ſit conſcientia. ibidem.

Conſcius criminis idipſum non reuelans, tenetur. 410. nu.21

Conſenſu ſolo non diſceditur à venditione.173.nu.19

Conſors quis dicitur ratione minimę partis. 587. nume.116

Statutum Florentinum de non alienanda domo extra Conſortes. 587.nu.116

Conſuetudo publica quæ non eſt contra ius diuinũ, aut naturale,an excuſet. 405. nu.15. & quid de inualida. ibidem.

Conſuetudo cuiuſque priuata,delicta auget. 405. nume. 14

Conſuetudo an poſsit transferre poſſeſsionem ſine actu corporeo. 95.declara. 6.nu.1

Conſuetudo habet vim precarij. 96.nu.5

Conſuetudo cõmunis clericorum & laicorum ligat clericos. 139.nu.4

Conſuetudo barbarorum immolandi homines impunè. 404.nu.3

Conſuetudo an à pœna gehennali excuſet. 404. nu.4. 5. 6.& 7

Conſuetudo



Conſuetudo an à dolo excuſet. 405. nu.10.
Et an à pœna falſi. ibid. nu.11.
Et an in his quæ ſuaptè natura mala ſunt. ibid. nume. 12

Conſuetudo quòd probatio imperfecta habeat vim plenæ probationis,an valeat. 572.nu.5

Conſuetudo quid poſsit. ibidem.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. 487. nu.3

Conſuetudo eccleſiæ per rectores probatur. 596.n.7

Conſuetudo ius ampliat. 560. nu.4

Conſuetudo inducens minorem præſcriptionem 40. ann.contra eccleſiam non valet. 565.gloſ.10

Conſuetudo poteſtatem habet in ſanguinem hominis. 321. nu.6

Conſuetudo etiam improba excuſat à pœna. 403. cauſa. 42. nu.1

Conſuetudo ſuper iuramento non obſeruando,excuſat à pœna temporali periurij,non à diuina. 403. nu.2. cauſa.42

Conſuetudo inducta per diuturnam ſolutionem.554. nume.84

Conſuetudo an legi diuinæ deroget. 400.nu.2.& 3

Conſuetudo eſt conformis iuri communi. 531.gloſ.1.

Conſuetudo grauamen eccleſiæ adferens quando valeat. 577. nu.36

Conſuetudo reducenda ad ius commune. 567.nu.2

Conſuetudine Galliæ, ſi puella maritum petit addictum morti,an eum liberet. 458. cauſa.56.nu.1

Conſuetudine quod fit, ex iure ciuili fieri dicitur. 98.nu.4. & de iure communi fieri. ibid nu.5

Conſuetudines realem traditionem requirentes. 229. amplia.11. nu.2

Conſuetudines Gallorum de ſucceſsionibus.129.n.9

Conſuetudines loquentes de conſtituto. 260.nu.16

Conſuetudinis cauſa ceſſante,ceſſat conſuetudo. 15. nume.57

Conſultor an & quando teneatur iurare,ſe rectè conſulturum. 450. nu.134

Cõſummatio delicti an requiritur in ſtatuto punientem facientem tractatum. 399. nu.6

Conſtitutarius poteſt petere vt ſibi tradatur corporalis poſſeſsio. 152. nu.4

Conſtitutarius an poſsit intentare remedium recuperandæ poſſeſsionis. 188.amplia.11. nu.1

Conſtitutarius poſterior præfertur priori emptori, cui res eſt tradita. 175. nu.24

Conſtitutarius quid ſit. 170.nu.1

Conſtitutarius quando & cur amittat poſſeſsioné. 238. nu.1

Conſtitutario competit remedium recuperandę, etiã ante realem poſſeſsionem. 154.nu.5

Conſtituens ſimpliciter an priuet dominum poſſeſſione. 171. nu.4

Conſtituens non poſsidens non transfert poſſeſsionem. 207.nu.11

Conſtituens in dubio quærit conſtitutario.201.nu.17

Conſtituentis detentatio ſufficit,ſi nemo alius poſsideat. 209. nu.26

Conſtituti effectus manet,etiamſi contractus ab initio validus poſtea inualidetur. 223. nu.41

Conſtituti cauſa ceſſante, ceſſat conſtitutum. 15. nume.56

Conſtituti vis obtinet tantùm in primo conſtituto. 283. nu.123

Conſtituti & vſusfructus robur. 228.nu.11

Conſtituti vis non impeditur pacto. 187.ampliat. 9. nu.1

Conſtituti confeſsio trãsfert poſſeſsionem,vt & conſtitutum ipſum. 185. ampliatione 2. nume. 1

Conſtituti conditionalis vis. 191. nu.1

Conſtituti vis an tranſeat ad hæredes conſtitutarij. 188.ampliat.12.nu.1
Et an extinguatur morte conſtituentis. 189.nu.1

Conſtituti ſimplicis, & cum precario differentia.171. nume.4

Conſtituti & precarij effectus. 173. nu.17

Conſtituti vis an tranſeat in tertios poſſeſſores. 190. ampliat.14. nu.1

Conſtituti ius,etiam in ſpiritualibus. 204.nu.1. in princ.

Conſtitutio loquens de ſcrutinio intelligitur de primo actu. 275.nu.60

Conſtitutio generalis odioſa, generaliter intelligẽda. 566.nume.3

Conſtitutio noua, etiam generalis,non comprehendit caſum feudalem. 568.gloſ.14

Conſtitutio pœnalis in piis cauſis latiſsimè interpretanda eſt. 527.priuil.161

Conſtitutionis cauſa ceſſante,ceſſat conſtitutio. 15. nume. 55

Cõſtitutiones odioſæ editæ in vſurarios, ceſſant vſuris ceſſantibus. 34. nu.192

Conſtituto interueniente,an ſit opus retraditione ad reſolutionem. 243. nu.5

Conſtituto an acquiratur poſſeſsio futurorum. 199. nume.5

Conſtituto transfertur poſſeſsio. 170.nu.2

Conſtitutum non transfert poſſeſsionem in abſenté priuſquam ratum habuerit. 244. nu.1

Conſtitutum futurorum an trahatur ad bona poſtea ab hæredibus quæſita. 202. nu.24

Conſtitutum operatur in tranſlatione vſusfructus rei ſuæ. 202.nu.1. amplia.33

Conſtitutum operatur in omnibus iuribus incorporalibus. 203. nu.1.in fi.

Conſtitutum loquens de poſſeſsione habet locum in quaſi poſſeſsione. ibid. nu.2

Conſtitutum an operetur in iuribus quæ quis in ſuas res conſtituit. ibid.nu.3

Conſtitutum ſe ſubmittentium iuriſdictioni alterius, an transferat quaſi poſſeſsionem. ibid. nu.4

Conſtitutum non operatur vbi res eſt apud conſtitutarium ignorante conſtituente. 229.ampl.12.nu.1

Cõſtitutũ iudicis vel ſui viatoris inducẽs viatorem in poſſeſsioné eam non transfert.234.235.limit 17.n.1

Cõſtitutum in cõtractu ſimulato nullius eſt effectus. 225.nu.1. Et quomodo præſumitur ſimulatũ. 226. nu.2. & ſeq.

Conſtitutũ quando nõ operetur. 226.n.1.in fi.& ſeq.

Conſtitutum non tollit præſumptioné fraudis. ibid.

Conſtitutũ nõ inutile ei,qui incapax eſt poſſeſsionis. 236.limit.18.nu.1.Et vbi non proſit.237.lim.19.n.1

Conſtitutũ an operetur in reſolutione cõtractus reali traditione conſummati. 237.limit.20. nu.1

Conſtitutũ coloni &c.per quos poſsidemus,an trãſferat poſſeſsionem. 231. nu.1.in fi.

Conſtitutũ an operetur in conſtitutione vtente verbo accipiendi. 229.amplia.10. nu.1.& 2

Conſtitutũ collatum poſt mortem conſtituentis,nullum eſt. 209. nu.1

Conſtitutum inter perſonas prohibitas nõ operatur. 241.nu.1. limit.25

Conſtitutum an operetur in conſtitutione pœnali. 241.nu.1 limit.26

Conſtitutũ habet vim etiã in feudalibus. 204.ampl. 36.nu.1.& in reciprocis.ibid.ampliatio.37.nu.1. Et in pignore. ibid.ampliat.38.nu.1

Conſtitutum inutile,ſi conſtituens non poſsidet.205. nume. 1

Conſtitutum non trãsfert poſſeſsionem,ſi alia interuenit fictio. 213. nu.1.in fi.

Conſtitutum & precarium ſufficiunt ad vſucapioné. 173. nu.17

Conſtitutum transfert poſſeſsionem etiam rei abſentis. 185. ampliat.3.nu.1

FF 3

Cōnſtitutum poſsidentis naturaliter tantùm,naturalem poſſeſſionem transfert. 192. amplia.20.nu.1
Conſtitutum poſsidentis ciuiliter,poſſeſſionem ciuilem transfert. 192.amplia.21.nu.1
Conſtitutum ſimplex poſterius præfertur precario primo. 172.nu.12
Conſtitutum in quibus transfert poſſeſsionem. 146. nume.2
Conſtitutum ſolitum apponi in inſtrumentis notariorum. 258. nu.6
Conſtitutum non præſcribit contra conſtitutarium. 182.nu.71
Conſtitutum facit ne requiratur excuſsio. 179.nu.54
Conſtitutum transfert poſſeſsionem, etiam eius rei, quam per alium tenemus. 187. ampl.6.nu.1
Conſtitutum fictus modus eſt tradendæ poſſeſsionis. 170.nu.1
Conſtitutum ſimplex quid transferat. 171. num.4
Cōnſtitutum nudo pacto appoſitum trāſfert poſſeſſionem. 192.amplia.18.nu.1
Conſtitutum & precarium, eſſe acceſſorium principalis contractus,inquit Bal. 218. nu.16
Conſtitutum ſolum ſine titulo, non transfert poſſeſſionem. 214.nu.1.in fi.
Conſtitutum an transferat poſſeſsionem rei emphyteuticariæ. 212. num.1
Conſtitutum an in contractibus conditionalibus operetur. 190. ampliat.15.nu.1
Conſtitutum ſimpliciter appoſitum in actu conditionali,eſt conditionale. 190. nu.3
Conſtitutum collegij an operetur tranſlationē poſſeſsionis. 194. ampliat.25.nu.1
Conſtitutum factum procuratori an transferat poſſeſsionem. 194. amplia.26.nu.1
Conſtitutum factum negotiorum geſtori, transfert poſſeſsionem. 197. amplia.27.nu.1. & ſeq.& in bonis futuris. 98. in fi.
Conſtitutum factum primo & ſecundo donatario,an vim habeat in ſecundum. 197. amplia.27. nume.1
Conſtitutum etiam reſpectu vniuerſitatis bonorum operatur. 198.nu.1
Conſtitutum an faciat vt emptor teneatur ad vſuras pretij non ſoluti. 242.nu.1. limit.28
Conſtitutum reſoluitur reſoluta cauſa. 243. nu.1
Conſtitutum ſublatum eſt,ſublato principali. 243. nume. 4
Cōſtitutum reuocatur vt donatio, natiuitate liberorum. 243. nu.4
Conſtitutum prioris inſtrumenti, ad quod poſterius refertur,cenſetur repetitum. 187. ampl.10.nu.1
Conſtitutum transfert dominium etiam directum. 187.amplia.8. nu.1
Conſtitutum an ſufficiat pro retraditione. 174. nume. 20
Conſtitutum an tranſeat in ſecundum donatarium. 108. nu.19
Contingenter quid ſit. 596.597.nu.9
Continuatio præſupponit eaſdem qualitates. 147. nume. 7
Contumacia facit vt nihilo mitius agatur cum nobili delinquente,quàm cum plebeio. 391. nu.33
Contumacia excuſatur ex modica & iniuſta cauſa, 407.nu.6.& 7
Contumacia ceſſante,ceſſat effectus illius. 15.nu.59
Contumacia ceſſante,ceſſat eius pœna. 15.nu.60
Contumaciæ cauſa ſententia lata,tamdiu durat,quādiu contumacia durat. 15. nu.61
Contumaciæ pœna menſuratur ad limites illius. 16. nume. 62
Contractus in dubio,nunquam intelligitur continere promiſsionem annuam. 308. limit.15.nu.3
Contractus inualidus non confirmatur per confeſſionem in eo poſitam. 220.nu.26
Cōtractus minima pars non impleta, obſtat exceptio agenti ad principale. 589. nu.141
Contractus forma conſiſtit in integritate. 590. nume.152
Contractu ſimulato,omnes eius clauſulæ præſumuntur ſimulatæ. 222. nu.33. & ſeq.
Contractum matrimonium,ſi pater conſenſerit.284. nume.132
Contractu non datur hæreditas niſi ob piam cauſam. 512. nu.1
Contractus vnde vires accipit. 542. nu.27
Contractus facti calore iracundiæ inualidi ſunt: niſi in fauorem piæ cauſæ fiant. 513. priui.108
Contractus cauſa ceſſante, ceſſat contractus. 15. nume. 58
Contractus nullitas quando allegari poteſt.161.nu.11
Contrahens verè cum ſimulante poteſt eum cogere ſtare contractui. 161.nu.9
Contrarietas modica in teſtibus,an vitiet eorum teſtimonium. 578.nu.38.39.40
Conuictus de delicto ſeu condemnatus,an poſsit officium ſuum exercere ex reſcripto. 460.nu.7
Cōuictus præſumptione grauius punitur quàm ſponte confeſſus. 385.nu.18.& 19
Copulatorum ſufficientia. 78. nu.14
Corpus ſuſpenſi traditur feris deuorandum ob facinoris immanitatem. 426.nu.42
Credens fide digno,non eſt nimium credulus. 433. nume.29
Creditor minoris vel debitor, quando non repellatur à tutela illius. 578.nu.43
Creditor non poteſt propria autoritate expellere debitorem facto reſiſtentem. 177.nu.37
Creditor tacens an cenſeatur conſentire alienationi pignoris. 518. priu.131
Creditor quando agat in tertium debitorem. 560. nume.2
Creditor an poſsit eſſe teſtis in cauſa debitoris. 596. nume.7
Creditores non opponentes ſe rei ſubhaſtationi,præſtationes annuas perdunt. 567. nu.3
Creditori incumbit onus probandi filium hæredem eſſe. 162. nu.8
Crimen iterans,præſumitur doloſè feciſſe. 346.nu.6
Crimen quando dignitate augeatur,& quot, quibúſve de cauſis. 389. nu.19.20
Criminis conſors admittitur in grauitate facinoris. 424. nu.4
Item teſtis aliàs non idoneus. ibidem nu.25
Culpa lata vbi æquiparetur dolo. 356. nu.6.& 7
Culpa non intelligitur, quod conſuetudo admittit. 404. nu.9
Culpa maior eſt facere, quàm omittere. 412. nume.31.32.33
Curatio data ob furorem ceſſat,ceſſante furore. 22. nume. 115
Curationis cauſa ceſſante,ceſſat curatio. 17.70
Cuſtos caſtri quempiam integræ opinionis ſubſtituens,qui caſtrum hoſtibus prodidit, an excuſetur. 437. nu.57


D


Damnatus ad mortem,ſi laqueo rupto in terram ceciderit, an liberandus ſit. 462,cauſa.64. nume.1
Damnatus iniuriarum ... is,vbi leuis eſt iniuria. 582.nu.74
Damnum datum in agro,præſumitur potius à vicinis quàm ab aliis. 375 nu.10. & de eo Italię ſtatuta & aliorum populorum. ibidem. nu.11
Darius Sandocem quare ad crucem adegit. 422.nu.7
Datum eccleſiæ an Deo datum dicatur. 510.nu.2
De,dictio,quid ſignificet. 72. nu.31.& ſeq.


Debitor




Debitor exeundi impetrata licentia creditoris,an duret illa permiſsio. 298.nu.9
Debitor conſtituens pro creditore &c. verè an fictè transferat dominium. 233.nu.10
Decem annorum patientia præſumitur conſenſus. 539.nu.16
Decennio ſi pater poſsideat hæreditatem filio delatā, præſumitur filij conſenſus interueniſſe. ibid.nu.17
Decem annorum diutina cohabitatione probatur matrimonium. 540.nu.19
Decennium eſt tempus domicilij conſtituti. 542. nu.26.& 28
Decennium propriè longum tempus dicitur. 557.82
Decennium ſignificatur,vbi tempus ſimpliciter profertur. 538.nu.12
Decennali poſſeſsione præſumitur titulus allegatus. ibidem nu.13
Decij ingenium. 438.nu.62
Decimatio omnis conceſſa,quid comprehendat.314. nume. 3
Decima dies menſis ſeptimi, ſancta & venerabilis. 538.nu.9
Decimæ tributa animarum egentium. 507.priui.89
Decimæ cur ſacerdotibus,primogenita verò Chriſto offerantur. 538. nu.11
Decimæ cur ab Iſraelitis, quintæ verò ab Ægyptiis offerebantur. 538. nu. 10
Decimæ vnde ortæ. 537.nu.7
Decimæ Æthnicorum. ibidem.
Declarandi ius, an & quando tranſeat ad hæredem. 569.nu.8
Deceptus nulla ſua culpa in primo actu,ad ſecūdum admittitur. 311. limit.21. nu.1.& ſeq.
Decretum irritans vbi operetur. 161. nu.10
Decretum in alienatione rei eccleſiæ lapſu temporis præſumitur interueniſſe. 551.
Deformes corpore an à ſacerdotio repellendi. 578. nume. 41
Defunctorum voluntates piæ. 165. nu.9
Dei opera perfecta. 346.nu.8
Dei iugales qui dicantur. 287. nu.158
Delegationis cauſa ceſſante, ceſſat delegatio. 17. nume. 73
Delegatus ad conſentiendum &c. de quo conſenſu intelligatur. 282. nu.120
Delegatus cùm inutiliter iudicauit,an poſsit & quando reiudicare. 294. nu.41
Delegatus nulliter faciens per iuſtum errorem facti, poteſt iterum pronuntiare. 311.nu.4. & ſeq.
Delicta vbique fermè puniuntur ſecundùm ſtatuta, non ſecundùm ius commune. 402. nu.11
Delicta admiſſa prę ira aut dolore, leuius punienda. 333. nu.22
Delicta vel minuuntur,vel remittuntur virtutis admi ratione. 422. nu.6
Delicti grauitate licet alteri alterum occidere. 425. nume.32
Item priuato licet aliquē capere ſine mādato iudicis. ibid. nu.33
Delictum attentans,nec tamen perficiens,leuius puniendus. 398.nu.1. Et an habeatur pro conſummato delicto. nu.2
Delictū calumniatoris nō excuſat iniuſta cauſa. 407. nu.11. & 12. & ſeq.
Delictum qui fatetur, negat tamen qualitatem eius, æquè punitur. 385. nu.17
Delictum minuitur ob natales &c. 385. nu.1
Delictum attentans tantùm, ex conſuetudine mitius punitur. 400.nume.1.& de iure communi.402. nu.1. cauſa.39
Delictum attentatum quando puniatur æquè atque perfectum. 401. nu.10
Delictum curſu temporis ſolo non deſinit eſſe delictum. 382.nu.4
Delictum committens ex officio quod gerit, mitius eſt puniendus. 459. cauſa.58.nu.1
Delictū nō prohibens perpetrari,quomodò puniatur. 417.418.nu.70
Delictum mitius punitur ob tenellam ætatem &c. 341. nu.1.& 2
Delictum commiſsionis admittens, non eget monitione. 414. nu.47
Delinquendi occaſio præcidenda. 377. nu.5
Delinquens ira aut dolore commotus,leuius puniendus. 330. nu.1
Delinquens per latam culpam & ſine dolo mitius puniendus. 355.nu.1.& 2. & ſecundum rei euentū, non ſecundum animum. ibid.nu.3
Delinquens vbi non poteſt puniri, quin & innocens puniatur, mitius cum delinquente eſt agendum. 460. nu.1.& 2
Delinquens ſi ſtatim pœniteat,mitius eſt puniendus. 461. cauſa. 60.nu.1
Delinquens ignoranter, ruſticitate, aut ſimplicitate, mitius puniendus, cùm minùs peccet. 347. nu.1. & 2
Delinquens an dimitti poſsit propter aliquod inſigne artificium conſulto principe. 426. nu.1
Delinquens ſi ob ætatem teneram aut mitius,aut nullo modo punitus eſt, factus maior,an poſsit amplius de ipſo delicto puniri. 343. nu.8
Delinquēs ob ſalutem tutandam proximi,mitius puniendus. 376. nu.4
Delinquens ſi patrato crimine reſipiſcat, fiatque bonus, an puniendus. 380.nu.1
Delinquens, ex pœna fit emendatior. 382. nu.6
Delinquentes caſu,nō de induſtria, leuius puniendi. 350. cauſa.13.nu.1.& 2
Demonacis ſententia de ſacrificiis clandeſtinis. 348. nume.13
Denarius numerus apud antiquos magno in honore fuit. 537.nu.6
Denarius numerus in ſcripturis myſticus. 538.nu.9
Denarius numerus cæteris perfectior. 536.nume.1. & perfectiſsimus.nu.2. cur decas Græcis dicatur. 537.nu.4.animæ genitor. ibid.nu.6
Denis virtutibus germinat fructus ſpiritus. 538.nu.11
Denuntiatio à quo fieri debeat. 445 nu.103
Deo ſoli competit,iuſtum ab iniuſto diſcernere. 429. nume.7
Depoſitario competit actio furti. 135. nu.6
Depoſitionis cauſa ceſſante, ceſſat depoſitio. 17.n.75
Depoſitum vendens & tradens, & poſtea redimens tenetur depoſiti. 183.nu.76
Depoſitum reddendum. 381. nu.5
Deprecationem quid vocent Oratores. 422. nu.1
Deteriorans domum an poſsit expelli. 581. nu.67
Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum: nam ſi cadant, fortiores reſurgunt. 431. nu.22
Deus factum infectum non fecit. 216. nu.6
Deus à pleriſque offenditur, ne offendatur amicus. Auguſtini verba. 373. nu.86
Deus virginem an ſuſcitet poſt ruinam. 216.nu.9
Dextras cur antiqui iungebant. 537. nu.5
Dictiones omnes impropriantur ob ſubiectam materiam. 73. nu.34
Dido non ſtatim impudica facta eſt ex temperata,ſed paulatim. 454. nu.157
Didonis peccatum vnde prouenerit. 427.cauſa.51. nume.2
Diem diffundi quid. 571.nu.1
Dies vnus datur pro millibus paſſuum. 586. nu.112
Dilatio an iure ipſo ceſſet, ceſſante cauſa illius. 19 nume. 89
Dilationis cauſa ceſſante, ceſſat dilatio. 17. nu.76
Dionyſij tyran.clementia in ſe conuitiantem temu-

lentum. 340.nu.6
Diſpenſatio cum illegitimo ad obtinendum beneficium. 270.num.29
Diſpenſatio ad duo beneficia quomodo intelligatur. 270.nu.28
Diſpenſatio ſua natura odioſa. 272.nu.39
Diſpenſatio vbi non habet locum,à ſeueritate canonica nihil detrahendum,ob multitudiné.420.n.10
Diſpenſatio ſemel conceſſa an reuocetur. 19.nu.92
Diſpenſatio iuramenti in contractu appoſita an fieri poſsit parte non citata. 607.nu.66.
Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum quando non valeat. 587.nu.123
Diſpenſatio res ambitioſa. ibid.
Diſpẽſationis cauſa ceſſante,ceſſat diſpẽſatio. 19.n.91
Diſpenſatur facilè cum probis viris. 452.453.nu.150
Diſpoſita in libertate trahuntur ad alias pias cauſas. 469.nu.27
Diſpoſitio hominis quando cenſetur facta à lege, vel ſtatuto,quid operetur. 305.306.nu.12.& ſeq.
Diſpoſitio pœnalis non debet extendi de maiori ad minus. 355.num.27
Diſpoſitio vltimæ voluntatis ęquiparatur legis diſpoſitioni. 308.num.4
Diſpoſitio facta de primo ſucceſſore. 207.nu.15
Diſpoſitio conditionalis quomodo intelligatur. 309. nu.1.& ſeq.
Diſpoſitio generalis de capaci intelligitur. 101.declara.1.nu.2
Diſpoſitio pœnalis facta in fauorem piæ cauſæ,valet, quamuis impediatur libera teſtandi facultas. 509.priu.98
Diſpoſitio hominis,primo actu cõſumitur. 302.n.20
Diſpoſitio inducta per viam priuilegij quomodo intelligatur. 303.304.limita.8.nu.1
Diſpoſitio vtens verbo quoties,&c. an vno actu conſumatur. 314.limita.26.nu.1
Diſpoſitio omnis ſumit interpretationem ex natura rei. 310.limita.19.nu.2
Diſpoſitio cap.relatum vbi ſit ſeruandum. 471
Diſpoſitiones aliquando ex præſumptione interpretantur. 307.nu.4
Diſpoſitionis durante ratione,proceditur ad ſecundũ actum. 306.limitat.10.nu.1.& ſeq.
Diſpoſitionis inter viuos,& teſtamentariæ differẽtia. 308.limita.15.nu.1.& ſeq.
Diſpoſitionis hominis & legis diſcrimen. 305.nu. 6.& ſeq.
Diſpunctio quoties creditoribus concedenda. 269. nu.20.
Diſſimulatio magna latet,obſcuriſque ſunt receſſus in animis mortalium. 428.nu.4
Diuerſitatis ratio inter hæredem & defunctum. 519. priu.133
Diuiſio præſumpta inter fratres ex diutino tempore. 552.nu.74
Diuiſionis præſumptio vnde ſumatur. 542.nu.30.31
Diuitiæ excuſant à ſatiſdatione. 435.num.39
Diuturnitas temporis an minuat delicta. 405.nu.13
Doctoris ſcientia non ſufficit,ſed & bona vita requiritur. 446.nu.108.
Dolabellæ factum memorabile. 332.nu.17
Doli actio. 573.nu.9
Dolor an ſit legitima excuſatio patrati ſceleris. 330. nume.4
Dolor delictum minuit ſecundum Theologos. 332. nume.16
Doloris affectui imperare eſt difficillimum.333.nu.23
Dolorem dies conſumit. 555.nu.87
Doloſus tenetur ad damna & intereſſe. 412.nu.28
Dolum qui paſſus eſt in cõtractu,aduerſarium cogere poteſt,vt ei ſtet. 161.nu.8
Dolus præſumitur vel ſcientia in his quæ de ſui natura mala ſunt, licet excuſari poſsint aliquo caſu. 353.nume.16
Dolus maior in committendo, quàm in omittendo. 180.nu.58
Dolus in faciendo commiſſus, facit quem teneri de caſu. 412.nu.30
Dolus vbi requiritur, non ſufficit nimia credulitas. 407.nu.5
Dominium an transferatur ex contractu alterius ſine ratificatione. 454.nu.57
Et ſi ſit tranſlatũ non infert poſſeſsionem. 254.255. num.58
Dominium rei legatæ an tranſeat rectà in ſecundum legatarium. 108.nu.20
Dominium an transferatur ex inutili contractu. 225. nume.50
Dominium tranſit in legatarium ipſo iure. 152.nu.5
Dominium non transfertur ſine traditione, niſi in piis cauſis. 512.nu.1
Dominium tranſit ex conſtituto in tempus mortis collato. 211.nu.8
Et poſt mortẽ alienantis transferri poteſt.ibid.nu.9
Dominium vtile tranſit in colonum & conductorem perpetuum. 233.nu.12
Dominorum conuerſatio cum ſeruis quid efficiat. 445.nu.99
Dominus ab emphyteuta certior factus de futura rei emphyteuticariæ alienatione debet expectari per duos menſes. 18.nu.80
Non tamen ſi dominus ante id tempus ſuum animum declarauerat. ibid.
Dominus quando tenetur pro famulo. 437.nu.58
Dominus mandans famulo homicidium, qua pœna teneatur. 380.nu.8
Domitianus inceſta Veſtalium, à patre Veſpaſiano, Titóque neglecta,variè coercet. 382.nu.1
Domus appellatione an veniat domuncula.574.n.10
Donare ſe poteſt quis & ſua eccleſię. 510.nu.2
Donata ad certum pium vſum, ne authoritate quidẽ principis, poſſunt conuerti in alium. 520.pri.135
Donatarius ſecundus præfertur priori habenti conſtitutum. 207.nu.9
Donatio omnium bonorum præſentium & futurorũ, non valet,niſi fiat piæ cauſæ. 509.priui.100.nu.1
Donatio tutorum & curatorum eſt actus pius. 526. priu.156
Donatio à patre facta,reuocatur natiuitate liberorũ. 516.num.1
Donatio omnium bonorum præſentium & futurorũ quando non valeat. 183.nu.75
Donatio ad pias cauſas facta,licèt excedat ſummam 500.aureorum, an requirat actorum confectiones. 517.pri.124
Donatio aliàs prohibita, ſumit effectum ſi conuertatur in piam cauſam. 528.pri.128
Donatio vel promiſsio facta in fauorem piæ cauſæ, etiam abſenti,valet. 615.nu.1
Donatio non probatur ex ſola præſtatione decennali. 541.num.23
Donatio licèt inter contractus bonæ fidei non annumeretur,fauore tamen pię cauſæ interpretanda eſt. 511.pri.101
Donatio præſumitur ratione amicitiæ. 370.nu.58
Donatio inter viuos fieri poteſt in teſtamento. 175. num.23
Donatio inter virum & vxorẽ non confirmatur morte ſine traditione. 178.nu.49
Donatio inter virum & vxorẽ eſt nulla ipſo iure. 213. nume.2
Donatio inter patrem & filium an ſit valida. 518. priuil.129
Donatione generaliter prohibita,ſemper intelligitur excepta pia cauſa. 518.nu.130





Dormiens ſi quid faciat, quod etiam delicti ſpeciem habeat,non puniendus. 337.nu.1.cauſa.5
Dormiens mortuo,vt ſomnus morti ęquiparatur.337. nume.2.cauſa.5
Dormiens non pluris fit, quàm ſi non viueret. 338. nume.3
Dormientes plura perpetrant,vt Pariſiis & Piſis accidit. 339.nu.11
Dormienti ſi quid accidat, an culpæ id adſcribatur. 339.nu.9.& 10
Dormire pro mori ex ſacris literis. 399.nu.7
Dos teſtamento relicta, debetur ei quæ iam maritata erat. 66.nu.4
Dos quando iteranda. 305.nu.4
Dotalium inſtrumentorum priuilegium. 566.nu.1
Dotata in teſtamento,poſtea ab alio dotata, legatum dotis non perdit. 66.limit.18.nu.2
Dotis cauſa & piæ æquiparatio. 506.priuil.86. nume.2
Dotis fauore indebitum ſolutum non repetitur. Idem in libertate. 517.priuil.125

E

Ebrietas vbi eſt,ibi furor,& abſentia, & ideo clementiùs punienda. 340.nu.1.& eſt voluntaria inſania. ibid.nume.2
Ebrietas (ex Quintiliano) crimen eleuat. 340.nu.4
Ebrietas ſi inducat mentis exilium,lenienda eſt pœna. 341.nu.12
Ebrij infirmitate potius quàm induſtria delinquunt. 340.nu.3
Ebrij delinquentes an duplici pœna afficiendi. 341. nume.9
Dolo malo ſe inebrians ſi peccet,& inde impunitatẽ ſui facinoris,vel pœnæ minutionem poſtulet, pœna dignus eſt.341.nu.10.& an pœna ob ebrietatem minuenda. ibidem nu.11
Ebrius ſi contractum faciat, an ſit validus. 341.nu.8
Ebrius conuitiis lacerans Piſiſtratum benignè acceptus. 340.nu.7
Eccleſia quando præfertur poſsidenti. 490.priuil.35
Eccleſia vni delicto,cur plures pœnas imponat. 426. nume.38
Eccleſia cathedralis,vel alia,non poteſt ſine conſenſu epiſcopi ſtatuta facere,niſi de minimis. 579. nume.50
Eccleſia & libertas æquiparantur. 469.nu.27
Eccleſia cultrix iuſtitiæ. 510.nu.4
Eccleſia non debet onerari vltra quàm accipit. 506. nume.2.priuil.88
Eccleſia nunquam moritur. 512.nu.2
Eccleſia an pręſcribit aduerſus eccleſiam,& quando. 484.nu.5
Eccleſia violenter inuadens poſſeſsionem rei ſuæ, nõ incidit in conſtitutionem l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. 521.pri.144
Eccleſia vel ciuitas,mutui datione non obligatur, ſi in vtilitatem eius pecuniæ verſæ non ſint. 519. priuil.134
Eccleſia ſubſtituta, non excluditur hac conditione à teſtatore facta,ſi ſine liberis decedat, exiſtentibus filiis naturalibus,etiam legitimatis ab Imperatore. 508.priuil.94
Eccleſia ſuccedit clerico. 128.nu.7
Eccleſiæ,& alia loca pia in omnibus, minorum iure vtuntur. 521.priui.142
Eccleſiæ œconomia, an cõmitti poſsit à pręlatis ſuis conſanguineis. 452.nu.143
Eccleſiæ bona alienantur,pro redemptione captiuorum,aut alia pietatis cauſa. 511.priuil.103
Effuſio ſanguinis,abundantiam denotat. 576.nu.21
Electio ſecunda difficilius in teſtamẽtis permittitur, quàm in contractibus. 309.nu.9
Electio impetu iracundiæ facta, irrita. 334.nu.28
Electio data ab homine. 305.nu.9.& ſeq.
Electio inferiores ſpectat. 302.nu.16
Electio facta,non ſequuto effectu. 289.nu.4
Electio centum amphorarum vini. 289.nu.7
Electione ſerui legata,ſemel tantùm optandum.269. nume.16
Electione ius quæritur in ſimplicibus beneficiis. 313 nume.4
Eleuſina ſacra à Demonace philoſopho, cur damnata tempore Hadriani Imper. 348.nu.13
Eligendi poteſtas an finiatur vnico actu. 302.nu.17
Eligendi ius an tranſeat ad ſucceſſores. 569.nu.9
Eligere & prouidere quid diſcrepent. 301.nu.13
Eligens indignum ſcienter, perdit eligendi facultatẽ. 293.nu.32.& ſeq.
Eligens ſcienter viam incompetentem, præiudicat ſibi. 294.nu.36
Eligens iure proprio, iterat. 295.nu.43
Emendatum quempiam eſſe vnde colligatur. 382.n.5
Emphyteuſim qui conceſſerunt, domini dicuntur. 567.nu.1
Emphyteuſis receptio quos admittat. 112.nu.9
Emphyteuſis & feudum in multis æquiparantur. 145. nume.2
Emphyteuſis conceſsio vnde probetur. 544.nu.34
Emphyteuta non poteſt expelli pro modica rei deterioratione. 581.nu.68
Emphyteuta malæ fidei non præſcribit, nec eius hæres. 567.nu.5
Emphyteuta & vaſſallus proteſtãtes de iure domini, quid. 242.nu.6
Emphyteuta alienans,nec tamen tradens non priuatur. 241.nu.1.limit.26
Emphyteuta vtrum ex defectu ſolutionis vnius denarij ęquè cadat ab emphyteuſi,ac ſi defeciſſet in magna. 590.nu.154
Emphyteutica an pręſcribatur decem vel viginti annorum ſpatio,vel longiſsimo. 567.nu.1
Emphyteutica iura priuilegiata. 567.nu.2
Emphyteutica res an ab extraneo pręſcribatur longo tempore. 567.nu.5
Emphyteuticarię res vbi patrimoniales & hęreditariæ. 145.& 146.nu.4
Emphyteuticis in rebus habet locum retractus. 146. nume.5
Emptio ex mentione pretij pręſumitur. 302.nu.2
Emptor prior qui vſumfructum retinuit pręfertur poſteriori, cui res realiter tradita eſt. 175.nu.25
Emptor cum clauſula precarij non tenetur ad vſuras. 171.num.4
Emptum ab adminiſtratore ex pecunia eccleſię, fauore pię cauſę cenſetur eccleſię. 516.pri.120
Enuntiatiua verba quando probent. 548.nu.51.
Et quando eis ſtatur. ibid.nu.52.
Enuntiatiua verba ad alium finem prolata, probant in rebus modici pręiudicij. 585.nu.98
Enuntiatiuorum verborum vis. 505.priui.86
Epiſcopi authoritatis pręſumptio vnde. 546.nu.41. & 545.nu.38
Epiſcopi quales promoueri debeant. 431.nu.19
Epiſcopi quales eligendi. 452.149
Epiſcopus liberatur patria poteſtate ad ſuum cõmodum. 160.nu.2
Epiſcopus an excuſetur indignum promouens. 437. nume.56
Epiſcopus poteſt ex cauſa immutare pœnitentiam à Papa indictam. 324.nu.26
Epiſcopus an poſsit ex iuſta cauſa condere ſtatuta in pręiudicium aliorum inferiorum pręlatorum &c. 327.nu.51
Epiſcopus an poſsit pœnam ſanguinis in pecuniariam commutare. 457.cauſa.54. nume.1.& 2

Epiſcopus in quibus poſsit exequi teſtamēta.165.n.9

Epiſcopus an poſsit diſpenſare contra canones concilij. 324.nu.31. & an poſsit ex euidenti cauſa ſtatuere contra ius commune. ibidem nu.32

Equa vendita ea lege, vt ſi pariat maſculum &c. quid ſi vtrunque pariat. 277.nu.79

Errans quomodo recipiatur ad iterationem actus. 312. nu.9

Error iuris nihil prodeſt ad iterationem actus. ibid.

Error expreſſus vitiat, non tacitus. 414. nu.52

Error communis operatur tantùm in temporalibus: nec facit ius in ſpiritualibus. 540.nu.20.21

Erythiæ inſulæ fertilitas. 268.nu.8.& 9

Eua an grauius Adamo peccauerit. 373. nu.86

Euentus cauſæ proximæ attribuitur, non remotæ. 68. nume. 9

Euentus poſterior nō infirmat ( ante motam falſi teſtamenti quæſtionem ) datam libertatem. 501. priui. 77

Euentus ſeu exitus rerum proſper, criminis pœnam tollit. 455. nu.1

Examinatio alteri commiſſa, an quis ſit idoneus, vel dignus. 602. nu.39

Excellentia hominis facit, vt à iure omni omníque ſtatuto recedatur. 429. nu.8 & 9. limitatur tamen nu.10. & 13

Exceptio non numeratę pecunię non opponitur poſt biennium, piæ autem cauſæ perpetuò competit. 524. priui.154

Exceptio ſemel quæſita fideiuſſori. 284.nu.136

Exceptio ordinis quando opponenda. 561.nu.5

Exceptione viginti annorū tollitur querela eius, qui à familia occiſus eſt, priuſquam mortem eius vlciſceretur. 382. nu.2

Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio. 19.nu.96

Excommunicatio pro minimis cauſis fieri non debet. 577. nu.32

Excommunicatione ceſſante, ceſſat excommunicatio. 20. nu.99. Idem de cauſa excommunicationis. ibidem.

Excommunicati abſoluti, omnia iura recuperant. ibidem.

Excommunicatus an ſemper vitandus. 434. nu.33

Excuſatio ob morbum deſperatum, durat poſt mortem. 53.nu.9. quando autem extinguitur vel non. ibidem nu.10

Excuſationis cauſa ceſſante, ceſſat excuſatio. 20. nume.102

Executionis teſta. dilatio nocet animæ teſtatoris. 166. nume.11

Executor teſtamenti non poteſt ſibi ſubrogare aliū. 488. priui.31.

Executor vltimæ voluntatis nemo fit inuitus: in piis tamen cauſis tenetur id exequi tanquam delegatus vel commiſſarius. 506.priui.87

Executor ad pias cauſas non transfert dominiū rei à ſe venditę, ſi totum pretium receperit, excepto vno numo. 589.nu.142

Executor ad pias cauſas. 505. priui.81

Executores teſta. poſſunt agere contra hæredes pro piis cauſis, non pro cæteris rebus. 166.nu.1

Executores poſſunt legatum eis relictum propria au toritate capere. 166. nu.13

Executores ad diſtribuēdum pauperibus, habentur loco hæredis. ibid.nu.14

Executores teſta. poſſunt ſatis ſoluere debita naturalia. 166. nu.11

Executori teſtamentario impedito non currit annus. 509. priuil.97

Executoris poteſtas, ſiue nuntij. 325.nu.36

Exemplariter videtur fieri mentio de vno, cùm plura habent eandem rationem. 29.nu.157

Exequi teſtamenta ſemper eſt fauorabile. 165.nu.8

Ex nunc, prout ex tunc, dictionum vis. 212. nu.16

Ex, dictio, cauſam proximam ſignificat. 71. nu. 29

Ex ſtipulatione agi poſſe, quomodo intelligendum. 72.nu.29

Exitus fœlix non excuſat delinquentes. 456.nu.7

Exodi locus. cap.21. explicatus. 400.nu.3

Expenſæ ab adminiſtratoribus factæ, an ſolo iuramento illorum probentur. 573. nu.7

Expreſſa quæ cenſeantur. 75. nu.10

Expreſsio inepta minus peccat quàm omiſsio. 408. nume. 3

Expreſſum plus habet robotis, quàm tacitum. 120. nume. 18

Expulſionis cauſa ceſſante, ceſſat expulſio. 20.nu.103

Extare vt aliquid dicatur, ſufficit quantuluncunque modicum ex illo extare. 587. nu.120

Extenſio perſonarum vbi fiat. 55.limit.8.nu.2

Extenſio de vna cauſa ad aliam, fit in fauorabilibus. 299. nu.15. & ſeq.

Extenſio non eſt, vbi eſt omnimoda ratio. 26. nu.141.& 142.& in pœnalibus. ibidem.

Extraordinariis in remediis de minimis non curatur. 592.

F

Fabricianus liberatus eſt decreto Senatus, matrem eiúsque adulterum occidens. 332.nu.18

Facere dicitur is, qui patitur id fieri, quod prohibere poteſt. 409.nu.13

Facere in diebus quid. 270. nume.22. idem in annis. ibidem.

Facinus iteratum debet puniri. 345.nu.5

Facultas conceſſa iudici ex ſtatuto, eligendi arbitrū. 289. nu.6

Facta nulla iuris conſtitutione mutari poſſunt. 213. nume.3. in fine.

Facti quæſtio in arbitrio eſt iudicantis. 320. nume.2. pœnæ verò perſecutio, legis authoritati ſeruatur. ibidem.

Factum in obſcuro, ex affectione cuiuſque interpretationem capit. 371.nu.59

Factum iudicis an ſit factum partis. 235. nu.5

Factum haberi pro infecto, ex fictione eſt. 225.nu.49

Falcidia an habeat locum in militis teſtamento. 500. nume.2

Falcidia vbi non detrahitur in piis cauſis. 485.nu.7

Falcidiæ non detrahitur in piis cauſis. 483. nu.1. & quando detrahatur. 484. nu.3.& 4

Facultas conceſſa partibus concilij, eligendi locum concilio. 282. nu. 119

Falſarij ſupplicium legibus xij. tabularum: quod à Iureconſultis vt inhumanum abolitum eſt. 390. nume.24

Falſarius monetæ puniri an debeat pro modica moneta falſificata. 584. nu.89

Falſitas proditioni affinis, à nobilitate aliena eſſe debet. 390. nu.23. per eam enim homo ad nihilum redigitur. ibidem.

Falſum committens vt patris honorem tueatur, mitius tractandus. 358.nu.4

Fama an ob culpam amittatur. 356.nu.5

Fama fallax. 379.nu.4

Fama ſola condemnati, mitius tractandi. 379.nu.5

Fama ſola, diuturni temporis probat dominium. 543. nume.33. Et habet fama antiqua vim notorij. ibidem.

Famæ iactura à mollibus contemnitur. 322.nu.17

Famæ hominis parcitur pro re modica. 583.nu.86

Fame vrgente delinquēs, an mitius cum illo ſit agendum. 393. cauſa.33.nu.1

Fames inter neceſsitates primum ſibi locum vendicat. 395.nu.8

Familiares & domeſtici an poſsint eſſe teſtes. 443. nume.93







Famulitio ceſſante, ceſſat eius effectus. 20. nu.104

Famulus qui olim fuit, & nunc non eſt, poteſt eſſe teſtis pro domino antiquo. ibidem.

Fata & ſomnia. 292.nu.27

Fauor piæ cauſæ. 522.priuil.148

Fauoris cauſa ceſſante, ceſſat fauor. 21. nu.107

Feuda apud nos patrimonialia. 144. nu.25

Feuda patrimonialia ſortiuntur naturam bonorū hęreditariorum. 145.nu.26

Feuda in quibus ſtatutis nō comprehenduntur. 142. nume.7

Feuda non comprehenduntur in generali renuntiatione. 142.nu.13. nec in generali donatione. 143. nu.16

Feudatarius & emphyteuta quid differant. 590. nume. 154

Feudale ius quid. 568.gloſ.13

Feudalium rerum poſſeſsio an tranſeat in hæredem. 144. nu.23

Feudi natura quæ ſit. 277. nu.77

in Feudis vtrinque coniunctus non præfertur fratri ex parte patris tantùm. 79.nu.18

Feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus, intelligitur de primis. 106. nu.9

Feudum de iure canonico in piam cauſam poteſt alienari: ſecus de iure feudorum. 511.priui.104

Feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus, non tranſit ad hæredes hæredum. 141. declarat.4.nu.2

Feudum in dubium hæreditarium. 141. declarat. 5. nume.1

Ficus Ægyptia vno anno ſepties fructus ſufficit. 268. nume. 71

Ficta & ſimulata omnia diu ſubſiſtere non poſſunt. 430.nu.17

Fictè tradere non poteſt, qui verè non poteſt. 140. nume.1

Fictè poſsidens an per conſtitutum transferat poſſeſſionem. 213.nu.1. limitat.4

Fictio naturam imitatur. 50.nu.75

Fictio non trahitur ad caſum, ad quem veritas trahi non poteſt. 132. declarat.17.nu.1

Fictio cum præſumptione ſimul poteſt concurrere. 214. nu.3.& quid differant. ibidem.

Fictiones duæ concurrunt diuerſis reſpectibus. 196. nu.9. Et quando procedunt ex diuerſis fontibus. ibid. nume.10. Et ad producendum eundem effectum. ibidem nu.12

Fictiones duę non concurrunt. 102.nu.5

Fictionis cauſa ceſſante, ceſſat fictio. 22. nu.114

Fictionum concurſus in diuerſis perſonis. 255. nume.61

Fictus hæres conſequitur omnia priuilegia. 102. nume.6

Fide idonei & patrimonio. 435.nu.42

Fideicommiſſa pia per mortem hæredis, viuo teſtatore & ſciente, non expirant. 501. priuil.76

Fideicommiſſaria ſubſtitutio non continet pupillaré nec vulgarem. 492. priuil.44

Fideicommiſſarij non habent ea, quę iure ſpeciali hęredi competunt. 123.nu.9. Et eis ius patronatus non competit. ibidem.

Fideicommiſſarius non eſt propriè hæres. 123.nu.11

Fideicōmiſſarius cui facta eſt poteſtas capiendi propria authoritate, id facere debet authore prætore. 123. nu.4

Fideiuſſor compromiſsi de quo teneatur. 283. nume. 130

Fideiuſſori ante ſolutionem, an & quomodo competat actio. 11. nu.22

Fideicommiſſum relictum piæ cauſæ. 491. nu.1

Filia an ponatur in poſſeſsionem rerum feudalium. 143. nu.20

Filia maritata poteſt petere dotem à patre. 78.nu.9

Filia ſi inuito patre nubat. 78. nu.10. Et quid ſi indigno. ibid. nu.11.& 12

Filia non tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedens. 114. nu.4

Filia ob filios excluſa, illis deficientibus admittitur. 20.nu.97. Et qua ratione id moderetur. ibidem nume.98

Filiam proſtitutam, ſi ad bonos mores redeat, & pœniteat, an pater poſsit exhęredare, aut ei dotem negare. 380.nu.2

Filiationis cauſa. 606. nu.63

Filij legitimandi per ſequens matrimonium. 298. nume. 8

Filij improbi virorum heroum. 435. nume.43. 44. & 45

Filij naturalis, non legitimè legitimati, inſtitutio non valet. 22. nu.122

Filij à morte patris an feudum acquirant. 94.nu.1

Filio emancipato quæritur actio ex ſtipulatione patris de dote reddenda. 65.nu.4

Filio plus fauetur, quantum ad legitimam, quàm piæ cauſæ. 512.nu.2

Filiorum priuilegium ob parentes, ceſſat mortuis parentibus. 21. nu.107

Filiorum ſtatus quo tempore confirmatur. 542. nume. 25

Filius an poſſeſsionem poſsit authoritate propria accipere. 93.94. nu.10

Filius patre viuente, cenſetur inueſtitus. 94. declarat.4. nu.1

Filius ob dignitatē patria poteſtate liberatus, in eam non redit finita dignitate. 63.nu.7

Filius non tenetur dotare matrem ad ſecundas nuptias tranſeuntem. 285. 145

Filius iuris prēſumptione ſuccedit patri. 161.nu.1

Filius hæres eſt ſi velit. 162.nu.7

Filius æquiparatur vaſſallo. 580.nu.59

Filius odio patris patria priuatus, eam recuperat patre mortuo. 33. nume.191. Et vxor marito mortuo. ibidem.

Filius tenetúrne patrem bannitum alere. 359.nu.11

Filiusfamilias ius non habet in bonis aduentitiis teſtamenti faciendi, quamuis pater ei permittat: niſi velit ad pias cauſas teſtari. 501. priuil.78

Filius vt non poteſt patrem aut matrem naturalem in ius vocare ſine venia, ita nec patrē aut matrem ſpiritualem. 260.nu.3. Nec actione furti conuenire. 361. nu.4

Filius vt non poſsit tanquam prēteritus rumpere teſtamentum, ſatis eſt, vt in vno nummo hęres inſtituatur. 591. nu.160

Filius non adimplens legata in teſtamento relicta, monitus infra annum à iudice, an priuetur legitima, etiam in piis cauſis. 505.priui.84

Filius quo iure legitimam habere debeat. 489. nu.1. Et quid de iure antiquo. ibid. Et in piis cauſis. ibidem.

Filius poteſt indiſtinctè donare cauſa mortis. 502. nume.2

Filius patrem puniendum offerens, mitius cum patre agendum. 358. cauſa 19.nu.1

Filius an patrem bannitum poſsit occidere ex ſtatuto. 359.nu.7

Filius illegitimus an poſsit à patre hęres inſtitui, & ingrediens monaſterium. 487. priui.29

Fiſcus ab indigno nolens non aufert. 161.nu.13

Fiſcus adiens hęreditatem ſine beneficio inuentarij. 506.priui.88. nu.1

Fiſcus vendere poteſt rem, quam habet communem cum alio, illo non vocato. 605. nu.57

Fiſcus aliis deficientibns hęres eſt. 129. nume.14. Et habet petitionem hęreditatis, venítque appellatione vniuerſalis ſucceſſoris. ibidem.

Fiſcus ſi bona accipiat ex delicto. ibid.nu.16
in Fiſcum tranſeunt omnes actiones actiuæ & paſſiuæ. 130.nu.16
Flaminis Dialis priuilegium. 458.cauſa 55.nu.4
Fœdus pacis interpretandum latiſsimè eſt. 299. nume. 17
Fœmina non ſuccedens in feudo, quando exiſtunt maſculi, ſuccedere non prohibetur, ſi poſt mortem patris maſculus illico mortuus eſt. 584. nume. 92
Fœmina non ſuccedit in feudo, niſi ſit modicum. 584.nu.94
Fœminis quãdoque parcendum propter ſexum. 342. nume.3
Forma data nihil immutandum. 574.nu.12
Forma, finis amoris. 13. nu.40
Forma & materia mandati quid. 296. nu.51
Fortè, dictionis, vis. 55.limit.10. nu.1.& 3
Fortuna melius dicere, quàm peritia. 454.nu.159
Fortuna muliebris, quando coronabatur in ſacris. 285.nu.143
Frangens oſtium an ea puniatur pœna, qua afficitur qui rem alienam rapit. 399.nu.5
Frater patruelis an propriè frater. 278. nu.84
Frater teſtis habens conteſtem integrum, probat. 448.nu.121
Frater quando fratri poſsit ſtipulari. 365. nu.21
Frater an fratrem, filius patrem, hoſtes patriæ, impunè poſsint occidere. 359. nu.6
Frater an faciat plenam fidem, deponendo in cauſa fratris. 443.nu.91
Frater quaſi alter dicitur. 364.nu.11
Frater viro adeſto: adagium. 363.nu.9
Frater mariti an poſsit teſtificari pro vxore ipſius fratris. 12.nu.28
Fraterna amicitia cæteras antecellit. 363. nu.6
Fratres & ſorores cur dulciſsimi à Iureconſultis dicantur. 363.nu.8
Fratrum gratia rara. 362. nu.3
Fraudis ſuſpitio an in perſonam honeſtiſsimam cadat. 443.nu.88
Fronti fides non habenda. 428.nu.4.& 5
Fructus vnius anni quomodo accipiantur. 268. nume. 6
Fructus beneficiorum primi anni epiſcopis conceſsi, quomodo intelligantur. 275.nu.64
Fructus conceſsi quomodo trahantur ad futuros. 315. limit.27. nu.3
Fructuum perceptio non requiritur ad probandam poſſeſsionem. 558. nu.2
Fugæ ſuſpectus an ob paruum debitum quis dicatur. 578.nu.44.45. & ſeq.
Fundamento ſublato, tollitur effectus. 561. nu.5
Furioſi factum quomodo habendum ſit. 334. nume. 2
Furioſi an peccent, ex Theologis. 334.nu.3
Furioſi parentes ob non diligentem cuſtodiam puniendi. 335. nu.10
Furioſo ad mentem ſanam redeunti quæ pœnitentia pro delicto imponenda. 335.nu.8
Furioſus peccans, mitius puniendus eſt. 335. nume.1
Furioſus loco ignorantis habetur. 335.nu.2.
Et mortuo æquiparatur. ibidem nu.3
Furioſus tum demum eſt puniendus, ſi proceſſus ſit inchoatus aduerſus eum de crimine ante furiã patrato ab eo. 336.nu.8
Furioſus an ſit ſupplicio afficiendus. 336.nu.7
Furioſus ſua culpa factus, qualiter puniendus. 335. nume. 7
Furioſus an in ſcelere grauiſsimo puniatur. 426. nume. 40
Furor poſt delictum ſuperueniens, an excuſet. 336. nume. 4
Furore percitus crimen committens, fati ſui infelicitate excuſatur. 354. nu.1
Furore ceſſante, ceſſat quod ob eum factum eſt. 22. nume. 115
Furtum committitur in gallina & in ouo. 587. nume.114
Futura quãdo comprehendantur ſub indefinita. 314. nume.4

G

GArentigia quid ſit. 253.nu.48
Garentigia inualida. 220. nu.26
Garentigium præceptum omiſſum ſuppleri non poteſt. 258. nu.2
Generale ſtatutum quas perſonas tangat. 566.nu.1
Gener & ſocer, ſoluto matrimonio dicuntur. 13. nume.38
Gerundini vis. 51.nu.79. Importat enim neceſſitatem. ibidem nu. 80
Glaucus Apollinem conſulit ſuper pecunia apud ſe depoſita. 381. nu.5
Gratiæ cauſa ceſſante, ceſſat gratia. 22.nu.116
Grauatus hęreditatem poſt mortem ſuam reſtituere extraneo. 480. nu.1

H

HAbilitas contrahentis ſuperueniens actum confirmat. 208.nu.16
Habitatio relicta filiæ in viduitatis caſum, quomodo intelligatur. 298.nu.11
Hæres hæredis an mittatur in poſſeſsionem. 107. nume.17
Hæres damnatus vt certa die decem aut fundum det, nouem tantùm datis, fundus æquè peti poteſt, ac ſi nihil dediſſet. 588.nu.131
Hæres non admittitur ad executionẽ teſtamenti aduerſus executores. 165.nu.5. Eos tamen pręuenire poteſt. ibidem-
Hæres coloni domino poſsidet. 189.nu.5.
Hæres precario tenentis non pręſcribit. 189.nu.5.
Nec hęres fructuarij. ibidem.
Hęres amittens poſſeſsionem an dicatur ſaiſitus. 163. declarat.4. nu.1
Hæres an iterum poſsit impetrare beneficium de edicto D.Adriani tollendo. ibidem.
Et ſi realiter poſsideat an illo iuuetur. ibidem nume.2
Hæres an ſit ſaiſitus aduerſus executores teſtamenti. 164.nu.1
Hæres conſtituentis præfertur conſtitutario. 245. nume. 10
Hęres quando mittendus in poſſeſsionem. 92.nu.3.
Etiam eccleſia hęrede. ibidem.
Hæres an poſsit ratificare quod pro defuncto factum eſt. 256.nu.68 & nu.ſeq.
Hęres ſimplex & hęres cum inuentario differunt in multis. 125.nu.2
Hęres primus dilectior. 116. nu.8
Hęres pręſumptus an habeatur pro hęrede, & quomodo. 161. nu.13
Hæres an deſinat eſſe hæres. 102. declarat.3. nume.2
Hęres in certa re. 102. declarat.4.nu.2
Et mixtum genus dicitur. 103. nu.3
Hęres cenſetur eadem perſona cum defuncto. 106. nume. 5
Hęres ex certa re, eius rei poteſt poſſeſsionem capere. 104. nume.11.
Et poteſt ſe in poſſeſsionem mitti petere. ibidem nume. 12.
Et an pro vniuerſali habeatur. 105.nu.14.
Et an comprehendatur in emphyteuſi. ibidem.
Hęres cum beneficio inuentarij, non eſt propriè hæres. 125.nu.3


Hæres




Hęres ſimplex fauorabilior hęrede cum inuentario. 125. nume.6.
Et repellit hunc hæredem etiam proximiorem. ibid. nu.7.
Et eſt propriè hęres. ibidem nu.8.
Sed an comprehendatur in ſtatuto de hęrede. 126. nume. 10
Hæres cum inuentario poteſt conuenire debitores hęreditarios. 126. nu.15
Hęres pręſumitur ignorare iura eius, cui ſucceſsit. 568. nume.1
Hęres hęredis, venit appellatione hęredis. 141.declarat.4.nu.1
Hæres adiens hęreditatem nõ facto inuentario. 506. nu.1.priui.88
Hęres qui ſemel eſt, non deſinit eſſe hęres. 482. nume. 2
Hęres non conficiens inuentarium an puniatur. 447. nume. 113
Hæres an poſsit expellere poſsidentem corporaliter. 150.decla.6. nu.1
Et an poſsit intentare remedium retinendę poſſeſſionis. ibid.declarat.1.nu.1
Hæres in quota. 102.declarat.4.nu.1
Hæres exiſtens infra tempus conficiendi inuentarij. 482.priu.24
Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. 532. nume. 2
Hæres non deſinit eſſe is, cui indigno fiſcus aufert. 130.nu.19
Hæres petens ſe cõfirmari in poſſeſsione, an ſuſtineat partes rei. 158.declara.7.nu.1
Hæres hæredis non parens mandato teſtatoris, non incurrit pœnam hæredi ſtatutam. 106.nu.7
Hæres in quas res ſolùm mittatur in poſſeſsionem. 140.nu.1
Hæres vaſalli an ſit ſaiſitus aduerſus dominum. 145. nume. 28
Hæredem nemo poteſt ſe ſcribere, nec miles quidem. 566.num.3
Hęredes poſſunt propria autoritate poſſeſsionem rerum hæredit. accipere. 100.declara.8.nu.1
Hæredes ſui tranſmittunt hęreditatem non aditam in ſuos filios. 168.nu.22
Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis. 106. nume.10
Hæredis appellatione ſimpliciter, an veniat tantùm primus hæres. 277.nu.75
Hæredis poſſeſsio, noua poſſeſsio dicitur. 92. nume.3
Hæredis appellatione an hæres hæredis comprehendatur. 109.nu.29
Hæredi ex re certa an ius accreſcendi competat. 105. nume. 16
Hæredi hæredis an competat remedium l.vlt. de edicto diui Adria.tollen. 109.nu.28
Hæreditaria res fictè & non verè eſt alterius. 354. 355.nume.25
Hęreditatem patris non aditam tranſmittit filius ſuus ad quoſcunque. 589.nu.147
Etiamſi poſt mortem patris, horam tantùm vixerit. ibidem
Hæreditatem qui agnoſcant. 129.nu.13
Hæredum appellatione ex ſuo corpore quando veniant nepotes. 277. nu.78
Hannibal decem captiuos Romã miſit iuratos. 302. nume. 18
Homicida voluntarius & doloſus nõ habetur, ſi prouocantem & poſtmodum fugientem quis interimit. 331. nu.9
Homicidium non dolo commiſſum, an in foro conſcientiæ puniatur. 353. nu.13
Homicidium qui confeſſus eſt ſe feciſſe ad ſui defenſionem, an capitaliter puniendus. 379.nume.7.
Honorum continuatio legibus prohibita. 581. nume.72
Hoſpitale ſuccedit expoſito. 128. nu.8
Hoſpitatores an teneantur de repoſitis in archis ipſorum. 437.nu.59
Hoſtem inuadere contra mandatum principis an liceat. 325. nu.37
Hoſtiæ ſuccidaneæ. 292.nu.24
Hoſtis publicus & rebellis perdit cognationem & agnationem: ideo ſi bannitus ſit, non eſt receptandus, licet conſanguineus ſit. 359.nu.5
Hypothecaria quo tempore præſcribatur. 559. nume.1
Hypothecaria quando competit. 490. nu.1
Hypocriſis hominum ad viuũ depicta è doctis viris. 428.nu.4. & 5

I

IActare ſuum nemo pręſumitur. 549. nu.58
Idoneus eſt quem virtus probat. 435.nu.42
Ignorans minus punitur quàm ſciens. 355.nu.29
Ignorantia ſupina an tam ſeuerè punienda quàm ſcientia. 355.nu.30
Ignorantia licet pręſumatur, in dubio allegari debet. 534.nu.9
Ignorantia iuſta & probabilis excuſat in delictis. 354.nume.22
Ignorantia iuris excuſat à dolo. 347.nu.3
Factum Ignorantia probabili quòd puniatur, nullus à principe inferior facere poteſt. ibidem nu.4
Ignorantia affectata non ęquiparatur verę ſcientię, ſed fictę. 354. nu.24
Ignorantia iuſta vel iniuſta, an excuſet à corporali pœna. 407.nu.4
Ignorantiam multa excuſant. 350. cauſa 13. nume.3
Illegitimitas abſterſa per ingreſſum monaſterij. 487. 488. priui.29
Illegitimus quomodo legitimetur. 488. priuil. 29
Immunitas conceſſa ab oneribus perſonalibus, non videtur liberare à leuibus. 584. nu.88
Immunitatis cauſa ceſſante, ceſſat immunitas. 22. nume. 117
Immunitas conceſſa ſimpliciter, intelligitur perpetua. 304.nu.4
Immunitas alicui conceſſa non tollitur ex generali. 566.nume.1
Impedimenti cauſa ceſſante, ceſſat impedimentum. 22. nume. 118
Impedimentum vnum ſufficit ad repellendum. 77. nume. 8
Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum. 289.nu.8
Impendia modica non repetuntur. 582. nume. 76
Impenſa pręſumitur facta, parte mandante. 550. nume.59
Imperator an poſsit ſtatuere, vt vnius teſtimonio credatur. 572.nu.3
Imperium differtne à ſacerdotio. 517. pri.124
Imprudenter delicta commiſſa, an puniri debeant. 353.nume.14
Imprudenter factum clementius punitur. 351. nume.6.& 7
Imprudentia quę delinquuntur, inuita an cenſenda ſint. 351. nu.7
Imprudentia non modicam vim obtinet in purgationis partibus. 352. nu.12
Incapax admittitur ad ſupplicandum ob ſceleris grauitatem. 424.nu.20
Incarcerati iuſsi relaxari, quomodo intelligatur. 276. nume. 71
Incertitudo in ſpiritualibus non vitiat. 495.priuil.55

Incontinenter viuere,& tranſire ad ſecunda vota,paria ſunt. 286. nu.151
Incorporalia an veniant in diuiſionem principaliter. 597.nume.11
Incorporalia non poſsidentur. 207. nu.9
Indifferentia,ſunt in meliorem partem interpretãda. 354. nu.18
Inducta ad vnum finem quando poſsint operari contrarium effectum. 599.nu.20
Inducta ad augmentum, non tranſeunt ad diminutionem. 152.nu.7
Indultum ad certum tempus. 304.limitat.8. nume. 2
Induſtria perſonæ an videatur electa in paruis negotiis,ſi mandatum fuerit vt perſonaliter exequatur. 582. nume.73
Infamatus graui delicto, à beneficio, nedum officio ſuſpendi poteſt. 425.nu.35
Infamia remanet,etiam extincta infamiæ cauſa. 58. nume.11
Infamia ob bannum inuſta, an ceſſante banno tollatur. 15. nu.54
Infamiæ cauſa ceſſante, ceſſat effectus illius. 22. nume. 119
Infans an tranſmittat hæreditatem nõ aditam ad extraneos. 132.declarat.17.nu.3
Infantes & furioſi & alij non culpabiles,pro aliorum delictis affliguntur ob criminis atrocitatem. 426. nume. 45
Infinitas quando toleretur,vel reſtringatur. 314. nume.6. & ſeq.
Ingratitudo cõmiſſa ante ingreſſum monaſterij, quid efficiat. 488.priuil. 30
Inhabilis aliis non obſtat. 127.declaratione 13. nume. 2
Inimicus reconciliatus, an ſit teſtis aut iudex idoneus. 65.nu.7
Iniuria quæ fit Deo,grauior ea quæ fit homini. 332. nume. 13
Iniuria facta alicui,cenſetur omnibus eius conſanguineis illata. 439.nu.69
Iniuſtum an committat, qui ira aut alia perturbatione animi delinquit. 330. nu.2
Innocens propter populi ſcandalum non eſt puniendus. 419.nu.4
Inquilinus expulſus ob refectionem domus, ea facta reſtituitur. 20. nu.103
Inſinuatio donationis fieri poteſt, nemine citato. 608. nu.76
Inſtantia perempta an perimantur effectus conſummati. 57.nu.6
Inſtigator fide dignus excuſat à calumnia. 433. nume. 30
Inſtitutio filij aut fratris putatiui non valet. 22. nume. 121
Inſtitutionis appellatio intelligitur de prima. 115. nume. 3
Inſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat inſtitutio. 22. nume. 120
Inſtitutus rogatus alteri reſtituere, de quo intelligatur. 281. nu.107
Inſtrumenta inuicem pugnantia, in commodum pię cauſæ interpretanda ſunt. 518.priuil. 127
Inſtrumenta à viro probo producta, an vera præſumantur. 447. nu.116
Inſtrumentorum traditio an operetur tranſlationem poſſeſsionis rei abſentis. 186. nu.4
Inſtrumentorum amiſsio quibus probari poſsit per iuramentum. 585.nu.101
Inſtrumentum vtrunque ob incertitudinem vitiatur, niſi alterum factum ſit in fauorem piæ cauſæ. 517. priuil.126
Inſtrumentum garentigiatum. 253.nu.48
Inſtrumentum habens executionem paratam. 118. nume. 3
Inſtrumentum dotis cætera præcedere debet. 518. priuil.126
Inſtrumentum factum in longinqua regione ab ignoto tabellione, an probet & quomodo. 447.nu.115
Inſtrumentum defectiuum, an & quando probet. 546.nu.43
Inſtrumentum nullum, & in eo contenta. 220. nume. 25
Inſtrumentum quomodo exemplari poſsit. 450. nume. 138
Intaphernis vxor fratrem pręfert & viro & filiis. 363. nume. 7
Interdictionis cauſa ceſſante, ceſſat interdictio. 22. nume. 123
Interdictum recuperandæ datur pro ciuili poſſeſsione. 154.nu.6
Nemo ſine Intereſſe auditur. 104.nu.9
Interlocutoria adferens modicum præiudicium, poteſt ferri parte non citata. 580. nu.64
Interlocutorię modici pręiudicij an poſsint ferri parte abſente. 604. nu.49
Intermiſsio temporis non eſt neceſſaria in paruis honoribus. 581. nu.72
Interpretatio obſcuri quoties fieri poſsit. 272. nume. 40
Interrogationi quando ſtandum eſt. 569.nu.3
Inteſtato & ab inteſtato diſcrimen. 138.nu.7
Inuentarium ab hęrede factum, an proſit fideicommiſſario. 122. nu.7
Inueſtire quid. 90. nu.4
Inueſtitura. ibidem
Inueſtitura facta in conſpectu rei,transfert poſſeſsionem. 235. nu.2
Inueſtitura an transferat poſſeſsionem. 90.nu.5
Inuiti errantes,aut metu,an mitius puniendi. 397. nume. 1
Ionathas populi precibus à morte liberatur. 422. nume.8
Iracundia inimica eſt conſilio. 333. nu.21
Iracundia percitus,ac prouocatus, ſi quem percutiat, an teneatur. 330.nu.5
Iracundiæ calore dicta,factáue,irrita ſunt. 333. nume.24
Iratus occidens eum qui cauſam iræ non dedit, quæ occiſorem ad maleficium impulit, an & quomodo debeat puniri. 331.nu.10
Iſocratis dictum de fide non adhibenda improbis. 434.nu.35
Iudæus nouiter factus Chriſtianus,non admittitur ad publica officia. 58.nu.11
Iudęus commiſſo enormi crimine,poſtea verò baptizatus,liberatus fuit Paduæ. 376. cauſa 25.nu.2
& vbi hoc procedat. ibid.nu.3
Iudex poteſt permittere victori vt rem propria autoritate capiat. 236.nu.14
Iudex non tenetur in ſententia cauſam inſerere. 327. nume.53
Iudex exprimere nominatim debet cauſam auctæ vel minutæ pœnæ. 327.nu.54
Iudex ſi ex cauſa recedat à iure communi, debet eam cauſam adſcribere. 327.nu.55
Iudex aliquid illicitum decernens debet cauſam exprimere. 328.nu.56.le 1
Iudex an poſsit acceſſoriè priuare iure patronatus. 597.nu.12
Iudex aliàs incapax principaliter, incidenter poteſt cognoſcere,& arbiter. 597.598.nu.13
Iudex maleficiorum an de cauſa ciuili iudicare poſsit. 598.nu.14
Iudex cauſarum ciuilium an poſsit de criminalibus iudicare. ibid.nu.15







Iudex laicus an poſsit cognoſcere de cauſa vſurarũ. 598. nu.16
Iudex ſecularis cognoſcit principaliter cauſam dotis. ibidem.
Iudex delegatus quando fines mandati excedere poſſit. ibidem nu.17
Iudex iudicare tenetur etiam ſecundum conſuetudinem. 321.nu.7
Nec poteſt recedere à pœna legis vel conſuetudinis. ibidem nu.8
Iudex ſuſpenſus iuſſu Caroli primi, & qua ratione. 321.nu.9
Iudex non vindicans læſam maieſtatem, qua pœna teneatur. 321.322. nu.10
Iudices qui nocentes liberant, æquè peccant atque ipſi rei. 322. nu.11
Iudex nocentem liberans,fit infamis. 322. nu.12
Iudex pœnam remittens,aut minuens,qua pœna dignus. 322.nu.13. & 14.
Et ſi pœnam à iure definitam auxerit,eam pati debet. ibidem nu.15.
Non poteſt enim pœnas minuere,aut augere, aliàs eaſdem ſubiturus. ibidem nu.16
Iudex delegans vicarium iuriſdictioni exercendæ, dum aberit,valent acta vicarij, licet per interualla abſit. 579. nu.52
Iudex ratione amicitiæ,an poſsit delinquenti pœnam minuere. 356.cauſa 16.nu.1
Iudex an poſsit pronuntiare ſuper eo, quod lex pronuntiauerat ſine citatione. 605. nu.60
Iudex an poſsit arbitrium extendere vſque ad pœnã mortis. 402.nu.2. cauſa 39
Et an reformare illud iuxta iuris regulas. ibidem nume.3
Iudex quod pro alio facit,irritum eſt, illo non ratificante. 255. nu.65
Iudex poteſt procedere durante dilatione, cauſa eius ceſſante. 17.nu.77
Iudex an diſpenſare poſsit cum delinquente ne moriatur. 410.nu.1.& 2
Iudex procedens ad informationẽ vt bonus vir. 609. nume.79
Iudex quando in ſua cauſa iudicet. 596. nu.8
Iudex poteſt pœnam ordinariam tranſgredi, licet à ſtatuto introducta ſit. 323. nu.20
Iudex ſupplere poteſt in notoriis modò allegentur. 533.nu.7
Iudex omittens condemnare reum in id quod debuit, qua pœna dignus. 408 nu.1.
Et ex negligentia an criminaliter puniatur. ibidem nu.2
Iudex an modica quædam poſsit accipere,licet à muneribus abſtinere debeat. 584.nu.91
Iudex quis poteſt eſſe in cauſis minimis, & tabellio. 577. nu.30
Iudex periurio occurrere debet. 569. nu.7
Iudex compater aduerſę partis an recuſari poſsit. 361. nume.5
Iudex delegatus de qua ſumma cognoſcat. 583. nume. 87
Iudex quando non poſsit recuſari. 438. nu.60
Iudex poteſt ex cauſa minuere vel augere pœnas. 322. nume.18
Iudex teſtis eſſe non poteſt in cauſa in qua iudex eſt. 39. nume.248
Iudex quomodo impediatur ne reum à pœna iure ſtatuta liberet. 320.nu.3
Iudex an debet impertiri officium ſuum irrequiſitus. 523.priuil.152
Iudex ſuper delicto ex pręſumptione procedens qualiter ſe gerere debeat. 378.nu.1
Iudex quos morti adiudicare poteſt. 320.nu.1
Iudicãdi difficultas in litibus exigui aut nullius pretij,& quare. 571.nu.1
Iudices & alij officiales pro aliis ſtipulari an poſsint. 249. nu.24
Iudices,ſi fidem teſtibus non adhibent, cauſam eius rei in ſententia adſcribere debent. 329.nu.65
Iudices an à regula generali affectionis in ſuos excipiantur. 442.nu.86
Iudicia ex euentu rei an fieri debeant. 457. nu.3
Iudiciales actus plus habent ponderis. 251. nume.37
Iudici an liceat à pœna,conſuetudine introducta,recedere. 320. nu.4
Iudici licet ex cauſa à pœnis recedere. 323.nu.19
Iudicis & principis diſcrimen. 357.nu.3
Iudicis aſſertioni an & quando ſtandum ſit in breuibus cauſis. 452.nu 144
Iudicis arbitrio pœna eſt minuenda ex delicti circunſtantiis. 356.nu.2
Iudicis officium,nemine etiam petente, in piis cauſis interponendum eſt. 523. priui.152
Iudicium populare datur pro legatis ad pias cauſas. 523. priuil.151
Iura perſonalia non egrediuntur perſonam. 141. declarat.2. nu.2
Iuramenti delatio poteſt fieri parte non citata. 601. nume. 34
Iuramenti præſtiti à teſte præſumptio. 546. nume.42
Iuramenti delatio facit,vt ſimplum tantùm debeatur. 15.nume. 51
Iuramenti relaxatio vbi ſit neceſſaria. 221. nume.32
Iuramento alterius ſtandum de damno dato. 564. nume. 22
Iuramento alicuius creditur,vbi de paruo præiudicio agitur,etiam de iure communi. 573.nu.6
Iuramento cuius ſtetur ſuper feudo nouo, vel antiquo. 569.nu.4
Iuramento ſingularis ſucceſſoris quando ſtetur. ibidem nume.5
Iuramento ſtare promittens, parte non citata, iuramentum valet. 601.nu.35
Iuramento præſcribentis an ſtandum. 564. nume. 17
Iuramentum præſtandum parte præſente. 564. nume. 2
Iuramentum delatum in ſupplemẽtum probationis. ibidem.
Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale. 568. nume. 2
Iuramentum damni intranſmiſsibile. 569.nu.6
Iuramentum à lege delatum quando tranſeat ad hæredem. 569.nu.7
Iuramentum de exhæredando filium, cenſetur illicitum. 329. nu.68
Iuramentum quale & quando eſt tranſmiſsibile. 568. nume, 3
Iuramentum appoſitum in contractu ſimulato, non valet. 221. nume.32
Iuramentum militis. 563. nu.7
Iuramentum neceſſarium non deferrur hæredi. 568. nume.1
Iuramentum partis cum ſemiplena probatione ſufficit in delicto commiſſo in officio. 460. nume.7
Iuramentum eſt iuris naturalis & diuini. 607. nume. 67
Cuius non debet abſolutio concedi, niſi appareat de magna læſione. ibidem.
Iuramentum officialis iudicis. 563. nume.6
Iuramentum temerarium an obliget. 608. nume. 73

Iuramentum an obliget, quando ex parte recipientis verſatur turpitudo. 608. nu.74
Iuramentum ſponte præſtitum. ibidem.
Iuramentum factum iracundiæ calore, non tenetur. 334.nu.26
Iuramentum calumniæ excuſat ab expenſis. 447. nume. 112
Iuramentum honeſtæ perſonæ ſufficit ad probãdum impedimentum. 452. nu.146
Iuramentum Magiſtratus reduci debet ad æquitatẽ. 323.nu.23
Iuramentum ſequitur naturã contractus, in quo apponitur. 222.nu.35
In materia alternatiua poſitum, & ipſum alternatiuũ eſt. 222.nu.36
Iuramentum an ſemper ſequatur naturam principalis. 222. nu.37
Iuramentum doctorum, calculatorum, medicorum, obſtetricum. 563.nu.8.9. & 10. artificum.aduocatorum. ibidem nu.11.& 12
Iuramentum calumniæ, an conſuetudine tollatur. ibidem nu.12
Iuramentum rectorum hoſpitalium,orphanotrophorum,rectorum ciuitatis, erogatorum annonæ publicæ,cuſtodum carcerum,&c. 564. nume. 13.14.15
Iuramentum quando non ſit neceſſarium. 564. nume. 16
Iuramentum requiritur ſuper expenſis. 562. nume. 3
Iurandi facultas non tranſit ad hæredes,nec cedi poteſt. 568. nu.2
Iurandi ius tranſit in hæredem vniuerſalem & ſingularem. 569. nu.6
Iurans creditori ſe non receſſurum &c. quid ſi creditor permittat eum abire. 279. nu.90
Iurans defendere alium contra omnem hominem, non tenetur defendere aduerſus ſuos amicos.369. nume.47
Iurans ad coniunctos. 441. nu.79
Iurandum coram quo eſt. 564. nu.21
Iurant adminiſtratores rerum alienarum. 563. nume.7
Iurare de facto alieno nemo tenetur. 568. §.2. nume.1
Iurare quis debeat. 561. nu.2
Iurari debet de calumnia, in quantumcunque leuis momenti cauſa. 591.159
Iure communi nemo ad compromittendum cogitur. 13.nu. 39
Iure proprio facere, aut alieno quid ſit. 295. nume.46
Iure alieno faciens,vt non reiteret,quando procedat. 295.nu.47
Iure ſcripto deficiente ad rationem naturalem recurrendum eſt. 50.nu.78
Iuret is,cuius conſcientiæ quid relinquitur. 562. nume.3
Iurent & periti in arte electi. ibid. nu.4
Iuriſconſulti ratione naturæ nituntur. 49.nu.68.
Et naturali æquitate. ibidem nume.69
Iuris error an omnino excuſet à dolo. 347.nu.5
Iuris implicati & intricati error probabilis eſt, non aliter ac error facti. ibidem nu.6.7.& 348. nume.8.9.10.& ſeq.
Iuris remedia contra ius commune. 592. nume.162
Ius ſpeciale facilius tollitur, quàm commune. 56. nume. 4
Ius ad rem facilius perditur,quàm ius in re. 312.nu.7
Ius ſuum remittere quis non dicatur. 543.nu.30
Ius patronatus acquiritur per donationem eccleſiæ factam. 579. nume.49
Ius alteri quæſitum per primum actum, impedit iterationem &c. 312.limitat. 23. nume.1. & ſequen.
Ius primarium & ius deuolutum quî operentur. 295. nume. 49
Ius commune & ius ſpeciale quid. 296. nu.50
Ius ex primo actu quæſitum, quid operetur. 313. nume. 8
Ius inſtituti tranſit ad eius ſubſtitutum vulgarem. 117. nume.19
Ius habitandi domum non prodeſt,niſi poſsit amicus ibi duci. 371.nu.60
Ius naturalis ſucceſsionis non tollitur, ſublato iure ſucceſsionis. 359. nu.8
Ius gentium,ſeu diuinum,magni momenti eſt in piis cauſis. 473.nu.3
Iuſſus patris præſumitur aditionem filiifamil. præceſſiſſe. 539. nu.15
Iuſſus permutare rem,quam grauatus erat reſtituere. 283.nu.126
Iuſtum videtur,quod à viro iuſto factum eſt, & bene quod à bono. 437.nu.54


L


LAban decem vicibus mutauit mercedem Iacob. 537. nume. 7
Lacedæmoniorum ſupplicium in eum qui delinquentem non obiurgaſſet. 409. nu.14
Lacedæmoniorum immolatio & litatio. 292.nu.25
Laici an poſsint per ſua ſtatuta præiudicare clericis. 526.priui.159
Laicus an poſsit in epiſcopum aſſumi. 452. nume. 148
Laudimia an debeantur ex venditione & traditione per conſtitutum. 242.nu.1. limit.27
Legata libertatum legitimam omnino auferũt. 469. nume. 28
Súntque legitima ipſa fauorabiliora. ibidem nume. 29
Legata non piis cauſis relicta in teſtamento ad pias cauſas facto, non infirmantur:ſecus in teſtamento inter liberos. 504. nu.1
Legata ex teſtamẽto ſoluta, repetũtur ex noua cauſa. 327.nume.52
Legata debentur amicis teſtatoris,licet hæreditas nõ fuerit adita ex teſtamento. 367. nu.29
Legata re communi ad piam cauſam, tenetur ſocius ſuam partem vendere. 499. priui.67
Legata piis cauſis debentur hæreditate non adita. 165. nu.7
Legata pia detrahuntur vt æs alienum: ob patrimonij tamen defectum diminuuntur. 500. priui.72
Legata pia ante omnia deducuntur. ibidem.
Et diminuuntur pro rata. ibidem.
Legata,repudiata hæreditate, non petuntur. 489. priuil.33
Legatarius legatum non capit propria authoritate. 104.nume.10
Legatarius in cauſa teſtamenti, eſt teſtis idoneus. 596. nume.6.
Et an ſubſtitutus. ibidem.
Legatarius ſua authoritate rem vendicãs. 493.pri.45
Legati reuocati præſumptio. 492 priui.42
Legati à latere ſunt de ſubſtantia ſedis apoſtolicæ. 72. nume.32
Legati cauſa ceſſante,ceſſat legatum. 23.nu.126
Legatis principis donatum, an illorum deceat eſſe proprium. 69.nu.11
Legato quomodo credendum. 445.nume.100. & ſequen.
Legatorum ad pias cauſas cognitio ſpectat ad forum principis. 523. priui.150
Legatum incertum ratione perſonæ. 495. nu.1.


Et paup

INDEX.


Et pauperibus in genere. ibidem.
Legatum generaliter eccleſia, de qua intelligatur. ibidem.
Legatum libertatis,relictum pluribus eiuſdem nominis. 496. nu.2
Legatum libertatis dicitur pium. ibidem.
Legatum ſub conditione miſta. ibid.priui.57
Legatum ſub conditione validum, etiam non impleta conditione. ibidem.
Legatum in refectionem viarum & pontium, an ſit fauorabile. 469. nu.30
Legatum ad cuſtodiã ciuitatis,ad piam cauſam cenſetur. 470.31.& ſeq.
Item ad conſtruendum monumentum. ibid.nu.33.
Item legatum meretrici vt ſe corrigat,an pium ſit. ibidem nu.34
Et ad ſoluendum creditoribus. ibid.nu.35
Legatum annuum perpetuò relictum eccleſiæ, non reſtringitur ad ſpatium centum annorum:in aliis verò ſecus. 507.priui.90
Legatum annuũ relictum pio loco,debetur:ſecus in collegio. ibid. priui.91
Legatum extinguitur, re legata & alienata. 492. priui. 40.
Legatum nullum, etiam pia cauſa inſtituta. 476. nume. 4
Legatum,ob non leues inimicitias, reuocatur. 23. nume. 127
Legatum conſtruendæ eccleſiæ. 492. priuil. 41.& 43
Legatum relictum vxori dum vidua erit,& poſt eius mortem alteri,an ſtatim vidua maritata poſsit peti à legatario. 18. nu.81
Legatum ab eo,cui nihil relictum eſt in teſtamento. 491. priui.37
Legatum caducũ remanet apud hæredem ſine onere. ibidem priuil.38
Legatum incertum ratione ſummæ, vel rei legatæ. 495. priui.55. eius æſtimatio. ibid.
Legatum, cùm vidua erit, quomodo accipiendum. 282.nu.113
Legatum rei alienæ, etiam ignoranter à teſtatore factum,in piis cauſis valet. 498.priui.66
Legatum ſimpliciter relictum fratribus. 278. nume. 82
Legatum ſub modo relictum. 493. priui.49
Legatum non ſuſpenditur adimpletione modi. ibid.
Legatum reditus non euaneſcit, alienato fundo, ex quo debet ſolui. 497.priuil.63
Legatum vt quis veſtiat quomodo intelligatur. 315. limit.27. nu.4
Legatum mulieri ne nubat &c. 302.303.nume. 2.& ſeq.
Legatum factum in genere. 483.nu.1
Legatum piæ cauſæ non minuit legitimam filij. 469. nume.28
Legatum non cenſetur ademptum,nec fideicommiſſum,ob leuem offenſam. 586.nu.104
Legatum quando accipiat naturam donationis cauſa mortis. 194.amplia.24.nu.2
Legatum à teſtatore inductum, an valeat. 480. priuil. 16.
Quid in piis cauſis. ibidem.
Legatum rectè tranſit ad legatarium quãtum ad dominium. 210. nu.6
Legatus generalis ex magna cauſa poteſt ſe impedire de cauſa commiſſa delegato. 325.nu.34
Legatus etiam de latere poteſt cõmittere cauſam cognoſcendam ſummariè. 325.nu.35
Lege quod non cauetur, in practica non habetur. 442. nu.87
Lege Cornelia de ſicariis an teneatur is, qui prouocatus in ſe defendendo modum legitimum exceſſerit,& rei illicitè dedit operam. 331. nu.11
Lege ceſſante,ceſſat eius ratio. 23. nu.131
Legem quærere vel rationem vbi naturaliter ſentitur,infirmitatis intellectus eſt. 50.nu.74
Leges loquentes de quibuſdam perſonis, ad alias nõ trahuntur. 55.limit.8.nu.2
Leges latæ tempore belli, florente pace abrogari debent. 14.nu.46
Leges pluris æſtimant amicitiam quàm fraternitatem. 364. nu.12
Leges xij. tabularum qua pœna falſarios plectebant. 390.nu.24
Leges prohibentes tranſigere ſuper criminibus, in committendo conſiſtunt. 411. nu.27
Leges Moyſi non excuſantes à peccato. 401.nu.9
Leges an liceat tranſgredi ob ſceleris enormitatem. 423 nu.16. & 424.nu.26
Leges magnifaciunt probitatem,fidem & integritatẽ vnius viri. 448.nu.119. & 120
Legi non ſubiicitur quod Dei nutu fit. 502. nu.2.
Legis ac ſtatuti diſpoſitio, à pari procedunt. 116. nume. 10
Legis xij.tabularum origo. 581. nu.72
Legis vlti.C.de acquiren.poſſeſſ.intellectus. 180. nume.56
Legis,cùm de in rem verſo explicatur. 561. nu.1
Legis nouæ extenſio. 541.nu.25
Legis ratione ceſſante,ceſſat lex. 23.nu.130
Legis eſſentia in mente eſt. 25. nu.139
Legis ratio eſt ipſa lex. ibid. nu.140
Legis, certe. §. j. ff.de precar. intellectus. 184. nume.6
Legis virtus vbi conſiſtit. 50. nu.71
Legis,Papinianus.ff.de donat.inter vir.& vxor.intellectus. 179. nu.53
Legis ratione correcta,ipſa lex correcta eſſe cenſetur. 24. nu.132
Legis ratio, eſt mens ipſius legis. 25.nu.138
Legitima debitum naturæ eſt. 505.priuil.84.
Et debetur filio abſque onere. ibidem.
Legitimati ſimpliciter, non intelliguntur legitimati ad feuda. 142. nu.10
Legitimatio quomodo vitietur. 77.nu.8
Legitimi vocabulum quid ſonet. ibidem.
Legitimationis cauſa ceſſante,ceſſat legitimatio. 23. nume. 128
Legitimati comprehenſio. 109. nu.2.& 110. nume.4. & ſeq.
Legitimatio à patre facta ſine citatione. 609. 80
Legitimatus ante vel poſt mortem defuncti. 110. nume. 9
Legitimos hæredes propriè dici ab inteſtato. 112. nume.8
Legitimum eſſe ex natura pendet. 110.nu.7
Legum verba non otioſa. 251.nu.36
Legum Roma. origo. 562. nu.5
Lex Moſaica de depoſito. 562. nu.5
Legum autoritas non tollit veritatem. 215. nume.3. in fin.
Legum beneficia capacibus ſcripta ſunt. 101. declarat.1. nu.2
Leo ſæuior in viros quàm in fœminas eſt. 345. nume. 2
Leuior temporis probatio. 549. nu.53
Lex id verè facit quod introducit. 121. nume. 24
Lex transfert pleniſsimam poſſeſsionem. 96. nume. 7
Lex ciuilis, an ſeruanda in iuriſdictione ſeculari. 471
Lex exorbitans, ex identitate rationis non extendenda,nec ex maiori ratione, niſi piæ cauſæ ratione. 526,priui.160

Lex cùm non diſtinguit,indiſtinctè eſt intelligẽdum. 476. nu.2
Lex vel ſtatutum an derogent iuri diuino. 525. priui.156
Lex iuſta, rationabilis & honeſta eſſe debet. 560. nume. 4
Lex nunquam fingit ſine vtilitate. 217. nu.13.
Et nihil fruſtra facit. ibidem.
Lex non fingit, quod natura eſt impoſsibile. 50. nume.75
Lex non fingit impoſsibilia. 95.nu.4
Lex ſi vnquam.de reuoc.donat.non habet locum reſpectu rei modicæ. 580. nu.63
Lex & ſtatutum poſſunt transferre dominium ipſo iure ſimul. 132.declara.18.nu.2
Lex non fingit quod natura impoſsibile eſt. 50. nume.75
Lex ſemper loquitur. 304.limitat.9. nu.3
Lex non poteſt inducere actum naturæ. 95.nu.2
Lex poteſt facere, vt factum pro infecto habeatur. 224. nume.44
Et non factum pro facto facere. 224.nu.46
Non ſcriptum pro ſcripto,& ſcriptum pro nõ ſcripto &c. quæ ibidem reperies.
Lex poſitiua an immutet naturam rerum. 478. nume.2
Lex in natura ſe ſpeculari dicitur. 50.nu.71
Lex imitatrix naturæ. 49. nu.70
Lex Lombarda de occiſis in duello. 379.nu.3
Lex fingendo an verè faciat. 110.nu.8
Lex non fingit in præiudicium alterius, cui quæſitũ eſt ius. 148.declara.3.nu.3
Lex nulla culpam morte punit. 356. nu.5
Lex vlti.C.de edicto D.Adriani tollen.cui competat. 93. nu.7
Libellus incertus quando admittatur. 576. nu.28
Liberatio generalis facta ob ſatisfactionem, nõ comprehendit obligationem conditionalem. 26. nume. 146
Liberi parentibus pietatem debent,non operas. 365. nume.15
Liberorum fauore cum delinquente eſt mitius agendum. 377.nu.1
Liberorum cauſa fauorabilior eſt quàm eccleſię. 516. nume. 1
Libertas irreuocabilis eſt. 501. priui.77
Libertas poteſt conferri in voluntatem alterius. 497. priuil. 64
Libertas legata ſeruo alieno. 298. nu.7
Libertas ſub conditione data,competit etiam nõ impleta. 497.priui.62
Libertatis poſſeſsio,præſumptione iuris nititur. 545. nume. 37
Liberti conſanguineum grauans, libertum ipſum offendit. 440.nu.75
Libertus in ſeruitutem reuocatur pro leui culpa. 412. nu.34
Libro rationum quomodo vtendum. 445.nu.104. 105. & 106
Licentia data monacho, vt poſsit eſſe procurator. 276. nu.70
Limitata cauſa limitatum producit effectum. 27. nume. 147
Lingua modicum membrum,& magna iactat. 591. nume. 160
Litandi mos Romanorum. 291. nu.22
Et Lacedæmoniorum. 292. nu.25
Literarum dimiſſoriarum vis. 544.nu.36
Lite pendente inter hæredem & alium debeat hęreditas ſequeſtrari necne. 159.declarat.9.nu.1
Litigandum non eſt coram indice aduerſarij conſanguineo. 443.nu.88
Locatio non probat poſſeſsionem contra tertiũ. 209. nume.22.& ſeq.
Longiſsima poſſeſsio quot annis conſtet. 546.nu.37
Lucullus cur Mitylenos mitiore ſupplicio affecit, cùm à Romanis defeciſſent. 398.nu.3
Lyſandi facinora propter amicos commiſſa. 373. nume.87

M

Magicorum ſuperſtitio, & vſus carnium ex ſuſpendioſis. 387. nu.8
Magnus iudicandus vt paruus. 591. nu.160
Mala fides nocet ſucceſſori in præſcript.longi temp. 559.nume.1
Mala fides temporis momentanei impedit præſcriptionem. 590.nu.151
Mala fides defuncti non nocet hęredi non vtenti ipſius acceſsione de iure canonico. 532. nu.3
Malum faciendum non eſt ſub prætextu boni. 456. nume.8
Mancipare quid. 90.nu.1
Mandans & mandatarius. 69.nu.15
Mandatario datur actio directa ibidem.
Mandati varia probatio. 550. nu.60
Philoſophorum opinio de Mandatis. 585. nu.96.
Et Iuriſconſultorum. ibidem.
Mandatum re integra, morte mandantis finitur: ſecus in piis cauſis. 519. priuil.132
Mandatum ad pias cauſas durat, etiã re integra poſt mandantis mortem. 505.priui.82
Mandatum tutoris & prælati, morte eorum finitur. 166.nu.12
Mandatum quando præſumatur. 550. nu.59
Et an ſola temporis diuturnitate. ibid.nu.60
Manlius Capitolinus,ob affectatum regnum, è ſaxo Tarpeio præcipitatur,etiam poſt multa in Remp. merita. 423. nu.14
Manlius Torquatus filium proprium qua ratione occiderit. 455. nu.3
Manliana imperia,prouerbium. ibidem.
Manum iniicere. 90. nu.3
Manus mortua quid ſit. 129. nu.12
Manus intelligitur, vbi membrum amputari debet. 412.nu.35
Marci Catonis præceptum in prædiis emendis. 374. 375. nu.7
M.Claudio pœna minuitur,quòd in re illicita,domini votis obſecundarit. 396. nu.6
Marcus Aquilius cur à Romanis iudicio ſoluitur, multis licet criminibus conuictus. 422. nu.4
Item Marcus Horatius, virtutis admiratione potius quàm iure cauſæ abſoluitur, & quare. ibidem nume. 5
Maris ſæuitia tolerabilior muliebribus fluctuationibus. 287.nu.157
Maritus in adulterio deprehenſam vxorem confeſtim occidens, non tenetur lege Cornelia de ſicariis. 330.nu.3
Maritus in dote habet priuilegium ne conueniatur, niſi inquantum poteſt. 175.nu.29
Maritus vxorem ægrotantem deſerens, perinde eſt,ac ſi eam occiderit. 409.nu.12
Maſculo excludente fœminam per ſtatutum, ſufficit maſculum momento extitiſſe, vt perpetuò maneat excluſa. 589. nu.146
Matuta mater vniuira coronata. 285. nu.143
Maxima mandata æquè mandata ſunt ac minima. 410.nu.59
Materia fauorabilis,iterationem inducit. 297. nu.1. limit. 3
Mater priuata tutela per ſecundas nuptias, an eam recuperet morte ſecundi mariti. 57. nu.8
Mater minor tutorem petere tenetur. 53.nu.7
Mater an debeat priuari hæreditate ſibi debita. 500. nume. 2



INDEX.

Matrem interimens patris vlciſcendi cauſa, humano & diuino iudicio liberatur. 332. nu.19
Matrimonium contrahens nauigare cur dicatur.287. nume. 158
Matrimonio pœna maior imponitur reo quàm morte,& quare.458. cauſa 56.nu.2
Matronæ vno contentæ coniugio, corona pudicitiæ honorabantur apud priſcos Rom. 286. nu.153
Media ex extremis probanda. 558. nu.4
Medico ſoli an credendum in relationibus de morte. 430. nu.15
Medicus promittens curare,tenetur ſemel tantùm curare. 282.nu.114
Medicus æquè peccat omittendo quàm non dando medicinam propitiam. 410.nu.18
Medij temporis probatio non requiritur,initio & fine probatis. 558.nu.6.& 559.nu.7.in fi.
Mediolani de conſtituto ſtatutum. 198. nu.7
Medium nullum inter mortem defuncti qui poſsidebat,& poſſeſsionem hæredis. 110.nu.10
Medium nihil eſt inter mortem defuncti, & poſſeſsionem hæredis. 127.nu.3
Memoria quid. 556. nu.90
Memoriapopuli longa pro veritate habetur. 548. nume. 48
Mendacium nullum ſeneſcit. 547. nu.47
Mendicantes an poſsint habere annuos reditus,quãuis ſint modici valoris. 591. 158
Menecrates pœnam euitat ſui nepotis prætextu.378. nume.3
Mentiri an peius ſit quàm verum tacere. 418. nume. 72
Mercator non dicitur ex vno actu negotiationis.455. nume. 161
Mercatores nihil proficere dicuntur, niſi mentiãtur. 452.nu.142
Mercatorum ſcriptura an præſumatur fidelis. 451. nume.139.140
Inter mercatores de bono & æquo iudicatur, non de rigore. ibidem.
In cauſis enim mercatorum, non conuenit de apicibus iuris diſputare. ibidem nu.141
Et in eis exuberantiſsima fides requiritur. ibidem nume. 142
Et an excuſsio habeat locum in curia mercatorũ. ibidem nu.141
Mercatoris ſcripturæ pro ſe, quando ſit ſtandum. 572. nu.4
Merita maiorum an ad poſteriores tranſeant. 422. nume. 10
Meropas duo flumina circumfluunt. 344. nu.5
Metij Suffecij proditoris grauiſsimum ſupplicium. 389.390.nu.22
Métu ceſſante, ceſſat quod ob eum eſt factum. 32. nume.181
Metus qui meis,& mihi infertur. 440.nu.71
Metus,rixa & dolor tollunt deliberandi conſilium. 330. nu.7
Metus ad omnes,pœna ad paucos in flagitio rei militaris peruenire debet. 419.nu.4
Miles mutus & ſurdus teſtari poteſt. 477 nu.1
Miles poteſt ſubſtituere directè maiori poſt aditam hæreditatem. 481.nu.1
Miles an & quomodo teſtetur, & quare eius teſtes debeant eſſe rogati. 473.nu.1.& 3
Militi qui militiam deſeruit ad tempus ob parentum affectionem parcitur. 358.nu.3
Militum multa ſpecialia. 489.priui.13.in fi.
Minimum quodque vni additum,vincit alterum.156. nume.15
Minor quãdo immobilia alienare poſsit ſine decreto. 599. nu. 21
Minor non vlciſcens mortem patris nõ priuatur hęreditate. 53.nu.6
Minor poſsítne ſeruare contractum à ſe factum ſine ſolennitate. 160.nu.6
Minor xviij.annis non tenetur de delicto in omittendo. 414. nu.45
Minor xxv.ann.an poſsit alienare immobilia ſine decreto iudicis. 510. nu.4
Minor omittens facere inuẽtarium, reſtituitur in integrum. 413. nu.43
Minus peccat, qui calore iracundiæ pulſus peccat. 333. nu.20
Miſera ſunt quæ miſerrima. 99. nu.8
Miſericordiæ poſtponenda crudelitas. 376. nu.2
Miſſus in poſſeſsionem bonorum debitoris,oblata ſatiſdatione cedit poſſeſsione. 182.nu.72
Mitylenenſium, ob defectionem ab Athenienſibus, ſupplicium quale fuit. 420. nu.9
Mitius cum iunioribus agendum. 343. nu.7
Mitiùs an puniantur habentia licitum principium. 460. nu.10
Mixtum,cuius naturam ſequatur. 104.nu.7
Mixtum in ſtatutis,an ſub ſimplici contineatur. 103. nume.4
Modicum quomodo curetur in diſpoſitionibus iuris communis,aut priuilegio. 592. nu.164
Modicum quidpiam ſufficit,vt filius non dicatur eſſe in calumnia. 587. nu.122
Modus adſcriptus legato ad pias cauſas, in fauorem legatarij, habet vim cauſæ finalis. 501.priuil.74
Molendinum conductum,vt ipſum debeat reaptare. 280. nu.100
Momentanea acquiſitio. 577. nu.28
Momentaneum quid ſit. 80. nu.4
Momento qui poſſedit, Publiciana experiri poteſt. 587.nu. 118
Monachus vt ſuus hæres ſuccedit. 131. nu.26
Monaſterio deſtructo, ceſſat priuilegium illi datum. 36.nu. 212
Monaſterium vicem hæredis obtinet. 508.509. priuil.95
Monaſterium an reuocet donationem factam ante ingreſſum illius. 131. nu.25
Monaſterium habetur loco hęredis. 103.nu.5
Monaſterium excludit ſubſtitutum à teſtatore. 485. nume. 6
Monaſterium ſuccedit monacho. 129. nu.9
Monialis mutans monaſteria, cui acquirat. 554. nume.83
Monitus & iuſſus quid differant. 505.priuil.85
Mora modici temporis, magnum damnum non eſt. 582.nu.77
Mora an contrahatur ſine interpellatione in piis cauſis,aut in minore creditore. 521. priui.141
Moræ purgatio circa perſonæ electionem. 509. priuil.96
Moræ purgatio vbi difficilius admittitur. 414. nume.50
Moſaicæ leges leuius puniunt ſpõte confitentẽ quàm conuictum. 383. nu.6
Et hoc ex præſcriptione etiam ipſius naturæ.ibidem nu.7
Moyſes ſtatuit,vt imprudenter factum clementius puniretur. 315.nu.6
Mors laquei turpiſsima omnium, & an nobilibus poſsit infligi. 386. nu.3
Et cur dicatur præpoſtera. ibidem nu.4
Mortalium nemo omnibus horis ſapit. 417.nu.64
Mortis quatuor genera tantùm in lege Moſaica. 387. nume.7
Mortuus aperit oculos viuentis.Prouerb. 92.nu.1
Mox,dictio,quid ſignificet. 57.nu.8
Mulcta an minuenda ob paupertatem. 393. nu.1.

Et an pœna,non mulcta. ibidem nu.2.3.& 4
Mulier an poſsit ſi non nupſerit,promittere pœnam. 369. nu.48.49
Mulier non petens tutorem filiis impuberibus,an puniatur. 577.nu.29
Mulier fideiubens pro alio non obligatur, niſi ob piam cauſam. 514.priui.113
Mulier poteſt accuſare occiſorem ſui compatris, vt aliàs ſuorum iniuriam proſequi. 362.nu.11
Mulier ſecundò nubens facit iniuriam mortuo. 285. nume.146
Coniugij iura violat. ibidem nu.147.
Et contriſtatur anima mortui. ibidem.
Nec dicitur caſtè viuere. 286. nu.149
Mulier an poſsit ſe obligare ſine quapiã ſolennitate. 160. nu.5
Mulier non eſt idonea teſtis in teſtamentis. 474. nume.2
Mulier an poſsit pœnam promittere ſi non nupſerit. 441.nu.7
Mulieres ob ſexum mitius (ſi peccent) puniuntur. 344. nu.1
Earúmque erratis eſt ſæpius ignoſcendum. ibidem nu.2
Mulieres in quibus excuſentur caſibus vt ruſtici. 350. nume.24
Mulieres minus rationis habent quàm viri. 345. nume.5
Mulieres in piis cauſis, teſtes idoneæ. 474.nu.1
Mulieri vim paſſæ nihil imputandum. 398. nu.6
Mulieribus an impunitas relinquenda, cùm aliquid rationis habeant. 345.nu.6
Multitudo delinquentium excuſatur à pœna temporali,non à crimine. 420. nu.11
Secus eſt in grauiſsimis delictis. 421. nu.13
Multitudo, an mitius puniatur, vbi timetur ſcandalum. 421.nu.14
Quod in monachis non procedit & quando. ibidem nu.15
Multitudo vbi deliquit, qualiter eſt procedendum. 420.nu.7.& 8
Munus qui ſemel executus eſt, non cogitur iterum ſuſcipere. 282. nu.138
Mutiana cautio habet locum in conditione negatiua. 493.priui. 48
Mutui ſpeciale quid. 245.nu.8
Mutus literarum peritus, an poſsit teſtari. 502. nume.4
Mutus an prohibeatur teſtari. 477. nu.3
Mutus & ſurdus à natura, æquiparantur pupillo, & infanti. 477.478.nu.2
Mutuum accipiendi licentia quomodo intelligatur. 524.priui.154

N

NAti poſt teſtamentum habetur ratio. 304.nu.3
Natura legis quæ ſit. 304. limit.9.nu.2
Natura differentiam an faciat inter parentes & naturales ſeu legitimos. 359.nu.12.& ſeq.
Natura homines mutua quadam coniunctione deuinxit. 376. nu.3
Naturæ contrariatur qui peritiores non conſulit. 349.nu.21
Naturalis dicti efficacia. 50. nu.74
Naturalis iuſtitia quid. 50.nu.73
Neceſsitas veniam aliquam habet apud humanos iudices.393.cauſa 33.nu.2.nec habet legem. ibid.nu.3
Eáque à multis prohibitis excuſat. 394.nu.4
Neceſsitas violentiæ coniuncta. 394.nu.5
Et earum apud Corinthios ſacellum. ibidem.
Neceſsitatis contra iuſtitiam potentia. 395.nu.7.
Et feriis caret. ibidem.
Neceſsitatis graue imperium. 394.nu.5.& 6
Negatiua requirunt ſcientiæ mentionem, non autem affirmatiua. 354. nu. 19
Negatiua indefinitè poſita,æquipollet vniuerſali negatiuæ. 502.nu.4
Negatiuæ robur multo fortius quàm negatiuæ. 303. nume. 4
Negotium nomine alterius gerens, an præſumatur mandatum habere. 550. nu.59
Neminem eſſe teſtem idoneum in ſua cauſa, quomodo intelligatur. 596.nu.6
Nemo repentè fit ſummus,nec turpiſsimus. 454. nume. 156
Nemo ſolus ſatis ſapit. 438. nu.63
Nemo in ſua cauſa bonus iudex eſt. 439. nu.65
Nepos ſuccedit in locum ſui patris. 122.nu.6
Nepos inſtitutus,qui ſibi naſcetur. 279. nu.92
Nepotes an filiorum nomine veniant. 365.nu.22.
Et hoc inter amicos. 366.nu.23
Nero infamiæ contemptor. 322. nu.17
Nobiles etiam ſuſpenduntur ob criminis immanitatem.426. nu.46
Et bene meriti de Repub. ibidem nu.47
Nobili reo criminis non ſolùm palatium, ſed & tota ciuitas poteſt à Poteſtate pro carcere aſsignari.388. nume.12.& 13.
Quid autem ſi aufugerit. ibidem nu.14.
An ſubiiciatur quæſtioni plebeiorum. ibidem nume.15.16.& 17
Nobilis poteſt pœnam redimere pretio vel eleemoſynis. 386.nu.2
Nobilis errans in fide,grauius puniendus,quàm ignobilis. 390. nu.25
Item ſi principis mandatum tranſgrediatur. ibidem nume.26
Et in pecuniariis pœnis. ibid.nu.27.28
Nobilis vt mitius ignobili puniatur, non habet locũ in pœnis relatiuis. 391. nu.30.
Et quid ſi mandet pauperi,vt delinquat, vel ei delinquenti auxilium ferat,qua pœna ferietur. ibid. nume.31. & 32
Nobilis quo pacto perdat nobilitatem. 160.nu.2.& 3
Nobilis grauius punitur in foro pœnitentiali, quàm ignobilis. 392. nu.36
Nobilis, ſi proditor ſit,iura nobilitatis amittit, eiúſque inſignia delenda ſunt. 389.nu.21
Nobilis an puniendus inconſulto principe. 393. nume.40
Nobilium ſcelera trahuntur ab inferioribus in exemplum. 392. nu.38
Notabiles teſtes ſingulares, probant. 446. nume.106. & 107
Notarij ſtipulatio quando euaneſcat. 255. nu. 64
Notarij ſtipulatio pro pace quantum duret. 255. nume. 65.
Notarij vnius integritas an alterius defectũ ſuppleat. 449.nu.125
Notario an quæratur quod alteri ſtipulatus eſt. 257. nume.77.& ſeq.
Notario mortuo an donatarius poſsit acceptare ſtipulationem. 257.nume. 74.
Et an hæres donatarij id poſsit facere. ibidem nume.75.& ſeq.
Notarius ſimpliciter rogatus poteſt apponere clauſulas conſuetas. 259.nu.7.& ſeq.
Notarius ſolùm pro priuilegiatis poteſt ſtipulari. 252. nume.44.
Et pro fiſco & pro pupillo. ibidem.
Notarius olim,qui conficit inſtrumentum, an mitius ſit puniendus. 64.nu.13
Notarius an poſsit ante acceptationem reuocare ſtipulationem quam pro altero fecit. 256.numero 66.& 67
Notarius ſi compareat in cauſa erroris inſtrumenti, an dicto ſuo ſit ſtandum. 279.nu.95





Notarius ſi non apponat inſtrumento locum & tempus,quid præſumendum. 452. nu.145
Notarius eſt publica perſona. 250. nu.27.
Et iudex chartularius. ibidem nu. 28.
Et an legibus probetur notarios poſſe pro aliis ſtipulari. ibidem nu.29
Notarius cui interdictum eſt officium,an poſsit ſcribere ad pias cauſas. 566. nu.3
Notarius an poſsit dictionem &c.extendere ad conſtitutum. 258. nu.1
Notarius ex conſuetudine diſtinctè ſtipulatur. 252. 253.nume.45.
Et obſeruari debet. ibidem nu.46
Notarius an alteri ſtipulari poſsit. 247.nu.15.& 16
Notarius quis præſumatur. 548.nu.51
Notarius quomodo recuſetur. 573. nu.6
Notarius debet ſtipulari pro emptore & non ipſi emptori. 197. nu.17
Notoria qualitas quid. 328.nu.61
in Notoriis & aliis caſibus,vbi appellatio prohibetur, quid agendum ſit. 329.nu.69
Notorium reſultans ex facto iuris an requirat citationem. 602. nu.36
Notorium eſſe ſufficit ſecundum regularem curſum. 328. nu.57. & 58
Notorium quid verè dicatur. 554.nu.85
Nouale quod deſinit eſſe nouale &c. 57. nu.5
Nouitiis ſeruulis ignoſcitur. 345.cauſa 10. nu.3.
Et quando puniendi. 346.nu.4
Nullitas potentius impedit quàm reſoluat. 223. nume. 43
Nullitatem proponens quomodo admittendus. 328. nume.60
Nullum quod eſt,nomine caret. 289.290. nu.9
Numę Pompilij decretum ſuper mortem liberi hominis &c. 350. nu.4
Numeri quidam purgationi & corrigendis vitiis dicati. 537.nu.5
Nuntiatio prima an poſsit reiterari. 291. nu.19
Nuntio non iurato an credendum. 562. nu.3
Vel accuſatori. ibidem.
Nuptæ bis,olim repellebantur à ſacerdotio. 285. nume. 142
Nuptiæ ſecundæ cur legibus quamplurimis odioſæ. 287. nume.155.
Tam viris quàm mulieribus. ibidem nu.156.
Brutis quoque deſpicatæ. 288.nu.161
Charondas ſecundum coniugium non permittebat nec viris quidem. 287.nu.157
Nuptiarum appellatione, cur de primis intelligitur. 285. nu.141

O

OB, dictio, cauſam remotam denotat. 71. nume. 27
Obligatio ſine cauſa,inualida eſt, niſi ad pias cauſas. 513.priui.109
Obligatio fideiuſſoris eſt ſolennis, & pendet ex verborum obligatione, niſi in piæ cauſæ fauorem fideiuſsio facta ſit. 513.priui.110
Obligationem diſſoluit primum implementum. 282. nume. 116
Obligationes intelliguntur, rebus ſic ſtantibus, ſicq; iuramenta. 37. nu.225
Obligatus ad rem tradendam ſi ſemel tradiderit,perpetuò liberatur. 282. nu.117
Obligatus ad faciendum,fauore piæ cauſæ,pręſtando id quod intereſt, liberatur. 516. 517. priuil. 122
Obſtetrices an iurent de veritate. 563.nu.10
Occaſio etiam leuis, interdum eſt magni ponderis. 587. nu.117
Occaſio eſt cauſa iniuſta & inſufficiens. 60.nu.1
Occidens quenquam metu potentis mortem minantis,an excuſandus. 397.nu.2.& 4
Occidit, qui potuit ſubuenire perituro aut famelico, nec fecit. 408. nu.7.8.& 9
Odioſa quando generaliter interpretanda. 566. nume. 3
Offendens in vno,fit omnium reus. 591. nu.160
Officialis an præſumatur eſſe in culpa, vbi priuatus præſumeretur. 459.cauſa 58. nu.2
Et condemnatus de maleficio commiſſo in officio,an poſsit appellare. ibidem nume.3.& 4. & 460. nu.5 & 6
Officialis quando non eſt ſyndicandus. 575. nu.13
Officiario an credatur in his ſolùm,quæ ad eius officium pertinent. 585. nu.100
Omiſsionis & commiſsionis diſcrimen. 408.nu.1.
Ordinarius ob valetudinem poteſt ſuam & ſuorum cauſam delegare meri imperij. 441.nu.78
Ordinata à iudice,parte non citata, retractari parte abſente poſſunt. 609.nu.83
Ordinatus malè,iterum ordinari poteſt. 291.nu.21
Ordinatus ab alieno epiſcopo probet dimiſsionem. 544. nu.36
Originale inſtrumentum præſumitur authenticum. 551.nu.66
Origine ſublata, tolluntur ſequentia. 15. nu.54
Othonis epiſcopi Maguntini periurium. 302. nu.19

P

PAcem duo inierunt, promittentes ſe inuicem nõ offendere &c. 461.cauſa 62. nu.2.& 3
Pace inita,nec ipſi conſanguinei moleſtandi. 440. nume. 76
Pace ceſſante, ceſſat quæ ob eam ſtatuta ſunt. 34. nume. 198
Pacis fœdus latiſsimè interpretandum. 299.nu.17
Pacificè poſsidere quis dicatur. 535.nu.1
Paciſci de hæreditate viuentis contra bonos mores eſt:& an in milite,& piis cauſis obtineat. 512. priuil. 105
Pactum ingrediendi propria autoritate,non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. 177.nu.43
Pactum appoſitum in contractu emphyteutico. 590. nume. 154
Pactum inter fratres,vt filiæ dotentur ex bonis omnibus. 268. nu.10
Pactum de non donando non impedit dominij trãſlationem. 176. nu.31
Pactum non excludit eum à ſacrilegio,qui rem eccleſiæ propria authoritate occupat. 520. priuil. 136
Papa cauſam ſuorum aliis committere debet. 443. nume. 89
Papa non poteſt tollere infamiam facti. 216. nu.10
Papa cur vocet epiſcopos filios,cùm ad vniuerſitatem ſcribit. 583.nu.82
Papa reuocare poteſt ea quæ ſunt iuris poſitiui. 224. nume. 47
Papa an poſsit tollere ius alteri quæſitum iure naturali. 598.599. nu.19
Papa poteſt ferre ſententiam ſine citatione. 603. nume. 41
Papa cur non poteſt ſucceſſorem eligere. 210. nume. 4
Papa an diſpenſet contra rationem naturæ. 50.nu.77
Papa permittens Cardinali, vt poſsit teſtari de bonis eccleſiæ. 283. nu.128
Papa an contra ius diuinum poſsit diſpenſare. 326. nume. 45
Papa poteſt ex cauſa diſpenſare cum monacho & clerico conſtituto in ſacris, vt matrimonium contrahat. ibidem nume.46
Item in matrimonio contracto per verba de præſenti. 327. nu.47
Super iuramento & vſuris. ibidem nu.48

Papæ malè audiunt ob conſanguineos. 442. nu.84
Pares curiæ cognoſcunt de controuerſia inter dominum & vaſallum. 563. nu.6
Parentibus defunctis, alius frater nullatenus eſſe poteſt. 363. nu.7
Parentum ſpiritualium affectio in filios ſpirituales qualis eſſe debet. 362.nu.12
Parricidium an parricidio puniatur, exempla. 332. nume. 17
Partis victæ integritas excuſat ab expenſis. 446. nume.109.& 110
Pater ſpiritualis an ſit teſtis idoneus. 361.nu.6.& 7.
Non tamen omnino repellendus à teſtimonio ferendo, ſed eius fides non eſt vſquequaque integra. ibidem nu.8
Pater ſi filium iudici puniendum obtulerit, mitius eſt cum eo agendum. 357. cauſa 18. nu.1.& 2
Pater peccans in adminiſtrandis bonis filiorum, in omittendo, an illi tollatur adminiſtratio. 414. nume. 48
Pater non prohibetur donare filio ad pias cauſas. 518. priuil.121
Pater non ſubſtituit directò filio poſt aditam hæreditatem. 482. nu.3
Pater poteſt pupillariter pupillum ſubſtituere ad cauſas pias. 478. nu.2
Patres ſpirituales an teneantur alere filios in ſacro fonte ſuſceptos. 361.nu.9
Et an poſsint conueniri niſi inquãtum facere poſſint. 362.nu.10
Patrinus (ſeu pater ſpiritualis) æquè diligendus ac pater carnalis. 260. nu.2
Patris perſona & filij vna intelligitur. 568. nume.2
Patris mei interfectorem (ſi agat pœnitentiam) an licitè poſsim accuſare. 380.nu.3
Patris conſenſus quando præſumatur interueniſſe. 539.nu.15
Patri an ſemper & in omnibus parendum. 395. nume.2
Patientia includit ſcientiam. 229.nu.3
Paulina à Mundo conſtuprata fraude ſacerdotum Iſiacorum. 337.nu.4
Pauperes denuntiare poſſunt eccleſiæ eum qui eis nõ dat, vt cogatur dare. 409.10
Paupertate ceſſante, ceſſant quæ ob eam ſtatuta ſunt. 34. nu.199
Peccata mali exempli grauius punienda. 414. nume. 53.
Et quæ facto ſunt commiſſa, grauiora, quàm quæ ſolo animo. 415. nu.54
Peccata an minuantur ob virtutes. 431.nu.23
Peccata non rerum euentu, ſed vitiis hominum metienda ſunt. 456.nu.10
Peccati piaculum idem eſt in omittendo & in faciendo. 410. nu.20
Peccatum non facientis quod debet, & facientis quod non debet paria ſunt. 410.nu.17
Peccatum minus eſt in faciendo, quàm in non faciendo. 410. nu.22
Et an cõmiſsionis grauius quàm omiſsionis. ibid. nu.23. 411.nu.24
Peccantium multitudo non parit errori patrociniũ. 420. nu.22
Peccatum operis an grauius ſit quàm cordis. 402. nume.4
Pecunia communis, alij, quàm camerario ſolui non poteſt, niſi ſit modica. 579. nu.54.55
Penſio emphyteutica, quanto tempore præſcribatur. 567.nu.4
Percutiens vnum pro alio, quomodo puniatur. 355. nume. 4
Perfectus quis verè dicatur. 510.nu.2
Periculi cauſa ceſſante, ceſſat quod ob id ſtatutũ eſt. 35. nu.204
Permiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat permiſsio. 35. nume. 203
Permiſſum cenſetur, quod non eſt prohibitum. 199. nume. 4
Perſonarum qualitas facit præſumi cauſam finalem. 47. nume.51
Perſonarum integritas multum habet ponderis in generalia decreta. 430. nu.13
Perſonæ honeſtas &c. an ſuppleant defectum illegitimationis, & an diſpenſatio requiratur. 429. 430.nu.12
Perſuadere grauius, quàm compellere. 459.cauſa 27. nume.4
Plato non tam puniuit conatum quàm opus. 402. nume. 4
Plato, in eodem genere delicti, grauius punit omiſſionem quàm commiſsionem. 408.nu.4
Plato quo numero culpam deleri dicebat. 537. nume.5
Platonis de amore ſententia. 336. nu.1
Platoni mitius puniendus qui ira, quàm qui ſponte quenquam occidit. 332.nu.15
Plenum quid dicatur. 147.nu.6
Philelphi epitaphium. 211. nu.13
Pia cauſa in laicis ſubdita. 526. priui.159
Pia cauſa & fiſcus æquiparantur. 517. 518. priu. 126
Pia cauſa præfertúrne liberis. 48.nu.1
Pia cauſa, vulgariter filio impuberi ſubſtituta, excludit matrem à legitima. 499. nu.2
Pia cauſa inſtituta in ſecundo teſtamento ſine ſcriptis condito. 494. priuil.53
Pia cauſa & eccleſia de iure æquiparantur & iiſdem gaudent priuilegiis. 521. priuil.140
Piæ cauſæ quot teſtes requirant. 471.& 472.nu.1. 474. nu.2
Piæ cauſæ fauor, & ardor liciti amoris, habent vim clauſulæ codicillaris. 507.priui.92.nu.1
Piæ cauſæ fauore, tempora diſtincta coniunguntur, etiam contra teſtatoris voluntatem. 500. priuil.70
Piæ cauſæ preſcribuntur tantùm ſpatio quadraginta annorum. 520. priuil.139
Piæ cauſæ non ſubſunt ſolennitatibus iuris ciuilis. 527.priuil.164
Pietas excludit repetitionem indebiti. 476.nu.2.
Sed non inducit obligationem. ibidem.
Pietas, mater boni operis. 376.nu.1
Pietatis intuitu conceſſa, irreuocabilia ſunt. 516. priuil. 119
Pignus alienatum ad pias cauſas, ſciente, & tacente creditore, cenſetur ab eodem remiſſum. 518. priuil.131
Piis in cauſis ſummariè procedendum eſt. 525. priuil.157.
Et dotis cauſis. ibidem.
Piſiſtrati tyranni reſponſum ad vxorem hortantem, vt ſupplicium ſumeret de eo, qui filiæ ſuæ oſculum prębuerat. 337. nu.5
Piſiſtrati in temulenti conuitia benignitas. 340. nume.7
Pœna creſcere debet ob ſceleris immanitatem. 424. nume.17.& 18
Pœna minuitur in caſu fauorabili. 385.nu.15
Pœna à iure impoſita, an confeſsione aut alio aduentitio minui poſsit. 385.nu.16
Pœna an peti poſsit ante tempus præſtitutum. 19. nume. 90
Pœna delictorum an minuenda viciniæ cauſa. 373. nume. 1
Pœna minori afficiendus, qui leui aut iniuſta ratione motus errauit. 406. nu.1


Pœna




Pœna in nobilibus an mitior quàm in ignobilibus. 387. nu.9.& 10
Pœna laquei nõ eſt ignominioſum mortis genus quibuſdam populis. 386.nu.6
Pœna an minui poſsit ob merita præcedentia. 357. nume.5
Pœna ſtatutorũ non habet locũ in delictis attentatis. 399.nu.3. Ibi enim magis conſideratur ictus quàm animus. ibid.
Pœna grauior incumbit in dubiis ratione officij, vbi delictum apertum eſt. 460.nu.9
Pœna minuenda, vbi intuitu delinquentis, alij ad frugem meliorem trahantur. 421.cauſa 48. nu.1
Pœna ſcelerum non modò delinquentem reſpicit, ſed & cæteros omnes. ibidem nu.2
Pœna delinquentis an remittatur, aut minuatur maiorum meritis. 421.cauſa 29. nu.1.& 2
Pœna mitior eſſe debet, vbi à flagitio commiſſo multum temporis interceſsit. 382.nu.1
Pœna minuenda his, qui ingenij ſubtilitate peccantes errarunt. 350. nu.1
Pœna mitior ſtatuenda, vbi multitudo deliquit. 419. cauſa 47.nu.1.
Et ſi multitudo puniri debet, pœna corporalis in pecuniariam commutanda eſt. ibidem nu.2.& 3
Pœna mitior imponitur per viam inquiſitionis, quàm accuſatione. 457.cauſa 53.nu.1.& 2
Pœna remittitur, aut minuitur delinquenti propter ſcandalum. 418. cauſa 46.nu.1
Pœna mitiori afficiendus, qui clam, quàm qui palàm deliquit. 458.cauſa 56. nu.1. & 459.nu.2.& 3 cauſa eadem.
Pœna mitiori puniendus eſt, qui pietate conſanguineorum aut affinium motus, aliquid in leges admiſerit. 358. cauſa 20.nu.1
Item qui contra ſtatutum bannitum conſanguineum receptauit. 358. nume.2
Pœna an grauius infligatur in dignitate conſtitutis. 389. nu.18
Pœna mitigatur ob ſenectutem. 343. nu.1
Pœna eius an ſubleuanda ſit, qui diu in reatu fuit. 383. nu.7
Pœna pecuniaria an in corporalem tranſmutari poſſit. 575.nu.17
Pœna nulla ex contractu nullo. 221. nu.29
Pœna legalis & conuentionalis quando committantur. 305.nu.11
Pœna minuenda in minore, vel leui quopiam dolo. 556. nu.1.& 2
Pœna iure impoſita poteſt ex cauſa minui. 323. nume. 24
Pœna mitiori agendum in dolo præſumpto quàm vero. 379.nu.6
Pœnæ ſtatutæ mulieribus, an viris etiam ſtatuantur. 288.nume.159.
Et an iure canonico ſublatæ. ibidem nu.160
Pœnæ infligendæ inſanis, morboſis, ſenibus & iuuenibus. 343. nu.2
Pœnæ arbitrariæ cur difformes vocentur. 392. nume.34.& 35
Pœnæ remittendæ, aut minuendæ his, qui compatres receptauerunt, vel defenderunt. 360. nu.1
Pœnam & ſupplicium vbi quis demeruit, an confeſſus mitius quàm conuictus puniatur. 384. nume. 14
Pœnam corporalem vel minimam, grauiorem eſſe qualibet pecuniaria vel maxima, quomodo procedat. 391. nu.29
in Pœnis mitior pars ſequenda, vbi opiniones contrariæ ſunt. 336.nu.6
Pœnis in arbitrariis id certum eſt, quod conſuetum eſt. 321. nu.5
Pœnitentia publica poteſt commutari in priuatam. 324.nume.28
Pœnitentia non habet locum in cõtractibus ad pias cauſas etiam re integra. Secus tamen in libertate. 519. priui.133
Pœnitere an poſsit qui contraxit, etiam quoad libertatem. ibidem.
Pœnitentibus iterum peccantibus an Deus parcat. 346.nu.7.
Pompilij prudentia in iudicando. 332.nu.17
Poſſeſsio ciuiliſsima. 99. nu.11
Poſſeſsio naturalis. 100. nu.13
Poſſeſsio non transfertur in eum qui rem habet, niſi id ſciat alienans. 229. nu.2.in fi.
Poſſeſsio ciuilis vel naturalis an perdatur negligentia ex conſtituto, vel precario. 173. nu.15
Poſſeſsio an aſpectu transferatur. 148.declarat.3. nume. 2
Poſſeſsio pleniſsima transfertur à lege. 96.nu.7
Poſſeſsio monaſterium ingredientis, in ipſum tranſit. 97. nume.9
Poſſeſsio vera quæritur ſine actu corporeo. 147. nume.5.
Et an ipſo iure poſsit transferri. ibid. nu.6
Poſſeſsio artificialis quæ ſit. 98. nu.1. ciuilis & ciuiliſsima. nu.2.& 3
Poſſeſsio non recuperatur iure poſtliminij. 95.nu.2
Poſſeſsio an transferatur per conſtitutum factum à procuratore. 230.nu.1
Poſſeſsio ipſo iure an tranſeat ad fiſcum. 131.nu.24
Poſſeſsio hæredis quomodo continuetur. 93.nu.4
Poſſeſsio rerum incorporalium ſola ceſsione, & patientia quæritur. 202. nu.23
Poſſeſsio transfertur ex reali traditione in donatione viri & vxoris. 217.nu.11
Poſſeſsio nulla continuari non poteſt. 140.nu.2
Poſſeſsio ciuilis an ſufficiat ad pręſcriptionem. 173. nume. 18
Poſſeſsio ſub conditione tradi poteſt. 191.nu.2
Poſſeſsio an transferatur per realem traditionem ex contractu inutili. 218. nu.17
Poſſeſsio rei commodatæ manet apud dominum. 135. uume.3
Poſſeſsio vnde dicta. 90.nu.1
Poſſeſsio defuncti quando tranſeat ad hęredem. 92. nume. 2
Poſſeſsio ciuilis ſufficit ad præſcriptiones. 559.num.6
Poſſeſsio an tranſeat, tranſeunte dominio. 94.nu.3
Poſſeſsio immemorialis probatur per inſtrumentum conſtituti. 208. nu.18
Poſſeſsio naturalis, dicitur corporalis. 152.nu.1
Poſſeſsio continuatur in hęredem, quo ad vſucapionem. 148.nu.4
ad Poſſeſsionem acquirendam animus & corpus requiruntur. 93. nu.9
Poſſeſsionem non poteſt filius propria autoritate accipere. 93.& 94.nu.10
Poſſeſsionis traditione an liberetur qui ſe conſtituit poſsidere. 171.nu.7
Poſſeſsionis vis in quo conſiſtit. 558. nu.2.3.& 5
Poſſeſſorium iuris non ceditur. 159. nu.1
Poſſeſſorium competit pro rebus incorporalibus. 207. nu.10
Poſſeſſum longo tempore præſumitur principis fieri mandato. 549.nu.55.& 56
Poſsidenti ciuiliter competit interdictum recuperandæ. 188. ampliat.11.nu.2
Poſsidere ab alio, & pro alio diſcrimen. 171.nu.6
Poſsidere nõn poſſunt duo inſolidum rem eandem. 127.nume. 4
Poſitio, vel negatio ſemel tantùm reuocanda. 270. nume. 26
Poſitiuum in comparatiuo & ſuperlatiuo cõprehenditur. 99.nume.7


Poſthumus

Poſthumus conſtitutus de quo intelligatur. 297. nu.2.limit.3

Poſthumi natiuitate teſtamentum rumpitur, licet illico deceſſerit. 586. nu.108

Poteſtatis excuſatio in captiui fuga. 434.nu.36

Poteſtas faciendi & reformandi. 283.nu.122

Poteſtas pręſentandi ad aliquam eccleſiam. 283. nume. 129

Poteſtas mittendi aliquem in poſſeſsionem quando expiret. 275.nu.61

Poteſtas ſupplicando inuitans cogere dicitur. 397. nume. 7

Poteſtas prorogandi compromiſſum quomodo intelligatur. 275.nu.65

Poteſtas an poſsit recedere à ſtatuto per eum iurato. 325.nume.33

Poteſtatis electio qualis eſſe debeat. 434.435 nume. 38

Poteſtati dans alapam capite punitur. 64. nu.10

Poteſtatem offendens tempore ſyndicatus, eadem pœna punitur, ac ante ſyndicatum. 63. nu.10

Practica antiqua non relinquenda. 132. declar.17. nume.4

Prębenda ceſſat, ceſſante clerico ab eccleſia. 14. nume. 48

Pręcepta Moyſi in multis immutata à Chriſto, & reprobata. 401. nu.8

Pręcepta negatina fortius obligant. 302. nu.5

Prędium empturus, vicini animaduertat nitorem, ex M.Catone. 374.375 nu.7

Prędo agit redintegrandę. 135. nu.7

Pręiudicium quale fit tertio, cùm poſſeſsio transfertur in alium. 606. nu.64

Prælati vt pręſumuntur probatę vitæ, ſic & domeſtici eius. 444.nu.94

Prælati conſtitutum an transferat poſſeſsioné. 234. limitat.16.nu.1

Prælati an œconomatum conſanguineis committere poſsint. 442. nu.83

Pręlatorum exemplum in ſubditos. 444. nu.97. & ſequen.

Pręlatus quando alienare poſsit eccleſiaſticam rem alienam ſine ſolennitatibus iuris. 577.nu.33

Et an modica dare poſsit de rebus eccleſiæ, ex conſuetudine. ibidem nu.34

Pręlatúsne an eccleſia poſsideat rem eccleſiaſticam. 234. nu.3.limit.16

Prælatus an poſsit eſſe teſtis in cauſa ſuę eccleſię. 596. nume.7

Præmium ſtatutum ei qui vexillum hoſtium accipiebat. 277.278.nu.81

Præſcribens contra ius commune, an ſit malæ fidei. 545.nume.37

Præſcribens bona fide. 58.nu.16

Præſcriptio intra paucos dies perficienda, an habeatur pro completa. 582. nu.78

Præſcriptio iuris cõmunis aut moribus inducta, contra quos currat. 560. nu.4.& 5

Præſcriptio non interrumpitur per inundationé momentariam. 583. nu.80

Præſcriptio an currat contra minores. 565.nu.1

Præſcriptionis cauſa ceſſante, ceſſat præſcriptio. 35. nume.206

Præſcriptione quæ ſunt acquiſita, in fideicommiſſum non veniunt. 535.nu.13

Præſcriptionum tempora. 535. nu.1

Præſens quando habeatur pro conſentiente, cùm tractatur de eius præiudicio. 579. nu.48

Præſentia eſt fundamentum præſcriptionis decé annorum. 559.gloſ.6. Et eſt facti, nec præſumitur. ibidem.

Præſumitur pro teſtamento, cui vnus teſtium cõtradicit. 551.nu.68

Præſumpta probatione debet quis mitius puniri. 380. nume.9. & ſeq.

Præſumptionem excludit qualitas præcedentis vitæ. 450.nu.130.& 131

Præſumptio, quòd quis ex certa ſcientia aut dolo aliquid fecerit, an releuet ſi non allegetur. 354. nume. 20.& 21

Præſumptio debet eſſe ſuper allegatis. 354. nume. 9

Præſumptio iuris eſt liquida probatio. ibidem.

Præſumptio vna & vna ſpecialitas an cõcurrant. 214. nume. 4

Præſumptio temerè condemnantis in expenſis. 447. nume.111

Præſumptio & notorium longè differunt. 534. nume. 10

Præſumptio ex facto actoris, vel rei procedens, debet neceſſariò allegari. 533. nu.9

Præſumptio locum non habet, vbi deeſt veritas. 554. nume. 80

Nec cadit in ignorantem. nu.81.

Præſumptionibus & ex iudiciis, an ad pœnam procedatur. 378.nu.2

Præſumptionis cauſa ceſſante, ceſſat præſumptio. 35. nume. 207

Præſumpto ex titulo & ficta traditione non transfertur poſſeſsio. 214. nu.5

Præſumptum non adeò priuilegiatum, vt expreſſum. 120. nu.14

Præter, dictio, quid. 502.nu.2

Prætor quando mittat legatarium in poſſeſsioné bonorum, ſiue fideicommiſſarium. 586. nu.109

Precario poſsidens ab alio, an eum priuet poſſeſsione, conſtituendo ſe poſsidere pro alio. 233. nume. 7

Precarium appoſitum in contractu conductionis nõ transfert poſſeſsionem. 240.limit.22.nu.1

Precarium finitur morte conſtituentis. 133.nu.3

Precarium quando tacitè continuatur. 189.nu.4

Precarium & affictus ſi in eodem cõtractu ſint, quid fiat. 240.nu.1.limit.24

Precarium quando vtilius conſtituto. 173.nu.14

Presbyter nemo ante idoneam ætatem ordinandus. 429.nu.8

Pretium durans momento temporis, non attenditur. 576.nu.27

Prima quæque ſunt omnium fauorabiliſsima. 115. nume.7

Primum vt obſtet ſequentibus, quid requiratur. 290.nu.15.

Principaliter quid ſit. 596.nu 9

Princeps poteſt ex cauſa cognoſcere de cauſa, & iudicare parte non citata. 326.nu. 43

& poteſt ex cauſa tollere defenſionem naturalem. ibid.nu.44

Princeps eſt ſpecialis protector miſerabilium perſonarum. 523.priu.150

Princeps an poſsit ex cauſa ius, aut rem alterius tollere. 325.nu.38

Idem poteſt ciuitas & communitas. 326. nu.39

Princeps in concedendo priuilegium, an teneatur citare eos quibus præiudicat. 601.nu.31

Princeps ſolus poteſt ne dare bona fiſcalia. 582. nume.75

Princeps poteſt ex cauſa ius diuinum limitare. 327. nume.49

Princeps ex cauſa poteſt contractum à ſe initũ reuocare. 326.nu.41.

Et quid de vniuerſitate. ibidem nu.42

Princeps poteſt ſine cauſa auferre ius alterius, in modico quopiam. 581.nu.70

Princeps an poſsit cognoſcere & iudicare parte non citata. 603.nume.43



INDEX.

Princeps contra ius gentium, ſine cauſa non poteſt diſponere. 98.nu.14

Princeps poteſt facere, vt res factæ pro infectis habeantur. 224.nu.47

Principis ſententia facit ius inter omnes. 607. nume. 65

Principis mandato an contra ius ſit obediendum in grauioribus. 395. nu.1

Principum preces iuſſus loco metuendæ. 396. nume.1.& 3

Principum exemplum in ſubditos. 445. nume.97.& ſeq.

Priorem antiquum percutiens qua pœna puniatur. 64. nu. 11

Priuilegia principum quomodo interpretanda. 304. nume. 5

Priuilegia piæ cauſæ latiſsimè ſunt extendenda. 527 priuil. 162

Priuilegia omnia dotis competunt etiam piis cauſis. 525.priuil.158.

Et quæ ſint dotis priuilegia & quot. ibidem.

Priuilegia piis cauſis conceſſa poſsíntne à ſtatuentibus reuocari. 526. priui.159

Priuilegia fiſco competentia, etiam eccleſiæ competunt. 521. priuil.143

Priuilegia an contra ius commune introducta. 549. nume. 54

Peiuilegiati an ſub generali ſtatuto comprehendantur. 567.nu.4

Priuilegiatus certans de lucro captando, non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum. 485. nume.6

Priuilegiatus contra priuilegiatum, an vtatur priuilegio. 484. nu.4.& 5

Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat priuilegium. 35. nume. 210

Priuilegium datum habitantibus certi loci, durat habitatione durante. 36.nu.216

Priuilegium mutatur mutatione perſonæ. ibidem nume. 217

Priuilegium eccleſiæ non tranſit ad priuatum, ad quẽ res peruenit. 36.nu.117

Priuilegium vbi ceſſat, ceſſante illius cauſa, requiritur ſententia reſciſſoria. 37. nume. 220

Priuilegium hæredi conceſſum, de primo hærede intelligitur. 106.nu.6

Priuilegium an tollatur per conſtitutionem generalem ſequentem. 566.nu.1

Priuilegium prohibitorum præualet permiſsiuo. 303. nume.6

Priuilegium ſimpliciter conceditur. 485. nume.6

Priuilegium tibi & hæredi tuo conceſſum, qualiter intelligendum. 277.nu.74

Priuilegium non ſubdito conceſſum, reuocari non poteſt: niſi agatur de modico priuilegio. 580. nume. 61

Priuilegium commune validius eſt quàm ſpeciale. 485.nume. 6

Pro, dictio, cauſam propinquam dicit. 71. nu.28

Probabile tantùm & non neceſſarium non concludit neceſſariò. 55.limitat.6. nu.2

Probatio laici in monaſterium introducendi. 454. nume. 158

Probatio quæ non admittitur contra inſtrumentum, admittitur contra præſumptionem illius. 119. nume. 13

Probatione non indiget quod per naturam apparet. 50.nume.72

Probitas hominis vnde colligenda. 431. nume. 19

Probitas cur in tanto pretio ſit. 453. nume. 156

Probi ægerrimè à virtutibus ad vitia deficiunt. ibid.

Probus nemo dicendus, niſi diutius illius mores probati fuerint. 454.nu.158

Procurator ex cauſa ſuperueniente poteſt reuocare factum domini. 324.nu.30

Procurator reipublicæ eſt quilibet de populo. 606. nume.62

Procurator ſimpliciter conſtitutus poteſt facere quæ ſunt conſueta. 230. numero 7.& 8

Procurator quando ſubſtituiſſe ſibi alium dicatur. 300. nu.5

Procurator conſtitutus ad exigendum, poteſt ſolutionem recipere, ſi bonæ fidei vir fuerit. 452, nume. 147

Procurator generalis ad agendum cõſtitutus, de quibus poſsit tranſigere. 579. nu.51

Procuratoris delictum non nocet domino, niſi veniat in conſequentiam mandati. 230. nume. 4

Procuratoris mandatum extenditur ad non cõmiſſa, ratione incidentis. 598.18

Prodigalitate ceſſante, ceſſat quod ob eam decretum eſt. 37.nu.221

Prodigo parcitur in delictis in omittendo. 414. nume. 46

Prodigo notoriè, ipſo iure interdicta adminiſtratio. 609.nu.85

Profeſsio iracundiæ æſtu facta, nec tenet, nec obligat. 334. nu.30

Prohibitio alienandi facta hæredi, non intelligitur facta hæredi hæredis. 106. nu.8

Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat prohibitio. 37. nume.222

Prohibitum faciens, puniendus eſt, licet bonus exitus ſecutus fuerit. 456. nu.7

Promiſsio de præſentando accuſato, quomodo procedat. 273. nu.47

Promiſsio traditionis non impedit vim conſtituti. 187.ampliat.7. nu.1

Promiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat promiſsio. 37. nume. 224

Promittens iudicatum ſolui vſque ad ſententiam diffinitiuam. 283. nu.125

Procœmium oſtendit mentem & voluntatem diſponentium. 49. nu.65

Prophetiæ donum quibus in pueritia datum eſt à Deo. 453. nu.152

Propriè quid dicatur. 116.nu.11

Proprietatis articulus admittitur in cauſa poſſeſsionis. 156.nu.13

Propter, dictio, quid. 71. numero 24. & 26

Promiſsio generis ſubalterni vno actu non conſumitur. 316.limitatione 9. nume. 1

Prouiſiones ſtatutorum recipiunt tacitas exceptiones, ex caſibus emergentibus. 422. nu.9

Promouendus ad doctoratum qualiter eſt examinandus. 454.nu.159.160

Proteſtatio reiteranda. 313.limitatione 28, nume. 4

Prouiſio legis vbi conſumitur. 302. nume.20

Prouiſio & electio, promiſcuè ponuntur in iure. 301. nume.14

Propriè tamen loquendo, diuerſa ſunt. 301. nume.15

Prouiſio ſuperiorem ſpectat. 302. nume.16

Prouocato, qui voluit vlciſci, ignoſcendum. 331.332. nume. 12

Proximus, naturæ nomen eſt. 331. nume. 23
Prudentes qui inſanos ſe & furioſos ſimularunt. 335. nume. 4
Puberi nemo ſubſtituit directò poſt aditam hereditatem, niſi in piis cauſis. 481. nu. 1
Publicam vtilitatem quæ reſpicere dicuntur. 597. nume. 10
Publij Rutilij notabile dictum de amicitia. 373. nume. 88
Puniendi tantùm criminis authores in delictis ciuitatis, reliquis ſaluis, ex conſilio Platonis. 420. nume. 6
Puniendus nullus eſt, cùm certum eſt, vnum ex pluribus aliquem interemiſſe, & neque conſtet quis eorum fecerit. 461. cauſa 63. nume. 1. & 2
Puniendus vbi quis eſt tanquam de occiſo, aut de vulnerato tantùm. 461. cauſa 61. nu. 1
Punitur interdum quis propter ſcandalum, aliàs nō puniendus. 419. nu. 2
Pupillis leges plenius ſubueniunt. 250. nu. 30.
Et leges diuinæ. ibidem.
Pupillus an poſsit teſtari conceſſu principis. 478. nume. 3
Pupillus doli capax, nec ad pias cauſas teſtatur. 210. nume. 4
Pupillus ſi omittendo deliquit, mero iure non punitur. 413. nu. 44
Purgatio apud Rhetores quid ſit. 353. ex nume. 2

Q

Qualitas requiſita in lege vel ſtatuto, debet allegari. 353. nu. 15
Qualitas adiecta verbo, intelligenda eſt ſecundum tempus verbi. 473. nu. 3
Qualitatem allegare vbi ſufficiat. 353. nume. 17
Qualitatem adfuiſſe tempore requiſito, ſufficit. 52. limitat. 4. nu. 3
Quaternio omnium quæ creata ſunt idea. 536. nume. 3
Quaternario omnis progreſsio perficitur. ibidem.
Quærenda facilius tolli, quàm quæſita. 200. nume. 12
Quia, dictio, quid denotet. 51. nu. 82
Quoad viuet, & quoad morietur, idem tempus deſignare. 211. nu. 13
Quota eſt ius vniuerſale. 102. declarat. 4. nume. 1
Quoties dictio quid. 314. nu. 1. & ſeq.

R

Ratificatio inducitur expenſarū ſolutione. 246. nume. 12
Ratificatio an retrotrahatur in præiudicium alterius. 255.
Ratificatio apprehenſionis, quid operetur. 192. nume. 3
Ratificatio quando habetur pro mandato. 248. nume. 21
Ratificationis effectus. 255. nu. 62
Ratio eſt anima legis. 25. nu. 139
Ratio inducit diſpoſitionem. ibidem.
Et ius facit. ibidem.
Verbis dominatur. ibidem.
Ratio rationis requiſita. 79. numero 15. & 16
Ratio naturalis omnia conuincit argumenta. 52. limit. 3. nu. 1
Ratio naturalis fictioni præferenda. 481. nume. 1
Ratio teſtis reſtringit, & ampliat dictum illius. 30. nume. 164
Ratio ampliat & extendit diſpoſitionem. 28. nume. 154
Ratio vbi eadem eſt, idem ius ſtatuitur. ibidem num. 156.
Ratio diſpoſitionem ampliat. 306. nume. 3
Ratio nulla ferè habetur eorum quæ in conſequentiam veniunt. 597. nu. 11
Ratio naturalis etiam non expreſſa, præſumitur finalis. 49. nu. 67
Ratio quid ſit. 9. nu. 3. & 5
Ratio vt genus comprehendit diuerſas ſpecies. 26. nume. 142
In primis inſpicienda. ibidem 143
Ratio diſtinguit diſpoſitionem. 26. nume. 144
Ratio limitata legem limitat. ibidem.
Et hoc procedit in omnibus diſpoſitionibus. ibid. nume. 14
Ratio naturalis an ſufficiat ſine lege. 50. nume. 74
Ratio naturalis facit diſcedere à verbis legis. 50 nume. 73
Ratio vnica tacita vel cauſa, habetur pro expreſſa. 74. nu. 7.
Et ab ea argumentari poteſt. ibidem nu. 8
Ratio finalis quando præſumitur. 74. nume. 9
Ratio naturalis autoritate legis immutari nō poteſt. 50. nu. 75
Et eſt in ſtatutorum interpretatione potentiſsima. ibidem 76
Ratione naturali nituntur Iuriſconſulti. 49. nume. 68
Ratione conuenientia non diſsident. 29. nume. 157
Rationes ſemel editæ an iterum edendæ. 284. nume. 139
Rationum reuiſio ſiue computorum. 604. nume. 52
Ratum habetur tam tacitè quàm expreſsè. 246. nume. 11
Rectorum ciuitatis exemplum in ſubditos. 444. nume. 97. & ſeq.
Recuſatio eius qui in dignitate eſt, expirat eo mortuo, & ſucceſſor cognoſcit. 38. nume. 228
Recuſationis cauſa ceſſante, ceſſat recuſatio. 37. nume. 227
Redhibitoria non datur pro re minima. 575. nume. 20
Reges exemplum eſſe debent ſubditis. 392. nume. 38
Regiones quædam bis fructus ſingulis annis ferunt. 268. nu. 7
Regnum veniens ex conceſsione ad primogenitum. 281. nu. 110
Regum Ægypti mos adiurandi ex lege iudices. 563. nume. 6
Relicta ad pias cauſas ſunt quæ pro creditoribus ſatisfaciunt. 165. nu. 10
Relicta nominatim ab hærede non debentur à ſubſtituto. 490. priuil. 36
Relicta ad pias cauſas ſunt miſti fori: adeò vt laicus etiam teneatur ſtare iuriſdictioni iudicis eccleſiaſiſtici. 523. priuil. 149
Relicta non pia an requirāt teſtium vocationem generaliter. 473. nume. 3
Relictum, Cùm vidua erit. 307. nu. 6
Relictum pluribus, coniunctim piæ cauſæ, etiam per vnum vel pauciores, poterit impleri. 528. priui. 166
Relictum vt hæres rurſus id præſtet, quomodo intelligatur. 269. nu. 18





Relictum die nundinarum eccleſiæ quo pacto intelligatur. 297. & 298. nu. 6
Relictum ſub conditione deficientis primi gradus. 497. priuil. 62
Religionis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob eam conceſſum eſt. 38. nu. 231
Religioſi excuſatio à pœna. 434. nu. 32
Religioſus poteſt eſſe arbiter inter amicos monaſterij. 368. nu. 40
Religioſus peccans quando mitius tractandus ſit. 431. nu. 21
Reliquiæ prioris tutelæ excludunt ſequentem. 65. nume. 6
Remiſsio mercedis quomodo fiat conductori. 576. nume. 25
Remiſsio debiti quam facit maior pars creditorum, an præiudicet cæteris non citatis. 609. nume. 78
Remota quis non tenetur conſiderare. 67. nume. 5
Remotus à tutela, in dubio cenſetur potius ob culpam quàm ob dolum. 16. nume. 66
Renuntiatio appoſita in contractu inutili, inutilis & ipſa eſt. 221 nu. 30
Renuntiatio ſequitur naturam actus principalis. 221. nume. 31
Renuntiationis cauſa ceſſante, ceſſat renuntiatio. 38. nume. 232
Repetitionis cauſa ceſſante, ceſſat repetitio. 38. nume. 233
Repudiatio hæreditatis quomodo fiat. 162. nume. 3
Repudiatio & aditio à pari procedunt. 162. nume. 4
Repudians hæreditatem debitoris non tenetur ad onera hæreditaria, adeò vt ne prælegatum quidem ſibi in eodem teſtamento ob id minuatur: ſecus in debitore fiſci aut eccleſiæ. 506. 507. priuil. 89
Res empta pecunia mea, an ſit mea. 116. nu. 1
Res ita vendita, vt niſi ſtatuta die pretium ſoluatur, ſit inempta. 587. nu. 125
Res hoſtium, piæ cauſæ legata ſub conditione, ſi in noſtram peruenerit poteſtatē, indiſtinctè debetur. 509. priuil. 99
Res omnes facilè in ſuam naturam reuertuntur. 431. nume. 18
Res permutata cuius naturæ ſit. 308. nu. 2
Res alienas inuadit, qui non ſoluit quod debet. 409. nume. 11
Res aut perſonæ perpetuæ. 102. declarat. 3. nume. 1
Rem manifeſtam inficiari, quid. 383. nu. 3
Re vel ſubiecta materia repugnante, de quo actu intelligatur. 310. limit. 18. nu. 1
Re duobus vendita, vter erit potior. 513. nu. 2
Reſcripta ad lites qualia ſint. 413. nu. 40
Reſcripti caput in quo veritas tacetur, tantùm vitiatur, non cætera diſtincta. 413. nu. 41
Reſcripti cauſa ceſſante, ceſſat reſcriptum. 38. nume. 234
Reſcriptum ſubreptitium, an det iuriſdictionem mero iure. 413. nu. 38
Reſcriptum directum quando ceſſet. 52. limit. 4. nume. 4
Reſcriptum falſis allegationibus impetratū, non pręſumitur doloſum. 533. nu. 6.
Reſoluta venditione non reſoluitur precarium. 219 nume. 20
Reſtituens vnum nummum incapaei, an cenſeatur indignus tota hæreditate. 589. nu. 143
Reſtitutio quæſita non ceſſat, ceſſante cauſa. 56. limit. 11. nu. 2
Reſtitutio dotis ob paupertatē viri facta, non reuocatur ob illius diuitias ſuperuenientes. 61. limit. 14. nu. 1
Reſtitutio in integrum bis peti non poteſt. 284. nume. 137
Reſtitutio in integrum competit eodem modo piæ cauſæ, quo eccleſiæ. 520. priuil. 138
Reſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat reſtitutio. 38. nume. 235
Retentio vſusfructus, an transferat poſſeſsionem ex contractu inutili. 218. nu. 16
Retis iactum emens de quo intelligatur. 275. nume. 62
Retrotractio fit fictè, non verè. 255. nu. 59. & 60
Reuocandi domum ius ceſſat, ceſſante illius cauſa. 38. nu. 236
Reuocatio donationis per liberorū natiuitatem, non tollitur morte liberorum. 57. nu. 7
Reuocationis cauſa ceſſante, ceſſat reuocatio. 38. nume. 237
Reus qui poteſt ſoluere totam ſummam, excepto vno nummo, ſubiicitur regulæ, Qui non habet in ære, luat in corpore. 588. nu. 132
Rex inſipiens, perditio eſt populi. 445. nu. 97. & ſequen.
Rex non poteſt alienare regalia in præiudiciū ſucceſſoris, nec aliquam ciuitatem ſui regni. 583. nume. 83
Rhaconis dictum notabile de morte proprij filij. 358. nume. 5
Ripam muniturus de damno futuro debet cauere. 434. nu. 37
Rogatio dominorum, præceptum eſt, vt & maiorum rogamen. 396. nu. 2. & 5
Rogo, verbum, à Papa prolatum, iuſſus vim obtinet. 396. nume. 4
Romani magiſtratum gerentes iurabant in leges. 562. 563. nu. 6
Romanorum decretum quando multitudo errauerat, & in diſciplina militari. 419. nu. 4
Romanorum mos in deferendis honoribus, & quid præcipuè ſpectarent. 453. nu. 151
Rudibus an ignoſcendum, ſi per imperitiam deliquerint. 345. cauſa 10. nu. 1
Ruſticus quando de falſo puniendus eſt. 349. nume. 16
Ruſticus ſagax non excuſatur ſi delinquat, & quare. ibidem nu. 17
Ruſticitati vbi non parcatur. ibidem nu. 18
Ruſticus omttens formam rei, an excuſetur errore iuris. ibidem nu. 19.
Et ſi conſulere potuerit peritiores, an excuſetur. ibidem nu. 20. & 22
Ruſticis ſuccurritur in caſibus à iure expreſsis. 350. nume. 23

S

Sacerdos an minuere poſsit ex magna cauſa pœnam iniunctam. 324. nu. 27
Sacerdos vt pro coniunctis, ſic pro amicis, an poſsit poſtulare. 368. nu. 39
Sacerdotij cauſa ceſſante, ceſſat ſacerdotium. 14. nume. 48
Sacramenta non reiterantur. 284. nu. 140
Sacramentum defuncti & hæredis, vnum. 568. nume. 2
Sacrificia anniuerſaria. 292. nu. 23.
Et calendaria. ibidem.
Sacrificia clandeſtina ſuſpectiſsima. 348. nu. 13

Sagina,ſaginare. 90.nu.2
Saiſiendi Gallorum conſuetudines. 91.nu.1
Et Mediolani de ea re ſtatutum. ibidem nu.3
Aliorúmque locorum. ibid.nu.4.& ſeq.
Saiſire quid. 90.nu.3
Saiſitus quis ex noſtra conſuetudine. 108.num.23
Saluiconductus cauſa ceſſante, ceſſat ipſe ſaluuſconductus. 38.nu.238
Sanctitas viri, an aliquid operetur in alterius præiudicium,in magni momenti cauſis. 430 nu.13
Satiſdandi obligationi per primam ſatiſdationẽ ſatiſfactum eſt. 269.nu.19
Saturnus cur fingitur filios ſuos deuorare. 555. nume.86
Saturni ſacra cur Romani aperto capite faciebant. 547.nu.45
Eius epitheta varia. 547.per totum.
Scandali cauſa multa fiunt contra ius commune.419. nume.3
Scandalum puſillorum. 591.nu.160
Sceleris immanitas facit,vt quis ad beſtias condemnetur. 426.nu.44
Scholares non ſtudentes, non gaudent priuilegiis ſcholarium. 36.nu.213
Scientia & ignorantia affectata æquiparantur. 355. nume.26.
Scientia an comprehendat ignorantiam affectatam. 355.nu.28
Scientia ad acquirendum acquiritur. 198.nume.2.
Quæ in genere ſufficit. ibidem nu.5
Scientia an comprehendat ignorantiam affectatam. 354.nu.23
Scientia præſumitur in factis vicinorum,vt & propinquorum. 373.nu.2
Scire multa ſed non omnia, ſapientum dictum eſt. 417.nu.64
Scipionis conſilium in ſeditioſos. 419.nu.5
Sciſsinare quid ſit,& vnde. 90.nu.2
Scrutinio publicato, quando electores variare poſſint. 313.nu.3
Secreta amicis committenda. 372.nu.73
Secundæ nuptiæ an damnandæ. 285.nu.144
Securitatis cauſa ceſſante,ceſſat illius conceſsio. 38. nume.239
Seigneuriaux, verbum,de quibus accipiendum. 567. nume.2
Senectus eſt veluti altera adoleſcentia. 343.nu.3.
Et mentis indiga. 344.nu.3
Senes repueraſcunt,& pueris mirè delectantur. 344. nume.4
Senes ſenſum habent puerilem. 344.nu.6.
Et vnde dicantur. ibidem.
Senes ſi quid peccent,mitius ſunt puniendi. ibidem nume.7
Sententia lata in re indiuidua,etiam nõ vocatis præiudicat. 605.nu.59
Sententia iudicis retractatur ob modicam læſionem partis. 607.nu.70
Sententia rectè lata præſumitur ob temporis diuturnitatem. 550.nu.61.& 62
Sententia vbi errorem iuris expreſſum continet.328. nume.64
Sententia lata contra fundatam alterius intentionem, eius rei cauſa exprimenda eſt. 329 nu.67
Sententia ſuſtinetur ex vna cauſa vera, licet altera falſa ſit. 77.nu.6
Sententia quæ ſuſtinenda. 78.nu.13
Sententia lata inter aliquos,nocet omnibus (etiã non vocatis) cauſa ſtatus. 604.nu.54
Sententia nulla & inualida, an excuſet à dolo. 407. nume.8
Sententia lata contra abſentem dolo aduerſarij, nulla eſt ipſo iure. 412.nu.36
Sententia mandatur executioni,ob criminis grauitatem, infra tempus appellandi. 425. nume.29
Sententia criminalis, in grauibus delictis executioni mandatur etiam diebus feriatis. 425. nume.31
Sententiis diuerſis à iudicibus prolatis, fauor ſententiæ pro pia cauſa dictæ, præualet: niſi euidenter iniqua fuerit. 522.priuil.147
Sepulturam nemo eligere poteſt ante pubertatem. 478.nu.2
Sequeſter an & quando poſsideat. 235. nume.6
Sergius Galba pœna & iudicio ſoluitur ratione liberorum. 377.nu.2
Sermo ſimpliciter prolatus, quomodo intelligendus. 294.nu 37.
Et quando iterandus. 297.nu.1. limitat.2.
Seruo alieno directò non datur libertas. 492. priuil.44
Seruos vt proprios filios per amicitiam nominamus. 372.nu.74
Seruus regulariter an poſsit torqueri in dominum. 328.nu.63
Seruus publicus quis ſit in noſtris legibus. 250. nume.32
Seruus an poſsit eſſe tabellio. 251. nume.34
Seſsire, Seſsitare. 90. nume.1
Silentium grauius peccatum eſt,quàm peccatum locutionis. 408.nu.45
Simonia an ex re parua inducatur. 578. nume.40
Simoniacus quando mitius ſit tractandus. 431. nume.20
Simpliciter dictum quomodo intelligatur. 116. nume.12
Præcipuè in ſtatutis. ibidem nume.13
Singuli in cauſa vniuerſitatis,poſſunt eſſe teſtes. 596. nume.6
Syndicus qui tenetur denuntiare malefactores, vnicum prætermittens,quomodo puniatur. 588. nume.134
Syndicus debet ſibi ſtipulari pro vniuerſitate, non ipſi vniuerſitas. 197. nume.18
Solennitas cui renuntiari poteſt, facilè præſumitur. 553.nu.76
Societas non transfert dominium rerum futurarum. 200.nu 6
Societatum omnium quęnam præſtantiſsima. 362. nume.3
Societate ceſſante, ceſſat eius effectus. 39. nume.241
Sodoma & Gomorra propter decem iuſtos fuiſſent ſaluatæ. 537.nu.7
Solennitas extrinſeca, quomodo præſumatur, & ex diutina poſſeſsione. 551. numero 69.& 71
Solennitas iuris ciuilis, an in piis cauſis conſideretur. 480.nume.1
Solennitas tendens in præiudicium tertij, non præſumitur ex longo tempore. 552. nume.73
Solo cedit ædificatio in fauorem eccleſiæ. 516. priuil.121.
Solo an cedat quicquid ſolo ædificatur. ibidem.
Solonis monitio ad Areopagitas, vt prouiderent an ſcelera patrata eſſent prouidentia vel conſultò. 351. nume.5


Solutio




Solutio non præſumitur, niſi ſubſit cauſa. 543. nume.31
Solutione primi & vltimi anni, præſumitur ſolutio medij temporis. 559.nu.7
Solutio ex pacto quando pariat liberationem. 576. nume.26
Somnia in nuptiis. 292.nu.27
Somnus mortis frater Homero. 338.nu.4
Et parua mors. ibidem nu.5.& 6
Somnus & mors parum diſcriminis habent. 339. nume.8
Sphæra quibus conſtet. 537.nu.4
Specialitates duæ ſimul non concurrunt. 214. nume.4
Specialitates duæ non concurrunt. 121.nume.6
Item nec vna præſumptio & vna ſpecialitas. ibidem.
Specialitatis cauſa ceſſante, ceſſat ſpecialitas. 39. nume.242
Spoliare quis dicatur. 182.nu.69
Spoliatus ante omnia reſtituendus. 155.nu.2
Spurius an poſsit bona patris obtinere. 597. nume.11
Statuentium mentis conſideratio. 309.nu.6
Statuta an reuocari poſsint à ſtatuentibus. 310. limitat.17.nu.2
Statuta aduerſantia iuri communi, ab eo non recipiunt interpretationem. 101.declara.2.nu.2
Statuta tempore belli facta,bello ceſſante,ceſſat bellum. 14.nu.44
Statuta in conſanguineis ratione affectionis trahuntur ad amicos. 366.nu.26
Statuta ſecundum rationem ſunt intelligenda. 323. nume.22
Statuta non extenduntur ad caſum fictum. 12. nume.34
Statuta reſtrictiuam recipiunt interpretationem. 565. nume.3
Statuta laicorum ſuper præſcriptionibus, an ligent eccleſiam. 565.gloſ.10.
Statuti cauſa ceſſante, ceſſat ſtatutum. 39. nume.243
Statuto an derogare poſsint hi, quibus à ciuitate eſt conceſſum arbitrium. 324.nu.29
Statuto vel conſuetudine alius pro alio ſtipulatur. 253.nume.46.
Et id lex facere poteſt. nu.46
Statutorum verba qualiter intelligenda. 101. declarat.2.nu.4
Statutum promittens impunitatem alicuius offenſæ, an æquè in omittendo atque in committendo ſit accipiendum. 414.nu.49
Statutum,quo remittitur tertia pars pœnæ cõfitenti. 279.280.nu.97.& ſeq.
Statutum & conſuetudo ligant etiam minores. 565. nume.4
Contra verò ius cõmune nõ eos comprehendunt. ibidem nu.5
Statutum peccatum inducens non valet. 531.nu.1
Statutum diſponens vt finita locatione, &c. quomodo intelligi debeat. 283.nu.121
Statutum de compromiſſo affinium, non obtinet finita affinitate. 12.nu.31.& 32
Statutum loquẽs de lucro dotis,habet locum in dote tacita. 118.nu.4
Statutum ex quo donatio inter virum & vxorẽ non confirmatur morte &c. 120.nu.19
Statutum loquens de patruo, quomodo intelligatur. 278.nu.86
Statutum de pacto offenſi quomodo intelligendum. 599.nu.21
Statutum diſponens non poſsidentem domum, vt ſuſpectum detineri,an extendatur ad poſsidentem vtiliſsimam. 578.nu.45
Statutum Florentiæ in dotibus, quomodo intelligatur. 300.301.nu.7
Statutum de capiente condemnatũ pro delicto,quomodo intelligatur. 305.nu.5
Statutum de compromiſsis affinium, quomodo intelligatur. 298.nu.12
Statutum de compromiſsis affinium eſt fauorabile. 13.nume.35
Et trahitur ad caſum improprium. ibidem.
Et comprehendit affines naturales. ibidem nu.36
Statutum de compromittendis cauſis affiniũ,cur non reſtringatur ad vnum compromiſſum. 304. limit.9.nu.3
Statutum conformandum ad iudicium teſtatoris.116. nume.9
Statutum puniens ſeditioſum,de qua ſeditione intelligatur. 597.nu.9
Statutum de poſſeſsione defuncti, intelligitur de ciuili. 134.nu.3
Statutum de pœnæ diminutione in confitentibus crimina,in quibus locum habeat. 385.nu.20
Statutum irritum faciens contractum, niſi ſoluatur gabella,& ex ſolutione deficiat vnus nũmus,contractus non valet. 527.nu.126
Statutum præcisè eſt obſeruandum. 323. nume.21
Statutum laicorum quãdo comprehendat eccleſiam. 579.nu.53
Statutum quòd inſtrumenta garentigiata habeant executionem paratam,quomodo intelligatur. 599. nume.23
Statutum prohibens rem immobilem alienari in extraneum,non habet locum in re aliqua vili. 585. nume.103
Statutum quo frater tenetur dotare ſororem. 269. nume.11.& ſeq.
Statutum vt quis in ſua cauſa iudicet,an valeat. 571. nume.1
Statutum diſponens dotatam non ſuccedere, procedit in dotata exigua dote. 588. nume.133
Statutum reducendum eſt ad ius commune. 560. nume.4
Cum quo conueniens, recipit eius limitationes. ibidem.
Et quando recipiat interpretationẽ reſtrictiuam. ibidem.
Statutum puniens homicidium quomodo intelligendum. 351.nu.10.& 11
Statutum de dote lucranda non habet locum in feudis. 141.nu.3
Stipulari piis locis & cauſis quilibet poteſt verbis directis. 364.nu.15
Stipulari alter alteri præſenti,& acquirere poteſt. 255. nume.63
Stipulari alteri nemo poteſt, niſi fauore piæ cauſæ, aut dotis. 514.priuil.114
Et reſtitutionis vſurarum. ibidem nume.3
Stipulari alteri nemo poteſt. 247. nume.15
Stipulatio pœnalis in primo contractu non videtur repetita in ſecundo. 279. nume.96
Stipulatio, vtrum voluero,vbi conſumpta ſit. 269. nume.15
Stipulatio ſequitur naturam principalis contractus. 223.nu.38
Stipulatio prima quãdo impediat vim ſecundæ. 290. nume.13

Stipulatio neceſſaria in donatione. 517. priuil. 123.
Secus ad pias cauſas. ibidem.
Stipulatio dotem reddi ſoluto matrimonio, quomodo committatur. 267.nu.5
Stipulationis notarij & alterius, etiam ſecura ratihabitione, differentia. 245.nu.9
Stoici nimium rigidi. 100.nu.14
Suada dea, quàm πειθὼ dicunt. 90.nu.1
Subreptionis effectus. 42.nu.13
Subrogatio executoris teſtamenti facta à teſtatore in legatis ad pias cauſas, valet: aliàs ſecus. 498. priuil.65
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur. 565.nu.3
Subrogatum quam naturam aſſumit. 117. nume. 22
Subſtitutio pupillaris ad quid introducta. 478. nume.2
Subſtitutio tacita non eſt propriè ſubſtitutio. 119. nume. 7.
Nec in ſtatutis comprehenditur. ibidem nu.10
Subſtitutio expreſſa, fortior tacita. 120. nu.15.
Tollítque ſuitatem & tranſmiſsionem. 120. nume. 16
Subſtitutio exemplaris facta ob furorem, ceſſat ceſſante furore. 22.nu.115.
Et an reuiuiſcat redeunte furore. ibidem.
Subſtitutio hac conditione facta, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, euaneſcit per ingreſſum monaſterij: niſi pia cauſa ſit ſubſtituta. 508. priuil.95
Subſtitutio, ſi filius decedat liberis &c. de quo filio intelligatur. 283. nu.127
Subſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat ſubſtitutio. 39. nume. 244
Subſtituto filio naturali, & legitimo alicuius, ſi is relinquat duos, quid fiet. 283. nu.124
Subſtituto competit remedium l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. 117.nu.17
Subſtitutus an ſit ſaiſitus. 114. declaratione 9. nume.1
Subſtitutus directò, an propria authoritate poſsit poſſeſsionem capere. 116. nu.15
Subſtitutus, dicitur hæres. 117.nu.16
Subſtitutus tacitus an iuuetur beneficio conſuetudinis. 118.nu.1
Subſtitutus in omnibus cenſetur eſſe ſubſtitutus. 117. nume.18
Subſtitutus non ſemper ſequitur naturam inſtituti. 118. nu. 23
Subtilitas nimia an æquè improbetur, atque nimia groſsities. 350.nu.2.& 3
Succedendi verbum per prius accipiendum. 115. nume.6
Succedendi verbũ ad cauſam inteſtati pertinet propriè. 111. nu.6
Succedens nomine dignitatis. 95. declarat.5. nume. 1
Succeſsiua crimina & momentanea, qualiter puniri debeant. 382.nu.3
Succeſsiuum quid ſit. 80.nu.4
Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono. 178. nume. 47
Suitas non facit poſſeſſorem. 93. nume.6
Suitatis exiſtentia. 488. priuil. 32
Superiore inconſulto an liceat leges tranſgredi. 424. nume.19
Superioris authoritas licitum reddit, quod alioqui illicitum erat. 395.
nume.3.4.& 5
Supplementum non recipit, quod nullum eſt. 449. nume. 124
Surdus & mutus à natura non teſtantur. Secus ad pias cauſas. 477.nu.1
Suſpendere quid ab abrumpere differat. 66. limit.17. nu.2
Suſpendioſos luctu priuant leges noſtræ. 386. 386. nume.5
Suſpenſionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpenſio. 39. nume.245
Suſpenſus vel priuatus officio, an ſit ſuſpenſus vel priuatus beneficio. 14.nu.49
Suſpitionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpitio. 39. nume. 246
Suus hæres an præſumatur adiiſſe, ita vt creditoribus teneatur. 162.nu.2


T


Tabellio non poteſt ſibi adſcribere in teſtamento, quamuis dictante teſtatore: ſecus in prælato eccleſiæ. 508. priuil.93
Tabellio condemnatus de delicto in officio commiſſo, an poſsit vltra officium illud exercere. 460. nume. 8
Tacere ſatius eſt, quàm imperfectè loqui. 416. nume. 63
Tacere verum an peius ſit quàm mentiri. 413. nume.39
Tacita pupillaris contenta ſub expreſſa vulgari non excludit matrem. 499. nu.2
Tacitum neceſſariò procedens ex expreſſo, habetur pro expreſſo. 118.nume. 3
Tantum operatur generalis diſpoſitio in genere, quãtum ſpecialis in ſpecie. 566. nume.2
Taurus philoſophus conſuetudinem non admittit in malis. 405.nu.13
Tempus requiſitum ad inducendam obliuionem. 240.nu.13.in fi.
Tempus quod exigitur ad inducendam & præſumendam obliuionem. 556.nu.90
Tempus obligationis præcisè eſt implendum. 482. priuil. 22
Tempus interpellare pro homine, de paruo tempore intelligi. 580.nu. 62
Tempus quando currat impedito. 581. nume. 69
Tempus cur Deus facilis dicatur. 556.nu.89.
Et cur adimere memoriam. ibidem nume. 90.
Et cur rudiſsimum. ibidem.
Tempus continuum quomodo in piis cauſis numerandum. 500. priui.70
Tempus non inducit obligationem. 496. priuil. 60
Tempus Saturni nomine ſignificatur. 555. nume. 86.
Quod minuit affectus. nu.87.item 556. per totum.
Tempus morientis includit tempus vitæ. 493. priuil.47
Tempus pro veritate eſt. 54. nu. 44.
Et veritatis pater. ibidem.
Et ab eo detegitur. ibidem.
Tempus ſtatutum delegato, ad expediendam cauſam, an prorogari poſsit. 313.nu.6.& ſeq.
Tempus ſemel ſuppletum, iterum non ſuppletur. 279. nume.93
Tempus inducit præſumptionem tituli. 540. nume.19
Tempus in quo actus refertur, inſpicitur ipſius actus. 200.nu.30


Tempus




Tempus obliuionem inducit. 238.nu.4
Temporis diuturnitate, an præſumatur inſinuatio donationis. 552. nu.70
Temporis longitudine transfertur onus probandi in aduerſarium. 544.nu.36
Temporis diuturnitate confirmatur id quod nullum eſt. 541.nu.25
Temporis diuturnitate non fit probatio tituli in beneficiis eccleſiaſticis. 540.nu.20
Temporis inſcriptio eſt neceſſaria in teſtamentis: & an ſit iuris diuini. 479. priuil.11
Temporis virtus multiplex. 554. nu.85
Temporis epitheta. 555.nu.86.& 87
Temulentus maledicens de Imperatore, an ſit puniendus. 340. nu.5
Dionyſius Tyrannus Temulentum, de ſe multa acerbè effutientem dimittit. ibidem nume. 6
Termino ſtatuto vt aliquid fiat, intra terminum fieri poteſt abſque citatione. 608.nu. 77
Ternarius numerus, primus incompoſitus. 536. nume. 3
Teſtamenta duo confundunt ſeſe inuicem. 480. priuil.35
Teſtamenti caput quid ſit. 490. priuil. 15
Teſtamenti executor accipit per manum hæredis. 164. nu.2
Et ſi habeat poteſtatẽ vendendi, an poſsit poſſeſſionem transferre. ibid.nu.2.
Et vltra diſpoſita in teſtamento manum admouere non poteſt. ibidem nu.4
Teſtamenti executor ad pias cauſas, inconſulto hærede præſtat legata. 504. priuil. 81.
Et non agit contra hæredem pro legatis. ibidem.
Teſtamenti interpretatio augetur ob Dei honorem. 483. nume.1
Teſtamenti factio vix permittitur. 210. nume.5
Teſtamẽti veteris ſancita trifariam diuiduntur. 400. nu.4.5.6.& 7
Teſtamento præteritione filij irrito facto, relicta pro vſurarum reſtitutione, & malè ablatis nihilominus debentur. 499. priuil. 68
Teſtamentum minus ſolenniter factum. 494. priuil. 52
Et teſtamentum ſolenniter factum. ibidem priuil.53
Teſtamentum imperfectum inter liberos valet. 504. nume. 1
Et ſitne propriè teſtamentum. nu.2
Teſtamentum ad pias cauſas, teſtamentum eſt ſimpliciter. 504.nu.2
Teſtamentum an alter alteri poſsit facere. 482. nume. 2
Teſtamentum militis nutu factum an valeat. 477. nume. 2
Teſtamentum imperfectum in piis cauſis habet locum. 475.nu.1
Teſtamentum imperfectũ inter liberos imperfectione voluntatis eſt nullum. ibid.nu.2
Teſtamentum ſolenne quomodo tollatur. 472. priuil.2
Teſtamentum requirítne ſpecialem ſolennitatẽ. 477. nume. 4
Teſtamentum notis inuſitatis ſcriptũ an valeat. 479. priuil.12
Teſtamentum inter liberos non debet ſignis ſcribi. ibidem.
Teſtamentum liberis inſtitutis fortius alia quauis ſolenni voluntate. 494. priui.54
Teſtamentum nutu factum non valet. Secus in piis cauſis. 476.nu.1
Teſtamentum ob præteritionem, vbi nullum dicatur. 161.nu.12
Teſtamentũ abſque teſtibus valet in piis cauſis. 474.
Et inter liberos. ibidem.
Teſtamentum inter liberos an requirat teſtes. 472. nume. 1
Teſtamentum pupillare an gaudeat priuilegiis teſtamenti paterni. Et quid in piis cauſis. 481. priuil. 20
Teſtamentum factum inter reliquos liberos, non valet, ſi prætereatur vnus filius. 48. nu.2
Teſtamentum ſi non valet, nec clauſula caſſans in eo poſita valet. 223. nu.39
Teſtantis ambigua voluntas, pro pia cauſa interpretatur. 528.priuil.165
Teſtantis maior eſt præſumptio, quàm pro matre. 499.priui. 69.nu.1
Teſtari poteſt ex principis permiſſu nutu. 477. nume. 3
Teſtator relinquens pitanciam in feſto S. Franciſci fratribus minoribus. 279. nume.88
Teſtari poteſt ad pias cauſas, etiam de iure communi inhabilis ad teſtandum, niſi defectus ſit intellectus, vel damnatus ad mortem. 503.nu.1
Teſtator poteſt facere poteſtatem accipiendi legatum & fideicommiſſum autoritate propria. 194. nume. 5
Teſtator excommunicatus decedens, an cenſeatur ad pias cauſas teſtari. 477. nu.4
Teſtator poteſt legatario permittere, vt propria autoritate poſſeſsionis capiat. 163. declaratione 3. nu.1.
Tamen moribus noſtris id non fit. ibidem nume. 2
Teſtator præſumitur legaſſe ſecundum conditionem ipſius templi. 483. nu.2
Teſtator conſtituens an transferat poſſeſsionem. 193. ampliat.24. nu.1
Teſtator factum infectum facere non poteſt. 215. nume.4.in fine.
Teſtator ius facit legatario apprehendendi legatum. 211.nu. 10
Teſtator defunctus, miſerabilis perſona quare dicatur. 165. nu.10
Teſtator poteſt tradendo mortem præuenire. 193. ampliat.24.nu.2
Teſtatoris voluntatis cauſa ceſſante, ceſſat voluntas. 39. nume.249
Teſtatoris diſpoſitio extenditur de vno caſu ad aliũ. 497. priui.62
Teſtatoris ignorantia, deficit eius voluntas. 499. priuil. 68
Teſtatoris mens veriſimilis eſt ſequenda. 307. nume. 5
Teſtatore mortuo ante lectum coram teſtibus teſtamentum, an valiturum ſit. 475. nu.1
Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus nemo poteſt decedere. ibid.priuil.13.
Quid de milite. ibidem.
Teſtes quot diuino ſtatuto requirantur. 472. nume. 1
Idem in contractibus. ibidem.
Teſtes integerrimi poſſunt tutò produci & recipi ad iurandum. 450. nu.133
Teſtes non rectè recepti reiterari poſſunt. 290. nume. 10
Et an malè examinati, reexaminari debeant. ibid. nume.11
Teſtes quando recipi poſsint, parte non citata. 610. nume. 88

Teſtes idonei non ſunt, conſanguinei eius qui iniuriam paſſus eſt. 439.nu.70
Teſtes duo deponentes ad pias cauſas, ſufficiunt. 472. nu.1
Teſtes ſe ingerentes non carent ſuſpitione. 473. nume. 3
Teſtes poteſt producere pars poſt publicationem, ſuperueniente cauſa &c. 327.nu.50
Teſtes rogati ad pias cauſas, non ſunt neceſſarij. 472. in prin.
Teſtimonio vnius an credendum. 571. nume.2.& 3
Teſtimonium illius, qui partim falſum depoſuit, omnino vitiatur. 584. nu.95
Teſtimonium naturæ. 49.nu. 70
Teſtis ſemiplenè deponens. 436. nume. 47.& 48
Teſtis iuratus deponere debet. 450.nu.136
Teſtis non iuratus, vir ſpectatæ fidei, facit præſumptionem. 450.nu.137
Teſtis in parte falſus, omnino falſus reputatur. 413. nume. 42
Teſtis verum ſupprimens eadem pœna punitur qua qui falſum aſſerit. 409. nu.15
Teſtis vnius probitas & fides probata, ſupplet defectum conteſtis minus idonei. 448. nume. 121
Teſtis quando non repellatur. 573.nu.9
Teſtis notæ fidei, an poſsit dictum ſuum corrigere vſque ad publicationem teſtium. 449. nume.127
Teſtis bonæ fidei dictum quando validum dicatur. 449. nu.128
Teſtis contraria deponens, quare non excuſandus. 349. nu.15
Teſtis dictum ſi falſum ſit in vno nummo, totum vitiatur. 589. nu.144
Teſti ſe offerenti, an credendum ſit. 450. nume. 132
Teſtium certus numerus requiſitus ad ſolennitatem, vel ſubſtantiam actus. 449.123
Teſtium defectus ſuppletur per fidem notarij. 449. nume. 126
Teſtium refutandorum cauſa ceſſante, ceſſat refutatio. 39.nu.247
Themiſtocles agrum venalem commendat à probitate vicinorum. 374. nu.5
Theologorum de furore ſententia. 336. nume. 5
Theſaurarius ſi tantillum quid ſuffuratus ſit ex ærario, incidit in pœnam furis publicæ pecuniæ. 590. nume.155
Tiberij Cęſaris crudelitas in inſignem vitri artificem. 427. nu.3
Tituli præſumptio, ex diuturnitate temporis contra ius commune. 549. nu.54.
Et quantum in priuilegiis principum valeat titulus. ibidem.
Requirit bonam fidem. ibidem.
Tituli probatio per iuramentum. 540. nume.19
Titulum allegans tenetur illud edere. 564. nume. 17
Titulus ex poſſeſsione decennali præſumitur. 561. nume. 1
Titulus antiquior facit præſumi antiquiorem poſſeſsionem. 156. nu.12
Titulus an requiratur in præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. 332. nu.4
Tyrannidis affectatores morti adiudicati, quanquam ſtrenuiſsimi alioqui eſſent viri. 423. nume. 15
Tyrannorum preces neceſsitati ſunt permixtæ. 397. nu.8.9.& 10
Tortura poteſt adhiberi etiam die Paſchatis, ob criminis immanitatem. 425. nume. 27
Tortus leuiter non habetur pro torto. 576. nume.23
Toties quoties repræſentare promittens, liberatur, ſi bis repræſentet. 314. nu.4
Tractatus ceſſante cauſa, &c. vtilitas & quàm latè pateat. 9. nu.1
Traditio clauium an transferat poſſeſsionem ſine titulo. 215.nu.4. & ſeq.
Traditio vera, lege impediri poteſt. 217. nume.12
Traditio qualiſcunque à domino facta, transfert dominium. 175.nu.26
Traditionem operatur ſola rei præſentia in contractu. 186. ampliatione 3. nume.2
Tranſigíne poſsit ſuper alimentis futuris teſtamento relictis. 578.nu.42
Trebellianica an deducatur in piis cauſis. 486. nume. 1
Turpitudinem ſuam allegans non auditur. 52. nume. 2
Tutelæ legitimum modum ſupergreſſus, ſi aggreſſorem interimat, quomodo puniatur. 330. nume.6
Tutor aut curator dari per iudicem poteſt nullo citato, niſi detur per inquiſitionem. 610. nume. 87
Tutor per recuſationem tutelæ non perdit legatum piæ cauſæ reſtituturus. 500. priuil.71
Tutor ſuccedit pupillo. 128. nu.4
Tutor ſuſpectus quis. 436. nu.46
Tutor poteſt bonorum poſſeſsionem pupillo delatam repudiare, pupilli amicis interuenientibus. 370. nume. 51
Tutoris datio non valet, ſi in petitione tutoris quoquo modo erratum fuerit. 587. nume. 119
Tutoris & curatoris conſtitutum, an transferat poſſeſsionem. 233.nu.1. in fi.
Tutores legitimi, an teneantur ſatiſdare. 435. nume.41


## V


Valetudo an non comparentem excuſet. 441. nume.78
Variatio vbi permittitur, de qua intelligatur. 270. nume. 23
Varij intellectus cap.cùm eſſes.& cap.relatum. de teſtamen. 471
Vaſſallus an poſsit cogi, in Gallia, dotare filiam. 269 nume. 14
Vaſſallus non priuatur feudo ob modicam ingratitudinem. 580. nu. 59
Vaſſallus poteſt renunciare feudo, inuito domino. 64. nume.3
Vaſſallus perdit feudum, ſi cum amicis domini inimicitias contrahit. 371.nu.61
Vaſſallus non priuatur feudo pro modico tempore. 580. nume.60
Vendendi verbum cum effectu intelligitur. 230. nume.6
Vendens ſcienter rem alienam, & tradens, furtum committit. 241. nu.3
Vendens rem alienam, an furtum committat. 182. nume. 68
Venditor habens facultatem rei reſtituendæ, an præcisè teneatur tradere. 176.nu.36


Venditor




Venditor poteſt totam rem retinere pro vno nummo pretij non ſoluto. 588. nu. 135
Venditoris mora quid efficiat. 182. nume. 73
Veneno occidere grauius quàm gladio, & noctu quàm die. 459. cauſa 27.nume. 4. 5. & 6
Veneris querela de Iunonis ira in Troianos. 555. nume. 87
Venia opus eſt vbi totus deſæuit exercitus. 419. nume. 5
Verba ſimpliciter prolata, debent intelligi principaliter. 596.nu.9
Verba, volo relinquere, vbi diſponant. 372. nume.84
Verba generalia non extenduntur ad pias cauſas. 481. priui. 19
Verba cum effectu intelligenda. 300. nume.4
Verba generalia honoris. 494. priuil.51.
Et adulatoria. ibidem.
Verba ſimpliciter prolata, per prius intelligẽda ſunt. 278. nu. 85
Verba ſi diſpoſitioni non conueniunt, nec eius diſpoſitio locum habet. 127. nu.5
Verba per prius & non per poſterius ſunt accipiẽda. 115. nu. 5
Verba obliqua non habent vim directorum. 492. priuil.44
Verba ſtatutorum ſonantia in voluntatem, reducuntur ad iuris intellectum. 399. nu.7
Verbalis apprehenſio vbi ſufficiat. 235. nume. 7
Ver non facit vna hirundo, aut vnus dies. 454. nume. 160
Veritatem tacere licet interdum, nunquam verò falſum dicere. 418.nu.72
Verum ſupprimens non ęquè punitur ac falſum committens. 418. nu.71.& 72
Veſtalium virginum honos & priuilegia, vt etiã condemnatum ad mortem obuium liberarent. 458. cauſa 55. nu.3
Veſtire verbi varia ſignificatio. 90. nume.4
Vetuſtas inuidioſa. 554.nu.85.
Quæ etiam naturam perimit. nu.86
Paria ſunt aliquem Vexare, aut eius conſanguineos. 439. nu.67
Via vna vtili electa, non tollitur alia vtilis. 290. nume. 14
Vi deiectus à poſſeſsione, ſi paruo tempore interiecto eam recuperet, non dicitur interrupta præſcriptio ab eo incœpta. 583. nu.81
Viciniæ malę incommoda innumera. 374.375. numeris omnibus.
Vicini boni commoditates, ex Græcis & Latinis authoribus. 374.nu.4.& 6
Vicini propria authoritate poſſunt reſiſtere officiali in cauſa vicini. 374. nu.3
Vicini an poſsint impedire facientem emiſſarium in flumine publico, ex quo modicum damnum ſentiunt. 585. nu.102
Vicinitas pro quadam affinitate eſt. 373. nume. 1
Vicino improbo nihil pernitioſius. 375. nume. 9
Vicinus ægrotus an teneatur ſcire facta vicini. 576. nume.24
Vicinum oportet docere fines prædij quod emit. 374. nu.6
Victus ſi non condemnetur in expenſis, debet eius rei cauſa exprimi. 329.nu.66
Vidua impropriè cenſetur eſſe in matrimonio. 12. nume. 34
Viduus aut vidua cenſentur manere in eodem matrimonio. 12. nu.33
Vilis perſona non conuicta mittitur in carceres, nobilis autem honeſtè in palatio detineri debet. 388. nume. 11
Vinum qui non poſſunt portare extrà, an nõ poſsint quoque vnam metretam deferre, quin incidant in pœnam. 588. nu.136
Vires quæ perierunt, facilius recuperantur, quàm quę non fuerunt. 223.nu.43
Vir & vxor síntne propriè inter ſe hæredes, an bonorum poſſeſſores. 131. nu.27
Vir an (cæteris paribus) grauius muliere peccet. 345. nume. 3
Et in rebus venereis. ibidem nu.4
Vir & vxor ſibi ſuccedunt, ſi deſint legitimi, aut teſtamentarij hæredes. 128.nu.2
Vir in dote imaginem vxoris repræſentat. 65. nume.4
Vir vnus nemo cuncta diſpicit. 438. nume.63
Viro bono credens, non eſt in culpa. 437. nume. 58
Virgines ſtrangulare Romanis neſas erat. 387. nume. 7
Virgines ſolæ apud Germanos olim nubebaut. 286. nume.154
Virtus animi pro ſatiſdatione eſt. 434.nu.37
Virtus honorata, etiam vbi exitus feféllit. 456. nume.3
Virtutis inſignia plures habere videntur, virtute interim ipſa carentes. 429. nu.6
Virtutis admiratio facit, vt delicta aut remittantur aut condonentur: exemplo militis ex Plutarchi Apophthegmatibus. 422. nu.6
Virtutis laus in quo conſiſtat. 415.nu.55.
Et virtutis eſt, honeſta potius agere, quàm nõ agere turpia. ibidem nu.56
Vitæ probitas facit, vt excuſetur quis à ſimonia & ambitu. 453. nu.153
Vitæ mutatio fit cum animæ labore. 454. nume. 156
Viuúsne an mortuus quis dicatur in puncto mortis. 211. nu. 12
Vnio vnde præſumatur. 546.nu.39
Et vnde ducatur. ibidem.
Vnitas in minimis membris eſſe debet, ſicut in magnis. 591.nu.160
Vnitas quid à puncto differat. 536. nu.3
Vniuerſitas ſuccedit doctori. 128. nu.6
Vnus duorum aut plurium vicem ſuſtinere non poteſt. 251. nu.38
Vocandus an ſit aduerſarius ad probandum clericatum. 609. nu.82
Non Vocato præiudicat, ſi paſſus eſt, cui primùm actio competebat, ſequen tem agere. 605. nume.56
Non vocatus ad iudicium, nullo modo eſt illi ſubiectus. 595. nu. 4
Voluntas pro facto apud Deum habetur. 402. cauſa 40. nu.3.
Vota apud Romanos quando integranda. 292. nume. 26
Voti cauſa ceſſante, ceſſat votum. 40. nu.250
Votum iracundia emiſſum non valet. 334. nume. 27
Votum cuiuſpiam menſuræ debitum. 483. priuil.25.nu.2
Votum vnde præſumatur. 542. nu.29
Vſucapi cœptorum, an per captiuitatem ſequutam


interrum

Interrumpatur vſucapio. 582. nu.79
Vſufructuarius an ſibi poſsideat naturaliter. 133. nume. 4
Vſufructuarius finito vſufructu, an poſsit expelli à proprietario. 133. nu.6
Vſufructuarius cenſetur ſe conſtituere poſſeſſorē nomine proprietarij. 133. nu.2
Vſusfructus retentio in feudis transfert poſſeſsionē. 204.ampliat.36.nu.2.
Vſusfructus retentio quid agat. 228. nu.10. & 12. & quare nu.13
Vulneraſſe propriè qui dicitur. 68. nu.10
Duo ſe inuicem vulnerantes, vbi non conſtat vter eorum prouocauerit, neuter punitur. 461. cauſa 62,nu.1.
Idem de pacis ſtatuto ſuper non offendendo. ibidem.
Vulnuſculum aut ſcorticatura leuis, delictum non habent. 575. nu.20. & 21
Vxor indotata contemnitur à viro. 78. nume.9
Vxor diues facta, non amittit quartam ſibi delataur ob paupertatem. 52. limitatio.4. nume. 2
Vxor relicta vſufructuaria, donec caſtè vixerit. 279. nume. 94
Vxor quæ per impudicitiam amiſit legatum. 57. nume. 4
Vxor conſtante matrimonio, cenſetur domina dotis. 65.nume.4
Vxori relictum, ſi poſtea aliam duxerit, non intelligetur de ſecunda. 281.nu.104
Vxores etiam vocantur ſoluto matrimonio. 13. nume. 37

X

XEnocratis ſanctitas & ſinceritas. 450. nume.135

Z

ZEnobia cur à militibus requiritur ad pœnam. 344.cauſa 9.nu.2
Zeno Antigoni preces pro iuſſu accipit. 396. nume. 6

*FINIS.*

UNIVERSITARIA DE GRANADA

## LECTORI.

*In recolligendo Indice hæc animaduerſa ſunt, nempe pag.291.nu.16. verſicu.9.lege Sig.Homo. ibidem nu.17.verſi.1.poſsideret. pag.298.nume.11.verſi.2.viduitatu.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA